




**Tomus primus [-secundus] Chronicon D. Ioannis Naucleri
praepositi Tubingensis, succincti?m comprahendentium res
memorabiles seculorum omnium ac gentium, ab initio mu[n]di
vsq[ue] ad annum Christi nati M. CCCCC. : Ob magnitudinem
sui? & vsum Lectoris per Tomos & paragraphos lepide? nunc
primu?m rece?ns distinctorum.**

<https://hdl.handle.net/1874/456599>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


MAUCLERI

Chronica.

Vol. III.

Historia Gentilium
Fol. n°. 39.


100





100.

g.

mancler







morbi... morbi... morbi...

Morbi... morbi... morbi...

Morbi... morbi... morbi...

Morbi... morbi... morbi...

In... morbi... morbi...

quibus... morbi... morbi...

Corpus... morbi... morbi...

In... morbi... morbi...

Marginal notes on the left side of the page.

Marginal notes on the right side of the page.

N^o 234. f.

74. 109. b.

TOMVS SECVNDVS

H CRONICON

D. IOHANNIS NAVCLERI

PRAEPOSITI TVBINGENSIS,

succinctim comprehendentium res memorabiles seculorum omnium ac gentium, ab initio mundi usque ad annum Christi nati M. CCCC.

Ob magnitudinem suam & usum Lectoris per Tomos & paragraphos lepidè nunc primum recens distinctorum.

Cum Appendice noua rerum interim gestarum, videlicet ab initio anni 1501. usque ad Septembrem praesentis 1564. ex optimis quibusque Scriptoribus per Laurentium Surium Carthusianum summa fide & studio congesta.



Quid editioni huic tribuendum sit, facile aduertentij, qui vel priores huius Chronographiae editiones probè norint, vel hanc cum illis seu quibusuis alijs conferre non grauentur.

Coloniae apud Haeredes Iohannis Quentel & Geruinum Calenium, anno Christi nati M. D. LXIII.

Cum gratia & priuilegio Imperiali in decennium.

Ex dono Bruchely



IOHANNIS REVCHLIN
PHORCENSIS LL. DOCTORIS, IN IO-
hannis Naucleri Chronicam historiam PRAEFATIO.



ELLEM alter aliquis ex eloquentioribus me Germaniæ præconibus, quorum nonnulla copia est, tam præclari & tam digni huius monumenti ritè cōmendandi vicem suscepisset: qui certè opus hoc pro excellenti honore, què meretur, amplificare ornatiùs, ac multò liberius què, nè me alioqui exiguū in dicendo, vt per etatè modò frigidū, si quid debite laudis quantunvis leuitèr proposuero, comitetur hæc vna suspicio affectionis, q̄ ipse quondam ego mox atquè cathedrā iurisconsultorū adeptus erā, ab Annalium istorū auctore Nauclero, iam tū moderatore summo gymnasijs Tubingēsis, tanquàm imminentis vitæ meæ remige, ad vsum forensē & ad populares iurgiorum quaestiones, sua ipsius opera non absq; nullo quādoquè impendij sui auxilio fuerim instruktus. Verendū itaq; mihi est, certè scio, nè qui me ob illam causam putent iniquiorē fore præsentis libri existimatorem. Sed inuidis hīc fortassè calumniæ locus tantum, & in veritatem cæcutientibus relinquetur. Equidem quātum animo viri magnitudinē comprehendere possum, qua fuerit in fruēda amicitia nostra comitate, ac deindè qua vir bonus autoritate præstiterit, & pulcherrima de illius laudibus, & quàm modestissimè nō possum nō dicere, hoc agit NAVCLERI maiestas, illud humanitas. Nam qui velit in eo viro, ceu quandam virtutū summam, reipublicæ tuendæ studium contemplari, grauioribus hoc multò exemplis aget, quàm extent quæ vel de Ioue aliquo, vel Hercule fabulosa vetustas prodidit. Hic IOHANNES est, qui veterē Nauclerorum familiam apud Sueuos, publicis patriæ cōmodis & publica gloria illustrauit, vndè post tot Nauclerorū, qui huic auctori veluti parēti, primas gloriæ debēt ex merito, virtus enituit. Atq; illud quidem quātum videri possit, & nos paulò post admonebimus, & multa vir bonus amansq; virtutis ipse suoapte ingenio cognoscet. Modò de ijs dicemus, in quibus solū illius nomen, sola illius autoritas (laudem enim posteris communē fecit) spectatur: quātum videlicet suo ipsius ingenio, suaq; arte, quàm laudabili literaturæ genere, cum vniuersæ Germaniæ, tum præcipuè literatis voluerit prodesse. Historiam Chronicam, hoc est, Temporū descriptiones à cōdito mundo in annū restitutæ salutis MILLESIMVM & QVINGENTESIMVM æmulatione veterum digessit, opus ipso genere admirabile, & sui auctoris nomine venerandum. Etenim quādo de argumento dicendum est, nulla planè vitæ pars, neque publicis, neque priuatis, neq; forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, magistra historia potest non vti. Agè quæ principum, quæ ciuium, quæ cuius ætatis causæ nō hac complexæ, quasi ante oculos dispiciuntur? Quæ verò pars in studijs literarum consummata, si negligas historiam, & istos quidem doctorum peculiare *συγκρισμὸς*, id est, temporū collationes? Rursū quotiès exemplo futuros illa casus expendit? Quare, qui dicant ciuilibus prudentiæ partem, qui humanæ vitæ imaginem, viri sunt non pauci. Sic ad virtutem hominum animos excitat, sic ad honorē, ad immortalitatis opinionē inflāmat, vt quàm rectissimè quondam Zeno Citticēsis, qui felix quis fieri posset, rogatus, dixisse videatur, *ἢ συγκρισμὸν τοῖς νεκροῖς*, si in mortuos intendat, hoc est, si Maiorum gesta, si veterū monumenta contueatur. Et ille quidem egregiè. Vidit hoc, opinor, prudēs antiquitas, quæ vitæ vsum ac modū posteris tradens, probam reliquit eorum quæ gessit ipsa, rationem, sed vario cuiusque gentis & ætatis ritu. Nam vt à vetustissimis omninò hominū moribus exordiar, post illam vniuersi orbis inundationem, anteaquàm publicus esset literarū vsus, (nullas enim planè fuisse notas haud dixerim) vt necessaria, ita diligēs fuit memoriæ cura. Eam partim nupèr extructarū vrbū nominibus, partim positis alicubi trophæis insignibus, principidē sanxere mortales. Exemplū è diuinis Hebræorū literis lōgè grauissimū petetur. nam & primæ sunt, & ordine rem perpetuo cōtinent. illæ testantur, Babel vrbē propagādæ ad posteros famę post aquas conditā esse: si quidē de ijs diximus, quæ diluuiū secuta sunt, tametsi quæ præcessere, non carent exēplis. Quale verò illud esse putatis monumentū, cuius totiès in Genesi mūdi sit mētio, Beerseba puteū iuramēti vocāt, Abrahę trophęū, ab Isaac restitutū, arisq; dedicatū, frequētia Iacob celebre? Adderē è sacris libris eiusmodi nō pauca, nisi & in prōptu essent, & aliud memorię genus, idq; præstantissimum, à Iudæis mox receptū haberetur, Literæ Mosaicæ. Neq; enim disputo nunc,

Gen. 21. 32.
16. 18.

PRAEFATIO.


nunc, qua cura interim seruata cuiusq; familiae natio, quo primum modo fines Iudaei suos in Aegypto ab hospitibus discreuerint, quanquam ab instituto fortasse nostro non aliena. Sed de publicis literarum monumentis agetur. Eusebius Caesarensis episcopus vir diligens, Moisen asserit auctorem edendis Iudaeorum literis, cum priuatae fuissent haec nunc paucorum, id quod ipsi magnis testibus confirmant. Deserta enim Aegypti seruitute, in itinere & genealogiam Maiorum digessit, & legem diuinitus datam perpetuis literis consecrauit. Custodes legis, praeter reliquos magistratus, septuaginta seniores designauit, quibus peculiariter eruditae Dei oracula credita sunt. Atque iste quidem ordo, mirum quam sancte genti sit usque in ultimam penes captiuitatem obseruatus: illis diuina & humana iura omnia, mores publici priuatiq; curae erant. Quin omnis etiam antiquitatis cognitio, siue ea ad Iudaeos, siue ad externos pertineret, apud illos fuit integra. His sese, ut videre licet, iure suo debet historica veritas, quod & Seder Olam probat, & nos cum aliis multis, tum in Pythagoricis nostris copiose differemus, & paucioribus nunc diximus, absque ambitione tantum admonentes, scientiam antiquitatis ab Hebraeis petendam esse. Id inter primos Iustinus martyr & philosophus iubet. Ita illorum bibliothecis fauet, quas ita nos conseruandas probe censuimus. Nondum erat reliquis gentibus literarum usus proditus, cum Iudaei iam suis quasi diuino munere fruere, publicas tabulas reuerenter spectarent, historiam noctes diesq; legerent. Sed apud Aegyptios in sacris quaedam solum memoriae signa visebantur, *σμήνα ἱερογλύφα*, serpens, palma, hierax, cynocephalus, leo, ibis, rana, & reliqua obseruationum simulacra, quae putarunt exteri pro dijs coli. Ceterum statuas alias tum positas dijs negant, longoq; tempore *παρὰ ἀιγυπτίους ἀξόαντοι* fuisse feruntur. Paulatim & ipsi literas acceperunt, & Graeciae nomen cognitum est. Nam a Moyses etate usque ad excidium Troiae, annis penes trecentis, vario imperio, varijs bellis a Graecis certatum est. Fuere Thebae, Argos, Sparta, Mycenae, Athenae, Creta. Sed quae fuerit illis seculis literarum ratio, non constat. Neque verò negarim ego ingenij cultum, at simpliciore, quam posterae fuerit aetate, ut & reliqua tum erant germana magis magisque; Graecae: quippe cum nondum essent adeo multa commercia, materies luxus, nondum ea vis auri & argenti in publicis priuatisve locis spectabatur, Athenaeo auctore. Tamen fuit memoriae cura in aedificando, in sacris, in oraculis, in cationculis, & illis quidem vel vulgaribus vel sacris, quale scilicet hoc Bottiae arum virginum putat, *ἡ μάτη ἐστὶν ἀθήνας*. innumera eiusmodi apud vetustos leguntur, quae illi a Maioribus edocti, non literis, sed consuetudine receperunt. Troianis temporibus cum & artes extarent & literae, quod vel de vno Palamede ijs probatur, qui Graecarum rerum non sunt imperiti, non pauca itidem memoriae generata censentur. alij verò honorem carminibus tribuunt, alij trophaeis: nam ita communiter voco etiam sepulcralia. Meminit Homerus poeta & carminum saepe, & sepulcralium, vel hoc Odysseae loco celeberrime, cum Menelaus in quarto ait, *χρὲν ἀγαμὶνονι τὸ μῦθον, ἢ ἄλλοισι κλίσσεται*. Accesserunt poetae, Orpheus, Homerus, Hesiodus, non vna aetate, quorum antiquissimas aiunt literas Graecis esse, quod videlicet ab hominum rebus argumento deducto, sacra commenti sint primi. Author Athenagoras in legatione ad Aurelios Celsi. cum de ijs inquit: *οὗτοι δὲ εἰσι οἱ ποιήσαντες διωγονικῶν ἔθνη καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπιωνυμίας δόντες καὶ ἐξ αὐτῶν σημαίνοντες*. Placuit poema, & Rhapsodorum studio seruatum est, honos ei certe habitus, cum audiretur: ut audiretur, ambitio nulla, quando adhuc suis quaeque Graeciae pars bonis contenta, fuit intra suos penates clara, ipsiq; inter se ciues tantum aemulatione virtutis certarunt, non cum exteris: quale aliquid de Lacedaemonibus & Cretenisibus, nisi male memini, in Protagora Platonis ait Socrates. Erant tum sui ciuitatibus magistratus, quibus non tam quae publice agebantur, quam quae priuatis familijs accidebant, memoria digna censebantur. At posteaquam ad studia literarum publicus honos accessit, illiq; iam dilaudabantur in Graecia septem viri, quos sapientes nominabant, excepti sunt poetae, & illi quidem Tragici, quibus quidquid est veteris historiae Graecorum, inde tribuitur. Et Tragediam, cum de gestarum rerum memoria probaretur, secuti Sophistae Rhetoresve seu *λογοδαίδαλοι*, qui res populi mandarunt commentarijs, dicti ex eo *συγγραφεῖς*. Nec ignoro quae fuerit alioquin *τῶν συγγραφεῶν* apud Athenienses autoritas. Sed ex his qui ediderunt historiam primi, ligato sermonis genere vsi sunt, ut Aristae Praeconnesius inter vetustissimos. Idemque mos & posterioribus seculis a nonnullis est retentus, etsi iam Hecataeus oratione soluta legeretur, & paulo ante syngrapham, hoc est, historicas conscriptiones, quod genus quasi peculiare est, condidisset primus vel Pherecydes Syrus, (nam de Atheniensi nulla apud Porphyrium mentio) vel Cadmus Milesius, non Agenorides ille, sed Pandionius. Secuti deinde Sophistarum discipuli, qui locupletiore historiam fecerunt,

PRAEFATIO.

sed confusam, Thucydides, Herodotus, Hellanicus, Pausanias Lacon, & reliqui paulò inferioris iuniores, qui philosophorum temporibus claruerunt. Sub Philisco Isocratis discipulo Timæus, qui Olympionicas Chronica opera cōposuit. Apollonius, cuius libri, Chronici sunt inscripti. Adiungerem alios, qui variam quoquè historiam eo penè tempore scripserunt, Eratosthenem, Theopompum, Philochorū, Ephorum, Ephoriona, Timarchum, Callisthenem, Philarchum, multosq; simul *πολλῶσπον*, nisi solos requirerem Chronicos, qui fuere, sed Romanis temporibus, etiā apud Græcos multi. Cæterum qui scire volet, quæ Romanis fuerit perpetuitatis cura, genti aded cupidæ gloriæ, pontificales illorum libros cogitet publicæ memorię testes fuisse. Annales hi erant, quibus quodque anno esset actum, continebatur: vt interim Diaria seu Ephemeridas taceam, plena sunt his etiā triuia. Diximus qui ortus historiæ, quā gentibus omnibus diligens custodia memoriæ. Modò id, quantum autoritatis historiæ præstet, nemo non agnoscit, vt omnis vita, omne studiorum genus indigeat historia, atq; isthac imprimis, quæ certis temporum articulis rem digestam exponit: ea est Chronica. nolo enim putetis in omnibus esse Chronicam frugem aut diligentiam, quæ historiæ nomen habent. Hac vna prodesse voluit hic noster Iohannes Nauclerus L. V. doctor, illustraturus & gesta & literas Germanorum, quæ multos iam annos in tenebris & situ delituerant, vir literis & fide præstans, quorū alterum sua potuit industria & principum virorum fauore: alterū, etsi id quoquè verè suū, quasi ex traduce accepisse videtur à patre Iohāne Nauclero viro equestris ordinis, qui monumenta probitatis suæ apud Ludouicum Vracharium comitem egregia reliquit. Verū ea filij virtus fuit, vt auctis comitum Vrachariorum rebus, primus hic Nauclerus noster esset, cuius honos, cuius opes iure cumularentur: Ecclesię Tubingensi præpositus, & vniuersitati studiorum Tubingensium Cancellarius dictus est. Tum & publicis & familiaribus commodis patriæ pater succurrens, ingentia in Tubingensem ecclesiam beneficia contulit, & fratrem suum Ludouicum optima indole iuuenem, optimis moribus & literis institutum, ad rem patriæ prouexit. Is Ecclesiæ Stutgardienfi Præpositus fuit, & ducatus Vuirtembergæ Cancellarius. Hæc nimirum est vera laus familiæ, quæ tanta tot viris ex virtute contigit. Nam qua oratione prædicandi sunt Iohannes & Georgius, qui pōst in nomē Nauclerorum transiēre summi viri, è sorore Iohannis annalium authoris ac Ludouici Stutgardienfis Præpositi geniti, iuris doctores, Iohannes Geppingensis Præpositus, Georgius ecclesiæ Constantiensis metropolitanæ vicarius, is, cuius magnificentia volumen hoc editum est? Multum huic domui debent studiosi virtutis, è qua tot exempla laudum simul accipiūt, siue ipsa familiæ lumina optimos viros admirantur, siue quas noster hic Iohannes composuit omnis memoriæ tabulas. Certò scio, gratus eris, ni ipsa sis immanitate immanior, si légeris: tātum in eis, puto in Chronicis, operibus est frugis, vt planè nemo vnquam ad veterum studia sinè illis adspirare possit. Credo, ob hanc causam dicendi genus est neglectius, vt in promptu cuiq; sit quod volet. Nam in historico præsertim Chronico syngraphe, si sit eloquentia, delectat, modò non affectata: si absit, non requirendam censeo. illa oratorū est, quibus nos tanquā architectis ligna cum ramentis, non cortice, non visco purgata, è denso nemore ad egregiam structuram afferimus. Colenda fides est historico, adeoq; vt quā ab sit ab ambitione longissimè, & nostra certè historia, quia proba est ac fida, cognosci vult & laudari. scitis esse in veteri Græcorum sententia. *τὰ ἄριστα καὶ ἀλλισα*. Si verò quis est ingenio tam immodesto, vt nè dicam stupido, qui placari nolit hisce, si quid fortassis offenderit stylus, ætati cōdonet, alioqui de se nō malè meritæ. Planè si cum reliquis historicis Naucleri opus conferas, quantum fors excellunt nōnulli & paucissimi quidem, sermonis cultu, tantum hoc superat notādi artificio. Itā sunt omnia suis diuisa temporibus, itā suis aptata locis commodè, digesta in annorum numeros & generationū *τῶν γενιῶν* catalogos. ex his quæ Christi ortum præcedunt, ex euangelio descriptæ: quæ sequuntur, suis trigenarijs confectæ sunt. Nihil his commune cum Alcinoi apologis, nil de Comis, nil de Monocrepide Mercurio leges. vitam formant & mores, si rectè iudicāris, quæ hoc opere conscribuntur. Id quod es amaturus miro modo, si videris quæ in eo varietas & diligentia, si quandò de aliorum scriptis iudicatur. Tum id etiā, quum legentur in ista quasi Naucleri bibliotheca innumera, quæ apud scriptores reliquos omninò non sunt: aded nihil hīc erit, quod si diligens expendas, non elegans aliquid sapiat & eruditum. Valet.

IOH. NAVC. CHRO. NOGRAP. VOLVMEN TERTIVM.

GENER. A CHRISTO NATO XXVI.



NN O
Dñi 750.
sub Za-
charia pa-
pa & Cō-
stantino
quinto,
26. ince-
pit gene-
ratio, in
qua fa-
cta est re-

gū Francorū innouatio, regum Lōgo-
bardorum exterminatio, & imperij Ro.
à Græcis transferēdi dispositio. Has mu-
tationes fortè præfagibant mira, quæ
hoc in tempore contigerunt.

Prodigia.

In Mesopotamia terra disrupta est ad
duo milliaria, et mulus humana voce lo-
cutus fert: cinis de cælo cecidit: fuere ter-
remotus mirabiles: ciuitates quedã mō-
tanæ, diuisis mōtibus, vnã cum illis trãl-
migrarunt ad loca campestria vltra sex
milliaria, & non sunt fractæ: cruces in
vestibus hominū apparuerunt: in mari
Pontico glacies fuit spissitudine 30. &
nix 20. cubitorū: vnde territi homines,
æstimabant finem mundi adesse.

In Germania his maximarū rerū ini-
tius penè nihil inuenio, præter pacis &
quietis studia fuisse, siue q̄ nup̄ essent
à Carolomanno maxima clade plerique
Alemaniæ populi affecti, siue q̄ Bonifa-
cij cura & doctrina gentis feritas mite-
sceret. Itã ille omnem hūc orbem religi-
one & pietatis cultu illustrauit.

Erat tum inter Britānorum regulos
Edoaldus, qui q̄ fornicationem matri-
monio præferret, cæterum bonus vir, à
Bonifacio per literas est admonit⁹, qua-
rum exemplum huc adscripsi:

Epistola Bo-
nifacij ad
Edoaldum
Anglum.

Bonifacius Edoaldo in Christo salu-
tem: Audiuius q̄ elemosynis intētus,
pacem diligis, rapinã prohibes, pauperū
& viduarū defensor es, de quo Deo gra-
tias agimus. q̄ verò legitimū sp̄nis ma-
trimoniū, & cū sanctimonialibus volu-
ptuaris, vituperam⁹. Quarè scias q̄ tur-
pe sit, q̄ de te alij talia exēpla sumūt: do-
ceat te alienę gentis institutio. In anti-

qua Saxōia, vbi nulla est Christi cog-
nitio, si virgo in paterna domo stuprata,
vel matrona fuerit adulterata, strangu-
latã cremant, & super fossam sepulturæ
corruptorē suspendunt, aut cingulo te-
nus vestib⁹ succisis flagellant, castę ma-
tronæ pungūt de villa in villã donèc in-
terimant. Sedenim si gētes Deum igno-
rantes, tantum castimonie zelū habent,
quid tibi cōuenit charissime, qui Chri-
stianus es? Obsecramus ergò, parce ani-
mę, parce multitudini populi tuo peun-
tis exēplo. Audiuius optimates tuo ex-
emplo legitimas vxores deserere, de quo-
rum animabus redditurus es rationem.
Recogita, quæso, q̄ terribilē vindictam
Deus in anteriores reges exercuerit eius
culpæ socios. nã Eceldredum p̄decesso-
rem tuū, stupratorem sanctimonialium
& ecclesiasticorum priuilegiorum fra-
ctorē, splendide cum militibus suis epu-
lantem, spiritus arripuit malignus, & si-
nè cōfessione & viatico animã extorsit.
Ofredum quoquē regem earundē cul-
parum reum, itã effrenem egit, vt regnū
contemptibili morte amitteret.

Inseruit huic epistolæ Bonifacius,
Vuendos scēdissimū genus hominū hūc
habere morē, vt marito mortuo, mulier
se in rogam cremandam præcipitet.

Ceterum Bonifacij p̄clara opera enar-
rabo, quãto breuius potero. Scripsit em̄
post conciliū, de quo suprã habitū, Za-
charie papę, q̄ possumus ex responso in-
telligere. Extat epistola Zachariæ, q̄ in-
cipit: Cū nobis sanctiss. frater, vbi le-
gitur: De incursiōe aut̄ gētium, q̄ in tuis
plebibus facta est, mirandum nobis est,
sed hæc aduersitas nullatenus tuam fra-
ternitatē conturbet, quia & Ro. ciuitas
ex accidētibus facinorib⁹ sapius est de-
populata, tamē potentia sua Dñs ex su-
pernis eã dignatus est consolari, sic enim
credimus, quia & vos consolabitur. De
synodo aut̄ congregata apud Francorū
prouinciã, mediantibus Pipino & Ca-
rolomanno excellentiss. filijs nostris, iu-
xta nostrarū syllabarū cōmonitionem,
qualitèr egisses cognouimus, gratiasq̄
agimus, q̄ tibi adiutores extiterunt, tã de
fornicarijs episcopis, *falsisq̄; et schisma

Zacharię ad
Bonif. epi-
stola.

*q̄ falsis &
ticis

A

ticis sacerdotibus. de eo quod suggeris, elegisse vnā ciuitatē Francorum principes, cōtingentē paganorū fines et partes Germanicarū gentium, Moguntia, vbi antea p̄dicāsti, vt ibi sedem metropolitica perpetuo tēpore habere debeas, ceteros episcopos instruas, & p̄st tui successores perpetuo iure possideant, hoc quod decreuerunt, nos lēto suscepimus aīo, quod ex dei nutu factū est. Et q̄a tibi principes Francorū etiā in hoc adiutores extiterūt, retribuatur illis om̄ipotens vicissitudinis p̄miū. De illo aut̄ falso episcopo, quem dixisti adulterati clerici & homicide filiū, tibi sep̄ iam scripsimus, vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicarius sacrū ministeriū debeat tractare. & hoc parit̄ suggestisti, q̄ illi q̄ a te p̄iecti sunt sacerdotes, à nobis absolutos se apud Francorū puinciam diuulgēt, quod tua sancta fraternitas nullo modo credat: q̄a si hoc fecissem⁹, p̄ nostras literas indicāsem⁹. Hortamur aut̄ vt sanctorū instituta sequaris, quia nos nullatenus aliud p̄dicam⁹, aliud facim⁹.

Census ecclesiarum.

De censu expetēdo, eō q̄ impetrare à Francis ad reddendū ecclesijs vel monasterijs nō potuisti aliud, q̄ vt in vertente anno ab vnoquoq; coniugio seruorum duodecim denarij reddātur, gratias deo ago, quod potuisti hoc impetrare: & dū Dominus donauerit quietem, augebuntur & luminaria sanctorum.

Colonia fit metropolis.

De ciuitate illa, q̄ nup̄ Agrippina vocabatur, nūc verò Colonia, iuxta Francorū petitionē, per nostrē autoritatis p̄ceptum nomini tuo metropolim cōfirmamus, et tuē sanctitati direximus p̄ futuris tēporibus eiusdem metropolitane Ecclesie stabilitatē. Deus te incolumem custodiat. Nec caruit Bonifacij virtus emulis. erāt em̄ in gallijs hypocrite quidā homines, pietatis hostes, subita p̄borū pestis, Aldebertus Gallus et Clemens Scotus, qui plebis et aurē popularis studiosi, ingentē populi turbā ad se pelliciebāt. itā facilius, multitudine freti, Bonifaciū opprimi posse putabāt, apostolorū se successores esse, de arcanis celestium mysterijs vana, de hominis vita & moribus ineptissima disputabāt. Sed Bonifacius archiepiscop⁹ tāto periculo occurrens, Romam ad pont. Zachariā perscri-

psit om̄ia, qui in episcoporum summorū cōcilio rem exponit, sententiā doctorū hominū & p̄sidium aduersus istā barbariē & vesaniā, ceu contra cacos aliquos, postulat. Ibi omniū consensu Aldebertus et Clemēs sacerdotio priuati execratur, & anathemate à fideiū cōmunionē eijciuntur. Eadē sectatoribus quoq̄ p̄na statuitur. Sententiā concilij Zacharias subscripsit primū, deinde nomina sua adnotarūt cardinales, episcopi, & presbyteri 24. His armis explosa est Aldeberti & Clemētis h̄eresis, & Bonifacij honor ac reuerētia maior indē fuit, tum apud populū, tum apud Ro. p̄sules.

Aldebertus & Clemens h̄eretici

Scripsit ad eum Zacharias de pietatis studio plurima, quę partim in historijs, partim in decretis sacris videre licet: q̄n & Carolomānus singulari obseruantia sanctum virum coluit. Extat in veterum monumentis eius epistola:

Sāctis partibus, episcopis, ducib⁹, comitibus, vicarijs, amicis nostris, Carolomannus palatij Francorū p̄fectus salutē: Cognoscatis qualiter Apostolicus vir in Christo pater Bonifacius episcop⁹, ad nos venit, & nobis suggestit, q̄ sub nostra defensione eū recipere debeamus: quod itā nos gratuito animo fecisse cognoscite, proindē ei manu nostra roboratā damus fidē, vt vbicunq̄ ambulare voluerit, nostro amore vel sub nostra defensione quietus vel cōseruatus esse debeat, * in ea ratione, vt iustitiā reddat, & similiter iustitiam accipiat. Et si aliqua causatio vel necessitas ei aduenerit, quę per legē definiri nō potuerit, vsq; ad nos quietus vel cōseruatus esse debeat, tam ipse q̄ qui per ipsum sperare videntur, vt ei nullus vllā contrarietatem facere debeat. Ac vt omni tempore sub nostra defensione quietus & cōseruatus residere debeat: et vt certius credatur, manu propria subt̄r firmauimus, & de annulo nostro subt̄r sigillauimus.

Carolomannus ni literaz de Bonifacio

Solebāt Franci ex antiqua stirpe reges habere, qui à Meroueo Clodij ij. regis filio, Merouingi dicebātur, quorū genealogia vsq; ad Hildericū permanebat, in quo etiā tunc deficiebat. Nā iam dudum nullius vigoris erat, nec quidquā clarū in se pr̄ter inane nomē regis vocabulū pr̄ferebat. Opes & potētia regni penēs pala-

Frācorū regū ignauis

palatii præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos summa imperij pertinebat, qui tum erant Caroli Martelli successores, duces dicti: nec aliud quidquã regi permittebat, q̃ vt regis tantum nomine contentus, crine profuso, barba promissa, solio resideret, ac speciẽ dominantis effingeret, legatos vñdecũquẽ venientes audiret, eisq; abeuntibus respõsa que doctus erat aut iussus, velut ex sua potestate redderet: tũ præter precarium vite stipendium, quod ei præfecto aulæ, prout videbatur exhibebat, nihil aliud possidebat, q̃ vnã & eam paruo redditu villam, qua domum & famulos paucos haberet. Quocunquẽ eundum erat, carpento vehabatur, quod iunctis bobus & bubulco more rustico agente trahebatur. Sic ad palatiũ, sic ad publicũ conuentũ, qui Kalen. Maij ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, & coram tota gente præfidẽs omnibus salutatis, debitissq; obsequijs honoratus, domũ redibat. Ad regni administrationem & omnia quæ vel domi vel foris disponẽda erant, præfectus agebat aulæ, quo tũ Pipinus velut hæreditario iure fungebat. Itaq; Pipinus regũ Franciẽ inertia perspecta, cum domi delitescerent, nec reipub. procuracionẽ vllam fulciperent, Zachariã Romanum pontificem, quod & proceres populiq; eius gentis, Pipini virtutem & regis Hilderici amentiam debitis pensarent meritis, Zachariam pontif. consuluit, ineptũ neregẽ & inutilem tolerandum, an Pipinum meritum fraudadum regia dignitate censeret.

Cumq; pontifex respondisset eũ qui regia melius obire possit munera, habẽdum regem, Franci publico totius gentis consilio Pipinum regẽ eligunt, quod & per Zachariam probatum extitit, de quo tex. 15. q. 5. c. alius. vbi dicitur, quod Zacharias regẽ Frãcorum non tam pro suis iniquitatibus, quã p̃ eo quod tanta potestati erat inutilis, à regno deposuit, & Pipinum Caroli imperatoris patrem, in eius locum substituit, omnesq; Francigenas à iuramento fidelitatis absoluit. Hunc Bonifacius, qui catalogo sanctorum adscribitur, Suelfione more regio vnxit, ac Hildericus homo vecors,

detonso capillo, monasterio deputatur. acta sunt hæc anno salutis 750.

Per idẽ tempus Rachis Longobardorum rex, cum magnis copijs agros Raucenates populatur, Perusina ciuitatem circunvallãs expugnauit. Quod audiẽs Zacharias papa, regem accessit, et ipsum precibus commonitũ, à ciuitatis vastatione reuocauit, cum quo postea aliquot diebus moratus, illũ suis sanctis exhortationibus ad bona opera inuitauit, itã vt post paucos dies idem Rachis regalem dignitatẽ relinquens, deuotẽ cum vxore & filijs ad limina apostolorum visitanda, simulq; sanctum episcopum videndum adierit: & peracta oratione, relicto seculo, per manus pontificis vnã cum filijs habitum religionis suscepit, cum regnãssẽt annos quatuor.

Rachis religioni se ad-dicit.

Adeò fuẽre boni principes sub Zacharia multi, bono scilicet & integro pontifice, qui tot rebus benẽ gestis clarus est, siue vrbani eius cultum, siue reipub. studium, siue domesticam meditationem adspicias. erat pacis studiosus, quam sacris rebus præcipuẽ deberi videbat. Venetis inhiuit sub anathematis pœna, nẽ Christianos Saracenis venderent. bibliothecã B. Petri restituit, libros 4. dialogorũ Gregorij trãstulit in Græcam linguam, moritur xj. sui pontificatus anno, sepeliturq; in basilica Petri.

Dialogi Gregorij Græci facti.

ANNO Domini 753. successit Stephanus ij. patria Romanus, vno omnĩ voto. Nam Zacharia defuncto, Stephanus quidã lectus erat, qui die tertia apoplexiã morbo interiit, tum hic Stephanus singulari vir prudentia & religione, humeris omnium in basilicam Constantinianam deportatus est. sedit annis quinque.

Stephanus 2. papa.

Aistulphus hoc tempore fratris Rachis regnum acceperat, Longobardorũ 21. princeps, callidissimi vir & superbissimi ingenij, pacis hostis, qui Romani Imp. ignauia fretus, nouum pontificem exterrere statuit, Italiam irrupit subito. sed Stephanus papa hominem muneribus placatum persuasit, vt foedere pacis secũ coiret in annos quadraginta. quod ille factum, quarto mense rupit. Rauenam obsedit & cepit.

Aistulphus Lõg. rex 21.

Pontifex datis ad Cõstantinum lite-

ris, scripsit quo in statu esset res Rom. & omnis Italia, protestatus, fore vt, nisi subueniat, Roma & omnis Italia in Aistulphi veniat potestatem. Constantinus imperator Aistulpho scribit per Iohānem imperialem silentiarium, qui simul cum Paulo germano pontificis legato ad Aistulphum venit. sed nihil præter verba quædam aspera reportarunt. Addidit tunc Longobardus, vnum ex oratoribus suis Romam se, & deinde Constantinopolim missurum.

Pontifex cum eos audisset, & nihil actū comperisset, Romanos in conciliū adhibuit, quorum precibus ac suasionibus censuit taliter cum imperatore agendum, vt nisi afflictis Romæ & Italiæ rebus sua præsentia et cum Romani imperij viribus subuenisset, alia via vnde posset haberi salus & defensio, quæreret. Iuerunt Constantinopolim Longobardi regis nunciij & Paulus pontificis germanus: vixdum profecti, Aistulphus pontifici & Ro. populo minatur, fore vt, nisi sese & urbem Romam dedant, eos postea in potestatem redactos ad vnū iugulet. In quem adductus tremorem pontifex, populo in Lateranensem basilicam vocato, homiliam habuit, lachrymis singultibusque; imminere dicens Ro. populo excidium, nec vllam clementiæ spem habendam, nisi deditioe impijssimo regi facta: viribus autem Ro. populi non posse illi resisti, cum omnem penam Italiam in potestate haberet. In his angustijs ad præsidia omnipotentis Dei recurrendum suadet, & in sacco & cinere, vigilijs & ieiunijs diuinum auxilium esse implorandum. Quid enim contra perfidiam huius hominis armis contendendum, cuius literis (nam eas pontifex ostendebat) non esset fides?

Necdum cessauit pontifex regem pollicitationibus pertentare, si forte Rauennæ exarchatum reddere, & pacem seruare vellet. Cum nihil proficeret, legatus quoque ad imperatorem missus non rediret, nec spem præsidij literis significaret, cum populo Ro. constituit, opem Pipini regis Franciæ implorandam. veritus tamen, si Longobardus id rescisceret interim, quod vel opprimeret, vel plus solito sauiret, epistolam peregrino homini dat, cuius hoc est exemplum:

Quoniam Aistulphus rex nec pacem cum Romanis seruaret, nec fœdera, nec exarchatum Rauennæ & alia de Romanis capta, nec prece nec precio adduci posset vt redderet, opem ipse Christianissimus afferret, cuius opis ratio vt commodè fieret, scripsit pontifex oportere regem Pipinum tanquam proprio indutum motu, ab ipso pontifice postulare, vt in Franciam veniret.

Pontificis
ad Pipinum
epistola.

Interea Paulus pontificis germanus, & Iohannes silentiarius, et Aistulphi regis nuncijs, à Constantinopoli Romam sunt reuersi: fuitque imperatoris responsio, pontifici ad Aistulphum pro pace properandum esse. Dumque; pontifex ad iter se accingit, Rotingradus episcopus & Antharius dux à Pipino Francorum rege venientes, pontificem vt veniret in Franciam, orauerunt. Cum quibus ad Aistulphum pontifex profectus, illis presentibus, eius malefacta narrauit circa violationem pacis, petijtque; restitui ablata. que cum negaret rex, rogatus est à Francis, vt pontificem in Galliam tunc transire permitteret: quod quamuis ille inuitus audiuit, tamen negare ausus non fuit. iuit itaque; pontifex in Franciam.

Carolus tum Pipini filius adolescens, Magnus postea dictus, regni fines ingressum pontificem, à centesimo lapide perduxit in Carisiacum vsque; et Pipinus ibidem ad tertium lapidem equo descendens, pontificis pedes osculatus, illum terra incedens duxit, & à freno equi quo pontifex vehabatur, nunquam discessit, donec in urbem perduxisset, & in cubiculo vbi diuertaturus erat, collocaret. Porro cum cõtedissent, pontifex regem lachrymabiliter deprecatus est, vt Ecclesiam Romanam defenderet, sed Carolomanus monachus ab Aistulpho missus, iuxta quæ ab iniquo rege informatus erat, nitebatur omnino & vehementer decertabat sanctæ Ro. Ecclesiæ causam subuertere.

Putatur à quibusdam inuitus hoc fecisse: nec enim abbatis sui iussa contemneret, nec abbas præceptis regis Longobardorum, quæ hic imperauerat, audebat resistere. Sed non valuit illis germani regis Pipini animum immutare, quin promitteret & suo iuramento firmaret, causam Ecclesiæ se pro posse defende-

fendere, fratrem autem pertinaciter nimis oblectantem, in Viennense monasterium relegauit, ubi post moriens interijt. Alij dicunt eum febre correptum, sponte ad monasterium hoc declinasse, & mortuum: quod credibilius est.

Stephanus papa vt Ecclesie defendenda spem accepit, Pipinum sacra vnctione in regiae dignitatis honore confirmauit, duos filios Carolum & Carolomannum cum matre eorum Bertruda inunxit: Pipino benedixit & posteritati eius, atq; qui temeritate aliqua aduersus Francos bella moueret, comunione Christiana interdixit.

Primo insequenti vere Pipinus in Longobardos exercitum duxit, cui ad alpium angustias occurrit Aistulphus, transituq; Francos prohibere contendit. sed irruentium in se Francorum impetum non sustinens, Papiam se recepit: ibi milite Franco circumvallatus, obsides xl. Pipino dat, iuratque Romano pontifici quaecunq; abstulisset, restituere. atq; ita attributis Stephano copijs militum, pontificem in sedem restituit Pipinus.

Cognito Pipini in Fraciam abscessu, Aistulphus fidei negligens, nihil reddidit pontifici: contractisq; copijs, Romam obsidione cinxit, suburbana omnia vastat & incendit, maioraq; intulit dana, vt fertur, q̄ ante per quadraginta & trecentos annos Visigothi, Eruli, Ostrogothi, & ipsi intulerunt Longobardi.

In his angustijs pontifex & Romani ad Pipini auxilia rursum confugere coacti sunt: duo Romani Vuarnerio, qui a Pipino relictus fuerat, additi, per mare Massiliam, & inde Franciam petierunt. Auditis Aistulphi excessibus, Pipinus exercitum comparat.

Interea Constantinus audito Iohanne silentiario de rebus Italicis, & intellecto quod Pipini auxilium quaerent, eundem silentiarium & Gregorium protosecretarium Romam misit, qui urbem turbarent. Hi cum audissent legatos in Franciam missos, Massiliam applicuere, ubi accipientes Pipinum Italiam ingressum, eum in Papiensi agro conueniunt, datisque muneribus orauit silentiarius, vt Rauennam ac eius exarchatum imperio, cuius esset iure, non pon-

tifici aut Romanis redderet.

Pipinus non se comodi sui causa iam secundo Italiam petiuisse respondit, sed propter animae salutem, ne Longobardi Ecclesiam laceffiant, Rauennam autem & eius exarchatum & alia de Italia, velle ab illis auferre, & pontifici ac Ro. Ecclesiae tradere. hinc expediti abeunt.

Aistulphus graui obsidione pressus, tandem ex superioribus pacis foederibus deditioem fecit. Pipinus dimisso abbate Volcado, cum parte copiarum quae pace exequeretur, ad alpes se contulit. Abbas Volcadius cum legatis Aistulphi singulas ingressus ciuitates Petapoleos & Aemiliae, obsides earum & clauces recipiens, Romam peruenit.

Erat exarchatus in regiones duas distributus, Pentapolim & Aemiliam: habebat vrbes Pentapolis quinque, Rauennam, Cesenam, Classen, Forum Liuij, & forum Popilij. fuere in Aemilia, Bononia, Rhegiu, Parma, Placentia, & quid terrae est a Placentinorum finibus & Ticinensium ad Adriam vsque, & ab Adria Ariminum vsq;.

Haec dum ex foedere reddi deberent, Aistulphus in artes suas versus, Fauentiam & Ferrariam restituere differebat, dum Pipinus alpes transfret. Cotinebat enim adhuc se ad alpium radices Francus, ne mali quippiam pro suo ingenio Aistulphus moliretur. Verum diuino sublatus est Longobardus iudicio, apoplexia in venatione cecidit anno regni sui 8. Quo audito, Pipinus alpes transijt. Isto fere tempore a Graecia organa Pipino missa sunt, magnum virtutis Francicae testimonium.

Mortuo Aistulpho, Desiderius qui dux Hetruriae fuerat siue praefectus, copiarum quibus praerat, robore confusus, regnum Longobardorum inuasit. Id autem adeo moleste tulit Rachisius germanus Aistulphi, vt relicto monasticae vitae proposito, arma indueret, omnesq; Italiae Longobardi secuti sunt eum, exceptis Hetruscis. Desiderius sibi timens, pontificis fauores multis precibus implorabat, fore pollicitus, vt si pontificis fauore regnum adipisceretur, ea redderet quae ex foedere erant reliqua: & non solum pacem initam seruaret, sed ponti-

Stephanus
Pipino benedixit.

Aistulphum
Pipinus obsidet.

Exarchatus.

Desiderius
Lóg. rex 22.
& vltimus.

ficem & Ecclesiã perpetuò veneraretur.

Ea cùm audisset p̄t̄ifex, Volcadi abbat̄is consilio vsus, statuit Desideriũ exaudire, misitq; ad illum cùm Volcado Paulum fratrem, qui fœdera constituerent. Desiderius tunc proceresq; sui atq; commilitones derisi, in sua ac filiorum suorum capita, si fidem fallerent, conceptis execrationibus, iurisiurandi religione se obstrinxerunt.

Tunc misit pontifex ad Rachisium, Lógobardosq; sua secutos arma, admonens nè Desiderio quem appellasset regem, aduersaretur. Aderat Volcadius abbas, eadem persuadens: quibus territi Longobardi, Desiderio consenserunt: qui fidem pontifici seruaturus, Fauentiam & Ferrariã postremò reddidit. rex constituitur anno salutis 756. Hoc in tẽpore finem habuit omninò magistratus exarchorum, à Constantinopoli in Italiam missorũ, anno 75. supra centesimũ, postquã magno Italiae malo, Narsete deiecto, ea calamitas incepit.

Adhuc in humanis erat Bonifacius Moguntiũ archiepiscopus, ille scripsit Stephano papæ in hunc modũ: Dño excellentiss. Stephano papæ, Bonifacius exiguus episcopus discipulus Ro. ecclesiæ, in Christo charitatis salutẽ: Sanctitatis vestrę clementiã intimis obnixè flagito precibus, vt familiaritatẽ & vnitatem sanctę sedis apost. à vestra clementia habere merear, & in discipulatu pietatis vestrę Sedi apost. seruiendo seruus vester fidelis ac deuotus permanere possim, eodẽ modo quo antè sub tribus p̄decessoribus vestris, apost. sedi seruebã, Gregorijs duobus & Zacharia, qui me semper hortatiõẽ & autoritate litterarum suarum muniebant et adiuuabant: quod apud vos inuenire deprecor, vt p̄ceptũ paternitatis vestrę eo meliùs perficere et implere possim. nã si quid in ista legatiõẽ Romana, qua plus q̄ 30. annos functus sum, vtilitatis Ecclesię p̄fatae peregi, adhuc implere & augere desidero: si autẽ minùs peritè aliquid aut iniustè à me factũ vel dictũ reperitur, iudicio Ro. Ecclesiæ, prompta voluntate & humilitate emendaturũ me spondeo. Interea deprecor, vt pietas Dñi mei nõ dedignetur, quia tam tardè missum meum

& literas ad p̄sentiã vestrã direxi: hoc idcirco contigit, quia p̄occupatus fui in restauratione ecclesiarũ quas pagani incenderãt, qui per titulos & cellas nostras plũs quã 30. Ecclesias vastarũt: & hæc causa fuit tarditatis meæ, & nõ aliqua negligentia incuria.

Ex hac epistola clarè probatur, q̄ ordo quẽ seruauit de Stephano, fuit verus. Itaq; fuit Bonifacius vir religiosus, prudens & magnanimus, cuius opera Germaniæ gentes multis erroribus implicata, quasi sub religione Christiana idolorum cultura dedita, ad viam veritatis sunt reducta: & qui necdũ cognitionem Dei habebant, eius salutaribus monitis à paganismo ad verã fidẽ fuere conuersi.

Huius etiã celebre ac vulgatũ contra Ro. pont. dictum, ab Ecclesia est receptum, quo scripsit, papam à fide deuium, iudicari posse, cùm regularitè cunctos ipse iudicaturus sit, à nemine iudicandus, vt habetur 40. dist. c. si papa.

Mansit autem in Germania per tẽpora quatuor pontificum, & cùm esset fenex, petijt à Zacharia, si posset in Ecclesia Moguntiũ aliũ idoneum loco suũ ordinare episcopum. Cui Zacharias, alioquẽ reprehensibile, ex gratia singulari concessit, quod posset sibi ordinare coadiutorem episcopũ, quem & decedens sibi substituere valeret consilio fratrum successorẽ, de quo 7. q. 1. c. petisti. Fertur autẽ de se prophetizãdo dixisse, Vado p̄dicare gẽtibus Frisonũ, & ibi pro Christo occidar. quod & factũ est. Nam cõfilio principis ministrũ sibi idoneũ Lullum ad episcopatus gradũ prouexit. Ipse autem per fluenta Rheni vectus, Frisiam ingreditur, verbum dei instantèr p̄dicat, vbi tamen plures Christiani fuerũt antè per Vuilibrodum conuersi.

De hoc extat epistola, quã idem Bonifacius scripsit ad Stephanũ papam secundum, vbi salutatione p̄missa dicit: Nam tempore Sergij p̄t̄ificis venit ad limina sanctorũ apostolorũ presbyter quidam mirẽ abstinentiẽ et sanctitatis, generis Saxonũ, nomine * Vuilibrodus, quem p̄fatus papa episcopum ordinauit, et ad p̄dicandum paganẽ gẽti Frisonum transmisit in littoribus Oce-

Exarchorũ
finis.

Bonifacij
ad Steph.
epistola.

Lullus Bo-
nifacij suc-
cessor.

* Vuilibro-
dus.

ani

*Septentri-
onalis, ani* occidui, qui per quinquaginta an-
nos prædicans, præfatam gentem Friso-
num maxima ex parte conuertit ad fidem
Christi, phana & delubra destruxit, &
Ecclesias ædificauit, ac sedem episcopa-
lem & Ecclesiam in honore sancti Sal-
uatoris constituens in loco & castello,
quod dicitur Traiectum: & finitis lon-
gæuæ vitæ diebus, in pace migravit ad
Dominum.

Princeps autem Francorum Carolo-
mannus commendauit sedem illam ad
constituendum & ordinandum episco-
pum, quod & feci. Nunc autem Colonien-
sis episcopus illam sedem sibi usurpat, & ad
se pertinere dicit propter fundamenta
cuiusdam destructæ à paganis Ecclesiæ,
quam Vuilibrodus dirutam usque; ad so-
lum in castello Traiecto reperit, & eam
proprio labore à fundamento constru-
xit, & in honore sancti Martini con-
secrauit.

Ex quibus scriptis habetur, quod san-
ctus Bonifacius Frisonum gentem non
conuertit, sed remanserunt in Frisia re-
liquiæ aliquæ paganorum & in circun-
iacentibus. Veniens illò cum multis alijs,
p[ro] fide Christi à paganis occisus est. cum
autem reduceretur ad Fuldam monaste-
rium, quod ipse fundauit, sepeliendus,
tunc omnes campanæ ubique diuina vir-
tute sine motu alicuius hominis sonue-
runt. vir postea deuotissimus, inter san-
ctos honorabiliter relatus est.

Sed cum tãtis fluctuat vrbs atque Italia
periculis, nullã reipub. curã habuit Cõ-
stantinus. Tum anno salutis 755. Turcæ
primùm inuadentes Asiam, Armenios,
Persas, Saracenumque; populos depræ-
dationibus incendijsque; vastabãt. Sunt
qui scribunt hos fuisse Scythas, ex his
presertim quos Alexander Macedonum
rex inter hyperboreos ceu ferreis repa-
gulis clausit, quod Hieronymus probat.
Verùm cum post multas vtriusque gen-
tis illatas iniurias atque; acceptas clades,
de pace inter se tractare cœpissent Sara-
ceni atque; Turcæ, conuenit vt Turcæ qui
in Perside habitabant, Saraceni appella-
rentur, darentque; tributum Persis. Dicti
sunt autem Turci aut Turcæ à quodã eo-
rum duce Turco, sub quo post Troianum
excidium feruntur ad Hyperboreas regio-

nes migrasse, ubi armorum relicto usu,
procurandis gregibus atque; armis ope-
ram dabant, certam non habentes sedem,
vagabantur, nec urbem habentes, nec op-
pida: migrantes autem, secum trahebant
vniuersam substantiam, seruos, ancillas,
armenta, greges. nusquam agriculturæ
operam dabant, commercia emptionum ne-
sciebant, sed solis permutationibus vite
necessaria sibi querebant, donec multi-
tudine pressi, aliquos è regione miserunt,
qui venerunt in Persidem, vt supra dictum
est, sub tributo. Et ratio quidem illa vi-
uendi, Scythica est, vt probant vetustissi-
mi scriptores. Turcarum autem appellatio
ferè in antiquis nusquam est, p[ro]ter Põ-
ponium Melam, qui Turcas, eo usus no-
mine, inter Scythicas gentes retulit.

Stephanus pontifex benè de religiõne
& patria meritis, pontificatus sui anno
quinto moritur. hunc ferunt ad Fracos
imperium trãtulisse, quod eos ceu im-
peratores Ecclesiæ Ro. tutores quæsi-
erit. Itaque; quod Stephanus argumentum
transferendi imperij ostendit, Leo pon-
tifex consummauit.

Paulus frater Stephani huius, bono-
rum omnium suffragijs pontifex decerni-
tur. sedit annis decem, vir fuit ingenij mi-
tissimi, & ad eum Saluatoris nostri imita-
tor, vt nulli vnquam malum pro malo red-
deret, sed malos in bono vinceret. tantæ
pietatis & humanitatis fuit, vt noctu cum
duobus aut tribus familiaribus cubicu-
la pauperum egrotantium circuiret, vnus-
quenque; & verbo & elemosynis iuua-
ret. carceres frequenter adibat, inde ple-
rosque; ere alieno grauatos, persoluto de-
bito, liberabat. Interea Constantinus
imperator cum esset sacras imagines
ubique demolitus, Constantinum regiam
urbis episcopum, impietati sue resistetem,
verberibus necauit, in locumque; demor-
tui, Nicetam spadonem sui sacrilegij
conscium suffecit.

Pontifex Rom. religioni consulens,
nuncios Constantinopolim mittit, qui
imperatorem adhortarentur, vt sacras
imagines & statuas restitueret, recusanti
anathematis censuram minarentur.
sed Constantinus in sacrilegio pertinax,
sacras admonitiones contempsit, Saba-
num Bulgarorum regem in demoliendis

Mors Boni-
facij.

Paulus pri-
mus papa.

Suma Con-
stantini im-
pietas.

Turcarum
origo.

episcopus Constantinum adhuc laicum, sacris statim initiari atq; episcopum inungere, cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur, vt eas ori ad mouere non posset. Perstitit autem per annum in Petri cathedra Constantinus, & episcopos presbyterosq; more pontificum ordinauit, quousque clero populoq; Romano in tribus foris, quæ est S. Adriani ecclesia, per Christophorum primicerium coacto, Constantinus est electus, & in eius locum omnium suffragijs Stephanus 3. extitit suffectus. tum in Ecclesia Saluatoris Constantinus magistratu se abdicans, in monasterium est detrusus.

Factio in pontificis electione.

Stephanus 3. papa.

*pufilli

Carolus & Carolomannus Franc. reges.

Pipino* pufillo duo fuere ex Bertha (quam nonnulli Bertrudam nominant) liberi, Carolus & Carolomannus, qui ambo è procerum sententia reges appellati, partito inter se paterno regno, Carolomannus Sueffione, Vormatię Carolus regium diadema suscepit.

At priusquam tantorum principum gesta exponam, regię Francorum præcipuum ornamentum, Parlametum, describam. Cuius instituendi author ab historicis non traditur. id enim cuiusq; anni definito tempore ac loco quę rex designasset, habebatur. Seruabatur autem hoc modo, vt ex maioribus ciuitatibus & prouincijs periti iudiciorum & consuetudinis homines, ad id munus delati, ius cuiq; per procurationem litiganti dicerent: quę institutio cum vaga interdum, incertaq; mutatis sedibus esset, decreta est Parlamento apud Parisios curia & sedes, in qua iudices designati, se iugiter sisterent, perpetui prouocationum definitores, qui 80. sunt, annua ex regis fisco stipendia capientes. Et hi quidem per 4. curias constituti seorsum confident, suosq; præfidentes habent.

Parlamenti institutio.

In prima quam Franci Cameram vocant, præfidentes 4. & consiliarij 30. causas & lites audiunt, dilationes & quę ad iuris cognitionem attinent, constituunt, leuiores quidem & temporanea finiētes: in reliquis singulis duabus cameris, 18. inquisitionibus præfunt, qui enquæstarum, id est, inquisitionum consiliarij dicuntur, quibus præfidentes 4. præficiuntur. horum omnium pars ex clero, parsq;

ex laicis constituitur. Sententias dicunt, quas statutis diebus alter præfidentium in prima curia palam enunciat. idq; arrestum, id est, fixum & firmatum vocant, à quo videlicet nemo prouocare possit. Qui verò reus sententiam in se excipit, 60. librarum Turoneñ multa afficitur. Si quis tamen in iudicio error admissus reo esse videbitur, errorem proponendi et in iudicium curię deducendi potestatem habet: nec prius auditur, quam duplicatam multam deposuerit.

Quarta curia est eorum, quos requęstarum, id est, supplicationum palatij magistratos vocant, apud quos causa eorum tantum agitur, qui regijs obsequijs deputati, vel priuilegio donati. Et ab his quidem iudicibus qui sex sunt, prouocare ad Parlamentum licet. At cum in decidendis iudicijs nodus aliquis & anceps in causa difficultas surgit, omnium curiarum consiliarijs conuenientibus, sententia fertur. Solent & quę de rep. rex statuit, huius senatus decreto edi: et singulis annis regijs rescriptis promulgatis, regem esse authorem huius concionis constat.

Habet & Parlamentum coniudices, dum assunt Francię pares, & alios supplicationum magistratos familiares regis comites, qui post primę curię præfides primi sedent. Illis cum Francię paribus centum appellationum cognitio, regaliū & parium cause committuntur certa sententia finiendę. Sunt autem pares Francię ex omni nobilitate duodecim selecti: Rhemensis archiepiscopus, Laudunens, atq; Lingonens pontifices duces: Bellouacens, Nouionensis atq; Catalaunensis episcopi comites appellati: ex seculi principibus Burgundus, Normandus & Aquitanus, ducatus dignitatem, Flandrensis autem, Tolosanus & Campanus, comitatus prerogatiuam obtinere: quos primum Carolus, vt refert Robertus, instituit, vt secum in militia perduceret, eos pares appellans, quia scilicet æquali inter se dignitate regi constantes essent, nec cuiusquam, nisi Parlamenti tantum, senatus iudicio obnoxij tenerentur, coronandoq; regi adessent. De Flandrensi comite non bene quadrat. nam Flandria comitatus dignitatem sub Carolo Caluo consecuta est.

Duodecim Francię pares

Stephanus
concilium
conuocat.

ANNODomini 768. Stephanus 3. natiõe Siculus, canonicè est electus. sedit annis 3. mēsisibus 5. qui octauo electionis die consecratus, indixit cōcilium, cui Constantini Nepefina acta proponeret. mittit itaq; ad Pipinum regem, de cuius interitu nondum constabat, legatos, quòd eius nomen in rep. Christiana magnum esset, modò destinaret Ro. cōcilio qui è clero probarentur.

Carolus paternæ pietatis emulus, 12. Gallia episcopos ad hanc rem idoneos mittit. Idē quoquē ceteris principibus Christiani nominis scribit. obtemperauerunt omnes, in Lateran basilica concilium habetur. ibi multa inter se de componendis Ecclesiæ rebus sunt locuti, Constantinum ad se perducere iubent, accusatusq; est, quòd nullis sacris initiatus, Ap. Se. occupasset. Ad hæc ipse omne crimen in vim populi & quorundam reijcit, quòd se etiã inuitū coegerint pontificatum obire: cum verò in pauimento pronus & supplex iaceret, veniã petens, miseratione moti qui aderant, eum educi iubent.

Sequenti verò die Constantinus in concilium rediens, mutata sententia, ostendit quæ egerat, Maiorum exemplo facta, quòd & Sergius Rauennatum episcopus, & Stephanus Neapolitanorum ex laico episcopus creatus sit. ob hæc verò impudentiam indignati qui in concilio aderant, eum turpiter eijciētes, ad componendam rempu. Christianam animum adieccere. abrogatisq; primò Constantini decretis, institutum est, nè quisquam laicus, nisi per gradus ecclesiasticos ascendens, pontificatum occupare audeat sub anathematis pœna. promulgatum est item, vt qui episcopatus dignitatem à Constantino consecuti fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordines reciderent. quòd si istorum vita & mores mererentur, ad Se. Ap. venientes, denuò consecrari valerent.

Idem statuunt de presbyteris & diaconis. constitutum est prætereà, vt quæ Constantinus in re sacra egisset, irrita haberētur, præter baptismū & chrisma. deniquē abrogata synodo Constantiana, qua decretum inter Græcos fuerat de sanctorum imaginibus abolēdis:

constitutum est, vt statuē reponerentur atq; imagines, vt homines eorum æmulatiõe sanctorum quos repræsenterent, ad deuotionem incitari valerent.

His ita peractis, decretū est vt sequenti die nudis pedibus processio fieret. itū est tum à Lateran basilica ad S. Petrum nudis pedibus, & à pontifice simul & ab alijs.

Ea cum fierent, Desiderius Longobardorum rex occultè fauens Constantini partibus, tractat cum Paulo Affiarta Græco cubiculario imperatoris, qui & si ducatum Romanum non regeret, quorundam tamen Romanorū & Desiderij regis fauori innisus, aliquid pristinae authoritatis imperij præ se ferebat. Desiderio suspecta erat regum Fræcia in Ro. affectio. vndè multis Ro. pontificem blāditijs demulcere conatus est, adeò vt se Romam vocari, & ad limina B. Petri visitanda inuitari curauerit.

Venit summam præ se ferens Christi religionis deuotionem, pontifici verba dedit humilima, & talia ex quibus in spem venit, fore vt nulla inter eos posthac contentio oriri posset. quæ omnia rex se iureiurando affirmabat seruaturum. Deindè multa loquitur de Constantino et Philippico, censuitq; in suasores impulsoresque, non in simplices presbyteros, qui se passim essent in pontifices prophanari, animaduertendum. Et Affiartam increpans, quòd seditiosis viris non occurreret, impulit vt in Christophorum primicerium, summæ authoritatis virū & pontificis amatissimum, & Francorū partib' studiosum, man' inijceret. Euocatiq; Sergius nupèr ad reges Francorū missus, & Christophorus, oculis sunt priuati. sed & Affiarta post Desiderij recessum, authoritate quæ illi aucta erat, fretus, multos ex Romanis in carceres coniecit, plurimos relegauit.

Eapropter, et etiã quòd interim vacante Ecclesia Rauennatum, Desiderius largitione corruptus, Michaëlem scriniarium eiusdem Ecclesiæ, pulso Leone archidiacono, quem populus clerusq; petebat, intrudere conatus est, pontifex ad Carolum Francorum regem scribit, rogans, Desiderium admoneat, vt ab iniuria inferenda caueat. fecit id Carolus, &

Petitur Carolus contra Desiderium

& quidem per diligentèr, retinere tamè
hominem in officio sinè armis non po-
tuit. vrgebant enim eum regni sui tu-
multus.

Adrianus
pontifex.

Pastor diligentissimus quarto pòtifi-
catùs sui anno moritur, & Adrianus
Romanus papa 95. subrogatur anno 771.
Itaq; cùm Carolus qui Magnus est ap-
pellatus postea, cum fratre Carolomā-
no regnum diuisisset, statim bello ab
Hunnuldo Aquitaniæ duce laecessitus
est. sollicitabat ille ad defectiōem Aqi-
taniæ vrbes, quas Pipinus pater subege-
rat. Carolus contra hostem profectus,
continuo eum auertit, scilicet vir bello-
rum glorię natus. Fugit Hunnuldus ad
Lupum Vasconũ ducem, quem Caro-
lus insecutus nõ priùs cepit, quàm à Lu-
po traditus est. Miserat Francus ad Lu-
pum legatos, qui hostè dèdi Carolo pe-
terèt, alioqui sensuros Vasconas omem
belli molem. ille nõ solùm Hunnuldũ,
verùm etiàm sese dedidit.

Hunnuldus
Aquitanię
dux à Caro-
lo vincitur.

Ità Carolus Aquitaniã omnem Frã-
corum imperio adiecit. Sed habuit ea vi-
ctoria nõ nihil etiàm incommodi, quòd
cùm frater Carolomannus fato fun-
ctus erat, relictis ex Bertha aliquot fi-
lijs, cum quo annos tres Frãcorum im-
periũ rexerat. Incidit & hic casus in an-
num Domini 771. Occupauit imperium
totum Carolus communi procerũ con-
sensu, eiq; præfuit annos circiter 40.

Quo tẽpore Adrianus quamprimùm
in papam electus est, in publicum pro-
diit, carceratos ab Affiarta omnes libe-
rauit, exulesque in patriam reuocauit.
Desiderius cùm magnanimitatem pon-
tificis horreret, tanti viri amicitiam, nè
Francis adhæreret, occupare quæsiuit.
Itaq; mittit Theodorum Spoletinum,
Tumionemq; Hyporegiẽ duces, qui
pontificem orèt, vt fœdera secum iniret.
Ad quæ respondit pòtifex, se, qui pacem
cum omnibus & in primis cum Longo-
barda gête cupiat habere, nullam posse
verbis Desiderij fidem adhibere, quòd eũ
sciuerit promissam Stephano Pont. fi-
dem, intra fœdera totiès violasse, quoti-
ès illi lædendi data esset occasio: & dum
instarent legati, in aliud tempus pòtifex
negocium distulit.

Interea verò Bertha Carolomāni re-

licta, Hildegardæ Caroli vxori propter
mariti amplitudinem inuidens, Andoa-
rij cuiusdam cõsilio vsa, cum filijs ad De-
siderium regem in Italiam cõfugit, qui
eam perbenignè suscepit, & quòd se tu-
torem futurum hac ratione ab impetu
Gallorum existimabat, & quòd Frãcos
propositis Carolomanni filijs, facilius
sumpturos arma in Carolum regem, si
quid moueret, arbitraretur, res suas in
tuto collocans, instat apud pontificem,
vt Carolomanni filios reges inungeret.
& cùm ab Adriano precibus hoc obti-
nere non potuisset, sperans, si bello agi-
taretur, animos demissurum, per mul-
tas itaq; Italiæ partes conciuuit motus,
in Rauennâtes mouēs ditioni Romanę
tum obtemperantes, Fauentiam, Ferrar-
iam & Comaclum vi cepit. Siquidem
Leo tunc archiepiscopus Rauennâs, &
Iulianus, Petrus ac Vitalinus tribuni
plebis, Rauennâ exarchatumq; pro Ro.
Pont. administrabāt, qui tres tribuni si-
mul Romam petètes, afflictis rebus præ-
sidia implorauère.

Bertha Ca-
rolomanni
vxor.

Tunc pontifex eosdem & Stephanũ
Sacellarium ac Paulum Ro. ciues ad De-
siderium misit, orans, vt à motibus in-
tentatis temperans, occupatas redderet
ciuitates. Ad quæ rex magna vsus inso-
lencia, oportere respòdit, vt pontifex se-
cum de rerum summa locuturus, ad su-
am præsentiam veniret.

Interim Lógobardi præda facta onu-
sti, alia loca inuadentes, post direptos
vstosq; agros, aliquas quoquẽ ceperunt
ciuitates. occupāt Vrbinum, Eugubiũ,
Senogaliam, Bleram, Oriculum. Instat
verò Adrianus apud Desideriũ literis at-
que nuncijs, orans et obtestans, vt capta
redderet: & cùm nihil proficeret, abbate
monasterij Sabineñ, & cum eo 20. mo-
nachos celebris sanctimonix oratores
misit, de B. Petri iustitia, deq; Dei iudi-
cio, nisi B. Petro satisfieret, audentèr lo-
cuturos. nõ alitèr Desiderius quàm pri-
us, epistolas ac nuncios exaudiuit. Suos
tamen ad pontificem mittens, inuitans
vt ad se iret, petiuit.

Desiderius
Italiã vastat

Perstitit in sententia pontifex, dicens
vt omnia restitueret in locum, in quo
initio sui pontificatùs fuerant: quo
facto, venire vellet, addiditque alios
ora-

oratores qui similia peterēt. tantum verò abfuit vt postulata impleuerit Desiderius, quòd se ad vrbs Romæ obsidionem ducturum est comminatus.

Quo tristi nuncio perculsus pōtifex, vrbs portas claudi, muros instaurari, & cætera perferendæ obsidioni necessaria parari curauit. Misit & ad Carolum regem Franciæ oratores, opem imminēti Ecclesiæ excidio imploratum. Id cum intellexisset Desiderius, magna astutia est vsus, vt pontificem in sententiam suam duceret. nam cum Adelgisio filio & magnis copijs profectus, Carolomanni relictam Bertham & filios Romā versùs ducere perrexit: & cum Spoletum applicuisset, Adrianum Pont. de suo & Fræcorum pacifico accessu per Andrea Celerem fecit certiozem.

Desiderij
vafricies.

Pontifex futurum intelligens, vt Carolomanni filijs vnctis, Carolum patrum animo abalienaret, vrbs Romam primùm copijs muniuit, indè apostolorum Petri & Pauli basilicā, omni ornatu ac sacra supellectile in vrbe portata, clausit, ac repagulis ad intra firmavit, vt perfidus rex nulla apostolorum visitandi limina, nisi valuis refractis, haberet facultatem, atq; tres episcopos, Albanensem, Preneftinum, Tiburtinūq; impio regi obuios misit, qui apud Interamnā inuentos Desideriū, Adelgisii filiū, Bertham ac filios Fræcos, nè Romani ducatus terrā ingrederentur, sub anathematis denunciatione monuerūt: quæ adeò apud ferocē Longobardū valuit, vt tacitus confususq; Papiam sit reuersus.

Per hos dies Gregorius episcopus, Volcadus abbas, & Albuinus cubicularius à Carolo Francorum rege Romam venientes, pontificem sciscitati sunt, nunquid Desiderius quod suo regi respondisset, capta de Rauennate exarchatu, deq; Romano solo integrè reddidisset. Cumq; nihil factū intellexissent, abeūt, duobus pontificijs legatis comitati, Longobardum rogaturi, vt capta reddat. obstinato id animo rex recusat. Quare pōtifex Francos orat, vt domum celeritè proficiscantur, quæ acta sint, regi referant, & auxilium efflagitent.

At Carolus rex his auditis, quæ sui & Ro. oratores attulerant, eosdem ad De-

fiderium ire iussit, illiq; obtulit 24. milia aureorum, si modò pontifici reconciliatus, rem in integrum restitueret. Et cum insupèr precibus additis, Longobardi pectus molliri nequisset, iter ad Italiam est aggressus. Cūq; multas præmississet cohortes, quæ alpium claustra montis Iouis occuparent, ipse robur ducens totius Francorum militiæ, montem Cinisium conscendere cœpit. occupauerat autem montis Iouis saltus claustraque Desiderius, et Longobardis in Taurinibus apud* Augusta prætoriam coactis, omnes alpium aditus, per quos Francis erat veniendum, stationibus ac munitio-
onibus confirmabat.

Augustam
Prætoriam.

Ea cum essent Carolo in vertice Cinisij montis renunciata, tetauit iterum per legatos Desideriū, si vellet auro accepto consentire: quo magnā fiduciam præ se ferente, iussit Carolus cohortes summa alpium superare. q̄ primùm verò discurrentes vndiquè nuncij Desiderio attulerunt, Francos, occupatis saltibus, claustra oppugnare, alpes etiā antea inuias penetrare, ilicò consternatus, recessit, & abiecta spe cum Francis iusta acie pugnandi, coactum magna ostentatione exercitū dimisit, Adelgisioq; cum Carolomanni vxore & filijs Veronam misso, ipse Papiam communire, & in ea Caroli impetum morari, ac tædio obsidionis frangere statuit.

Carolus al-
per superat.

Sunt è Fræcorum historicis, qui putant Desiderium, cognito Caroli aduentu, in plana se recepisse, atq; Carolum, cum superatis iugis Taurinum peruenisset, certiozem factum, hostem cum grādi exercitu apud Vercellas esse, mox conuerso in illum agmine Vercellas petijisse, Desiderium ibi pugna superatum, Ticinum fugisse. Mortariæ nomen esse loco, vbi sit pugnatum, incolę ferūt. visuntur ibi sacella duo, alterū B. Petro, alterum diuo Eusebio dicatum, in illo *Amelius, in hoc Amycius est sepultus, viri adeò indiscreta facie, vt neuter altero discerni posset.

Fugientem Desiderium Carolus infecutus, Ticini obsedit. interim plurimæ Italiæ ciuitates, vt Longobardorum res declinare vident, pontifici sese spontè dedūt. quare Carolus in isto affi-
nium

Carolus Ti-
cinum obli-
det.

niū studio firmas satis vires suas ratus, obsidionē Bernardo patrueli suo continuandam cum copiarum parte tradit, ipse Veronam* accepturus pficiscitur, vbi cum Adelgifio Bertha Carolomanni relicta erat, sed Adelgifius mulierem in deditioem pronam videns, aufugit ad imperatorē Constantinopolim: quo abeunte, nulla de deditioe mora intercessit.

Verona in potestatem Caroli redacta, omnis regio transpadana illi se permittit. Indè Romā visurus Carolus, cum iam vrbi appropinquaret, resurrectionis festum cum pontifice celebraturus, pōtifex obuios qui eum deducerent, & clerum & Rom. iudices ad 3. millia misit: expectabat verò pontifex cum clero suo in gradibus S. Petri, quem quidem accedentem mira beneuolentia complexus est, nec retinere eum potuit, quo minùs pedes suos oscularetur.

Indè post datam acceptamque salutem basilicā ingressi, cum ad altare Apostoli simul venissent, iurârunt mutuò Carolus & pōtifex Rom. & Franci perpetuam se amicitiam seruaturus, & cōmunes eorum hostes fore, qui alteram partem lacessisset. vrbe deindè ingressus, omnes basilicas piè admodum & religiosè inuisit, ac muneribus quibusdā ornauit. Tum quæ dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat, eadem ipse amplioribus priuilegijs confirmauit fide interposita. Sunt autem hæc: quicquid in Liguria ab vrbe Luna iam pridè euerfa, vique ad Alpes Italiae fines pertinet, huic ditioni additur & Corsica insula, & quicquid Lucam & Parmam interiacet: additur & Forum Iulij cum Rauennatum exarchatu, cum Beneuentano & Spoletino ducatu. Cum autem aliquot diebus Romæ resedisset, Papiam reuersus est.

Quo tempore Spoletinorum & Reatinorū, qui se nupèr pōtifici dederāt, exemplum secuti, Romam detorso capillo (quod maximum deditiois est indicium) veniunt Anconitani, Picentes, Auximates, Firmiani, pontifici se ac sua liberè dedunt. tantum valuit Caroli in Italiam aduentus. Longobardis autem quibusdā deuotionis causa abire nolē-

tibus, Vaticani sedes ad incolendū concessa, quò postea ex tota Italia multi sue gentis confluxere: sicut & postea Saxonibus concessum fuit, vnde dicebatur Longobardorū Saxonūq; vicus. Interijt autem hæc nominatio, quando eo in loco hospitale S. spiritus fuit ab Innocētio 3. edificatum. Carolus ad obsidionē Papiæ reuersus est. at x. demum mense cum Franci vrbe vehementer vrgerēt, intus verò fames & pestilentia grassaretur, ciuitas capitur, & Desiderius cum vxore & filijs comprehenditur, qui Caroli ordinatione in Galliā deportatur, Leodium relegatus.

Carolus Papiam Mediolanoque, & si quid erat reliquum in Italia, potitus, Francos illis vrbebus præfecit, qui earū ceterarumque regionum ab Apœnino ad alpium radices vergentium, Longobardos in pace studerent continere. reliquit etiā Beneuetanis & Foro Iulianis Longobardis ex sua gente duces.

Rome synodus, Adriano authore, in patriarchatu Lateranensi in ecclesia S. Saluatoris celebrata est inter 153. episcopos religiosos & abbates. Adrianus papa & vniuersa synodus tradiderunt Caroli & potestatem eligendi pontificē, & ordinandi Ap. sedem, dignitatē quoque patriciatūs ei concesserunt, insuper vt archiepiscopi & episcopi per singulas prouincias ab eo inuestituram reciperēt diffiniuit: vt, nisi à rege laudetur & inuestiatur episcopus, à nemine consecratur: si quis contra hoc decretum egerit, anathematis vinculo teneatur: & nisi resipiscat, bona eius publicari præcepit, vt de hoc 63. di. in c. Adrianus, cauetur.

Hoc Franci vsurpant hodiè, quò in quibusdam prouincijs Gallia, & præsertim tribus, videlicet Cenomān, Rhotomagensi, & Rhemeni sede vacante, rex de singulis, put vult, disponit, & in his ipse, non capitulum, succedit. Itaq; Longobardi 4. & 200. anno, postquam in Italiam venerant, amiserunt regnum circa annum Domini 773.

Carolus cum domū rediisset magna onustus pda, vnà cū Bertha & nepotibus suis, bellū Saxonīcū quasi intermissum, nunc repetiuit, quo nullū neq; prolixū nec atrocius, Francorumq; populo la-

B boriosius

Carolus Romam ingreditur.

Carolus Tici no potitur.

Carolo priuilegia concessa.

Longobard. regni finis.

horiosius fuit, quia Saxones, sicut ferè omnes Germaniæ nationes, & præcipites & natura feroces sunt. Erant autem Saxones idolorum cultui dediti, nec inhonestum arbitrabantur, polluere & diuina & humana iura. Susceptum est aduersus eos bellum, quod per continuos 30. annos durabat. quotiès enim superati se dederunt, imperata facturi, polliciti obsides spontè qui imperabantur, dabant. sed sicut ad hæc facienda proni, sic ad eadem peruertenda semper fuere præcipites. regis verò magnanimitas aut per se aut per alios perfidiam eorum semper vlciscabatur, donèc omnibus qui resistere volebant, profligatis, 10. millia hominum ex his qui vtrasque ripas Albis fluminis incolabant, cum vxoribus & cum paruulis sublatos transtulit, & per Germaniam ac Galliam multimoda diuisione distribuit: eaq; conditione bellum per tot annos tractum, constat esse finitum, vt abiecto demonum cultu, Christianæ religionis sacramenta susciperent. reedificauerat in Saxonia castrum **Eresburg** / quod inuadentes Saxones, mira specie diuinitatis pulsi sunt.

Saxonicum bellum.

Eresburg.

*Vuestphali

Inter Saxones sunt & *Vuestuali, cum quib⁹ multa Carolus gessit prælia, eosq; magnis affixit cladibus, coegitq; Christi religionem amplecti relicto idolorum cultu: quam cum sepius abnegassent, nec iurandum aduerterent, vt metu pœnæ rebellionem compesceret, occultos constituit iudices, quibus potestatem dedit, vt quamprimum deierasse aliquem comperissent, aut fregisse fidem, aut aliquod aliud flagitium commisisse, mox illum supplicio afficerent, vbi primùm comprehendi posset, nulla citatione præuia aut defensione permissa. elegit enim viros graues & recti amâtes, quos plectere innocentes haud verisimile fuit. terruit ea res Vuestualos, ac demùm in fide continuit, cum sepe in nemoribus & proceres & mediocres virilaqueo suspensi inuenirentur, nulla accusatione prius audita. Querentibus tamen causam, constabat fregisse fidem, aut magnum aliquod scel⁹ commisisse, qui necati reperiebantur.

Vuestualorum iudiciū.

Id iudicium ad nostram vsque durat ætatem, vocaturque **VETITVM**: qui ei

præsumunt, Scabini appellantur, quorum ea præsumptio est, vt per totam Germaniam iurisdictionem extendere velint, secretos habent ritus & arcana quedam, quibus malefactores * indicant. nondum quisquam repertus, qui vel precio vel metu aut in ebrietate reuelauerit. Ipsorum quoque scabinorum magna pars occulta est, qui per prouincias discurrentes, criminosos notant: & reuertentes iudicio accusant, probantq; vt eis mos est. Damnati describuntur in libro, & minoribus scabinis committitur executio. reus ignarus suæ damnationis, vbi cunque repertus fuerit, supplicio afficitur. Degenerauit hoc iudicium. nam & viles aliquæ personæ admittuntur, & ciuilia negocia tractare audent, quibus erat solùm de criminalibus pmissa potestas. hæc Pius Aeneas Syluius.

*iudicant

ANNO verò Domini 775. Constantinus elephantia morbo grauari cœpit, ex quo adusti spumantisque sanguinis vitio putrida caro, neruos ossaque destituens, illum vbiq; vlcera tum, ad crudelissimum & sua omni vita dignissimum perduxit interitum. Cui successit filius Leo, huius nominis quartus, reg. annis 5. hic primùm videbatur pius esse, sanctæque Dei genitricis ac monachorum amicus. vnde & monachos metropolitanis præfecit, multosque ordines in vrbe regia benè ampliavit. Quapropter principes omnes cum multitudine populi petierunt filium eius Constantinum consortem imperij facere, qui cum diceret illum sibi vnicum esse & paruulum, vereri se nè fortè illi fidem non seruaret, iurauerunt ei omnes, se non admissuros alium imperatorem præter Leonem & Constantinum, & ex semine ipsorum, hocque scripto confirmauerunt.

Leo 4. Imp 72.

Fuit autem Leo hic, quauis dissimularet, moribus patri similis: & si diuturniorem habuisset imperio vitam, totum se flagitijs immerisisset. Ferunt eum cum iaspidum cupiditate flagraret, preciosissimam quæ in S. Sophie sacrario erat, coronam capiti imposuisse, gestasseque per urbem, quibus gemmis ita frequenter utebatur, vt ob frigiditatem lapillorum subito morbo correptus, 5. imperij anno excesserit.

Anno

Hispanicū
Caroli bel-
lum.

ANNO Domini 778. Saxonibus victis, Carolus bellum in Hispaniam numine, vt aiunt, admonitus transtulit, nē sequa Saracenorum dominatio, quæ opprēsserat Hispanias, longiūs forsan procederet olim. fato vsus Pipini patris, qui vires eorum nupēr contuderat, exercitum tam suorum quàm Romanorū & Longobardorum auxilijs auctum, in Hispaniam ducit. Pampiloniam statim diuina magis quàm humana ope cepit. Indē & alijs quoquē vrbib⁹ dirutis, mox Hispanis potentissima Saracenorū manus ex Aphrica venit auxilio duce Aigolando, qui vrbes illas recepit & muniuit.

Carolus cūm ex Hispania proficis-
retur, in hostem iterūm versus, Vasco-
niā repetijt, vbi cūm sepē esset ceu ex p-
uocatione dimicatum, iusta acie con-
curritur. cesa hominū 40. millia Chri-
stiani nominis. cecidit ibi Milo Rolandi
pater, fortissimus dux totius exercitū.
Eratque penē de rebus nostris actum,
nisi principis Caroli animo & opportu-
no auxiliarium copiarum aduentu, mi-
litum fiducia firmata fuisset. Quod vbi
Aigolandus sensit, fuga vires suas in-
staurare statuit. nam ex Gennio vrbe in
Santōas pulsus erat, & Carolus in Gal-
liam profectus, rem agendam maiori ro-
bore censuit. exercitum opulentissimū
contraxit ex omni penē Germania &
Gallia.

Erāt inter principes Rolandus pala-
tinus comes ingenti corpore, & Arnol-
dus Bellanicus, qui bonam operam na-
uauit, & Naaman Bauarię dux, & reliq-
quos numerare haud possum.

Aigolandus
Saracenus.

Carolo Hispaniam ingresso, subitus
timor Aigolandum, et si Cordubæ &
Sibigliæ reges in exercitu haberet, iuua-
sit: quare cūm Carolo constituit, vt per
partes dimicaretur, nē tanta hominum
multitudo mortis obiret periculū. eua-
debant ibi plerunquē Christiani supe-
riores. Demūm acre prælium copijs iu-
stis commissum est, in quo Aigolandus
à Bellanico occisus est, Cordubæ & Si-
bigliæ reges fuga elapsi.

Sed erat in Saracenorum exercitu vir
quidam maior, quàm credi posset, aut
tam strenui militis Gallici robur ferret:

Ferracutus nominabatur. hic cūm sepē
aliquem è Christianis militem deposce-
ret, exercitū nostri omnē ferē spem fre-
git. Tandē Rolandus cum eo congres-
sus, animum Christianis dedit, atque al-
tero die pedestri pugna Goliathum arte
magis quàm vi vicit, sub stomacho gla-
dio ictum.

Ferracutus
gigas.

Tum Corduba & ferē omnis regio
recepta est, S. Iacobi Apostoli eides inui-
sa est, & multis muneribus ornata. Indē
cum Vasconibus res acta est, vbi insidijs
& proditoris Gaualonis fraude circun-
uenti duces Christiani, à Marsurio &
Belingādo, quos Armirathus ad Hispa-
nias obtinendas miserat, clade maxima
sunt affecti.

Perijt ibi Rolandus intoleranda siti
pressus, cūm inter præclara eius diei ge-
sta Marsurium ducem interfecisset. Ca-
rolus ducum suorum iustis persolutis,
proditorem Gaualonum rapidis qua-
drigis distractū, crudelissimē laniauit,
id quod scelestum facinus merebatur, &
Vasconum regulos paulatim indē per-
fidia vindex interfecit. Atque hæc fe-
rē, quæ (si fides est scriptoribus) Caro-
lus in Hispanijs egit per multos sanē an-
nos: quare & omnem historiam pluri-
mi in posteriora tempora digessēre. Hi-
spania citerior, tantis bellorum pericu-
lis Francorum regno adiecta est.

Rolandi ce-
det.

Proditoris
supplicium.

GENERATIO XXVII.

ANNO Domini 780. ab vrbe con-
adita 1530. in generatione 27. initio
Leo Imp. moritur. succedit imperio fili⁹
Constantinus, eius nominis sextus, vnā
cum Irene matre sua, fuitque apud eos
simul imperium annos 10.

Constanti-
nus 6. Imp.
73.

Erat Irene mulier rebus gerendis na-
ta, quare quod imperio cōfirmādo ma-
ximē fuit necessarium, primūm sacra &
religionis causas composuit, concilium
secundum in vrbe Nicea 300. & 25. epi-
scoporum congregari curauit, in quo
constitutum, vt qui sacras imagines de-
lendas dicerent, perpetuo anathemate
notarentur. quam quidē constitutionē
Cōstantinus adolescēs, patris flagitia se-
cutus, quorundā improborū suafu non
multō post abrogauit, cūm & matri oī-
nō administrationē imperij abstulisset:
solus imperans, habebat in delicijs mul-

Irene Con-
stantini ma-
ter.

tos excęcare, plures necare, adeò vt Cōstātinopolitani de imperio alteri demā-dando cōpissent cogitare. sed coniura-tio detecta est, ex qua re Nicephor^o Cōstāntini s. filius, cui parabatur imperiū, in carcerem coniectus, lingua oculisq; mutilatus est.

Deperibat Constantinus Theodorā Mariæ vxoris cubiculariam, vndè vt in adulterio liberiùs insaniret, Mariam detrusit in monasterium, & Theodoram imperiali corona insignitā accepit vxorē.

Mirum. ANNO Constantini ac Irenes ma-tris primo, quidam in Constantinopoli fodiens, inuenit monumentum sub ter-ra antiquissimum, in quo corpus mor-tuum reperit, super cuius pectus lamina aurea erat, in qua literis Gręcis itā scri-dtum erat: Christus nascetur de virgine Maria, & in eum credo: sub Constanti-ni & Irenes imperio, ò sol, iterum me vi-debis.

Laus Caroli Ad Carolum redeo, regem omnium & prudentia maximū, & animi magni-tudine præstantissimum. nihil enim in his quæ vel suscipienda erant, vel exe-quenda, aut propter laborē detrectauit, aut propter periculum exhorruit. durā-teenim eo in principatu, tanta ex diuer-sis partibus terrarum bella exorta, soler-tia sua administravit, vt in dubium veni-re possit, vtrū laborum patientiam, an potius felicitatem eius mirari conueni-at. Itaq; in narranda virtute bellica ad-huc moramur, reliqua principis præco-nia postea laudaturi.

Bauaricum bellum. Carolus cū bello Saxonas primū, hinc Longobardos, Hispanos, iterumq; Saxonas & quosdam in Italia tumultus oppressisset, nouum repente ingruit ei bellum Bauaricum, quod non tam Tas-sillonis ducis temeritas, quàm vxoris in Carolum odium excitauit. fuit ea regis Longobardi Desiderij filia, patris exiliū pertęsa, rem bello vindicare conata est. Tassillo inito fœdere cum Hunnis ab Oriente cōterminis, Carolo rebellis fa-ctus est, cuius contumaciam animositas regis ferre nequiuit. Cōtractis vndiquè copijs, in Baioariā ducit, ad Licū amnē peruenit, qui Baioarios ab Alemanis di-uidit, i. Sueuis, cuius in ripa castris col-locatis, priùs quàm prouinciā intraret,

animū ducis statuit per legatos experiri.

Sed ille pertinacitè agere nec sibi nec genti vtile ratus, regi se supplex pmisit. obsides q; imperabant, dedit: inter quos filius su^o Teudo, dato sacramēto, quòd ad defectionem nullius hortatu cōsentiret. Tassillo tamen post vocatus ad re-gem, nec iuramenti quod quondam Pi-pino præstitit ac filijs, nec illius quod fe-cit Carolo, memor, obtemperare recu-sauit.

Quo tempore Carolus Romam ad Adrianum profectus est, qui Pipinum filium baptizauit, & in regem Aquita-niæ vnxit. Sed cū Italiā ingrederetur, Beneuenti dux ad Carolum filium iuū Rumoaldum misit, rogans nē agros fu-os intraret. Verū rex cum filio illius Rumoaldo Beneuentum, vbi fidem su-am spondit dux, iuit. Carolus, acce-pto filio Grimoaldi, cum obsidibus Ro-mam profectus.

Adrianus papa de rebus Bauariæ cer-tior factus, misit Formosum & Dama-sum episcopos ad Tassillonem ducem, vt commonerent eum de iuramentis præstitis, qui legati venientes, cum induxe-runt, vt cum eis Vormatiam veniret ad Carolū, vbi datis xij. obsidibus, regi rur-sū iurauit, at non diū in fide perman-sit. Vndè papa commotus, Tassillonis legatos quasi fallaces, statuit anathema-te feriendos. Deindè Carolus habito cō-uentu generali, legatos misit ad Tassil-lonem, qui experirentur an apostolicis iussis obedire, sibi que fidem seruare pro-poneret.

Quo iussa contemnite, statuit rex tripartito exercitu Baioariam petere, fi-lio suo Pipino cū Italicis copijs in Tri-dentinam vallem conflente, Saxonū verò atque Orientalium Francorū ex-ercitu, super Danubium in loco qui dicitur Saringa, conueniente, ipse cum exercitu quem adduxerat, super Licum fluuium in ciuitatis Augustæ suburbio confidebat.

Vidēs Tassillo vndiquè se circumfu-sum, ad regē supplex venit, veniā de an-tè gestis petijt. Rex autem vt sempèr erat mitis, deprecanti pepercit: & accepto ab eo filio eius Teudonecum alijs duo-decim obsidibus, in Franciam redijt. Tu velim

velim lector tempora diligentè in his narrandis obserues.

Græca fraus

Interim Constantinus imperator siue gloriâ Caroli perosus, siue ab Adelfigio rogatus, Italiam tumultibus quibusdam inuasit. Venerat eò non parua Græcorum manus, cædis quàm imperij cupidior. sed occurrunt subitæ Græcorum iniuriæ Hilprâdus Spoletinus dux & Grimoaldus Beneuentanus, fuitque pugna Græcis funestissima. fertur Adelfigius in ea pugna periisse.

Carolo apud *Yngelheim* pascha celebrante, circa annum Domini 780. Tassillo dux, sicut & ceteri regni primates, aduenit, sed à Bauaris accusat^{us} est, quòd post datos proximè obsides, fidem non seruauerit, & suadente vxore sua Luitburga, Desiderij regis filia, Auares in dissipationem regni vocauerit, multaq; alia & hostiliter dixisse & fecisse. Et cum hæc negare nequiret, maiestatis re^o iudicatus est: & quum omnium ore capitali damnaretur sententiâ, rex ob amorem Dei, & quia cõsanguineus eius erat, liberare eum cupiēs, interrogauit quidnam agere vellet. Ille autem rogat licentiam sibi dari pro peccatis pœnitendi: idèd tonsuratur, & in monasterio ipse & filius eius Teudo reponuntur, ceteri exilio damnati sunt.

Tassillo monasterio datur.

Huic bello successit id quod contra Sclauos gessit, quib^{us} subiugatis, aggressus est Auares seu Hunnos, quod bellum Carolus animosius quàm cetera, & maiori apparatu administrauit. vnam ipse in Pannoniam, quam prouinciam ea gens incolebat, expeditionem fecit. cætera filio suo Pipino ac præfectis prouinciarum comitibus & legatis perficienda cõmisit. quæ cum ab his fuissent strenuissimè impleta, octauo tandem anno bellum consummatum est.

Hunnicum bellum.

Quot prælia in eo gesta sint, quantumque sanguinis effulum, testatur Pannonia omni penè habitatore vacua, & locus in quo regia Cacanni erat, ita desertus remansit, vt ne vestigium quidem humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perijt, tota gloria decidit, omnis pecunia & cõgesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque vllum bellum contra Frâ-

cos exortum, humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint, quippè cum vsque ad id tempus penè pauperes viderentur: tantum auri & argenti in regia repertum, tot spolia preciosa in prælijs comportata, vt meritò credi possit hoc Francos iure his abstulisse, quod illi prius alijs iniuria abstulerant. euiçti tunc sunt, vt de eis nec minimè reliquæ remanserint.

A Bulgaris autem Carolus abstinuit, quòd Hunnis extinctis, regno Francorum vti plebeij, nihil nocituri videbantur. Porro prædam inuētam, per episcopia & monasteria liberalissimè distribuit. Ceterum incruentum ferè Francis hoc bellum fuit. Cecidit in eo Geroaldus Baioariæ præfectus.

Aliud bellum contra Nortmandos, qui Dani vocantur, primò piraticam exercentes, deindè maiori classe littora Gallia atque Germaniæ vastâtes: quorum rex Gotfridus ad eò vana spe sublatus erat, vt sibi totius Germaniæ promitteret potestatem. Frisiam quoque atque Saxoniam haud aliter, atque suas prouincias, estimabat.

Bellum Danicum.

Audiens Carolus Gotfridum regem Danorum in *Abdoritos*, qui vetere Frâcis erât amicitia iuncti, cum exercitu traiecisse, Carolum filium suum cum valida Francorum & Saxonum manu misit cõtra eum, si fortè Saxonie fines aggredi tentaret. Ille autem expugnatis aliquot Sclauorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento reuersus est, nam plures amisit, inter quos & filium fratris sui Reginaldum.

Dani seu Daci.

Carolus autem adhuc Aquisgrani agens, & contra Gotfridum expeditionem meditans, nũcium accepit, classem ducentarum nauium de Nortmandia Frisiam appulisse, totasque Frisico littori adiacentes insulas vastâsse, iamq; exercitum in continenti terra esse, qui cõgregatis quanta celeritate potuit copijs, eregionè contendit, positisque iuxta *Vuisaram* castris Gotfridum expectat. Sed cum statuta castra haberet, diuersarum rerum nuncij ad eum venerunt, classem prædictâ fuisse regressam, Gotfridum regè à quodâ satellite suo, siue (vt quidâ dicunt) à filio proprio, cuius

*Vuiseram
*Vifurgim

matrem nupèr, alia coniuge superdu-
cta, dimiserat, interfectum. Castellum
hodiè Butri, Albi flumini appositum,
in quo Vto legatus Caroli & Orienta-
lium Saxonum erat p̄ses.

Gotfrido mortuo, Hemingus fratris
sui filius successit in regnum, qui pacem
cum Carolo fecit.

Scribit Helinādus, & post eum Vin-
centi^o, si modò fides est authoribus illis,
equidem in tanta scriptorum diuersita-
te nihil affirmo, quòd Caroli tempore
patriarcha Hierosolymitanus de ciui-
tate expulsus, venit Constantinopolim
ad imperatorem, & cum eo Iohannes
Neapolitanus sacerdos, & Dauid archi-
presbyter Hierosolymitanus p̄sidiij
causa, quos imperator misit ad Caro-
lum. His lectis literis Constantini, expe-
ditionem in Orientem parat, vbi com-
misso postea cum paganis p̄elio, victor
euasit.

Recuperata itaque terra sancta, loca
sacra deuotissimè inuisit, posteaq; Con-
stantinopolim venit, quem imperator
aliquot dies retinuit, magnaque dona-
ria in auro, argento ac gemmis offerès,
quæ Carol^o accipere accusauit, sed po-
stulauit arcam vnam cum reliquijs.

Territus Constantinus, claudi fecit
reliquias preciosissimas in vna vili arca,
sed alias in scrinijs aureis & gemmatis,
ac electionem Carolo permisit. Carolus
p̄missio triduo ieiunio, elegit arcam
vilem, in qua erat pars coronæ spineæ
saluatoris, quæ ad preces eius eo die cer-
nentibus cūctis floruit, & odorem sua-
uissimum exhalauit. Item erat clauus,
quo manus Domini affixa extitit, & sa-
tis magna portio crucis. Item sudarium
Christi, beatæ virginis Mariæ indusi-
um, quæ omnia non finè miraculis Ca-
rolus secum ferens, trāsportauit Aquis-
granum, & in basilica ibidè beatæ vir-
ginis collocavit.

ANNO verò Domini 783. Hilde-
gardis regina vxor Caroli obiit, de qua
Carolus tres filios habuit, Carolum, Pi-
pinum & Ludouicum, & totidem filias,
Rutardam, Bertham & Gisellam. Eo-
dem anno etiàm defuncta est Bertruda
regis genitrix.

Anno eodem audiens rex Anglos &

Saxones Britaniam inuasisse, misit cum
exercitu Adolphum regis mensæ præ-
positum, qui gentis audaciam repressit,
acceptosque obsides cum pluribus po-
puli primoribus, Vormatiam ad regem
duxit.

ANNO 790. istudium Parisiense ^{Parisiense}
principium habuit, procurate Alcuino ^{studium.}
Anglo Caroli p̄ceptore.

ANNO Domini 792. Carolo Rati-
ponæ commorante, quibusdam Fran-
cis agentibus, conspirauit contra eum
filius Pipinus, vt aliqui volunt, propter
crudelitatem reginæ Fastradæ, quam
nupèr duxerat, quæ coniuratio per Far-
dulfum Longobardum detecta est. Au-
thores verò cōiurationis partim gladio
cæsi, partim patibulo suspēsi sunt. Sunt
qui ferant Pipinum istum de cōcubina
natum, non enim est ille rex Italiæ: eum
detonsum pater in cœnobiū detrusum,
ex gratia viuere permisit.

ANNO Domini 793, Blondo teste,
Carolus post victoriam de Hunnis, vt
scripsimus, Franconiam maiorum suo-
rum genitale solum prius omnium gen-
tis suæ regnum inuisit, qua in prouincia
synodum episcoporum Germanorum ^{Synodus in}
Francorumq; in **Frankfurt**, missis ad ^{Frankfurt}
hoc legatis ab Adriano papa, habita est
& celebrata, quæ septima dicitur secū-
dum Græcos.

Hoc in loco dānata est heresis Felici-
ana de tollēdis imaginibus, & alia que-
dam Reipub. Christianæ necessaria tra-
ctata sunt. Eodem anno regina Fastra-
da moritur, & Moguntia sepelitur.

ANNO Domini 796. Adrianus
dum religiōem Christianam & liberta-
tem ciuium suorum & vitam pauperū,
pupillorum ac viduarum acerrimè tu-
tatus esset, moritur pontificatū sui an-
no 23. mense 10. die 17. in basilica Petri
cum gloria sepelitur.

ANNO eodem Leo tertius pon-
tifex creatur, qui à puero ita erat educa-
tus & erudit^o in disciplina ecclesiastica,
vt dignus esset qui ceteris anteferretur.
Hermannus dicit eum fuisse comitē de
Ratu in Sueuia: vnde verò id habuerit,
non scribit. sedit annis viginti. Hic Leo
mox vt ordinatus est, clauēs sancti Pe-
tri & vexillum Romanæ vrbs ad re-
gem

gem Carolum cum alijs muneribus misit. Missus est ad hanc rem recompenſandam à Carolo Angilbertus abbas monasterij sancti Richardi, vt populū Romanum per Sacramentum confirmaret pontifici, simulque commisit, vt thesaurum quem Henricus dux Forijulienſis, spoliata Hunnorum regia, eodē anno sibi præsentauerat, parte prius distributa in aulicos, pontifici dono reliquum daret.

ANNO Domini 797. quia pridem Constantinus imperator Constantinopolitanus multos nobiliū oculis priuauit, asseuerās illos cum Irene coniurasse, mater filij sui flagitia non ferens, impellentibus quibusdam ciuibus, Constantinū captum oculis in carcerem detruſit: vbi & meritō, tāquā sacrilagus, minimæque pietatis, quippe qui matrem antè relegauerat, vitā finiuit, atque mater Irene post per quinque serē annos imperauit. Obscuratus fertur sol eo tempore per dies aliquot, itā vt aberrarent naues in mari.

ANNO Domini 798. Romani pacis bono abutentes, eleuati sunt, volueruntque; ea quæ imperialis erant potestatis, sibi vendicare, resistente autē Leone, quidā Paschalis primicerij & Campuli presbyteri factione freti, populum concitarunt. Et cum in litania maiore cum processione de Laterano ad Ecclesiam S. Laurentij equo sedens pergeret, insidias à Ro. dispositas incidit. deiectus enim equo, ac pontificali amictu priuatus, multisque verberibus casus, præcipuā in oculis & lingua vim sensit. semiuiu⁹ in monasterium S. Erasmi in vincula est missus.

Verum Albinus cubicularij industria custodes fallens, in Vaticanū sese proripuit, ibique; tam diū latuit, quoad Vinigisius Spoletinorum dux claculum accersitus, eum Spoletū perduxit, nè aliqua vi hostiū obrueretur. Et bibliothecarius asserit, Leonem in ecclesia S. Erasmi diuino nutu visum recuperasse, similiter & sermonē: ac seditiosi, cum in eum & Albinum særeire non valerent, eorum domos à fundamentis diruūt & vastant.

Leo papa paucos dies Spoletij mora-

tus, ad Carolum properauit. transgressum alpes pontificem, secuti sunt seditiosorum nuncij, quo famam illius calumnijs coram Carolo lacerarent. Sed pius rex qui tunc apud Padelbrunnam Saxonie oppidū erat, ad Saxonum frequentes tumultus opprimendos, sunt que scribunt eum in Francie oppido Heristel fuisse: hic pontificē summa acceptū reuerētia, reiectaque; in aliud tempus disceptatione, exhortatus est vt rediret in patriam: episcopos proceresque; dedit, qui honesto illū ducerent comitatu, se breuī secuturum pollicitus.

Redeunti Romam pontifici, clerus populusque; ad Miluium pontem vsque solennissimo apparatu obuius, virum sanctissimum in urbem introducit. Carolus autem non diū moratus, per Moguntiacos, Belgas, Noricumque in Forumulij descendens, vbi Taruisinos graui supplicio affecit, quod Hericum præfectū occidissent: creatoque; in huius demortui locum altero, Rauēnam primō, mox Romam peruenit: vbi ordinatis per loca congrua turbis, Leo stans in gradibus basilicæ cum episcopis & clero, honorificē suscepit Carolum, illumque cunctis psallentibus in basilicā S. Petri introduxit.

Octaua exin die Carolus, quidnam voluissent Paschalis & Campuli seditiones in pontificem, discussurus, clerū & populum in basilicam S. Petri conuocari fecit, patribusque; & qui ex Francis & Italis aderant confederibus, producti sunt qui obiecta pontifici recenserent: tum vt se quasi absolutiores redderent eius calumniatores, mortiferum ei crimen imposuere. Verum ab omnibus assessoribus vna voce responsum est, Sedem Apost. omnium ecclesiarum caput, à nemine iudicari debere. Vnde obmissa ob tam graue respōsum à Carolo constitutione, Leo pontifex qui iudicium maximè optabat, suggestum conscendens, cum nullus appareret criminis approbator, assumpto euangelio in manibus, coram omnibus inuocato Trinitatis nomine, iureiurando affirmavit, se omnium rerum quæ sibi obijcerent, infontem esse. Acta sunt hæc Idibus Decembris anno 800.

Irene repetit imperiū.

Miserandus Leonis papæ casus.

Padelbrunnana.

Leo papa se purgat.

ANNO salutis 800. in die natiuitatis Domini, præhabita matura deliberatione, Leo pontifex Romanus considerans imperatores Constantinopolitanos ægrè id nomen tueri, & ob eam rem urbem Romam atque Italiam magnis calamitatibus pressam, simulq; retractans errores Græcorum frequentes & inobedientiam, & Occidentale imperium quasi pro derelicto à Græcis habitum, e regione verò perpendens Carolum Fræcorum regem potentissimum, & optimè de ecclesia meritum, qui Ecclesiam ab oppreffione Desiderij regis Longobardorum liberauit, sicut pater eius Pipinus ab Aistulpho, sic & auus Martell⁹ à Gotthis & Saracenis: eapropter inter Missarum solennia eo die in basilica S. Petri pontifex populi Romani consensu, Carolum imperatorè Romanorum declarat, ac diademate coronat, tèr acclamante populo Romano: Carolo augusto à Deo coronato magno & pacifico imperatori, vita & victoria. Pontifex item hominem inunxit cum Pipino filio, quem Italiæ regem solenni decreto pronunciauit.

Carol⁹ Magnus Impe.
Cæs. Augu.

Imperiū ad
Germanos
tralatū.

Eo die imperium Romanum à Græcis in persona Caroli Magni trāslatum est in Germanos. publicam facit fidem tex. in c. venerabilem. de elec. & cle. Ro. principes. Sic monarchia mūdi quæ stetit apud Græcos quingentos fermè annos, residet apud Germanos non sinè felici auspicio ecclesiæ Romanæ. Itaq; reliqua principis opt. gesta posthàc recensebo.

Libet rebus nostris hīc impendi paulum operę. Cur enim hoc in loco de natione inclyta Germanorum, quę apud illustres authores legere meminī laude digna, non pergā compilare, quādoquidem res monet? Et si pro rei dignitate laudari debeat, inuenimus eam esse, quę de omni genere laudis atq; virtutis, cum quauis non modò earum quę hoc tempore præclarę atque celebres habentur, sed etiā cum omni possit antiquitatis memoria contendere. Quę enim est natiō alia sub cælo, vbi tanta & tam sincera nobilitas, vbi tot generosi proceres, vbi tot fortissimi milites, quibus ex innata animi fortitudine contra ho-

stes videtur quidā inesse quasi vitæ contemptus, dum malle inueniuntur exurere hominem & mortalitatē, quā salutem fuga quærere.

Quā longa verò & lata sit Germania, quā religiosa, quā veri tenax, quā iusta, quā populosa, quantus splendor urbium, quæ cæli facies, quæ terræ vbertas, magis admirari, quā recensere valebimus. Hæc cum ita sint, indignissimum iudicauī, aliarum gentium gloriosa facinora compilantem, Germaniæ, cuius alumnus sum, præconia & laudes præterire, ceu Germanicę virtutis inuisor: quod nē committam, tētabo ex his quas alij sparsim cōmemorauerunt, Germanas res, quoad potero, vel rudi narratione in vnū corpus redigere, nihilque sinè certo authore, quod consentaneum rationi non videatur, conscribere.

Laus Germanicę

Quauis autem iam de his p̄s nonnulla antè, & posteriùs generationibus suis breuiter succincteque perstrinxerimus, pleniùs tamen præsentibus singulorum capita aperire curabimus: & nē res confusa, perturbationem afferat legentibus, dicam primū de origine nominis, secundò de situ Germaniæ, tertio de qualitate glebæ, quartò de populis Germaniæ, quintò de dignitate gentis, sextò de illustribus Germanorū gestis, septimò exhortationem subiungam, vltimò de prisca Germanorum moribus ponam.

Rectè nimirum est à Maioribus nostris institutum, vt quare gens quæque maximè celebris esset, ea regioni nomē daret. hinc & à conditoribus suis vrbes, & ab hostibus victis sepè nationes nomina sunt sortitæ.

Germani, ab exteris appellati sunt Maiores nostri, deuictis Gallis: etsi ludere videam scriptores in huius nominis origine perquirenda, vaniore profectò opera, quā si Nili caput quærerent. Sed est hoc nomen à lingua nostra planè alienum, qui Tuisconum nomine prisco appellamur, gentis authorem referentes Tuisconem Noë filium, quē post diluuium cum nonnullis alijs generasse scribitur. de quo Cor. Tacitus de situ & moribus Germanorum scribens:

Origo nobis
& gentis Germaniæ.

bens: Celebrant, inquit, Germani cat-
minibus antiquis, quod apud illos me-
morix & annaliū genus est, Tuisconem
deum terra editum, & filium Mannum,
originem gentis conditoresque. Testis
est huius Ioh. Annius Viterbiē, qui ar-
borem facit filiorum Noæ, nominatq;
post Sem, Cham & Iaphet, Tuisconem
filiū Noæ, de quo Berofus in lib. 1. An-
no, inquit, salutis humanę ab aquis pri-
mordio sumpto, nostri Maiores tempo-
ra scripserūt. nos referemus origines &
tempora & reges eorū duntaxat, q̄ nunc
magna habetur. In Asia quidem nostrū
omnium celsissimum Babylonicum, in
Aphrica Aegyptium & Libycum, quæ
vnū primò fuerunt, postremò in Euro-
pa quatuor nostri enumerant, Celtibe-
rū, id est, Hispaniæ: Celtarū, id est, Gal-
liæ: Kythim, quod illæ gentes Italicum
appellant, & Tuisconum, quod à Rhe-
no fluuio per Sarmatas in Pótum finit.
addunt quidam etiā quintum, lōni-
cum. Hæc ille.

Videatur su-
perius au-
thoris pfa-
tio, & gene-
ratio 16. li-
bri 1.

Ex quo etiā patet, quòd tum Ger-
manorū et Sarmatarū vnum fuit regnū.
Addit Ioh. Viterb. in cōmentarijs, No-
tādum esse quòd Noa sibi in filios ado-
ptauerit Tuisconis posteritatē, & idēd
in eius arbore ponuntur, & non alio-
rum nepotes. In quo, secūdum ipsum,
præcellunt Germani & Sarmatæ, qui
dicūtur Tuisci, Latinos & Gallos: Sar-
matæ autem populi sunt, Poloni, Got-
thi, Ruffi, Prutheni, Daci & reliqui af-
fines.

Deindè Berofus lib. 4. Anno, inqt,
131. ab aquis, prima omnium ciuitatum
fundata est Babylon. Et deindè, Baby-
lone condita, Ianus pater, quē & Noā
nominant, misit in Aegyptum Chem,
in Asiam Orientalem Gangem, in Eu-
ropam regem Sarmatiæ fecit Tuisconē
à Tanai ad Rhenum, iunctique sunt illi
filij Istri & Mesæ cum fratribus suis, ab
Adula monte vsq; in Mesembriam.

Deindè in quinto libro idem Bero-
fus: Anno, inquit, 6. Semiramidis, apud
Rheni Sarmatas regnavit filius Tuisco-
nis Mannus. Hinc Ioh. Viterbiē pu-
tat dictos Alemannos. Deindè Bero-
fus eodem libro: Sub Nino filio Semi-

ramidis apud Tuiscones Ingæuon re-
gnat. Deindè eodem libro: Sub Ara-
lio rege Assyriorum septimo, apud Tu-
iscones regnabat Hermion vir ferox ar-
mis. Deindè eodem lib. Berofus: Sub
Baleo 8. rege Assyriorū, apud Tuisco-
nes regnat Marsus. Deindè sub x. Af-
syriorum rege Belocho, apud Tuisco-
nes regnavit Gābriuius vir ferocis ani-
mi. & aliqui existimant illum primum,
qui coronam totius Germaniæ cōsen-
su pertulerit. Gambriuius enim Latine
interpretatur coronatus, secūdum Ioh.
Viterb. Deindè secundum Berofum:
Sub Baleo xj. rege Babyloniæ regnavit
apud Tuiscones Sueu⁹, à quo Sueui di-
cuntur à quibusdam appellati. Deindè
Berofus: Sub Altada xij. rege Assyrio-
rum, apud Tuiscones regnavit Vanda-
lus. Sub Mamito xij. rege Babyloniæ,
regnat apud Tuiscos Teutates, & se-
cundum Ioh. Viterb. Teutates, Mercuri-
us Germanorum extitit, qui sacrifi-
cijs ritus indidit, quibus consonat illud
Lucani in primo:

*Et quibus immitis placatur sanguine dno
Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus.*
Ab hoc & Teutones dicti sunt. Sub 14.
rege Assyriorum Mancaleo, regnavit
apud Tuiscones Hercules Alemannus,
anno regni illius xij. & ob id fortè, te-
ste Cornelio, Germani ituri in prælia,
Herculem canunt, Et tantum de regi-
bus Germanorum, quorum Berofus
meminit.

Concordant in multis Cor. Tacit-
us in lib. de situ & moribus Germa-
norum, qui nominat Tuisconem, Mā-
num, Ingæuones, Hermionas, Istæuo-
nes. subiungit, Quidam autem licentia
vetustatis plures* deo ortos, pluresque
gentis appellationes, Marsos, Gambri-
uios, Sueuos, Vandalos, affirmant, eaq;
vera nomina.

Cæterum Germaniæ vocabulum
recens & nupèr additum, quoniam qui
primi Rhenum transgressi, Gallos ex-
pulerunt, nūc Tungri, tunc Germani
vocati. Adstipulatur Cornelio Strabo
in sua geographia lib. 7. Statim, dicens,
trans Rhenum regionem ad ortum ver-
gentem, Germani colunt, nationem Gal-

Alemannus

Ingæuon.

Hermion.

Marsus.

Gābriuius
rtx.

Sueuus.

Vandalus.

Teutates.

Hercules
Alemannus.

Germani
Gallorum
fratres.

* Teutones
ffres Gallo-
rū esse eloq

2. bel. gal. 3.

Gallicā paulispèr imitantes forma, moribus & viuendi ritibus, quales Gallos dicimus. Ideò Romani hoc illis nomen indidisse iure mihi videtur, perindè ac si omnes* fratres Gallis eloqui voluerint. Hæc ille.

Volunt hi scriptores sub Ro. Teutonicos esse dictos Germanos, & sic recēs nomen fuerit. Quando verò eis nomen fit inditum, compertū non habeo, cūm Iulius Cæsar transiens in Gallias, tum inuenisset cis Rhenum Germanos incolere, inquisitione facta de eorum statu, repperit Rhemis narrantibus, plerosque Belgas ortos à Germanos, Rhenumque antiquitū traductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosq; quiea loca incolebant, expugnasse, solosque esse qui patrum, vt aiebant, nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teutones Cimbroisque intra fines suos ingredi prohibuissent. Hæc ille. Ex cuius dictis luculentè patet, nomen Germanorum etiā tempore C. Iulij Cæsaris recens non fuisse, cūm suo tempore quærenti responsum sit, Germanos tū Gallijs immorātes, antiquitū Rhenum transisse.

Vndè cisal-
pina gallia.

Sed & Germani tempore quo Brennus urbem Romam incendit, circa annum sexagesimum supra trecentesimū ab vrbe condita, fuerunt in Italia. author est T. Liuius primæ decadis lib. 5. vbi scribens de Gallis, qui ferè ducentis annis ante urbem incensam partes Italiæ occupauerant, à quibus hæc portio cisalpina Gallia dicta est, inquit: Alia subindè manus Germanorū, Elitouio duce, vestigia priorū secuti, cūm transcendissent alpes, vbi nunc Brixia & Verona vrbes sunt, locos tenuere, & ibi consederunt. quod factum reor sub Prisco Tarquinio.

Concordat in hoc Gotf. Viterb. qui in illorum gestorū ordine ait:

*Iā quasi quingētis tempus defluerat annis,
Cum sua Germanis influxit bella Sicamber,
Amodò Germani cupiunt de more vocari,
Moribus & lingua cum Teutonicis variari,
Progenies Priami Germanica noīa querit.*

Cōsentit Carinus in historia de origine Mediolani, & cum recitat Bergomenū in supplemēto chronicōn, ex qui-

bus clarè patet, si nomen Germaniæ tempore Cor. Taciti recens fuerit, aut à Ro. impositum respectu Gallorum, vt Strabo voluit, cūm antea ex præmissis Germanæ gentis nomen inueniatur, fuisse celebre. Non tamen irem inficiās, à Tuiscone *Tuiscen* vulgò dictos, & nomi- *Tuiscen*
nis ratio conuincit, sicut à Teutone *Teut-*
rege Germanorum Teutonia, dummo- *schon*
dò verum sit, Germaniæ tam celebre nomen, esse antiquissimum nec recentè inuentū. habet enim Germania plura nomina, vt pleræq; nationes aliæ, & Italia plurima habet nomina. Nec quadrat quod aliqui scripserunt sinè probato authore, Germanorū appellationem apud Gallos sumpsisse exordium, narrantes, quòd post Troianam cladem Aeneas & Priamus Magni Priami nepos, peragrantes venerint in Italiam, in qua Aeneas cum suis regnum instituit, Priamus verò transuerit in Galliam. Illos Gallos qui supra Rheni lit- *suprà gence*
tus tum morabantur, expulit, munitio- *rat 13. lib. 2.*
nes ædificans & castra, Troiam videlicet, quæ nūc Xanthum dicitur, & Viconiam, quæ nunc Bonna appellatur, tandè regni sedè apud Treuiros constituens. Exercitus autem Aeneæ qui in Italia remanserat, istis populis Priami, qui eam Galliæ partè occupabant, scribès, germanos, eos appellabat, eò quòd illi & isti de Troianorum germine processissent. Postea verò cūm hi Germani multiplicati essent, miserunt partem exercitū trans Rhenum in Turingiam, ibi etiā regnum instituentes: et propterea successu temporis, Teutonici tanquā à digniori, etiā se Germanos vocabāt. Postremò cūm Ro. regnum esset dilatatum, venit Iulius Cæsar cum Ro. Germaniam quæ proxima est Gallis, subiiciens occupauit, antiquam germanitatem inter eos & Romanos renouando.

Pulchrum inuentum, sed pace salua, cūm examinatur, inuenitur esse fabulosum, nec aliqua veterū autoritate fultum. legant summum authorem C. Iulium in commentarijs lib. 2. vt suprà tetigi, inuenient eum præmissa solerti inquisitione de Germanis, qui tū in Gal- *2. bel. gal. 4.*
lia morabatur, comperisse Rhemis narrantibus, eos Germanos antiquam ex
Ger-

Germanis originem duxisse, rhenumq; transgressos olim, ibi cōsedisse, & Gallos qui ea loca incolebant, expulisse.

Adde priscos probatæ fidei auctores, Strabonem, Egesippum, Cor. Tacitum, Clau. Ptolemæum, Paulū Orosiū. Quid, quæso, prædicti vetustatis auctores aliud volunt, quàm Rhenum limitē semp̄ fuisse inter Galliam & Germaniam, & quòd Germani om̄es qui Galliam incolūt, à trās rhenana Germania originē trahāt? Sic Solinus in collectaneis de Germania scribens ad Augustū: Succinus, inquit, ingens initium Germaniæ facit, hunc Ingæuones tenent, à quibus primis post Scythas nomē Germanicum confurgit, diues virorum terra, frequens populis, extenditur inter Hercynium saltum & rupes Sarmatarum. vbi incipit, Danubiò: vbi desinit, Rheno perfunditur. Hæc ille.

Et de Ingæuonibus Plin. in 4. lib. ca. 13. ait: Incipit indè clarior aperiri fama ab gente Ingæuonū, quæ est prima, * indè * Germaniæ, * Seu mons ibi immensus, nec Riphæis iugis minor, immanè ad Cimbrorum vsq; promontorium efficit finem, qui Codanus vocatur, refertus in sulis, quarū clarissima est Scandauia, incomptæ magnitudinis. & plura quæ gentis nostræ descriptionem probant.

Latitudo
Germaniæ.

Germania, Europe regio est nobilis, & maxima post Scythiam inferiorem, à Danubio intra Rhenū fluuium Oceanumq; cōclusa, Clau. Ptolemæ⁹ auctor est, & Cor. Tacitus in lib. de situ & moribus Germanorū: Germania, inquit, omnis à Gallijs, Rhetijsq; & Pannonijs, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis & Dacis, mutuo metu aut montibus separatur. cætera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spatia complectens, nupèr cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit. Hæc ille.

Hi fines Germaniæ, vt veteres voluerent. Nunc quantum extra hos terminos vagati sint Germani, & adhuc possideant, ea conditione, vt se aliud ab his esse genus refutent, non obscure intelligere possumus. Rhetios enim, Vindelicos, Noricos & superiorem Pannoni-

am, hoc est, Austriam, alpes, partemque Illyriæ & vsque ad Tridentina claustra Germani obtinent. Belgarum ferè tota natio quondam Gallici iuris, omnisq; Rhenus in nomē Germaniæ linguamq; concessit, vt iam se Gallos dici nesciāt: si audiant, indignentur. Heluetij quoque in Germaniæ nomen & linguam tempore labente transière. Itaq; Galliæ transalpinæ magnam partē Germania sibi vèdicauit. Pruthenos gentem ferocissimam & idolis deditam, intra trecentimum annum ex manibus infidelium nobiles illi fratres Teutonici ordinis B. Mariæ virginis, vi & armis detraxerunt, vbi et lingua Teutonica introducta est, & Christi cultus genti imperatus. Vnde habita, vt sic, comparatione ad primæuam germaniam, inuenietur quòd plus ferè nacti sunt Germani foris, q̄ intus habebāt. Germaniam enim eatenus extenderunt, quatenus sermo Germanicus inuenitur extensus.

De qualitate terræ Germanorū scribuntur nō diuersa modò, sed & aduersa. Anneus Seneca in lib. de gubernatione mundi: Germania, ait, & quidquid circa Istrum vagarum gentium occupat, perpetua illos hyems, triste cælum premit, * malignè solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt incolæ, super durata glacie stagna profultant, in alimentū feras captant, nulla illis domicilia, nullæque sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit. vilis, & hic quærendus, est victus, horrenda iniquitas cæli, intacta corpora. Hæc ille.

Seneca de
Germania
testimoniū.

Non multum dissimilia refert Cor. Tacitus. Quis porro, inquit, præter periculum horrendi & ignoti maris, Asia aut Aphrica aut Italia relicta, Germaniam peteret informem terris, asperam cælo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit? Et paulò post: Terra, inquit, etsi aliquantò specie differt, in vniuersum tamè aut syluis horrida, aut paludibus fœda: humidior, qua Gallias: ventosior, qua Noricum ac Pannoniā adspicit, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunque improcera. argētum & aurum propicij irati dij negauerint, dubito.

Eidem

Eidem sententiæ Strabo accedit.

Quis autem, quæso, ad hæc audita nõ stupeat, aut saltem nõ arbitretur ea esse cõficta, cum apud alios authores legat passim, oculisque conspiciat, quàm vero sint consentanea? vbi beata amœnitas visitur, cæli clementia, campi fertilitas, sunt & colles aprici, nemora opaca, frumentorum abundãtia, vitiferi montes, clarissimi amnes, Rhenus, Danubius, Albis, & aliàs riuu lympidissimi, totam terram rigantes: sunt fontes dulcis aquæ, sunt & thermæ calidæ, sunt mineræ salis plurimæ: metallorũ item fertilitate nullis terris cedit. vniuersa & Italia, Gallia, Hispania argentum quasi omne ex Germaniæ negociatoribus habent, metallaque non parũ multa, nec auro est priuata.

Germania
cultã & ferti-
lis.

Metalla.

*amœna

6. bel. G. 10.
4. bel. gal. 2.

Quodd si hodiè prisorum resurgeret aliquis, & oculis intima regionis perspiceret, videret quanta esset locorum salubritas, cæli humana tẽperies, vbertasq; soli, vini, frumenti quanta copia, arborum consitiones, qui splendor vrbium, templorum sacra & erga Deum religio, vrbinitas ciuium, vestitus hominum, rei militaris peritia, apparatus bellicus, cæteraq; ornamenta Germanorum, nobilitasq; quàm syncera, profectò (vt reor) non diceret terram informem, asperam cælo, tristem cultu. videret sanè, quàm verum sit tritum illud, quodd sæpè bona materia cessat sinè artifice. Quandoquidem Liuius in 9. Sylua, inquit, erat Ciminia tum inuia magis atque horrenda, quàm nupèr fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud ferè quisquam præter ducẽ audebat. ostendit paritèr circa Mutinã Bononiamque, & proxima loca totius Italiæ nunc amœnissima, syluas omnia obtinuisse. Itaq; C. Iulius Cæsar in cõmentarijs: Fuit, inquit, tempus quandò Germanis vita omnis in venationibus et studijs rei militaris consistebat, maximam partem victũs in lacte, caseo, carne & pecore habebant: quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ, quodd à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, & quodd nihil omninò cõtra voluntatẽ faciunt,

& vires alit, & immanem corporis magnitudinem efficit. agriculturæ parũ studebant, nec enim quisquam agri modum certum aut fines habebat, sed magistratus & principes in annos singulos, genti cuiuspiam hominum, qui vnã coierant, quantum ei & quo loco videbatur, agri tribuebat. Cuius rei multas afferebant causas, nè assidua agri colendi consuetudine capti, belli gerendi studium intermitterent, nè latos fines parare studerent, potentioresq; humiliores expellerent, nè accuratiùs ad frigora atque æstus vitandos edificarent, atque oriretur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones diuisionesque nascuntur, vt animi equitate plebẽ continerent, cum suas quisq; opes cum potētissimis equari videret. Hæc ille in primis de Sueuis commemorat.

Rudis pri-
mũ Germano-
rorũ vita.

4. bel. gal.

Porro si de industria & solo virtutis amore prisici Germanorum populi terrã reliquerunt *ociosam, quæ vbi postea *ociosam cultores nacta est idoneos, locupletissimè respondit cultoribus, protulitque fructus multiplicatos: nõ rectè iniquitas cæli aut glebæ sterilitas infimulari debuerat, nisi fortè ex reuolutione cæli mutationes in regionibus fieri arbitremur, vel quodd deus in hoc humanarum rerum fragilitatem ostẽdere velit: vt nihil tam conspicuũ, tam florens sit apud mortales, quin non aliquandò deficiat & in nihilum redigatur: rursũ & quæ sunt despecta vel infœcunda, erigat, omniumque rerum affluentia condonet. Nam plurimas accepimus regiones & in Asia & Africa iam esse desolatatas, vbi quondam florentissimus fuit ager. illa enim magna Babylon, gloriosa in regnis, superba ac inelyta, iuxta Esaiã vaticinium, sinè spe reparationis firenarum facta est delubrum, domus draconum, & latibulum serpētum. Aegyptus quoque magna ex parte inhabitabilis narratur & inuia.

Esa. 13.

Ager verò Germanicus teter quondam & informis, mitior factus, omnũ rerum ad vsum humanum necessariarũ fœcunditate, nulli (vt reor) est secũdus: quanquàm non me latet, id à multis improbatum iri, considerantibus Asiam, Africam, Italiam, et si qua sunt alia fortunata

tunata

runata loca. At ego cum Plinio terram iudico optimā, quæ suis bonis contenta, aëre salubri fruitur, ea nimirum est Germania. Nā et si regionibus alijs mitior est hyems et fructus nobiliores, minus tamē æstus temperatus est: vndē & frugum corruptio, adde animalia venenosa, & alia ad humani generis perniciem intentissima: difficile proinde erit iudicare, quæ cui prouincia sit comparanda vel anteferenda.

Tacitus de
Germaniæ
populis.

De antiquis Germanorum populis Cor. Tacitus lib. de situ Germaniæ, credere se dicit, eos indigenas esse, minimeq; aliarum gentiū connubijs, aduentibus & hospitij mixtos. rationē dicit, quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes quærebāt, & immēsus vltra Oceanus ac aduersus, raris nauibus aditur. Tum quis porro, inquit, præter periculū horrēdi & ignoti maris, Asia et Africa aut Italia relicta, Germaniā peteret, informē terris, asperam cælo, tristē cultu & adspectu, nisi patria sit? Et paulō post: Ipse, inquit, eorū opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliarū nationum cōnubijs infectos, propriā & syncerā, & tantum sui similem gentē extitisse arbitratur, vndē habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero idē omnibus, truces & cerulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tātum ad impetum valida, laboris atq; operū non eadem patiētia, minimeq; sitim aut æstum tolerare, frigora atq; inediā assueuerunt. celebrant hi carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ atq; annaliū genus est, Tuisconē deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresq; Mannō trīs filios assignant, è quorū nominibus proximi Oceano Ingaüones, medijs Hermiones, cæteri Istaüones vocantur. Et sic Cornelius tria dicit esse genera Germanorum. Quid Berofus sentiat, supra scripsimus.

Plinius de
Germanis.

Plinius verò in naturali hist. lib. 4. Genera, inquit, Germanorum sunt 5. Primū Vindelici, quorum partes sunt Burgundiones, Varini, Carini, Guttones: secundū genus Ingaüones, quorum pars sunt Cimbri & Teutoni à

Chaucorum gente: proximi autē Rhe-no Istaüones, quorum pars sunt Cimbri mediterranei: quartum genus Hermiones, quorum pars sunt Sueui, Hermunduri, Catti, Cherusci: quinta pars, Peucini, Bastarnæ contermini Dacis. Hæc ille.

Orosius de
Germanis.

Orosius verò refert, vniuersam Germaniam 54. gentes inhabitare. hinc est fortē, q̄ Strabo ante illos, multos memorat populos, & multò plures post eū Cor. Tacitus, nec pauciores Cl. Ptolemæus. Quòd si quis Germanorū scriptor testificaretur nomina talia populis Germaniæ fuisse, qualia hi memorāt, admirarer vehemētèr, quo pacto ea nomina aboleuissent, quòd ferè nulli nomen suū superfit. Et quod magis mirum est, cum supra 4. & 50. populi memorētur nominibus distincti, quòd nemo inuenitur qui dicere potest regionis suæ nomen, vel quandò aliud nomen vsurpauerit, per paucis exceptis.

Illud etiā nō minore admiratione dignum, quòd tanti authores itā variāt, & paucissimos populos ex his nominari videmus apud vnum, quos nominauerit alter, cum tamen intra 30. supra 100. annos scripserint, Strabo sub Tiberio, Tacitus sub Traiano, Ptolemæus sub Antonino Pio.

Memorat Strabo inter Germanas gentes, Bructeros, Sueuos, Colduos, Marcomannos, Luios, Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, Senones, Siccambros, Catts, Gambriuos, Cattuarios, Chaubos, Cimbros, Caulcos, Cæpsianos, Bisurges, Cheruscicos, Catiscos, Ampfanos, Cheniscos, Landos, Subattios, * Heumunduros, Boios: Hæc Strabo.

Strabo de
Germanis.

Cornelius item Catts, Vspetes, Tēcteros, Bructeros, Frisos, Angriuarios, Dulgibinos, Thalsuarios, Chaucos, Cheruscicos, Cimbros, Sueuos, Longobardos, Reudingos, Anglos, Auionos, Varinos, Eudolos, Suarmos, Nuithomos, Hermunduros, Nariscos, Marcomannos, Quados, Marfignos, Gotthos, Ofos, Buros, Ligios, Arios, Heluetionas, Mannumos, * Gelysios, Noharualos, Rhugios, Lemonios, Suiones, Venetos, Fennos, Vandalos: Hæc Cornel.

C Multò

Multò his diuersa Clau. Ptolemæus recenset.

Quis, quæso, ad tantam ignotorum nominum congeriem non moueatur, si sit Germanus? sed cum per tempora quibus vocabula hæc gentium in vsu fuisse scribuntur, nemo adhuc ex Germanis inueniatur Latinæ linguæ operam nauasse, (nam & literarum secreta, si Cornelio credimus, Germani viri pariter & mulieres ignorauerunt, cum Galli, auctore Iulio, priusquam Rom. subijcerentur imperio, nullas sciuisse aut vidisse literas ferantur, nisi quas Græci aduenæ pro miraculo habitas pauculas ostendissent) consequens est ergò, populis Germanorum vel à Græcis, vel à Latinis indita fuisse hæc nomina.

Quis verò ignorat, vt de Græcis taceam, quòd Itali qui tum Latinam linguam introducebant, & qui nunc sunt, linguam Germanicam in multis etià vbi diù insudauerint, rarò benè pronuncient?

Vera autem nomina prouinciarum Germaniæ, hodiè sunt hæc: in capite Danubij & Rheni, est Sueuia, aliàs dicta Alemania, & compræhendit sub se Rhetiam, Heluetia, quam Suitenses & confœderati occupant, Alfatia, Lotharingia, quæ est secundum Bar. de proprietatibus, quasi vltima Germaniæ prouincia. Rhenensis prouincia, Brabantia, Selandia, Hollandia, Frisia, & secundum aliquos Flandria, Dacia, Saxonia, Thuringia, Hassia, Mysia, Vuestualia, Franconia, Bohemia, Morauia, Marchia, Prussia, Liuonia, Pomerania, *Silesia, Polonia, Bauaria, Austria, Stiria, Carinthia, Athesis.

Insupèr Gregorium 3. miror tam varijs vsu nominibus in epistolis ad Germaniæ præfulem Bonifacium, cum ea quæ perscripsimus, illo etià tempore fuerint in vsu.

Magna admodum & veneranda dignitas Germanorum, apud quos residet monarchia mundi Romanum imperiũ, de quo Innocentius tertius, extra de elec. in c. venerabilè, scribens, asserit Ro. imperiũ à Græcis in persona magnifici Caroli in Germanos esse trãslatũ. cõcord. Cle. Romani principes. de Iur. iur. per

quæ iura meritò silentiũ imponeretur cõtendentibus, translatione imperij factam fuisse primũ in Gallos aut Frãcos, contra quos sufficere debet, sacris canonibus attestari, imperiũ trãslatũ esse in persona Caroli in Germanos.

Nec finè mysterio hoc factum videtur, & ad tollendam omnem ambiguitatem ità fuit exprimendum: quod ità clarum fiet: Carolus em̃ Magnus tempore translationis rex fuit non solũ Galliæ, sed & Germaniæ: & id est indubitatum, & licet vtriusque regni rex fuerit, à neutro tamè regno appellabatur, sed Carolus rex Francorum dicebatur, quod idem erat, àcsi nominatus fuisset rex Germaniæ & Galliæ. nam clarum est, quòd eo tempore omnis Gallia trãalpina & etià Germania à montibus Pyrenæis vsque in Pannonias, Francia dicebatur. Illa, id est, Germanica Francia, Orientalis: altera, id est, Gallicana Francia, Occidentalis: in quo veræ historiæ concordant omnes.

Est etià sciendum, quòd Germania tunc eatenus protendebatur, quatenus sermo Germanicus: Gallia verò, quatenus Gallicanus, hoc est, à Britannico mari vsq; ad Mosam fluuiũ. His itaque tãquam veris premissis, clarè patet, si in trãslatione Galli fuissent expressi, Germani fuissent exclusi, quod non erat de mente transferentis: si verò facta fuisset mentio Francorum, tunc quia Francia compræhēdebat Galliam simul & Germaniam, prout dictũ est, trãslatio facta fuisset in duo distincta regna & diuersarum linguarum, quod nemo laudare posset, quia fuisset seminarium discordiarum. ideò vt tolleretur omnis ambiguitas, trãslatio facta est in Germanos, vt sic Gallici occidentales Franci, scirent se exclusos. facit pro hoc etià canon de conse. dist. i. qui dicit, Teutonice concessum regnum ecclesiæ.

Prædictis non obstat, si quis diceret Carolũ fuisse Gallũ, & quòd in ipsam & posteros suos trãslatum sit imperiũ, apud quos durauerit in septem generationibus. Nam clarè constat ex chronicis, Carolum fuisse Germanum, in Germania natũ, in ea & sedē habuisse, & sepultũ. nat⁹ em̃ inuenitur in *Jugelsheim* haud

Cæsar hæc aliquantò aliter narrat

6. bel. gal. 8.

*Silesia
*Slesia

Imperij ad Germanos tralatio.

haud longè à Mogútia, quod satis colligitur ex historia Francorum & Eusebij. Legitur etiã in Spe. histo. quòd Carolus 12. ventis imposuit nomina, & 12. mensibus iuxta propriam, id est, Teutonicam linguam.

Sed si dicatur quòd fuerit Gallicus, quia in Belgica Gallia natus, quæ nũc Germania dicitur, illud tamen verum est, quòd imperium non fuit translátũ in eũ, sed in persona sua in Germanos, put hoc dicũt sacri canones. nec etiã verum est, quòd omnes posteri Caroli, imperatores fuerint Gallici. nam sicut Carolus Germanus fuit, itã et filius eius Ludouicus Pius, itã & Lothari^o Ludouici Pij filius, cui in imperio successit Ludouicus secundus. ille fortè vel in Italia aut Gallia fuit nat^o. Sed eò mortuo, successit in imperio Carolus secundus, qui natus fuit in Germania ex Ludouico Pio & Iuditha Guelfi Teutonici filia. eo defuncto, peruenit ad imperium Carolus tertius, qui fuit Ludouici regis Germaniæ filius, à quo Alemaniæ, id est, Sueuiæ fuit rex designat^o. Huic successit Arnulphus filius Carolomanni, q̄ Arnulphus fuit rex Germaniæ, sedè habens in Ratispona, post cuius Arnulphi mortem Ludouicus filius eius Germaniæ rex, imperium obtinuit, prout in Spe. hist. & in Frãcorum historia alijsq; cauetur.

Quò in tempore aliqui inuaserunt imperium in Italia, quorum vnus Berengarius tyrannus, à quibusdam ciuibus Veronensibus nocturno tempore fuit intromissus sub anno Domini 907. vbi tunc Ludouicus nil tale metuẽs, captus est, oculisque priuatus. eo breui mortuo, electus est à Germanis Cunradus primus, filius fratris Ludouici tertij, secundũ veriores historias, cũ defecisset genus Caroli in Germania, & sic clarum est, quòd in Gallos non fuit imperium translátum, sed nec in Francos occidentales, quanquã historia Francorum dicat imperium Ro. translátum fuisse ad reges Francorum, et quòd post hoc fuerit trãslátum de regibus Francorum in Germanos in persona Othonis primi, de qua habetur 63. dist. c. in synodo, quia contradicunt in hoc talia

scribentes sacris canonibus, nisi intelligantur loqui de Francis Orientalibus, qui veri sunt Germani, in illos & Francos Germanos trãslatio facta est. Et secundũ hoc intelligenda est glo. in c. Ego Ludouicus. 63. di. quæ dicit, Notãdum, imperium priũs fuisse Francorũ, sed postea Teutonici virtutibus suis illud promeruerũt. Carolus enim & imperatores in linea generis sui fuerũt reges Francorũ, quibus deficientibus in Germania, peruenit imperiũ ad Saxones, qui Teutonici fuerũt, hoc est, Germani. Per hoc autẽ non sequit, quòd de nouo translátũ fuerit in eos, cũ priũs apud Germanos nõ solũm tẽpore Caroli Magni fuit, sed etiã tẽpore posteritatis eius & sequentiũ in imperio Germanorũ: quia, vt dixi, nõ in Carolũ, sed in persona Caroli in Germanos trãslátũ fuit. sic etiã finalitèr obtinuit tã de iure, q̄ de cõsuetudine, vt probãt textus in c. venerabilem. & cle. Romani alle.

Et licet Itali receperint Berengarios, Hugonẽ Arelateñ comitem, filiũ ipsius Lothariũ siue Rodulphũ Burgundię regem, tñ omes isti, veritate inspecta, tyranni & inuafores imperij, nõ imperatores, possunt dici, cũ Germani principes non obmiserint tunc imperatores eligere. Constat autẽ de iure, quòd electus in regem seu imperatorem Rom. à Germanis, potest statim ex ipsa electiõe licitè nomẽ regis Ro. assumere, & Aquiligrani inungi, iura & bona imperij administrare, de quo glo. & communitèr doct. in cle. Romani. de iur. iur. & itã etiã seruatur.

Elegerunt autem Germani principes post mortem Ludouici tertij Cunradum primum, anno Domini 913. eo mortuo, elegerunt Henricum primum, anno Domini 920. quo defuncto, electus est Otho primus, anno salutis 937. qui tyrannos et imperij inuafores penitus eliminauit.

Nec mirum cuiquam videri debet, si Ro. pontifices illis temporibus quoscũque occurrentes admiserint, cũ (vt scribit Platina) pontifices illius temporis à vestigijs B. Petri multũ discelsissent, & quòd resp. Christiana ignaros & desides principes habuerit. horror em̄

est audire, quàm multa perperam per 28. ferme pontifices sint admiffa.

Sed sunt qui scribunt, Henricum, qui factionis Italicae tempore est electus, à pontifice approbatum fuisse. Et videtur mihi ad hoc tex. 63. dist. vbi est constitutio primi Henrici & primi Othonis cum Ro. pontificibus sic, Vt nullus nostrorum cuiuscunque impeditio argumentum in electione Ro. pontificis componere audeat, omnino prohibemus, Hæc constitutio non potest loqui, nisi de Henrico primo Othonis patre, & ego credo hanc constitutionem præcessisse canonem 63. dist. in synodo, referendo singula singulis.

Habito autem pro constanti, quòd imperium Ro. à Græcis translaturum fuerit in Germanos, prout etiã sacris canonibus est firmatum, restat adhuc bellum intestinum inter Germanos, ex eo quòd aliqui scribunt translationem non fuisse factam in omnes Germanos, hoc est, cis & ultra Rhenum, sed solum in Germanos Francos, per quos volunt intelligere Germanos, Rheno duntaxat adiacentes, quibus in locis (vt ipsi referunt) primi electores, archiepiscopi Colonienfis, Treuerens, Moguntinens, & comes Palatinus Rheni, sunt constituti, & hoc à Carolo de mandato Romani pontificis. reliqui em Germani, secundum eos, rudes sunt & incompositi, quasi imperio non digni.

Hoc quàm inuidiosum sit, nemo est qui non intelligat. an Germaniam, quæ post Scythiam inferiorem à Danubio inter Rhenum fluium Oceanumq; conclusa, immò temporibus translationis imperij trans Danubium vsque in Italiam pedem extenderat, non habuit homines compositos, aut imperio Romano dignos? Ignorant ne, sacris canonibus sine omni distinctione scriptum & declaratum, imperium Romanum in persona magnifici Caroli in Germanos fuisse translaturum? & quòd temerarium sit ita sapere, Deus ostendere voluit commetum hoc non valere, cum videamus contrarium re ipsa obtinuisse. nec etiam, reor, probari potest, Carolum, mandante Leone papa, constitutionem aliquam fecisse, & Moguntinens, Treuerens, Colonien

archiepiscopi, cum comite Palatino Rheni debeant imperatorem eligere. concedamus autem quòd ita sit, imperium tamen Romanum non in illos translaturum est, sed sine omni distinctione in Germanos: quod & euentus docet, & omne ius, & ratio simul, & consuetudo.

Quis dubitat inter prisca Germanorum populos fuisse non parum multos, qui suis temporibus gloria rerum gestarum insignes & præclari extiterunt, cum quibus fama simul extincta est propter inopiam scriptorum, qui gesta oratione vel carmine illustraret? in quo nihil aliud quàm naturam, accusandum censeo, quæ de industria quasi videtur humane perfectioni inuidere: quoniam ex Germanis qui egregia facerent, reperti sunt innumeri: qui conscriberet, nullus. sed quia abscondi non poterat ciuitas super montem posita, homines externi vel admiratione permoti, non passi sunt earum rerum, quæ digna immortalitate essent, memoriam penitus interire: quorum profecto testimonium tanto præualet autoritate, quàm ab omni suspitione affectionis fuerunt alieni. Illis proinde haud vulgaris à nobis (vt reor) gratia debetur, per quos consequimur, vt etiam non de integro Germanorum egregia opera, saltim partem teneamus.

Inclytæ igitur nationis Germanicæ opera, quæ fuerint magnifica & excelsa, haud multa arbitror indigere probatione, apud eos præsertim, qui non sunt historiarum penitus ignari. Quis enim nescit Cimbrorum Germanam gentem, Græcorum Latinorumq; literis celebratam, qui (vt Strabo post Possidonium memorat) diu ante urbem conditam euagati vsque ad paludes Mæotidas, suæ expeditionis monumentum Cimmericum Bosphorum reliquere, (nam Græci Cimbrorum vocant Cimmericos) audacterq; traiecto Bosphoro, ad Ioniam vsque terram discursarunt?

ANNO ab urbe condita 364. Senones potentissima Germanorum manus, Brenno duce, inuasit Italiam. fuere ex his præcipui Sueui, quodam nationis fœdere cum Brenno copulati. vix enim eum à Britannis illis ortus sui propaginem accepisse crediderim, etiam Anglos tenuerit & Gallos. Senonibus gestatis Sueuisq; iniuriam, à Romanorum

Germanis
non animos
olim, sed
scriptores
defuisse.

Ad quos Ger-
manos tra-
latum sit im-
perium.

Cimbrorum
Ger. gloria

Brennus
Germ.

lega-

Allig clades
legatis acceptam, vindicaturis, Fabius COS. occurrit ad Alliam. cæditur vnâ cū omni penè Romana iuuentute. Properant ad urbem Senones, eam vastant, incendunt, diripiunt vndique. Capitolium fatis aiunt magis quàm armis seruatum esse. & perièrat tum Romana virtus, nisi Furij Camilli pietas intercessisset, qui abeuntes Gallos insecutus vicit, spolia opima ab hoste retulit, manētis scilicet imperij spem.

gñ. ss. lib. 1.
Vide quæso lector, quæ de hac re supra conscripserimus. Quid de his q̄ Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, referam? quid de Cimbris gente Germanica, qui Illyricū populati, alpes trāsierunt? Fuit illa colluuius & Teutonum & Tigurinorum ac Cimbrorum, à quibus Papyrius Carbo consul cum exercitu fufus est, deindè Iunius Syllanus cōsul aduersus Cimbro infelicitèr pugnauit.

Post illud bellū Cimbri per legatos à senatu populoq; romano sedē & agros postulabāt, quorum spretis postulatis, Cimbri cum Tigurinis in Galliam migrare in fines Allobrogum, ibiq; cum Lucio Cassio consule manus conserūt, eumque cum exercitu trucidant. milites qui ex clade supererant, datis obsidibus & rerum omnium dimidia parte, vt incolumes dimitterentur, cum Cimbris pacti sunt.

Ro. Germanica virtute fracti.
M. Aurelius Scaurus consulis legatus, à Cimbris fuso exercitu captus, et in concilium ab his euocatus, cum dederet eos, nè alpes Italiā petitori transirent, cō quòd diceret Romanos vinci non posse, à Bolo Cimbrorum rege occisus est. Tum ab iisdem hostibus C. Manlius & Q. Seruilius Cæpio, qui p̄ consulum in Gallijs agebat, victi prelio, binisque castris exuti sunt. 80. millia militum occisa, calorum ac lixarum 40. millia.

Teutoni.
Cimbri post eam victoriā omnibus agris vicisq; iuxta Rhodanum ac Pyrenen vastatis, in Hispaniam transgressi: ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt. Reuertentesq; in Galliam, bellicosus Teutonis se coniunxerunt, & C. Marij qui iam Iugurtham deuicerat, summa vi castra oppugnata sunt à

Teutonis Ambronibusque. de hoc Florus.

Actum erat, inquit, nisi Marius illi seculo cōtigisset. Tanta erat eis fiducia capiendæ urbis, vt Romanis dicerent, si quid ad vxores suas mandarent. nec segniùs, quàm minati fuerant, tripartito agmine per alpes, id est, claustra Italiæ ferebantur. mira tum velocitate Marius occupatis compedijs alpium, præuenit hostes, prioresq; Teutones cū Ambronibus sub ipsis alpium radicibus assecutus, in loco quem aquas Sextias vocāt, prælio oppressit. Vallem fluuiumq; hostes tenebant, Marius colles: & petente aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis? en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatū est, vt victor Romanus de cruento flumine non plùs aquæ biberet, quàm sanguinis. 200. millia armatorū eo die bello occisa sunt, 80. capta referuntur. dux Teutobocchus, quē aliqui Sueuum fuisse volunt, interfectus est.

Teutobocchus Sueuus.

Sublatis Teutonis, in Cimbro conuertitur. hi iam (quis crederet?) per hylmem Tridentinis iugis in Italiā prouoluti descenderant, Athesim flumen nō ponte nec nauibus, sed ingesta obrutū sylua trāsiliere, et si statim infesto agmine urbem petiuisent, grande discrimen fuisset.

Sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est, ipsa soli cibiq; clemētia robur eorum elanguit. Adhęc panis vsu, carnis coctæ & dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. Iam diem pugnae petierunt, quem in patenti campo Marius quintum cōsul, & Catulus iunctis exercitibus dedere. Annibalemque secuti, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnauerunt. prima siquidem perturbatio Cimbrorū fuit, quia hostis inopinatus occurrerat. cumque sol cum vento ortus emicuisset, visus eorū puluis oppleuit. Tum acie conuersa in Orientem, splendor hebetauit. ita factū est, vt tam terribilis multitudo sinè Romanorū clade cæderetur. 140. millia eorum tunc bello cæsa, 60. millia capta dicuntur. mulieres penè grauiorem excitauerunt pugnam, quæ plaustris in modum castrorum circumstantes, desuperque pu-

gnantes, diù repulère Romanos, tadèm ferrum quod in hostem sumperant, in se suosq; verterunt. nanq; aliæ concursu mutuo iugulata, aliæ vario genere vitam amifère. refert tamé Florus, quòd missa antea ad Marium legatione, mulieres cùm libertatem & sacerdotium non impetrâssent, manus conseruère.

Ob hanc victoriam populus Ro. tertium Romæ conditorem Mariû appellauit. Refert quoquè Orosius, ob castitatis propositû extollens mulieres, nam cùm honestam petitionem non impetrâssent, ante omnia collisis in terram paruulis suis, nè in seruitutem traherentur, nocte, nè & ipsæ violarentur, exusta omni earum substantia, laqueis omnes sibi mortem cõsciùère, nec prædæ aliquid ex se præter pendentiâ corpora, auidis reliquère Romanis.

4. bel. G. 10.
6. bel. G. 6.
6. bel. gal. 12.

Crebra deindè C. Iulius Cæsar cum Germanis bella gessit cis Rhenû, ponte factò, bis Rhenum trãsiens, proximam Germaniæ partem domuit, T. Livio teste. At Sueuos indomitos reliquit, referente Syluio, qui ait: Terrarum ille calcator omnium & orbis domitor Iulius Cæsar, quãuis subactis Gallijs bis Rhenum transfuerit, resq; maximas in Germania gesserit, bellicosam tamé & asperam Sueuorum gëtem dimisit indomitam, licèt Eutropius alitè sentiat. sed magis credendum est ipsimet Cæsari, qui nihil aliud scribit de hoc, quàm q; Sueuos sequi per inuia & nemora noluit.

Germani Cæsaris virtutem mirati, nõ timuerunt.

Refert quoquè Gotfridus, quòd Cæsar Germanos tam bello quàm muneribus omnes domuit. Germanos dubio procul affecit cladibus maximis, quos tamen vincendo ac vastando ita sibi virtutis admiratione deuinxerat, vt vsque in præsentem diem imperatores non alio, quàm Cæsaris nomine, vulgari sermone vocitent. Tum etiàm Germani equites Cæsaris virtute & integritate permoti, ei se coniunxerunt, quorum opera reliquis in bellis sæpiùs vltus, eorum etiàm fortitudinem in Pharsalo contra Pompeium expertus. præcipuo enim eorum auxilio Pompeianum ac Romanum equitem, viros bellorû gloriæ natos, superauit, de quo L. Florus:

Quippe, ait, cùm Pompeius adeò equitum copia abundaret, vt facillè circumuenturus sibi Cæsarem videretur, circumuentus ipse est. Nam cùm diù equo Marte contenderent, iussuque Pompeij fusus à cornu erupisset equitatus, repète hinc signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, vt illi esse pedites, hi venire in equis videretur. Ob singularem etiàm peculiaremq; Germanicam virtutem, mäsferunt Germani in Octauij fide vsque ad Varianam superbiam.

Sic Florus: Germaniam quoquè vti nãm tanti vincere non putâssent Augustus: magis em turpiter amissa est, quàm gloriôsè acquisita, missus in eam puinciam Drusus Cæsaris priuignus, primos domuit Vspetes, rēcatheros & Cattsos, Marcomãnos penè ad internecionè deleuit. Indè validissimas nationes Cheruscos, Sueuos & Sicãbros paritè aggressus est, q; 20. céturionibus interemptis, hoc velut sacramèto sumperant bellû, adeò certa victoriæ spe, vt prædã in antecessum diuiderent, Cherusci equos, Sueui aurum & argentum, Sicambri captiuos elegerint. sed omnia retrorsum. victor nanque Drusus, equos, pecora, torques eorum, ipsosque prædã diuisit ac vendidit.

Addit Orosius, quòd mulieres eorû intra plaustra conclusæ, deficientibus telis, paruos filios collisos humi, in hostium ora iaciebãt, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Sed difficilius est prouincias retinere, quàm facere: viribus parantur, iure retinentur. Quippe Germani mores Ro. magis quàm arma sub Druso suscipiebant.

Postquàm ille defunctus est, Vari Quintilij libidinè atque superbiã odisse cœperunt. ausus ille agere conuentum, & in castris se direxerat, quasi violentiam barbarorum licitoris virgis & præconis voce posset inhibere. At illi vt primum sæuiora armis iura viderunt, duce Arminio, arma corripunt, nil tale metuente illo, cùm ad tribunal citaret, vndiquè castra inuadunt, tres legiones opprimunt, præcipuè autem in causarum patronos sequiūt, alijs oculos eruūt, alijs manus amputant, alijs linguam præ-

Germanos
in pugna
Pharsalica
virtus.

Arminius
libertatis
vindex.

preſcindunt: Vipera, inquit, ſibilare deſiſte. cōſulis corpus, quod milites hu- mi abdiderant, effoſſum. ſigna & aqui- las duas cepere.

Hanc cladem Cēſar adeò grauitèr tu- lit, vt veſte capilloque deformis, ſepè ca- put parieti collidens, clamāſſe feratur: Quintili Vare, redde legiones. Ad id ve- rò reformandum, Octavius Cēſar Ti- berium fratrem Druſi cum 15. legioni- bus miſit, qui continuo bello Germa- nos arripuit, & 40. millia captiuorum victor abduxit. quod re vera bellum ma- ximum & terribiliſſimum, per triēnium geſtum eſt, nec ferè vllum maius bellum poſt Punicum fuiſſe dicitur.

Accidiſſe hanc cladem Romano mi- liti ferunt in Cheruſcis, cuiusque rei eſt author Strabo in 7. verum antiquis mo- numentis conſtat, apud Auguſtam Vin- delicam cēſos eſſe Ro. cum auxilijs Ma- cedonici exercitūs, quem Auar Bogudis filius ducebat. Legitur in Auguſtę vrbis antiquitatibus eius hoc epitaphion:

*His nomen terris Bogudis dat regia proles,
Græc' Auar pecudis* de Sueuis more litat'.*
Nam ab eo nomē habet pagus **Griechſ-
auarum**. Strabo in 4. ſcribit Varronem quendam eò miſſum ab Auguſto Cēſa- re, qui graui affectus ſit clade, cum vrbē obſediſſet. ſed mihi ea legenti, & tempo- ra & ſcriptores conferendi videntur.

Summatim de his Cornel. Tacitus: Sexcentefimum & quadrageſimum an- num, inquit, vrbis noſtra agebat, cum primū Cimbriorum audita ſunt arma, Cęcilio Metello ac Papyrio Carbone COSS. ex quo ſi ad alterum imperato- ris Traiani conſulatum computemus, 200. ferè & x. anni colliguntur. tam diū Germania vincitur, medio tam longi cui ſpatio, multa inuicem damna: non *Samnis, non Pœni, non Hiſpanię Gal- lięve, ne Parthi quidem ſepiūs admo- nuere. Quippe regno Arfacis acrior eſt Germanorū libertas. quid enim aliud nobis quàm cędē Craſſi, amiſſo & ipſo, & ipſe Pacoro infra Ventidium deie- ctus Oriēs obiecerit? At Germani Car- bone & Caſſio, * & Aurelio Scauro & Seruilio Cępione, Mar. quoq; Manlio fuſis vel captis, quinque ſimul conſula- res exercitus populi Romani, Varum,

tresque cum eo legiones etiā Cēſari abſtulerunt, nec impunè C. Marius in Italia, diuus Iulius in Gallia, Druſus ac Nero ac Germanicus in ſuis eos quibus perculerunt, mox ingentes Cēſaris mi- nę in ludibriū verſæ. inde ocium. donèc occasione diſcordiæ noſtræ & ciuiliū armorum, expugnatis legionum hyper- nis, etiā Gallias affecta uere: ac rursus pulſi, in proximis tēporibus triumphati magis quàm victi ſunt. Hęc ille.

Quæ laus maior dici poteſt, quàm quòd homo Romanus linguaque Ro- mana de Germanis triumphos actos eſſe ait, verè autem nunquam victos fuiſſe, niſi quantum beneuolentia ac benigni- tate in fidem Romanæ nobilitatis ducti ſunt?

Poſt Traianum qui Germanis regem conſtituit, Helio Spartiano teſte, varia fortuna uſi ſunt: nunc victi, nunc vin- centes.

Sub Valeriano Germani, penetratis alpibus, Italiam irrumpentes, Rauennā uſque perueniunt. Alemanni etiā Gal- lias peruagantes, cuncta cęde, flamma, rapinisque diripiunt.

Aliquantò poſt Probus Cēſar Galli- as à Germanis occupatas liberauit, de- ditque literas deſupèr ad ſenatum hui- uſmodi: Ago gratias dijs immortalibus P. C. Subacta eſt omnis latè patens Ger- mania, nouem reges gentium diuerſa- rum ad meos pedes, immò ad veſtros ſupplices ſtrati iacuerunt, omnesq; iam barbari vobis arant, vobis iam ſeruiunt, 40. millia hoſtium cęſa ſunt, 12. millia nobis oblata, ſeptuaginta vrbes nobiliſ- ſimę captę, omnes penitus Galliæ libe- ratae ſunt.

Quid referam, quæ ſub Diocletiano geſta ſunt? Tranſeo Iulianum, Valen- tinianum, & nonnullos alios, à quibus Germani aliqui ſunt proſtigati, ſed nō impunè. Nam paulò poſt iniurias ſibi à Romanis illatas ulturi, vtranque Gal- liam, Britanniamque, pulſis indè Ro- manis ducibus, breui in ſuam poteſta- tem ac nomen traxerunt. Nempe Bur- gundiones Germana gens, tranſmiſſo Rheno, circa annum Domini 400. ſedes in Gallia naſti ſunt.

Blondus, qui Burgundiões ſint, ſcri- pturus,

Quintilij
clades.

clades apud
Auguſtam.

*Sueuis de

Victorię
germanorū

Cor. Tacit'

*Samnites

6. be. ga. 16.

Traianus
Germanis
regē dedit.

Probus Cę-
ſar Germa-
nos Gallijs
expulit.

pturus citat Plinium, qui Germaniam ex Agrippæ traditionibus describens, ait Vandalos, * & eorum partem Burgundiones vnam dicit esse ex quinque interioris Germaniæ partib⁹. sed & Augusti temporibus ea pars Vandalorum, quibus Burgundionibus postea fuit nomen, ad 80. armatorum millia vltioris Rheni ripas infederant, quos Drusus & Tiberius Cæsares, sicut Cornelius Tacitus refert, post subactâ interiorem Germaniam, in sedes proprias repulerunt, & extra vrbes munitaque loca dissiparunt, à quibus habitandi vicatim modis, quos patrio gentis vocabulo burgos appellabant, eos Burgundiones fuisse appellatos asserit Orosius. & paulò post Vandali, Burgundiones & Alani à Stilicôe impulsî, Archadio sextum & Probo consulibus, Rhenum pridie Kalend. * transmiserunt, Sueuosque in Heduis & circum ea loca repertos, in suam aduersus Romanos coniurationem faciliter traxerunt. subiungit: Vandali, Alani & Sueui, ad diripiendas vastandasque Gallias sunt profecti. Burgundiones autem sedes capere constituerunt, easque delegerunt apud Heduos, Vefontios, Lingonas, Cabilon, & Matiscon. in quibus proximisque ciuitatibus ad hæc vsque tempora mansere, & ipsis in locis pars eius regionis, quæ prius Gallia Belgica fuit, Burgundia ab illis nominatur.

Burgundiones à burgis

Anglia à Ger. Anglis

Anglici Burgundiones secuti anno Domini 440. Britannias subiugarunt, de quo idem Blondus lib. 2. decadis primæ: Britanni à Scotis, Albiensibus, Pictisque agitati, ab Etio qui in Gallias ab imperatore missus erat, postulabant vt copias sibi mitteret. Etium verò Gallicanæ expeditionis cura occupauerat, & Hunnorum apparatus deterrebat, vt precibus Britannorum satisfacere non posset. Itaque Romani ciues qui Britanniam inhabitabât, & ipsi simul Britanni, salutis desperatione Anglicos Saxones, datis in stipendium pecunijs, ex proximis Germaniæ littoribus conduxerunt præsidio affuturos. illi duce Vortigerio eorum rege insulam ingressi, Scotos atque Pictos represserunt. Sed & ipsi postea Saxones ambitione ducti, Romanos ciues & Britannorum primates

vario mortis genere maiori ex parte interfecerunt, ex eoque tempore cœperunt Saxones Angli Britannia dominari, & inde dicta est à posteris Anglia, id quod & Pomponio videtur.

Franci gens Germana, ex ea prouincia quæ etiã nunc Franconia nuncupatur, oriundi, venerunt in Gallias. Eos autem primus Romanorum ducum domuit in patria Franconia Constantinus, Flauij Constantini filius, eaque accepta clades tunc effecit, vt semper postea vsque ad Honorij & Archadij tempora fuerint in patria quietissimi.

Eorundem verò imperatorum anno septimo mutandi melioris soli gratia, patrijs sedibus relictis, Rhenum transierunt, & apud Treuiros, Mediomatrices, id est, Metenses, ac Leucios, qui & Tullenses, Veromandosque confederant: quos, Suetis ob vetustas similitudines instigantibus, Vandali, Burgundionesque & Alani Rhenum per vim & arma transire, & in Franconiam se recipere compulerunt. Deinde Franci Etium videntes bello implicari, & imperatorẽ amissis in Africa copijs eneruatum viribus, Clodio & Meroueo ducibus ex Franconia sunt profecti: & Rheno transmissi, nullis iam qui resisterent, reliquis, in Senonum prouincia sedem apud Aurelianenses & Parisios ceperunt.

Etius interea Burgundiones toties profligauerat, vt breui eos aut Gallia pulsurus, aut ad internecionem cæsurus videretur: sed tantos vndiquè imperio imminere labores intelligens, pacem Francis dolens mœstusque concessit, qui etiã illi postea contra Attilam auxilio fuere.

Vincentius refert, quod Franci in Franconia adhuc manentes, elegerunt instar aliarum gentium regem Faramundum, sub anno Domini 420. post hunc regnavit filius eius Clodius, qui sub anno Domini 433. tempore Theodosij secundi, Rhenum transiens, incepit sibi Galliam subiugare. habitabant tum vsque ad Ligerim fluuium Romani, vltra Ligerim dominabantur Gotthi, Burgundiones habitabant iuxta Rhodanum: Vandali, Sueui, Alani vltio-

rem

Franci Gallia à Franci conibus.

Burgundiones à burgis

Anglia à Ger. Anglis

Anglia à Ger. Anglis

N
G
ti
a
r

rem Hispaniam premebant.

Franci ergò Clodio rege, Romanos qui Gallis imperabāt, bello adorti sunt, & à Rheno vsque in Carbonariam sylvam fugant funduntque: ingressi Tornacum & Cameracum, vniuersa maritima inter Scaldam & *Seuam fluuios violentèr obtinent, sicque paulatim progredientes, Rhemos, Sueffiones, Agrippinam, Treuerim, Aureliam, Senones, Parisiosque subiugant, & ibidem vsque in hodiernum perseverant. vnde geniti ab eis, Francigenæ propriè sunt dicti, & obliterato nomine Gallia, à victoribus Francis se Francos nominari affectauère, & ità vsu obtentum esse videmus. authores sunt ferè omnes historiarum scriptores. Longobardi post illos gens Germana, authores sunt Cor. Tacitus & Cl. Ptolemæus, & Pomp. Letus, Natio, inquit, fuit Germanica, quæ ex Cimbria peninsula ad quærendas sedes profecta erat. hi Longobardi, rege eorū *Albuino duce, anno salutis nostræ 567. (numerus fuit ampliùs ducentorum millium) ingressi sunt Italiam, eamque domitam in suam potestatem redegerunt, Italiæ quoque nomen mutant, à se victoribus Longobardià nominauerunt: nec solùm regionis nomina, sed & leges nouas condentes, mores ritusque Romanorū mutauerūt. Omnes hæ nationes siue Galli, Britāni aut Itali sint, in potestatem & nomen victorum peruenère, Germanorū s. permanentq; vsque in presentem diem, tametsi postea victores ipsos in linguam suam & mores adeò traxerint, vt nulla peregrinæ gentis signa permanserint, excepto nomine, quo se, vt arbitrari licet, à Germanis aliquandò victos fuisse meminerint. Parua sunt hæc quæ iam dixi. Celebriora Maiorū nostrorū sunt opera, quàm hætenùs ostendimus. nam præter iustitiam, fidè, cōstantiam, reliquasq; virtutes quas sibi germania iure quodā hereditario semper vindicauit, difficile est recensere, quo nostri amore ac veneratione diuinum cultum Christianamq; religionem profecuti sint: quod testantur non solùm templa CHRISTI sumptuosissima, cœnobia vtriusque sexus splendidissima, aræ innumerabiles

cum dote amplissima, sed etiā illustra maiorum nostrorum facta difficiliaque bella, pro Christiani nominis conseruatione & incremento suscepta.

Quòd si quis equus rerum estimator secum reputet, quotiès pro fide catholica, pro Romana ecclesia, pro communi salute nostri certauerint, infideles conculcauerint, & rebelles compresserint, iudicabit profectò raram esse ex omnibus terrarum regionibus, quæ cum nostra de omni laude & meritis in rempublicam Christianam vlla ex parte contendere possit.

Quod planè intelliges, si cogitabis imperium Rom. ob sola in ecclesiā Romanam merita, in Germanos fuisse trāslatum, quod ad singulare eius nationis decus & ornamentum accedit. Nam etsi Assyrios, Medos, Persas, Græcos olim aut reliquas gentes sibi vendicasse imperium constet, sola tamen libidine regnandi ac violentia adepti sunt, & eisdè artibus amiserunt, semperque in vilissimam seruitutem sunt postea redacti. Nostri autem virtute & laboribus pro Deo susceptis, digni iudicati sunt vniuerso ecclesiæ senatui ac populo Romano, qui imperium orbis regerent.

Nec eos fefellit opinio. nam si comparemus Rom. ecclesiæ statū, quem sub Cæsaribus post imperij translationem in Germanos nacta est, fortunæ priori, inueniemus eam ex multis tribulationibus & periculis ad tranquillitatem & pacem peruenisse, seruitutemq; cum libertate amplissima permutasse. quis em vel mediocritèr doctus ignorat, quanta in paupertate, quantis in tribulationibus, persecutionibus & miserijs fuerit ecclesia Rom. ab exordio fidei vsque ad ccc. salutis nostræ annum? Quo in tempore, vt de alijs taceam, ex summis pontificibus vix inueniuntur pauci, qui finè martyrio vita functi sint. tandem tamen miseratus sui gregis Dominus, veluti post nimiam tempestatem depulsis nubibus, dies illuxit.

Et ecce Cōstantinus, cui postea Magno cognomentum fuit, fidem veritatis adeptus, & à B. Syluestro Rom. pōtifice baptizatus, cōtinuò licentiā dedit p vniuersum orbem suo degentibus imperio,

Germana pietas.

Constantinus Christiane ecclesie precipuus auctor.

non

*Soanam
*Sagonam
*Sequanam

Longobardi Germani.

*Albuino

Nomen victorū abolitū moribus apud exteros permansit

non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias & prœdia in sumptus ministrorum largiendi. voluit etiã Romanam ecclesiam primariam & caput esse omnium ecclesiarum, transtulitque sedem imperialem in Græciã, condens nouam Romam Constantinopolim appellatam, Romanam urbem relinquens S. Syluestro papæ, eiusque successoribus vicarijs Christi, & vt liberiùs cù suo clero diuinis rebus vacare posset, donaria plurima contulit.

Quibus vt sic peractis, incredibile est quàm breuì religiosi principis studio ecclesia per totum orbem fide ac religione conualuerit. Verumenimuerò cùm sic ecclesia apud Deum & homines cõtinaua susciperet incrementa, nõ pertulit hoc inimicus generis humani diabolus. videbat iam paganorum errores esse plerũquẽ pulsos, eapropter viros Christiani nominis inueniens, amore honoris & vanæ gloriæ seductos, per quos errores atque hereses seminare non destitit, mox sub ipso Constantino Arrianam heresim excitauit: subsecutæ sunt aliæ plurimæ, paulatimque Græci rebus abutentes in eam præsumptionem venere, vt negarent Romanam ecclesiam totius salutaris vitæ caput esse, asserentes primam sedem esse debere, vbi esset caput imperij, & sic in Constantinopoli noua Roma, licet illud minimè possent firmare. Ex his & innumeris alijs erroribus, Græci crebrò visi sunt ab obedientia ecclesiæ Rom. recedere.

Quanta verò passa fuerit ecclesia Ro. ab ipsis imperatoribus & exarchis eorũ, quanta à Gotthis, Hunnis, Vandalis, Saracenis, alijsq; gentibus, quotiès vrbs ipsa capta sit atque direpta, pudet atque piget dicere. taceo aduersitates & persecutiones, quas passi sunt Rom. pontifices à regibus & ducibus Longobardorum: & vt paucis multa concludam, in eam adducti fuerant difficultatem pontifices & Romani, vt nec imperatorum sequitiam, nec Longobardorum iniurias arcere possent, miseram seruitutem expectantes.

Restauratio
ecclesiæ per
Germanos
Impp.

At postquàm felici auspicio imperiũ Ro. à Græcis translatum est in Germanos, cõtinuò respirare cœperũt, & ad li-

bertatis ac salutis spem caput erigere. nã exactis Longobardorum tyrannis, abrogatoq; Græcorum imperio, mox veluti sedentibus in tenebris Christianis & vmbra mortis, lux est per Germanicã virtutem orta, pax ecclesiæ Rom. comparata est, qua illius decus & reuerentia ad eò creuit, vt facta sit domina gentium. Id etsi è diuina bonitate manarit, dicent tamen ministri imperatoris nostri: Modicum habuisti antequàm venirem ad te, & nunc diues es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum.

Post tam egregia Maiorum vestrorũ gesta, õ nobilissimi Germani, quid aliud vobis faciendum restat, nisi eorum sequi vestigia, quorum felicibus auspicijs tantoperè exaltati estis? Vos præ omnibus elegit Deus, vt dominaremini omni nationi, vobis data est monarchia mudi. Itaque quantum reliquis Christianis censerì debeatis feliciores, ex hoc vno iudicari licet, quòd etsi sint aliæ gentes fortitudine & cultu Christiano nõ negligendæ, vobis tamen dedit Deus imperium, dedit gloriam & nomen excellentissimum.

Estote igitur memores beneficiorum Dei, capeßite iter veritatis, vestra virtus est, parcere subiectis, & debellare superbos. hoc em modo vestri Maiores imperium adepti sunt, q qua animi magnitudine fuerint, quo amore Christianũ cultũ profecuti, testantur variæ gentes ab eis deuictæ, & fidelibus adiunctæ. Vos estis illorum sanguis, estis effigies expressissima. in vobis relucet mirificè illa Maiorum nobilitas & animi magnitudo. turpissimũ ducite, ab illis degenerare, quibus nihil antiquius fuit, quàm communi omnium bono consulere, quàm publicæ Christianorum omnium vtilitati & gloriæ prospicere, quàm ea sequi atque amplecti, quæ Rom. imperio & ornamento & splendori scirent profore. Nolite cõmittere vt florētissimum hoc imperiũ, quod Maiores vestri multo sanguine & rebº gloriosissimè gestis, vobis peperunt, vos ipsi per socordiã & negligentiam amittatis: expergiscimini igit aliquãdò, & surgite citiº. emulamini Maiores, qui consilio & rebus benè gestis peregrere ea, quibus imperiũ felici-

Gene. 3ºº

Ad Germa-
nos princ-
pes exhor-
tatio.

Aencid. 6º

us maiusque, quam accepissent, posterioribus ipsi tradiderunt. Nec sufficit domi inter suos esse prestantes: ad omnem virtutis emulationem esse exemplar subditis. vobis vnus inter omnes Christianos ciues imperium mundi à diuina prouidentia creditum, nemo dubitare merito potest. Vestra res agitur quicquid mundus tractat. nullo enim limite vestra potentia prescripta est, sed quicquid vsquam gentium est, imperio vestro debet esse subiectum. quod si honestum est ob communes hominum utilitates, nullos labores, nulla pericula subterfugere, quanto honestius & preclarius his conuenit id facere, non propter humana commoda solum, sed propter Deum optimum maximum, à quo hi soli ex omni hominum grege, singulari beneficio electi sunt Christiani populi vexilliferi, principes, & patroni?

Quam ob rem o nobilissimi Germani, maturate, ferte auxiliū rebus Christianis iam & propè lapsis, & in dies ad casum inclinatissimis. succurrite patrię, succurrite vobis & vestris. imitemini (quęso) bonos medicos, qui, si possunt, preseruant valetudinem bonā, curantque; prouidentem, nē quid accidat egrotationis: vbi verò vel naturę malignitas, vel viuendi corruptela in morbum incurrit, & diligentem & citò adnuntantur manibus pedibusque, aut omnino, aut magna ex parte egrotationem tollere, aut radicitus extirpare.

Quod vos o Germani in re Christiana facientes, non solum gloriam huius mundi, quę quantacunque est, breuis est planè atque inanis, sed multo magis celestem illam atque sempiternam assequimini. Nec vobis difficile est, ea quę per superiora tempora vel socordia principum, vel fatorum iniquitate Christianitas amisit, recuperare, si saltem tanta illa naturę dona diuinitus vobis infusa, ad id muneris conuertere volueritis, ad quod diuina vos prouidentia ordinauerit, ad salutem Christianorum & decus sanctę matris ecclesię.

Quod si consideremus Romanos, quęnam res ea esse potuerit potissimum, quę vniuersum his orbem terrarū subegerit, num militum multitudo? at Gal-

lorum exercitus constat copiosiores multò fuisse. num corporum vires? at Germanorum corpora longè robustiora fuere. Num doli, opes, diuitiæ? At hisce rebus facile semper concessere Carthaginensibus. Num denique ars vlla, vel eloquentia, vel prudentia? & his Gręcos prestisse palam est. Sola igitur armorum exercitatio, disciplina castrorum, vsusque militiæ & super omnia animus his rebus intentus, Romanos orbis terrarum dominos fecit.

Vobis autem Germanis, siue noua consideranti, siue vetera repetenti, nulla peritior, nulla ardentior inter omnes nationes, quas bello idoneas iudicant, inueniri poterit, vbi tot clarissimi principes, tot generosi proceres, tot fortissimi milites, spiritus maiores corporibus gerentes, feris vehemētiore, tot potentes ciuitates, vbi tanta populi multitudo, nec est aliqua sub cęlo natio, quę arma vestra non nōrit, nō miretur, non reformidet. Itaque diuina quadam prouidentia factum reor, vt in tanta Christianę reipublicę calamitate, ipsi in lucem veneritis ad solatium miserorum & oppressorum salutem.

En ardentissimum in hostium libidinem Maximilianū imperatorem optimum maximum, cui vt genere & potentia, ita virtute, probitateque; par in toto orbe terrarum reperiri non potest. Nota sunt omnibus eius adolescētia preclara facinora, peculiare corporis & animi dotes, quanta sit illi rei militaris disciplina, quanta ductandi exercitus peritia, quanta castrensium laborum patientia. Certè ille est, aut pretereà mortaliū nullus, cuius virtute & industria, si fideles manus porrexeritis, Christiana plebs à faucibus Turcarum eripi, & imperij decus in antiquę dignitatis statu valeat reuocari.

Quid igitur o nobiles Germani, munerum Christi & vestrarum virtutum obliti obdormiistis, & ignauia quasi quodam animi torpore elāguistis? dico hanc esse vnā potissimam causam, quod dum quilibet priuatę studet utilitati, nemo est qui rempublicam curet. omnes liberi & proprii domini esse volumus, nec quisquam ad commune bonum

Maximilianus Cęsar. imperatoria preconiā.

Scientia rei militaris.

Intestinae
seditiones.

bonum animum intendit. plures factionibus & partium studijs gaudent: quo fit, vt (quod tamen Deus prohibeat) nisi vigilauerimus diligentius, & ad commune bonum conseruandum fuerimus feruentiores, libertatem vnà cum imperio simus amissuri, sicuti plurimis imperijs contigisse compertum habemus. Vt enim Aegyptios, vt Assyrios, vt Medos, vt Persas aut Carthagineñ omittamus, Macedonum imperium quid aliud perdidit, quàm intestinae inimicitiae & suū cuiusque studium? At Lacedaemones quàm diū Lycurgi legibus paruerunt, & principatu floruerunt & gloria: cum primū contemptis Lycurgi legibus, coeperunt priuatae magis quàm publicae utilitati & dignitati consulere, per omnes reipub. procellas atque naufragia libertatem pulcherrimam continuò amiserunt.

Quid Atheniensium ciuitate illustrius? quid preclarius? quid denique gloriosius? quid splendidius? haec bonarum omnium & laudatissimarum artium inuentrix atque parens, haec belli pacisque disciplina domi forisque insignis, haec & dignitate & opibus in vniuersum terrarum orbem prepollens atque admirabilis, vbi ad id magnitudinis ac virium ascendisset, vt nulla re prorsus ad felicitatem egere videretur, nonne mox postquam partium studia fouere, factiones complecti, pestiferas emulationes ambitionesque ciuium alere coepisset, repetè & preceps in obscuram & sordidam seruitutem corruit? Nam de Romanis quis est qui nesciat, eos alia nulla causa, quàm contrarijs inter se volutatibus & studijs, perijsse funditus?

Vos igitur o nobilissimi Germani, pulchrum ducite, ex aliorum erratis & pernicie in melius instituere vitam vestram: & quid faciendum fugiendumque sit, ex aliorum exemplis cognoscere. Quòd si aliorum exemplis didiceritis, quantum semper nocuerit discordia, praesertim inter ciues & fratres, quantum etiàm concordia & vna voluntas in republica proficit, semperque profuerit, spem fiduciamque vestram pro singulari in eximia vestra prudentia atque grauitate & diuina clemetia & bonitate collocate: & breui spero fore, omni odio, factione,

omni denique contentione inter vos deposita, quòd felicem & gloriosissimam contra inimicos Christi imperijque vestri, triumphum agatis, & angelicis choris postea sociemini.

Germani, inquit C. Iulius Caesar commentariorum suorum lib. 6. à paruulis labori ac duritiae student. qui diutissime impuberes permanserint, maximam inter suos seruitutem laudem: hoc ali staturam, ali vires, neruosque confirmari putant. de quo etiàm Cor. Tac. In omni domo, inquit, nudi ac sordidi, in hos artus, in haec corpora quae miramur, excrescunt. sua quenque mater vberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. dominum ac seruum nullis educationis delicijs dignoscas. inter eadem pecora, in eadem domo degunt, donec aetas separet, ingenuos virtus agnoscat.

Sera iuuenum Venus, eoque inextincta pubertas. nec virgines festinantur. eadem iuuenta, similis proceritas. pares validaeque miscentur, ac robora parentum liberi referunt. Inter annum enim vigesimum, auctore Iulio, foeminae notitiam habuisse, in turpissimis habentibus, cuius rei nulla est occultatio, quòd & promiscue in fluminibus perluuntur, & pellibus aut paruis renu tegumentis vtuntur, magna parte corporis nuda. Seuera matrimonia. nam prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur. melius adhuc eae ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque vxoris semel transigitur: sic vnum accipiunt maritum, quomodo vnum corpus vnamque vitam, ne vlla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.

Dotem non vxor marito, sed vxori maritus affert. intersunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nupta comatur, sed boues & frenatum equum, & scutum cum frama gladioque. in haec munera vxor accipitur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro offert. hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales

6. be. ga. 10.
Germanorum veterum mores.

Educatio

6. be. ga. 10.

Matrimonia.

Dotes.

[†]Ipsa gales deos arbitratur, nè se mulier extra virtutum cogitationes, extraq; bellorum casus putet. [†]Ipsis incipientibus matrimonij auspicijs admonetur, venire se laborum periculorumq; sociam, idem in pace, idem in prelio passuram, aufurãq;: hoc iũcti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant, sic viuẽdum, sic pereundum, accipere se quæ liberis inuiolata ac digna reddant, quæ nurus accipiant, rursus quæ ad nepotes referant. Ergo septa pudicitia, agunt nullis spectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum iritationibus corruptæ.

Adulteria.

Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens & maritis permissa: crinibus nudatam coram propinquis, expellit domo maritus, ac per om̃em vicum verberare agit. Publicatẽ enim impudicitie nulla venia. nõ forma, non etate, non opibus maritũ inuenit. nemo em̃ illic vitia ridet, nec corrumpere & corrupi * seculum vocatur. Plusq; ibi boni mores valent, q̃ alibi bonæ leges. Heredes successoresq;, sui cuique liberi, & nullum testamentũ: si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patruj, auunculi. quanto plũs propinquorum, quo maior affinitũ numerus, tanto gratior senectus, nec vlla orbitatis precia. Sororum filijs idem apud auunculũ, qui apud patrẽ honor: quidã sanctiorem arctioremq; hunc nexum sanguinis arbitrantur, & in accipiendis obsidibus magis exigunt, tanq̃ & animum firmitus, & domũ latiũ teneat. suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quàm amicitias, necesse: nec implacabiles durant. Luitur enim etiã homicidium certo armetorum ac pecorum numero: recipitq; satisfactionem vniuersa domus vtilitẽ in publicũ, quia periculosiores sunt inimicitia iuxta libertatem. Ciuitatibus maxima laus est, teste Iulio, quàm latissimẽ circum se vastatis finibus solitudines habere: hoc propria virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, nec quenquam propẽ audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitratur, repentinẽ incursionis timore sublato.

Aedificia.

Cæterũ edificijs splendor nullus, nec muris firmitas, si qui sunt. Ait enim

Corn. Tac. Nullis Germanorum populis vrbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. colũt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. vicos longant non in nostrum morem, connexis & coherentibus ædificijs. suam quisq; domum spatio circũdat, siue aduersi casus, siue ignis remedio, siue inciticia edificandi. Ne cæmentorum quidem aut tegularum vsus. materia ad omnia vtũtur informi, & citra speciem ac delectationem. Quædam loca diligentius illinũt terra itã pura & splendente, vt picturam ac lineamenta colorum imitentur. solent & subterraneos specus aperire, eosq; multo insupẽr fimo onerãt, subfugiũ hyemi et receptaculũ frugib⁹, quia rigorẽ frigorũ huiusmodi locis molliunt. Et si quando hostis aduenit, aperta populatur, abdita autẽ & defossa aut ignoratur, aut eo ipso fallũt, quod querenda sunt. Tegumentũ ^{Habitus,} omnibus sagum, fibula aut (si desit) spina confertum, cætera intecti, totos dies iuxta focũ atq; ignẽ agunt. locupletissimi veste distinguuntur non fluctuante, sicut Sarmatẽ ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. gerunt et ferarũ ^{exquisitiũs,} pelles proximi ripæ * negligentẽ, vltiores ^{vtiores} exquisitiũs, vt quib⁹ nullus per com̃ercia cultus: eligunt feras, & detracta velamina spargunt maculis pellibusq; beluarum, quas exterior Oceanus atq; ignotum mare gignit. nec alius foemina, quàm viris habitus, nisi quod foeminae lineis amictibus velantur, eosq; purpura variant, partemq; vestitũs superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos, sed & proxima pars pectori patet.

Quæ religionis apud Germanos cura sit, Iulius scribit: Deorum numero ^{6. b. Gal. 12.} eos solos ducunt, quos cernunt, et quorum apertẽ opibus iuuantur, Solẽ, Vulcanum & Lunam, reliquos ne quidem fama acceperunt.

Verũ Tacitus posteriũs & copiosiũs regionem describens: Germani, ^{Sacra.} inquit, deorum maximẽ Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoquẽ hostijs litare fas habent: Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Sueuorum & Ithidi sacrificat, vndẽ

D tamen

tamen origo sit peregrino sacro, parùm cōperi, nisi q̄ signum (ait) ipsius in modū liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Cæterùm nec cohiberi parietibus deos, neque in vllam humani oris speciem assimilari ex magnitudine cælestium arbitratur: lucos ac nemora cōsecrant, deorumq̄; nominibus appellāt. Secretum illud, quod sola reuerentia vidēt, aliqui Nertum, id est, terram matrem colunt, eaq̄; interuenire rebus hominum arbitrantur.

Nertū magna mater.

Est in insula Oceani castum nemus, dicatumq̄; in eo vehiculum veste contentum, attingere vni sacerdoti cōcessum. Is adesse penetrali deam intelligit, vestamq̄; bubus sceminis multa veneratone prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcūq̄; aduentu hospitioq̄; dignantur, non bella ineunt, non arma sumūt, clausum omne forū, pax & quies tunc tantū nota, itē tantū amata, donèc idē sacerdos satiatā cōuersatione mortaliū deam templo reddat. Mox vehiculum et vestes, & si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. serui ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, sanctaq̄; ignorātia, quid sit id quod tantū perituri vident.

Superstitio olim Teutonum.

Sueuorum crudele sacrificium.

Et de Sueuis asserit Tacitus, q̄ statuto tempore in syluā augurijs patrum & prisca formidine sacrā, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeant, cæsoq̄; publicè homine celebrēt barbari ritūs horrenda primordia. Est & alia luto reuerentia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & potestatem numinis præ se ferens, si fortè prolapsus, attolli & insurgere haud licitum. per humum euoluuntur. eoq̄; omnis superstitio respicit, tanquā indè initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera subiecta atq; parentiā.

Memorant & Germani fuisse apud eos Herculem, primumq̄; om̄ium viorum fortium, ituri in prælia, canunt. cæterùm & Vlysses quidam opinatur lōgo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgiumq̄; quod in ripa Rheni sitū hodiè incolitur, ab illo cōstitutum nominatumq̄; aram quinetiā ab Vlysse consecratam, adiecto Laërtæ patris no-

mine, eodem loco repertam, monumētaq̄; & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos, in confinio Germaniæ Rhetiæq̄; adhuc extare.

Auspicia sortesq̄; maximè obseruant Germani, teste Tacito. sortium consuetudo simplex: virgā frugiferæ arbori decisam, in furculos amputant, eosq̄; notis quibusdam discretos super candidā vestem temerè ac fortuito spargunt. mox si publicè consulatur, sacerdos ciuitatis: si priuatim, ipse pater familiæ precatus deos, cæliq̄; suspiciens, tēr singulos tollit: sublato, secūdum impressā antè notam, interpretatur. si phibuerit, nulla de eadem re in eundē diem cōsultatio: si permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur: & illud quidem etiā notum, auium voces volatusq̄; interrogare.

Propriū gētis, equorū quoque præfagia ac monitus experiri. publicè aluntur ijsdem nemoribus ac lucis cādidi, & nullo mortali opere cōtacti, quos pressos sacro curru, sacerdos & rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitus ac fremitus obseruāt: nec vlli auspicio maior fides, nō solū apud plebē, sed apud proceres, apud sacerdotes: se enim ministro deorum, illos conscios putant.

Est & alia obseruatio auspiciorum, qua grauium bellorum euentus explorant. Eius gētis cum qua bellum est, captiuum quenquam interceptum, cum electo popularium suorū, patrijs queq; armis, committunt: victoria huius vel illius, pro præiudicio accipitur.

De minoribus rebus principes cōsultant, de maioribus om̄es, itā tamen, vt ea quoque, quorum penēs plebem arbitrium est, apud principes pertractentur.

De familiari gentis cultu suprā, quæ Iulius scribit, narrauimus. Quis agro cultus, quis omni familiæ, Tacitū audiamus. Agri pro numero cultorum, ab vniuersis in vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporū spatia præstant, arua per annos mutant, & superest ager. Neq; enim cum vbertate & amplitudine soli, labore cōtendunt, vt pomaria conserant, & prata separant, & hortos rigent. sola terræ seges imperatur, vnde annum quoque ipsum

Auspicia
Hæc de re
vide Cæsar
rem 1. bel.
gal. 4^o.

4. bel. G.
6. bel. g. 10^o.

Annū par
tes.

non

nō in totidem digerunt species. hyems, ver & æstas, intellectū ac vocabula habent: autumnus perindē nomen ac bona ignoratur.

Et paulō pōst: Quotiēs bella non incunt, non multū venatibus, plūs per ocium transigunt, dediti somno ciboq; fortissimus quisq; ac bellicosissimus nihil agens, delegata domūs & penatiū & agrorum cura fœminis, senibusq; & infirmissimo cuiq; ex familia, ipsi hebent, mira diuersitate nature, cum ijdē homines sic ament inertīā, & oderint quietē.

De magistratibus Iulius inquit: Magistratus, qui bello p̄sint, vt vitē necisq; habeāt potestatem, deliguntur. in pace nullus est magistratus, sed principes regionum ac pagorum inter suos ius dicunt, controuersias minuunt.

Tacitus: Germani, inquit, coēūt (nisi quid fortuitum aut subitū incidit) certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur, nam agendis rebus hoc auspiciatissimum initium credunt. Nec dierū numerum, sed noctium computant. sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.

Illud ex libertate vitium, q̄ non simul nec iussi cōueniunt, sed & alter & tertius dies cunctatione coēuntium absumuntur, vt turbæ placuit, confidunt armati. silentiū per sacerdotes, quibus tum & coërcendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout etas cuiq;, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, autoritate suadendi magis, quā iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas cōcutiunt. honoratissimum assensūs genus est, armis laudare.

Licet apud concilium accusare quoque, & discrimē capitis intēdere. distinctio pœnarum ex delicto, proditores ac transfugas arboribus suspendunt: ignavos & imbelles & corpore infames, cœno ac palude, iniecta insup̄ crate, mergunt. diuersitas supplicij illuc respicit, tanquā scelera ostendi oportuit dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & leuioribus delictis cōuicti, pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero mulctantur. pars mulctæ, regi vel ciui-

tati: pars, ipsi qui vindicat vel propinquus eius, exoluitur.

Eliguntur in eisdē concilijs & principes, qui iura per pagos vicosq; reddāt. centeni singulis ex plebe comites, consiliū simul et autoritas adsunt. Nihil autē in re publica neq; priuata, nisi armati, agunt. sed arma sumere non antē cuiquam moris, q̄ ciuitas suffecturum probauerit. Tum enim in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaq; iuuenem ornāt: hęc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos, antē hic domūs pars videbatur, iam reipublice. Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiā adolescentulis assignant. cæteris robustioribus ac iam pridē probatis aggregantur, nec rubor inter comites adspici. Gradus quidem etiā ipse comitatus habet iudicio eius quem sectātur: magnaq; comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principū, cui plurimi & acerrimi comites: hæc dignitas, hæc vires, magno semper electorū iuuenū globo circundari: in pace decus, in bello præsidium.

Nec solū in sua gēte cuiq;, sed apud finitimas quoq; ciuitates illud nomē, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, et ipsa plerunquē fama bella profligant.

Conuictibus & hospitij non alia gēs effusius indulget. Quemcunq; mortalium arcere tecto nefas. habetur pro fortuna, quem quisq; apparatis epulis excipit. Cū defecere qui modō hospes fuerat, mōstrator hospitij et comes, proximam domum nō inuitati adeunt: nec interest, pari humanitate excipiuntur. Notum ignotumq;, quātū ad ius hospitij, nemo discernit. abeūti, si quid poposcerit, concedere moris: & poscendi inuicē eadem facultas.

C. Iulius Cæsar ait, hospitem violare Germani fas non putant. Qui quaq; de causa ad eos venerint, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisq; domus omnium patent, victusq; cōmunicatur. Quæ consuetudine nihil est laudabilius. adeo Germania extremus naturæ terminus, inhospitalitatis vitium odit, quo ferē

D 2 omnem

Magistrat.
6. bel. gal. 10

Hoc ipsum
C. Cæsar
quasi pecu-
liare qd Gal-
lis ascribit
6. be. Gal. 9.

Pœnz.

Arma su-
mere.

Hospitali-
tas.

6. b. Gal. 10.
Vide q̄ de-
generatū sit
hinc in me-
dio Germa-
niæ, vbi vix
etiā precio
sub testum
recipiaris.

omnem barbariem Homeri authoritas notauit. eaq; vna gloria vel Græcos vel Romanos æquare nimirum debet.

Cibus.

Est autē victus inter hospites comis. statim è somno, quem plerunque in diē extrahūt, lauātur: sæpius calida, vt quos hyems occupat. loti, cibum capiunt. separata singulæ sedes, & sua cuiq; mēsa. cibi simplices: agrestia poma, recens fera, aut lac concretū: sine apparatu, sine blādimentis expellunt famem. Aduersus sitim non eadem patientia vel temperātia. Si induleris ebrietati, suggerendo quantum cōcupiscunt, haud minūs facile vitijs, q̄ armis, vincentur. potus, humor ex hordeo aut frumento in quandā similitudinem vini corruptus. Proximi ripe, vinū mercantur. De Sueuis tamen singularitè scribit Iulius, q̄ vinū ad se omninò importari nō permiserint, q̄ ea re ad laborem ferendū remollescere homines atq; effœminari arbitrarentur.

C. cuius
descriptio.

4. b. Gal. 2.

Conuiuia.

Tum ad negocia, nec minūs ad conuiuia, procedūt armati. Diem noctemq; continuare potando, nulli probrum. Crebræ, vt inter temulentos, rixæ. rarò conuicijs, sæpius cæde & vulneribus transiguntur.

De recōciliandis inuicem inimicitijs & iungendis affinitatibus, adsciscendis principib⁹, de pace denique & bello plerūque in cōuiujs cōsultant, tanq̄ nullo magis tēpore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incallescant. Gens nō astuta nec callida, aperit ad hæc secreta pectoris licētia ioci. Ergò detecta & nuda oīm mens, postera die retractatur, & salua vtriusq; tēporis ratio est. deliberant dum fingere nesciunt, constituunt dum errare non possunt.

Alea.

Alea, quod mirere, ait Tacitus, sobriè inter seria exercent, tāta lucrandi perdēdive temeritate, vt cū oīa defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contendāt. victus, voluntariā seruitutē adit, quāuis robustior, alligari se ac vinciri patit. ea est in re parua peruicacia, ipsi fidem vocant. seruos cōditionis huius, per cōmercia tradunt, vt se quoque pudore victoriæ exoluant.

Spectaculū.

Genus spectaculorum vnum, atq; in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atq; in-

festas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem parit, ars decorem, non quæstum aut mercedem, quāuis audacis lasciuie precium est voluptas spectantium. Argentum & aurum propicij an irati dij negauerint, dubito, Tacitus inquit. Nec tamen affirmauerim, nullā Germaniæ venam argētum aurūve gignere. quis em̄ scrutatus est? possessiōe & vsu haud proindē afficiuntur.

Est videre apud illos argētea vasa, legatis & principibus eorū muneri data, non in aliā vtilitatem, q̄ quæ humo finguntur. quāquam proximi Oceano, ad vsū commerciorū aurum & argentū in precio habēt, formasq; quasdam nostræ pecuniæ agnoscūt atq; eligunt. Interiores, simpliciūs & antiquiūs permutatione mercium vtuntur. Pecuniā probant veterem & diū notā, serratos bigatosq; Argentū quoque magis q̄ aurum sequuntur, nulla affectiōe animi, sed quā numerus argenteorū facilior vsui est, p̄miscua & vilia mercantibus.

Vetusta
merciū p̄
mutatio.

Gaudent p̄cipuè finitimarum gentiū donis, quæ non modò à singulis, sed publicè mittūtur: electi equi, magna arma, phalæra, torquesq;. Iam & pecuniā accipere, inquit, docuimus.

Mos est ciuitatibus, vltro ac viritim conferre principibus aliquātum vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptū, etiā necessitatibus subuenit. Fœnus agitare & vsuras exercere, apud Germanos ignotum, ideoq; magis seruetur, q̄ si vetitum esset. Literarum secreta viri paritè & fœminæ ignorant. Latrocinia, ait Iulius, nullam apud Germanos habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt, atq; ea iuuentutis exercendæ & desidiæ minuendæ causa fieri p̄dicant: atq; vbi quis ex principibus in concilio dixerit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur: cōsurgunt hi qui & causam et hominem probāt, suūq; auxilium pollicentur, atq; ab multitudine collaudantur. qui ex his secuti nō sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, oīmumq; his rerum postea fides derogatur.

Latrocinia
6. b. gal. 10.

Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumuntur. nec regibus infinita potestas & libera est, & duces exemplo potius

Bellici ap̄
paratus.

tius quàm imperio, si prompti, si conspici, si ante aciem agunt, admiratione præfunt.

subcibus, Cæterum neq; animaduertere, neq; verberare quidē, nisi sacerdotibus*, permissum: non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt, effigiesque & signa quædam detracta lucis in prælium ferūt. Verum Iulius scribit, magistratus qui bello præfunt, & vitæ & necis potestatem habere. Centeni ex singulis pagis sunt, idq; ipsum inter suos vocantur. quod primò numerus fuit, iam nomen et honor est. acies per cuneos componitur. Quodq; præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casu nec fortuna conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora, vnde vlulatus foeminarum audiri, vnde vagitus infantium: hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. ad matres, ad coniuges vulnera ferunt, nec illæ numerare nec exigere plagas pauent, cibosq; & hortamina pugnantibus gestant.

Mulierum virtus.

Memoriæ proditur, quasdā acies inclinatas iam & labantes, à foeminis restitutas constantia precum & obiectu pectorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longè impatientius foeminarum suarum nomine timent, adeo vt efficacius obligentur animi ciuitatum, quib; inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum aliquid & prouidum putant. nec aut consilia foeminarū aspernantur, aut responsa negligunt.

Mulierum apud Germanos olim quanta auctoritas.

Refert Tacitus, vidisse se sub diuo Vespasiano Velledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam & complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerēt deas. Herculem primum omnium virorum fortium, ituri in prælia, canūt. sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuraq; pugnae fortunā ipso cantu augurantur. terrēt enim trepidantve, prout sonuit acies. nec tā voces illæ, quàm virtutis concentus videntur, affectatur præcipue asperitas soni & fractum murmur, obiectis ad os scu-

tis, quo plenior & grauior vox repercussu intumescat.

In bello rari gladijs aut maioribus lanceis vtuntur. hastas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminens pugnent. Et eques quidem scuto freameaq; contentus est. pedites & missilia spargunt: plura singuli in immensum vibrant, nudi aut sagulo leues. nulla cultus iactatio. scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. Paucis loricae, vix vni alterive cassis aut galea. Equi non forma aut velocitate cōspicui, sed nec varietate. gyros in morem nostrum (inquit Cornelius) docentur, in rectū aut vno flexu dextros agūt, ita coniuncto orbe, vt nemo posterior sit. in vniuersum æstimāt plus penes peditem roboris, eoq; mixti præliantur, & congruete ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant.

Arma.

Id re ipsa probatum est in slio Pharsalico, 3. bel. ciuil. 63.

Sueui autē, vt Iulius author est, prælijs sæpè ex equis desiliunt, & pedibus præliantur, equosque eodem remanere vestigio assuefaciunt, ad quos celeriter, si vsus est, se recipiunt.

4. b. Gal. 2.

Cum in aciem ventū est, inquit Cornelius, turpe principi, virtute vinci: turpe comitatu, virtutem principis nō æquare. Iam verò infame in omnem vitam ac probrosum, superstite principe ex acie recessisse: illū defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare, principum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro principe. Cedere loco, dū rursus instes, tam consilij quàm formidinis arbitrantur. corpora suorum etiā in dubijs prælijs referunt: scutum reliquisse, præcipuum flagitiū est: nec aut sacris adesse, aut cōcilium inire ignominioso fas. multiq; superstites, bellorum infamiam laqueo finiērent.

Principis honor.

Si ciuitas in qua orti sunt, longa pace & ocio torpeat, pleriq; nobiliū adolescentium petunt vltro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt, quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumq; comitatum non nisi vi belloq; tueare. exigunt enim

principis sui liberalitate illum bellatoré equum, illam cruétam victricemq; frameam. Nam epulæ & conuictus quanq̃ incompti, largi tamé apparatus pro stipendio cedunt, materia munificentię per bella & raptus. nec arare terram, aut expectare annum tam facilè persuaseris, q̃ vocare hostes & vulnera mereri. pigrum quinimmò & iners videtur, sudore acquirere quod possis sanguine parare.

Funera,

Funerum apud Germanos nulla ambitio. Id solùm obseruatur, vt corpora clarorú virorú certis lignis cremétur. struè rogi nec vestibus nec odoribus cumulant. sua cuiq; arma, quorundã igni & equus adijcitur. sepulcrú cespes erigit. monumentorú arduú & perperosum honorem, vt grauè defunctis, aspernantur. laméta ac lachrymas citò, dolorem & tristitiam tardè ponunt: sceminis lugere honestum est, viris meminisse.

Hæc ferè de Germanorum veteri virtute apud scriptores historiarú legútur, atq; hoc virtutú monumétum Carolus princeps longè optimus expressit, cuius reliqua gesta commemorare libet.

Carolus
Impe. Italiã
pacavit.

Carolus accepta imperij potestate, Paschalem & Campulum coniuratiõis in pontificè reos, capite plectendos censuit. Sed pius pontifex à Carolo precibus obtinuit, vt vitam his donaret, quos Carolus tamen in Franciam relegauit. Suadebant tum nonnulli Carolo, vt omnes Longobardos Italia pelleret. Sed cum gentem tam multis Italiæ populis affinitate & consanguinitate iunctam videret, nec eijcere tutum, nec delere humanum putauit. Itaque pontifex imperatorque constituerunt, vt vbi sedem ducentos & ampliùs annos ac statûs sui fundamenta habuissent, Papiæ, Mediolani, & in quibusdam locis alijs trans Padum, genti Longobarde nomé & solú patrium maneret, & vt propinquior cõiunctiorq; nominis Ro. memoria fines illis faceret certiores, quicquid exarchatûs Rauennâtis fines complectitur, Romandiola placuit appellari.

Romãdiola

Græcos autem Carolus Italia pelleré statuit pacis tuendæ causa, reliquitq; Pipinum ad eam rem peragendam, qui mox Beneuentum obsedit, licèt nõ profecerit. Theate se conferens, oppidum vi-

captum incédit ac diripuit. Indè Ortonam & Luceriam mouens, eas ciuitates timore perculsas, in deditiõem accepit. Grimoaldum Beneuentanum ducè Luceriæ cepit, qui non multò post dolore animi periit.

Intereà Irene Constantinopolitana imperatrix, missis legatis, cum Carolo pacem & fœdus iniit, diuisumq; est imperium his terminis, vt Irene pro Græcis ea parte Italiæ potiretur, quæ ad dextrã Neapoli incipiens, ad sinistram Siphonto, quæ vrbs nunc Manfredonia dicitur, infero superoq; mari clauditur, vnà cum Sicilia: Reliqua Italiæ pars Carolo ipsi ex fœdere obtigit. Beneuentanus autem gentis Longobardæ dux, etsi Græco magis fauebat, neutri tamé parti subditus erat: & Veneti paritè in Italiæ altera parte etsi Græco magis consentiebant, quàm Romano, non tamen in illius potestate erant. Quæ Ecclesiæ Romanæ fuerant, in has manus non venerunt. Incidère res illæ translati imperij in annum 801. Sunt qui vnum adijciãt, fuitq; hic annus circiter 468. ab eo quo Byzantion Cõstantinus imperij sedem transtulit.

Diuisio
imperij.

Cæterum patricius Nicephorus Irenen imperio deiecit ob Caroli fauorem. Carolus per Hetruriam transiēs, in memoriam acceptæ dignitatis, Florentiam urbem magna ex parte desolatam reparauit, vrbanamq; nobilitatem variè per vicina oppida diffusam reduxit, & maiora insupèr circumducere mœnia maiore ambitu pcurauit. Hæc Palmerius.

Florentia

Quæ autem tunc, refert Blondus, mãserit Romanę vrbi forma regiminis, à nullo tradi vidimus. Tam multa de gestis Leonis papæ Bibliothecarius scripsit, vt non mirari nequeam, *vllum illi *nullum verbum de vrbi administratione excidisse. conijcimus quòd Leo diuinis intentus, vrbi administratione omninò abstinerit.

Circa hæc tempora Iudæus in Syria quadam die in vilipendium Christianorum, imaginem Christi lancea suffodit, & mox sanguis vbertim effluxit: quo prodigio timore correptus, nè sanguis deperiret, vas vulneri apposuit: quo vsi plurimi, sanitati restituti sunt. Iudæi ad fidem

fidem Christi conuersi, miraculum hoc ad episcopum referunt, à quo baptizati sunt. Sanguis verò longè lateq; missus, peruenit Mantuã, vbi ppter crebra miracula magno in precio habitus est. Et Carolus imperator his auditis, ad Leonẽ papam scripsit, vt de hoc eum certiozem redderet. Leo verò cùm seditionibus vexaretur crebris, Mátuam proficiscitur, à Mantuanis benignè susceptus est, approbatoq; Christi sanguine ob frequentiam miraculorum, quod & alij pontifices post eum fecerunt, ad Carolũ Leo pergit, certum facit de præmissis. deindè in Italia, adiuuante Pipino rege, mandato patris de quibusdam coniuratis & seditiosis non sinè clemètia supplicium sumptum est.

Nicephorus, Constantinopolitano imperio assumpto annò salutis 803. misit fœderis instaurandi causa legatos ad Carolum in Germaniam, vbi cautũ est, quòd Veneta vrbs maritima vtrũq; imperatorem reuerita, proprijs vteretur legibus: siue bello, siue pace, neutrius partis censeretur. Vndè paulò pòst dux Venetorum, necnon Paulus dux Graduum, & episcopus eiusdem ciuitatis, legati ad Carolum cum donis venientes Salisburgam, ordinationem receperunt, quo iure quisq; viueret, eiusq; pacis formulam Carolus Romano pótifici insinuauit.

Eodẽ itaq; anno Aaron Admirathus Saracenorum, trecenta millia pugnatorum in subiectas Constantinopolitanis Asiæ prouincias duxit. Territus Nicephorus, pacẽ ab illo abiectissimè petijt, quam iniquissimis conditionibus obtinuit, solenni fœdere pactus, se quotãnis illi trecenta millia aureorum pro imperij indemnitate in tributa persoluere. Paulò tamen pòst nequaquam vsus sano consilio, Stauracium filium imperij consortem declarauit, qui adolescens à turpi genitoris cù Saracenis pacto discedens, multa diuersis in locis accepit incòmoda. Et Nicephorus interim omnibus viribus Bulgarorum regno incumbabat. Ità neglecto Saraceno, nunquam ferè antea maius detrimentum Græci imperij status accepit. conabatur hic & Italiae res labefactare, opportunam sibi

ratus materiem intestinas Venetorum seditiones.

Erat Gradenfis antistes Fortunatus, pontificis Ro. Caroliq; inprimis studiosus, & Venetis ducibus non abs re maximè infensus. Is cùm vitandarum insidiarum causa ad Carolum venisset, Venetam in imperium fidem inuidiẽ argumento accusauit. Igitur Pipinus Caroli filius rex Italicus, patris mandato bello Venetos adoritur. Heracleam, quæ hodiè noua ciuitas, & Equilium loca terrestria inuadit. sed ciues munitioibus diffisi, desertis his locis, Venetias migrarunt, estq; ex illis hodiè prima in Venetis nobilitas.

Interim difficile erat etiã Carolo imperatoris filio cù Dacis Sclauisq; negociũ, quod cùm virtute sua iuuenis & paterna indole feliciter gessisset, Carolus Imp. filijs conuocatis, cõdidit testamentum, quod infra legetur.

Eo tempore Nicephorus Venetis auxilio classem misit, cùm adhuc Pipini res penderent ambigua: atq; ista classe lacessitus, Venetias terra mariq; petitas, in potestatem suam accepit, ducum Venetorum Obederij & Beati, vt putant, studio.

Rursusq; noua pacis cõditione cessatũ est, vt nihil esset eis cum imperatore Græco cõmune. Quod cùm mercaturæ suę causa, qua Orientẽ accedebãt, commodè fieri nõ posset, cum Græco in gratiam rediẽre. Ibi Pipinus rei vindicandæ ardore classem instruit, Venetos obsidet, ponte ligneo sibi facturum viam. sed hic à Venetis igni & ferro refractus est. fertur in eo ingens nostrorum manus perijsse. verum facit tanta authorum diuersitas, vt breuior, quæ à fide non abhorreant, tantum sc̃cter.

Isto ferè tempore Carolus pro suo religionis studio, Vlmam regiam villam abbati & conuentui Augiæ maioris dedit, qui Ecclesiæ iura, decimas, tributa, pensiones, per præfectos suos indè accipiebat. Sed Vlmenses iam ad libertatem suam non sinè maximo (vt legimus) incommodo rediẽrunt. donatiõem suam Carolus literis confirmauit, quarũ hic exemplum habes:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Tri-

D 4 nita.

Sanguis Christi apud Mantuanos.

Venetos suis legibus vti.

Nicephorus Imp. Cõstã.

Pipini cum Venetis bellum.

Daci & Sclauis subacta.

De Vlmã.

nitatis, Carolus diuina fauente gratia Imp. Augustus: Si sanctorum monasteriorum loca, nè labantur, frequenter sustentamus, sustentando ditamus, non solum Deum per hoc nobis placamus, sed etiam nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium presentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Vlmam nostram regalem villam pro animæ nostræ ac parentum nostrorum remedio, ad monasterium quod constructum est in insula, quæ in Alemانيę partibus sita, *Sintleohefuna nuncupatur, vbi venerabilis pæsul Hetto spirituali turmæ pæest, cum omnibus appendicijs suis & locis adiacentibus tradimus atq; transfundimus, vt fratres ibidem regulariter subsistentes, & diuino operi die nocteq; iugiter insudantes, dum à nostris sumptibus alacriter procurantur, assiduis eorum precibus Deum nobis propiciam facere dignentur: vtq; pædictus Hetto cum fratribus suis, monachis videlicet atq; clericis in pæfata insula, exterioribus curis remotis, Deo seruire liberiùs atque securiùs insistere valeat, cum ipsius abbatis desiderio suorumq; monachorum rogatu, Adelbertum cognatum nostrum, in supradicta Vlma aduocatum ac defensorem constituimus: & eundem, quia quales futuri homines sint, ignoramus, nè statuta nostra vel quisquam suorum successorum transgrediatur, in pæfata cum iuramento tenaciter obligamus.

Hac de causa nostræ placuit prudentiæ, eodem Adelberto defuncto, in pæfata abbatis suorumq; successorum ac fratrum, videlicet monachorum, hoc perpetua ponere potestate, vt sapientum vsi consilijs, ex his quos inter potentes seculi nouerint & inuenerint meliores & æquitatis *amatores, eligant huic loco, sicut & in cæteris locis suis competentèr aduocatos & defensores, eo tamè tenore, vt quodocunq; sui commissi præuaricator aut in rebus vel hominibus, quod vulgo *Balmund* dicitur, existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiã perdat. Qui aduocatus & omnes sui successores, quale seruitium in pæfata villa Vlma, ab Augensi abbate eiusdemq; ministris deinceps percepturi, vel

qualem iustitiam ipsi abbatibus sint facturi, breuiter hic determinauimus. Statuimus ergo & pæcipimus, si pæfatus Adelbertus aduocatus, vel quisquã suorum successorum in pædicta villa placitare voluerit, quando vel qualiter aut quoties hoc fiat, in abbatis arbitrio pædeat, & ab eo disponatur, vt non cum pluribus quàm xxx. equis ad placitandum veniat, & tale seruitium quale tunc reperitur, & quod pædictę militum & equorum multitudini congruat & sufficiat, eidem aduocato pælibato abbas decenter & honestè exhibeat.

Et vt hoc nunc & in futuro cunctis pateat, regali nostro imperio sancimus & confirmamus, vt nullus aduocatus in pæfata villa maius seruitium ab Augensi abbate vel à suis ministris quasi ex debito exigat, aut ad libitum sibi statuatur ipse, siue quasi ex iure vltra statutum quicquam vsurpare sibi vel vendicare audeat.

Insuper statuimus atque iubemus, quicquid placitando ibidem acquirat, tertia parte sibi retenta, duas abbati reddat, & nullum aduocatum vel exactorem præter se sine abbatis permissione constituat. Addimus quod nihil priuati muneris vel seruitij in eadem villa, vel à quolibet locorum illuc pertinentium, siue à cellarijs, quasi ex debito & statuto sibi iure exigat, ac mansiones vel pernoctationes vsquam frequentare audeat.

Quod si pæfatus aduocatus vel quisquam suorum successorum hæc nostra statuta transgrediatur, sine iudicio & absq; spe recuperationis iubemus, vt aduocatiã statim priuetur, & alter fidelior ac iustitię amantior, sano consilio in eius locum subrogetur. Et vt hoc scriptum nostrum atq; decretum ab omnibus firmius obseruetur & obnixius, annuli nostri signo, sigilliq; impressione firmari iussimus. Datum anno salutis 813.

GENERATIO XXVIII.

ANNO Domini 810. qui est annus imperij Caroli decimus, ac Leonis papæ 14. ab origine mundi anno 9. supra 6. millia, ab vrbe condita 1560. incepit 28. generatio. Quo anno Pipinus rex Italiæ, filius Caroli imperatoris, defunctus est, ac anno hunc sequenti Carolus

rolus maior natu imperatoris filius, qui nupèr Bohemos vastauerat, similiter mortuus est.

ANNO Domini 812, Nicephorus Imp. Constantinopolitanus pugnans cum Bulgaris, occiditur, & Stauracius filius secundum aurem vulneratus, Constantinopolin reuersus, imperium assumpsit, quem tertio imperij mense Michael fororius eius deposuit, atq; illi successit, qui deinde cum oratoribus Caroli fecit pacem ea conditione, vt Michael Orientem cum Constantinopoli, & Carolus Occidentem cum Roma haberet. Hispaniarum partes, quibus recipiendis Carolus tantum insudauerat, imperatori Græco redditas ferunt, & Venetias ea immunitatis conditione, quam à Carolo acceperant, Græco accessisse.

Deinde Carolus Imp. defunctis filijs Pipino ac Carolo, anno domini 813. habito generali conuentu Aquisgrani, filium suum Ludouicum regem Aquitaniae, ad se vocauit, eiq; coronam imponens, imperialis nominis sibi consortem fecit, Bernardum nepotem filium Pipini Italiae præfecit, & regem appellari iussit. Concilia quoque iussu eius super statu ecclesiarum corrigendo, per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, vnum Moguntiae, alterum Rhemis, tertium Cabillone, quartum Arelati, quintum in Turonibus.

Eo anno pons Rheni apud Moguntiacum, quem imperator per decem annos ingenti labore & opere mirabili deligno ita construxit, vt perenniter durare posse videretur, in mense Maio ita tribus horis fortuito incendio consummatus, vt præter hoc quod aqua tegebatur, ne vna quidem hastula maneret.

ANNO sequenti, hoc est, 814. Carolus rex atq; imperator dum Aquisgrani hyemaret, febre & pleurisi tactus, quinto Kalendas Februarij rebus excelsit humanis.

ANNO itaq; Domini 814. Carolus Imp. gloriosissimus in palatio suo Aquisgrani, vbi principalem regni Francorum sedem constituit, finem vitae suae Christianissime conclusit, anno regni Francorum 46. subactae vero Italiae 43. imperij autem anno 14. aetatis suae 72. Cuius

quidem virtutes atq; merita, resq; gestatum domi tum foris, præ multitudine atq; magnitudine narrare ad plenum non sufficimus. nam eius studio atq; industria Francorum regnum, quod à patre Pipino magnum quidem & forte susceperat, ita notabiliter ampliauit, vt penè duplum reddiderit. cum enim prius non amplius quàm ea pars Galliae, quae inter Rhenum & Ligerim fluuium, Oceanumq; & mare Balearicum iacet, & pars Germaniae quae inter Saxoniam & Danubium & Salam fluuium, qui Thuringos & Sorabos diuidit, postea incolitur à Francis qui Orientales dicuntur, & præter hæc Alemanni atq; Boioarij ad regni Francorum potestatem pertinerent: ipse iure belli primo Aquitaniam & Vasconiam, totumq; Pyrenaei montis iugum et vsq; ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertilissimos Hispaniae agros secans, sub Dertose ciuitatis moenia Balearico mari miscetur. Deinde Italiam totam ab Augustis prætorijs vsque in Calabriam minorem, vbi Graecorum ac Beneuentanorum constat esse confinia. Tum Saxoniam citra & trans Albim, quae Germaniae quidem magna pars est, & eius quae à Francis colitur, duplum in loco habere putatur, deinde vtranque Pannoniam, & appositam in altera Danubij ripa Daciam, Istriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam & iunctum cum eo foedus, Constantinopolitanum imperator habere permisit.

Deinde omnes barbaras & feras nationes, quae intra Rhenum ac Vistulam fluuios, Oceanumq; ac Danubium positae, lingua quidem penè similes, moribus vero atq; habitu valde dissimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit, vt eas tributarias efficeret: auxit etiam gloriam regni sui quibusdam regibus ac gentibus per amicitiam sibi coniunctis. Ad eum namq; Adelfonsum Gallitiae atq; Asturiae regem sibi societate deuinxit, vt is cum ad eum literas vel legatos mitteret, non aliter se apud illum quam proprium suum appellari iuberet.

Scotorum quoque reges sic habuit ad suam voluntatem inclinatos, vt eum

AAA

Michael
Constant.
Imp.

Pons Mo-
guntiacus
consummatus.

Diui Caro-
li Caesaris
interitus.

Quas Caro-
lus gentes
deuicerit.

nunquam nisi dominum, seq; subditos & seruos eius pronuntiarent.

Cum Aaron rege Persarum, qui excepta India, totum penè tenebat Orientem, talem habebat amicitiam, vt is gratiam eius omnium qui in toto erant orbe, regum ac principum amicitie præponeret. Misit enim idè rex legatos anno Dñi 807. ad Carolum, deferentes ei munera, papilionem, tria tentoria vario colore distincta, mirè magnitudinis et pulchritudinis, omnia bylîna, tam tentoria quàm funes eorù, præterea pallia serica multa & preciosa, atq; vngueta ac balsamum, necnon & horologium ex aurichalco arte mirificè compositum, in quo 12. horarum cursus ad clepsydrâ vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subiectum sibi cymbalû tinnire faciebât, additis eiusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras completis horis exibant, & impulsu egressiõis suæ totidem fenestras, quæ prius erant apertæ, claudabant. alia quoque multa erant in ipso horologio, quæ enumerare longum est.

Imperatores alij Constantinopolitani vtrò amicitiam & societatem eius expetentes, complures ad eum miserunt legatos, cum quibus etsi suspectus propter susceptum à se imperatoris nomen, fœdus firmissimum statuit, vt nulla inter partes scandali remaneret occasio. Erat enim omninò Græcis Romanisq; suspecta Francorum potentia. Vndè & illud in ore Græcis semper fuit, *ἔχοντες φίλον ἔχοντα δὲ οὐκ ἔχοντες*, id est, Fracum amicum habere, vicinum autem non. Nam ita ferè humani ingenij libidine comparatum est, vt inter se vicini gloria & inuidentia certent.

Manserat hætenus integrû cum Carolo Græcorù fœdus Nicephori imperio, sed cum apud Adrianopolin à Bulgaris biennio postq; imperare cœperat, victus & fugatus imperio se abdicasset, Leo Armeniacus imperator lectus, amicitiam castè seruauit, quòd afflicto Orienti summoperè necessaria videbatur. Bulgaros em, eorù rege capto, domuit.

Carolus insupèr opera ad regni decore & commoditatem pertinentia diuersis locis inchoauit, quædã etiã cõsumma-

uit, inter quæ præcipua est Ecclesia S. dei genitricis Aquisgrani opere mirabili constructa, ad cuius structuram à Roma & à Rauenna columnas & marmora deuehi fecit, sacrasq; ædes vbiq; in toto regno suo collapsas, pōtificibus & abbatibus ad quos pertinebant, vt restaurarentur, imperauit.

Fertur etiã fundasse secundum ordinè literarum numerû monasteriorù, fecisseq; omnes literas alphabeti aureas, & in vnoquoq; vnam posuisse. fecit & pontem apud Moguntiam in Rheno quingentorum passuum. nam tanta est ibi fluminis latitudo, qui tamen anno ante mortem ipsius, vt dictum est, conflagrauit.

Item Carolo apud **Regenspurg** moranti propter Hunnos, persuasum est, fore vt à Rheno in Danubium nauigari posset, si inter Radiantiam & Altimonâ fluuius fossa duceretur, quæ esset capax nauium, quia horum fluuiorù alter Danubio, alter Rheno miscetur.

Confestim rex ad locum opportunè accelerat, ac magna hominum multitudine congregata, totum autumnus tempus in hoc consumpsit. ducta est itaque fossa inter prædictos fluuios duum millium passuum longitudine, trecetorum pedum latitudine, sed frustra. nam propter iuges pluuias & terram quæ palustris est natura, opus stare non potuit: sed quantum interdum egestum fuerat, tantum noctibus humo iterum relabente, subsidebat.

Inchoauit & palatia operis egregij: vnum haud longè à Mogütia, iuxta villam **Zugelheim** / quæ in villa fertur natus ex Pipino Francorum rege et Bertha Vngara, vt Gotfredus testatur, alterum palatium Nouimagij super **Babulam** fluuium construxit.

Vxores successiuè habuit plures. primam matris hortatu Hirmigardam filiam Desiderij regis Longobardorum duxit, quam tamè post annum repudiauit ex causa (vt creditur) iusta, deindè duxit nobilissimam è Sueuorum gente puellam nomine Hildegarden, de cognatione Gotfredi ducis Alemanorum, hoc est, Sueuorum. Gotfredus dux genuit Hochingum, Hochingus genuit Nebi, Nebi

Munera ex Oriente ad Carolum missa.

Quor passuum sit Rhe- ni apud mo- guntiam la- titudo.

Leo Arme- niac⁹ Imp. Constant.

*Vaalim
*Vualam

Nebi autem genuit Immam, Imma verò peperit Hildegarden reginam.

Carolus ex hac genuit tres filios, Carolum, Pipinum & Ludouicum. In hoc consentiunt omnes. Mortua autem est Hildegardis anno Domini 783. pridè Kalen. Maij.

Eodem anno venit rex Carolus Vormatiam, & duxit in vxorem filiam Rudolphi comitis de Orientali Fràcia, nomine Fastradam, ex qua genuit duas filias Theodoratam & Hiltrudem. de Hildegarde præmortua vxore supererant etiàm tres filix, Rutrudis, Bertha & Gisela.

ANNO autem domini 794. obijt regina Fastrada, & in S. Albano Moguntia honorificè extitit sepulta. Defuncta Fastrada, Lutgardam Alemanã vxorem duxit, de qua nihil liberorum tulit, vt Enardus aulicus de gestis Caroli tradidit, vbi etiàm subiunxit Carolũ habuisse post mortem Lutgardæ tres cõcubinas, Gersuindam Saxonici generis, de qua filia nomine Adeltrad nata est, et reginã quæ ei Drugonem et Hugonem genuit, & Alindam quæ Theodoricum peperit. multa sunt & varia, quæ passim leguntur. quare missa hæc facio.

Quòd autem solùm habuerit tres legitimos filios, inducit me ad credendum forma testamèti ipsius Caroli, cuius fuit talis tenor:

In nomine patris & filij & spiritus sancti, Imp. Cæsar Carolus, rex Francorũ inuictissimus, & Ro. rector imperij, pius, felix, victor ac triũphator semper Augustus, omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesiæ, qui sub nostro imperio cõstituti sunt. Sicut omnibus vobis notum esse credimus, quòdmodò diuina clementia, cuius nutu ad occasum tendentia secula per successiones generationum reparationes generatur, tres nobis dando filios, magno nos miseratiõis ac benedictionis suæ ditauit munere, quia per eos secundum vota nostra spem nostram de regno confirmauit, & curam obliuioni obnoxia posteritatis leuiorem fecit. Itã & hoc vobis notum fieri volumus, quòd eosdem per dei gratiam filios nostros regni à Deo nobis concessi, donèc in corpore sumus, & post

nostrum ab hac mortalitate discessum, huius à Deo conseruati & conseruandi regni vel imperij nostri hæredes relinquere, si sic diuina maiestas annuerit, optamus, non vt confusè atque inordinatè aut sub totius regni iurgium vel litis controuersiam eis relinquamus, sed trina partitione totum regnum diuidentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat, describere & designare volumus, eo videlicet modo, vt sua quisque portione contentus, iuxta ordinationem nostram & fines regni sui, qui ad alienigenas extèduntur, cum Dei adiutorio nitatur defendere, & pacem atque charitatè cum fratre custodire. Diuisiones verò à Deo conseruati & conseruandi imperij vel regni nostri tales

facere placuit, vt Aquitaniam totam atque Vasconiam, excepto pago Turonico, & quicquid indè ad Occidentem atque Hispaniam respicit, & de ciuitate Niuernis quæ est sita super fluuium Ligerim, cum ipso pago Niuernensi pagum Analensem, atque Alsensem, Cabillonensem, Matisconensem, Lugdunensem, Sabaudiam, Tarãtasiã, montem Cinisium, vallem Segusianam vsq; ad Clusas, & indè per terminos Italico-
 rum montium vsq; ad mare: hos pagos cum suis ciuitatibus, & quicquid ab eis contra meridiem & occidentem vsq; ad mare vel vsq; ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundie, & Prouinciam & Septimaniã vel Gothiam, Ludouico dilecto filio nostro consignauimus. Italiam verò, quæ & Longobardia dicitur, & Boioariam sicut Tassillo tenuit, exceptis duabus villis, quarũ nomina sunt **Ingoldestat** & **Lutrahahoff** / quas quondam Tassillo beneficio nostro tenuit, & pertinent ad pagum **Nortgouue** / de Alemania partem quæ in australi ripa Danubij fluminis est, & de ipso fonte Danubij currente limite vsque ad Rhenum fluuium in confinio pagorum **Cletgoue** / & **Hegoue** / in locum qui dicitur **Auge** / & indè per Rhenum fluuium fursum versùs vsq; ad alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, et ad meridiem vel Orientem respicit, vnã cum ducatu **Curicensi** & pago **Durgoue** / Pipino dilecto filio

Triples regni Francorũ diuisio.

Ludouici regnum.

Pipini regnum.

Caroli vxores & nati.

Caroli testamentum.

Caroli re-
gnum.

filio nostro ordinamus. Quicquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Franciam & Burgundiam, excepta illa parte quam Ludouico dedimus, atque Alemaniam, excepta portione quam Pipino dedimus, * Austriam & Neustriam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Boioariæ quæ dicitur *Nortgoue*/ dilecto filio nostro Carolo concessimus, ita ut Carolus & Ludouicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Carolus per vallem Augustanam, quæ ad regnum eius pertinet, & Ludouicus per vallem Segusianam, Pipinus verò & exitum & ingressum per alpes Noricas atq; Curiam.

Hæc autem tali ordine disposuimus, ut si Carolus qui maior natus est, prius quam cæteri fratres sui obiêrit, pars regni quam habebat, diuidatur inter Pipinum & Ludouicum, sicut quondam diuisum est regnum inter nos & fratrem nostrum Carolomannum, eo modo, ut Pipinus illam portionem habeat, quam frater noster Carolomannus, Ludouicus verò illam partem quam nos suscepimus.

Si verò Carolo & Ludouico viuentibus, Pipinus debitum sortis humanæ compleuerit, Carolus & Ludouicus diuidant inter se regnum quod ille habuit, ut ab ingressu Italiæ per Augustam ciuitatem accipiat Carolus Vercellas & Papiam, & inde per Padum & fluuium termino currête vsq; ad fines Rhegiensium, & ipsum Rhegiû, & ciuitatem nouam atq; mutinã vsq; ad terminos S. Petri. has ciuitates cum suburbanis territorijs, & quicquid inde Romam pergenti est ad læuam, vnâ cum ducatu Spoletino accipiat Carolus.

Quicquid autem à prædictis ciuitatibus Romam eunti ad dextram iacet de prædicto regno, id est, portionem quæ remansit de regione transpadana vnâ cû ducatu Tusco vsq; ad mare australe & vsq; ad illius prouinciã, Ludouico cedat. Quòd si cæteris superstitis Ludouicus fuerit defunctus, eã partem Burgundiæ, quam regno eius adiunximus, cum prouincia & Septimania siue Gothia vsq; ad Hispaniã Pipinus accipiat,

Carolus verò Aquitaniã atq; Vasconiã. q; si filius cuiuslibet horum trium fratrum natus fuerit, quæ populus eligere velit, ut patri suo succedat in regni hæreditate, volumus ut consentiât patri ipsius, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni paterni.

Placuit etiã inter prædictos statuere atq; præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuò manere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos vel regni limites inuadere præsumat, neque fraudulentè ingredi ad conturbandum regnum eius vel marcas * muniendas, sed adiuuet vnusquisq; illorum fratrem suum, & auxilium ei ferat contra inimicos eius iuxta rationem & possibilitatem, siue in patria, siue contra cæteras nationes. * muniendas
De fratre
concord

Neq; aliquis illorum, homines fratris sui pro quibuslibet causis seu culpis ad se confugientes suscipiat ad intercessionem pro eis faciendam: quia volumus ut quilibet homo * peccatis & intercessione indigens, intra regnum domini sui vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde iustam intercessionem mereatur. * pacis

Similiter volumus, ut quemlibet liberum hominem qui dñm suum contra voluntatem eius dimiserit, & de vno regno ad aliud profectus fuerit, neq; ipse rex suscipiat, neq; hominibus suis consentiat, ut talem recipiant. hoc non solum de liberis, sed etiã de seruis fugitiuis statuimus obseruandum.

Quapropter præcipimus, ut post nostrum discessum vnusquisq; accipiat beneficia in regno dñi sui, & non alterius, nè fortè per hoc, si aliter fiat, scandalum possit aliquod accidere: hæreditatè autem suam habeat vnusquisq; illorû hominum absq; contradictione, in quocunq; regno hoc eum legitime habere cõtigerit. Ut vnusquisq; liber homo licentiam habeat post mortem dñi sui se commendandi inter hæc tria regna ad quodcunq; voluerit, similiter et ille qui nondum alicui commendatus est.

De traditionibus autem & venditionibus quæ inter partes fieri solent, præcipimus, ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de regno alterius aliquam traditio-

ditionem vel venditionem à quolibet homine rerum immobiliū, hoc est, terrarum, vinearum, sylvarum, suorumq; qui iam casati sunt, siue ceterorum que hereditatis nomine censentur, ex auro & argento & gemmis, armis ac vestibus, nec non & mancipijs non casatis, & his speciebus quæ propriè ad negociatores pertinere noscuntur: ceteris verò liberis hominibus hoc minimè interdendum iudicauimus.

Si causa controuersie inter partes propter terminos aut confinia regnorū orta fuerit, quæ hominum testimonio diffiniri non potest, volumus quòd ad declarationem rei dubiæ, iudicio crucis Dei voluntas & rerum veritas inquiretur, nec vnquam pro tali causa cuiuslibet generis pugna vel camp^o ad examinationē indicatur. si verò homo de vno regno, hominē de altero de infidelitate cōtra fratrem domini sui apud dominū suum accusauerit, mittat eum dominus eius ad fratrem suum, vt ibi comprobet quod dixit.

Super omnia autem iubemus, vt ipsi tres fratres curam & defensionem ecclesie S. Petri simul suscipiant, sicut quondam ab auo nostro Carolo & beatę memorię Pipino rege, & à nobis postea suscepta est, vt eam cum Dei adiutorio ab hostibus defendere nitantur, & iustitiã suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulauerit, habere faciant. Similiter & de ceteris ecclesijs, quæ sub illorū fuerint potestate, precipimus, vt iustitiã suam & honorem habeant, & pastores atque rectores venerabilium locorum, habeant potestatem rerum quæ ad ipsa loca pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum ecclesiarū possessiones fuerint.

De filiabus autem nostris iubemus, vt post nostrum decessum licentiam habeat vnaqueque eligendi, sub cuius fratris tutelam se conferre velit, & quacunque ex illis monasticã vitã elegerit, liceat ei honorificè viuere. Quæ autem iustè & rationabiliter à cōdigno viro ad coniugiū q̄sita fuerit, eiq; cōiugalis vita placuerit, nō ei denegēt à fratrib^o suis, si & viri postulātis, & fœminæ cōsentientis honesta et rationabilis fuerit volūtas.

Postremò statuimus, vt quidquid adhuc de rebus ac constitutiōibus his nostris decretis addere voluerimus, sic à prædictis dilectis filijs nostris obseruetur, sicut ea quæ in his iam statuta sunt atque scripta.

Hęc autem omnia ità disposuimus, atque in ordinem firmare decreuimus, vt quandiu diuinæ maiestati placuerit hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super à Deo conseruatum regnum atque imperium istud, sicut hactenùs fuit, & vt obedientes habeamus prædictos filios nostros, atq; Deo amabilem populum nostrū, cum omni subiectione quæ patri à filijs, & imperatori ac regi à suis populis exhibetur. Amen.

Quia verò duos filios Pipinū & Carolum, antequam morerēt, amisit, quorum Pipinus vnum filium Bernardum reliquit, filias autem quinque, ipse Carolus postea Ludouicum qui solus supererat, consortem sibi regni & imperialis nominis heredem instituit, Bernardum verò nepotem, regem Italiae fecit, vltimamque voluntatem in alijs condidit, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 811. regni Franciæ anno 43. & in Italia 39. imperij autem 11.

De thesauris suis atque pecunia, que in camera inuenta fuit, illud præcipue cauere voluit, vt non solum eleemosynarum largitio perficeretur, sed etiam vt heredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquidò cognoscere possent.

Hac igitur intentione omnem substantiam atq; supellectilē suam, que in auro, argēto, gemmisq; & ornatu regio in illo die adesset, primò quidem trina diuisione partitus est, deinde easdem partes rursus diuidendo, de duabus partib^o 20. & vnam fecit, tertiam integram reseruauit, vt quia in regno illius metropolitanae ciuitates 20. & vna esse noscunt, vnaqueq; metropolis vnam ex xxj. partibus habeat. Et archiepiscopus qui tunc rector illius ecclesie extiterit, partē que ad suā ecclesiam data est, suscipiēs, cum suis suffraganeis partiatur, eo s. modo, vt pars tertia suæ sit ecclesie, duæ verò partes inter suffraganeos diuidantur.

Nomina metropoleōn, ad quas eadē

E elea

Eleemosyna ex Caroli thesauris.

Principibus tuenda ecclesia.

*Iuuania

eleemosyna siue largitio facienda est, sunt hæc: Rauēna, Mediolanū, Forum-
iulium, Grad^o, Colonia, Mogūtia, *Iu-
uauia seu Salzburg, Treuiris, Senones,
Vesontiu, Lugdunū, Rothomagū, Rhe-
mi, Arelate, Vienna, Tarentasia, Ebro-
dunum, Burdegala, Turonū, Bituriges.

Vnius autem partis, quam integram referuari voluit, talis est ratio, vt hæc ter-
tia in vsu quotidiano versaretur, velut
res quam nulla obligatione alienatam
esse constaret, & hoc tam diū, quoad-
usque vel ille mansisset in corpore, vel
vsum eius sibi necessariū iudicaret. post
obitum verò ipsius, aut voluntariam se-
cularium rerum carentiam, eadem pars
quatuor subdiuisionibus secatetur, &
vna quidem earum supradictis xxj. par-
tibus adderetur, altera filijs & filiabus
suis, filijsque ac filiabus filiorum suorum
iusta & rationabili inter eos partitione
diuideretur: tertia verò in vsum paupe-
rum erogaretur, quarta simili modo in
nomine eleemosynæ, in feruorum &
ancillarum vsibus palatij famulantium
sustentationem distributa veniret.

Ad hanc tertiam totius summe por-
tionem, adiungi voluit omnia ex ære &
ferro, alijsque metallis vasa atque vten-
silia, cum armis & vestibus ac supellesti-
le, vt sunt cortinæ, stragula, tapetia, co-
ria, sagmata.

Quatuor
preciosissimæ
bulæ.

Erant in thesauris preciosioribus re-
gis mensæ quatuor, argenteæ tres, alia
aurea. Ex argenteis vnam, quæ simula-
crum vrbis Constantinopolitanæ con-
tinebat, templo diui Apostoli Petri Ro-
mæ, alteram in qua vrbis Romæ effigies
exculpta erat, Rauennati ecclesiæ dica-
uit. Tertia, quæ totius orbis imaginem
præferebat, cum aurea ad filios puenit.

Caroli in
Hunnū be-
acuolentia.

Paulò ante mortē Caroli anno Do-
mini 810. Cacannus princeps Hunno-
rum, dudum victus à Carolo, propter
necessitatem populi sui eum adiit, po-
stulans sibi locum dari ad habitandum
prope Carnotum, quia propter infe-
stationem Sclauorum in pristinis sedi-
bus esse non posset. Quem imperator
benignè suscepit. erat enim Cacannus
Christianus, nomine Theodor^o. & pre-
cibus eius annuens, muneribus donatū
abire permisit, qui rediens ad populum

suum, pauco tempore transacto obiit.
Verum misit Cacannus successor vnū
de optimatibus suis, petens sibi honorē
antiquum, quem Hannorum princeps
habere solebat. Cuius precibus impera-
tor assensum præbuit, & summam toti-
us regni iuxta priscum eorum ritū, Ca-
cannum habere præcepit.

Ceterum in instituentis liberis præ-
cipuam adhibuit curam, vt mares bonis
disciplinis, foemina lanificio erudirentur.
Amabat peregrinos & in eis suscipi-
endis magnam habebat curam, adeò vt
eorum multitudo non solum palatio,
sed etiã regno videretur meritò one-
rosa. ipse tamen præ magnitudine animi
pondere hoc minimè grauabatur, cum
etiã ingentia incommoda laude libe-
ralitatis ac bonæ famæ mercede com-
pensaret.

Corpore fuit robusto, statura emi-
nenti, nam septem suorum pedum pro-
ceritatem eius constat fuisse mensuram,
apice capitis rotundo, oculis prægradi-
bus atque vegetis, naso paululum exce-
denti, canicie pulchra, facie læta & hila-
ri, vnde formæ autoritas & dignitas
tam stanti quàm sedenti acquirebatur.
incessu erat firmo, totaque corporis ha-
bitudine virili, voce clara quidem, sed
quæ minùs corporis formæ conueni-
ret. valetudine prospera, pter quàm quòd
antequàm decederet, per quatuor an-
nos crebrò febribus corripiebatur. ad
extremum etiã vno pede claudicabat,
erat eloquentia copiosus & exuberans,
poteratque quidquid vellet aptissimè
exprimere, nec patrio sermone conten-
tus, etiã peregrinis linguis ediscendis
operam dabat, in quibus Latinam lin-
guam ita didicit, vt ea perindè ac patria
lingua orare sit solitus. Græcam verò
melius intelligere, quàm pronunciare
poterat. artes liberales studiosissimè co-
luit, earumque doctores plurimum ve-
neratus, magnis extulit honoribus. in
discendis Græcis Petrus Pisanū audiuit,
in ceteris disciplinis Alcuinum diaconū
de Britania, præceptorem in rhetorica,
dialectica ac astronomia habuit: disc-
bat & artē cōputandi, & intentiōe saga-
ci fiderū cursum curiosissimè rimabat.

Narrat Iacobus de Colūna, q. Alcu-
nus

Liberorum
cura.Statura
Caroli & h-
tus.

nus Anglicus à regibus Angliæ pro pace missus ad Carolum, ea fuerit apud eum authoritate, vt in Gallia maneret.

Feruntur etiã illo tẽpore duo Scoti ex Bedæ discipulis Claudius & Iohãnes, de Hybernia venisse in Galliam, viri in secularibus literis & in sacra scriptura incomparabiliter eruditi, qui inter mercatores quotidie clamabant: Si quis sapientiæ cupidus est, veniat, res ad Carolum defertur, qui vocatos interrogauit, sapientiã ne venalem haberent, inquit se venalem habere, à quibus cum rex inquireret, quid pro ipsa peterent, responderunt, loca tantum opportuna ac animas ingeniosas ac alimenta. Ingenti gaudio affectus rex, dum aliquot diebus audiisset eos, ac bellum ingrueret, vnum ex his Claudium, qui & Clemes dicitur, Parisij residere fecit, cui pueros nobilissimos commendauit: alterum verò Ticinum direxit, cui monasterium S. Augustini delegauit. Hoc initium habuit Parisien schola, quam Alcuini eruditio præcipua illustrauit. nam eius adhuc monumenta nonnulla leguntur, & sunt qui putent eius esse glossam in biblijs ordinariam.

Scholæ Parisien initiũ Alcuinus.

Venatio.

Carolus exercebatur equitando ac venando iugiter, quod illi gentilitium fuit, quia vix vlla in terris natio inuenitur, quæ in hac re Francis possit equari. Delectabatur etiã vaporibus aquarũ calidarum, corpus exercens frequenti natatu: ob hoc etiã Aquisgrani regiam extruxit, ibiq; extremam duxit vitã.

In cibo & potu erat temperatus, sed in potu temperatior, ita quod rarò plus in ccena quàm ter aut quater biberet. cibo adeò abstinere non poterat, conque- rebatur enim sæpè obnoxia sibi ieiunia. conuiuabatur rarissimè, & hoc præcipuis tantum festiuitatibus. ccena quotidiana quaternis tantum ferculis præbe- batur, præter carnẽ ferinam assam, qua ille libentiùs vescabatur. Inter cœnan- dum aut confabulatione, aut historia- rum quarundam lectioe delectabatur.

Circa pauperes sustentandos & eleemosynam deuotissimus erat, vt qui non in patria sua solùm id faceret, sed etiã transmarinis locis: in Syriam, Aegpptũ & Aphricam, ad Hierosolymos, Alexã-

driam, Carthaginẽ, vbi Christianos in paupertate viuere compererat, penuriã eorum compatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maximè transmarinorũ regum amicitiam expetens, vt Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium ac solatium proueniret.

Liberalitas & beneuolentia in pauperes.

Honorabat præ ceteris locis in vrbe Roma B. Petri ecclesiam, in quam maxima donaria contulit: neque ille toto regno suo quidquam duxit antiquius, quã vt vrbs Roma sua opera suoque labore prisca polleret authoritate, & ecclesia S. Petri nõ solùm tuta esset ac defensa, sed & præ omnibus ornata atq; ditata, quã cum tanti faceret, tamẽ intra 46. annos quibus regnauerat, quater tantum votorum soluendorum ac supplicãdi causa profectus illd est.

Vltimò tamen eò venit, vt Leonem papam multis affectum iniurijs, sicut dictum est, restitueret: quo tempore nomen imperatoris suscepit. post susceptũ imperiale nomen, cum aduerteret plura legibus populi sui deesse, cogitauit diminuta supplere, & discrepantia vnire, prauaq; corrigere. omnium autem nationum quæ sub eius ditione erant, iura, quæ scripta non erant, scribi ac literis mandari præcepit. Item quæ maiores sui egissent, tantum barbaris monumẽtis obseruata, cultè scribi iussit.

A N N O imperij eius primo, vt refert Sigibertus, per omne imperium legatos ad faciendam iustitiam direxit, & legum capitula 23. instituit, vnum habetur in decretis dist. 19. sic: In memoriam B. Petri Apostoli honoramus S. Romanam ecclesiam, & quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debet ecclesiasticæ magistra rationis. quare obseruanda est à nobis cum mãsuetudine humilitas, & licet vix ferèdum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus &c.

Generales Caroli constitutiones.

Cum quanta autẽ reuerentia episcopos honorauerit, patet in decretis 11. q. 1. vbi idem: Volumus, inquit, vt omnes nostræ ditionis, tam Romani quàm Frãci, Alemanni, Boioarij, Saxões & Thuringi, Frisones, Galli, Burgundiones, Gotthi, Hispani, Britones, Lógobardi, Beneuetani, Valscones, ceterique omnes nobis

subiecti, quocunque videatur legis vinculo adstricti, vel consuetudinis connexi timore, hanc sententiã, quam ex Theodosij libro inter nostra capitula posuimus, pro lege ab omnibus teneant. Quicunque litem habens, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, ilicò sine aliqua dubitatione ad episcoporum iudicium dirigatur, nec vlteriùs liceat retractari per appellatiõis negociũ, quod episcoporum iudicio deciditur: vbi glo. dicit, quòd hæc sint abrogata per alia iura contraria. tamen Innocentius Papa arguit ex eodem capitulo in c. Nouit, de iudic.

Sacrorum
cura.

Carolus quoquẽ mensibus in patria (hoc est, in Teutonica) lingua nomina imposuit, qui antea partim Latinis, partim barbaris nominabatur nominibus.

Item religionem Christianam, qua ab infantia fuerat imbutus, sanctissimè excoluit, ecclesiam manè & vesperì, itè nocturnis horis & sacrificij tempore, quoad valetudo corporis permisit, impigrè frequentabat, conabaturque magnoperè, vt omnia quæ in ea gerebatur, cum maxima fierent honestate, edituos creberrimè commonens, nè quid indecens aut sordidum inferri, vel in ecclesia remanere permetterent, sacrorum vasorum ex auro & argèto, vestimentorũque sacerdotalium tantam comparauit copiam, vt nemo in ministerio habitum priuatum habere permetteretur. legendi atque psallendi disciplinam emendauit diligentissimè. erat enim in vtroque peritus, quanquam ipse nec publicè legeret, nec nisi submissè & in communi cantaret.

Vocauit autem ex vrbe Roma cantores, qui cantum Gregorianũ, cuius antè in Gallia nondum erat vsus, instituerent, at illi vel non fidelitèr, aut ab vero errantes, parùm profecerunt. quod perpendens Carolus, per cantores rursus ab Adriano Papa directos, dissonantiã corrigere curauit.

Legi & in quodam libello, quòd Carolus cuidam nobili adolescenti episcopatum quẽdam contulit, qui mox actis gratijs discedens, ante palatium in sellã equi sibi adducti è terra insiliit. Videns hoc Carolus per cãcellos, eum reuoca-

uit, dixitque: Videmus te agilè & ad bella aptissimum, turbamur autè ab hostibus in imperio, eapropter ibis mecum bellator fortis, episcopatum ineptus. Et mox alteri episcopatum contulit.

Legi ibidè, quòd Carolus in quadragesima omni die hora 8. Missarũ celebratione & Vesperis peractis, cœnare solitus fuerit, quod episcopus quidam valdè religiosus, pro negocijs quibusdã superueniens, reprehẽdebat, Carolo in faciem dicens, horam non esse congruã ad cœnandum. Carolus admonitionem hominis humilitèr suscipiens, rogat vt secum per quadragesimam maneret, nihilque gustaret donè extremi officiales comederent, mansit ille, factum est autè vt ex more principes ad mensam imperatori seruirent, deindè principibus ministeriales, postea ministerialibus famuli, illis postea alij & iterum, ita vt vltimi p̄ multitudine conuiuãtium, vix ante noctem cœnare possent. Itã castigatus episcopus, recognouit palãm errorem suũ. Cui Carolus: Probãsti ò episcope, quòd non intemperantiæ gratia horam anticipaui.

Erat Carolus doctorum virorũ conquisitor diligentiss. ferturque semel dixisse: Vtinã haberẽ duodecim clericos tã doctos, quã fuerunt Augustinus & Hieronymus. Ad quod Alcuinus respondisse fertur: Creator cœli & terræ similes illis tunc plures non habebat, & tu vis habere xij? quod princeps sapientiss. grantèr audiuit, responsumque laudauit.

Extremo verò vitæ tẽpore, cum iam morbo & senio grauarèt Carolus, Ludouicum filium Aquitaniæ regem, cõgregatis de toto regno principibus, cõtortorum cõsilio regni consortem & imperialis nominis heredè instituit, vt supra scripsimus. Bernardum verò nepotè p̄mortui Pipini filium Italię p̄fecit, & regem appellari iussit. Susceptum est hoc ipsum consilium ab omnibus cum ingenti fauore, auxitque maiestatem eius hoc factum, & exteris nationibus non minimum terrorem incussit.

Itã pacatam ratus Europã, reliquum vitæ tempus in ocio & pace egit, venari solitus, sed in hyeme febris eum inuasit valida, qui mox ciborum abstinentiam,

In conferendis dignitatibus discreto.

uentiã, vt vel pelleret, vel mitigaret, seruauit. sed accedete etiã lateris dolore, septima postquã decubuit die, sacra communione deuotè suscepta & vntione extrema, inter manus multorum sacerdotum & monachorum orans & psallens obdormiuit, anno etatis suæ 72. 5. Kalend. Februarij, indictione 7. hora diei 3. Cuius corpus more solenni lotum & curatum, maximo totius populi planctu ecclesiæ quam ipse construxit, illatum, ac regali more sepultum est Aquisgrani, super cuius tumulo arcus deauratus est constitutus cum titulo huiusmodi: Sub hoc conditorio situm est corpus Caroli Magni, qui regnum Francorum nobilitèr ampliauit, & per annos 47. feliciter regaliterque gubernauit.

Caroli Magni sepultura.

Interfuisse scribitur funeri Caroli, Leo pontifex cum magno Romanæ nobilitatis comitatu. Eius excessum præcessere quedam prodigia: solis defectio: luna tẽ eodem anno est obscurata: pila quæ in templi fastigio apud Aquisgranum erat, fulmine deiecta est: ibidem & porticus, qua ab ædibus Palatinis ad templum via erat, corruit: & stupèdum est, pontem quem apud Moguntiam construxerat, igni totum conflagrãsse.

Paulus diaconus.

Fuit hoc tempore Paulus diaconus, qui iussu Caroli collegit lectiones cuiuslibet festo conuenientes ex dictis sanctorum, & Isuardus monachus fertur collegisse omnes actus sanctorum in vnum volumen post Hieronymum & Bedam.

Oggerus Dacus Indiam subegit.

In hac generatione Oggerus dux de Danomarchia, princeps Christianissimus floruisse fertur, qui bello ferè omnes partes transmarinas obtinuit ab Hierusalem vsque ad arbores solis, Deo sibi propicio, & apertis ac magnis miraculis exercitum eius confortante. Hic in superiori India ordinauit imperiũ, cui præfecit Iohannem filium regis Frisonum, qui *Præstan gentis appellatione peculiari dicitur: eum nos **Priester** Iohã nominamus. subiecit ei xiiij. barones cognatiõis suæ, qui alia dominia circũquaq; teneret, vt sic ibidem Christiana religio pmaneret. rei huius author nescio an vllus sit, cui fidẽ omninò possis habere.

Priester Iohã.

ANNO salutis nostræ 815. Ludouicus Caroli Magni filius, Augustus appellatus, regnare cœpit. imperauit annis 25. princeps religiosus ac clemens, idè appellatus est Pius. hic audita morte patris, 30. postquã id acciderat, die Aquisgranum venit. Ad suscepti regni administrationem cura conuersa, primò legationes, quæ ad patrem venerat, auditas absoluit, habitoque conuentu generali, ad iustitias faciendas legatos in omnes regni partes misit.

Ludouicus Pi Imp. 75.

Leo papa hoc anno de corpore migravit, circa 22. pontificatus sui annum. Stephanus diaconus in locum eius papa est ordinatus, eius nominis quartus. sedit menses 7. Hic Stephanus, quia egrotante Leone, Romani omnia ædificia quæ ipse vel construxerat, vel reparauerat, inaudita rabie demoliti sunt, ad vitandas seditiones & pro negocijs ecclesiæ personalitèr proficiscitur in Galliam ad imperatorem Ludouicum, qui tum erat in Aurelianis, vbi honorificentissimè susceptus est vir angelicus, omnia quæ petijt, à Pio imperatore obtinuit: qui vices Christi gerens, pro suis persecutoribus orauit, omnes exules Romanos, qui in causa Leonis papæ deliquerant, & alios qui propter magna scelera in ecclesiam perpetrata, in diuersis ergastulis per Franciam tenebantur, petijt absolui, secumque Romã reduci, quod ei concessit imperator.

Stephanus 4. papa.

Celebratis deindè ex more Missarum solennibus, pontifex Ludouicum diadematis impositione coronauit, Romanorumque imperatorem pronunciauit. Hic Stephanus de rebus Italicis expeditus abiit, & vacante tunc ecclesia Reatina, noluit episcopum electum consecrare, nisi ab imperatore obtinuisset prius licentiam. habetur in decretis 63. dist. c. lectis.

Ex quo satis patet, tunc imperatores inuestituras episcopis præstitisse, licet Antonin⁹ alitèr glosset, dicēs quòd fortè iste electus, curialis fuit, qui non debet ordinari. primum videtur verius.

Leo imperator Constantinopolitanus hoc in tempore legatos misit ad Ludouicum Christophorum spathariũ & Gregorium diaconũ, aliosque oratores,

qui pacta fœdera inter Carolum patrē Ludouici renouârunt.

Paschalis
papa.

ANNO Domini 817. Stephanus papa tertio mēse postquā Romam venerat, nondū exacto obiit. Cuius in locum Paschalis patria Romanus electus est. sedit annis 7. Hic quia nulla imperatoris autoritate pontifex creatur, statim legatos ad Ludouicum misit, qui eius rei culpam in clerum & populum reijcerent, & quod ab his coactus esset pontificatum suscipere. accepta hac satisfactione, Ludouicus respondit populo & clero, Maiorum instituta & pacta seruanda esse, cauerent nē deinceps maiestatem lēderent.

Conuentus
Aquisgrani,

Deindē Ludouicus generalē Aquisgrani conuentum habuit sacerdotum & procerum, in quo cū de ritu Ecclesiastico multa tractarentur, liber collectus est quarundam Institutionum, quas obseruaret imperium. Fuerunt in eo concilio tres imperatoris filij, quos habebat ex Hirmegarde regina, Lotharius quem imperij consortem fecit, Pipinus Aquitaniæ rex declaratus, & Ludouicus Boioariæ rex.

Erat tum negocium quoddam principi cum Danis qui ab imperio descieuerant, sed hi primo ferē aduentu se Ludouici præfectis submisere. Quo fretus (opinor) tumultu Bernardus Italiæ rex, bellum aduersus patrum suū Ludouicum Imp. molitus est. accendebant adolescentem Italici magnates iniuriæ causa, quod Pipinum filium Ludouicus regem Italiæ nominasset. Iam se bello pararat, copias ad apertam defectionem coegerat, angustias alpium firmo præsidio occupauerat, cū Ludouicus rem resciscit, eaque in conuentu proposita, nepos læsæ maiestatis crimine damnatus, hostis reipub. iudicatus est.

Imperator copijs Germanorum & Gallorum coactis, Italiam ingreditur. quod cū intellexisset adolescens Bernardus, siue quod parū fidei in partibus suis cerneret, siue quod adolescentiæ temeritati veniam impetrari confideret, ad imperatorem properauit, sese dedit, culpam in magnates reijciens. Is adolescentem & episcopos tres, Anselmum Mediolanensem, Valfredum Cre-

monensem, & Theodulphum Aurelianensem, principibus quibusdam viris iugulatis in Italia, Aquisgranum perduxit. Vbi cōuentu habito, Bernardus rex gladio cæsus est, episcopi synodali decreto relegati sunt.

Bernardus
rex Italiæ ob
defectionē
cæsus.

Pacata Italia, Saxones adoritur, qui vt sepē aliās ab imperio defecerant: factionem Viromachus regnum affectās, excitarat, qui bello superatus est & interfectus. At sæua tempestas, qua tot bono principi mala nascebantur, erat Britonum princeps Nortmandus feroci animo, qui cū à Francorum fide desciuisset, victus iterum per fœdera pacem obtinuit, quam paulò post labefactauit suo malo. nam denuò bello petitus, interitu quietem Britonibus dedit. Tunc quoque Lindeuintus inferioris Pannoniæ tyrannidem affectans, bello victus, facta deditio, veniam ab imperatore obtinuit. Item cōtra Vascones grauiſſima bella gessit Pipinus iuuenis, qui eos in suam potestatem redegit.

Interea aliud imperatori accidit incommodum. nam Hirmegardis regina diem obiit extremum. Vnde postea exacto anno inspectis plerisque nobilium filiabus, Guelphi comitis filiam Iuditham duxit vxorem, quæ genuit ei Carolum Caluum.

Iuditha
Ludouici vxor

ANNO Domini 821, significatum est Ludouico Pio de morte Leonis imperatoris Constantinopolitani, quod s. anno præterito in basilica Dei genitricis intra palatium interemptus sit conspiratione quorūdam optimatum suorum, & præcipuē Michaelis Trauli (id est, Balbi, nam lingua fuerat balburiente) comitis, qui prætorianorum militū studio coronam imperij suscepit, & postea nouem annis regnavit.

Michael
Traulus
Constantinopolitani

Per hæc tempora Michael Constantinopolitanus Imp. misisse fertur imperatori Ludouico inter cetera preciosa munera, libros S. Dionysij de diuinis nominib⁹ & de cælesti hierarchia è Græco in Latinum translatos, quorū contactu xvj. infirmi leguntur sanati.

ANNO salutis nostræ 822. imperator Lotharium filiū in demortui Bernardi locum Italiæ regem dedit, quem Romam à pontifice Paschali populoq; Rom.

Lotharius
Italiæ rex

Rom. vocatum, pontifex ipse in basilica B. Petri inunctum coronatumq; regem Italię primũ, & postea Augustum appellauit. Romanis tñ & nõnullis Italię primatibus nõ satis obediētibus, ad Ludouicũ patrem auxiliorum causa profectus est, à quo iustas accepit copias. sed priusq; Lotharius è Papiã moueret, ab vrbe nũcios accepit, Theodorum Ro. ecclesię primicerium & Leonem eius generum, in patriarchatu Lateranẽsi primũ excãtos, postea capite truncatos fuisse. Dicebatur autem triuiatim, nec erat obscurum, eos, quia imperatori fauebãt, talia perpeffos. attulit etiã imperatoribus fama, & Romę vulgò creditum est, Paschalem papam vel facinus iussisse, vel cùm id à cõiuratis factum rescisset, dissimulãsse. Non tamen adduci potuerunt imperatores, vt iniectam pontifici suspitionis culpam, facillè admitterent: sed mittentes Romam Hunfredum comitẽ Curiẽsem & quosdam alios nuncios, veritatem inquiri iusserunt.

At Paschalis pontifex quã primũ oratores imperatorum Romę applicuerunt, triginta episcoporum synodo coacta, innocentia suam iureiurãdo purgavit, atq; etiã mortuos tanq; maiestatis reos, iure casos pronũcians, interfectores qui de familia S. Petri erãt, absoluit. Ea autem vt erant gesta, cùm imperatores à nuncijs alijsq; quos Papa comites dederat, rescuissent, in bonam partem consilium põtificis acceperunt. Ludouicus nanq; mitissimi ingenij princeps, sempèr multũ Sedi Apost. detulit, adeo vt quatuor Ro. pontifices, quos 26. annorũ illius imperij tempora habuerũt, adiumento suo nunquã caruerint, quo in persecutionibus Romanorum sæpenumerò indiguerunt.

Scripsisse tum etiã fertur Ludouicus Paschali, vt Bibliothecarius ait, nè deinceps seditio ex re incerta oriretur, quæ ciuitates iuris imperij, & quæ iuris ecclesię censerentur, Aretium, Volaterras, Clusium, Florentiam à patre Carolo restauratam, Pistorium, Lucam, veterem vrbe, Pisas, Perusiam, imperio subiectas in Hetruria declarauit. Cætera verò Ecclesię Ro. adscribebat,

addidit & Tudertum in Vmbria, & vltra Apœninum Romandiolam ac Ra-uennæ vrbis exarchatum.

Idem quoquẽ Bibliothecarius scribit, Ludouicum liberã eligendi Romanum pontificem potestatem Paschali dedisse, cùm antea in ea re imperatores consulerentur, potestate ab Adriano Carolo tradita. de hoc toto tex. est 63. dist. Ego Ludouicus. vbi tamen referuat sibi ac successoribus suis, vt pontifex electus, postquã consecratus fuerit, legatos suos ad imperatorem seu successores suos Francorum reges dirigat, qui inter pontificem ac imperatorem amicitiam & pacem conlocient.

ANNO Domini 823. conuentu habito apud Francofordiam, venerunt ad imperatorem duo fratres, de regno * Vuilzorum contendẽtes, qui cùm vidisset gentis voluntatem proniorem ad iuniorem fratrem, statuit vt is regnum teneret, ambos tamen muneribus donatos, ac sacramento concordatos, ad propria remisit.

Imperator Drugonem tum fratrem suum, qui è concubina natus fertur, apud Metensem ecclesiam canonicam vitam degentem, clero eiusdem ecclesię consentiente ac eligente, rectorem ibidẽm constituit, eumque ad pontificatũs gradus promoueri censuit. Ceadrogo * Abdoritõrum princeps, cum sui populi primoribus ad imperatorem venit excusandi se gratia, & licet in quibusdam culpabilis esset, per merita tamen parentum suorum non solũ impunitus, verũm etiã muneribus donatus, ad regnum suum redire permisus est.

Haçtenũs ferè Ludouici imperium paterna felicitate constitit. nam posteriores anni publicæ simul & priuatę rei perniciosi fuerunt. Nec externis tantũ hostibus fortunæ sæuitiam experti sumus, sed nostris etiã principibus iniusta fuit Europæ quies.

Portenderunt hoc malum innumera prodigia. nam in Saxonia terræ motus tantus fuit, vt plures pagi concussis, igni conflagrãrunt. plerisque in locis lapides grandine mixtos pluissẽ ferunt, qui pecora & homines interemerunt.

In Gallia ante solstitiū æstiuale in hor-
rēda tempestate cælo decidit glacies xij.
pedum longitudine, & acies concurrē-
tium in se militum cruore madentes,
in cælo apparuisse nunciabatur.

Eugenius
papa 2.

Itaque anno imperij Ludouici x. qui
est annus domini 824. nullo religionis,
pietatis, humanitatisq; exēplo præter-
misso, moritur Paschalis, in cuius locū
quum duo per contentionē populi fu-
issent electi, Eugenius presbyter tituli
S. Sabinæ, vincente nobilium parte, pa-
pa 99. ordinatur, seditq; annis tribus.

Rom. magi-
stratus à Lo-
thario cons-
tituti.

Contulit per id tēpus imperator Lo-
tharius se Romam, & ab Eugenio pon-
tifice comiter exceptus, statum vr̄bis &
regni Italici ex illius sententia reforma-
uit, vt non minùs Italiæ totius quàm
Romæ motus intestini essent sedati.
Tunc, vt ait Blondus, primūm Lotha-
rius magistratus in vr̄be Roma consti-
tuit, qui ius populo dicerēt, ex quo cō-
stare videtur, Romanos sub Carolo &
filijs ac nepotib⁹ vera libertate vsos, quā
prius petulantissimē vsurpabāt sibi ple-
rique pacis hostes.

Redijt breuī ad Ludouicum patrem
Lotharius, & omnes simul, genitor fi-
lijque, domandis in hispania Saracenis,
qui nouos nup̄er tumultus excitauerāt,
copias ducunt. gesta res est varijs præ-
lijs, quibus tamen ad finem Ludouicus
intendere non poterat, sed Bulgaros è
Pannonijs repellere conatus est, quin
& alia Nortmannorum manus infesta-
re Gallias nunciabatur. Ea res etsi fidē
non habuit, expeditionem tamen deti-
nuī.

Nortmanni

Sunt Nortmanni potens Galliæ Bel-
gicæ vltra Sequanam factio, qui vt sepe
aliās omēs Galliæ vires tumultu exper-
ti sunt, nunquām quieuēre: nam & re-
gionem ipsam vi occupāsse feruntur,
cūm ex Danis essent, qui Cimbricam
Chersonesum colunt.

Dani.

Sed libet hīc & qui Dani sint, quoni-
am eorum frequens in historijs mentio
est, describere. Cimbricā Chersonesum,
quā olim Cimberij tenuēre, quos Latini
Cimbros vocant, nunquām ferē vna
gens coluit. quo factum puto, vt & ap-
pellatio prisca interiret. hodiē ei regio-
ni Dacia nomen est, siue Dania. sunt

enim qui itā mālunt. quod nomen esse
illi arbitror à Dacis, qui Valachia deu-
cta, alias sedes quæ fuēre. vocabatur em̄
Valachia Dacia, vt apud vetustos scri-
ptores inuenies. hinc Daci, Dai, et Dauī,
qui in ea Valachiæ parte sunt, quæ Istri
fontibus est cōtermina. reliqui ad Pon-
tum Getæ dicuntur, vndē serui Getæ
& Dauī. At in Valachijs mansit Daco-
rum monumentum. nam cūm gens in
duas factiones diuisa sit, potentior Da-
norū nomen habet. Itaq; operæpre-
ciū est scire, quòd q̄ modò Dani vocan-
tur, plerunquē vocētur & Daci, scilicet
hi quos Chersonesum Cimbricā habere
dixim⁹. indē in historijs varia lectio est.

Daci.
Dai.
Dauī.

Moritur interea Eugenius, atq; Va-
lētinus patria Romanus, in eius locum
sufficitur. Sunt tamen qui scribant, Eu-
genium per Romanos laicos excæcatū
fuisse, & martyrio coronatum. Valen-
tinus autē successor eius, demeritis for-
tē hominum exigentibus, cūm esset vir
sanctus & integer, sedit tantūm xl. dies.

Valentinus
papa.

Eodem tempore anno Domini 827.
Gregorius 4. patria Romanus, ponti-
fex est electus. sedit annis 16. Hic tantæ
modestix fuit, vt electus à clero popu-
loque Ro. non prius pontificium mu-
nus obiret, quàm à legatis Ludouici im-
peratoris ob eam causam Romam mis-
sis, qui diligentē tantam electionē dis-
cussierant, cōfirmatus est. fecerat id Lu-
douicus non superbia motus, sed nē iu-
ra imperij amitteret, quippe qui natura
clemens & humanissimus sit habitus,
quique iura ecclesiæ & dignitatem sem-
p̄er tutatus sit. Instituit enim, nē serui
Christi vlli seruituti humanæ subiecti
essent, & vt vnaquæque ecclesia suos
prouentus haberet, vndē sacerdotes vi-
uerent, nē ob inopiam rerum cultū di-
uinum desererēt, néve ob necessitatem
quæstui se dederent.

Gregorius
papa. 4.

Propterea 830. Domini anno syno-
dum multorum episcoporum habuit
Aquisgrani, præfidente Gregorio, in
qua regula & modus honestus viuendi
canonicorum canonicarumque, de di-
uersis patrum sententijs compilatus, &
multa alia de vita clericorum ac mona-
chorum statuta fuēre. Statutum etiām
fuit, vt episcopi & clerici nec preciosis
nec

Synodus A-
quisgr. de sta-
tu clericor.

nec ferreis vestibus, neque balteis aureis aut gemmatis vterentur. statutum est etiam, ut vnaqueque ecclesia haberet prouentus suos, communiter viuendi sufficientes.

Per idem tempus Saraceni Asiam occupantes, ad sancta Palestinae loca Christianis aditum intercluserunt, & Mauri in Siciliam delati, omnia vastauerunt. vnde Michael imperator Constantinopolitanus Venetis inhibuit, ne mercimonia ad Asiam perferrent: mandauit quoque ut classem in Siciliam mitteret.

Ea tempestate corpus B. Marci euangelistae Venetias translatum est, nam cum Babylonis rex Saracenus loca Palestinae caedari iusserat, & ornamenta ecclesiarum absportari fecerat, ventum est ad ecclesiam S. Marci, ubi corpus euangelistae conditum erat in ciuitate Alexandria. Tum mercatores quidam Veneti contra edictum imperatoris mercimonia aduexerant, & omnia moesta ac turbata videntes, muneribus corpus euangelistae e manibus desperatorum ecclesiae custodum impetrarunt, atque auerunt.

Redeo ad Siciliam. Miserat Veneti copias in Siciliam, sed nihil proficere potuerunt. quod cum intelligeret Gregorius, a Venetis barbaros pelli non posse, legatos ad Ludouicum & Lotharium misit, qui eos rogarent ut Siculis auxilium ferrent. tergiuersabantur hi, cum diceret, id bellum ad imperatorem Constantinopolitanum pertinere, se tamen paratos esse communi impesa communibusque copijs rem agere.

Interea vero cum legati ea de re vltro citroque mitterentur, Bonifacius Corsicae comes cum fratre Berthario & auxilijs quorundam populorum Hetruriae, classe in Africam delatus, inter Vticam & Carthaginem quater cum hostibus congressus, tantam hominum stragem edidit, ut coacti sint Mauri, ut olim a Scipione vexati, suos e Sicilia reuocare, qui patriae laboranti auxilium ferrent. Hac ratione Sicilia a barbaris liberata est.

Habebat ea tempestate Ludouicus & quartum filium nomine Carolum, quem vocat Caluum, quem sibi genuit

secunda vxor Iudith. huic Alemaniam, Rhetiam ac Burgundiam tradidit, ceteris fratribus super hoc indignatibus. & quia ob coniurationem Bernardi nuper defuncti, plures eiusdem factionis praecipuae potentiae ac nobilitatis viri interfecti fuere, multorum corda principum contra se prouocauit Ludouicus. Cumque, ut tantorum malorum materia sedaretur, praelati ecclesiarum se interponerent, de illorum consilio imperator vxorem suam Iudith Caroli matrem, quasi omnium malorum originem, a se abdicauit, sed propter hoc filiorum & aliorum principum animos mitigare non potuit. Itaque cum filijs imperatoris conspirauerant plerique magnates, in quorum manus Ludouicus incidit, captusque a filijs, in praesentia principum coactus est omnem imperialem deponere dignitatem, atque ad agendaem poenitentiam etiam iudicio praelatorum dicitur fuisse reclusus in monasterio. sed Deo ita disponente, sequenti anno qui fuit vigesimus sui imperij, relaxatus, arma & imperium & vxorem recepit, ac filium suum Lotharium, qui ex Italia cum exercitu copioso venerat, redire in Italiam coegit. Insuper & Rhemen archiepiscopus, qui in depositione Ludouici conspirauerat, ab archiepiscopatu depositus, relegatus est in exilium.

Ea tempestate & quod in hac re occupati fuerant imperatores Ludouicus & Lotharius, orta est magna tribulatio Christianis. Ingens enim multitudo Saracenorum per portum Centucellensem intras, repleuit faciem Italiae, ut locustae viderentur: obsessaque est Roma, ecclesia S. Petri spoliatur, & equorum stabulum efficitur. sed & omnis Tuscia vastatur. tandem ad preces Gregorij Guido marchio Cisalpinus cum Longobardis veniens, multa sanguinis Christiani effusione Saracenos de Italia fugauit, postquam suburbia Romae incendissent nondum munita, ecclesiam S. Petri vastassent & diripissent, B. quoque Pauli Ecclesiam secundo milliaro ab vrbe, tecto & omnibus in qua ignis iniectus potuit agere, spoliassent, diuisi Germani oppidum demoliti, ad celebre sancti Benedicti monasterium

Lud. Pium
captus filij,

Roma a Sa-
rac. obsessa.

con-

Mauri Sici-
liis ingressi.

Bonifacij
comitis
virtus.

conscenderunt: quod igni crematum, ferro quoque maiori parte mansit excisum: mox tamen ad portum descendentes, nauibus præda ingenti imposita, Siciliam Tarentumque eodem tempore inuaserunt, Apuliam quoque deuastarunt.

Theophilus
Imperator.
Constant.

ANNO Domini 830. Michaël Imperator Constantinopolitanus moritur, & Theophilus illi succedit: hic est quem Michaël cum classe maxima contra Saracenos miserat, sed præ multitudine illos aggredi timuit, donec à Petro Venerorum duce * triremē classē obtinuerat, atque hostibus congressus, vt dicemus, infelicitèr pugnavit. Lotharius post restitutionem patris Cabillone expoliauit ecclesias, patris præfectos interfecit, sororē ducis Bernardi Geruicam iussit in vase claudi, & in flumen Ararim proijci: legatos verò à patre missos qui eum obiurgabant, contempfit.

Pipinus
moritur.

Tandem imperator conuocatis filiis Pipino & Ludouico, contra Lothariū proficiscitur, positus vtriusque ad * Tizū fluuium castris. Vbi Lotharius victoriā desperans, supplex ad imperatorem venit, quem vir pijsimus paternè correptum in gratiam recepit, iuratumque in verba ipsius ad Italiam misit. Moritur paulò post Pipinus Aquitaniæ rex: quo defuncto, Aquitani de rege subrogando contendebant, & res ad imperatorem relata est, quæ dum tractaretur, alijs vrgentibus causis neglecta. Nam Ludouicus filius Bauariæ rex, cum ingenti exercitu Germaniam intrabat, cui pater mox occurrit: sed ægritudine pressus, Moguntiam veniens, tentoria sibi explicari in insula ciuitati proxima iubet. Tanta fuit vis morbi, vt membrīs propè omnibus defectus, per dies quadraginta nullum neque cibum neque potum, præter spirituale corporis & sanguinis Dominici viaticum, ad alimentum accepèrit. aderat ægrotanti Lotharius nuper ex Italia vocatus, quem pater corona aurea & ense quo in prælijs utebatur, donat: præcipitque vt Iuditham reginā veneretur, Caroli quem Neustriæ præfecerat, amicitiam seruet, nè relictā Iudithæ Francorum hæreditatem infestet. Ludouico Boioariæ regi offensam

Ludouici
Pij mors.

remisit pater, fueruntque eius extrema omnia religionis & fidei plena. mortuus anno imperij sui vigesimosexto, sepultus est in Metensi basilica, eius mortem cometa præcessit, & sol generali penè eclipsi laborauit.

Fuit hic annus etiā Gregorij papæ interitu lugendus, qui inter cætera egregia facinora, festum Omium sanctorū Kalend. Nouemb. instituit. sunt qui factū hoc putent Rabani consilio. Erat is ex Alcuini discipulis abbas Fuldenfis, deindè et archiepiscopus Moguntinus, oratione ligata non minùs quàm soluta insignis. Reliquit ingenij sui monumenta multa, commentarios in reliquias quæ Paralipomena vocamus, & Machabæos, laudem sanctæ Crucis & sermones plurimos. Fuit & sub Ludouico illustris Theodulphus Aurelianus episcopus, qui in carcere hymnū composuit, GLORIA, LAUS ET HONOR, versu impari. Gregorio Sergius secundus successit, patria Romanus. sedit annos duos & aliquot menses.

Rabanus

Theodulphus

Sergius papa

GENERATIO XXIX.

Ludouico Pio defuncto, successit in imperio Lotharius eius primogenitus, anno Domini 841. ab vrbe verò condita 1592. in quo principium habuit 19. & 20. Generatio. imperauit annis 15. Mox controuersia inter hæredes Ludouici Pij orta est super diuisione regni Francorum. Nam Lotharius de Italia reuersus, & Pipinus filius Pipini fratris de Aquitania, voluerunt Carolum filium Iudith ea parte, quam sibi pater concesserat, priuare, & secundum testamentum quod auus eorū Carolus Magnus statuerat, in tres partes regnum diuidere: contra verò Ludouicus atque Carolus, filij Ludouici Pij, dolebant se à fratre Lothario debita parte regni priuari.

Lotharius
Imp. 76.

Qua dere anno eodem in agro * Antiffiodorenfi apud vicum, cui Fontaneto nomen erat, pugna inopinata committitur. tantaque cædes inter eos facta est, vt nulla ætas meminerit tantā stragem fuisse factam in gente Francorum: & ita eorum vires ibi extenuatæ sunt, vt non modò de amplificando regno, verum etiā ad proprios tuèdos terminos

* Antiffiodoren

nos vix sufficerent. Ludouicus & Carolus non sine graui dispendio suorum vicerunt. Post hoc autem bellum Lotharius victus, Aquisgranum confugit, atq; inde quoque deturbatus, instantibus hostibus, Viennam se contulit. Insecuti eum cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam iussu Sergij papae profecti sunt, inter quos erat Georgi⁹ archiepiscopus Ra-uennas, qui cum secundo praelio apud Lotharium componendae rei causa esset, ac fortuna ad Ludouicum & Carolum inclinasset, totum comitatum in praelio amittens, eo enim cum 300. equitibus venerat, vix solus est tanta strage fuga prolapsus est, cum pacis legatus, non belli causa venisset.

At vero hi communem calamitatem totius regni miserati, foedera pacis in hunc modum inueniunt, ut pars illa Occidentalis regni, quae a Britanico Oceano usque ad Mosam flumen pertinet, Carolo obtineretur, vocareturque rex Galliae, Ludouicus haberet Orientale regnum Francorum, scilicet totam Germaniam usque ad Rheni fluenta, & nonnullas ciuitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum, & vocatus est rex Germaniae: & intelligo Germaniam, Pannoniam, Bohemiam, Morauiam, regna Sclauorum, Bauariam, Orientalem Franciam, Thuringiam, Frisiam, Saxoniam, Alemanniam, quae hodie Sueuia appellatur: Lotharius vero primogenitus, imperator appellaretur, ac cum imperij titulo urbem Romam obtineret, cum Italia & ea parte Galliae, quae olim Narbonensis, nunc Romana prouincia vocatur, & omnia regna Italiae, atque Belgicam Galliam a Mosam usque ad Rhenum fluium, quasi medius inter istos duos priores incedens, sortitus est: quae pars Galliae, Lotharingia ex eius nomine solita est appellari, ad Rhodanum usque protensa, sed Pipino praedicto filio fratris ipsorum, Aquitania cessit.

Circa annum Domini 843. cum Sergius pontifex nuper esset electus, Lotharius filium Ludouicum primogenitum, regni socium adsciuit, & in Italiam cum ingenti exercitu mittit. is adolescens nimia felicitate elatus, quacun-

que liter facit, caedibus omnia & rapinis vastat ac diripit. Verum cum vrbi appropinquasset, ei que obuiam honoris causa Ro. ciues prodissent, mitior esse coepit. prodeunt ei obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus, cantantes, Benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis, atque eum usque ad gradus S. Petri comitantur. ibi pontificem offendens, mutuo osculo mutuaque salute data & accepta, ad argenteas portas simul venire clausas.

Tum pontifex: Si pacato magis quam hostili animo ad nos venisti, si que ad reip. statum magis respicis quam ad voluptatem saeuendi, meo iussu ingredi: sin aliter animatus es, fores ne tetigeris. nam supra caput enssem habes scelerum omnium ultorem. cum autem bono animo esse pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere. Ingressi cum ad altare sancti Petri peruenissent, procidentes simul, Deo & apostolorum principi gratias egerunt, quod sine villo maleficio res ex sententia acta esset.

Octauo deinde die quo venerat, videntibus omnibus, Ludouicum regem oleo sancto inungit, corona donat, Italiae regem decernit, ad quem Sigimolphus dux Beneuentanus salutandi causa statim venit. Qua quidem multitudine & arbores truncatae, & pecora distracta & segetes, ut fit, in pabulum equorum succisae sunt. Pontifex itaque, quicquid petierat, honestum saltem, facile concessit, quod citius ab vrbe discederet.

Interfuerunt autem huic coronationi penes omnes episcopi Italiae: quo facto, postularunt principes ex persona dicti Ludouici, ut Ro. nobiles Ludouico iurarent fidelitatem, quod pontifex denegauit. concessit autem ipsis petentibus, ut sicut moris est imperatoribus Rom. facere, ut Ro. principes & primi ciuitatis, Lothario tanquam Ro. imperatori fidelitatem promitterent ac iurarent.

Interea Saraceni cum Siciliam et Tarentum magno affecissent malo, duce Saba qui Maurorum rex erat, Crotoniam sinum in Italia ceperunt. Occurrerat hostibus Constantinopolitanus Imp.

Ludouicus
Lotharij
lius, Italiae
rex declaratus.

Arox fratrum
pugna.

Diuisio regni
ex foederibus.

Lotharingia
vnde.

Saraceni
Italiam rursus
aggressi.

Imp. Theophilus, cum Venetis nauibus 60. auxiliariis, quibus se antè coniunxerat: sed periére naues illæ, & victus Theophilus, fuga suos repetijt. victores elati, Illyricum omne & Ragusium, vbi Venetas quasdam mercium naues acceperunt, vastauère. Postremò incensa ac direpta Ancona, toto mari sæuientes, remp. Christianam contudissent, nisi benignitate diuina fluctib⁹ obruti perijissent.

Nortmanni
Aquitaniã
subigunt.

At freti tantis orbis totius procellis Nortmanni, gens inquieta & quæ ab omni religione aliena erat, Rorito duce, per Ligeris fluij ostia Aquitaniam ingressi, vastarunt omem. Quibus cum nemo occurreret, latius euagati, Hieram insulam & aliqua loca sacra diripuerunt. Deindè in Gallia interiora reuerfi, Burdegalam, Santonas, Parisios, Turonium, * Nouiomagum, Aurelianos, Pictauos, & plerasque alias ciuitates afflixere. hinc rursus Aquitaniam redeuntes, eam regni sui sedem constituunt. obfuerat nonihil Aquitanis intestina lues, qua fratres, Pipini filij, laborabant. Quarè Carolus is, qui Caluus est postea dictus, confecto Britanico bello, quo fuerat annos penè 5. hætenus implicatus, Aquitaniam petere statuit: sed Britonum perfidiam veritus, rem distulit.

*Rothomagus,

Quo tempore etiã Sergius papa, is quem ferunt nominis pontificij mutationi occasionem dedisse, cum antè Os porci vocaretur, anno pontificatus sui 3. mortuus est. Subrogatus Leo 4. anno salutis 846. tanta vir probitate, vt suis precibus Saracenam classem, vt dixi, fluctibus immersam plerique credant. basiliscum serpentem suis orationibus è fornice S. Lucie expulit, cuius halitu multi mortalium perierant, & incendium illud diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum, iuxta S. Petri basilicam signo crucis extinxit. restituit quoque vrbis mœnia & portas vetustate collapsas. Sedit annos 8. menses 3.

Saraceni
vrbem popu-
lati.

At verò dum his rebus vacaret, gens nefanda Saraceni nauibus euecti circa littora Tusciae, maxima damna intulere quibusdam ciuitatibus: deindè Ro-

mano portui applicantes, spe potiunde vrbis Romam tendebant, sed Romani vrbem muniunt: quarè fiducia obtinenda vrbis deposita, cuncta quæ extra ciuitatem erant, diripiunt: ecclesias spoliant & incendunt, ecclesia S. Petri vastatur, ac altari sacro prophanato, quæ ad ornatum Ecclesie erant, abradunt: atque onusti spolijs, abeunt: Neapolitanos inuadunt, & cæteros illius oræ maritimæ.

Leo statim cum Ludouici auxilijs Ostiam proficiscitur, cum hostibus dimicaturus, suos sanctis. pontifex ad communionem adhortatus, orationem deindè ad Deum his verbis habuit: Deus, cuius dextra B. Petrum ambulanti in fluctibus, nè mergeretur, erexit, & copostolum eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propicius & concede, vt amborum meritis, fidelium tuorum brachia contra inimicos ecclesie tue sanctæ dimicantia, omnipotenti dextera tua corroborentur, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat.

Leonis pa-
pe aduersus
Sarac. or-
atio & victo-
ria.

His dictis, statim facto signo crucis, pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pugnam inièrunt, ac si victoriam certam sibi promissam haberent. tandem post longum & acre certamè hostes superantur fuganturque. multi in illo prælio periére, plerique viui capti sunt & Romam perducti. placuit etiã ciuib⁹ Ro. quosdam ad terrorem non longè à portu Ro. furca suspendere, aduersante tamen Leone, ob clementiam quam præcipuam habebat. sed & eorum opera, qui viui Romam perducti sunt ac seruati, vsus est Leo in restituendis ecclesijs, quas ipsi Agareni nupèr diruerat ac incenderant.

Tunc senatus populusque Ro. Leonem adeunt cum lachrymis obsecrantes, vt illi⁹ studio deinceps sacer ille locus basilica S. Petri muniretur, nè tam facili incurfione spoliari posset ac incendi, quorum voces beatus pontifex sollicitè audiens, protinùs quod prædecessor eius Leo 3. inchoauerat circa ecclesiam B. Petri, consummare statuit. hoc suum quoque consilium cum Lothario

thario imperatore, ac eius fratribus Frācorum & Germanorū regibus intima-uit, qui magno repleti gaudio, per suos nuncios Lotharius imperator & fratres eius Ludouicus & Carolus magnā pecuniā summam ad id opus perficiendū destinārunť.

ANNO igitur 2. pontificatūs sui, cum tanta populi lætitia inchoatum est opus, quòd non solūm Ro. sed & de circumstātibz ciuitatibus populi contulerunt: & 6. anno opus hoc extitit absolutum, quæ ciuitas appellata est Leonina.

Eo tempore Ludouicus Germaniæ rex, 14. duces Bohemorum cum suis baptizari fecit. Sub hoc Leone fuit in Anglia Edeluulphus, qui (vt scripsimus in Anglorum rebus compendio quodam suprà) regnum totum acceperat, verūm solo Occidētalium Saxonum regno sibi retento, cetera restituit alijs, decimas fructuum Deo & B. virgini offerri iussit. Romam deindē profectus cum filio minore Alfredo ad Leonem 4. tributū duorum denariorum à singulis exactū domibus, B. Petro primus obtulit, id quod & hodiè quæstoribus apostolicis eò missis pensitari solet.

ANNO Domini 854. Lotharius delatione quorundam impulsus, Romā venit, quòd intellexit Leonem transfereudi imperij ad Constātinopolim cōsilia habuisse, super quo egregiè satisfecit Leo, ac de delatoribus in mendacio depræhensis supplicium sumitur, atque amicitia inter vtrunq; integratur.

Cūm autem Lotharius ferè 15. annis cum filio suo Ludouico imperaret, Leo ad vtrunq; scripsisse inuenitur, aliquādo ad alterum tātūm. de primo habetur 63. dist. vbi in inscriptione ponitur, Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis scribens, rogat vt Reatinam ecclesiam cui-dam electo concedere dignentur, & eadem dist. Leo 4. Lothario & Ludouico Augustis scribens, ait: Inter nos & vos pacta serie statutū est, vt electio & consecratio futuri Ro. pontificis non nisi iustè & canonicè fieri debeat. Item idē Leo 4. quandoquē scribit soli Ludouico, vt habetur 23. q. 8. c. Igitur & deindē c. scire & c. omni timore, vbi con-

tra Saracenos iubet populum congregari, & ad littus maris occurrere, eiq; regnum cæleste promittit, qui pro defensione Christianorum moritur: quibus capitulis constat, Leonem cum adiutorio Ludouici Saracenos, de quibus suprà dictum est, vicisse.

Porro Lothari⁹ imperator anno Domini 855. anno imperij sui 15. filijs suis tribus regna sua partitur, Ludouico nāque Italiam cum nomine imperatorio reliquit, Lothario filio suo Lotharingiam, Carolo verò tertio filio Prouinciam largitus est, ipse ordinatis omnibus in * Premēsi monasterio monachus efficitur, memor fortè quòd patri suo Ludouico Pio ingratus fuit. Cūm verò vt sic, Lotharius cingulum deposuisset militiæ anno Domini 855. Ludouicus filius ipsius solus imperij gubernacula suscepit anno Domini 856. regnauit annis 21.

ANNO Domini 856. Leo papa migravit ad Dominū, cui (secūdum Martinū) successit Iohan. Anglicus, ex Mouguntiacō oriundus. sedit annis 2. hic (vt asseritur) scēmina fuit, & in puellari ætate ab amatore virili habitu Athenas ducta, sic in diuersis scientijs profecit, vt nullus sibi par inueniretur. Deindē Romam veniens, * triuuiū legit: magnos viros discipulos & auditores habuit: tātum quoquē beneuolentiæ & auctoritatis sibi comparauit, vt mortuo Leone, in eius locum omnium consensu pontifex crearetur. sed in papatu per familiarem suum impregnatur, & cūm de S. Petro in Lateranum tenderet, inter ecclesiam S. Clementis & Colosseum peperit in via publica: & in partu mortua, ibidē sepulta dicitur. & quia papa eandem viam semp̄r declinat cūm Lateranum accedit, creditur à plerisq; quòd ob detestationem facti hoc faciat. Sed nec ponitur in catalogo pōtificum. Sunt etiā qui scribant, quòd eiusdem vitādi erroris causa, dum primūm quis electus in sede Petri collocatur, ad eam rem perforata sede, genitalia ab vltimo diacono attrectari. at Platina putat sedem illam ad id paratam esse, vt qui in tanto magistratu constituitur, sciat se non Deum, sed hominem esse, & neces-

Ludouici
opa in vin-
cēdis Sara-
cenis.

* Primniēsi

Ludouicus
2. Imp. 77.

Iohan. pap.

Leonina
vrbs.

Edeluulphus
tributū ex
Anglia ob-
tulit.

Marcus
1992

fitatibus naturæ indigere, indè sterco-
rariam sedem meritò appellari. Est etiàm
quoddam signum sculpturæ marmoreæ
in via vbi parturijt, ob huius rei memo-
riam, vt vulgò dicitur. tacentur enim
hæc in certis authoribus. sed & si fuit
verum, nulli tamen ex hoc salutis emer-
sit periculum, quia nec ecclesia tuc fu-
it sinè capite quod est Christus, ait An-
toninus. Nec em̄ vltimi effectus sacra-
mentorum quæ illa cõferebat, deficie-
bant eis qui deuotè accipiebant, scilicet
gratia, licèt mulier non sit susceptibilis
characteris alicuius ordinis, nec confi-
cere eucharistiam, etiàm de facto ordi-
nata, possit, nec absoluere à peccato:
vndè ordinati ab ea, erant iterum ordi-
nandi, gratiam tamen sacramentorum
Christus supplebat in recipientibus di-
gnè, ignorantia facti inuincibili eos ex-
cusante.

ANNO Domini 858. Benedictus 3.
patria Romanus eligitur, sedit anno *I.
& aliquot mensibus, hic inuitus attra-
hitur, & in sede Petri collocatur apud
Lateranum. Indè verò equo albo infi-
dens, ad ecclesiam S. Mariæ ad præsepe
ductus, ieiunijs triduo & orationi va-
cavit, Deum rogans, vt sibi liceret san-
ctè & integrè ecclesiam gubernare.

Superuenerunt paulò pòst Ludouici
imperatoris legati ad confirmandam
cleri & populi electionem. Sequenti ve-
rò die comitante populo, ad basilicam
S. Petri ductus est, videntibus cunctis,
vt antiqua dictat traditio. consecratus,
insignia pontificis suscepit. sedit annos
* 2. menses 5.

ANNO I. imperij Ludouici 2. in pa-
rochia quadam Moguntina malignus
spiritus euidentis malitiæ suæ dedit indi-
cium. nam primò lapides iaciendo, & pa-
rietes domorù quasi malleis tundendo,
indè manifestè loquedo, furta etiàm p-
dendo, discordias inter vicinos seminã-
do homines inquietabat. deniquè ani-
mos omniù contra vnum hominè com-
mouit, quasi propter eius peccata cæte-
ri talia paterentur, qui ferro feruète, de
omnibus quæ ei obijciebantur, se ostē-
dit immunem: fruges eius incendit, &
vbi cunquè intrâisset, statim illa domus
accēdebatur, vt iam nisi in agris mane-

re nò posset: ac si quãdò presbyteri sup-
plicantes, litanijs domos lustrarent, sa-
tanæ lapides iaciendo vulnerauit mul-
tos. tandè cum aliquãdiu quieuisset,
presbyterum vnum nominatim expres-
sit, accusans eum cum filia procurato-
ris concubuisse, & per triênium ità plu-
res vexauit.

Sub eodem Ludouico apud Brixiam
ciuitatem Longobardiæ tribus diebus
ac noctibus sanguis pluit.

Eodem tempore in Gallia vbi què lo-
custæ terram replebant, sex alas & sex
pedes habentes, & duos dentes lapidi-
bus duriores, per 4. milliaria turmatim
volantes, quæ herbas, segetes ac arbo-
res deuasabant vsque ad mare Britan-
nicum: vbi flatu ventorum submersæ,
& rursùm ad littus reiectæ, feruore fo-
lis putruerunt. secuta est fames valida
cum peste, ità vt penè tertia pars homi-
num sit consumpta.

ANNO autem Domini 860. Be-
nedictus moritur, & peracto de more
funere, quum vigilijs, orationibus ac
ieiunijs instarent homines, vt talem à
Deo consequerentur episcopum qua-
lem amiserant, post longam consulta-
tionem Nicolaum pontificem Roma-
num creant absentem, & fugientem in
Vaticanum, sed quæsitum ac nolen-
tem, in solio apostolico collocârunt.

Erat tum Romæ Ludouicus 2. impe-
rator, qui pontificis electionem confir-
mauit. Cùm verò imperator profectus
esset in locum, quem appellant Quint-
tum, haud longè ab vrbe, Nicolaum
ferunt cum proceribus vrbs Romæ ex-
euntè, ità honorificè susceptum, vt im-
perator ad mille passus pótifici obuiam
factus, ex equo descendens, freno in ca-
stra eum perduxerit. habito autem si-
mul lógo et secreto colloquio post epu-
las, osculoq; inuicem dato & accepto,
ad vrbe pontifex redijt: quam quidè ex-
crescentia Tiberis ità vexatam reperit,
vt non nisi lintribus de vico ad vicum
transireliceret.

Tenuerat Constantinopolitanū im-
perium hætenus Michaël cum matre
Theodora annos xj. cùm Theophilus
animi ægritudine post Saracenã victo-
riam

Benedictus 3.
papa.

Prodigia

Nicolaus
papa.

Mali spūs
visa.

Michaël
Cõst. Imp.

riã decessisset, Benedicti 3. tempore Michaël imperium solus occupauit, tenuitque annos 13. Legatos Romam ad Nicolaum primum misit, apostolorum basilicas cum ingentis ponderis aureo calice salutatum. Paulò post Basiliu Macedonem strennum virum, consortem fecit imperij, à quo demum, vt solò imperaret, interfectus est.

Ex Lotharij filijs adhuc Ludouicus Imp. & Lotharius is, cui Lotharingia obuenerat, supererant. Carolus qui cù parte Burgundiæ Prouinciam habuerat, ex morbo nupèr decesserat. Itaque Lotharius Burgundiæ partem accipit, Ludouicus Imp. Prouinciã. Hic Lotharius est, qui cõtra leges ecclesiasticas duas pariter vxores habere nitebatur. Nam Theoberga sorore abbatis Hugoberti, quem ducatum inter Iuram montem & Iouis montem præfecerat, dimissa, Galdradam duxit.

Dedit ea res occasionem inter maximos principes simultati. Nicolaus enim pontifex sacras leges contemni molestè ferens, ad Carolum Lotharij patrum, eum qui Caluus est appellatus, scripsit, 2. q. i. c. Quæ Lotharius rex nepos vester fecit, accusatione non indigêt, manifesta enim sunt. Scriptum est & ad archiepiscopos & episcopos Galliæ & Italiæ & Germaniæ, 2. q. i. c. Scelus.

Et quia repudiationi consenserant *Theogaldus Treueren archiepiscopus Galliæ Belgicæ, & Guntharius Coloñ, excommunicati sunt à Nicolao & depositi, vt xj. q. 3. Theogaldum.

Videns autem Lotharius etiã sibi *excommunicationem intetari, Theobergam vxorẽ reassumpsit, reiecta Galdrada: sed nõ multò post repudiata iterum vxore, pellicem reassumpsit: nec vltra villo correctionis modo ab ea separari potuit multos per annos, vt leges infra.

Porrò Ludouicus Germaniæ rex, patruus Ludouici Imp. prælia cõtra Sclauos magnificè gessit, captumq; principem eorum luminibus priuauit. Huic Ludouico fertur apparuisse in somnijs genitor suus Ludouicus Pius, adiurans eum per nomen S. Trinitatis, vt eriperet eum à tormentis quibus tenebatur. ob hoc

Ludouicus rex ad diuersa monasteria magnas eleemosynas distribuit. vnde dabatur intelligi, quòd licet idem imperator multa Deo & hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno suo permisit. Inter quæ grauiora videbatur, quòd hæresi Nicolaitarum non restitit, & monita Gabrielis archangeli 12. capitulis compræhensa, seruare non studuit.

Quiuerat hætenus Carolus Caluus Franciæ rex, deuictis Britonibus, postquam & Lemouicæ vrbis rex inunctus est, capto Hemeuio Britonum rege cum filio, occasionem sanè probam in Nortmannos expectans. Itaque cùm illiam Andegauiam urbem nouo tumultu circumsedissent, expeditionem in eos parat, quam domestica quædam filiorum lues retinuit. Nam Carolomannus illi filius erat è priore vxore sacris addictus, qui pessimorum hominum consilio, cædibus & rapinis omnia vastabat, donèc à patre captus, in vincula coniectus est: vbi dum respiscere nollit, diaconus gradu amotum, oculis priuauit, atque in monasterio Corbienti custodiendum mandauit. Qui postea duorum pseudomonachorum nisu eductus, ad Ludouicum confugit. ferunt alterum quempiam Carolum filium Calui, dum experiri vult inconsultè militis cuiusdam fortitudinẽ, periisse. Superfuit adhuc Caluo Ludouicus Balbus filius.

Verum Carolus susceptam expeditionem non omisit. Nortmannos, qui iam Andegauia ciuitate potiti erant, circumuallat, adiutore Britonum duce. hostes pressi dura obsidione, eas condiciones pacis, quas Carolus dixerat, datis obsidibus acceperunt. Relicta libera ciuitate, petunt Nortmani, liceret insulam illis proximã ad paucos dies incolere commeatus causa. Interim qui inter illos Christiani erant, aut Christi nomẽ profiteri vellent, ad regem reuertentur, cæteri que sedes suas mox repeterent. Tum maxima ex illis manus Christianæ disciplinæ se addixit.

His diebus Saraceni ex Africã progressi, Beneuentanorum regionem, quæ olim vocabatur Samnium, deuastabant: contra quos imperator Ludouicus co-

enallor

a unis

Lotharij regis scelus.

Sclauu victi.

Nortmanni victi, Christi nomen fatetur.

Andalifij
Beneuentani
rebellio.

pijs repente vndiquè contractis, Lotharium fratrem suū in auxilium vocat, & eos expugnat. Non multò post Andalifius dux Beneuentanus fiducia Græcorum, adiunctis sibi Campanis, Lucanis ac Samnitibus, ipsi Ludouico rebellare cœpit. Imperator collatis copijs, Beneuentum inuadit. Quem Andalifius datis munerib⁹ è finibus suis excedere persuasit. Inter Campaniæ vrbes vltima est Capua capta ab imperatore, vbi episcopo cum clero portanter reliquias, & ante pedes eius gratiam postulante, veniã cōcessit, totamq; Campaniam & Apuliam à Græcis mūdauit. Andalifius fraude imperatorem aggressus, eum necare voluit: sed armis imperatorijs repetitus, in Sardiniam fugit.

Nicolaus intereà Iohannem archiepiscopum Rauennatē ad Se. Ap. propter obiecta crimina venire reculantē, dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Ludouicū confugiēs, impetrauit scribi Papæ, vt sibi tutò liceret ad causam dicendam Romam proficisci, quod haud grauatē Papa concessit. dum veniret Romam, fassus est in conspectu Papæ ac cleri, maiestatis reum se esse, & veniam petiuit. Motus Papa precibus nūnciorum qui venerant, hac conditione veniam dedit, vt tamen se in concilio de hæresi purgaret, multis alijs adiectis, quæ ipse mox iurauit.

Bulgari ad
fidē Christi
conuersi.

Idem Nicolaus Bulgarorum regem cum omni prouincia ad fidem Christi literis & sanis admonitionibus cōuertit, eidemq; Bulgaris episcopos & presbyteros dedit, pulso Photino, cui⁹ fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerāt. rex ipse, dimisso regno, monach⁹ efficitur, filius autem eius à fide defecit. quare repetijt regnum, filium cepit, & oculis effolis incarcerationi, alium substituit, ac tum sacrum habitum resumpsit.

Postremò verò Nicolaus, approbante Ludouico imperatore, instituit, nè princeps vllus secularis aut imperator concilijs clericorum interesse auderet, nisi de fide agatur, quæ omnium communis est, quæ non solùm ad clericos, verùm etiã ad laicos & ad omnes omninò pertinet Christianos, liceretum ac par esse censuit. de hoc tex. 96.

dist. c. vbinàm. In eadem dist. scribit etiã Ludouico huic, in c. in scripturis.

Nicolaus autem in omni genere virtutis*, 7. pontificatūs sui anno moritur, & ante fores basilicæ sancti Petri sepelitur. Adrianus 2. patria Romanus, subrogatur anno Domini 876. sedit annis 5. Hic aliquandò dono accepit à Sergio pontifice denarios 40. quos domum veniens, dispensatori suo mandauit vt peregrinis & pauperibus, qui in vestibulo domūs suæ stabant, erogaret. facere ille mandata conatus, cum videret tantis hominibus ex illa pecunia satisfieri non posse, redit, & rem ipsam exponit. Tum Adrianus accepta pecunia ad pauperes extens, & ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi rei familiari satisfacturus reseruauit, admirante dispensatore, cui Adrianus: Vides, inquit, quàm benignus et largus sit Dominus, his præsertim qui liberales & munifici in pauperes sunt? Creatur itaque pontifex, nō habita ratione imperatoris, hanc ob rem legati imperatoris Ludouici indignati, quòd nusquam, vt par erat, interesse potuissent. Quibus hac ratione satisfactum est, quòd dicerent multitudinis voluntatem in tanto tumultu moderari non potuisse: eos tamen rectè facturos, si virum optimum à clero & populo electum, pontificē salutarent, quod & fecerunt.

*excellens

Adrianus 2.
papa.

Superuenere à Ludouico imperatore literæ, quibus Ro. laudat, quòd pontificem sanctè & integrè creassent, non expectato aliorum voto, qui fortè ob ignorantiam personarum minus iudicij haberent, id maximè ad ciues pertinere, & ad eos qui cum inquilinis familiaritèr vixere.

Suscepit hoc tempore Basilius, cæso Michaële, Constantinopolitanum imperium vir frugi, ex ruris vectigali victitabat, qui initio imperij sui Constantinopoli synodum cœgit Adriani pontificis consensu, in qua & pulsus Photinus vir seditiosus, & restitutus Egnatius iam antea iniuria pulsus. habita etiã in eadem synodo longa contentio est, Bulgari ne, quorum legati tum aderant, Sedi Romanæ, an Con-

Basilius Cœ
stant. Imp.

Constantinopolitanæ subiecti essent. Tandem verò Basilio contradicente, Ro. Sedi adiudicatur. quare Adrianus Bulgari rogantibus virum vita & doctrina insignem vt mitteret, ipse tres misit, Syluestrum, Leopardum, & Dominicum, qui rem omnē ex pontificis sentētia ad meliorem cultū redigerent. quanquam Bulgari paulò post donis corrupti, pulsus Latinis sacerdotibus, Græcos receperint, quæ seditio multorum malorū inter Latinos & Græcos incēdia suscitauit.

Art. Adriani decretum.

Hic Adrianus statuit etiā, vt nullus laicus electioni pontificum se ingerat, vt habetur 63. di. c. Nullus, & scripsit Basilio ac filijs suis Constantino ac Leoni Constantinopolitanis Augustis eadem, mittens ad synodum, de qua supra, quæ octaua dicitur, nonnullos episcopos, vt prædisposuerat Nicolaus, de quo 63. dist. Adrianus papa 2. Verum Leo papa 8. contrarium illius statuit, vt videbitur sub eo.

Ad hunc Adrianum Romam (vt tradit Martinus) accessit Lothari⁹ rex frater imperatoris, quē Nicolaus Papa adulterij causa excommunicauerat ob Galdradam pellicē, vt habetur xj. q. 3. c. præcipuē. Et dum pro cōprobatione innocentie suæ ad receptionem corporis & sanguinis Domini tam ipsi quā optimates sui fuissent inuitati, omnes qui cū eo communionem acceperāt, infra annum mortui sunt. Rex etiā Lotharius redeundo in via Placentiæ est mortuus, id quod Francorum historiæ testantur, etsi sint q. eū in expeditione Saracenicā ibi perijsse volunt, nec mirum, quoniā ab expeditione illa Romā ijsse putatur.

Lothari⁹ regis interit⁹.

Sub Ludouico rege Germaniæ fuerunt Vuighardus & Rupertus Sueuiæ duces fratres, consanguinei regis & nepotes Caroli Magni. Vuighardus fundauit monasterium S. Benedicti in Lucerna, vbi nunc est præpositura. Fuit primus abbas, pro sancto habitus. S. Dietlandus abbas eremitarū, dux Sueuiæ fuit. Item S. Vdalricus custos ibidem, dux Sueuorum, fundauerunt monasterium in lacu Thuricensi. Mansen dux Sueuiæ & rex, fundauit monasterium in Mansmunster.

Sueuiæ duces. Vuighardus. Rupertus.

Dietlandus.

Mansen.

ANNO Domini 850. tanta fames rhenanum populū oppressit, quòd modius frumenti Moguntie vendebatur x. siclis argenti. Rabanus eo tempore archiepiscopus, 300. quotidie pauit pauperes præter suos assiduos.

Quidam illis diebus cum vxore sua et filio tenero famis causa in Thuringiam proficiscens, in itinere constitutus in quadam sylua, deliberauit præ inedia filiū mactare. contradicente vxore, rapuit filium per vim: & quū stricto gladio in ancipiti positus, necem distulisset, vidit duos lupos super vnā ceruā stantes, & carnes eius laniantes. statim accurrit, & carnes inuentas cum incolumi filio ad vxorem retulit.

D

Deindē anno Domini 858. mense Ianuario terræ motus magnus factus est per diuersas regiones, maximè tamen Moguntie. corruit tum ecclesia S. Albani mense Februario. Accedebat his malis sequissima heresis cuiusdam pestis, quæ in Rheni partibus orta erat, Godescale quodam sacerdote authore. sectabantur hunc mulierculæ quædam, quæ temerè publicis concionibus fidē adstruebant. sed ea Moguntie Rabano præside circiter annum Domini 848. in concilio damnata est.

Hereticus Godescale apud Rhenum.

GENERATIO XXX.

ANNO verò Domini 870. ab vrbe condita 1621. Adriani papæ 3. & imperij Ludouici secūdi 15. incepit 30. generatio. Quo in tempore Ludouicus imperator fratrem nō habuit neq; filiū, vixit autē adhuc patruus suus Carolus, Caluus dictus, Ludouici Pij filius, rex Gallie seu Occidentalis Francie. Supererat etiā Caroli istius frater Ludouicus Orientalis Francie, aliās Germanie rex. Habuit autem Carolus Caluus filiū, qui vocabatur Ludouicus Balbus. sed & Ludouicus rex Germanie ac Francie, habuit filios 3. Carolomanum primogenitum, Ludouicum & Carolum. is Carolus iunior à demonio in presentia patris Ludouici legitur vexatus, & ipsa vexatione confessus fuit, hoc idē sibi contigisse, quia contra patrem suū conpirationem molitus sit.

Erat in Francorum fide & amicitia Alfredus Angliæ rex, Edeluulphi, cuius

Alfred⁹ Angliæ rex.

in Leone 4. mentionem fecimus, filius, ea vel in primis causa, quòd Edeluulph^o vrbe Roma discedens, Alfredo hoc comite, Caroli Calui filiam vxorem duxerat. Itaq; patri mortuo Alfredus successit, quod in Anglorum rebus etià diximus suprà. regnavit annos circiter 20. pietate, munificentia & literarum amore celebris, qui Oxoniæ scholam instituit, cœnobia plura cõdidit apud Vintonium, & nonnulla alia in Britanijs loca. Horas partiri solebat, vt octo animi meditationi, lectioni & orationi vacaret: regni negocijs, reliquis. Reddituum magnam partem monasterijs, magnam pauperibus impendit: præterea filiã ille Balduino Flandrensi comiti locasse fertur, quem Francorum historiæ hanc Calui filiam rapuisse scribunt.

Ioh. Scoti
doctrina.

Ornarat Alfredus Oxoniensem scholam Iohanne Scoto in primis ceu geniali quodam fidere, quem è Gallijs, vbi Carolus eum Caluus fouebat, reuocauit in Angliam. sed religionem professus, cum discipulos aliquot (vt fit) erudiret, factum est vt illi contra præceptorem conspirarent, graphijsque assumptis illum sæuissimè interimerent. Græcas literas calluit, quæ illis temporibus magna ex parte amissæ fuerant. Hinc Calui mandato Dionysij Areopagitæ libros, qui de sacra hierarchia inscribuntur, Latinitate donauit, maiorem diligentiam, quod in sacris fieri maximè debet, quàm elegantiam in eo opere indicans.

Iohannes 8.
papa.

ANNO Domini 872. migravit ad Dominum Adrianus papa, & successit ei Iohannes 8. patria Romanus, qui sedit annis x. Hic Iohannes scripsit Ludouico regi, quòd priuilegia Ro. ecclesiæ tolli non possint, nisi præscriptione centum annorum, 16. q. 3. c. nemo.

Carolus Caluus imp. 78.

ANNO Domini 876. Imp. Ludouicus moritur, & mox audita eius morte, Carolus Caluus rex Galliæ, Richentem vxorem Syluanetum mittit, Ludouicum filium in eam Austrasiæ partem, quæ à Lotharij decessu sibi obuenerat, proficisci mandat: ipse superatis alpijs, Romam pergit, & à Iohanne papa ac Rom. creatur imperator, & imperauit annis duobus, Nam ei statim

à fratre suo Ludouico Germanorum rege bellum paratur, quòd se inconsulto, solus imperium fratruelis vsurparet: comparatoque exercitu, per filios eum impedire ac vexare satagit, incursionibusq; molestare parat. Sed interim in Gallias omnium opinione citius redijt, vbi velut Francorum habitum & simplicitatem perosus, inani vir iactantia, Græco more vestiebatur Dalmatica veste, balteo, diademate, adèd gloriæ appetens, vt maximorum imperatorum exemplo Compendium urbem à se Carolopolin dicere voluerit. Fratrem Ludouicum Germaniæ regem, mox lacepsabat, minatus tantas se copias conducturum, vt exhausto flumine ceu Xerxes, per aridum alueum in Germaniam traduceret. Verùm Ludouicus apud Francordiam moritur, relictis tribus filijs præstâtissimæ indolis, qui tres regnum paternum diuiserunt, vt habetur etià in historia Francorum: Carolomãnus sortitus est Bauariam, Pannoniam, Carinthiam, regna Sclauorum Bohemorum & Morauensium, & vocatus est rex Bauariæ: Ludouicus Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, et partem regni Lotharij, & vocatus est rex Ostrofraciæ. Sed Carolo cessit Alemania, quæ hodiè Sueuia dicitur, & aliquæ ciuitates ex regno Lotharij propter vini copiam, & vocatus est rex Germaniæ.

Ludouico rege Germanorum sic defuncto, Carolus Caluus mox iniustitiam quam contra fratrem conceperat, contra filios fratris perficere conatus est. Cum quinquaginta millibus Carolus iste regnum filiorum aggressus, Coloniam peruenit. at Ludouicus iunior, fratribus suis alijs rebus intentis, missa legatione ad patruum, rogat ea quæ pacis sunt. quæ cum impetrare nõ posset, ipsum bello viriliter excipit apud *Andrenacum, & victum cum dedecore fugere compulit, & quam sibi victoriæ rationem in angustijs quæsièrat, stragile locum dedit. Nam qui sarcinas regias ferebant, viarum angustijs intercepti, cæsi sunt, ceciderunt ibi viri illustres plerique, reliqui in agrestium manus incidentes, omninò spoliati redièrunt.

Carolus Caluus à Ludouico iuniorè vincitur.

* Andrenacum cum Antonia cum

Eius

Eius regis etate Flandria, quæ paucis tunc vicis ornata erat, & feris magis quam hominibus incolebatur, eiq; præficietur à rege custos, qui Francorum lingua Forestarius dicebatur, comitatus dignitatem hac occasione accepit.

Erat Forestarius Balduinus à Carolo institutus, hic regis filiam Iudith rapere ausus fuit, cuius rei gratia Caroli iussu coeuntes episcopi, Balduinum excommunicant. at cum nihilominus facti non pœniteret, consilio procerum persuasus Carolus, permittit filiam Balduino in matrimonio copulari, & de custode Flandriæ comitem fecit, terrâ sibi dotis nomine permisit. Hęc è Francorû historijs. nam ceteri, vt suprâ meminimus, paulò aliter. Ex hoc Balduino secundus Flandriæ comes Arnulphus natus est.

Grassabantur sub hoc Carolo imperatore Saraceni in Campania, quorum aduentu territus papa Iohannes, Carolum admonet ecclesiæ opem ferat. paret Carolus, Romam secundò proficiscitur, & Bosoni Germano vxoris suæ filiam Ludouici impatoris defuncti vxorem dedit, & data ei Prouincia, in regē coronauit, vt etiã regibus imperare videretur.

Tum duo Caroli, Ludouici regis Germaniæ filij, hostē secuturi, contractis vndiquè copijs, in Italiam descendunt, patruum Carolum imperio simul & vita priuaturi. Carolus Roma egressus, pauore solutus, reditum parat, ac, vt refert Platina, Tridentinos saltus nepotibus clausurus, cum exercitu Veronã properans, apud Mantuam valetudine correptus, venenata potione moritur, quam Sedechias Iudeus, quo medico vtebatur, curandæ valetudinis causa (vt creditum est) ei dederat.

Erat hic Sedechias Iudeus medicæ rei peritus, vanissimarum artium celebris magister, qui rerum formas mutare visus, miris hominum animos præstigijs vexauit, non minore vanitate, quàm is olim Marci Antonini Imp. Philosophi temporibus, qui sese in ciconiam vertere conabatur.

Dum corpus Calui exenteratum & multis aromatibus conditum, sui in Fran-

ciam ferre cupiunt, cadaueris putredinē tolerare non valētes, Vercellis inhumârūt. Vndè post annū septimū exemptū, in diui Dionysij templū delatū est, qd ita in visioe cuidā monacho ei⁹ loci, simulq; clerico S. Quintini reuelatum extitit.

Mortuo autem Carolo Caluo, Iohannes pontifex omnibus viribus adnitebatur vt Ludouicus Balbus Caroli Calui filius, impator decerneretur, quò minus autem id fieret, obstitere Ro. proceres, Carolū regē Alemanię Ludouici regis Germaniæ filium, qui cum fratre Carolomanno iam partem Italiæ intrauerat, imperatorem cupientes. In tanta verò seditione, cum non deessent qui etiã Ludouico fauerēt, pontifex capitur, & in vincula cōijcitur. hanc ob rem nõ ita multò post adiuuātibus quibusdam amicis, pōtifex è vinculis lapsus, ad Ludouicum Balbum in Franciam cōfugit, vbi per annum moratus, regem imperij diademate coronat, Augustumq; appellat. cōtrouersias sibi inter Ecclesiasticos subortas, rege adiutore, absoluit.

Iohannes deindè abiens apud Treacas ciuitatē conciliū habuit, in quo & multa ad fidem pertinentia sunt instituta, & Flãdris qui tum primū ex locis nemorosus ad meliorem cultum venerant, episcopus datus est. Verūm cum Italia à Saracenis vastaretur, ceperant enim & diripuerant iam montis Cassini monasterium, Iohannes Romã accitus, Carolo & principibus Christianis reliquis adiuuantibus, Agarenorum magnam partem ex Italia & Sicilia expulit.

Anno igitur 878. Carolus Alemanię rex, imperator factus, à Iohanne pontifice, quò ei liberiùs in vrbe viuere liceret, imperij corona donat, tertiusq; Carolus appellatus est, regnavit annis x. exufflaturq; coronatio impialis Ludouico, qd nec i catalogo impatorū describit.

Interea Ludouicus Balbus componendæ discordiæ, quæ illi erat cum Ludouico nepote, filio tertio Ludouici quondam regis Germaniæ, cupidus, per legatos egit, vt conuentu * Furone indicto, pax ad sequentem modum dicta sit: De Austrasiæ regno sicuti defuncto Lothario inter Carolum Caluum & Ludouicum Germaniæ

Boso Prouinciæ rex.

Lud. Balbus rex Franciæ.

Sedechias Iudeus.

Carol. Crassus Imp. 79.

Calui Imp. iacritus.

regem conuenerat, ita permaneret: Italia verò imperium, quandoquidem tunc commodè distribui non poterat, quisq; vt partem obtinebat, ita illam haberet, donè de partitiõe in alio proximo habendo conuentu agi stabilius posset: interim si ab Saracenis alter regum impeteretur, alter suppetias ferret. huic formulæ si quis detractumiret, eum à neutro regum recipi aut defendi posse.

Rebus ita compositis & pacatis Gallijs, Ludouicus Balbus bellico quodam tumultu implicitus, morbo decubuit: què cum nulla salutis spes leuaret, Cõpendium se deferri iubet: vbi paucis post dieb⁹ fato functus est anno Domini 880.

Secuta est eius interitum ingens totius regni calamitas, quam principum Franciæ simultates, odia & libido fouebant. Reliquerat ex concubina Balbus filios duos, Ludouicum & Carolomanum: quin & grauidam vxorem, quæ occasionem expectationi dedit. affectabat regni coronam Boso Prouinciæ regulus, reginæ frater, à cuius tyrannide, vt inuisa erat principibus, declinatũ est, quòd regnum se ad Ludouicum Germaniæ regem traducturos illi dicerent. sed paulò post Germanicus mortu⁹ est, cuius regnum Crassus accepit. nam & superiore anno Carolomannus etiã Germanicus perièrat. Interim Franciæ regnum ad nothos deuenit optimatũ studio. regnarunt vnà Ludouicus & Carolomannus annos penè 5.

Eo tempore è regina filius natus est, qui Carolus, aui nomine, dictus est, hunc Simplicem posteri cognominarunt. Fratribus Francorum regibus, in ipsis regni initijs arduum cum Nortmannis fuit negocium, qui ad Ligerim infestis incursionibus grassantes, prædabantur omnem regionem. At fratres coacta magna militum manu, Nortmannos subito aggressi vicerunt, fuitque Nortmannis memorabilis ea clades, qua circiter nouem millia militum cecidère. Peropportuna fuit ea victoria non tam Galliæ quàm Germaniæ, quam hætenus nonnihil etiã infestabant, nec Boso prouinciæ regulus quiescebat, etiam iam toties laceßendo nihil proficeret.

Instaurabant bellum rursus Nortmanni auxilijs nouæ factionis, quæ Astingum ducem habebat, cum quibus congressurus Ludouicus, subito correptus morbo, statim mortuus est, atque tum quidem ferunt Caroli imperatoris auxilijs hostem repulsum. sunt qui factò fœdere rem actam dicant, Godefrido Nortmanno duci Frisiam prouinciam datam, Sigefridũ multis muneribus placatum esse. Cumq; hi redirent in Gallias, tantum Carolomannum Gallicum malorum passum, vt ingentem argenti vim pro tributo annos xij. pacis causa promitteret, tum pacatas esse Gallias. Hæc ego in tanta authorum diuersitate ex Germanicis monumentis colligo.

ANNO Domini 882. Iohannes 8. papa moritur, cuius tempore fuit & Anastasius bibliothecarius, vir vtriusq; linguæ peritus, qui è Græco in Latinũ & septimam synodon & hierarchian Dionysij transtulit, Caroloque imperatori multorum sanctorum vitas Latine dedit.

Martinus 2. pontifex, lectus est. Platina malis artibus eum & fraude scribit adeptum esse pontificatum. præfuit annum vnũ & aliquot menses. Quo tempore etiã Leo & Alexander Basilij filij, Constantinopolitanum imperium tenebant. Successit Martino Adrianus 3. patria Romanus, tanta vir animi magnitudine, vt initio pōtificatũ sui statim ad senatum populumq; Ro. retulerit, nè in creando pontifice imperatoris autoritas expectaretur, vtq; libera essent & clerici & populi suffragia. Illectum arbitror, quòd Carolo Crasso imperatori cum Nortmannis negociũ esset. obièrat mortem superiori anno Carolomannus Balbi nothus, qui nupèr cum Nortmanis fœdere coierat, tributum pendens. Sed Nortmani vt huius mortem acceperunt, rursus inualere Gallias, quas Crassus Imp. tutari volens, in potestate accepit, hostibus conciliũ indicit, in quo Godefridus rex cũ suis perimitur.

Indè diũ grauissimè certatum cum eis est in Parisiana obsidione, alijsque locis, donè fœdere factò, regionè quæ vltra Sequanam est, ab imperatore habitan-

Ludouic & Carolomannus Balbi filij, reges.

Frisia data Nortmannis

Anastasius Biblioth.

Mart. 2. pp.

Adria. 3. pp.

bitandam accepissent, hodieque ea Gallia pars Nortmannia appellari solet, genti huic id nomen esse volunt à Danis, qui Cimbricam Chersonesum habent, septentrionalibus populis. **Nort** enim septentrionem genuina lingua, & **Mann** virum significat. moremque fuisse aiunt populo logo tempore, ut ex multis liberis vnum tantum apud se heredem pater haberet, ceteris post legitimam etatem domo emissis. sed aliquantò de populis his supra.

ANNO salutis 88.6. mortuo Adriano 3. altero sui pontificatus anno Stephanus quintus succedit, patria Romanus. sedit annis 6. religionis precipuus cultor, quare & alienos episcopos obseruantissimè amavit, id quod in decretis videre licet, ubi ad Hubertum Moguntinum episcopum scribit 2. q. 3. c. Consuluit.

ANNO 888. Carolus Crassus animo deficiens, ab optimatibus imperio deiectus est, qui statim sequente anno mortuus, in Augia maiori sepultus est. Arnulphus quem è Caroli prosapia ferunt vltimum fuisse, imperator salutatus est. fouit hic Crassum necessario familiae cultu quo ad vixit. Et Francia tunc nec imperatoris viribus, nec suis regibus tutari potuit.

Erat regni heres is, quem Ludouico Balbo mortuo, vxor pepererat, Carolus Simplex, decennis puer. Quare Franci Odonem Roberti Parisiensis comitis filium, puero Carolo Simplicis Balbi filio prefigiunt, & regem salutant. Hic puerum probè educans, regnoque regendo equus, ab archipresule consecratus est.

ANNO regni sui 9. moriens, Francos obtestatus est, ut Carolum Simplem bonæ spei iuuenem in Maiorum suorum sedem restituerent. Qui adepto regno, Edinam Eduardi Anglorum regis filiam vxorem accepit. regnavit annos viginti septem. Sunt qui scribant, Carolum ante Odonis mortem regem salutatum esse, quam appellationem armis contra Odonem tutari conatus sit. Nec Odonis tempore quieverant Nortmanni Parisios obsidentes,

Senonas populati, quibus magno animo bonus princeps restitit.

Carolus Simplex cum annos aliquot in regno felices egisset, etsi belli negocijs paulò grauiores, nam Nortmannos pacauit, Rolloni eorum principi filiam vxorem dedit, cum Christianum nomè suscepisset, defecere ab eo proceres, Robertus Odonis regis frater Aquitaniæ dux, quod de fratris regno portionem non accepisset, viciniore vrbes capit, cum copijs aduersus regem, qui Suesioni erat, contendit: ubi statim cæsus est. Verum rex paulò post ab Hereberto amicè exceptus, apud Peronem dolo captus est. Edina vxor cum filiolo Ludouico ad patrem Eduardum in Angliam confugit.

Richardus Burgundiæ ducis filius, rex delectus est, qui prelijs aliquot cum Saracenis congressus est non satis feliciter. infestant enim Saraceni nuper Burgundiam. Quo mortuo & Carolus Simplex in custodia perièrat. quare ex Anglia Edina cum Ludouico filio retocatur, quem obuij proceres regem salutant. Mansit regno quies annos non sanè multos. eæ erant procerum insidiæ, quas Guilermi Rollonis filij & Germanici regis studio supauit: ac Herebertum, qui patrem in custodia necarat, furca suspendit in procerum concilio. Hactenus fortuna sua benè vsus est rex. cetera narrabuntur suo ordine. nam ex his multa, rei seruiès, τὴν ἱστορίαν προλαμβανόμενος descripsi.

Adres Germanas cum historiae ordineredeo. Acceperat Arnulphus imperium, quod annos xij. tenuit, multis oppressum calamitatibus. Nam primis initijs cum Maharésibus difficulter pugnatum est, quo tempore Odoni Franciæ regi cum Nortmannis bellum fuit.

Maharenfes, vagabunda gens, quos ex Morauia populis esse ferunt, superioribus annis grauissima clade à Ludouico Germaniæ rege affecti, frequenti rebellionehucusque se nondum vindicabant, cum tot Europæ seditionibus freti, duce Senebaldo Germaniam inuasere. Arnulphus ferocem barbariè repellerere conatus, minus viribus quàm foedere egit:

Nortmannia quando primum accepit nomen.

Stephanus 5. papa.

Carolus Simplex Ludouici Balbi filius rex.

Rollo Nortmann. dux.

Richardus rex Franciæ.

Ludouicus, Caroli Simplicis filius, rex Gallia.

Arnulphus Imp. 80.

Maharenfes domiri.

egit: dataque est eis regio apud Bohemos. Indè non longo tempore in Germanias rursùm ingressi, cum Arnulpho imperatore tanta pertinacia pugnârūt, vt is ad Hungarorum auxilia, quæ gens immani feritate nihil adhuc probæ religionis acceperat, confugeret. ita* domitus est & tributarius factus. Nec cessit ea victoria feliciter omnino. nam Hungari deindè, vt liberū exitum è claustris regionis suæ acceperant, Germaniam ad Belgicam vsque Galliam vastauerunt.

Formosus
papa.

ANNO 892. Stephano 5. Formosus papa succedit, sedit annos quinq; & sex menses. Hic, vt refert Ioh. de Colum. contra voluntatem quorundam Rom. factus est Papa, qui Sergio fauentes, ipsum elegerunt: & cum non preuarent, egrè quieuerunt. Fuit Formosus episcopus Portuen. sed aliquandò Iohannis Papæ 8. seueritatem veritus, episcopatum deserens, in Gallias aufugit. verùm cum reuocatus redire abnueret, anathemate notatus, tandèm Romam veniès, omni ecclesiastica dignitate priur: prophana indumenta, vt aliqui scribunt, assumpsit. Sunt qui arbitrantur hoc ideò Formoso accidisse, quòd eius coniurationis conscius fuerit, qua Iohannes in vincula coniectus est.

Hac itaque contumelia motus, ab vrbe discedens, iureiurando affirmasse dicitur, se nunquam postea vel Romam, vel ad episcopatum rediturum. At verò Martinus pontifex Iohannis successor, hominem postea iuramento absolutū, in patriam & pristinam dignitatem restituit. vndè ad pontificatum non ita multò post sublimatus est, ob hoc in Ro. ecclesia multa secuta sunt incommoda. Adeò totus ferè orbis vbiquè intestinis factionibus laborabat.

Berégarius
Foroiulianus
dux.

Dum Arnulphus cum Nortmannis iterùm in Gallijs bellum gerit, in Italia Berengarius potentissimas quasque ciuitates exciuit. erat hic Foroiulianus dux, cuius viribus Guido Spoletanus dux infensus, Italiam non minori incommodo affecit. Arbitror huic tumultui Hungarorum motus, de quibus diximus, occasionem dedisse, quòd illi Italiam ferebantur ingressuri: ante horum ingressum conflixisse sepiùs Italos

principes scribunt. Et Berengarius animi magnitudine & scientia rei militaris maior, cum Guidonem in Umbriae fines repulisset, imperium suum stabilire volens, cum Arnulpho Germanico imperatore foedus iniit: quo expressum est, vt alter alterius ope iuaretur.

Itaque Arnulphus filium Senebaldum, quem ex concubina habebat, in Italiam misit cum exercitu, qui integris adhuc illorum rebus indè discessit. Arnulphus demùm venit in Italiam Formosi rogatu, quem aduersa factio violârat. Bergomo vi capto, Ambrosium eius vrbs comitem suspedit. Progressus longiùs, magno totius Italiae terrore Romam venit ad Formosum pontificem. fertur aliquot dies urbem obsidisse. urbem ingressus, imperator est appellatus. sumpsit de his qui pontificis nomen violârunt, supplicium.

Egressus, Guidonis opes maximè afflixit. mirum quòd de Guidonis vxore ferunt, quæ obsessa in oppido quodam, Arnulpho, vsa perfidia vnus ex imperatoris familiaribus, potionem lætalem dedit, vt triduum excitari non potuerit. Quæ res eum properè redire in Germaniam fecit.

Moritur interea Formosus papa, & Bonifacius sextus pōtifex creatur, paucò tempore sedit, in basilica sancti Petri sepelitur.

Circa annum salutis 900. Arnulphus egrotare cœpit, dissolutus atque afflictus à minutis vermibus, quos pediculos vocât, ita vt nullo potuerit medicamine curari. Breuè in Bauaria apud **Oettingen** vita functus est. Eius sepulcrum demonstratur in cœnobio sancti Emerani Ratisponæ. Reliquit duos filios, vnum legitimum Ludouicum, alterum ex concubina, cui Lotharingiam donauit regendam, de quo iterùm dicitur.

Arnulphus itaque rex potens, qui totam Orientalem Franciam, hoc est, Bauariam, Sueuiam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam & Lotharingiam cum imperio tenuit, eiusq; autoritate Fracia Occidentalis moderabatur, pediculari morbo perijt.

Cœpit

Guido
læ rex.

Bonifacius
6. papa.

Cœpit hoc tempore Nortmanniæ ducatus. nam pacatis Nortmannis, vt in Carolo Simplici dictum est, Rollói eorum duci Simplicis filia vxor data est vnà cum Neustria, quam Nortmanniã hodiè ab illis vocamus, accepta sponsione baptismi recipiendi. Suscepit autem Rollonem de fonte comes Parisiensis Robertus, & similiter Robertum appellabat. Hic Robertus fuit primus dux Nortmannorum, qui genuit Guilhelmum, Guilhelmus autem Richardum, & ille secundum Richardum genuit, eiusque fratrem Robertum, qui Apuliam, Siciliam & Calabriam acquisiuit. Gelloni verò Rollonis cognato rex Carolus montem Blesensem tradidit, inde Blesenses comites ortum habuere. acta sunt hæc anno Domini 912.

GENERATIO XXXI.

ANNO verò Domini 901. ab vrbe condita 1652. inceptit trigesima prima generatio. quo anno Stephanus 6. patria Roman⁹, Anagninus episcopus, pontifex est creatus. sedit anno vno, mē-sibus quatuor. hic tanto odio persecutus est Formosi nomē, vt statim eius decreta abrogauerit, licet à Formoso plurimum fuerit dilectus, & ab eo Anagninæ episcopus factus.

Refert Martinus, Stephanum tanta rabie desequisse, vt habito concilio, corpus Formosi è tumultu tractum, pontificali habitu spoliatum, indutumque seculari, sepulturæ laicorum mandaue-rit, abscissis tamen dextræ eius duobus digitis, quibus in consecratione sacer-dotes vtuntur, in Tiberimque proiectis, quod (vt ipse dicebat) contra iuramen-tum Romæ & sacerdotium repetisset, quo à Iohanne 8. spoliatus fuerat. pessimi hoc fuit exēpli. nam postea ferè sem-për seruata est hæc consuetudo, vt acta priorum pontificum sequentes aut in-fringerent, aut omninò tollerent, quod antè alienum fuit.

Adhuius Stephani pontificis initiū, anno scilicet 901. Franci Ludouicum Arnulphi filium eius nominis tertium, in regem Francorum Germanorumque genitori in titulo imperij subrogarunt. Creatur autem in primo iuuentę flore,

vt scribit Gotfridus, rex Ludouicus in loco qui dicitur **Forchem**, imperauit annos penè 12.

Hoc anno Ludouici primo, Hungari Boioariam deuastrarunt, sed Ludouicus gentis suæ depopulationem non ferens, magno exercitu coacto, iuxta Licum fluuium cum eis pugnavit, & plures ex eis occidit: cumque pugna vsque ad horam septimam protraheretur, & victoria speraretur, Hungari positis insidijs fugam simulant: quos dum regales impetu insequerentur, prodeunt omni ex parte insidię, & quasi victi ipsi, victores vincunt adeò, vt rex Ludouicus pacem obnixius petitam, ingenti data pecuniarum vi, & tributo quotannis promisso, redimere se sit coactus.

Reuersi in patriam Hungari, tota hyeme quieuerunt. Rex tum à principibus Lotharingiæ, qui offensi erant à Senebaldus, inuitabatur ad regnum totius Belgicæ. regio enim illa, vt scribit Gotfridus, Gallia Belgica vocatur. Senebaldus cum multa mala commisisset regnumque multa cęde ac incendio vastasset, à comitibus Stephano, Gerhardo ac Manfredo occiditur. Itaque Ludouicus regno liberè potitur, vxorem duxit filiam Othonis ducis Saxonie Lutgardam.

Interim Stephanus sextus moritur, & Romanus ipsi substituitur, sedit tribus mensibus. Mox vt pontificatum inijt, Stephani pontificis decreta & acta improbat, abrogatque. Vide quantum isti denegauerint à Maioribus suis. Illi enim viri sanctissimi Maiorum decreta ac sua tuebantur. Hi posthabito diuino cultu, inimicitias non secus ac seuis-simi quidam tyranni inter sese exercebant, suas voluptates postea expleturi, cum non extarent qui eorum vitia coercerent. Ideò fortè DEVS illos tanquam monstra quędam è medio breui sustulit, vt minus nocere possent. Quis non miretur, regnante Ludouico, octo Romanos pontifices sedem Beati Petri tenuisse, qui non legitur nisi duodecim annos regnasse? Ideò vt clarior fiat sermo, in sequentibus de singulis his pontificibus ordine scribam.

De

Hungari
Germanos
vincunt.Stephanus
6. papa.Ludouicus
3. Imp. 8r.

De Stephano sexto dictum est atque de Romano, cuius tamen pontificis commemorare nomen libuit, quia de more Petri sedem obtinuit.

Theodorus
2. papa.

Post Romanum successit Theodorus 2. patria Romanus. hic vestigia seditiosorum secutus, Formosi acta restituit, & eius sectatores in precio habuit, & tum 20. pontificatus sui die moritur, circa annum Domini 903. Theodorum sequitur Iohannes 9. patria Romanus. sedit annis duobus & aliquot diebus. hic Formosi causam in integrum statim restituit, aduersante magna populi Rom. parte, qua ex re tanta seditio exorta est, vt paulum a cede abfuerit. Rauennam deinde profectus, 74. episcoporum habito conuentu, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, dijudicans perperam a Stephano factum, qui censuit eos iterum ordinandos esse, quos Formosus ordinauerat. adempta est auctoritas gestis synodi, quam Stephanus in damnationem Formosi fecerat.

Benedictus
4. papa.

Deinde Benedictus quartus patria Rom. pontifex creatur ob eius humanitatem & clementiam, qui sedit annos tres, menses quatuor. Cuius Benedicti laus est, quod in tam corruptis moribus grauius & constantius vitam duxisse fera-

Leo 5. papa.

tur. Post Benedictum Leo quintus pontificatum adeptus est. Hunc Leonem post 30. & aliquot dies Christophorus presbyter & familiaris eius cepit, atque in carcerem misit: ipse presulatum inuasit.

Quantae autem auctoritatis tum pontificatus fuit vitio priorum pontificum, ex hoc comprehendere potest, quod a viro priuato tanta dignitas vi & factioe vno ferè momento occupata est. Hunc Leonem credunt aliqui pra dolore animi paulo post perijisse, quod ab eo spoliatus fuisset, quem ipse domo aluerat vt lupum. sic enim cum illo Theocriti conuenit,

Ἐρίψαι καὶ λύκῳ δῶσθαι καὶ κύνῳ ὡς τῷ φάγοντι,

Hoc est, Ale & luporum catulos, & canes qui te deuorent.

Christophorus
papa.

Christophorus, cuius patria ac cognomen ignotatur, pontificatum malis artibus adeptum, male amisit, septimo enim mense, dignitate & merito quidem

eiectus, in monasticam vitam vnicum calamitosorum refugium abire cogitur.

Inde creatus est pontifex Sergius tertius natione Rom. is pontificatum inueniens, Christophorum e monasterio tractum, in vincula coniecit. Rebus deinde confirmatis, in Gallias profectus est, vnde cum rediret, Christophorum arctiore custodia vinxit. Formosi autem acta ita improbauit, vt denuo ab eo ordinatos ordinari statuerit. sed nec hoc contentus, eius cadauer e sepulcro tractum, capitali supplicio, ac si viueret, affecit, corpusque ipsum in Tiberim proiecit.

Ferunt, piscatores eius corpus inuentum inter piscandum, ad basilicam Petri detulisse, quod imagines sanctorum veneratae sint: & ob eam rem creditum est, Formosum iniuria affectum fuisse.

Sergius creditur Formosi facta persecutus, quod antea ei impedimento fuerit, quo minus pontificatum consequeretur. Hac ratione vitam ducens, septimo pontificatus sui anno, mense 4. moritur, cum paulo ante igneae acies in caelo & stellae micantes discurrentesque praeter consuetudinem sint visae. Vnde non ita multo post, Hungari Italiam ingredienti, multas intulere clades.

Erat per id tempus in imperio Constantinopolitano Constantinus 8. Leonis filius, biennio cum patruo Alexandro regnavit, solus vero annos 29. Adsciuit sibi imperij consortem Romanum, quamprimum matris tutelam per etate reliquerat. Hic vires imperij sui auertur, ex Italiae discordijs occasionem cepit, cum Turcis aliquoties nec infeliciter pugnavit.

Redeo nunc ad Ludouicum, & ad ea quae gesta sunt sub eo, cuius temporibus Albertus comes de Babenberg, filius sororis Henrici Saxonis, in castro de Babenberg Cunradum Francum interfecit. Tulit Cunradi cedem Ludouicus grauius, quod & sanguinis & animi vinculis iunctissimi fuerant. Erat enim Cunradus, qui ante Alberti fratrem peremerat, pater Cunradi, qui post Ludouicum hunc imperauit. Estque Albertus comes, Hattonis Moguntini praesulis opera truncatus.

Hoc

Constantinus
Gregorius
Imp.

Cunradus
comes Lotharingus

Hungari
Germaniã
vastant,

Hoc tēpore Hungari cōtra pacta Ba-
uariam irruunt, vndē bis pulsi, tertio re-
deunt, Bauariam superant, Saxoniam,
Thuringiam, & omnem ferē Alemaniã,
Alsatiam, & Lotharingiam vastant, Ba-
fileam totam diripiunt.

At postquā per Germaniã primò,
& postea per Galliam satis fuerāt debac-
chati, Italia sua calamitatis parte non
caruit. nanq; per Sergij tertij pontificis
tempora ijdem Hūgari Italiam sunt in-
gressi, qui etsi magnum sua fama metū
Italīs incussissent, quippe cū carnibus
humanis vesci dicerentur, erant tamen
omnium animi è superiori clade abiecti.
paulò enim antè Symbaticus protospa-
tharius à Constantino Græco Imp. mis-
sus, Beneuentum oppugnārat, id quod
post trienniū Guido Longobardus, de-
pulsis Græcis, recepit.

Crediderim ego tunc Berengarium
Foroiulensem ducem, ab Italīs primū
receptum in imperatorē. ille enim tum
legitur Hungaris obuiam iuisse ad Ita-
liã limitem cum xv. millibus armatorū,
ac manu conferta, fractum fugatūq;,
penē totum exercitum amisisse. Tunc
furentes Hungari, Taruisium expu-
gnatum diripuerunt, & in Venetos du-
centes, ciuitatem nouam incenderunt,
Equilium, Caput aggeris, Clodiamque
populati sunt, postremò in agrum Pa-
duanum duxerunt, quo ex loco accepta
pecunia & obsidibus à Berengario, Ita-
lia excefferunt.

Audiens autem Ludouicus tertius,
Berengarium Italiam inuasisse ac impe-
rare velle, cōtractis vndiquē copijs, in-
trauit Italiam, fugauitq; Berengarium.
Cū autē Veronæ esset à suis proditus,
Berengario nocturno tēpore intromis-
so, captus est, oculisq; priuat^o, & sic Ita-
liã regnum obtinuit. Ludouicus fortē
dolore animi & cruciatu moritur anno
Domini 912. Quo tempore defecit Italia
à societate regni Germaniã, & tyranni
inuasērunt imperium.

ANNO igitur Domini 913. cœpit di-
uidi imperiū. quidā enim in Italia, quidā
in Germania imperabant. Magna tum
erat inter Italos, Germanos et Fracos de
possessione imperij concertatio, vndē
grauissima bella orta sunt. Dicebant enī

Franci, defecisse genus Carolorum in
Germania, durare autem in Gallia seu
occidentali Francia. Hac ex re Ludoui-
cus filius Bosonis regis Prouinciã, na-
tus ex filia imperatoris Ludouici secun-
di, à quibusdam tum Italiã tum Galliã
primarijs ciuitatibus, ad spem imperij
allectus est. Germani verò Ludouico
tertio defuncto, Othonis Saxonis con-
silio, Cunradum ducem Francorum
elegerunt.

Hunc ferūt aliqui Lotharingiã prin-
cipem fuisse, nepotem ludouici tertij ex
Cunrado fratre Ludouici. hunc Cun-
radum cōsensu omnium Francorū vn-
gunt in regem, qui licet coronam impe-
rialem seu benedictionem nō receperit,
nihilominus legitimus Rom. rex fuit.
Nam imperium fuit translatum à Græ-
cis, non in Italos neq; in Gallos, id est,
Occidentales Fracos, sed in Germanos,
scilicet in persona Caroli Magni, vt in
tex. qui hoc probat in c. Venerabilem.
de elect. & similis tex. in cle. Romani
de iureiur. Vndē clarē probatur, quòd
etiã linea Caroli deficiente in Ger-
mania, non minùs imperium manere
debet apud Germanos, sicut & finali-
tèr obtinuit tam de iure, quàm de con-
suetudine.

Et licet Rom. aut Itali receperint vel
Ludouicum filium Bosonis, aliòsve, sic-
uti Berengarios, Hugonem Arelaten-
sem comitem, seu filium illius Lothari-
um, siue Rudolphum Burgundiã regē,
omnes isti tyranni & inuasores imperij,
nō imperatores sunt cēsendi, cū Ger-
mani principes nō omiserint vel ad mo-
mētum suo iure imperatores eligere. Sed
de iure electus in regem seu imperatorē
Ro. à principibus regni, potest statim ex
ipsa electione licitè nomen regis Ro. as-
sumere, & iura ac bona regni & imperij
in Italia & in alijs prouincijs eiusdē im-
perij administrare.

Sed non est mirum, si Ro. etiã pon-
tifices illis temporibus circa annum do-
mini nonigesimum et aliquantò post,
quoscūq; occurrētes admiserint, cū,
vt scribit Platina, resq; fuerit, q̄ ponti-
fices illius temporis à vestigijs B. Petri
discesserant, & quòd respub. ignauos &
desides principes habebat, quorum ma-

Ludouicus
Bosonis fi-
lius.

Ius impera-
toris eligē-
di apud
Germanos.

Berengarius
primus ty-
rannus.

ximè intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari, nè si gubernator verus respiceret, malos nautas è repub. eijceret. Horror enim est audire, quàm multa perperam per 28. fermè pontifices sint admissa.

Quod autem de Ludouico Bosonis filio dicitur, ille per virilè quoquè Caroli Magni sexum nõ descendit. Credo intestinas Galliarù seditiones in causa fuisse, nè Carolus Simplex, què è Carolorum profapia esse cõstat, filiùsve eius Ludouicus, imperium occuparent: quæ tantæ fuère, vt nè dicantur quidè principes Germaniæ, quo minùs ex se imperatores eligerent, impediuisse: & rectè quidem, cum scirent imperium non in Gallos translatum, sed in Germanos.

Nec obstat præmissis, quòd Ludouicustertius, & post eum Cunradus primus, ac deindè Héricus primus, nõ obtinuerint à papa imperialem benedictionem, quia vel alijs arduis impediti fuerant suis temporibus, aut propter factionem Italorum Romam accedere tutù non erat, per hoc tamen iura imperij nõ amiserat. Hæc ego qui Germanus sum, zelo patriæ ductus, probabilia esse iudicauit. nollem tamen vero, si quoquo modo intelligerem, cõtradicare. sed hæc suprà copiosius, quare ad institutum meum redeo.

ANNO Domini 913. rege Ludouico defuncto sinè liberis, omnis populus Francorum atque Saxonum quærebat Othoni duci Saxonie diadema imponere regni. sed ipse quasi iã annis grauior, recusabat onus imperij: eius tamè consilio Cunradus dux Francorum, filius illius Cunradi quem Albertus occidit, vngitur in regem. penès Othonem tamen summum sempèr & vbiquè viguit imperium.

Cunradus
I. Imp. 82.

ANNO itaq; Dominicę natiuitatis 913. Cunradus filius Cunradi, ex Frãcorù genere oriundus, vir strenuus, omnium electione regnum accepit, & 7. annis regnavit, sub quo potētissimi erāt principes Arnoldus dux in Boioaria, Burcardus in Sueuia dux, Eberhard° comes in Francia, Gisilbertus dux in Lotharingia, Henricus Saxonum dux, potentia omnibus maior. cum illo Burcar-

do ducatus Sueuiæ iterum refuscitatus est.

ANNO eius 2. qui fuit Sergij pape vltimus, contra ipsum potētiores regni rebellionem sunt meditati, quos ille tam sapientiæ quàm fortitudinis robore superauit, suamq; ad fidelitatem perduxit. Solus Arnoldus nimio terrore motus, cum vxore ac liberis ad Hungaros confugit, ibique vsque ad Cunradi obitum permansit.

ANNO eodè Hungari ab Alemanis & Boioarijs iuxta fluuium* Aenum occiduntur, singulis tamen ferè annis redeunt, & multa dāna hominibus inferunt.

Sergio 3. interim defuncto, successit in papatu Anastasius 3. patria Romanus. Anastasius papa
moritur 2. anno pōtificatùs sui, qui quidem modestè in dignitate vixit, nec in se quidquam habuit quo reprehendi posset. Landus patria Romanus, hūc fecutus, sexto pontificatùs sui mense, die 21. moritur: nec de illo aliqua notatu digna scripta reperiuntur. Lādus popi

Otho Saxonie princeps, circa annū Domini 914. moritur, filium relinquens Henricum, magnanimum principem. hunc Cunradus imperator tantum odit ob suspectas sibi Saxonum vires, quàm est ipse ab Othone illius patre sempèr humanissimè cultus. Et cum videretur iniquum viribus rem agere, infidijs locum dedit. Quare Hattonem Archiepiscopum Moguntinum contra Henricum sollicitat. Hatto autem malis artibus imbutus, fabricari fecit Henrico torquem auream, quam collo iphus inijceret. fabrefacta est torques, quæ collo alicuius iniecta, nulla arte potuit aperiri aut dissolui, cogebatque hominem fame mori. Sed præsentiebat hoc aliquis, qui dolum Henrico detexit, & cum inuitaretur ab Hattonem conuiuandi gratia, immò latrocinandi causa, dux Henricus præmonitus: Vade, ait nuncio, dic Hattoni, quòd durius collū non habet Henricus, quàm comes Albertus: illum enim, vt dictum est, regi Ludouico prodiderat. Et statim omnia quæ iuris hostium erāt, in Saxonia vel Thuringia occupauit. Burcardū quoquè et Bardonnē, quorū alter gener regis erat, intātum afflixit, vt terra cederet, eorūq; possessio- nes

nes ipse militib⁹ suis diuideret. Hatto autem vidēs suis calliditatibus finem esse, nimia tristitia ac morbo nō post multos dies obiit. ferturque in Siciliae montem Aetnā delatus à diabolis, vbi merita artibus suis poena torqueretur.

Rex autem misit fratrem suum Eberhardum ad vastandā Saxoniam, qui appropinquans vrbi **Heresberg**, multa superbe locutus est. Sed ecce Saxones ei occurrunt, & vsque ad internecionem sternunt. Audiens autem rex malè pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francorū, perrexit contra Henricum, ac tentauit oppidum *Gruna expugnare. prēmisit tamen legatos ad Henricum spontè se vellet dare. Qui dum venirent in conspectum Henrici, Saxo quidam Dietmarus vir bellicosus adest: Nē, inquit, domine cures, aduenient tibi, quas voluisti, copiae triginta legiones. nil vereare. Hæc dolo locutus est, nullas eī copias tum adducere valebat. Legati tamen regis, infecta re, redeunt, narrata referunt. mox manè ante lucem relicta castris, Franci vnusquisq; ad sua redeunt. vicit hoc modo Dietmarus verbo, quos vincere non valuisset Henricus ferro.

ANNO Domini 917. Iohannes decimus patria Romanus, papa electus est, præsul Rauennās antè, episcopatu deiectus est populi tumultu. sedit annos tredecim, menses duos. Huius tertio anno rex Cunradus ægrotare cœpit, sentiensq; sibi finem adesse, vocatis omnibus regni principibus, excepto Hérico, ait illis: Vocationis meæ tempus adest, proindè pacem & cōcordiam vos sectari etiā ac etiā rogo. nulla vos ambitio inflammet, Héricum Saxoniae Thuringieq; ducem prudentissimum, regem eligite. is enim sapientia pollet, & iustitia abundat.

Quibus omnibus assentientibus, fratrem suum alloquitur Eberhardum: Sentio, ait, frater mihi mortem adesse, idcirco tuī considerationem habeto, & quod ad te maximè respicit, omni Francorum regno consulito. Sunt nobis exercitus congregandi atque ducendæ copiae, sunt vrbes & arma cum regalibus insignibus, & omne quod decus

regium deponit, præter fortunam & mores. fortuna frater cum nobilissimis moribus Henrico fauet, rerum publicarum summa penès Saxones est.

Sumptis igitur his insignibus, lancea scilicet & armillis aureis cum chlamyde, & veterum regum gladio ac diademate, ito ad Henricum, pacemque facito cum eo. Ipse enim verè rex erit & imperator populorum multorum. his dictis, lachrymans se consentire respondit.

Posthæc rex moritur septimo quàm imperare cœperat anno, vir fortis & potens, domi militiæque optimus, largitate serenus, & omni virtute clarus. sepeliturq; in ciuitate sua **Wilmaburg** cum mœrore ac lachrymis omnium Francorum. Vt ergò imperauit, Eberhardus Henricum adiit, sese cum omnibus thesauris tradens. pacem fecit, amicitiamq; promeruit, quam fidelitèr vsq; in finem seruauit. Deindè congregatis principibus & natu maioribus Francorum in loco quæ dicitur Frideslare, rex Henricus designatus est.

ANNO igitur Domini 920. Henricus filius Othonis Saxoniae ducis, à cunctis principibus & natu maioribus Francorum, Alemanorum, Saxonum & Bauarorum, cœpit libera potestate regnare in Germania. regnauit annos 18. Iste Henricus, vt quidam volunt, fuit filius sororis vltimi regis de genere Carolorum in Germania. Ab euentu cognominatus est Henricus Auceps, eò quòd in aucupio primùm à principibus sit inuentus. Quòd autem à Rom. pontificibus imperator sit habitus, tex. in 63. distin. indicat, vbi legitur, Constitutio primi Henrici & primi Othonis cum Rom. pontificibus, vt nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditiois argumentum in electione Ro. pontificis componere audeat, omninò prohibemus. Quæ cōstitutio nimirum eam præcessit, quæ Leonis 8. est, vt in c. In synodo 63. distin.

Fuit Henricus è Saxonum genere, nobili ortus stemmate et peruetusta natione. Saxonum enim præcipua est in Germania nobilitas: de his non nihil libet hîc commentari.

Saxones
Cunradum
vincunt.

Ioh. x. papa

Henricus I.
Imp. 83.

Saxonū ori
go & mores

*Vifurgis
*Vaeſara

*Sleſij
*Sileſij

*Santoncs

*Thuringorum

*Miſnijs

*Miſnij

Saxonibus ab Occidente* Viſera fluius terminum facit, eos plerique vſque ad Rhenum protendi arbitrati ſunt. A ſeptentriõẽ Dani ſeu Daci, hi qui Cimbricam Cherſoneſum habent, ad meridiem Francones, Boioarij & Bohemi ſunt, Orientalem plagam* Schleſij & Prutheni tenent. In his terminis incluſi ſunt Thuringi, Pomeranij, Miſnẽſes, Brandenburgẽſes, quæ nomina quidem etſi habeant aliquid quod vetuſtate arguat, apud vetuſtos tamen ſcriptores non adeo frequentè leguntur. Lucanus in primo ait:

Et Biturix, lögisq; leues Saxones in armis.*

Nam ita integram puto lectionem eſſe.

Túgrorum appellatio apud Cor. Tacitum eſt. Thuringos dictos primùm exſtimant Valentiniani Cæſaris temporibus. Verùm Miſnẽſium appellatio, facit vt longiſſimo tempore habitatam eã regionem arbitret. quis eſt enim qui nõ illos à Miſis Cimbrico populo nominatos credat? ita inter Cimbricos* Miſij, Axeni & Tyregetæ numerantur. hinc Miſnẽſes, Saxones et Thuringi, poſſetq; ea ſententia Strabonis authoritate firmari. Quæ apud alios de Alexandri exercitu & Thuringorum vetuſtate feruntur, fabulæ propinqua ſunt. Cæterùm Saxones, priuſquàm à Carolo domiti, Chriſti fidem acceperunt, varijs legibus, è quibus vetuſtiſſimã gentem augurari poſſes, vixere.

Natio tota in nobilitatem, liberos & ſeruos diſtributa. Non licebat cuiquam, niſi æqualem, velut ex Platonis lege ducere vxorem. inſupèr deorũ cultus varius fuit. Mercurij ſacra cognita, cui certis diebus humanis hoſtijs litabant. deos ſuos neque templis includere, neque vlli humanæ ſpeciei aſſimilare præ magnitudine & dignitate diuinitatis licitum arbitrati ſunt. lucos & nemora conſecrantes, deorumque nominibus appellantes, auſpicia & ſortes maximè obſeruabant: auium voces volatusque interrogare, equorum præſagia ac motus experiri, hinnitus ac fremitus obſeruare ſolebant. lunę verò initia & exitus quomodò venerati ſint, & cætera ſuperſtitionum genera prætereo.

Hæc autem ideò memorantur, vt

prudens lector agnoſcat, à quantis erroris tenebris per DEI gratiam ſint liberati. frondofis arboribus fontibusq; venerationem exhibebant, truncum quocumque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum ſub dio colebant, patria lingua *Yrminsul* appellantes, Latine vniuerſalem columnam. Hæc vſque ad Carolum Pipini filium, qui contra eos bellum quod pater inchoauit, continuat. pater em̄ eos priuſ ſuperatos, 300. equorũ per ſingulos annos tributo mulctauit. Poſt renouatum per Carolũ bellũ vix vllus annus tranſiit, quo non ab eis facta ſit pacti mutatio, ſed magnanimitas regis & perpetua cõſtantia nil impunè factum paſſa eſt, pœna ſempè cõdigna corrigens, donèc omnibus rebellibus proſtigatis, ac in ſuam poteſtatem redactis, multa millia ex eis qui ripã Albi incolebant, cum vxoribus & paruulis tranſtuliffet, per Galliam & Germaniam diſtribuens.

Tandem bellum finitum ea lege cõſtat, vt abiecto dæmonum cultu, Chriſtiana ſacramenta ſuſciperent. *Witkind* quoque, qui inter eos & claritate generis & opum amplitudine eminebat, author perfidiæ & rebellionis, ad fidem Caroli ſpontè veniens, baptizatus & à rege de fonte ſuſceptus eſt. Huius *Witkind* filius *Vuigibertus*, deuotus Chriſtianus, filium procreauit *Vualbertum*, qui Romam deuotionis cauſa venit, corpusque S. Alexandri filij S. Felicitatis, à papa tum Leone impetrauit, ac in loco qui dicitur *Magalhufen*, locauit.

Ex eiufdẽ Saxonice gentis ſtirpe vir permagnificus egreſſus eſt *Lutholdus*, qui & ipſe religionis gratia Romam proficiſcens, beati Innocentij reliquias inde abduxit. Hic habuit duos filios *Brunonem* & *Othonem*, quorum maior *Bruno* cum totius Saxonie ducatum adminiſtraſſet, in Danos duxit, ibique occiſus, fratri *Othoni* ducatum reliquit. His erat ſoror nomine *Luitgart*, quam *Ludouicus* rex filius *Arnulphi* imperatoris, vxorem duxit, ſed non diũ vixit, qui *Ludouicus* cum ſinè filijs moreretur, factum eſt vt omnis Frãcorum & Saxonum populus

Otho-

Immo Hermetis columnam. Saxones ſub Carolo ſub Chriſti accipiunt.

Witkind Saxo.

Vuigibertus

Lutholdus

Otho.

Othoni vellet diadema imponere regni, quod ille recusauit, & Conrado, de quo supra dictum est, duci Francorum id iussit deferri.

Henricus.
Mechtilda.
Otho verò generauit Henricum primum de sorore Ludouici, vt aliqui scribunt, tertij. Hic Henricus duxit Mechtildem filiam Theodorici, sororem Vuitkind Saxonis. Sunt qui filiam fuisse comitis Franci putent. genuit Henrico Mechtilda ante regni susceptionem filiam Gerburgam, quam Gisilberto duci Lotharingæ dederat. quò mortuo, ipsa Ludouicum filium Caroli regis Gallia, coniugem nacta est. habuit Henricus ex Mechtilde Othonem Magnum mundi delicias, post regiam verò dignitatem genuit secundum, quem suo nomine vocauit Henricum, tertium quoque filium genuit Brunonem, qui factus est episcopus Colonienfis. duxit autem Otho filius, adhuc viuente patre, vxorè Editham filiam regis Anglorum. hæc peperit ei filium quem vocauit Luitolphum, quem ille nimium dilexit, sed ipse postea patri rebellauit. genuit ei quoque regina filiam, vocat hanc Luitgardam, quæ postea nupsit Cunrado duci. Deinde mortua regina Editha, eo anno quo Ludouicus rex Gallia ab Hugone est captus, Otho in Italiam ducens, Berengarium vicit circa annum 951. Adelheidam relictam Lotharij quondam, liberat, ac vxorem ducit, quæ sibi Othonem filium generauit.

Et res Saxonum his ferè incrementis, postquam Christianam disciplinam accepit natio, summam Germanicæ gloriæ tenuere.

*Henrici gē-
ra.*
Henricus vt in regni administratione pacem seruare posset, primum quæ ex Hungaris reliquæ factionum manserant, pulsæ sunt. Ferunt primis regni initijs non nihil esse cum Burcardo Sueuicæ duce, comite de Feringen, qui rebellionem meditabatur, pacis causa beneuolentiæ studio magis quam armis actum.

*Arnoldus
Bouariæ
dux.*
Sub illis Henrici initijs, Arnoldus Bauariæ dux, ex Hungaria quò Cunradum Imp. fugerat, rediēs, molitus est rebellionem. erat hic magno vir animo, dominandi cupidissimus, quare et sacra perturbauit, cæterum vir frugi, Euripi-

deum hoc volutans, quod in ore Iulius Cæsar habuisse dicitur: Quòd si violandum ius est, regnandi gratia violandum est, alijs in rebus pietatem colas. Imperator mox in Boioariâ instructo exercitu contendit: Bauarum, vt se dederet, compulit.

Egit hanc rem imperator præpropere S. Vdalrici Augusten episcopi monitis, qui asserebat sibi à Petro dictum aduersus Arnoldum imperij affectatorè, minus vtilem esse regno, quem non episcopus vnxisset, quam sine capulo gladius. Cumq; regnum ex omni parte confusum ciuilibus bellis & externis colligere pararet, mouit in Lotharingiâ seu Galliam Belgicam. ibi rex Gallia Carolus obuius apud Bonnam oppidum, Henrico primo confœderatus, regnum Lotharingie & quicquid inter Mosam fluum ac Rhenum est, reddidit anno domini 924. Sic Henricus Lotharingiam cum tota Teutonia, Burgundia comitatu & Arclatenfium regno, Ro. vniuit imperio.

Qualiter autem contra Hugaros triumphauerit, referuo, & primum Hungarorum facta in Italia dicere volo.

Sub Henrico hoc & Iohanne papa x. de quo supra dixi, apud Græcos Constantino Leonis filio imperium tenente, quidam nomine & origine Romanus, tutelam pueri nactus, imperium illius inuasit, quæ res Calabria Apulisq; seditionis causa fuit, vt Constantinopolitano principi subiecti parere nollent. Tum Romanus maxima vsus impietate, contra Italos Saracenorum & Africannorum regem impulit, vt Calabria Apulisque rebellibus domandis copias traderet.

*Saraceni
Apuliam
populati.*

Ea gens exosa Christianum nomen, Calabros, Apulos, Salentinos & Lucanos non domuit modò, verum cædibus, rapinis & incendijs penè ad internecionem deleuit: adeoq; insolens est facta, vt de subigenda vrbe Roma inter eos ageretur. Freti igitur multitudine Saraceni, Italiae eam oram vsq; ad ipsius vrbs Romæ prope mœnia ceperunt.

Iohannes x. pontifex tum calamitati populorum Italiae compatiens, veritus etiã nè Roma inuaderetur, Alberici in

Albericus.

Hetruria marchionis auxilia implorauit. habitus est etiã tunc Romę eorum qui arma ferre possent, delectus, eductusq; ex vtrisque copijs exercitus quã maximus. Albericus marchio cum exercitu in Saracenos gentem penè innumeram delatus, eos Rom. vrbs finibus ilicò expulit, & persecutus retrocedentes apud Lirim fluuium, quẽ nunc Gargianum appellant, apud Minturnas vicit. Deindẽ reuersus cum victoria ac exercitu penè integro, ouans Romam est ingressus.

Consternati Saraceni, montis Gargani arcem communiẽtes, apud eum & sub ipso sedem ceperunt, ex qua Italiam multis post temporibus vexauerũt. Romę autem orta est inter primates dissensio: Albericus marchio per inuidiam pellicitur. Fuit in causa, authore Platina, q̃ Iohannes pontifex qui vir sacris addictus, Martem quendã spirabat, post eam victoriam cui interfuerat, triumpho urbem ingressus, omnia rei gestę momenta sibi adscripsit.

Quare Alberici odium itã in se concitauit, vt ingēs seditio sit orta: qua quidem marchio pulsus, in Hetrurię urbem Ortanum proficiscens, vicem inuidis ingratisq; rependere statuit, & talem, quã Italiam in miseriam calamitatemq; perduxit. ad Hungaros enim nũcios mittens, qui operam & opem suam ad Romę vrbs oppressionem pollicerentur, illos impulit: veniunt parati. Sed gens perfida, Romani agri fines, sicut quæsierat Albericus, nequaquã attigit. Hetruriam verò & quam saluam fore pactus erat, commissis inaudita impietate cædibus, incendijs & rapinis propè desertam reddidit. omnes enim mortales, fœminas atque mares, qui cædibus superfuerant, aut fuga prolabi nequiuertant in Hungariam abduxit.

Quid autem eo tempore Berengarij imperatoris autoritas aut potentia effecerit, Blondus ignorare se scribit. sed Platina tradit, Berengariũ qui tum Cisalpinam tantummodò tuebatur, hostibus iter in Hetruriam dedisse, modò sine vllò suorum incommodo transirent. quod vel hac ex causa facillè credide-

rim, quòd esset tũ ei cum Ludouico Bossonis filio graue negocium, qui in Italiam illectus spe occupãdi imperij, victus est à Berengario, & coactus iureiurando, in Galliam redijt.

Miror à plerisq; scriptoribus Bossonis filium, Ludouicum Burgundię regem asseri: quin, quòd excæcatum ferũt post aliquot annos rebellantem, præter fidem plurimorum est, qui Arnulphi filio Ludouico id accidisse ferunt.

Ad rem redeo. Romani hac Húgarorum calamitate, quã Albericus marchio intulerat, permoti, Ortanum obsidẽtes oppidum, Albericum illic marchionem cepere atq; obtruncauere. At Hungari dulcedine prædæ illecti, frequentèr deinceps Italiam repetiuere.

Saraceni verò Garganum tenentes, Beneuentum capiunt & incédunt, Romanorumq; fines inuasunt. Romani à Iohanne inducti, Guidonem quendam comitem præficiunt cohortibus, isq; in barbaros ducens, furẽtes repressit. eò autem peruentum erat, vt populi facillè conditionem suã, dum premerentur, facerẽt: & licet multifariè tunc certatum fuerit, superiores tamen euaserunt Ro. et Saraceni Romę terrę finibus excesserunt.

Reductis Guido cohortibus, ad urbẽ redijt. tum Iohannes decimus seditione militari, maximè verò à militibus Guidonis comitis captus, & in vincula coniectus, cervicali in os coniecto necatur, pontificatus sui anno 13. mense 2. Cuius in locum alter Iohãnes surrogatur: verum quia vi sedem occupauerat, è loco mox eiectus, inter pontifices non numerandus est. Ad Henricum nũc reuertor. Hungari intercã Alemaniam, Alsatiam, Saxoniamq; inuadunt, omnia populantes.

Contigit autem quendam ex principibus Hungarorum capi, vincumque regi adduci, quem ipsi intantum dilexerant, vt magna auri pondera pro eo offerrent. Rex spernens aurum, expostulat pacem. tandẽ ad 9. annos obtinuit firmam pacis conditionem, in quibus inducijs primũ ex agrarijs militibus nonum quenq; eligens, in urbibus habitare fecit, vt cæteris octo confamiliaribus suis habitacula construeret, frugumq;

Húgari vastant Italiã.

Hungari Germaniã vastant.

gumque omnium tertiam partem acciperet ac serualet. cæteri verò 8. seminarent & metèrent, frugesque nono colligerent. concilia & omnes conuentus ac conuiuia in urbibus celebrari voluit, quatenus in pace discerent, quid in hostium aduentu facerent: vilia autem aut nulla erant extra vrbes mœnia.

Tali lege ac disciplina cum ciues affuesceret, regnum tutatus est, ad hæc quoscunque fures aut latrones aut sicarios manu fortes & bellis aptos esse videbat, indulta eis venia, arma dabat, & ad bellandum in barbaros exponebat, edicens omnino vt ciuibus parcerent.

His captis, repente irruit super Sclauos qui dicuntur Hunelli: & multis eos prælijs fatigans, demum hyeme aspera castris super glaciem positis, urbem quæ dicitur **Brennenburg**, fame & ferro cepit, & ex ea omni regione potitus, signa vertit contra Dalmatiam, obsidens urbem quæ dicitur Grana, 20. tandem die cepit eam, præda urbis militibus tradita, puberes omnes interfecti, pueri & puellæ seruati sunt. Post hæc duxit Pragam Bohemorum urbem, regemque eorum cepit in deditioem, qui erat pater Bolislai, qui quandiu vixit, regi fidelis fuit, Bohemia tributaria facta est.

Igitur induciarum tempore transacto, legati Hungarorum pro solitis muneribus regem adierunt: sed ab eo spretis, ad suos sunt reuersi: eos enim non formidauit.

Hæc audientes Auares, nil morati, hostiliter graui manu Saxoniam intrare parant, venientes per Dalmatiam, opem quasi ab antiquis petunt amicis, illi verò scientes tunc Saxones paratos ad pugnam, pinguißimum pro munere eis proieciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus, rident & ad alia procedunt, repentino enim impetu Thuringorum fines irruunt, terram illam hostiliter peruagantes.

Rex autem Henricus grauißima valetudine detentus fuit cum hoc ei nunciaretur, mox tamen validissimum collegit exercitum: & licet inualidus corpore, animo tamen valens, equum conscendit, ac hostibus obuiam it. Nuncia-

tur illi, Hungaros in **Mersburg** debacchari, eosque iam non modicam puorum & mulierum prædam ducere, viorum verò immensam stragem fecisse.

Hugari Saxoniam ingressi.

Rex igitur vt erat animo constans, imperterritus suos animat ad pugnam propria: nec moram, bellum incipitur, & a Christianis Kyrie eleison dicitur: ex hostium verò parte diabolica vox, Hui Hui Hui auditur, commissa pugna, Hungari cæduntur ac fugantur: rex verò & sui victoria potiuntur, atque vox gemitus in lætitiæ cantum mutatur. hunc triumphum omni memoria dignum, rex in superiori cœnaculo castris sui **Mersburg** fecit depingi.

Inuenitur autem quod rex antequam pugnam inciperet, vouerit pro adipiscenda victoria Deo, se heresim Simoniacam de regno suo eradicaturum, vnde hostes ipse vsque ad interuentionem hoc die penè deleuit.

At victor reuersus, gratiarum actiones in primis deo persoluit. tributum autem quod hosti dare consuevit, diuino cultui & vrbibus pauperum dedicauit.

Post hæc verò pater patriæ, dominus imperatorque, ab omnibus appellatus est, fama que sui nominis cunctis gentibus celebris est habita. vnde & aliorum regnorum proceres passim ad eum, vt ad dominum, recurrunt. In hoc nouennio induciarum arbitror Hungaros Italiam vexasse, prout supra dictum est tempore Ioh. papæ x.

Hæc victoria potitus, mirum quam sanctè religionem coluerit. lanceam sancti Iesu Christi, quæ olim Magni Constantini fuerat, Rudolpho regi Burgundionum donatam, hanc Henricus rex minis, precibus, muneribus, additaque quadam Sueuiæ parte, à Rudolpho vix extorquet, eamque ad imperij insigne posteris reliquit. Paulò post ea tempora circa annum Domini 926. Nortmannos Danosque vicit, qui nauali latrocinio Frisones infestabant, deinde & Abroditos, quorum principes Christianos fecit.

Lancea cum clauo

ANNO Domini 923. Vdalricus episcopus Augustensis lectus est, primariæ Sueuorum nobilitatis ex Kiburg & Dil-

S. Vldaricus

lingen, sedit annos ferè 50. Quo ferè tēpore Ludouicus Caroli Simplicis filius, ex Anglia reuocatus, Francorum regnū accepit.

In hac generatione Burcardus 2. dux Sueuiæ ex vxore sua genuit Berthā vxorem Rudolphi Arelateñ & Burgundię. Ex illis nata est S. Ahelheidis, vxor Magni Othonis, ex qua natus est Otho 2.

ANNO Domini 927. Burcardus dux Alemanix in Italia occiditur, Hermano ducatus committitur. Hic Hermannus fertur duos habuisse filios: vnus ex eis, adolescēs cum Othone Magno imperatore Romam venit.

GENERATIO XXXII.

ANNO dehinc 930. Dominici natalis, ab vrbe autem condita 1601. incepit 32. generatio, anno regni Henrici primi decimo. Quo anno Leo 6. patria Rom. legitimis suffragijs pontifex creatus est. is nil tyrannicum præ se tulit, rei diuinæ consulens, quantum in tam corruptis moribus poterat, reuocare ciues ad cōcordiam parabat. septimo autem mense & die 15. pontificatus sui moritur, & in basilica S. Petri sepelitur.

Stephanus 7. patria Ro. pontificatum anno Domini 931. est adeptus, sedit annis 2. mense vno, quum Bohemiæ dux Borsinous esset, qui cum Ludimilla cōiuge, quæ pro sancta colitur, à Methodio Morauorum præfule baptizatus est: huius duo filij Spitigneus & Vratislaus postea ex successione regnârunt.

Eo tempore in Genuensi vrbe fons sanguinis largissimè effluxit, portendēs forte ciuitatis ruinam, quæ post à Saracenis cum classe illuc ex Africa venientibus capta est, cū hētis ciuibus, exceptis paruulis & mulieribus, captis & occisis.

At Stephano, cuius vita mansuetudine & religione plena fuit, defuncto, Iohānes xj. patria Ro. patre Sergio pontifice, vt quidam volūt, creatur. sedit annos 4. menses x. Sub eo Saraceni Africani Genuam diripiunt. verū dum onusti præda, Pelignorum fines attigissent, à Marsis qui repentē arma ceperant, opprimuntur, atq; ita prædam omnē cum vita amisere.

ANNO autem supradicto 931. sub

Stephano 7. Berengario 2. Italiam procurante, ferunt Rudolphum Burgundionum regem, suggerētibus quibusdam, hostili manu in Italiam contra Berengariū 2. descendisse, & Italię magnatum potiùs viribus quàm suis fretum, Berengarium regno pepulisse, qui ad Hungaros spe recuperandi regni confugit. Itaque Hungari 3. anno post pulsum Berengarium, Salardo ducē, in Italiam venientes, omnia per quæ incedebant, vastantes, Papiam obsederunt, & vi captam, ferro & igni vt absumerent, sunt adnisi.

At verò Itali cū non satis virium in Rudolpho cernerent, cū iam 3. annis regnasset, Hugonem Arelateñ comitem in Italiam vocant: huic autem (non sinē contentione tamen) cedēs Rudolphus, cū hostes acritè instarent, in Burgundiam sese recepit.

Hoc factō, Hugo non satis his fidens qui se vocauerant, exemplo Rudolphi admonitus, multos in exilium pepulit, qui omnes ad Arnoldum ducem Bavarorum confugientes, hominē regnādi cupidum mouere copias in Italiam inducunt.

Arnoldus itaque à factiosis exulibus alijsq; domi potentibus suastus, in Italiā cum paratissimo exercitu venit, quem Veronenses primi regem Italię appellatum, intra mœnia recipiunt. longè autē alitèr quàm fecerat Rudolphus, regnū hugo retinere adnissus est, qui iuxta Veronam occurrit Arnoldo, pugnaque commissa vicit Hugo, Veronamq; statim recipit. Veronenses autem rebellionem in Racherium episcopum suū reijciunt, veniā petunt. Hugo deprecantibus culpam remisit, episcopum in exilium Papiam misit. Berengarius secundus inter hæc apud Hungaros, vel vt alij volunt, apud Sueuos vita functus est. Nec Hugoni diū quietum regnum mansit. nam paucos post annos à Berengario 3. vt scribemus, repetitum est.

ANNO imperij Henrici primi 17. Russorum princeps cū sciret Constantinopolitano imperatori Romano cum Saracenis negocium esse, exercitū plus quàm mille classium aduersus Constantinopolim ducit. Quod Romanus vt rescivit, quanta potuit manu, viribus im-

Rudolfus
Italiæ rex.Hermannus
dux Sæuię.

Leo 6. papa.

Stephanus
7. papa.

Ioh. 11. pap.

Hugo Italiæ
rex.Russi à Gre-
cis victi.

par,

par, pertinacia pugnandi maior, hostiū naues exulsiit, barbarorum ingentē multitudinem captam decollari iussit.

Apparuere anno sequente prodigia quaedam: sol sereno cęlo obscurabatur, per fenestras domorū radios sanguineos emittebat. Hominis cuiusdā sinistra manus ferro amputata, post annū penē ad integrum ei dormienti restituta est, cui pro signo miraculi quasi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur.

Eo anno rex Henricus moritur patris Germanijs. sunt qui scribant eum, cum modò in Italiam contēderet, morte præuentum esse. Bonus princeps, cuius animo par fortuna respondit. fundamenta restaurati imperij magna iecit, nō armis magis quàm beneuolentia externorum fidem confirmauit.

Tum primū Gallia, quid patronis Germanis deberet, experta est. ad eò uterque, Carolus Simplex & Ludouicus filius, Henrici opera probè tutatus est. testantur hoc Simplicis foedera, Hūgarorum cædes, sedati aduersus Ludouicum tumultus. nec eius felicitati defuit aliud, quàm quòd in Italia Berégariorum tyrannis mansit, quam filius Otho opt. max. vicit & expulit.

Vxor Hērici S. Mechtildis, supra modum humilis & misericors, post obitum viri diū in viduitate permansit, monasteria ac hospitalia plura fundauit, in aduersis patientissima, in oratione exitit peruigil. Tandem mortem suam prædicēs, migravit ad Christum, sobolem relinquens in consolationem totius Ecclesie Othonem.

ANNO Domini 935. obiit Nothingus Constantiē episcopus, cui in episcopatu successit S. Cunradus, qui super lacum siccis pedibus ambulauit. hic natione illustris, fuit comes de Altdorff de genere Guelforum.

ANNO deindē 937. sedit in vrbe Roma Leo 7. natione Romanus. Quo anno mortuo nupèr Henrico Germaniæ rege ac imperatore, Otho Magnus primogenitus filius illi in regno & imperij titulo est susceptus. Electus autem fuit ab omni populo Francorum & Saxonum Aquisgrani, vbi & mox vnctus est in regem ab archiepiscopo Mogun-

tinæ sedis Hildebertho, qui nutritus in Fuldēsi monasterio monachus, vir erat hic miræ sanctitatis, & præter naturalem animi sapientiam literis illustris, qui etiā spiritum prophetiæ habuisse prædicatur.

Rex electus, regnauit annis 36. ac vntionis benedictione accepta, quàm sapientē in regni moderamine, quàm fortem in aduersantiū cōcertatione, quàm strenuum in religione se exhibuerit, facile enarrare nemo valet.

Interim Berégarius 3. Italiam aduersus Hugonem ingressus, siue quòd debilem duxit exercitum, siue quòd populus Italiae suis fauoribus parū inclinatos offenderit, quamprimū Hugonem regem arma aduersum se parare intellexit, retrocedens, alpes transcendit, & se cōtulit in Sueuiam, vt refert Blondus ab eo tempore vsque ad Agapetum, quietē vixit Hugo in Italia.

Ad Othonem, cui Magno cognomē est, redeo, cuius anno I. princeps Bohemiæ Vuenceslaus vir sanctus à fratre suo Bolislao occiditur ambitione principandi. In cuius vltionem rex exercitum aduersus Bolislaum misit, qui post varios fortunæ casus peruicaciam eius vix fregit. cum enim Otho Sclauos & Bohemos 14. ferè annis afflixisset, Bolislaus in regis fidem deuenit. Mortuus est per id tempus Arnoldus dux Bavarie, relictis aliquibus filijs, & Berchtoldo fratre. filij Arnoldi in superbiā elati, iussa regis contempserunt, ire in comitatum recusantes. quia verò Bertholdus dux vir strenuus, regi in omnibus fidelitèr adhæsit, ideò ducatum Arnoldi rex ipsi concessit. quo defuncto, eundem ducatum fratri suo Henrico cōtradidit, filijs Arnoldi exclusis: & ita Hēricus frater Othonis Magni, Bavarie dux est declaratus, vt paulopost dicetur.

Circa alterum imperij Othonis annum, grauis orta est principum seditio. eius author erat Eberardus comes Palatinus, qui quòd iniuriam cuidā ex optimatibus intulisset, ignominia ab imperatore notatus, vindicare bello principe viro dignam famam statuit. Gisilberti Lotharingiæ ducis, qui Gerbergam sororem imperatoris vxorem habet.

Hērici Cef.
Imors.

Berégarius
tertius.

Bolislaus
Bohemus.

Leo 7. papa
Otho Magnus Imp.
84.

Eberardus
Co. Palatinus
rebellis

habebat, auxilia statim coëgit. Henricū imperatoris fratrem, cui Arnoldi Bauari filia Iuditha vxor erat, inuadit, siue quòdeò capto non nihil imperatoris viribus detrahi putaret, siue quòd eum aduersus fratrem Imp. factionis socium incitari posse confideret. Henricum obsessum capit, & germanicę historię planè captiuum abductum ferunt.

Imperator illatam sibi suisq; ratus iniuriã, nè serperet longiùs effrenata tam temerarij hominis libido, fratrem vi repetit. Eberardum exilio damnat, duces exercituū plerosq; cædi iubet. & Othonis quidem imperium initio varijs tumultibus agitatam, vix tanti principis humanitate & potentia defendi potuit. Recepto fratre, Húgari à Saxonibus cęsi sunt, cùm ex Italia eorum pars rediisset.

Interim & Eberardus palatij comes, regis bonitate ab exilio reuocatus, quas cœperat insidias, perficere conatus est. Henricum Saxonem aduersum fratrem incitat Gilsiberti Lotharingęsis studio, deberi sibi in patris regno nato, non Othoni ante regnum nato, summã imperij. Acceperat in fidem omnem penè Boioariam Otho, præter eam partem quã Arnoldi Bauari filius tutabat. sunt qui & hunc Arnoldum nominent. sed laceffunt hostes interim Rheni accolæ, ad quos cùm rex proficiscitur, nec firma satis manu nec multa, milites pauci tumultu flumen transeunt, inciduntq; in hostium manus repentè.

Rex in altera Rheni ripa cum multitudine adhuc manens, dolens quòd copiam nauium non haberet, videns trãmissos expositos hostibus cùm aliud nõ haberet, protinùs de equo descendit, lachrymansq; cum omni populo ante læceam in qua victoriosi clauis quibus manus & pedes Christi perforati sunt, extabant inclusi, sese prostrauit. quantum tunc illius oratio valuerit, euentus probauit: hostes omnes in fugam versi sunt, nonnullis eorum cur fugerent, ignorantibus.

Cum insequerentur Saxones, cæsis plurimis, Henricus vulneratur penè lætalitèr, euasit tamen. Interim autem peruenit rumor ad præfectos vrbium Henrici de victoria regis, & quòd Henricus

cecidisset in bello. ea ex re omnes se tradiderūt regis potestati, exceptis duabus ciuitatibus **Mersburg** & **Schidingen**. qui audiens de vrbium suarum defectiõne, cum nouem tantum armatis festinans vrbē **Mersburg** ingressus est. Quo rex comperto, reuersus vrbem obsidet. ille autem cùm vrbē retinere nõ posset, post 2. menses, ea tradita, egressus est ad regem, cui datę sunt inducię 30. dierum, mandatumq; accepit, vt cum sibi adhaerentibus à Saxonia secederet.

Henricus itaq; secedēs à Saxonia, Lotharingos iterum adiit, & cum duce Gilsiberto bellum instaurat.

Est autem in confinio Alsatię castellum nomine Brisacum, à quo pagus vocatur vulgo Brisacogia, quod fertur quondam fuisse eorum qui dicebantur Harelongi. tunc autem erat in ditione Eberardi. ex quo fideles regis, insidijs hostium & Ludouici regis Francorum Simplicis filij, qui se his, vt Belgas reciperet, coniunxerat, miserè laniabantur. Ad quod castrum obsidendum rex profectus, consilio Friderici Moguntinæ sedis archiepiscopi, fixit in circuitu tentoria. at illa nocte multi ex primatib' Moguntini pontificis opera à fide regis defecerunt, clam domum redeūtes, Friderico subdolè ibi aliquantispèr remanente, vt fertur, quòd tacitè faueret aduersę parti.

Milites autem regis considerãtes primatum discessionem, suadebant regi vt ad sua rediret. Quibus rex: Nolite, ait, talia loqui, etsi appropinquat tēpus nostrum, moriamur in virtute, & non admittamus labem glorię nostrę: satiùs est enim pro iustitia mori, quàm fugiendo turpitèr viuere. Gilsibertus autem & Eberardus magnis copijs transeunt Rhenum apud Andernacum, regis fideles circunquaquè demolientes.

Tum Vto & Cunradus, qui Sapiens est appellatus, Hermãni Sueuorum ducis fratres, quorum integra mansit apud imperatorem Sueuica fides, quas habebãt copias hostium viribus impares, instruunt, & prædones insequuntur: Eberardus occiditur, Gilsibertus fugiendo in flumine summersus est. sunt autè qui Gilsibertum ex alia pugna fugiētem cecidisse

Henricus
reg. frater
rebellis.

Rebelles mi
raculo victi

Prestat her
nè mori q
inglorium
viuere.

Vto & Cun
rado Sueu

cidisse ferunt. Nam Eberardo caeso, belli scilicet duce, magna regionis pars in Othonis ditionem venit: & recepturus iam Belgas, quos Ludouicus Galliae rex inuaserat, cum Gallis certamen inuit.

Quibus deuictis, & in interiora sui regni fugatis, pars Belgarum & Lotharingia imperatori se dedit, & in ea pugna Gifilbertum Lotharingum cecidisse fama est. Argentinesium & comitis de **Eberstain** memorabile fuisse ferunt cladem, qui se hostibus iunxerant. Gerburgam deinde Gifilberti relictam, Othonis sororem, Ludouicus rex Galliae uxorem duxit. Bertholdus dux Bauariae, frater ducis Arnoldi, vir strenuus, priori bello fideliter seruierat Othoni, cui rex filiam Gifilberti ex sorore natam, quam penes se habebat, coniugio copulabat. Fridericus vero archiepiscopus, ut perfidia sua cunctis innotesceret, decem diebus ante pugnam perfidus recessit a rege, ac Metensem urbem adiit. disposuerat enim Henricus frater regis, redeuntibus Eberardo & Gifilberto, cum eodem Friderico exercitum congregare, & regi in Alsatia manenti bellum maximum mouere.

Eunti ^{*illo} occurrit nuncius de morte Gifilberti. consternatus animo, Moguntiam tendit episcopus. verum metu regis, Moguntinae urbis ciues perterriti, archiepiscopum intra urbis moenia recipere recusat. Unde factum est, quod non multo post capitur, et a rege custodire in Saxoniam traditur. sed paruo tempore ibi manens, miseratione regis pristinae dignitati est restitutus. Henricus autem timore perculsus, profectus est ad sororem Gerburgam, Gifilberti relictam, habitantem in **Riefermont**, quae eum exclusit. Absit, inquit, ut qui perempto marito meo, regi odiosus es, te suscipiam, & regionem hanc etiam in periculum ponam. Ille inde abiens, in regnum Ludouici regis Galliae secessit. praefecit autem rex regioni Lothariorum Othonem filium richuini, ut Hericum puerum sororis & Gifilberti, simul ac regnum prouideret.

Hericus autem frater regis, dum nesciret quid faceret, desperatus, assumptis quibusdam episcopis, supplex ad regem peruenit, ac misericordiam implorauit.

Cui rex: Indignum facinus tuum veniam non meretur, verum video te humiliatum, non inducam super te malum. consilioque habito aliquantis urbibus illi concessis, permisit eum in Lothariorum regno habitare. Deinde processu temporis defuncto Bertholdo Bauarorum duce, intercessione matris suae praefecit eum ducatum eidem, faciens secum pacem, in qua etiam fidelis permansit usque in finem, quia habebat in uxorem Iuditham filiam Arnulphi ducis Boioariorum.

Dum in Germanijs Otho principum suorum negocia componit, Ludouicus Galliae rex nouis etiam suorum tumultibus agitur. Ludouico iam uxor erat Gerburga Othonis soror, quae Lotharium & Carolomanum genuit. Et altera Othonis soror Adelheida, Hugoni Magna nupta erat, a qua Hugo Capeth rex natus est. seditiois ortus ex Guiliermi Nortmannorum ducis, praecipui inter Galliae principes viri, interitu. Perierat hic Arnulphi Flandrensis comitis astu & insidijs, quae Herloinum Picardum a Flandrensi Arnulpho spoliatum, restituisset.

In Gallorum historijs per hunc ferme modum rem actam legimus: Arnulphus, simulata beneuolentia, colloquendi tempus ad locum a Guiliermo designatum impetrat. conueniunt in insula quadam, in quam cum paucis nauicula Guiliermus ingreditur, a satellitibus Arnulphi trucidatur, princeps utique iustus & religiosus. huius Guiliermi mors, occasio fuit Ludouico regi audendi pessima. Nam de Guiliermi interitu nuncio accepto, Rothomagum venit, simulans amici necesse velle vlcisci, animo aliud agitans, Richardum filium Guiliermi adhuc infantem, ducatu priuare. promouit facinus non mediocriter Arnulphus, timens in se necem Guiliermi aliquando vindicandam, unde auro conciliauit sibi Ludouicum, simulque prodit, quae mala gens Nortmannorum in se ac patrem suum fecisset.

Suadenti credidit rex, & puerum sub specie tutelae secum abduxit, ac asseruari iussit. prouinciam administrarunt Bernardus comes Syluaneti & Rudolphus. Erat Richardo praceptor Osmundus, qui regis aduersus puerum animum mente reputans, quodam die custodibus occupatis,

Guiliermi
Nortmanni
caedes.

Fridericus
archiepiscopus
Mog.

*illo
*illi

Hericus rex
frater
Bauariae
dux.

patis, fasce Richardum inuolutum, dū cōiuiuo rex indulget, vrbe Lauduno exportat, & ad Bernardum Syluaneti comitem ducens, gesta rei ordinem exponit. comperto quòd sublatu sit Richardus, Ludouicus rex vnà cum Arnulpho comite Hugonem magnum multis pollicitationibus inducit ad sumendum arma. vndè copijs contractis, in Nortmāniam ducunt.

At Bernardus imparem se videns, ea quæ pacis erant quæsiuit, regemq; dominum Richardi ac Nortmānorum recognoscit. Non minùs Aigrotum Daciæ regē admonet, militem ex Constantiensi agro collectū ad se mittat: ipse aduerso Sequanæ flumine classe adnauiget, omnia quæ iter facturus erat, vastans: eo pacto futurum, vt Ludouicus in colloquium cum eo veniret.

Fecit hæc Aigrotus, occurrit rex Rothomagum vsq; vbi colloquio coiēre. sed fortè interēpto Herloino, eius causa occisus fuit Guiliermus. ad arma vētum est, adeoq; pugnatum atrocitè, vt sibi fuga rex salutem quæreret. sed depræhensus, captiuus Rothomagum deducitur. Rege vt sic in custodia habito, Gerburga regina ab Othone fratre auxilia petit, petenti verò frater respondit, hæc incommoda Ludouico contigisse, qui Guiliermo duci & probatissimo viro neq; fidem neq; iurandū seruāset. atq; ita spe destituta, ad Hugonem Magnum se conuertit, illum per omnem fidem rogans, liberare regem suū studeat.

Francorum
desidia.

Hugo ad Normannos scribit, obtinuit vix tandè, quòd Nortmanni Lothario regis filio cum duobus episcopis obsidibus receptis, Ludouicum liberat, donèc indicto conuentu de concordia paceq; ad plenum transigatur. Hugo paulopòst Richardo filiam desponsat. quo fœdere suspicatus Ludouicus facile fore vt ab his deprimeretur, Arnulphum Flandriæ comitem ad Othonem Germaniæ regem mittit, qui eū in belli societatem alliciat, accepturum præmij loco Lotharingiam omnem. hac proposito mercede, Otho belli sociū se Ludouico adiungit, cōtractisq; copijs in vnū, Rothomagum reges infesto agmine petunt, vastatis agris vicisq; incensis: tan-

dè post aliquas strages cœptis desistētes, exercitum reducunt.

Hæc Francorū historiæ, reliqui scribunt Ludouicum à Nortmannis captū, datoq; obfide filio Carolomanno, liberatum opera Hugonis. mox tamen proceres nonnulli Fraciæ, quorum primarius ductor fuit Hugo Magnus comes Parisiensis, sororius Othonis, Ludouico eorum regi rebellârunt, qui eum antea Nortmannis prodiderunt. Tunc Otho imperator frater Gerburgæ reginæ Franciæ, Lotharij filij Ludouici precibus cum exercitu magno venit in Fraciā, quem supra xx. legiones habuisse ferunt ex Italis Germanisque. facileq; obtinuit, vt Ludouico libertati regniq; administrationi restituto, Nortmanni sese intra suos fines continerent, Hugonem verò principem rebellionis, maximis affectum cladibus comescuit. Carolomānus Rothomagi mortuus est.

Non multò pòst, vt scribit Blondus, Hugo Magnus qui sororem Othonis vxorè duxerat, Ludouico regi Franciæ iteratò inimicari cœperat. quod cum intellexisset Otho, nec continendo in fide sororio satis per nuncios literasq; proficeret, secunda expeditione in Fraciā delatus, eum in fidem Galli cepit. nam Hugo intelligens Othonem cum exercitu appropinquare, ei iuxta fluuium* Carum occurrit, & ad imperium Othonis, cum Ludouico pactū inijt, manus fidei argumentum dedit.

Hoc ferè tempore venit ad regem ditissimus dux Sueuorum Hermannus, & congratulatione habita, dicebat regi se non habere filium, sed vnicam filiam & paruulam, Idam nomine. petitq; vt rex filium suum Luitolphum det in adoptiuum sibi, iungendæ matrimonialitè eidē filiæ causa. Placuit regi, fiunt sponsalia. paulopòst moritur dux Hermannus, & successit illi Luitolphus anno Domini 948. Successit Burcardus amoto Luitolpho propter rebellionem cum patre.

ANNO domini 941. defuncto Leone, succedit Stephanus octauus, natione Germanus. sedit annis tribus. Hic ita à Romanis est vexatus, vt nil memoria dignum ab eo geri potuerit. Et, vt

Marti-

Othois op
ra in resti
tuendo Lu
douico re

Hugo Mg
gnus.

Ida ducis
Sueuorum
filia.

Stephanus
8. papa.

Martinus refert, in seditione quadam mutilatus turpiter, aliquandiù miseram duxit vitam, cum ob inhonesta vulnera prodire in publicum non auderet.

Martinus 3. papa. Stephanum secutus est Martinus 3. patria Romanus, mansuetudinem Stephani imitatus, sedit annis circiter duobus. *Agapetus 2. papa.* Hinc Agapetus 2. natione Romanus, papa lectus est, vir innocens, & reipub. Christianę feruens amator. sedit annos 9. & aliquot menses. Hactenùs Constantinopolitanum imperium Constantinus 8. tenuit, qui initio principatus sui, Romanum cuius supra facta est mentio, consortem imperio adsciērat. huius conatibus multum Italia mali passa est, quo demùm in exilium acto, Constantinus à Turcis lacessitus est, quorum principes Bulosiden & Gylan benevolentia sua ad pietatem Christianam deduxit, quæ res magno commodo reipublicæ nostræ fuisset, si pari virtute filium reliquisset.

Romanus 2. Cōstātinop. imperator. Successit Constantino Romanus, quem è Romani prioris filia susceperat, vir omnium ignauissimus, qui ocio deditus, imperij administrationem * Iosepho cuidam tradidit. Ipse interim suæ feruens inter voluptarios homines tyrannidi, annos circiter x. imperauit.

Agapeto ecclesiæ Christianæ præsidente, Hugo Arelatē tyrannus Italiæ regio nomine tenebat, eaque iam annos aliquot, posteaquàm Berengarius 3. Italiam ingressurus, repulsus in Germaniam rediērat, quietam regebat. Arbitror quietis causam fuisse, diuturnam Italiæ famem.

Berengarius 3. Italiam ingreditur. Berengarius tum apud Othōnem imperatorem securus agebat, etsi sepē hostium insidijs petitus. Hic primis Agapeti pontificis iniitijs circa annum 947. magno externorum exercitu coacto, in Italiam est reuersus, ad primam eius aduentantis famam rebelles animi multorum in Hugonem sunt ostēsi. Id cum intellexisset Hugo, quod viribus nequiuit, consilio prouidere perrexit. missis nanque ad hostem oratoribus, cum eo fœdere factō pactus est, vt se Italia discedente, Lotharius filius & Berengarius reges Italiæ, æquo iure omnia administrarent, viguitque aliquot annis solo

nomine consortiū, qui Berengarius acri vir ingenio Lothariū spreuit, qui apud Papiam cum vxore sua Adelheida filia Rudolphi regis Burgundiæ, nobili muliere ac venustissima, cuius dotis iure eam ciuitatē & multa oppida obtinebat, se continens, iniuriam dissimulauit. Italis etiā Berengarius superbè ac auarè imperans, eos potiùs in timore continuit, quàm sibi beneuolētia deuinciret. Hugo interim post parum quàm Arelatum rediērat, diem obiit.

Quo tempore Henricus Bauariæ dux, Aquilegia capta, in proximas vrbes ducere constituit, quem tamen multos agros populantem Berengarius redire compulit. Vix Berengarius hunc sedauerat tumultum, cum Taxis rex Hungaros suos, Italia paulò antè pulsos à Bauaro Henrico, quem in Italia regnare opinaretur, vturus, paratissimo exercitu Italiam irrupit: quo tantus pauor Italos inuasit, vt exterminium sibi imminere non dubitarēt. Berengarius verò siue fortuna, siue prudentia vsus, Albertum mittens filium, Taxim multa oratum prece peruicic, vt acceptis decem modijs nummorum argenteorum, discesserit Italia. secūsus tunc elapsus erat regni Berengarij annus, quo in tempore Lotharius solo nomine rex, vita est functus.

Mortuo Lothario Hugonis filio, Berengarius 3. totius imperij spem concepit. Adelheidam à Lothario relictam, nē cuiuspiam nuberet qui dotis nomine regnum inuaderet, apud Papiam publicè carceri mancipauit. Italiæ partem, quã tutorio nomine administrare se simulabat, tyrannide penè diripuit, sese Augustum appellari, filium Albertum Italiæ regem iubet.

Inter hæc bellorum fulmina maximè Agapeti prouidentia profuit, qui pro suo in remp. studio cum Italiæ proceribus Berengarij superbiam diutiùs non ferendam statuit, Othonis Germanici principis longè optimi, cuius gesta per Germaniam & Galliam celebrabantur, auxilium implorandum censet.

Erat tum Henrico Bauarię duci graue cum Hungaris negocium. Otho in Italiam vocatus, Longobardos cum 50.

H milli-

Taxis Hungarorū rex.

Berengarius imperator.

Alber^o rex.

Otho rex Italiam recipit.

Lotharius Italia rex.

millibus armatorum aggressus est, trita per Forijulij regionem via mouens, Berengariū imperio & Albertum regno deturbat.

Otho potitus Italia, Adelheidam carcereliberat. Sunt qui scribant, Rosuitæ monialis auctoritate freti, Adelheidam antea Adelhardi Papiensis episcopi opera liberatam, clam ad imperatorem fugisse. eam vxorem ducit, nuptias Ticini celebratas ferunt. Inde Cunrado Frāco duce genero, habebat enim Lingardam filiam Othonis, cum præsidij Papiæ relicto, proficiscitur cum noui matrimonij claritate in Germaniam. quod videns filius Luitolphus, tristis ab eo discessit, veniens in Saxoniam. incidere res illæ in annum Domini 951.

Interim Berengarius persuasus à Cūrado duce Franco, cui Papiæ cum præsidio militari custodienda relicta erat, regem secutus est in Germaniam, pacē cum eo facturus, et per omnia iussis eius obtemperaturus, qui faciem regis per triduum non potuit videre, quod egrè tulit Cunradus, qui eum reduxit, pariterq; Luitolph^o fili^o regis aliās offensus.

Post hæc rex Berengarium alloquitur, qui in gratiam eius ac reginæ susceptus, deditiois sponsonem dat, fœderibusque componēdis locum Augustam designat: vbi cum conuentus fieret, Berengarius manus filij sui Alberti manibus suis implicans, cum filio se regi subiugauit, ac regnum Italiæ de manu Othonis gubernandum suscepit, excepta marchia Veronensium & Aquileiensium. Nati sunt filij regi Othoni: ex *Editha Luitolph^o est natus, ex serenissima regina Adelheide secunda vxore Otho, q post patrem regni gubernacula meruit. nata est etiā filia, matris nomen referens.

Luitolphus
cōtra Otho
nem patrē.

ANNO Domini 953. Luitolphus filius regis, fortè nouerç odio, & Cunradus gener regis, noua quædam moluntur contra regem: quæ cum eū non laterent, duxit exercitum contra eos. vrbes eorum aut armis, aut deditioe facile cepit, quousque Moguntiam perueniret, quam filius iam cum exercitu intrauerat, patrem armatus expectans. ibi plūs quàm ciuile bellum inceptum

est, machinæ muris admotæ, ab vrbanis destructæ sunt vel incense, crebræ apud portas pugnae, ciues cunctando variabant, cum dominatorem regni foris, interius successorem tenerent.

Obsidione per lx. dies continuata, sermo fit de pacē, vnde datur obses in urbem consobrinus regis Egbertus, filius cum genero castra ingressi, regalibus vestigijs prosternuntur, spondentes pro scelere omnia se passuros, vt auxiliarij tantum amici nil mali paterentur. Rex autem non inueniens, quomodò meritas filio inferret pœnas, fautores insidiarum exostulat. Illi autem arctè obligati, hoc omninò negabant, sicque infecta re in urbem redibant. Egbertus obses datus, suasu vrbano regi fit aduersus, cum & antea rex illi ob corruptelam fuisset iratus, sequenti etiā nocte Boioarij comites Henrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Luitolpho, qui cum eis pergēs, urbem regiam Ratisponam cepit cum ceteris in ea regione munitionibus, omnemque pecuniam ducis Henrici, militibus suis diuisit, coniugem eius cum filijs & amicis non solum vrbe, sed etiā regione excedere coëgit.

Hæc omnia fiebant consilio Arnoldi fratrumque eius ducum Bauariæ, eò quod ipse Henricus paternum eorum haberet ducatum. Rex verò subsequens, Ratisponam obsidione circumdedit. ibi satis durè vtrinque pugnatū est pro muris. vrbani crebris attriti prælijs, fame quoque laborare cœperunt. Vnde Luitolphus vrbe egressus cum principalibus viris, pacem postulat, sed non impetrat.

Reuerso eo in urbem, portam Orientalem oppugnare cœpit rex. à tertia ergò hora vsque in nonam cum acriter pugnaretur, Arnoldus Bauariæ dux telis perfossus occubuit, cui^o morte vrbani satis consternati, iam de pace tractabant.

Proinde interuentu principum Luitolphus iterum de vrbe progressus, pacem obtinuit vsque ad conditum diem, locusque tractandi apud Friedflare notabatur.

Rex inde in patriam reuersus, Henricus Ratisponam accipit, quæ proxima nocte

Ardoldi Bauari interitus

nocte penè tota exusta est. Postèa dum venationi rex intenderet, filius Luitolphus patri nudatis plantis prosternitur, lamentabiliter veniam orans, patris primùm, deindè omnium mouebat lachrymas. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, omnia spondet, atque ita fidelis permansit.

Defunctus est hoc in tempore Fride-ricus archiepiscopus Moguntinens. quo factò, conuentus Moguntia celebratur, ibi ciuitas cum omni Francia regi traditur, filius, eiusque complices factionis Francorum principes, in gratiam recepti sunt. Cunradus gener Francus est alia molitus, vt Hungari Germaniam deuastrèt, nec superfuit his rebus Luitolphus diu. statim enim in Italia, vt aiunt, vita defunctus est.

ANNO 955. sedatis intestinis malis, noua Hungarorum colluies Bauariam irrupit. maiori res agebatur periculo, quod & ante annos aliquot nuper cum eis difficultè pugnatum erat, & Sclau alterum Germaniæ orbem iam infestabant. Sed Otho rex tantis rebus occurrens, maiore fiducia quam viribus, angustijs copijs, nè deessent q̄ Sclauos repellerent, Augustam contendit. In cuius vrbis confinio castris positus, exercitus Francorum & Bauarorum ei occurrit cum Cunradi ducis profugi agnatis.

Erat autem idem dux audacis animi ac bonus cõsilio, & tum eques tum pedes hostibus intolerabilis, charissimus autem socijs. Igitur appropinquantibus exercitibus vtriusque partis, ieiunio in castris prædicato, iussum est omnes ad bellum paratos fore in crastinum. Et primo diluculo surgentes, sacramentis datis erectisque signis, quasi octo legiones procedunt de castris imperatoris. ducitur exercitus per aspera & difficilia loca nè daretur hosti copia turbadi sagittis agmina. primam, secundam & tertiam legiones ducunt Boioarij, quibus præfuerunt præfecti ducis Henrici. Nam ipse egrotabat, ac etiã mortuus tum est.

Erant in quarta legione Franci, ducibus Cûradi profugi agnatis. in quinta, quæ erat maxima, & dicebatur regia,

ipse princeps erat, vallatus ex omnibus militum millibus, alacriq̄ iuuentute. coram eo angelus, sic enim vocabatur vexillum. Sextam & septimam legiones constituerunt Sueui, quibus p̄fuit Burcardus. In octaua erant Bohemi electi milites mille, armis potiùs instructi quàm forma, in qua & sarcinæ omnes ac impedimenta quæque, quasi esset tutissima, quia vltima, sed aliter res acta est. Nam Hungari nihil cunctantes, Licu fluium transierunt, circumeuntes exercitum, extremam legionem sagittis lacessere cœperunt: & cum ingenti impetu vociferatiõe facta, alijs cæsis, alijs captis, sarcinis omnibus potiti, ceteros legionis illius fugere compulerunt.

Rex cum hoc aduertisset, misit illuc quartam legionem: quæ veniens, captiuos eripuit, latrocinantiaq̄; hostium agmina pturbauit. Fufis vndiquè latrocinantium hostium agminibus, dux ad regem reuertit, signis victricibus triumphum legis agens.

Totum ergò pondus prælij iam ex aduerso esse rex conspiciens, exhortationis gratia suos allocutus est, monens pro maiorum gloria, vt modò in patria non cederent, qui in aliena sepiùs vicissent. ad vltimum intulit: Plura loquerer, si verba virtutem vobis augere crederem aut audaciam, sed gladijs quàm linguis potiùs agendum censeo.

Et his dictis, arrepto clypeo ac sacralæcea, ipse primum equum vertit in hostem, fortissimi militis ac optimi imperatoris officio functus. audentes hostium cunci, primùm restiterunt: deindè vt socios terga vertere viderunt, obstupefacti, nostrisque intermixti, extincti sunt: nonnulli villas incurrun, ibique circumfusi, simul cum * mœnibus cremantur. alij flumen transnatantes, fluminis vi obuoluuntur.

Cunradus dux Francus, cum iam hostibus malè propiciam fortunam vidisset, Othonis se partibus adiunxit, bonamque nauans operam, petijt vt interiret. Itaque in partibus nostris fortiter pugnans, animi feruore & solis ardore estuans, dum auram capere vult, ex aduerso sagitta missa, vulnere gutturis cecidit, cuius corpus imperio regis honorificè transportatur Vormatiam,

H 2 ibiq̄;

Hungari Bauariam ir-
rumpunt.

Henrici Bauari mors.

Cunradi
Franci ca-
des.

ibi que sepelitur. Ipsa autem die castra hostium sunt capta, tantaque multitudo ibi consumpta est, ut extrema esset hec Hungarorum incurfio.

In hoc autem bello S. Vdalricus Augustensis episcopus hortator fuit solertissimus. Adeo autem tunc eneruata est potentia Hungarorum, ut multis postea temporibus in Pannonia se continuerint. Tres in eo prelio reguli in potestatem Othonis viui sunt perducti, quos Germani, Othone etiam (ut prohibent) feruare adnitente, laqueo in Hungarorum dedecus suspensos necauerunt.

Triumpho celebri, rex factus gloriosus, ab exercitu pater patrie ac imperator appellatus est. Decretis postea gratiarum actionibus summe diuinitati per singulas ecclesias, cum tripudio in Saxoniam reuertitur.

Lotharius
Gallie rex.

Dum in Germania Othoni cum Sclauis res est, Gallijs Lotharius rex electus est, nam pacato nuper per Othonem toto Francie regno, non superfuit diu rex Ludouicus. Eo circa Othoniani regni annum 18. salutis vero 952. decedente, Lotharius filius, quem cum Carolo mano ex Gerburga imperatoris sorore habebat, Gallie rex salutatus est. Frater interim puer apud Bruxellas Brabantie oppidum alitus est. regis gesta cum Northmanno Richardo bella, virtutem ostentant.

Prodigia.

ANNO Othonis 19. lapis mirae magnitudinis tempestate de celo iactus, miraculum videntibus prebuit in Italia.

Iohannes
12. papa.

ANNO sequenti cruces in vestibus hominum apparuerunt nonnullorum cruentae, quorundam vestibus quasi lepra sordentibus. Anno vero Domini 956. moritur Agapetus vir innocens & Reipub. Christianae feruentissimus, cui successit Iohannes duodecimus patria Romanus, patris Alberici potentia fretus. Sedit autem hoc monstrum annis nouem, mensibus tribus. Octavianus quidem is primo vocabatur, homo sane ab adulescentia omnibus probis ac turpitudine contaminatus, venationibus intentus.

Erant tum Romae duo annui consu-

les ex nobilitate, Praefectus vnus qui ius populo diceret. Ex plebe autem decarchones duodecim creabantur, qui vicem senatus gererent. Non carebant aliqua ditione Romani. nam & vicina Hetruriae oppida intra Vrbeuetanum Tudertinumque agrum, & quicquid a Neapoli Beneuentanoque, a Marfis & Reatinis ad urbem spectat, Romanae ciuitati obtemperabat. Octavianus itaque patris potentia fretus, in satis libera ciuitate, largitione, minis ac precibus pontificatum adeptus est.

Vixit his temporibus celeberrimi nominis Burcardus dux Sueviae, tertius huius nominis. Habuit duas uxores: prima fuit soror sancti Vdalrici *Euitgart* dicta, qua defuncta, duxit Hedwigem filiam Henrici ducis Saxoniae & Bauariae, qui fuit frater Othonis Magni. Hec Hedwig adprime docta legitur fuisse in Latino & Graeco, pulchra, & tamen austeram, residebat in castro Duello, id est, *Tuiel*. Fuit monasterij sancti Galli & Augiae maioris aduocata, & moritur sine prole.

GENERATIO XXXIII.

ANNO Domini 960. ab vrbe autem condita 1710. anno regni Othonis vigesimo quarto, sub pontifice Romano Iohanne duodecimo, incepit vigesimatertia generatio. Huius pontificis temporibus Romanus iunior, Constantinopolitanus imperator e vita secessit, veneno (ut putant) peremptus, cuius filij cum tanto imperio regendo per etatem inepti essent, Nicephorus, qui aduersus Turcam exercitum ductabat, imperator dictus est, qui per factionem eiectus, ab Othone secundo Magni filio* constitutus est. Sunt qui ei substitutum ab Othone filium Iohannem dicunt, cum peremptus esset.

Nicephorus
Constantinopolitani
Imp.

Regebat hoc tempore Italiam ex concessione Othonis Berengarius tertius ac Albertus illius filius, excepta marchia Veronensium & Aquileiensium.

Verum Berengarius contra ecclesiam Romanam & alias Ecclesias Italiae multam tyrannidem exercebat, sed & Albertus Berengarij filius

filius mercatores Venetos infestabat, ob quod Veneti Comaclum captū incendunt. His & alijs moti Romani Italiq̄, vt tum Berengarij Albertiq̄, filij, tum etiā ceterorum Italiæ tyrannorum malis finē imponi quærent, cum & antè per literas egissent, legatos solēnes mittunt ad Othonem, Eualbertum archiepiscopū Mediolanēsem, & Gualdonem Cumanum episcopum, cum alijs Italiæ principibus, anxie precantes, vt ipsos de Berengarij ac filij sui manibus liberaret.

Otho II. septennis vau-
tū.

Otho tum filio suo Othone septenni Aquisgrani in regem inūcto, ad preces prædictorum & (vt multi scribunt) Iohannis Papæ duodecimi, contractis copijs in Italiam ducēs, per vallem Tridentinam intrauit, ciuitatem Papiam absque vlla resistentia capit. Berengarius verò & filius suus, quibus poterāt munitionibus se includebant. Indeque progrediens, Romæ fauorabiliter susceptus, acclamatione totius cleri & populi à prædicto Iohanne papa Augustus vocatur & ordinatur, vñctiōe imperiali ac benedictione sublimatus.

Sunt tamen qui coronationem ipsius Leoni octauo attribuunt, primum credo verius propter plurimorum scriptorum consensum. Tum quòd rex ipse antequam Romā ingrederetur, præstiterit Iohanni duodecimo iuramentum, se Romam venientem, Romanam ecclesiam & rectorem exaltaturum, vitam, membra & honorem pontificis conseruaturum, & Romæ nullū placitum aut ordinationem facturum, terram S. Petri, si ad eum perueniret, ecclesiæ redditurum, & si alicui Italicum regimen cōmitteret, simile iuramentum illi daturum, vt habetur in c. Tibi domino 63. dist.

Suscepta autem corona, aliquandiu mansit Romæ, vbi pluriēs cum Iohanne Papa collocutus, hortabatur vt à sua immundissima vita resipisceret. sed cum minimè proficeret, mores eius detestatus, ad persequendum Berengarium abiit. latitabat enim imperatorem fugiens. quem tandem Otho in monte S. Leonis obsidet. Filius autem ipsius iam in Corsicam insulam secesserat.

Pòst Iohannem Romanum pontificem adiens, cum ad partes suas inclinavit. Eapropter imperator obsidione castri relicta, per duorum cardinalium literas vocatus, Romam duxit, vbi quidā Romani timentes cum pontifice fugiunt, Albertus Corsicam repetijt, alij datis obsidibus Othoni subduntur. antè tamen quàm fugeret papa, comperiens cardinales duos scripsisse imperatori, ipsos capit, & huic nasum, illi verò manum abscindit. Deindè in Campaniā fugit, & in montibus vt bestia latitat.

Erat autem miser iste Papa ex nobilium Romanorum prosapia ortus, vndè imperator de communi omnium cōsensu missa legatione, Iohanni papæ suafit, vt timore deposito, ad sedem suam redire securus. Quo redire nolente, clerus & populus supplicat imperatori, vt de digno præfule ecclesiæ provideat, quibus imperator respondisse fertur: Vos ipsi quirites ad quos vestri pontificis spectat electio, Deum præ oculis habentes, eligite qui sit dignus, & ego electum confirmabo. Quo audito, vna voce, vno consensu venerabilem virum Leonem Ap. Se. scriniarium, in summum pontificem elegerunt, qui solennitè ad Ecclesiam deductus, sacratus est.

Otho I. à Io
hāne 12. co-
tonatus.

Leo 8. papa.

Berengarius
exul.

Vrbis Romæ rebus compositis, Otho abiit, & Berengarium in deditionem accepit, atque continuò in Babenberg cum Vuilla vxore exilio relegauit. Albertus, dum è Corsica ad patrem redisset, captus, Constantinopolin in exiliū missus est. Venit postea Imperator Spoletum. nec mora, furentes Romani Iohannis consanguinei, seduxerunt populum, vt illum reducere pararent: eijciuntque Leonem, Iohannem reuocare satagunt.

Leo abiens, imperatorem (siue Spoleti, siue in ducatu Camerino pascha celebrans tum fuerit) adiit. Otho exacerbatus odio, bello persequi Romanos cœpit, copiasque omnes in urbem Romanam duci iussit. Interim Iohannes vir omnium qui ante se in pontificatu fuere, perniciosior, pontificatus sui anno nono, mense tertio moritur. Sunt etiā qui scribant eum in adulterio de-

prehensum, confossum interisse.

Romani verò ad Othonem mittentes, pacem querentes, Benedictum diaconon, & non Leonem, pòtificem dari sibi orauerunt. Renuit hoc imperator, & Leonem se seruaturum affirmavit. vixi oratores, spopòderunt Leonem cleri & populi iussu in patriam reducendum. sed proterui in vrbe nò destiterunt, quin oratoribus in vrbe cum pace reuersis, Benedictum in Petri apostoli sede pro Romano pontifice locauerint.

Ea cum intellexisset Otho, non vltra verbis còminationibusque agendum ratus, primùm omnium agri & ditionis Roman. ciuitates & oppida pleraq; capi, diripi, ac magna ex parte vastari curauit. Romam exindè adeò dura pressit obsidione, vt modium surfuris pro 30. aureis eo tempore venundatum fuisse scribat Lateranen. tantisq; coactos malis, scribunt Romanos imperatori Benedictum dedisse, eumque portis apertis vrbe recepisse, Leonem pontificatus sedem auctoritatemque accepisse.

Acta sunt hæc circa annum Domini 963. Ferunt quoque quòd Othone Romæ manente, Romani consilio habito, statuerunt eum occidere. sed cum proditionis consilium peruenisset ad imperatorem, ipse multos neci dedit, & nihilominus centum obsides ab eis interpositis sacramentis accepit. postea tamen à Leone papa rogatus, obsides dimisit, in Germaniam rediens.

Mortuo Iohanne, Benedictus patria Romanus, vt dictum est, in seditione pontifex creatur. verùm cum imperator hanc electionem nequaquam probaret, Romanos id maximè expetentes à se repulit, eosq; ferro & flamma omnia circa vrbe posita vastans, compulit, pulso Benedicto, Leonem suscipere, adactos sacramento, nil se earum rerum immutatuos.

Composita vrbe, Otho in Germaniam redijt, secum Benedictum duxit, qui non multò post dolore animi apud *Hamburgum moritur, vbi relegatus erat. vixit in pontificatu mensibus sex, diebus quinque. Leo octauus à clero populoque Romano, pulso Iohanne 12. vt dictum est, pontifex creatur, licet postea

Benedictum illi superinducerent: quò tamen abrogato, vi & armis Othonis reductum Leonem resumpserunt. Leo tamè restitutus, statim Romanorum instantiam peresus, auctoritatem omnè eligendi pòtificis à clero populoq; Rom. ad imperatorem transtulit, quod fecit in synodo congregata Romæ, idque cum toto clero populoque Rom. constituit, vt de hoc tex. est 63. dist. c. In synodo. Mortuus est autem pontificatus sui anno 1. mense 4.

ANNO deindè 968. Iohannes 13. Narnien. episcopus Leoni successit. Verùm Romani inita iam còsuetudine pellendi pontifices, hunc quoque seditionibus fatigant. Accersito nanque Iofredo comite Capaniæ, Lateranen. & des irrupes, Iohannè capiunt, captumq; primò in Adriani molè, quod S. Angeli castrum vocant, perducunt, mox hominem in Campaniam exulatum mittunt. Causa horum malorù Petrus pfectus vrbe fuit, qui Iohannem capitali odio persecutus est, qui decarchones consules in suam aduersus pontificem sententiam perduxit.

Sed inter hæc Iofredus vnà cum filio suo à Iohanne Capuano principe est trucidatus. Indè pontifex ad finem mēsis vndecimi calamitatis suæ Romam rediens, à clero populoque in pontificem est receptus, sedit annos 7.

Ea dum sic agerentur, Othoni fuerunt nunciata, qui pontificis calamitate cognita, cum Othone filio ingentibusque copijs, magnis itineribus Romam peruenit. Ingrediendi vrbe dum tota se ciuitas obuiam effudit, primi omnium magistratus, criminum faciente conscientia, ceteros in adulatione superabāt. Parquereddens pari Otho, conceptum in eos odium dissimulauit. quàm primùm verò exercitu in statua distributo, pontifex primò, post ciues de rebus publicis priuatisque audiri sunt coepti, Otho rex consules, pfectum, decarchones in carcerem detrudi iussit. Nobilitati tamen delaturus, còsules vinctos in Germaniã deportari fecit: decarchones equuleo suspesi sunt: & pfectus Petrus, qd iniuriæ author & còpulsor fuit, ludibrio p vrbe plateas còpitaq; habitus, &

Roma capta

Benedictus
5. papa.

*Hamburgum

Eligendi ab
imperatore
pontifex.

Iohannes 13.
papa.

Otho Italiam
ingreditur.

& interea dum traheretur, flagellatus, in tetrum carcerem coniectus, inde ad consules in Germaniam deportatus est.

Sunt tamē qui scribant, Petrū ipsum excarnificandū pontifici traditum, abrasa barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiniani aliquandiū stetit: inde autē ablatum, asinoq; superimpositū, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, atq; ita per urbē ductum, virgis caesum, postea in Germaniam exulatum missum.

Hac etiā seueritate imperator usus est, quod Iofredi cæsi, eiusque filij cadauera, è loco sacro tracta, in prophanum proijci iusserit, qui antè à principe Capuano fuerant occisi.

Interea Sclauī qui nupèr fidem Christi receperunt, in Italiam trajiciētes, Saracenos ingēti clade superatos, è monte Gargano eiecerunt. Horum autē exemplum & virtutē imitati Hungari, reliquias Saracenorū ita attriuere, recuperata Cōsentia iam ab eis capta, vt nihil virium haberent: omnemque eam Italiæ oram à barbaris liberatam, accepta pecuniā, Græcis reliquere.

Quo tempore adhuc in Germanijs erat Otho imperator. nec quieuere diū Saraceni, in Italiam redeuntes, quæq; obuia vastantes. Sunt qui putent Consentiam tum iterum captam. Quæ dum agerentur, Græci Calabriam & Apuliā obtinentes, constituerūt inducias cum Saracenis. Eo enim in tempore cum venisset Romam imperator, secumq; duxisset filium Othonem, cui desponsatam iam erat Theophania Nicephori Constantinopolitani impatoris filia, Pandulphus princeps Capuæ Othonem accedens, ostendit fore vt si copiarum quas adduxerat, pars Capuam, & inde Calabriam mitteretur, Saraceni Italia pellerentur.

Interuenerat tum aliquid diffidij inter Romanum imperatorē & Nicephorum, ita quod filiam desponsatā Othoni denegabat tradere. Eo magis attētus ad rem Otho Magnus, Othonem filiū iam tunc indolis egregiæ, misit Saracenos pellere. Hostes quidem fama Germanorum territi, discedentes, prædam quam poterant nauigio abstulerunt.

Maius tum fuerat Othoni & Pandulpho negociū Græcos repellere, qui Saracenis per inducias foederatis, aduersus imperatorem Romanum opem ferre conati sunt: attulissentque, si facultas eis sublata non fuisset.

Otho autem Græcos ita perdomuit grauissimis prælijs, vt eos ferè omni Calabria & Apulia eiecerit. Constantino-politani autem populi amissarum prouinciarum iacturam omnem in Nicephorum referentes, qui sponsam filiam marito tradere noluerit, armis correptis, illum interfecerūt, vt quidam scribunt, ac Iohanni filio eius imperium demandauerunt. alij scribunt Othonē pulso Nicephoro, Iohannem filiū ipsius in imperio confirmasse, & Iohannem sororem Theophaniam Othoni dedisse vxorem, quam Iohānes xij. vnā cum marito apud Lateranensem basilicam corona imperij exornauit, annuente Othone sene, qui filium cōsortem imperij creauerat. Eō tum in Othonis secundi coronatione, Iohannes pontifex maximus Capuanam ecclesiam, ob Pandulphi principis merita, metropolitanā fore constituit.

Iohannes autem xij. anno Domini 974. moritur, & ei Benedictus sextus, patria Romanus, in sede ac calamitatibus successit. Sedit anno vno, menses 6. Hic pontifex à Cincio Romano ciue & præpotenti captus, in Adriani arcem, quam sancti Angeli vocant, custodia includitur, & non multo post strangulatur, vel, vt alij referunt, fame moritur. De tanta iniuria, nulla sumpta est vindicta vel à ciuibus Romanis aduersæ factionis, vel ab Othone imperatore: & mirum videtur: sed vel culpa pōtificis, vel circa alia occupatio imperatoris, in causa fuit.

His temporibus Basilius & Constantinus Græci imperatores, à Baiano Bulgaro magicæ perito, bello vexati sunt.

Eodem anno celebrato paschate in **Quidilimburg**, auditisq; ibi plurimarū gentium legatis, venit imperator in ascensione Domini ad **Mersburg** tertia feria, deinde ante Pentecostē diuertit ad locum qui dicitur Mimelieba: &

Othonis I.
Cæs. obitus.

proxima nocte transacta, letus ad mensam cõsedit, post vesp̄is interfuit: mox tamen æstuari & fatigari cõp̄it: quod videntes principes, imposuerunt cum sedili. Inclinantem autẽ caput, quasi iam defecisset, refocillãrunt. Exp̄itoq; sacramento Dominico & accepto, sine gemitu cum magna trãquillitate spiritũ reddidit domino, nonis Maij, quarta feria ante Pentecostẽ. Indẽ verò trãportatur in cubiculum, ac transitus eius annunciatur populo, cuius corpus à filio iam rege facto, in ciuitatem Magdenburgensem translatum, in Ecclesia quam ipse construxit, honorificentissimẽ tumultatum est, anno salutis 974. posteaquã annos 36. regnauerat.

Hic Germanorum imperium nõ tam armis quã beneuolentia restaurauit, optimis q̄busq; totius penẽ orbis principibus affinitate & necessitudine iunctus, sæpissimẽ muneribus ab Orientalibus principibus salutatus. Sæpẽ maximorum præsentia maiestatem viri illustrem reddidit. nam aliquot annos priusquã fato defungeretur, cum Aquigrani Pentecosten celebraret, ex Francia ad eum Gerburga soror, Ludouici vxor: soror Adelheida, Hugonis Magni vxor, & omnis penẽ cognatio congratulatum venit. quantum ea res decoris, quantum beneuolentiã principi conciliãrit vbiquẽ, referri non potest.

Argenti &
auri venã
vendẽ primũ
in Saxonia
apertã.

Is argenti & auri venas in Saxonia primus aperuit. Is æquitatis & iuris amantissimus, peritos viros iuri dicendo sæpẽ præfecit. Nam fuit Otho hic naturæ ac ingenij dotibus vir excellẽs, summa in omnes humanitate præditus, in remilitari nulli secundus, multa bella nõ solũ cum extraneo hoste, sed cum filio Lutolpho, cum fratre Henrico, cũ genero Cunrado, cum sororio Gisleberto feliciter peregit, quibus post multas acceptas iniurias facillẽ indulgit.

Sacrorum
Otho cultor.

Consuevit autem nocturnis & matutinis laudibus interesse, atq; vniuersis solennitatibus ad vesp̄as & ad Missam cum processione venerabili episcoporum cæterorumq; clericorum, cum crucibus & sanctorum reliquijs ad ecclesiam vsque deduci solebat, vbi cum magno Dei timore stabat & tedeat, nil

loquens nisi diuinum, vsque dum omnia finita essent, indeq; ad cubiculum suum cum multis luminibus, comitatuq; sacerdotum, ducum ac comitum remeabat.

Insup̄ Magdenburgenẽ ecclesiã archiepiscopalem, Brandeburgenẽ, Merseburgenẽ, *Cicensẽ & Misnensem episcopales construxit ecclesias, ad hæc diuersas ecclesias, monasteria etiã virorum & mulierum in Saxonia & Sclauonia. Item Daniam seu Daciã cismarinam tributo subijciens, eam sub anno Domini 952. in tres episcopatus diuisit, & Hamburgensi episcopatu subiecit.

Idem in ciuitate Aldeburgenfi Sclauonica fecit episcopatum, Hamelburgenẽ metropolim. Multa denique ecclesijs bona contulit. Quis est autẽ, qui eius principis superadmiranda gesta nõ admiretur, vt qui præter intestina bella, quorum non parũ multa feliciter absoluit, Auares, hoc est, Hungaros Germaniam vastãtes, apud Augustam Vindelicam magna clade superauit, ac regulos eorum furca suspendi fecit, Italiã à tyrannis ac inuasoribus imperij purgavit, Saracenos indẽ expulit, Græcos perdomuit, abiectis & eliminatis falsis pontificibus Ro. canonicẽ intrãtes fouit, restituit ac potenter conseruauit?

Hic est qui Longobardiam Ro. imperio recuperauit, & imperialem prouinciam esse curauit. Ad hoc Galliam Belgicam, quondã Austrasiam dictã, à Mosã fluuio vsq; ad Rhenum, à iugo regum Franciã absoluit, indẽ ducatum Lotharingiã & Burgundionum regnũ imperio in perpetuum vniuit, itã quod iuris imperij hætenus permanfit vsque ad Carolum quartum, sub quo aliquid nouatum extitit, nescio si iure subsistat.

Taceo quã sub ipso ac successoribus suis in imperio fides catholica sit dilatata in partibus Occidẽtis. ab eo enim tempore Hungari, Dalmata, Sclaui, Poloni, Pomerani, & post eos Daci, Suedij, Noruegij, & subsequẽtẽ *Prutheni, & multi alij diuersarum regionũ tunc pagani, peruenerunt ad fidẽ Christi. S. Vdalricus Augustenẽ episcopus obiit anno salutis 973. ordinationis sue anno 50.

Othonis
triumphã

*Rutheni

ANNO deindè Domini 975. Otho II. Othonis Magni filius, regnare cœpit, & annis 9. regnavit. Hic viuente patre ab Apostolico coronat⁹ fuit, & mox vt pater defunctus est, ab omnibus qui aderant, demùm eligitur, ac in regni sede collocatur.

Eodem anno Donus secundus patria Ro. eligitur in papam. anno* sedit. tantæ modestiæ fuit, vt etsi nihil dignum egerit, non tamen aliqua iniuria affectus aut ignominia notatus est.

Hoc tempore Adelbertus Bohemus Pragensis episcopus, tantæ sanctitatis habitus est, vt diuino spiritu impellente in Pannoniam descendens, & regem Hungarorû baptizauit, & omnes prouinciæ episcopos ad benè de Deo promerendum, exemplo & vita instruxerit. profectus deindè in Prussia, dum fidem Christi prædicat, martyrio coronatur.

Dono defuncto, Bonifacius vij. pontificatum malis artibus adeptus, anno 976. malè amisit. sedit menses vij. Nam inuito magistratu, conspirantibus simul bonis ciuibus, relinquere urbem coactus, preciosissima queque è basilica B. Petri subtrahés, Constantinopolin confugit. Alij referunt eum illuc relegatum.

Bonifacio sic recedente, Ro. alium loco eius fecerunt pontificem Benedictum vij. patria Romanum, qui sedit annis viij, menses sex. erat hic vir optimus. huius tempore Constantiensis ecclesiæ præfuit S. Gebardus.

Ad Othonem II. redeo, qui primo anno regni sui Henricum Bauarorum ducem, filium Hérici qui frater fuit primi Othonis, sibi rebellem domuit. Et cum ea occupatur expeditione, Lotharius rex Francorum in Lotharingiam copiosum duxit exercitû, eam Ro. imperij prouinciã occupauit, & Aquisgranû delatus, agros populatus est. In què Otho cum ex Bauaria duceret, Lothari⁹ in Parisios est reuersus. Quare is Frãciam ingressus, Laudunensium Suesstionumque agris vastatis, Parisiorum quocquè suburbia incendit.

Reuersus tamè in Germaniam, dum *Axonam fluium traicit, incommo-

dum accepit, nonnullis suorum aquæ vorticibus absorptis, pluribus ab infrequenti hostium multitudine interfecit.

Interea Basilius Constantinusq; Constantinopolitani imperatores, filij Romani posterioris, Syriam populati, Cretã pulsas Saracenis receperunt, et Othonem II. bello Francorum implicitû putantes, constituerunt amissas de Italia prouincias recuperare. primò tamè Saracenos Creta pulsos, data pecunia, in suum exercitum receperunt. Itaq; delati Barum, vrbe sunt potiti, ciuibus partim occisis, partim in Græciam relegatis. deindè Apulia primùm, post Calabria deditioe vltronea sunt receptæ.

Otho interea postquam iniurias acceptas apud Aquisgranû vltus fuerat, pacè cum Lothario Frãcorum rege, recepta Lotharingia, firmauerat, veniens in Italiam, & vxorem ducens Theophaniam, in via tamen Sclauoniam & Dalmatiam circumeundo, magnam in ea regione stragem fecit.

Post hæc Romam veniens, repentino tumultuarioq; delectu per omnes Italiæ regiones coactus ingentes copias ad diem conuenire iussit. Et cum Germanorum, Gallorum, Lõgobardorum & aliorum Italiæ populorum vniuerso exercitu Roma profectus, prima ad Beneuentum cepit statua: quò cum accitæ Romanorû copiæ peruenissent, datas quoque à Beneuentanis, Neapolitanis, Salernitanis turmas in ordines præmitti curauit. Facto postea agmine, in Apuliã profectus est, & Græcis apud Basentellum stantibus, decertatum esse dicitur.

Ibi Romani Beneuentaniq; ex acie profugi, non solum detrectauerunt prælium, sed & signa deseruerunt. Hinc ceteræ Ro. imperatoris copiæ, à Saracenis & Græcis fusæ dissipatæque sunt. Quo in prælio occisis penè ad interneconè legionibus, & Romanus imperator & omnis Italia neruos omnes ita amisit, vt facillè Græcis ac barbaris fuerit, si victoria vti sciuisent, Roma Italiaque potiri.

Otho inter hæc fugiens, scapham conscendens, salutem quæsiuit: vel

Otho II.
IMP. 87.

Donus II.
papa.

Hungari
baptizati.

Bonifacius
7. papa.

Benedictus
7. papa.

Othonis
bella.

Otho à Gre
cis victus.

Othonis
tuga.
vt

vt alij scribunt, natando nitens euadere, & à nautis capitur, ignorantib⁹, cum illorum lingua tam facile quàm sua loqueretur, quis esset: à quodam tamē eorum qui erat negociator Sclauus, agnitus est, sed non proditus, ac dum B. Petri imploraret auxilium, per Sclauum re delata ad Theophaniam reginam ac Theodoricum Meteñ episcopū, qui in ciuitate^r rofan euentū rei expectabant, dolo per episcopum & Sclauum liberatur. nautis quippe ad pecunias pro eo oblatas inhiantibus, imperator ascenso equo vix euasit.

Eo etiā in tempore omnibus pro infortunio Reipub. consternatis animo, sola imperatrix Græca leuitate insultabat romanis, quòd ab exercitu sue nationis victi essent, per quod à primatibus odiosa cœpit haberi.

Otho deindè comparatō exercitu, animaduertere in Ro. & Beneuentanos constituit, à quibus initium fugæ factum erat: agere id in Romanos, minùs tutum videbatur. In Beneuetanos conuersus, urbem capit & incēdit. Indè corpore S. Bartholomæi ablato, Romęque in insula Lycaonia collocato, se vindicat.

Otho tertius
Imp. 86.

ANNO dehinc decimo sui imperij, Dominicæ autem natiuitatis 983. tædio & angore animi deficiens, Romę moritur, magno vir animo, si secundam fortunam habuisset, Sanguinarius dictus, nimirum à Saracenorum cæde. In vestibulo B. Petri quod paradisum vocant, labro porphyretico, quod adhuc introeuntibus ad leuam apparet, honorificè sepelitur.

Cum autem de creando nouo imperatore consultatio haberetur, & alij Othonem filiū defuncti, alij verò Henricum Bauariæ ducem, primi Othonis ex fratre nepotē exposcerēt, instarentq; Itali quidam, vt Crescentio Nomentano viro clarissimo res committeretur, Germani statim qui tum frequētes Romæ erāt, Othonem III. delegere, quorum sententiam Benedictus approbat. Henricus tum Othonem puerum factiosè raptum, custodia commendauit: sed principes puerum de manu eius extorquentes, in regnum sublimant.

ANNO interea, vt quidam volūt, à natiuitate Domini 981. Iohannes 14. creatur papa. Degebat adhuc apud Constantinopolin Bonifacius 7. qui diuenditis quæ sacrilegio abstulerat, magnā vim auri comparauit: qua fretus, urbem adiit, tyrannidē occupaturus, ciues largitione corrupturus, ppugnatoris sui Ferrucij potentia Iohannem cepit, et in Adriani mole interfecit.

Postea Bonifacius sedem inuasit, sed non multò post subita morte perijt, qui aded omnibus exosus erat, vt defuncti corpus lanceis perfoderetur, à clericis collectum & sepultum est xj. intrusio- nis suæ mense.

ANNO Domini 982. electus est Iohānes xv. patria Ro. sedit mēses octo, hic miro odio in clericos exarsit, vnde vicissim odio habitus, maximè ex eo, qd diuina humanaq; omnia cognatis suis largiebatur, quem morem (ait Platina) ad posteros ita traduxit, vt hodiè perseueret. cometes apparuit, fame & peste laboratur.

ANNO Domini 983. defuncto Iohanne xv. Iohānes xvj. etiā Romanus furrogatur. Sedit annos decem, mēses sex, vir magnæ doctrinæ. B. Volfgangus episcopus Ratisponensis, eo tempore obiit, natiōe Sueuus, comes ex Pfulsingen natus.

ANNO 984. Otho tertius, secundi Othonis filius, Ro. imperium suscepit admodum puer, regnavit annis 18. Tanta fuit rerum gestarū gloria, vt Mirabilia mundi diceretur.

ANNO sequente Crescentius Nomentanus consulem se præferens, vrbis dominium cepit. vnde Iohannes pontifex in eam desperationem ductus, cupiditati hominis cedens, exul in Hetruriā abiit. eò cum venisset, animis resumptis, Othonem tertium per legatos & literas orare cœpit, vt Se. Ap. & oppressæ vrbi opem ferret. Id cum rescisceret Crescentius, pontificis cognatos & amicos mittit, rogat pontificem, vt obmissa accersitione Othonis, sine cura ad urbem cum potestate redeat: polliceturque ei in rebus omnibus se obtemperaturum.

Motus pontifex, veritus etiā, nè si Otho cum exercitu in Italiam ingrederetur,

retur, plus mali quam beneficij secū afferret, ad urbem redijt, prodeunte obuiō Crescētio cum omnibus magistratibus & urbana multitudo, in aedes Lateranēnē magno comitatu introducit, quarum in vestibulo eius pedes Crescētius & omnes seditionis auctores exosculationi sunt, atq; in concordiam* redacti, vitam quietam duxere.

ANNO Domini 987. Ludouicus filius Lotharij cœpit regnare, & postquam annum regnavit, defunctus est. Aliqui scribunt eum veneno extinctū, sicut etiā Lotharius pater eius anno præcedēti scribitur extinctus fuisse. Ludouicus iste filius Lotharij, habuit uxorem Blancam filiam regis Navarre, quā post obitum Lotharij duxit in matrimoniū Hugo Capeth filius Magni Hungonis. Hic Hugo Capeth se non solum de vxore, sed & de regno Franciæ ipsius Ludouici intromisit.

Res hæc translata regni, variè à scriptoribus traditur. Ego probabiliora selecturus, quæ ad rem facient, referam. dedit Austrasiæ regnum tumultui occasionem. nam Lotharius Austrasiam repetiturus, congregato exercitu, Aquisgranum maiore quam credi potest celeritate ingreditur. Prædenti vnà cū vxore Othoni II. cū de Francorum inopinata irruptione nuncius affertur, mirū in modum attonitus, raptis quæ potuit, fuga elapsus est.

Præda ex regis palatio, ditissimoque oppido, atq; ex omni prouincia correpta contentus Lotharius, retrò in Frâciam cessit. Quem non longo interposito tempore magnis copijs insecutus Otho, castra in conspectu Parisiorum ponit. Sed eruptione à ciuibus facta, & Othonis nepote cum alijs pluribus suis ac occisis, ciuitatis suburbia Otho incendit ac recedit.

Sequitur eum Lotharius vsq; ad Isaram & per Suessionum agros, vbi occisorum cadaueribus alueus oppletus est. At pacatis demum regibus, Austrasiam, cuius causa bellum gerebatur, Othoni Lotharius, reclamantibus regni Francorum proceribus, dedit, repugnante in primis Hugone Abbate, qui hanc sibi materiam inuadendi regni sumpsit.

Paulò post apud Rhemos mortuo Lothario, successit Ludouicus. Hic in æde diui Remigij apud Rhemos sepultus est. Carolus deinceps Lotharij frater, quæ alij Carolomannum dicunt, Lotharingiæ princeps, regni gubernacula recipere tentauit. Sed Lauduni cum vxore agentem, Hugo Capetus opera atque prodicione Anselmi vrbs episcopi, recepta vrbe, Carolum intercipit, atque Aureliam in custodiam mittit.

Interea Caroli vxor duos enixa liberos, Ludouicum atque Carolum, spem adipiscendi regni frustra accepit. Sigibertus Othonem Caroli filium, in Lotharingia patri successisse scribit. Hugo ille Capetus animi magnitudine & rebus potens, cū eius conatus nemo reprimeret, vi atque armis regni se diademate insigniri obtinuit. Atq; per hunc quidem modū anno Domini 988. Hugo, Capetus dictus, quod capitia per ludum alijs auferebat, Francorum regnū occupauit: quod non solum virtutis causa, sed etiā nationis titulo sibi deberi aiebat. Et suis inijs cū Carolomannum Lotharij fratrem subegisset, Arnulphum præterea Lotharij fratrem nothum, rhemorum pontificem, synodo episcoporum habita, ab vrbe deiectū, in vincula coniecit, & Rhemis Gilbertum philosophum posuit antistitē. Romani tamen pontificis Iohannis edicto Arnulphus per Signinum Senonē præfulē, reuocato Gilberto, restitutus est.

Hunc Gilbertum postmodum imperator Otho primū Rauennæ episcopum, deindē papā fieri curauit. Hugonis pater, si rectè puto, primū Abbas dictus est, quod ipse & Robertus comes Parisiēnē, primi fuerint, qui relicta monasterijs prædia prouentusque occupauerint; ea sibi suisq; militibus attribuentes, seque abbates appellantes, atque impartientes monachis, prout volebat, adhibito moderamine victūs & vestimentorum.

Post Burcardum ducem Sueuiæ, inuenitur Henricus dux Saxonie ductū ad modicum obtinuisse, & vt coniectura est, tutorio nomine, quia* Lutolphus reliquit filium nomine Othonem, qui obtinuit ducatum Sueuiæ.

Hic

Hugo Capeth Frâciæ rex.

Gilbertus philosophus magis sciens.

Otho Sueuiæ dux.

Regū Francorum mutatio.

Hic fuit pater Gregorij quinti, quo auctore instituti sunt electores imperij Romani.

GENERATIO XXXIII.

ANNO Domini 990. sub Iohāne 16. & Othone tertio, 34. cœpit generatio. Anno 9. Othonis, Rhemis synodus totius Franciæ congregatur, & Arnulphus nothus frater Lotharij quondam, quem ipse Carolus episcopus Rhemis instituerat, omnium iudicio exordinatus damnatur, & Adelgerus presbyter, qui urbem prodidit, & portas Carolo aperuit, execratur. Gilbertus verò magus, instituitur episcopus. Sed quibusdam causam ventilantibus, non potuisse degradari Arnulphum sine authoritate ro. pōtificis, Gilbertus depositus est, qui ad Othonem tertium se contulit, & ab eo Ra-uennæ episcopus institutus est.

Synodus
Rhemēn.

ANNO 996. moritur rex Hugo Capetus, & successit ei in regno filius Robertus, vir admodum doctus. Composuit enim multas profas & hymnos. Sequētiā fecit de Sancto spiritu, *Sancti spiritus asit* &c. & responsum, *Iudæa & Hierusalem*. Fuit Blancæ filius. Hic genuit ex Constantia filia Guilielmi comitis Aurelianē quatuor filios, Hugonem, Henricum, Robertum & Othonē, qui & postea auxilio Richardi ducis Nortmanniæ acquisiuit Burgundiam, quæ iure veniebat ei per mortem ducis Henrici auunculi sui, & fecit ibidem ducem Robertum filium suum, alia de Roberto infra dicentur.

Robertus rex
Gallia.

ANNO Iohānis nono, Otho tertius venit primū in Italiā, qui à Crescentio cæterisque Romanis cum summa obediētia in urbem admittitur. Duxit autem quamprimū cum exercitu suo in Beneuentanos & Capuanos, illosque per vim & arma Romanis pacatos reddidit, secundum Blondum.

ANNO Domini 994. Iohannes pontifex moritur, nec vlla accidit clero & populo in eligendo pontifice contētio, cō quod Otho rex Brunonem consanguineum suum ex gente Saxonum, iussit obtinuitque papam declarari, ac mutato nomine vocatus est Gregorius v. Sedit autem annis duobus, mensibus

Gregorius
quintus.

quinque. filius fuit Othonis ducis Suediæ, qui fuit filius Lutolphij. Hic Gregorius coronauit Othonem III. eiq; benedictionem imperialem impendit, qua celebritate finita, imperator Roma relicta in Germaniā abiit.

Tulerāt iniquo animo Romani Gregorij Pont. creationem, nec dissimulare poterant, nam vix Italia excessit Otho, cum pontifex minis & maledictis exterrit^o, ac magis fortē quā oportuit animo consternatus, vrbe clam excessit, & quum Iohannis exemplo aliquandiu in Hetruria substitisset, nec illum populus Rom. reuocaret, Othonem adiit in Germaniam. Interim Romani Crescentium cum summa potestate denuò consulem decernunt, qui statim Iohannem quendam natione Græcum, episcopum Placentinum, non minus pecuniosum quā doctum, pontificem creat, cuius certē nomen inter pontifices quidam supprimunt.

Otho interea cum magno exercitu aduētabat, cuius aduētū cognito, Crescentius mœnia vrbis & portas quā diligētissimē firmat, molem Adriani munit positos præsidij. Hinc est quod postea moles Adriani, arx Crescentij appellata est.

Crescentius
schismatici
author.

Superueniens deinde imperator, urbem obsedit. popul^o Romanus cum nequaquam tantis copijs par esse posset, clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tum Crescentius & Iohannes consilij & auxiliij inopes, in arcem Adriani confugientes, sese acriter contrā tuebantur. Verūm proposita spe veniæ, dum ex arce ad imperatorem se conferunt, multis vulneribus Crescentius ex fuga retractus capitur, viliq; iumento auerso vultu impositus, circumducitur, & paulatim membris truncatur, ad vltimum ante vrbis mœnia suspenditur. Iohannes verò depositus, excæcatus est. deinde in pristinam sedem Gregorius, xj. mense postquam pulsus est, restituitur.

Hoc in tempore electores imperij primū instituti leguntur, de quo aliqui scribunt, quod Otho III. cum hæredes ex se descendentes mares non haberet, constituit ex consilio principum

Electores
Ro. princ.
primū in-
stituti.

Ger-

Germaniæ, vt imperatore mortuo, in oppido **Francofurt** perpetuò fieret electio, electoresque constituit tres archiepiscopos, Moguntinensem Germaniæ, Coloniensem Italiae, Treuerensem Galliae nomine, & cum his alios quatuor seculares principes, Palatinum comitem Rheni, vt ex officio etiã esset dapifer, ducem Saxonie, qui esset mariscalcus, marchionem Brandenburgen, qui esset camerarius, & regem Bohemiæ, qui archipincerna imperij esset. Hi septem principes, eligendi imperatoris ius & potestatem sic acceperunt.

Itaque aiunt Gregorium quintum, cognita imperij imbecillitate, varietateque fortunæ, quò diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeque cæteris præstet qui virtute & dignitate cæteris præstaret, retulisse sanctionem de imperatore deligendo, videlicet solis licere Germanis principem deligere, qui Cæsar & Romanorum rex appellatus, tũ demũ Augustus & imperator haberetur, cum à Ro. pontifice benedictione præmissa coronaretur: & quòd ordinauerit cum procerum Germaniæ cõsensu electores prædictos, qui vice omnium eligere deberent.

Quòd autem à quibusdam scribitur, sanctionem hanc institutam fuisse anno salutis nostræ M. & II. hoc ita intelligendum puto, quòd eo anno virtute istius sanctionis, prima facta fuerit per principes designatos electio in persona Henrici Bauari. tunc em̄ cœpta est moribus vtetium approbari, & sic sub Syluestro secũdo, qui successit Gregorio, et hoc saluari potest, quòd ex monumentis Aquileien ecclesiæ traditum inuenitur, sanctionem de imperatore à Germanis deligendo, Syluestri temporibus factam esse. vnde etsi Gregori^o sanctionem instituerit, ille tamẽ Syluester electionem primam iuxta sanctionem factam approbavit.

Anno verò Domini 997. Gregorius quintus obiit, in cuius tamen vita Iohannes 17. Placentinus episcopus potentia Crescentij Romani tum cõsulis fretus, quem pecunia corrupisse creditum est, tempore Gregorij v. per sanctionem pontificatũ occuparat. tatum em̄ pecunia-

rũ ex Constantinopoli ad urbem secum detulerat, vt constantes etiã largitione ad maleficium impelli potuissent. Is moritur cum ignominia decimo usurpati pontificatus mense.

Ioh. Placentini interitus.

ANNO Domini 998. Cũ nupèr Gregorius papa Sueuus ab Othone III. opt. max. Cæsare restitutus, fato defunctus esset, ex imperatoris sententia alter subrogatus est Syluester II, episcopus Rauennas. Hic Gilbert^o est Gallus, cuius supra mentionem fecimus, vnus qui totum orbem fraude rectissime dissimulata coinquinauit, aded ingenio, aded multarum disciplinarũ studio celebris. Adolescens Floriacensi cœnobio in Aureliana diœcesi relicto, vitæ liberioris initia diabolo dedit, Hispalim Hispanie ciuitatem, bonarum artium causa peruenit, cupidus literaturæ & doctrinæ.

Syluester 2^o papa magus.

Qua re tantum profecit, vt breuè ex discipulo sit optimus præceptor habitus. Othonem Cæsarem, Robertum regem Franciæ, orbis principes maximos docuit. Interim ipse magica tam studiosè sectatus, vt illorum regulis omnem vitæ rationem moderaretur. horũ opera primũ Rhemensis episcopus, deinde Rauennas creatus est, demũ pontifex Romanus: quẽ ea lege diabolus adiutũ deuinxit, vt post mortẽ suus esset. Sedit annos quatuor & aliquot menses. Et dum dæmonem suũ consulit, quandiũ in humanis futurus esset, ille ambiguo (vt solet) responso, diũ quidem, si Hierusalem non attigeris.

Accidit igitur vt anno quinto ineunte, quũ in sacre Crucis eadem venisset sacris operaturus, in eam templi partem descendit, rem diuinã facturus, q̄ hierusalẽ dicitur: ac tum inter agendũ oraculi memor, sensit fatale tempus adesse. Ibi pœnitẽtia adductus, frequenti populo suũ quod sempèr antè occultũ habuit flagitium, falsus est. Indè multitudinem hortatus ad cultũ veræ pietatis, precatus est, vt corpus suum dissectum & laniatum, quandò ita sanè esset meritis, bigis imponerent, ibi humaret, vbi equi sua sponte constitissent. Itaque diuino nutu in signum perfectæ contritionis, cadauer ad ecclesiam Lateranen delatũ est, eoq; loco sepultum est corpus illius.

Scribit Martinus, tam ex collisione ossium, quam ex sudore ipsius sepulcri vel humectatione potius, deinceps morituri pontificis signa & quidem manifestissima colligi. Idque ipsius sepulcri epitaphium dicit indicare. hic inter claros scientia literarum sua ætate connumeratus esset, si suam scientiã arte diabolica non scõdãssset: vndè quidã in numero pontificum eum non ponunt.

Ad Othonem III. redeo, qui degens Romæ, cum remissius ageret, tractans qualiter iura regni & imperij, nec non ecclesię, ad antiquũ statum reformaret, Romani contra eum conspirant, & aliquot militũ eius peremptis, cum in palatio obsident. vndè per industriã Henrici ducis Boioarię & Hugonis marchionis Italię, simulato pacto pacis, vix extractus, Roma discedit cũ Syluestro papa. Et quia vxor Crescentij relicta, imperatorem spe regnandi ad amorem suũ pellexerat, dolens de eius discessu, venenum ei misit: quo ille poculo sumpto, inter remeãdum in Italia moritur. Milites eius corpus in Germaniam deferunt. eius intestina in Augusta sepeliuntur, reliquũ Aquisgrani tumulatur.

Refert autem Blondus certum esse, Romanos, qui Othonem ob factam eo impellẽte de imperatoris electione sanctionem, oderant, cum ferro nequirent confodere eum, veneno interfecisse. nõ desunt etiã, qui affirmant corpus eius Romę ad S. Petrum esse sepultum. Mortuus est circa annum salutis alterũ supra millesimum.

Circa annum millesimũ multa prodigia visa sunt, terræ motus enim factus est magnus, cometes apparuit 19. Kalen. Ianuarij. Circa horam nonam aperto celo, quasi facula ardẽs cum longo tractu fulguris illabatur terris, & cum tanto splendore, vt non modò qui in agris erant, sed in tectis etiã irrupto fulmine ferirẽtur, quum cæli scissura sensim etianescẽte, interim visa est figura quasi serpentis.

Venerunt in hac generatione Tancredi, vt aliqui volunt, ducis Nortmãnię duodecim filij in Italiam. Ipse enim Tãcredus vir generosi animi, qui apud Nortmãniã Galliarum prouinciã,

duodecim ex duabus vxorib⁹ genuit filios: vbi cum eorum sumptibus premeretur, nouas sedes quærere constituit, fortunamque meliorem & opes meliores alio in loco viribus & ingenio facere sibi consilium.

Deserta itaque Nortmannia, in Italiam primũ perueniens, in Romãdiola substitit, dumq; eo in loco consistit, filij sui tanta contra Salernitanum aliosque Italię principes gessẽre facinora, vt eos viros fortes præstantissimosq; suo malo senserint omnes. Guilielmus Tancredi Magni filius, cui cognomen erat Ferabach, cum à patre Romãdiolam ac Hetrurię partem accepisset, audiens Siciliam à Saracenis opprimi, Molochi, qui pro Constantino Imperatore Calabriam & Apuliam præsidio obtinebat, Salernitaniq; & Campani ducis societate contentus, Siciliam intrepidè inuadit, cuius imperio, statim cæsis fugatisq; Saracenis, potitur. Erat scõdus ea cõditiõne ictum, vt præda & insula, si victoria contigisset, ex æquo inter socios diuideretur.

Molochus insula intercepta, ceteram prædam largè cum socijs partitus est. Dissimulauit iustam iram, quæ ex ea iniuria exarserat, Nortmãnus: copijsq; & præda in Italiam reductis, cum suo exercitu Apuliam ingressus, Melphium circumfedit, vrbeinq; mox deditam opere & præsidio munit. occurrit eò statim Molochus cum Græco exercitu, quem Guilielmus ex improviso adortus itã afflixit, vt post eam victoriã, breui præcipuam sit Apulię partem consecutus. Atq; per hunc modum Nortmanni rerum in Apulia potiri cõeperunt. Decessit Guilielmus sine liberis, venitq; ditio in fratrum potestatem.

In hac generatione inueniuntur fuisse tres duces Sueuię, primò Hermãnus qui habuit filiã Cunradi regis Burgundię & Arelatẽsis, cui successit filius referens nomẽ patris. Huic successit Ernestus marchio Austrię, qui duxit Gisellam in vxorem, ex qua genuit duos filios Ernestum & Hermannum, de quibus sub Cunrado secundo, eorum vitrico, hæc partim per anticipationem sunt scripta.

Cun-

Othonis
tertij in-
teritus.

Prodigia.

Tãcredus
Nortman-
nus.

Saracenis
cilia pulia

Nortmanni
Apulia potiri
cõperunt.

Sueuię
duces.

Cunradus Burgundionum rex moritur anno salutis nostræ M. XCIII. cui in regno successit Rudolph^o, de quo in sequenti generatione dicetur.

In hac generatione, Othone tertio defuncto, principes Germaniæ per sanctionem à Gregorio quinto & Othone constitutam, potestate sibi tradita fungentes, scepra imperij Henrico Bauarorum duci crediderunt, vt mox dicetur. Et quia in præcedentibus sæpè de Bauaris mentio est habita, sed & insequentibus erit habèda, opportunè nunc de prouincia Bauarorum & eius principibus iudicari dicendum.

Bauariæ descriptio.

Bauaria à vetustissimis Noricum, & deinde Boioaria, postremò Bauaria inuenitur esse dicta, quæ ad aquilonem Franconiæ proximat, cui ad meridiem Alpes Italiæ iunguntur, Sueui ad Occidentem eius solem recipiant, Australes ac Bohemi Orientè. Danubius fluius mediam fermè perlabitur inter Austriam & Bauariam, alij Isaram, alij Oenû terminum posuere. Sueuos à Bauaris Lincus determinat. Hanc olim regionem Norici tenuere, cui^o adhuc portio, vulgò *Ries*, inter Ratisponam & Norimbergam cis Danubium sita, Noricum appellatur. Et trans Danubium, auctore Ptolemæo, Noricum, cuius vna pars Bauariæ & Austriæ interposita, nunc Stiria appellatur. Regem eius primû, volunt nonnulli Noricem filium fuisse Herculis, qui & Germanis & Gallis virorum fortium appellatione cõmunis erat. Erat & ciuitas Noris, hodiè Stiria dicta, vbi optimi fiebant enses, indè dicitur Noricus ensis.

Norici.

Erant autem Norici vicinarum alpium incolæ, vt Plinius scribit, Taurisci olim dicti. Et Strabo Noricos populos iuxta Vindelicos montana exteriora tenentes ait, & deindè, Cimbris Illyricum tentantibus, haud longè à Norico quod in alpibus est, cum eis Papyrius Carbo conflixit, atque re infecta abcessit. Haud verò longè post, cum tres fortissimæ gentes, Cimbris, Teutonibus & Ambrones, vno tempore in Italiã irrupissent, partim per Noricos descendisse Plutarchus in Mario ait, atq; vterque exercitus C. Marij auspicijs dele-

tus est, vnus non longè à Salisburga. Deindè Romana arma citra vltraque per Noricum visa sunt, cum interdum tres legiones initio belli Gallici sustinere, quas C. Iulius, duabus additis, vt ipse scribit in Gallias traduxit, vbi excisam rupem patefecit, vt ex vetustissimo quidem epigrammate saxi in monte Crucis dicto, datur intelligi: C. IULIVS CAESAR: nam reliqua præ vetustate nequeunt legi.

1. bel. G. 9. sed aliquãrò aliter, q̄ hic allegatur.

Fertur quoquè idem Iulius in faucibus montium arcem munitissimã extruxisse cõtra Germanos pugnaturus, vt milites ad eam refugium adiuuandû haberent, & indè castrum Iuuauense, vulgò *Helffenberg* dictum. fluius quoquè adiacens, Iuuarus dictus, à quo ciuitas indè condita Iuuauia, nunc Salisburga dicta inuenitur. Tenebant enim Norici trans Danubium magnam partem. Iulius in commentarijs ac Cor. Tacitus testes sunt, vt dicetur. Noricis autem Boioarios successisse, omnibus persuasum est, & quòd à Boijs Boioarij sint dicti. Cui Strabo vires adhibet: Romani, ait, Boios Gallorum Insubrium gentes, finibus eiecerunt. indè migrantes, circumadiacetes Istro locos cum Tauriscis habitauerunt.

Iuuauia.

Boij/ Boioarij.

Idem quoquè Strabo describès Heluetios & Vindelicos, post Vindelicos autem desertam Boiorum regionem esse affirmat vsq; Pannonias. Idem Strabo Germaniam describens, Boios prius Hercyniam syluam habitasse asserit, & Cimbros agmine facto eorum inuasisse locum, atque à Boijs eiectiones fuisse. Itaque satis persuasum est, Boioaricum nomen ex Boijs descendere. ager enim eorum trans Danubium, Hercyniam syluam non parua ex parte occupat.

Locupletior testis est qui visa refert, Iulius in principio commentariorum suorum: Heluetij, inquit, Boios qui trans Rhenum incoluerant, & in agrû Noricum transfierant, Noricamq; oppugnauerant, receptos ad se, socios sibi adsciscunt. Consentit Cor. Tacitus, de situ Germaniæ scribens: Igitur, inquit, inter Hercyniam syluam Rhenumque & Moeni amnes, Heluetij vteriora ac Boij, Gallica vtraque gens, tenuere.

1. bel. G. 5.

Et hæc de Noricis atque Boioarijs dicta.

Bauariam verò dictam aliqui scribunt, à Bauaro quodam, qui ex Armenia fuerit oriundus, & eam obtentam à se nominari voluerit, præcessisseq; hoc nomen Noricos atq; Boioarios, quod non est vero simile, cum nec Iulius, nec Cor. Tacitus aut priscorum aliquis eius nominis meminerit, sed recens quidem nomen creditur, & circa annum Domini 530. inuentum.

Erant Auares Hunnorum sub Attila militantium reliquæ à Gepidis victæ, quæ cum rege Zeliorbe duce, cum 20. Hunnorum millibus, bello quod Iustinianus contra Parthos feliciter gessit, Cosdroæ Parthorum regi aduersus Romanos auxiliũ tulere. Sed Cosdroas illos Hunnos tanquàm suspectos, vt qui ab imperatore Rom. munera accipissent, incautos maxima oppressit clade, quæ clades super alias acceptas effecit, vt Hunni qui superfuerant, nomen antè gloriosum exosi, sese ab Auare rege, qui successit Zeliorbi, Auares nuncupauerint: qui quidem tanquàm à cætera barbarie profugi, relictis Pannonijs, in Noricum recesserunt. Vnde factum est, vt prouincia Noricorũ ab Auaribus, addita litera, B, Bauaria sit dicta, Blondo teste. alij verò aliter, vt mox dicitur.

Reges & duces Bauarij.

Quos reges ducésve Bauariam gubernantes inuenire potuerim, hi sunt: Bauarus ex Armenia oriundus, prouinciam obtinuit, & eam à suo nomine Bauariam appellauit, longè ante CHRISTI natiuitatem. Illud verò non benè consonat, cum prisci scriptores Noricum aut Boioariam, non Bauariam dictam describant. Sequitur inter primos reges prouinciæ, Norix Herculis siue Terræ filius, à quo Noricia, nam ita Græci appellant, est appellata, Verùm quòd postea Norici habuerint reges, testis est C. Iulius in commentarijs, qui refert Ariouistum regem Germanorum, duas habuisse vxores, vnã Sueuam, alteram Noricam, regis Voccionis sororem.

z. bel. G. 40.

Tempore natiuitatis Christi scribunt aliqui sine certo auctore, Bohemundũ

& Ingranum fratres ex Armenia, ducatum Bauariæ tenuisse. hos secutus est Adelgerus, Teudo illi successit, sub quo anno salutis nostræ 182, Bauaria à Ludouico ad Christianismum conuersa dicitur. Hunc ego Lucium regem Britaniæ fuisse existimo, qui sub Eleutherio papa cum quodam populo regni sui baptizatur, venitque Vindelicam, hodiè Augustam. ibi fidem Christi prædicans, lapidatur: & in puteum missus, à Christianis extrahitur, ac deinde in Curiensi ciuitate martyrio coronatur. potuit tum & Bauaris præfuisse.

Post hæc anno salutis nostræ 590. Garibaldus rex Bauarorum, filiam suam Teudelindam desponsasse Anthari regi Lögobardorum scribitur. Eo tempore vsu venit nomen Bauarorum. Garibaldum regem inopinatè aggressus Childebertus rex Francorum, Bauaria expulit, qui Childebertus aliquatò post Bauaria, quam tyrannicè tenebat, relicta, regem in illa Tassillonem instituit, cum quo id solùm egit, vt Sclauos Danubio accolat ad fidem Christi compelleret.

Deinde anno Domini 612. Teudo à sancto Ruperto baptizatur. Rupertus iste ex regia stirpe Francorum ortus, tempore Hildeberti regis Francorum, Vormatiens rexit episcopatũ. Post cuius obitum virgis cæsus eijcitur, què Teudo dux Bauarorum in vrbe Ratispona suscepit, à quo & baptizatus est. deinde Iuuauiam veniens, nunc Salisburgam, proprietatem à duce recipiens, episcopalem erexit ecclesiam. factus episcopus, vicinas conuertit gentes. Ideò apostolus Boioariæ, Austriæ & Stiria nuncupatur.

Defuncto Teudone, Theobertus filius illi successit, huic successit Teudo dux, sub quo Landebertus propter sororem suam meretricem, sanctũ Emeramum martyrizauit. Post Teudonem ponunt aliqui Vdilonem, qui tempore Pipini patris Caroli Magni, dux Bauariæ fuit. sed inter Teudonem per centum annos vsque ad Vdilonem, regnauerunt in Bauaria reges

Cacani no-
men.

reges Cacanni, ex gentis consuetudine ita dicti, de quibus Blondus & Platina, alijque nonnulli non incelebres mentionem faciunt. Et ut coniectura est, Udilo illis successit, cuius filiam aut neptem **Schuanhildim** Carolus Martellus duxit vxorem, ex qua genuit Gryphonem.

Hunc Udilonem ducem Carolomannus & Pipinus fratres, priores Caroli Martelli filij, prælio aggressi fuderunt. postea factus est dux Tassillo, qui duxit filiam Desiderij regis Longobardorum. hunc Tassillonem Grypho ad deditiōnem ducatus compulit. Quod cum accepisset Pipinus, exercitum in Bauariā duxit, & fratrem Gryphonē cepit, Tassillonemq; ducem restituit.

Fertur Tassillo iste fuisse frater Pipini & Gryphonis, quod non benè quadrat. erat autem aliās eis sanguine iunctus. Tassillo autē cum primoribus gentis suæ, fidelitatem Pipino regi & filijs eius Carolo & Carolomanno, anno Domini 757. fecisse legitur. Idem Tassillo post obitum Pipini, immemor iuramenti quod fecit, hortatu vxoris, quæ filia Desiderij fuit regis, rebellis Carolo Magno factus est. Deindē datis obsidibus, reconciliatur. Veruntamen paulò post suadente vxore, Auares seu Hunnos in dissipationem regni vocauit, multaque alia hostiliter egit, ob quæ maiestatis læsæ reus iudicatus est. Verum cōsanguinitatis contemplatione vita concessa, vnā cum filio Theodone tonsuratur, & in monasterium ad agendum pœnitentiam detruditur anno Domini 788.

Ab eo tempore Bauaria in prouincię formam redacta, mansit sub regno Caroli & liberorum vsque ad annum Domini 876. quo tempore moritur Ludouicus rex Germaniæ, & reliquit tres filios. Carolomannus factus est rex Bauarorum, Ludouicus obtinuit Orientalem Franciam, Thuringiā &c. & vocatus est rex Ostrofranciæ. Carolo verò cessit Alemania, hoc est, Sueuia, & vocatus est rex Alemanniæ. Carolomanno successit Arnulphus rex, qui principabatur Boioarijs, Sueuis, Francis Orientalibus, Lotharingis & Saxonibus, qui factus imperator, diū moram

Ratisponæ duxit. Arnulpho successit Ludouicus rex Bauarorum & imperator. moritur anno Domini 913.

Sub hoc Ludouico inuenitur Arnoldus dux Bauariæ, qui, electo Cunrado primo imperatore, ad Hungaros confugit, & vsque ad Cunradi obitum ibi permansit, & scribunt aliqui Arnulphum imperatorem cōstruxisse **Schyren**, & reliquisse tres filios ex Agnete regina Græciæ, Ludouicum postea imperatorem, Arnulphum ducem Bauarię, & Vuernherum comitem in **Schyren**. Ludouic⁹ obiit finē sobole. Vuernherus genuit Othonem Palatinum de **Witilispach** & Eckhardum de **Schyren**, ducem cognominatum, **mit dem buntschuch**, q Eckhardus genuit Othonem de **Schyren**, à quo descendit Otho, à Friderico primo dux Bauarię designatus, de quo Othone mox dicetur. Arnoldus autem dux genuit Adelheidam vxorem Othonis ducis Saxonie, ex quibus natus est Henricus postea primus Romanorum rex, & Baba, à qua **Basenberg** fertur dicta. Henricus rex genuit Othonem Magnum, & Henricum ducem Noricorū. Henricus dux genuit Henricum patrem Henrici Claudi & *Gisilam filiā. Henricus iste electus fuit in imperatorem Ro. vt in hac generatione mox sequitur.

De hac Arnulphi progenie dubitari potest, maximè ex eo, quòd ab omnibus historicis genus Caroli Magni in Germania defecisse scribitur in Ludouico Arnulphi filio & Cunrado primo per virilem sexum, itumque sit ad Saxones, quia nemo supererat ex stirpe Caroli apud Germanos, licet in Francia Occidentali, hoc est, in Gallia superessent. Modò si Arnulphus imperator reliquisset non solum Ludouicum, sed & Arnoldum ac Vuernherum: sequitur quòd non defecit genus Caroli in Ludouico & Cunrado, quia Vuernherus genuit Othonem & Eckhardum, Eckhardus autem genuit Othonem.

Vndè alij scribunt, Ludouicum Arnulphi filium nullos habuisse fratres, & quòd sub Ludouico Arnulphi filio potentissimi erant principes & duces, Arnoldus in Bauaria, Burckardus in

Bauaria à
Fræcis prouincia facta.

Sueuia, Eberardus in Francia, Henricus in Saxonia, Gilbertus dux in Lotharingia. Vndè defuncto Ludouico, & Cunrado primo in imperatorem electo, Arnoldus dux Bauariæ terrore coactus, cum vxore & filijs ad Hungaros fugit, ibique vsque ad Cunradi obitum permansit. ex quo clarè patet, quomodo etiã sub regibus Orientalis Franciæ, per prouincias duces fuerunt constituti, alieni à progenie Caroli Magni. ita potest & de Arnolde duceratio haberi.

Vtcunque tamè sit, in eo omnes concordant, quòd Arnoldus per hæc tempora fuerit dux Bauariæ. Habuit etiã fratrem nomine Bertholdum. Deindè sub Othone primo Arnolde vita functo, filij eius rebellare cœperunt regi, ob quam causam Otho rex eos ducatu priuauit, & eũdem ducatum Bertholdo duci ac patruo concessit: quo postmodum defuncto, anno Domini 947. rex Henricũ fratrem suum de ducatu Bauariæ inuestiuit, filijs Arnoldi quondam contemptis, quorum Arnoldus iunior dictus, apud Ratisponã pugnans, gladio est confossus. Tenebat itaque Henricus Bauariæ ducatum vsque ad mortem, eumque reliquit Henrico filio, qui fuit pater Henrici secundi, inter sanctos relati. Hic fuit in imperatore electus anno Domini 1002. Henricus imperator postea defunctus est sine sobole.

Erat in humanis Cuno dux Bauariæ, vt refert Gotfridus Viterbieñ, qui interrogatus à principibus, defuncto iam Henrico, quis sibi imperio aptior videretur, respondisse fertur, Nepos meus dux Cunradus. attamen ironicè. quo audito, vniuersi elegerunt Cunradum secundum. Cuno dux Bauariæ anno vltimo Henrici tertij relegatus ab imperatore obiit, & imperator ducatum Agneti imperatrici priuato iure dedit.

Scribit tamè monachus Hersueldeñ monasterij, qui eo tempore in humanis fuit, quòd Henricus ex Agnete duos filios habuerit, Cunradum & Henricum. Cunradum Bauariæ præfecit ducẽ. quo defuncto, ducatum imperatrici, quoad

vellet, Henricus dedit: hunc ducatu imperatrix post obitum imperatoris anno 1061. cõsentiẽte filio Hèrico Imp. Othoni cuidã ex Saxonia viro potenti dedit, videns eũ industrium & iuuandis regni negocijs satis opportunũ, qui cum esset clarus & magnę authoritatis in palatio imperatoris, sicut semper gloriam solet sequi inuidia, subornatur quidã Egeno nomine ab æmulis, qui diceret regi, Othonem in necem eius conspirasse. Et postquam Otho recusauit se purgare duello, rex eũ ducatu priuauit per sententiã Saxonũ, quem ducatu per interuentũ Rudolphi ducis Sueuorũ, Guelfo Sueuus nobilis & potens, gener prædicti Othonis suscepit, de quo dicitur infra generatione *34. & 36. Indè secuta sunt multa mala.

Guelfoni successit filius referens nomen patris, qui procreauit Henricum ducem Noricorum, ex cuius filia Iuditha Fridericus dux Sueuorũ genuit Fridericum postea imperatorem. Henricus dux habuit duos filios, Henricum & Guelfonem. Henricus in ducatu successit, & Superbus est dictus, qui * Gertrudem filiam regis Lotharij ducis Saxoniæ, in vxorem recepit, & mortuo Lothario, ducatum obtinuit. Guelfo frater illius, dux Sardinia & Spoleti, & marchio Tusciæ factus est. Henricum Superbum post obitum Lotharij Cunradus secundus iudicio principum proscripsit, ei que ducatum Bauariæ abstulit, & eũdem Luitpoldo filio marchionis Austriae contulit. Henricus fugatus ad Saxoniam venit, vbi defunctus est.

Luitpoldo successit frater suus Henricus, reliquit autẽ Henricus Superbus filium sui nominis, inter quem & Henricum Australem ducem Bauariæ longa fuit discordia, quos postea Fridericus primus concordauit, fecitq; ex marchia Austriae ducatum circa annum Domini 1153. hoc acto, quòd Henricus Henrici Superbi filius ducatu Bauariæ reciperet, & Hèricus Australis Austriae ducatu obtineret. Hic Henricus priusquam Bauariæ ducatum recuperaret, vt referunt chronici quidã authores, duxit vxorem filiam Cũradi ducis de Zæringen, genu-

Otho primus
Henricũ fra-
trem præfe-
cit Bauarię.

Guelfones
Bauariam
occupant

* Gertruda

genuitque ex ea filiam, quæ Danorum regi nupsit, & consanguinitatis causa ea dimissa, accepit in matrimonium filiam Henrici regis Anglorum, à quo rege sanctus Thomas Cantuariensis est passus.

Henricus itaque dux Saxonum & Bauarorum, de Agnete filia regis Anglorum quatuor filios suscepit, Henricum, Othonem, Guilielmum, Ruthenum. Otho à Richardo rege Angliæ factus est comes Pictaviæ, qui postea anno Domini 1198. post Henricum sextum electus est in imperatoré. Guilielmus rexit ultra Albim fluuium Sclaus. Ruthenus obiit in Apulia.

Henricus itaque genitor horum, postea Iesæ maiestatis reus, à Friderico primo utroque ducatu priuatus est. ducatum Bauariæ Othoni Palatino de **Witilaspach** contulit, qui Henricum inde expulit: ducatum verò Saxonie contulit Bernardo comiti de **Anhalt**, qui Héricum vsq; ad ciuitatem Brunsluigam fugauit.

Otho dux Bauariæ genuit filium Ludouicū, qui creditur arcem in **Ladschut** edificasse, in **Jugelsheim** interfectus dicitur. huic successit Otho dux Bauariæ, qui duxit in uxorem filiam Henrici vltimi comitis Palatini Rheni, de quo inuestitus à Friderico, Palatinatum primus in domum Bauarorum introduxit.

Otho Bauariæ dux & comes Palatinus Rheni, duos habuit filios, Ludouicum & Henricum. Ludouicus factus est comes Palatinus Rheni, cui & Bauaria superior cum Monachio cessit.

Henricus verò Bauariam inferiorem cum **Landschut** obtinuit. Hic Henricus reliquit tres filios, Othonem, Ludouicum & Stephanum. Otho iste aliquantispèr fuit rex Hungariæ, expulit eum tamen è regno Carolus regis Siciliae filius. Otho iste genuit Henricum iuniorem ducem Bauariæ, qui decessit sine sobole. Ludouicus similiter obiit sine prole. Stephanus reliquit duos filios, Héricum & Othonem. Henricus reliquit Iohannem, qui obiit sine sobole.

Hæc fuit pgenies Henrici filij Othonis, primi comitis Palatini. Ludouicus

verò eiusdem Othonis filius, habuit (vt quidam volunt) successiuè tres vxores. Prima fuit filia ducis Brabantia, quam fertur interfecisse in *Vuerdea. secunda fuit ducissa Polonia, ex qua procreauit Ludouicum ducem, qui à quodam comite de **Hohenloe**, hasta ludendo Norimbergæ est occisus. Tertia fuit filia Rudolphi regis Rom. ex qua procreauit duos filios, Rudolphum qui postea factus est comes Palatinus Rheni, ex quo Rudolpho descenderūt postea comites Palatini. procreauit & Ludouicum, qui factus est postea Imperator Rom. à quo descenderunt duces in Monachio & **Landschut** moderni, & sic Ludouicus Othois filius, est stirps communis pgenitorum Rudolphi comitis Palatini & Ludouici imperatoris de quo ordine dicam.

Est tamen verum, quòd aliqui negant Ludouicum, à quo Rudolphus & Ludouicus imperator postea pcreati sunt, habuisse primam vxorem de Brabantia quam interfecerit, sed volunt aliū quendam Ludouicū eam habuisse, quod ego veritatis indagatoribus relinquo, & venio primū ad lineam Rudolphi, qua finita, expediam lineam Ludouici. Rudolphus dux & Palatinus Rheni, ex filia regis Adolphi de **Nassau** tres generauit filios, Rudolphum qui sine virili prole decessit, Rupertū cognomēto Rufum, ex quo etiā nemo superest. Adolphus tertius filius, comes Palatinus est factus, qui propter ignauiam fuit amotus, & Rupertus Rufus vice sua successit. Post obitum verò Ruperti successit in electoratu Rupertus Adolphi filius ex comitissa de **Dettingen** genitus. hic Rupertus

Rupertus rex Romanorū.

ex filia regis Aragoniæ ac Siciliae procreauit Rupertum postea regem Romanorum, qui Rupertus rex ex filia Burgrauij de Norimberg genuit filios, Rupertum, Fridericum, Ludouicum, Stephanum, Othonem & Iohannem. Rupertus & Fridericus decesserunt sine sobole: Iohannes procreauit ex filia ducis Pomeraniæ Christophorum, qui factus est rex Danomarchiæ, & moritur sine prole. Ludouicus verò factus est Elector imperij, hic procreauit ex Cyprica regina

Philippus
comes Pala-
tinus.

Ludouicum, Fridericum & Rupertum, & filias, vna Mechtilda dicta est. Ludouicus filius duxit Margaretā Amedei ducis Sabaudia filiam, ex qua genuit Philippum comitem Palatinum modernū. sed antequam adoleuisset, Fridericus patruus vice eius Electorem gessit. Philippus iste ex Margareta filia Ludouici ducis Bauariae procreauit ad minus nouem filios, & filias quatuor. nomina filiorum, Ludouicus, Rupertus, Philippus, Fridericus, Georgius, Henricus, Iohannes, Wolfgangus & Otho Héricus. Frideric⁹ patru⁹ Philippi, reliquit Ludouicū comitē de *Leostain*. Rupert⁹ factus fuit episcopus Colonienfis. Mechtildis nupsit Ludouico comiti de Vuirtemberg & montis Peligardi. Stephanus autem Ruperti regis filius, procreauit plures filios. ex his Ludouicus Niger dictus & Fridericus reliquerunt liberos. Ludouicus duxit vxorem Croiam, ex ea genuit duos filios adhuc superstites, Gasparem & Alexandrum. Fridericus reliquit filium Iohannem, qui duxit vnam de Nassau, ex qua reliquit filiū. Otho dux etiā Ruperti regis filius, procreauit ex filia Henrici ducis Bauariae Othonem ducem & fratres plures, quorum vnus fuit Argentinae episcopus.

Nunc redeo ad Ludouicum imperatorem. Hic procreauit ex duabus vxoribus sex filios, Ludouicum, Stephanum, Arbertum, Guilielmum, Ludouicum Romanum, & Othonem. vltimi tres decesserunt sine sobole, Ludouicus verò factus est marchio Brandeburgi, qui ex filia comitis de Tyrolis genuit Menhardum, & is decessit sine prole. Ex Alberto Guilielmus comes Hollandiae fuit, ex alijs nemo superest. solus conseruauit genus Stephanus. Ex ducissa nanque Selandiae procreauit tres filios, Stephanum, Fridericum & Iohannem. ex his Stephanus dux in *Ingolstadt* / ex ducissa Mediolani generauit Ludouicum, & filiam postea reginam Francia. Ludouicus iste procreauit filium referentem nomen suum, & erat gibberosus, qui obiit sine virili sobole. Fridericus autem secundus Stephani filius, ex ducissa Mediolani genuit Henricum cognomento Diuitem, qui Henricus

ex sorore Alberti regis Romanorum ducis Austriae, genuit Ludouicum & duas filias, Ludouicus ex ducissa Saxoniae genuit Georgium ducem modernum, & Margaretam vxorem Philippi comitis Palatini. Georgius ex regina Poloniae filias solum genuit. filiarum autem Henrici pdicti vna nupsit Othoni duci de *Mosbach*, & generauit Othonem Bauariae ducem, fratresque eius. secunda Elisabeth nupsit Vdalrico comiti de Vuirtemberg, ex quo genuit Eberhardū ducem de Vuirtemberg secundum & Henricum comitem, qui Henricus ex comitissa de *Witsch* genuit Vdalricum modernum ducem, & ex comitissa de *Salm* secunda vxore Georgium & filiam duci Brunsvigenfi matrimonio iunctā, celebratis nuptijs prima die mensis Ianuarij sine magno strepitu & apparatu in *Brach* 1515. Iohannes quoque tertius filius Stephani ducis, procreauit Guilielmum & Ernestum ex comitissa Goriciae. Guilielmus obiit sine prole. Ernestus dux de Monachio, ex ducissa Mediolani procreauit Albertum, qui ex ducissa Brusvigeni genuit Sigismundum, Wolfgangū, Christophorum, Albertum, Guilielmum, Iohannem. solus ex his Albertus ex filia Friderici imperatoris tertij, sorore Cæs. Maximiliani procreauit Guilielmum & Ludouicum, & filias quatuor, quarum vna Sabina nupta memorato Vdalrico duci Vuirtembergensi, & nuptiae anno 1511. secunda die martij cum sequentibus magno apparatu celebratae. Altera eodem anno Ludouico Palatino Rhени copulata. Tertia in nupta manet adhuc iuuenula cum Sabina sorore ducis Vdalrici Vuirtembergensis vxore. Quarta verò natu maior inter sorores, cum desponsata fuisset Ludouico comiti Palatino, ante celebratas nuptias vita functa est anno 1505.

Alij aliter Bauaricae gentis principes annotauerunt, referentes quod anno Domini 508. gens Noricorum & Bauarorum duce Teudone, Romanis eiectis, ad proprias sedes reuersi sint, & quod exercitus Romanus apud *Dettingen* a Teudone* proster⁹natus fuerit. Obijt autem Teudo dux primus Bauarorum &

Vdalricus
Vuirtemberg
gen. dux

& succedit ei filius Vdo anno Domini 537. qui obiit anno Domini 565. illi successit Theodobaldus, qui de Italia omnes Gotthos expulit. sed hoc certè non quadrat.

ANNO Domini 567. Geribaldus cum suo filio ducatum occupat.

ANNO 580. Childebertus rex Francorum, Tassillonem Bauariæ præfecit, Geribaldo & filio eius eiectis, qui redeunt anno 598.

ANNO Domini 600. Antharis rex Longobardorum Geribaldi regis filiam Teudelindam duxit uxorem.

ANNO 614. Tassillo secundò regnat in Bauaria. obiit anno Domini 650.

ANNO Domini 651. Grimoaldus dux Bauarorum constituitur à regibus Francorum.

ANNO Domini 696. Teudo dux per regem Francorum Bauaris præficitur, obiit anno Domini 718. succedunt Grimoaldus & Theoaldus filij. Grimoaldus obiit ab hinc anno secundo, cui Hugibertus in ducatu successit. Hugibertus obiit anno Domini 739. cui Odilo successit.

ANNO 741. Pipinus filius Caroli cum fratre Carolomanno, reges cum Odilone pugnaverunt & vincunt. natus est Tassillo anno 743. iterum pugnaverunt contra Odilonem ad Licu fluumium.

ANNO Domini 748. Pipinus fratrem suum Gryphonem expulit de Bauaria quam occupauerat, & Tassilloni proprio sororio ducatum restituit, qui Tassillo fidem Pipino dedit.

ANNO Domini 765. Odilo dux Bauariæ pater Tassillonis obiit, quem Pipinus præfecit. Tassillo anno 772. Carinthiam subijcit, & Romæ filius eius Teudo baptizatus est ab Adriano papa.

ANNO Domini 787. post hominum præstitum, detonsum & cæcatum Tassillonem Carolus detrusit in monasterium cum filio Diotone, retinuitque ducatum. Carolus deinde annò 811. Bernardum fecit regem Bauarorum.

Anno 815. Clotari^o regnat in Bauaria.

Anno 818. Bernardus rex post rebel-

lionem à Ludouico excæcatur.

Anno Domini 839. imperator obiit, cui quatuor filij succedunt. Iterum cessat regnum Bauarorum per 67. annos.

Ludouicus propter insultum Hungarorum dux Bauariæ efficitur. præfuit 7. annis, & successit illi Burckardus, qui primo anno occiditur.

Anno 912. Cunradus rex fit, cui rebellat Arnoldus dux Bauariæ, & propterea in Hungariam pellitur.

Anno 917. Burckardus dux Bauarorum & Alemanorum constituitur.

Anno 921. Arnoldus dux Bauariæ pacificatur Henrico regi Ro. illi successit frater Bertoldus.

Anno 948. Henricus frater Othonis Magni ducatum accepit.

Anno 954. Luitolphus dux Othoni regi patri suo rebellat, Henricumque ducem de Bauaria pellit.

Anno 955. Hungari Bauariam vastat, ducente eos Othone Schirensi comite. sed iuxta Augustam in die S. Laurentij, ab Othone rege victi sunt.

Anno 956. Heroldus archiepiscopus à duce Hérico Bauariæ, qui expulsus erat, apud Muldorsff excæcatur. dux eo anno obiit. Henricus filius eius succedit.

Anno 995. Héricus dux Bauariæ, & Hezilo, obiit: cui alter Héricus filius eius succedit, & tertio anno mori, cui Henricus alius filius Hezilonis succedit, & ecclesiã Bambergensem fundauit. Hic Héricus, Othone tertio mortuo, in regem Ro. eligitur anno 1001. & Henricus frater S. Kundegundæ fit dux Bauariæ, cui obeunt Henricus filius succedit anno 1026. Henrico anno Domini 1049. à suis stragulato, Otho succedit.

Anno eodem Cono fit dux Bauariæ, quem Otho prædictus interfecit. Anno 1070. Otho dux Bauariæ regi Henrico rebellis pellitur, Guelfo à rege*, qui 50. anno sui ducatus obiit, & Henricus frater eius successit, qui Henricus obiit anno 1127. & Henricus filius successit. iste anno 1129. obiit, & Fridericus dux ei succedit, obiit anno 1147. & illi Henricus Saxo succedit.

Anno 1180. Henricus dux Bauariæ 34. anno sui ducatus ab Imp. Friderico deijcitur, Otho Palatinus Schirensis sub-

substituitur, q. obiit anno 1183. Ludouicus filius succedit, q. 39. anno sui ducatus à quodam cultro percussus apud **Chelheim** obiit, cui successit filius dux Otho. cetera vt supra.

Henricus 2.
Imp. 87.

A mundi exordio quater millesimo DCCCC.LXVI. anno, salutis secundo super millesimum, Othone 3. mortuo, Germani electores concessio iuri per sanctionem Gregorij 5. & Othonis 3. primum innitentes, Henricum ducem Bauariæ, comitè Bambergensem, Claudum postea dictum, Cæsarem declarant, qui non per successionem, sed per electionem designatus Cæsar & Augustus, imperauit annis 22. vocatus Henricus secundus. ita ipse se Bambergæ appellasse inuenitur, licet Itali pro maiori parte eum primum appellent, nec in catalogo ponere velint Henricum Aucupem, Magni Othois patrem, qui tum à Germanis in Cæsarem fuit canonicè sublimatus. & contra eos iudicio meo facit textus qui incipit, Constitutio, & est palea 63. dist. Constitutio, inquit, primi Henrici & primi Othonis cum Romanis pontificibus &c.

Henricus iste aduentum suum in Italiam per annos XII. fertur distulisse. Multa enim cum Gallis, plurima cum Metensibus siue Mediomatricibus bella feliciter gessit. in regem autè regni inungitur à Vuillegiso Mogutino archiepiscopo. in bellis fortunatus fuit, Boemiã Bodislaumq; ducè cum omni gente Sclauorum imperio Ro. subiugauit. Est tamen verum, vbi Bohemia & Sclauorum gètem, quorù magna pars adhuc infidelis erat, adire vellet, exercitù suũ eucharistia sancta premuniri curauit. in loco deinde certaminis vidisse fertur, sanctos Laurentium & Georgiũ ac Adrianum, pcedere exercitũ cum vexillo crucis, & angelum Dei cecitate percutientem aduersarios, sicque sine sanguinis effusione deditioe facta, de illis triumphauit.

Ioh. 18. papa

papa mortuo, Iohannes huius nominis XVIII. p̄ficitur, & quinto mense moritur.

Ioh. 19. pap.

Eodem anno Iohannes 19. patria Romanus, pontificum iniens, serè octosus sedit annos quatuor, menses quin-

que. Henricus rex sexto regni sui anno episcopatum Babenbergensem constituit, locumque ipsum p̄diorum diuitijs & omni ornatũ decore copiosissimè ditauit, in meridiana quoque parte ciuitatis monasterium in honore sancti Stephani protomartyris sub ordine canonico construens, ex altera verò parte aquilonari aliud monasterium sub monachali regula in honore sancti Michaelis & sancti Benedicti abbatis constituens, sibi suęque ciuitati supra petram apostolicę firmitatis fundatæ, muroq; & propugnaculis meritorum sancti Georgij patroni, ceterorumq; sanctorum munitæ ac exornatæ, contra incetiosos vitiorum iactus turrim fortitudinis in Stephano, & contra aquilonem, vnde malum omne pandetur, refugium certum in angelico p̄parauit p̄sidio.

Regis autem frater Bruno Augustensis episcopus, felicibus eius actibus inuidens, multas illi aduersitates propterea inferebat, cui rex non solum talionem non reddidit, verum etiã omnia dissimulando, patienter illum in bono vincere satagebat.

ANNO deinde salutis nostræ 1021. Eberhardus primus ecclesiæ Bambergensis episcopus, ordinationis suæ anno 13. dedicauit ecclesiam sancti Michaelis in monte. Henricus rex, cogentibus principibus, *Kunigundem comitis Palatini Rheni Sigifridi filiam duxit uxorem. Chronica noua Norimbergæ impressa, describit genus regis ac reginæ. Regis genus incipit in Luitolpho duce Saxonum, cuius filius natu maior, belligerans cum Danis, in mari *Balthico periit. Otho alter filius in ducatu successit, reliquit filium Henricum, Humilem dictum, & Babam filiam matrem Alberti comitis Bambergensis, quem ob necem fratris sui Cunradi Ludouicus imperator decollauit. à Baba Babenbergæ dici fertur. Henricus Humilis, aliàs Auceps, post Cunradum regem, illius occisi Cunradi filium, eligitur à principibus Germaniæ in regem Romanorum. Is duxit Mechtildam sanctæ conuersationis fœminam, ex qua genuit Othonem Magnum & Henricum du-

Bamberg
episcopatus
fundatum

Ger
gu

ducem Bauariæ, Henricus dux Bauariæ genuit Henricū, de quo sub Othone secundo, qui postea genuit Henricū hunc, & obiit Ratisponæ anno Domini 995. sepultus in cœnobio S. Emerami, cum tali epigrammate: Henricus, romani regis pater, & defensor legis, Bauariæ cultor pius, est hic dux Henricus sepultus.

Habuit autem Henricus rex fratrem episcopum Augustensem Brunonem, & sororem dictam Gisela, quæ nupta Stephano regi Hungariæ regnum ad Christi fidem conuertit. habebat adhuc aliam sororem, vt refert Hermannus Contractus, etiã Gisela dictam. sed vt scribit Got. Viterbiens, neptis illa erat Hærici regis, & primò nupta fuit Arnulpho duci Sueuorum, cui peperit Ernestum & Hermannum filios.

Mortuo Arnulpho, Gisela contraxit cum Cunrado duce Francorum contra voluntatem Henrici, quæ admodum latius clarebit inferius. Verum quo pacto Henricus frater Magni Othonis, factus sit dux Bauariæ, ita scriptum inuenio: Deniquè Othone Magno regnante, mortuus est Arnoldus dux Bauariæ, & filij eius superbia elati, iussa regis contempserunt, recusantes ire in comitatum. Commotus rex, ducatum Arnoldi dedit fratri illius Bertoldo: quo defuncto, postea monitu & intercessione matris suæ, Otho præfecit fratrem suū Henricum Bauaris. Erat autem ipse Hæricus copulatus matrimonio filia ducis Arnoldi foemina egregia, mirabilisque prudentia, & sic Hæricus ducatum obtinuit. quod tamen Arnoldus filius prædicti Arnoldi ac fratres eius, ratum habere noluerunt, ex quo & Arnoldus paulò post in obsidione Ratisponæ fuit interfectus.

De genere S. Kundegundis ita refert chronica Norimbergensis: Carolus, inquit, Magnus Ludouicum imperij successorem reliquit, Ludouicus autem cognomento Pius, imperator, inter ceteros filios tres habuit, Carolum regem Gallia, alterum Ludouicum regem Francia, tertium Sigisfridum Rhemi comitem Palatinum, is Sigisfridus ex vxore

sua Machtilde tres filios ac filiam vnicam genuit, tertius filius factus est Palatinus Rheni Hæricus nomine, cui pater prouinciam Boioaria adiunxit. Illi Henrico filia à Deo data fuit Kundegundis, diuo Henrico imperatori matrimonio iuncta.

Hæc, vt cum bona venia loquar, non benè quadrant. nam Ludouicus Pius secundum hanc supputationem fuisset proauus sanctæ Kundegundis. Sed Ludouicus Pius mortuus est anno Domini 840. à quo tempore vsque Henricum regem, coniugem ipsius Kundegundis transierunt 126. anni. Deinde non benè inuenitur Ludouicus Pius plures habuisse filios legitimos moriens, quàm tres, qui sunt, Lotharius, Ludouicus & Carolus.

Notum est autem quòd anno Domini 1226. Otho Bauariæ dux, Palatinatus Rheni dignitatem primùm in domum ducum Bauariæ introduxit. duxit enim Gertrudam filiam Henrici Palatini comitis, qui Henricus erat filius ducis Saxonie, & ex Agnete filia Cunradi comitis Palatini & ducis Sueuie sibi nupta, Gertrudem prædictam generauit, & Palatinatum cum eadem obtinuit. hoc vult, quod in palatio nouo arcis Heidelbergensis inuenitur scriptum:

*Otho der erst Pfalzgraff am Rhein.
Hat Pfalzgraff Heinrichs tochterlein.
Mit manheit er es erfacht/
Des reichs Churfurst blieb sein ges
schlecht.*

Regnum Hungarorum originem habuisse sub Baruch nonnulli testantur, de quo dixi in volumine primo, generatione decima septima. Reges verò quales habuerit, non est clarum, nisi quòd post multa secula anno Domini 401. tunc Attila rex Hunnorum Pannonia potitus, in regem eligitur, ab Hunnisque Hungaria dicitur. Attila verò defuncto, Hungariæ interregnum fuit, nec reges certos habuit vsq; ad annum domini millesimum circa annos Henrici secundi.

Hoc in tempore Stephanus Geichæ filius, duxit vxorem Gisela, foro-

*Hungarie
regnum.*

fororem Henrici ducis Noricorum, per quam gens Hungarorum ad fidē Christi conuerſa eſt. noluit enim Henricus fororem tradere, quoad Stephanus baptiſma ſuſcepiffet. Vndē Albertus Praegenſis epiſcopus, tantæ ſanctitatis tum habitus eſt, vt diuino ſpiritu impellente, in Pannoniam deſcendens, regem Hungarorum baptizauerit, & omnes epiſcopos benē de Deo ſentientes exemplo & vita inſtruxerit. erant enim aliqui Chriſtiani in Hungaria.

S. Stephanus
Hungariæ
rex.

Stephanus itaque primus rex Hungarorum intitulatus eſt, & pro vitæ puritate inter ſanctos relatus, qui in adoleſcentia contra Cupam ducem potentē & fortem geſſit bellū, & obtinuit. mortuo enim Geicha patre Stephani, Cupa voluit matrem ipſius per inceſtuoſum ſibi copulare coniugium, & S. Stephanum parabat occidere. Sed commiſſo prælio, Stephanus victoriam obtinuit, & Cupam interfecit.

Post victoriam verò Stephanus votum ſuum perſoluit. nam vniuerſum populum in p̄uincia Cupæ, decimas frugum ac pecorum ſuorum cœnobio S. Martini dari perpetuò decreuit. coronā verò regalem adeptus, famoſum bellum geſſit contra auunculum ſuum Giulam Ultraſyluanum principem: eoque deuictō, eius vniuerſum regnum monarchiæ Hungariæ adiunxit, ipſum verò cum vxore & filijs captiuum in Hungariam miſit. Dicitur autem regnum Hungariæ *Erdelen*.

Post hoc mouit exercitū ſuper Kean ducem Bulgarorū & Sclauorum opulentiffimum, quem etiā deuincens occidit, inestimabilemque theſaurum accepit. deindē venit in ciuitatem Budam vnā cum filio ſuo Emerico & regina, ibique de theſauro ducis Bulgarorum & Sclauorum edificare cœpit monaſterium in honore apoſtolorum Petri & Pauli, ad quod regina multa clenodia contulit. Illud autem opus ſanctus Ladislaus rex, pronepos Stephani, conſummauit.

Stephanus poſteā rex ſtatuit Emericum filium ſuum conſortem regni facere, ſed antē ſublatus eſt. Erat enim

adoleſcens virtuoſus, itā vt poſt mortem inter ſanctos ſit relatus. Denique cum ſponſa vxore ſua virgo exiſtens, morte præuentus proſpera, raptus de medio nē malitia mutaret intellectum eius, miraculis clarus, ſanctus ab omnibus exiſtimatus eſt.

Stephanus itaque rex cū morti appropinquaret, nec conſanguineos idoneos pro regni gubernatione haberet, nē Hungari à fide declinarent, Budam filium *Egeuth miſit ad Vazul, quem pro laſciuia incluſerat, vt eum de carcere educeret, & regem conſtitueret. Sed vt ſcribit magiſter Ioh. de Turach, regina hoc intellecto, effodi fecit oculos Vazul filio ipſius Budæ, quem poſteā rex videns, cū non auderet vindicare, conuocauit filios Ladislai patris ſui, Andream, Belam & Leuentam, conſuluit eis vt fugerent. illi igitur fugiunt in Boëmiam.

ANNO Domini 1037. ſanctus Stephanus ſanctitate & gratia plenus, graui morbo ex morte filij ſui Emerici, vt creditur, exacerbatus, 37. ſui regni anno moritur, & in baſilica Albenſi B. Marię virginis, quam ipſe conſtruxerat, regio more ſepelitur. Primus rex Hungarorum fuit S. Stephanus. Secundus rex Petrus filius Guilielmi fratris Sigifmūdi regis Burgundionū, duxit enim in vxorem ſororem regis Stephani, de qua genuit Petrum regem. cooperata fuit in hoc Giſla regina. Tertius rex Aba fororius regis Stephani, qui cum Petro contēdebat quādiū regnauit, ſed prælio victus, ab Hungaris iugulatur, & Petrus Henrico imperatore curante, in regnum reſtituitur. Quartus rex Andreas, qui victo Petro & excecato, coronatus eſt. Quintus rex Salomon filius Andreæ. Sextus rex Bela Salomonem impediuit. Septimus rex Gaiſa filius Belæ. Octauus Ladislaus frater Gaiſæ filij Belæ. Nonus rex Colomanus filius Gaiſæ. Decimus Stephanus 2. filius Colomani. Vndecimus Bela 2. Duodecimus Gaiſa 2. filius regis Belæ Cęci. Tertiusdecimus Stephanus tertius. Vſurpauit tunc regnum dux Ladislaus, vſurpauit & coronam Stephanus quartus filius Belæ Cęci, nec

Catalogus
regū Hun-
garorum

Vni-
uerſi
pau-
tiſſi.

Ben-
eſt

nec tamen obtinuit. Quartusdecimus rex Bela 3. frater Stephani 3. Quintusdecimus Emericus filius Belæ 3.

Sextusdecimus Ladislaus 3. filius regis Emerici. Decimusseptimus Andreas 2. pater S. Elizabeth. Decimus octauus Bela 4. filius Andreæ. Decimus nonus rex Stephanus 5. Belæ filius. Vigésimus Ladislaus filius Stephani.

Vigésimus primus Andreas 3. nepos Andreæ 2. Vigésimosécundo loco concurrunt cum Andrea Carolus, Venceslaus, & Otho dux Bauariæ. Carolus obtinuit regnum. Vigésimuster tius rex Ludouicus Caroli filius. Vigésimus quartus Carolus cognomine Paruus: concurrat cum illo Sigismundus imperator, qui tandem regnum obtinuit. Vigésimus quintus rex Albertus, qui duxit Elizabeth filiam Sigismundi. Vigésimus sextus Ladislaus, in cuius æmulationem quia puer erat, Vladislaus regis Poloniæ filius regnum vsurpat, in bello Turcarum perijt. Vigésimus septimus Matthias Huniadis coronatus est anno Domini 1464. Fridericus 3. consentiente.

ANNO 1010. Sergi^o 4. patria Romanus eligit, vir sanctissimæ vitæ ante pontificatum, & post sedit annis 2.

Vuillegisus archiepiscopus Moguntinus, qui Henricum cõsecrauit, humilem ortum habuit, pater enim ipsius curifex fuit, ideò Vuillegisus in thalamo exarato literis grossis scribi iussit, cuius ipse clauem sub diligenti custodia seruans, introire solus consuevit. ea quæ scripta erant, legit, in hunc modum: *Vuillegise, recole vnde veneris.* Hic appendit & rotas in pariete, vt statum suæ paupertatis agnosceret. inde & rotæ in vexillo Ecclesiæ Moguntinæ sunt depictæ.

ANNO Domini 1011. Hermannus dux Sueuiæ, secundus eius nominis, ex Gerburga filia Cunradi regis Arelaten siue Burgundiæ, genuit filiũ Hermannum, ex quo Ernestus, qui ex Gisila genuit Ernestũ & Hermannũ. Mortuus est Sergi^o Papa anno 1013. & Benedictus 8. Tusculano patre natus, successit, seditq; annis xj. mense vno. Henricus 2. tum primũ Romã venit, et accepta imperij corona, à Benedicto imperator

Augustus est appellat^o. qui prima expeditione sicut pia, ita felici in Capuã duccens, Saracenos inde expulit. Subagonũ autẽ ducem imperatoris Constantino politani, quia fauebat Mauris seu Saracenis, bello acerrimo est persecutus.

Dux ille in Apuliæ finibus edificauit Troiam urbẽ, vbi quondam castra Hannibalis fuerunt. eius autẽ condendæ urbis ratio fuit, quòd habitatoribus Græcis tanq̃ in coloniam ductam eò missis, Apuliæ Calabriaq; in fide continendis, & Romanorũ finibus infestadis videretur maximè opportuna. Quod cum Hæricus intellexisset, nouæ urbi castra admouit, stabat in obsidione mēsisbus 4. & machinæ omnis generis admotæ. æstatis autem aduentu ob intolerabilia caumata Henricus deditiõnem ab oppidanis acceptas oblatam, cum datis obsidibus Romam est reuersus.

Fertur de Henrico hoc, qd̃ semp̃er primã noctem, ingrediens urbẽ, solitus fuerit in Ecclesia S. Mariæ Maioris manere. cõtigit aut̃ semel, qd̃ dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus pontificalibus indutus pcedere Missam celebraturus: quẽ sequebat S. Laurẽtius, & loco subdiaconi Vincentius, post hos virgo Dei genitrix cum multitudine virginum & angelorũ, dehinc Ioh. Bap. cum patriarchis & pphetis: post hos Petrus & Iohãnes cũ cæteris apostolis & euang. S. Stephanus cum martyribus, S. Martinus cũ cõfessoribus, angeli inceperunt introitũ, Suscepimus Deus misericordiam, & dũ cantaret, Dextera tua plena est iustitia, oēs Christũ et beatam virginem imitantes, extēderunt digitos in Henricum. post euangeliũ inedicibili iubilo angelus librũ deosculatũ à Christo, p̃sentauit B. Mariæ, & post eã omnibus per ordinẽ deosculandũ. demũ innuit beata virgo angelo, vt porrigeret librũ etiã Henrico ad osculandum, dicens: Præbe ei pacis osculum, cuius mihi virginitas placet. & cùm præ nimio gaudio raptus, nesciret ad plenum intendere, angelus ipsum in neruo tangens, dicit: Hoc tibi erit signũ dilectionis Dei propter tuã castitatẽ & iustitiã. & exindẽ vsq; ad mortem claudicabat, ex quo euẽtu vocatus est Henricus Claudus.

Henricus 2.
Saracenos
Capua expulit.

Mira Henrici secundi visio.

Sergius 4.
papa.

Vuillegisus
archiepiscopus
Moguntin.

Benedictus
8. papa.

K Henri-

Henricus 2. aliquândò infirmitate calculi laborabat, cui pernoctanti in môte Cassino ante altare S. Benedicti & multum dolenti, S. Benedictus apparés, calculum ferro excidit, eumq; in manu imperatoris posuit, & vulnus sanauit. calculus ille adhuc fertur suspésus in quadam Ecclesia.

Imperante Henrico, accidit miranda res in Saxonia & in diœcesi Magdêburgen, vbi erat Ecclesia S. Magni, quidã sacerdos, vt refert Vincen & Ioh. de Colum. dum Missam celebraret in vigilia natiuitatis Domini, 18. viri simul cum 15. mulieribus in cœmeterio Ecclesiæ choreas duxerunt, ac sacerdotem cantantem impediabant. iussit sacerdos vt quiescerent, aut abirent: sed ipsi sacerdotē deriserunt, ille amaricatus, imprecando dixit: Placeat Deo & S. Magno, vt itã cantantes permaneant vsque ad annum. & itã factum est, vt toto anno sinè intermissione cantantes chorizarent. mirabile dictu, toto illo anno nec ros, nec pluuia super eos cecidit, sed nec lassitudo, nec fames illos affecit, nec vestimenta, nec calceamenta sunt attrita. Anno autem reuoluto, Herebertus episcopus Colonienfis ad locum veniens, à nodo quo sacerdos illos ligauerat, absoluit, atq; ante altare Ecclesiæ reconciliauit.

Hunc episcopum Henricus iniustè iniurijs affectum, à se expulit. sed cum natale Domini apud Coloniam celebraret, humili satisfactione placauit.

Inter chorizantes filia sacerdotis cuiusdam cum duabus alijs continuò mortua est, cæteri continuis tribus noctibus proximis dormierunt. aliqui pœnam suam tremore membrorum prodidère. hoc scriptum reliquit Hubertus, qui fuit vnus ex eis. aliqui ex eis itã compuncti, quòd inter sanctos reputati sunt.

Saracenis Italia pulsus, nouam pestem Oriens sensit. Hierosolyma circa annu Domini 1012. capta est à Turcis, quorum ea fuit non summa impietas, vt à dominici sepulcri & Ecclesiarum montis Sion & Bethleem violatiõe sibi temperarent. Accidisse ferunt hanc Christianis cladem intestinis Saracenorum, Aegyptiorum et Turcarum bellis. Nam Turcè cum Constantini quinti tẽpori-

bus, seu (vt volunt alij) aliquanto priùs è Scythiæ finibus egressi, Perfidis partem occupassent, non inuitis Saracenis, quòd tributum eis penderetur, & Mahumeti secta communitè iam acciperetur, paulatim itã gens barbara animis ferocitateque, quam genuinam habent, & multitudine creuit, vt Saraceni, quorù auxilia nupèr in sua potestate habebant, sese illis paulò post subdere non repugnauerint.

Colluuiem eam supra ex Scythis aut Caspijs montibus pro multorum sententia prodijisse diximus. nomè nisi apud Pomponium Melam & Plinium, apud veteres vix legi. sanè in 6. Plinij, cap. 7. Turcè (sic enim verior est lectio) Tanais accolæ scribuntur.

Habebant hætenus Aegyptij sancta Hierosolymorum regionem, sed occupata à Turcis Perfide, acceptisque in fidem Saracenis seu Agarenis, vt à nobis appellantur, Aegyptij quoque se dedidère. Fuit hoc tempore Caliphæ Aegypti præses, quem cum maxima Christianorum strage circa annum Domini 1018. templum Dominicæ resurrectionis diripuisse scribunt, id quod Cõstantini Magni mandato ædificatum est, quod Modestus præsul Hierosolymitanus restituit ex Heraclij Cæsaris mandato, & post Caliphæ tempora dirutù, à Christianis (vt dicitur) reparatum est. Atq; his quidem incrementis Turcarum in Asia res inualuère, quorum Sultanus Christianam remp. multos iam annos grauitèr pressit.

In hac generatiõe Vdo archiepiscopus Magdenburgen fata mala persoluit. is in eadem vrbe aliquândò scholasticus obtusi ingenij ac indocilis, implorauit auxilium reginæ cæli, vt aliquid discere posset, què ei pollicebatur & sapièntiam & episcopatum. Cum itaq; doctus euassisset, in episcopu eligitur: sed propriè salutis & gratiæ factè immemor, voluptati indulgens, bona Ecclesiæ neglexit. itã tandèm omnibus odio habitus est. Indè in Valle Liliorum abbatissam ad libitù habuit. nocte quadam cum apud eam dormiret, vox intonuit: Vdo, cessa de ludo. sed ille in delicijs perseuerans, non curauit vitam emendare.

Tandèm

Horrenda
choreæ pœ-
na mira.

Hierosoly.
à Turcis ca-
pta.

Turcarum
aucta

Caliphæ

Vdo Mag-
denburg
episcopus

Cessa de
ludo, iustit
fatis, Vdo

A NATO CHRISTO GENERATIO XXXIII.

Tandem Fridericus eiusdem ecclesie canonicus, nocte in choro S. Mauricij videbat turbam sanctorum Vdonem capitis poena damnare, quem ut sic danatum, pugil decollavit: de latere enim abbatissae abductus fuit, & à B. Maria virgine coram filio suo accusatus, damnatus & decollatus. ac sic illo vidente infelici fato perijt. huius horrendi prodigij memoria, cruor Vdonis in marmore candido ad terrorem aliorum ostenditur.

Henricus imperator multa bona ecclesijs fecit. aliquando venit Argentina, & cum vidisset ibidem honestam fratrum conuersationem maioris Ecclesiae, petebat regulam ipsorum sibi dari: & quia intellexit se non posse diutius ibidem rebus vacare, quod potuit fecit. Præbendam in eadem ecclesia instituit, pro sacerdote, qui loco regis diuinis interesset, quæ Præbenda hodiè regalis dicitur, Ecclesiam quoque Basileensem ipse restaurauit.

Per hæc tempora erat in Sueuia pro-
 sapia nobilis Guelfonum dicta, genus
 ducens (vt ferunt) à Troianis. de his in-
 ueniuntur monumenta in monasterijs
 ad Vineas, id est, **Weingarten** & **Altdorff**,
 vbi habent sepulturas. venisse eos
 in hanc prouinciam aiunt cum reliquijs
 Troianorum à Sicambria. Et post multa
 secula sub Carolo Magno, quendam
 ex Maioribus huius generis duxisse fe-
 runt vxorem, senatoris Romani filiam,
 ex qua genuit filium, quem Catilinam
 vocabant, ab auo materno eiusdem no-
 minis, quod iuxta linguam Teutonicam
Guelf dicitur. inde Guelfo appel-
 latus est. hic Guelfo postquam adole-
 leuit, vxorem duxit, ex qua genuit fili-
 um Ethiconem & filiam Iuditham no-
 mine, quam Iuditham duxit Ludouicus
 Pius vxorem, qui erat Caroli Magni fi-
 lius, defuncta vxore Irmegarda, & ex eo
 procreatus est Carolus cognomento
 Caluus. Ethico verò filius Guelfonis,
 genuit filium Henricum, qui vxorem
 duxit de **Hohenwart** in Boioaria, Bea-
 tam nomine, ex qua tres filios progenu-
 it, Cunradum & S. Ethiconem & Rudol-
 phum. Henricus iste Altdorffensem mona-
 sterium fundauit, Cûradus cælibem vi-
 tam elegit, frater eius Ethico vxorem non
 duxit, sed Rudolphus accepit vxorem

*Itam, filiam Cunonis nobilissimi comitis de **Deningen**, ex qua 2. generauit filios, Henricum & Guelfonem 2. Henricus adolescens in vetusta valle saxo percussus, in venatione interiit. Guelfo vero, patre defuncto, et in Altdorffensi cœnobio humato, vxorem duxit Imizam, sororem Henrici ducis Noricorum, & Friderici ducis Lotharingiae, & Adeberronis episcopi Meten. Iste Guelfo cum Brunone Episcopo Augustensi aliquando rebellabat imperatori. genuit autem filiam Cunizam dictam: hanc desponsauit Azoni marchioni Estensi, secundum alios Italiae. hic Azon ex ea Guelfonem totius terræ futurum hæredem genuit. Guelfo filius acquisiuit ducatum Carinthiorum & marchiam Veronensem tempore Henrici 3. hic fertur fundasse monasterium **Weingarten** antiquum, correptus autem infirmitate iuuenis adhuc in castro Potamio, & videns sibi imminere mortem, quia hæredem ex se non habuit, omne patrimonium suum ad cœnobium Altdorffense dari commisit. Et cum ex placito hi quibus iniunctum fuerat, donationem perficere vellent, mater eius sciens se hæredem habere ex filia Azonis vxore, hoc fieri prohibuit: mittensque legatos in Italiam, Guelfonem filium Azonis vocauit, & in possessionem bonorum misit. & sic ex Azone & vxore sua iam dicta, reliqua posteritas Guelfonum descendit.

Circa hæc tempora anno Domini 1061. Agnes imperatrix, mater Henrici 4. imperatoris, ducatum Bauariæ, quem aliquandiù tenuerat, nobilissimo viro Othoni de Saxonia concessit, videns eum industrium & iuuandis regni negocijs satis opportunum. huius Othonis filiam Guelfo filius Azonis duxit vxorem, vt inuenitur clarè scriptum apud monasterium Hersueldeñ postea verò Otho dux Boioariorum ab emulis læsæ maiestatis defertur, & cum iam Henricus 4. multis esset inuisus, incepit (vt aliqui scribunt) formidare Othonem. idcirco eum, quod per duellum se purgare noluit, per sententiam ducatu priuauit anno Domini 1071. Eundemque ducatum Guelfoni genero ipsius concessit.

Rex chori Argent.

Guelfonum Suevia familia.

Guelfo I.

*Deningen Guelfo 2.

Guelfo 3.

Bauaria Saxoni Othoni commendatur.

Refert scriptor Hersueldensis, quandiu res tranquillæ erant, causam foceri Guelfo armis & consilijs tuebatur. at ubi animaduertit datam in eum sententiam, leges omnes abruptit. Et primò in tam trepidis rebus petenti auxiliù denegauit, dein filiam eius à complexibus suis & tori consortio segregauit, postremò ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam impendit, & filiam focero remisit, tandemq; post multas strages ducatum obtinuit, & ad filios suos transmisit. duxit enim, vt in monasterio **Weingarten** scriptum inuenitur, reginam Angliæ viduam, filiã Baldùini comitis Flandriæ Iudithã, ex qua duos filios genuit Guelfonem & Henricum. Guelfo duxit Mechtildim ditissimi Italici marchiois Bonifacij filiam in vxorem, quam tamen postea interueniente diuortio repudiavit, & sic finè sobole obiit, ducatusq; Bauriæ vnà cum alijs bonis suis ad Héricum fratrem suum peruenit. Henricus iste adhuc uiuente patre, vxorem duxit filiam Maiornis, aliàs magni, ducis Saxonie, nomine Guelfildem, ex eaq; genuit Cunradum, Henricum & Guelfonem, et 4. filias, Iuditham, Sophiam, Matildim & Guelfildem. Iuditha nupsit Friderico Sueuorum duci, quæ Fridericum primù huius nominis imperatorè, cognomento Barbarossam, genuit. Cunradus cælibem vitam elegit. Henricus 4. defuncto patre, ducatum adeptus est, & generalem conuentum Ratisponæ omnibus indixit, ibi multa benè & prudenter ordinauit. duxit autem vxorem Gertrudem Lotharij imperatoris filiam. Hic Henricus cognomento Superbus dictus, cuius frater Guelfo, duxit vxorè Gotfridi ditissimi palatini de **Tubingen** & comitis de **Ralu**/Vtam nomine. ita fert scriptor de **Weingarten**, sed apud monasterium Hirlaugien, ubi sepultura comitum de **Ralu** habetur, Vta inuenitur fuisse soror Gotfridi. hæc Vta filiam habuit ex quodam duce Vtam dictã, quæ Guelfoni nupsit, & ex eo Guelfonem iuniorem procreauit.

Mortuo Lothario imperatore focero Hérici, ducatus Saxonie ei in parte cessit. deindè idem Henricus cum fra-

tre Guelfone de Cunrado Sueuorum duci in imperatorè electo opposuit, qui tandem pro rebellione per sententiam vtroq; ducatu priuatus est, & cum hoc proscrip-tus. adhæc rex ducatum Saxonie Alberto marchioni cõsobrino eiusdem ducis, Noricum verò Leopoldo marchioni Orientali fratri suo ex parte matris, tradidit.

Henricus Saxoniam ingressus, sese contra marchionem armauit. Guelfo ^{Guelfo} frater eius Leopoldo marchioni Orientali bella mouit, quæ durauerunt vsque ad mortem Cunradi. deindè Fridericus primus per concordiam Henrico filio Henrici Superbi iã defuncti, vtrunque ducatum restituit. Marchiam Orientalem in ducatum erexit, & illi ex ducatu Noricorum aliquid adiecit. *Ipse ^{*Ipse} verò Guelfoni marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, principatum Sardinie, relicta Matildis in beneficium tradidit. Hic Guelfo ex Vta genuit filium referentem nomen suum, qui postea anno Domini 1165. octauo Idus Septèbris oppidum **Tubingen** obsedit, habens in exercitu secum episcopos 3. Augustensem, Spiren, & Vormatiën. Bertoldum ducem de Zæringen, Bertoldum marchionem de **Bosenburg**, Hermannum de **Baden** marchionem, & multos comites. hi omnes per Hugonem Palatinum adiutorio Friderici ducis Sueuorum de **Rotenburg** & comitum Zolrensum, ignominiosè fugati sunt, multi occisi, 900. capti, reliqui qui poterant, euasere. postea tamen Hugo Palatinus iussu imperatoris in deditioem Guelfoni se tradidit.

Deniquè Guelfone iuniore in peste mortuo, senior bona sua Friderico imperatori contradidit. quo Guelfone defuncto, cessauit linea generis, & principatus simul expirauit, memoria tamè eorum in multis Ecclesijs ac monasterijs ab ipsis fundatis ac dotatis clara vsq; in hodiernum diem permansit, & Deo auxiliante iugiter permanebit. Iste vltimus Guelfo anno Domini 1181. tradidit cœnobio Vuingartesi duas curias, **Berg** & **Wilare**, cum omnibus suis attinèijs Idibus Augusti, regnante Friderico imperatore primo.

GENERATIO XXXV.

A NNO Domini 1020. incepit 35. generatio, erat annus Henrici 20. & Benedicti 7. qui Benedictus venit Babenbergam, & ad petitionem S. Kundegūdis imperatricis, ecclesiam S. Stephani protomartyris dedicauit. ferturq; in itinere dedicasse Ecclesiam S. Petri iunioris in Argentina.

Per hæc tempora luna in sanguinem versa, facula ardēs instar turris cum fragore de cælo cecidit: mare littus egressum, plures vrbes submersit. secuta est fames valida toto fermè orbe terrarum, pauloq; post in Italia tanta peste laboratū est, vt plures mortui dicatur, quam superstites manserint. quam calamitatem fons in Lotharingia saluberrimæ aque, in sanguinem tum versus, indicasse credebatur.

Licet Henricus & Kundegundis cōfors in virginitate voluntaria permanferint, instigante tamen diabolo grandis interuenit perturbatio. Nam Henricus Kundegūdem cum quodā milite suspectam habere cœpit, sed beata virgo se expurgans, super candētes vomeres nudis pedibus incessit per 15. passus, dicens: O Deus, sicut me non solūm ab Henrico, sed etiā ab omnibus viris intactam nouisti, itā me adiuua. ad quæ audita est vox: Nihil dubita ô virgo, te liberabit virgo Maria. & sic ille sa pertransijt. vixit vsq; ad annum 1039. post mortem multis claruit miraculis.

A NNO verò Domini 1024. videns se morti proximum Henricus, vocatis principibus, eorum consensu Cunradū regali stirpe natum, regni paritèr & imperij designauit successorem, libertatis maximè studiosum, quum & Henrico quondam fuerit aduersatus ex eo, quòd se inuito, Gisela neptem suam, relicta Ernesti quòdā ducis Sueuiæ, duxisset uxorem. deindè obiit, magno de se relicto apud suos desiderio, tertio Idus Iulij, & sepultus est in monasterio S. Petri apostoli Babenbergæ, vbi coruscavit multis miraculis.

Benedictus 8. mortuo Henrico, quo defensore in rebus omnibus utebatur, pellitur loco, alio illi per seditionē pontifice suffecto. sed paulò post inita cum

inimicis suis concordia, pulso adulterino pōtifice, in vrbem cum dignitate redijt, & xj. sui pontificatūs anno obiit, in basilica B. Petri sepelitur.

Benedicti 8. interitus.

De Benedicto scribitur, quòd post mortem suam cuidam episcopo apparuerit, equo nigro vectus, dicens: Ego sum Benedictus papa pauper & dolens: vade, quæso, ad successorem meum, & dic ei quòd in tali theca pecuniam accipiat, quam ego eleemosynarum nomine cōgregaui, & quòd eam pauperibus distribuat. Episcopus territus, hæc omnia peregrisse fertur, & cum pecunia itā, vt Benedictus indicauit, reperta sit, idem episcopus statim se episcopatū abdicās, monachus factus est. Hæc ille.

A NNO Domini 1025. secūdum alios 1027. vacauit enim imperium biennio, Cunradus 2. origine Sueuus, siue vt cæteri volunt, natione Francus, & ex matre ex primis Francorum regibus, consilio Hærici Claudi ab electoribus in Germania Cæsar eligitur, qui in Hærici imperatoris militia ordines duxerat, à Pilegrino Coloñ archiepiscopo Aquigrani coronatus, annis regnauit 15.

Cunradus 2. Imp. 88.

Refert tamen Got. Viterbieñ, quòd dux quidam Cuno Bauarus inter principes summus, imperium ambiebat, quo factum est, quòd dissidentibus principibus, electio per biennium prorogata fuerit. ferturq; Cuno Bauarus, interrogatus à principibus quis sibi imperio aptior videretur, respondisse ironicè, Ne pos meus dux Cunradus: quo audito, vniuersi Cunradū eligūt, inuito postea ac contradicente Cunone.

Cunradus iste ab Italicis scriptoribus dicitur fuisse genere Sueuus, vt tradit Blondus, quem sequitur Aeneas Syluius: alij volunt eum Francum fuisse, eius proauum affirmantes Cunradum Vormatiē ducem, qui in pugna cum Hungaris sub Othone Magno habita, apud Augustā gloriosè succubuit. habuit autem Cunradus matrem, de genere antiquissimo Clodiorū descendētem, quorum superiores de **Waiblingen** orti dicebantur. Cunradus duxit neptē Henrici, Gisela nomine, de antiquo Carolorum sanguine oriūdā. hæc primūm Ernesto duci Sueuorum nupta fuit, cui

Gisela Cūradi Imp. vxor.

peperit 2. filios Ernestum & Hermannū. Illo mortuo, Cunradus eam duxit, ac Henricum huius nominis tertium ex ea genuit, de quo sunt versus 2.

Quādo post decimā numeratur linea quarta, De Carolo Magno processit Gisela prudens, vt sit Cunradus, 14. à Carolo cum Giselax vore sua.

Limburg.

Verfatum ferunt Cunradum imperatorē in castro **Limburg**, quod est mediū inter Nemetes & Vangiones, quod consentiente vxore sua Gisela in monasterium fecit, nomen hodiè referens, licet anno Domini 1504. comes de **Lyningen** illud igne à fundamentis extinxerit. Nam idem Cunradus imperator vno & eodem die trium Ecclesiarum fundamenta iecit, hoc est, maioris Ecclesiae, & S. Guidonis Spire, necnon in prefato castro suo **Limburg** lapides primos ponendo: sed quoniam morte præuentus, quod inceperat, consummare non potuit, filio suo Henrico perficiendū commisit. Siquidē extāt adhuc reliquiae siue ruinae, monasterij nomen referentes: sed nupèr, vt dixim⁹, anno dñi 1054. per Emichonē comitem de **Lyningen**, cuius aui, proaui, at aui, parentūq; sepultura inibi solēnis habebatur, incineratū. monachi dispersi, locus desolatus, diuinus cultus extinctus, regularis vita, quae inibi strenuè floruerat, penitus deleta.

Ioh. 20. pa.

ANNO 1025. Iohannes 20. patria Romanus, papa lectus est. sunt qui Portuensem putent episcopum fuisse, cum alij nullis sacris initiatum arbitrentur. sedit annos circiter xj. vel aliquanto pauciores. In huius tempora Michaëlem Catalaicū Imp. Constantinopolitanum referūt, sedit à incerta tradūtur de Imp. Grecis omnia, vt mihi quoquē prætereundi videātur, quorum ignauia totus Oriēs à fide & pietate Romana desciuit.

Sublimatus autē in regno Cunradus, consilio Brunonis episcopi Augustēsis fratris Henrici defuncti, Babenbergensem episcopatum meditabatur destruere, quia idē Bruno promisit reginae Giselae omnia prædia hereditario iure ad se pertinentia, filio eius Henrico cōcedere. Noctē autē quae diē præcesserat, in qua ventilanda hæc in conuentu ad hoc indicto erāt, Eberardus primus episcopus

Bambergen nupèr defunctus, ad tentoriū dicti Brunonis accessit: & lecto eius assidens, multa super hac re monendo obsecrādōq; peregit. Qui vbi iam multa nocte trāfacta recesserat, & episcopum Brunonē somnus oppresserat, visus est ei frater suus Henricus imperator lecto adstare, faciemq; suā, barba ex vna parte depilata turbatam, obiectare, cui super hac re stupenti & admiranti, ac quis tam temerarius in eum fuisset interroganti, Tu, inquit Henricus, hoc fecisti, qui me & sanctos Dei, quos rebus à deo mihi datis dotauisti, spoliare disposuisti: caue iam vlteriùs super hac temeritate, nè dignas luas infelicissimè pœnas.

Ad hæc ille expergefactus, exterritus, & tremore ac horrore non mediocriter attactus, manè ad conuentum nõ venit. at regina pro filio sollicita, interpellari eum fecit: cui ille affirmavit, se intantum infirmari, vt nec de lecto pedem posset mouere. proclamauit autem se in Deum, in sanctos, & fratrem suum peccasse libera voce. hoc intellecto, rex & regina diuina pietate moti, æquo animo desistentes, nil innouare voluerunt.

In principio regni Cūradi, dux Poloniae Boleslaus, cuius regnum Henricus imperator Ro. imperio tributariū fecit, absque Cunradi requisitione nomen sibi regium imposuit. erat sanè vir strenuus & potens, morte autem præuētus, Misiconem filium reliquit, qui mox defuncto patre, fratrem suum Othonem acquiescere rebellionem nolentem, à patria expulit, qui ad Cunradum regem confugit.

Iratu Cunradus, præmissis Othone cum magno Teutonicorum exercitu, statim ipse maximo robore militum secutus est, ac omnia intra Poloniam armis miscebat. Misico videns se nulla ratione posse resistere, relicta Polonia, ad Vualdricum ducem Bohemiae hostem imperij confugit. Vualdricus verò credens imperatoris gratiam, quam amiserat, recuperare, Polonorum ducem, quem exulem & supplicem susceperat, tradere Cunrado statuit, atque hoc illi per secretum nuncium intimauit. sed imperator vir magnanimus, illius detestatus

Brunonis
episcopi
gust. con-
tus fructu
miraculo

Misico Po-
loniae dux
rebellis

status perfidiam, oblationem proditoriam contempsit, & Misiconem alibi salutem querere, quàm in Bohemia, admonuit. Qui imperatoris miratus bonitatem, clàm relicta Bohemia, ad propria remeavit, atque abiectis regni insignibus quæ pater assumpserat, modico comitatu contentus, ad imperatorem Cunradum vltro accessit, atq; eius voluntati se subiiciens, coronam humiliter imperatori resignavit, ac ab eo tempore Polonia Rom. imperio, prius ab Henrico tributaria facta, permansit.

Cunradus rex secundo regni sui anno filium suum adolescentem Henricum, regem designavit: pacatoque regno, in Italiam ad suscipiendam coronam ingreditur, magna comitatus potentia, veniens Romam, honorificè suscipitur, & in die paschali inter duos reges procedens, Cuntionem Anglorum, & Rudolphum Burgundionum, auunculum Gisela reginae, à Iohanne pontifice xx. est coronatus, imperijque dignitatem adeptus. eadè verò hebdomada rixa inter Romanos & Teutonicos oritur, ubi fugatis Romanis, multisq; caesis, imperator triumphatur.

Cæterum Cunradus imperator quæ fuerit pietate, qua magnificentia, quo pacis studio, qua in perfidos reip. hostes indignatione, vel eius inprimis constitutiones declarant, quarum hodiè magna pars in publicis decretis visitur. Quare ego, nè tantum pietatis exemplum præteream, referre volui id, vnde multi sumunt indicium, Henricum 3. generum fuisse, non filium, Cunradi. Fertur enim quòd Luitpoldus comes de **Ralu**, violator pacis prædictæ, vitæ suæ timens, imperatorem fugitans, cum vxore prægnante venit in syluam quæ Nigra dicitur, latitansque in tugurio cuiusdam pauperis, clàm se cum vxore abscondit.

Contigit tum quòd imperator, dum feras insequitur, illuc casu fortuito ad tuguriu diuertisset. aberat autem comes Luitpoldus, eaq; nocte vxor eius masculum peperit, quo vagiète, vox audita est: O imperator, infans iste erit tibi gener & hæres. Territus imperator, manè factò, famulis duobus præcepit, vt infantè

occideret, iam à patre & matre metu derelictum. Famuli misericordia moti, puerum subtus arborè abscondunt, & cor leporis pro corde pueri adducunt.

Dux Sueviæ Hermannus præteriens, puerum reperit atq; recollegit, tandem in filiū adoptauit. longo post tempore imperator videns adolescentem huc compositum, rogat ducem, vt sibi eum traderet moribus imbuendū. Quo factò, incidit aliquadò imperatori ex cõiecturis varijs, puerum hunc esse què mandaue- rat occidi, & volens fata illudere, literas adolescenti tradidit reginae deferendas, huiusmodi tenoris: In quantum tibi vita chara est, mox receptis literis, clàm facias portitorem occidi.

Arripuit iter adolescens, nil mali suspicatus, Spiram celerius venit, & ad decanum maioris Ecclesie diuertit. dormiète eo, Decanus curiositate ductus, literas aperuit, & abhorrens à tanto facinore, pro verbo, *occidi facias*, scripsit, *filiam nostram vxorem tradas*. quòd & imperatrix fecisse fertur.

Ad hæc audita stupès imperator, singulaq; reuoluens, didicit à duce Hermanno, adolescentem huc filium esse de **Ralu**, & serie rerum audita placatus, generum post se imperatorem designavit. ità Vincen Gallus, Gotfridus Viterbiensis, Martinus, Hermannus, & nonnulli alij scriptis tradunt: permulcetque aures narratio ista, sed an verum sit, elici potest ex rerum circumstantijs, nam Cunradus iste imperauit solum annis xv. in quibus edictum Cæsaris comes præterijt, fugam inijt, vxor peperit, & puer adolescens factus, filiã imperatoris vxorem duxit.

Et vt de ceteris taceam, quis vnq; tam sæua mandaret? quis exequeretur mandata? aut quis auderet imperiales literas aperire, nè dicã mutare? poteratq; imperator securius alia via iuuenè neci dare. & addunt, in loco natiuitatis pueri, monasterium tum esse cõstructum, Hirsau- gia dictum, quod longè ante Cúradum inuenitur fundatum. Sed nec vera de hac re in monasterio habetur historia, vtpotè authenticis literis munita. Adde q; magis credendū est Othoni episcopo Frisingensi, qui & Gotfridū & Vin-

cen & Martinum, & alios tempore precessit, & compatriota fuit.

Hic scribit, Cunradum ex Gisela relicta Ernesti ducis Sueviæ, in legitimo matrimonio Henricum tertium genuisse. Testantur & epitaphia ad sepulcra regum illorum in Ecclesia Spirësi exculpta, vbi post Cunradum legitur filius illius Henricus tertius, Niger dictus. Hic Henricum secundo anno regni sui Cúradus pater declarauit regem Romanorum. Possent multa alia pro hac veritate adduci, ita q̄ ex supputatione temporú & rerum gestarum id clarum esset, maximè ex testamento Rudolphi, inferiùs mox producendi.

Imperante Cunrado, anno imperij sui sexto, Robertus Magni Hugonis filius, Francorum rex moritur, qui viués adeò clementiæ ac misericordiæ operibus deditus erat, vt diebus festis cum indueret se, si nõ habebat aliud ad manus, vestes pauperibus distribueret. moritur anno 1030. Regi Roberto successit Henricus filius, cui Constantia mater ita aduersabatur, vt Robertum Burgundionem, quem etiã Roberti filium fuisse arbitrantur, in regio honore Henrico prefferret. Robertus Burgundię quãdam partẽ dux regebat, cum reliquã, videlicet Arelatense regnum, hæctenùs Rudolphus rexisset superioris Cunradi Burgundionú regis filius. hic eo tempore seditionibus suorum vexatus, Cúradi fidei & patrocínio se commisit, atq; deindè moriens, Hérico filio imperatoris, nepoti suo, regnum cum corona testamento reliquit.

Sed Otho comes Celticus, asserens regnum Burgundiæ & Galliæ Lugdunenensis ad se pertinere, congregato exercitu illud inuasit. Ad hæc imperator indignatus, contractis copijs regnum intrat, & Othonem ad deditiõnem cogit, omnesq; principes regni in suam fidelitatem recepit. quamobrem Burgundia deinceps imperialis prouincia est habitata, quæ per annos hæctenùs plùs quàm centum, suos reges habuerat. Otho verò postea iterùm rebellãs, occisus est, de quo etiã inferiùs.

De hac re Gaguinus Francorum historicus scribit, quòd per hæc tempora

sub Henrico rege Francorum, Burgúdi cum annis centum & 30. Francis paruissent, ad Cunradum imperatorem defecerunt. vndè factum est, vt quæ vna erat Burgundia, in duas partita sit: & alterã quæ Campaniam attingit, Franci, alteram quæ Vesontinos spectat, Alemanni imperatores tenerent. Hæc ille.

Per hæc tempora Ernestus Cunradi priuignus, dux Sueviæ, rebellare cepit, cum exercituq; fideles imperij deuastare præsumpsit, cui imperator contractis copijs occurrit, et eundem ad abdita syluarum fugere compulit, vbi non multò post à fidelibus imperij occisus est, & Hermannus frater eius ducatum nactus.

Sub Cunrado quidam Galliarú episcopus assererat, quibusdam datas cælitus epistolas, quæ terris pacem decernebant renouandam, quam rem cæteris episcopis scripsit, & populis mandauit arma, vt nullus ferret, ablata bonã non repeteret, sanguinis humani nullº vltor existeret, sed indulgeret, ieiunium in pane & aqua omni feria sexta cuncti seruarent, sabbato à pinguedine abstinerent, solo hoc ieiunio contenti in remissiõem peccatorum, aliam pœnitentiam non adijcerent, & ad omnia hæc seruanda homines se obligarét, alioqui Christianitate priuarentur, morientes tanquàm deuios à fide, nemo visitaret aut sepeliret.

Hanc nouitatem multi amplectebantur, alij cõtrã, & maximè Gerardus Cameracẽ episcopus, qui assererat ab initio genus humanum trifariè diuisum, in oratores, pugnatore & agricolas, vnú alterius auxilio indigere, & debere arma deferre, rapinas restitui auctoritate legis & gratiæ, ieiunium sextæ feriæ vel sabbato nec omnibus vnú esse, quia non est omnibus vna possibilitas, nec omnes hoc ieiunio contentos esse debere, sufficere autem sanctorum patrum decreta, & super neglectis impositum pœnitentiæ modum. & tandem euauit hoc dogma.

Mortuo Iohanne papa 20. circa pontificatùs sui annum xj. cuius vita mirificè laudatur, Benedictus 9. eligitur Tusculanus anno Domini 1036. sedit annis 9. papa. decem

Henricus
Frãciæ rex.

Burgundia
imperatorii
traditur.

Ernestus
Sueviæ dux

Haroldus

Benedictus
9. papa.

decem, mensibus 4. hic postea eiectus, & schisma 14. subortum est.

Eodem tempore Cuncto rex Anglorum, alias Danorum, voti gratia Romam venit: & voti compos factus, in patriam rediens, filiam suam Henrico Cunradi filio in matrimonium locat. Cum esset interim in Germania Cunradus imperator, Itali pro sua leuitate Sueuorum principatum perosi, aduersus Cesarem conspiratione coeunt, vindicaturi (opinor) priorem cladem, quam acceperant dum Cunradus Romam proficiscens, Insubricum agrum vastaret.

Præterij supra in profectioe scribenda rei tantę seriem, nescio an optimorum scriptorum potius exemplū secutus sim, quę integram narrandę historię rationē. Ferunt Cunrado, dum Italiani ingreditur à pontifice coronandus, rebelles fuisse Mediolanenses, quos obsedit, obsessa suburbia incendit, seq; non indē moturum comminatus, nisi & urbem pari affecisset incommodo.

Sed dum in die pentecostes Bruno Colonienſis archiepiscopus Missarum solēnia celebraret, per spiritū vidit, Cūradoq; dixit, B. Ambrosiū Germanis excidium, nisi abscederent, comminari. Quo territus oraculo Cesars, Mediolanenses reliquit, Romam proficiscens. vndē cum egressus esset, accepta corona, rursū in Germaniam contendens, Itali bello incommoda hæc vindicare statuētes, coniurauerunt. Nec latuere Cesarem eorum insidiarū diū. quare exercitum in Italiam ducturus, instruit. quod vt hostes accipere, suis viribus diffidētes, Sclauorum & Hungarorum auxilia implorant.

Sed dū serō illi arma expediunt, Cunradus Italiā ingressus sinē maiore negotio propositū tenuit, per Brixiam ac Mediolanum venit, cuius urbis episcopū, & coniurationis princeps haberetur, cepit. qui tandē ē custodia elapsus, aufugit. Cesars multa interim vastas, Cremonam venit, vbi Papam obtuium habuit, quem honorificē exceptum tractatūq; à se dimisit. Indē vbi comperit externa in se arma comparari, pacatam prouinciā relinquens, in Sclauos primū, mox in Hungaros duxit exercitum. vtrorūq; sedatis motibus, in Germaniam redijt.

Hæc ferē à plerisque scriptoribus traduntur, sed ita incerta, vt nec cuius pontificis temporibus acta sint, planē intelligatur. monumentis plerisque constat, in Benedictum posteriora in Italia gesta referri.

Interea Otho Celticus comes, de quo supra, ruptis iuramentis, in Burgundia iterum rebellat, vbi à fidelibus imperij occiditur, & vexillū eius imperatori in signum victorię transmittitur, & (vt supra tactū est) regnum illud Burgundię, imperialis prouincia facta est.

Compositis itaq; rebus imperij, Cunradus causa orationis Romam perrexit. nuncios præterea misit, qui Græcis & Nortmannis inter se de regno Apulię decertantibus, imperarent vt ab armis discederent. Romanis quoque exitium interminatus est, si diutius quemadmodum cœperant, pontificem seditionibus vexassent.

Indē in Apuliam vadens, multis ciuitatibus visis, per mare Adriaticum statuit redire in Alemaniam. sed cum esset ibi, propter aeris intemperiem multos ex suis principibus amisit. Mortuus tum est inter alios Hermannus dux Sueuię, reginę Giselę filius sinē liberis, cui successit Otho de genere suo, vt creditur.

Reuersus itaque in Germaniam inferiorem, ad ciuitatem Traiectum peruenit, ibiq; infirmatus obiit, anno Domini 1039. pridie Nonas Iunij, sepultus Spiræ. Verum Spirensem episcopatum prouehere statuens, basilicam vetustam in honore S. Stephani prius dedicatam, destruens funditus, à fundamētis cœpiti ædificare nouam in honore S. Dei genitricis Marię & S. Stephani. statuitque vt imperatores decætero in Spira deberent sepeliri, & quia morte præuentus, struaturam consummare non poterat, filio suo Henrico perficiendā mandat, quā magnificē cœptam, idem Henricus magnificentius perfecit.

Mortuo itaque Cunrado, Electores successorem dederunt Hericum filium, eius nominis tertium, Cesarem iam antea declaratū, qui anno 1040. patri successit, & 17. annis regnauit. Is annus, pontificatus Benedicti noni erat quintus.

Hic

Othonis
Celtici
des.

Otho dux
Sueuię.

Cunradi
se
cūdi
mors.

Henricus 3.
Imp. 89.

Cunradus
Mediolanū
obsidet.

Cunradus
Sclauos &
Hungaros
inflat.

Hic adhuc patre viuento, filiã regis Anglorum duxit vxorem, vt supra dictum est: quã cum aliquanto tẽpore cum illo mansisset, essetq; puella pulcherrima, de adulterio accusata est: & cum nullus timore regis ausus esset illam defendere, puerum quẽdam, quem secũ de Anglia adduxerat, contra delatorem giganteã staturã hominem, ad singulare certamẽ expurgandi se causa opposuit.

Igitur conferto duello, pugil reginã diuino adiutorio delatorem vicit, & eũ succiso poplite eneruauit. deindẽ puella repudium regi dedit, nec minis, nec blãditijs induci potuit vt cum illo remaneret. sed religionis habitũ sumens, in Dei seruitio breuĩ vita functa est.

Henricus hic primo anno in ducem Bohemorum hostiles animos prã se ferentem ducens, sed multis militibus suis in præstruãtiõẽ syluã occisis vel captis, nihil memoria dignum facere potuit, sed eo qui secutus est anno, maiorem paratioremq; exercitum ducens, prælio Bohemos superauit. cum capto duce & p̃fœdera liberato egit, vt Bohemi quotãnis Romano principi tributa persoluerent.

ANNO 1043. Gisela imperatrix, mater Henrici, & vxor Cunradi imperatoris, 15. Kalen. Maij obiit, ac Spirã sepelitur.

ANNO salutis 1044. Henricus in synodo Treuirensi affuit, vbi cunctis in se delinquentibus debita dimisit, omnibusq; inimicitijs destructis, pacẽ inauditam tam in Sueuia, quã in alijs regni prouincijs p̃ edictum regiẽ censurã firmavit.

Eodem anno Agnetẽ Guilielmi Pictauiensis potentissimi ducis filiam, quã sibi vxorẽ desponsauerat, apud Moguntiam reginam vngi fecit, regalibusque nuptijs eam apud *Ingelheim* Rinckauie munitissimam arcem traduxit, vbi infinitam histrionum & ioculatorum multitudinem nõ solũ muneribus, sed etiã cibo potuq; vacuam & mœstã abire permisit, ac partes eorũ pauperibus elargiri iussit.

Eodem anno Godefridus dux Lotharingiã Henrico rebellans, ad deditiõnem coactus, in castello *Sigichen-*

stein custodia datur.

Per idem tẽpus mortuo Calipha principe Aegypti, Dobir filius eius regnum obtinuit. hic ad petitionem imperatoris Constantinopolitani, sœdus paternum resarciens, contraxit amicitiam, & Dominicã resurrectionis Ecclesiam reedificandi fidelibus dedit potestatem. Cognoscẽs autem plebs fidelium in Hierusalem, quod ad tantam rem perficiẽdam non sufficeret, obtinuit ab imperatore prædicto, quod de p̃prio fisco sumptus necessarios ad rem ministrari præceperit. præerat tum Hierosolymitanã Ecclesiẽ patriarcha Nicephorus, & eã quẽ nunc est, S. resurrectionis reedificauerunt Ecclesiam, quã perfecta est anno salutis 1048.

ANNO Henrici 8. in Ecclesia Rom. confusio grauis est exorta, tribus inuasoribus sedem Petri occupantibus. erant hi, Benedictus nonus, Syluester 3. & Gregorius 6. atque ad maiorem miserã cumulum, vt scribit Got. Viterbieh, diuisis inter se patriarchijs, eorũq; redditibus, vnus apud S. Petrum, alter apud S. Mariam, tertius scilicet Benedictus, in palatio Laterano sedebat: omnes, vt dicebatur, vitam turpem habentes.

Taliter verò res gesta narratur: Romani Benedictum diũ sedem tenentem, hominem ignauum perosi, ciecerunt, in eiusq; locum sufficiunt Iohannem Sabinum episcopum, Syluestrum appellãtes, quo post 49. dies pulso, denuo Benedictus restituitur. Is autem cum timeret se iterũ subiturum discrimina, Iohãni archidiacono ad portam Latinam, pontificio cessit, vel (vt quidam volunt) vendidit, & vocatus est Gregorius 6. De hoc factõ Otho Frisingen refert, quod tribus p̃tificibus diuisim urbem occupantibus, quidam presbyter Gratianus zelo pietatis præfatos viros adiit, eisq; à sede sancta cedere pecunia persuasit. ob hæc ciues Romani præfatum presbyterum in pontificem elegerunt, tanquãm urbis liberatorẽ. Quod audiens rex Henricus prociñctus in Italiam mouit. Gratianus regi apud Sutrium occurrit, & diadema preciosum obtulit, quem rex primũ honorificẽ suscepit. postmodũ collecto episcoporum conuentu, à

Bohemi vi-
ri.

Agnes vxor
Imp.

Templum
Dominicã
resur. in
ratum.

Grave eorũ
sã schisma

Henricus
schismati
intercedit

pon-

pontificatu p nota Simonie cedere persuasit. hunc Gratianum alpes transcendentem, secutum fuisse tradunt Hildebrandū, qui post papa factus est Gregorius 7. Gratiani amore tentum, & sicut Lucanus ait,

Victrix causa dijs placuit, sed victa Catoni.
id est, Hildebrando. Hęc Otho. Imperator enim Henricus veniens ad urbē, turbatam rem adnissus est reparare, ac patribus religiosiq; viris in vnū conuocatis, nō solum qui Romæ erant partiumque Italię, sed exterarum quoque synodum celebrari fecit, in qua Benedictus nonus, Syluester tertius, & Gregorius sextus fuere condemnati. solum tamen Gregorium relegatum fuisse in Germaniā scriptor Lateranē refert.

Creatus est autē ea in synodo Suigerus Babenbergē episcopus, cui Clemēti secundo nomen fuit inditum, anno Dñi 1047. Ab eo Hēricus Cæsar, Augusti imperatorisq; titulis insignitus, ac ipse & cōiunx eius Agnes in sancto dominici natalis die benedictione imperiali sublimati sunt.

At Henricus accepta imperij corona à Clemēte, Romanos iurare coegit, pontificum electiōi nequaquā decetero interfuturos, nisi iussu imperatoris. Alij tradūt, Clemēte, Romanos, nē in errores similes inciderent, iureiurādo adactos, pontificum electionibus prohibuisse.

Acta sunt hæc anno 1047. & quo ad Benedictum, non iniuria. Constat enim, simulacrum eius mōstrosū post mortem cuidam apparuisse, interrogatumq; quid illa horrida imago præ se ferret, cum antea pontifex fuisset: Quia, inquit, in vita sinē lege & ratioe vixi, ideò volente Deo & Petro, cuius sedē omnibus probris foedavi, simulacrum meum plus feritatis quàm humanitatis in se habet. iam enim postquam decem annos & quatuor menses federat, obiērat. Syluester verò 3. non diū in pontificatu māsit. nono enim & 40. die, factione suorum Benedictus restituitur: eoque pontificatus peruenerat, vt qui plus largitione & ambitione valeret, is dignitatis gradum, bonis oppressis, obtineret: quem morem vtinam non retinuisent nostra tempora.

Gregorius 6. qui sedit annos duos, menses 7. pōtificatum (vt diximus) à Benedicto 9. accepit. Gilbertus tamen historiarū scriptor, affirmat Gregoriū benē de Ecclesia dei meritū esse, cum Sedis Apost. dignitatem negligentia priorum pontificū labefactatam, sua authoritate & animi magnitudine breuī restituerit. nam & ditionem Ecclesię recuperauit, & latrones circa urbē positos (quorū sequitia peregrini ad urbē religionis causa accedētes necabantur) è medio sustulit, prius execratiōibus & interdictis admonitos, deindē vi & armis domitos. hanc ob rem ferūt eum vulgò homicidam, simoniacum, & sanguinis humani appetitissimum habitū, idq; à cardinalibus quibusdam prædicari solitum.

Motum itaq; Gregorium, cardinalibus dixisse ferunt: Vt scire possitis, vbi mortuus fuero, rectē an perperam fecero, corpus meū ante fores Ecclesię sistite vestibus obseratas: si diuino nutu patuerint, censetote me dignum Christiana sepultura: sin secūs, corpus meum ynā cum anima damnatū, quò volueritis eijcite. Fecere mādata cardinales, atque itā portæ, coorto graui vëto, apertæ sunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ sanctitatis introlatum est.

Interim imperator, accepta à Clemēte 2. benedictione, Capuam proficiscitur, urbēq; nouo præsidio aduersus frequentes Saracenorum manus firmat. & paulò post Germania repetita est. In reditu ferunt vxorem apud Rauennates filiam peperisse, nec quietus ei fuit in Germaniam reditus. statim enim aduersus Frisios exercitum duxit, vrbes aliquot cepit.

ANNO 1048. mortuo Clemēti successit Boppo Bauarus, qui Damasus secundus dicitur. Sunt qui vi occupatā existiment sedē, cum nō ignobiles auctores ferant Bopponem Brixienē episcopū legatis Ro. designatū ab imperatore pontificem. 23. pontificatus die interiit.

Successit Leo 9. nam anno 1049. cum Ro. legatos ad imperatorē misissent oratum, vt optimum pontificem sibi daret, is statim Brunonem episcopum Tullensem, virum bonū & simplicis ingenij, legatis

Gregori 6.

Clemens 2. papa.

Henricus 2. coronatus.

Gotfridij rebellio. Damasus 2. papa.

Leo 9. papa

gatis & Ecclesię Romanę obtulit: cui quidem Romam pontificio habitu petenti, abbas Cluniacensis & Hildebrandus monachus Soana oriundus, obuiam facti, persuasere, vt deposito pontificali ornatu, Romam priuatus ingrederetur, & dicerent Henricum nullam creandi pontificis potestatem habere, sed ad clerum populumq; Ro. id pertinere.

Zach. 8.

Motus his Leo, cum & cęlestem vocem audisset, Ego cogito pacis cogitationes, & non afflictionis: priuatus in urbem ingreditur, seipsum accusans quod maluit imperatori quam Deo obtemperare. Ideo Romanus clerus, suadente Hildebrando, eundem Brunonem, papam eligit Romanum. Fecerant enim vitia quorundam pontificum, vt scripsimus, vt merito ipsi clero sublata potestas videretur Dei iudicio, quo in melius eorum mentes, flagitijs contaminatę, aliquando corrigerentur.

Hunc Leonem ex comitibus de **Egishheim** in Alsatię partibus natum, atque Adalberti comitis de **Ralu** auunculum fuisse, annales verissimi tradunt. Leo 9. Hildebrandum ipsum statim sanctę Ro. Ecclesię diaconum cardinalem creat, eidemque S. Pauli Ecclesiam gubernandam committit, vt quasi consors pontificij muneris secum videretur, cum alter Petri, alter Pauli templum tueretur & regeret. Sedit autem Leo annis quinque, mensibus duobus.

ANNO 1049. Henricus imperator quasdam Gallię partes inuasit contra Gotfridum Lotharingum & Balduinum duces, quibus ad deditonem coactis, & regno his in partibus pacificato, victor cum honore reuertitur.

In hac generatiōe anno Domini 1038. mortuus est S. Stephanus Hungarorum rex, et in eius locum **Gisela** eius relicta, Petrum nepotem promoueri curauit, filium sororis S. Stephani. Factus autem rex, pręsidia Teutonicis & Latinis custodienda tradidit, lasciuus quoque cum mulieribus fuit, & Hungaros male tractauit. Ideo anno eius tertio, principes Hungarię Ecclesiastici ac seculares elegerunt sibi quendam comitem, nomine **Abam**, sororium S. Stephani regis, qui cōgregato exercitu, Petrum, vt potē

Aba Hugarorum rex.

ab Hungaris derelictum, facile a regno exturbauit.

Quo facto, Budam quendam ita dictam, in centore omnium malorum Hungari in frustra conciderunt, duosq; ipsius filios excæcauerunt.

Petrus interim ad regem Henricum Ro. principem confugit. & quoniam rex **Aba** timebat, ne imperator eum restitueret, scripsit Henrico prout actum fuit, super quo imperator ei displicita respondit. Ex quibus rex **Aba** motus, contractis copijs, inuasit Austriam & Bauariam, vastando ac cędendo quidquid obuiam habuit. Tandem cum pręda & innumerabili captiuorum multitudine in Hungariam redijt.

Eo tempore imperator Colonia cõuentum habens, hanc iniuriam principibus exposuit, qua gratia conclusum est, vt contra Hungaros se vindicet. Vnde breui expeditionem ingentem congregans, ad fines Hungarorum peruenit. Occurrentes legati Hungarorum, promiserunt Cæsari, quod Hungari in omnibus starent ad mandatum eius, excepto quod Petrum in regem non reciperent. Quod etsi non placuisset Cæsari, quia tamen contra insultus Gotfridi ducis Lotharingię exortos ire mox statuit, acceptis muneribus, & promissione de captiujs restituendis, contentum se dixit.

Sequenti verò anno redijt imperator ad terminos Hungarię, & quia **Aba** rex insolentem agere cępit, crudeliterq; sauire in Hungaros, propter quod cõspiratum est a quibusdam in regem. Hoc vt innotuit ei, Quadragesimam Canadini celebrans, in quo tempore circiter quinquaginta viros nobiles cõsiliij causa accitos, obtruncari fecit, nec cõtritos neque confessos. vnde **B. Gerardus** Canadineñ episcopus regem corripuit, & sibi periculum imminere prędixit. paulo post occisorum fautores Cæsarem adert, ac discordias in regno cõtra regem suscitatas exponunt, ad quod imperator concitato cursu inuadit Hugariam. occurrit autem ei **Aba** rex cum magna pugnantium multitudine, & fertur quod congressiōe facta, turbo vehemens subortus, puluerem obtutibus Hungarorum

Aba regis crudelitas.

rum ingesserit, quos iam pridem, quia Petrum regem suum dehonestauerant, Papa anathemate damnauit. vnde pugna facta, Cæsar victor euasit. Ab a vero rex elapsus, in villa quadam ab Hnugaris quos offenderat, iugulatur, vel (vt alij dicunt) captus à Petro decollatur.

Veniunt quoque ad Cæsarem Hungari veniam implorantes, quibus benigne susceptis, postulata concessit, deinde in Alba regali Petrum in throno regio restituit, eumque Hungaris reconciliauit anno 1045.

Interea Andreas, Bela & Leuenta, qui fugerant in Bohemiam, vt præcedenti generatione dictum est, transierant in Poloniam, vbi dum Bela pro duce singulari certamen peregit, dux Polonorum ei filiam tradidit, & in dotem Pomerianos dedit. reliqui vero duo, Andreas & Leuenta, ad Comanos se transfulerunt.

Petro regnante, quidam proceres Hungariae, Andream, Belam, & Leuentam, qui de progenie S. Stephani erant, ad regnum inuitabant, inter quos præcipui erant tres, Visca, Bua & Buchna. Hoc intellectu, rex Petrus fecit eos suspendi, & quosdam illis adherentes exoculari. ad hæc Hungaros multis afflixit angustijs de prodicione suspectos. capropter regni proceres conueniunt in Canad. consilioque inuito, in Russiam ad Andream & Leuentam solennes mittunt nuncios, inuitantes eos ad regnum, promittentes sub sacramento iurandi, Hungariam sub dominio eorum futuram.

Ad hæc promissa Andreas & Leuenta se procingunt, & cum venissent ad nouum castrum, vniuersi Hungari ceteruacim ad eos fluunt, petentes in primis ab eisdem Andream & fratre, quod permitterent vniuersum populum ritu paganorum viuere, episcopos & clericos occidere, Christianismum abijcere & idola colere. quod & factum est. Vnde primus inter Hungaros nomine Vacha, de castro Belos, dedicauit se demonibus, radens caput, & cincinnos dimittens per tres partes ritu paganorum. Eius autem filius congregauit multos magos & pythonissas, quorum incantati-

onibus valde gratus factus est.

Inuenitur de hoc scriptum apud Hugaros, quod ab antiquo prohibitum erat Christianis vxores ducere de genere Vacha & Iani, quia sicut Dathan & Abirò seditionem fecerunt in veteri lege, sic & isti in noua.

Num. 16.

Tunc duce Vacha, populilibauerunt se demonijs, fidei zelatores occidentes, plures destruxerunt ecclesias, vniuersos Teutonicos & Latinos qui in officijs fuerant, crudeliter necauerunt. Exiuit enim edictum ab Andream, quod episcopi cum clero interficerentur. Inter hæc Andreas & Leuenta maximis copijs Hungariam transcurreunt, & dum appropinquaret ad portum, vulgo *Vesch* dictum, Gerardus, Bisstritus, Buldus, & Benetha episcopi, & Zehung comes de ciuitate Alba, obuiam illis egressi: veniuntque in ecclesiam Giod, in qua Gerardus episcopus sacerdotalibus indutus, exhortationem fecit, dicens: Fratres coepiscopi, & omnes in presentiarum fideles, hodie cum corona martyrij ad Dominum nostrum Iesum Christum ibimus. hac enim nocte vidi Dominum nostrum Iesum Christum nos corporis & sanguinis sui sacramento communicantem.

Confessione igitur alterutrum facta, ac Missa finita, versus portum *Vesch* procedunt. mox diabolici homines irruentes, Gerardum lancea transfigunt, & super lapidem cerebrum eius conterunt. erat enim Canadensis episcopus. Buldus quoque episcopus lapidatur, Bisstritus episcopus vulneratur, ac die tertio moritur. Andreas superueniens, Benetham episcopum egrè liberauit. Zehung comes in nauem fugiens, gladio est peremptus. Petrus rex benè euasisset, sed in villa Zamir & in eius curia viriliter dimicans, suis interemptis, capitur & excecatur: ductusque in Albam, breui moritur. Porro dux Andreas à perturbatione hostium securus, in Alba regali coronatur anno Domini 1047. quo facto, præcepit Hungaris sub pœna capitatis paganismum abrenunciare, & Christianam fidem resumere, cœpitque catholicè viuere.

S. Gerardi cum alijs martyrium.

Andreas rex Hung.

At Hericus imperator maxima classe per

Henricus Hunga. inuadit,

L per

Bua, Visca & Buchna conatus

Vacha demonifedit.

per Danubium descendit in Hungariã, & castrũ Pelscha obsedit, vbi quidam de obsessis noctũ sub aqua clam veniens, omnes naues Cæsaris perforauit. mox aqua intrans, vniuersas dimerfit. ex quo eneruatus Cæsar, reuersus est in patriã. Hęc Hungaricus scriptor.

GENERATIO XXXVI.

ANNO Domini 1050. regni Henrici tertij xj. anno verò Leonis papæ primo, incepit 36. generatio. Et quia Hungarorum rex Petrus anno 1047. à quodam tyranno Pannonico captus & cecatus est, cœperunt Hungari iterũ rebellare. Habita fuit tum synodus Moguntia, cui Leo papa fertur interfuisse. qua absoluta, Henricus imperator Pannoniam adies, diuisa in duas partes multitudine militum, vtrinque regionem ipsam occupans intrauit.

Synodus
Mogunt.

Verũ vt solet gens illa, pertinacia magis quàm vi exercitum imperatoris vincens, euasit. Milites imperatoris vastata prouincia, cum imperatore redierunt in Germaniam.

Anno sequenti, qui fuit 1051, imperator cum Leone pontifice res Hungariæ per omnem prouinciam composuit. In reditu Leo Ratisponæ Dionysij martiris reliquias presentibus Parisiorum legatis ostendit, S. Volfgangum vrbis episcopum extulit. Indè Bambergam cum imperatore transiens, priuilegia loci à cancellario suo Friderico perspicere mandans, publicè lecta confirmauit. Anno 1051. Idibus Nouemb. Henricus quartus natus est, anno sequenti puer ab archiepiscopo Hermanno Coloniae baptizatus est. Anno Domini 1052. Leo papa vnà cum imperatore Henrico natale Domini cum diuino & regio cultu Vormatiæ agebat, vbi Missarum solennia Apostolicus celebrabat.

Imp. cum
Leone Pan-
toniã adit.

Post hęc Apostolicus Romam redit, multis eum diuersarum prouinciarum militibus imperiali præcepto & amicitia causa comitantibus. Interim verò Drogone Nortmãnorũ comite in Apulia mortuo, Gisulphus frater eius regnum adeptus, Beneuentum urbem Romæ pontifici deditam, per vim occupat. hęc vrbs ecclesiæ antè non fuerat. nam cum

Gisulphus
Nort. Apu-
liã occupat.

Henricus secundus in honorem beati Georgij templum Babenbergæ cuperet in cathedralem erigi, annuete Benedicto 8. quotannis censũ nomine daturã ecclesiam ipsam Rom. pontifici centum argenti marcas cum equo albo atque phalerato constituit.

At Leo dono Beneuentum ab imperatore accipiens, Babenbergẽ tributũ remisit. Hęc ob rem Leo suo iure & copijs imperatoris fretus, in Gisulphum duxit. Verũ agmine in composito nimirũ ab eo superatur & capitur, nec ita multo post incolumis cum magno comitatu remittitur. Quauis autem Leo pio animo hoc bellum egisset, quia tamen hoc non fuit sui officij, vt armata manu personalitè ad bellum procederet, quum primo pastori Petro dictũ sit, Mitte gladium tuum in vaginã, id est, vt scribit Iohan. de Colum. dispensante Domino, exercitus eius in conspectu suo cesus est.

Robertus quoque Guiscardi circa hęc tempora è Gallia in Italiam magno cum exercitu stipatus intrauit, fugatisq; Grecis & Aphris, Apuliam occupauit, ac statuat circa caput æneum circulũ habentem, his literis notatũ reperisse, Kaleñ Maij oriente sole aureum caput habeo vnã Saracenus quidam magicæ obseruatiõis perit, à Roberto Guiscardi captus, notato termino umbræ ipsius statuæ Kalend. Maij oriente sole, effosso loco thesaurum inuenit, quo se à Roberti manibus liberauit.

Hic Leo cum Henrico imperatore, vt supra dictum est, & centum ac triginta episcopis in Moguntia concilium celebrauit, statuens nè clerici canes vel aues in venatione sequerentur: item vt negocia secularia clerici non tractent: item vt nullus fiat monachus, nisi constitutus in legitima ætate & spontanea voluntate. item dedit vsum pallij episcopo Babenbergensi, quo tẽr in anno vti potest, in die sancto paschẽ, in festo apostolorum Petri & Pauli, in die sancti Georgij martyris.

Leo iste vir fuit pietate, innocentia, benignitate, gratia, hospitalitate adeo insignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus semper pateret. Nam cum

Leo
pa
clat

Iohan

S. E.
rex

cum semel ante fores suas leprosum inuenisset, eumque præ misericordia collocari in lecto suo mandasset, apertis manè à ianitorè foribus, nusquam pauper inuentus est. Christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. Deindè anno Domini 1054. gloriòse vitam finiuit xj. Kalen. Maij, Romæ in ecclesia sancti Petri sepultus, miraculis claruit multis. Anno Domini 1055. Victor 2. Gebhardus antè vocatus, Alemanus Eichstetensis episcopus, pontificatum post Leonem est adeptus. sedit annis duobus, mensibus tribus. Hic timore imperatoris papa efficitur, & ab eo gloriòse suscipitur. Propter negocia enim ecclesiæ in Alemaniam profectus est. Blondus atque Platina solum Hildebrandum subdiaconum eò profectum aiunt, oportuneque accidisse ferunt, quòd Henricus graui quo obiit, morbo tunc implicitus, Henricum filium octennem, Hildebrandi autoritate fretus, Romanorum regem ac Cæsarem dixerit. quod idem Hildebrandus postea pontifex factus, in epistola ad Rudolphum Sueuiæ ducem, indicat in hæc verba: Vnde nobilitatem tuam scire volumus, quia non solum circa regem Henricum, cui debitores sumus ex eo, quòd ipsum in regem elegimus, & pater eius laudandæ memoriæ, Henricus imperator, inter omnes Italicos in curia sua speciali honore me tractauit.

Victor magnam synodum, abnunte imperatore, Florentiæ habuit, in qua quidem multos episcopos tum simoniæ, tum fornicationis causa episcopatu priuauit. clerum quoque admonuit, quod maximè ad se pertineret, proposita pœna his qui leges canonicas transgredierentur.

Victor iste aliquandò celebrans, calicem leuare non potuit: qua gratia rogat populum, vt pro se orarent, & hoc in canone. Tunc subdiaconus à dæmonio vexatus, publicè fatebatur, venenū se in calicem misisse. idèò papa Missam celebrans, perpetuò claudit calicem in altari, quanquam Palmerius aliter, sed minus benè.

Eo tempore in Anglia regnauit Eduardus, arduus, vir mansuetus & lenis: fouebat

eius simplicitatem Deus apud homines vt timeri posset, qui nesciret irasci. Hic rex spiritu prophetiæ & miraculis claruit, vt refert Vincen. & Iohan. de Colùna. Nam die S. paschæ sedens ad mensam, & cælum intuens, effusus est in risum. Interroganti desupèr cuidam aulico familiari respondit: Septem dormientes in monte Cælio requiescunt, & iam per annos plùs septingentos in dextro latereliacentes, tunc in ipsa hora risus in sinistrum se verterunt: futurumque ait, vt lxxiiij. annis ita iaceant. dirum mirum mortalibus omè. nam in istis lxxiiij. annis omnia ventura sunt, quæ Dominus circa finem mundi prædixit, scilicet gens contra gentem surget, regnum aduersus regnum, pestilentia & fames, terroresque de cælo.

His auditis, comes Arnoldus qui quæsierat, militem Constantinopolim misit ad imperatorem sciscitandæ veritatis causa, quem ille benignè habitum, ad episcopum Ephesinum destinauit, adiunctis sibi familiaribus. ibi inquisitione facta, vt rex prædixerat inuenerunt. prætereà paulò post (vt diceñt) Agareni, Arabes & Turcæ Syriam, Siciliam & minorem Asiam & maioris Asiæ vrbes, inter quas Ephesum & Hierosolymam, depopulati sunt.

Ad Henricum redeo, cuius regni anno vltimo multi diuersarum prouinciarum principes obièrūt, Guelfo dux Carinthiorum, Guilielmus marchio occiditur, Cuno dux Noricorum in exiliū mittitur, Gotfridus dux Lotharingiæ ad deditionem venit, fames multas regiones afflixit, egestas & penuria vndique inualuit, multaque mala accidere. pro his rebus imperator compunctus, infirmari cœpit, & perductus ad mortem, sapienti vltus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petijt, quibusdam prædia ablata restituens, cunctis qui contra eum & regnum culpas damnabiles fecerunt, relaxans: filium suum Henricum, Rom. pontificis cunctorumque principum regni electione, regem constituit.

His & alijs, prout vite possibilitas admittit, benè dispositis, Nonis Octobris hæc vitam in Deo finiuit. Præsentem tum erant, quasi ad officium tanti funeris

Victor fecit
dus papa.

Math. 24.

* Ciliciam

Henrici 3.
Cæli interit

S. Eduardus
rex Angliæ.

Rom. pontifex, Aquilegiensis patriarcha, Patruus episcopus Ratisponenſis, & innumerabiles alij diuerſarum dignitatum viri, ius ſepulcri ac mortem defuncti imperatoris laudabiliter peragentes, atque regio more Spiræ hunc ſepelientes anno Domini 1056.

Henrici
mores.

Fuit autem Henricus iſte 3. natura iucundus, hominibus affabilis, omnibus humilis, hoſtibus terribilis, pauperibus pius & largus. Hic cum ſemel feſtum Pentecoſtes apud Moguntiam celebraret, diabolo ſuadente, inter ſamulos archiepiſcopi & ſamulos abbatis Fuldeſis contentione ſuborta de locatione, poſt verba deuentum eſt ad verbera, ex quo eccleſiæ pauimentum cruore repletur, ſed episcopis & alijs conuolantibus, pax inter diſſidentes reformata eſt, templum purgatum, atq; cum multa deuotione Miſſa celebrata eſt, & cum ad illum verſum Sequentię ventum eſt, HUNC DIEM

Miraculum
horridum.

GLORIOSVM FECISTI, vox ab aere lapſa eſt, dicens: Hunc diem bellicoſum ego feci. Quo audito, rigentibus omnibus, imperator diligentèr intendens lætitiã diaboli: Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor & incentor, diem bellicoſum & arrogantibus luctuofum feciſti: ſed nos per Dei gratiam, qui illum glorioſum fecit, pauperibus & indigentibus gratioſum faciemus. & mox reincepta ſequentia, ſolenni ploratu gratiam Dei inuocabant, completaque cum deuotione Miſſa, omnibus pauperibus per præconem vocatis, omnia precioſa cibaria quæ ſibi & curialibus præparata erant, in vſus illorum conſumpſit: ipſeq; pius imperator cum ceteris prælatis ac miniſtris, proprijs manibus illis ſeruiuit.

Idem imperator cum adhuc eſſet puer, viuente patre ſuo Cunrado, à quodam clerico fiſtulam argenteam dono accepit, cum qua ludentes ſolent alter in alterum aquam iaculare. qua recepta, ait: cum ero imperator, episcopatum tibi dabo. Imperator factus, petenti promiſſum impigrè dabat: ſed non multò poſt graui morbo correptus, tribus diebus ſemianimis iacuit. Quapropter episcopi indiſto triduano ieiunio pro vita eius ſupplicant.

Postquam verò de infirmitate conuuluit, vocatum episcopum conſilio omnium episcoporum per ſententiam depoſuit, conſeſſusque eſt, toto illo tri-^{Confessio} duo demones ſibi infeſtos vidiffe, in ſe ſtammam ignis per fiſtulam iaculantes, ſuperueniſſe autem iuuenem ſemiuſtū latere, calicem autem aureum ferentem immenſi ponderis aq̄ frigidiffima plenu, cuius adſperſione illatos ardores euafert. hic erat B. Laurentius, cuius eccleſiã reparauit imperator, & præter alia muna calice aureo honorauerat.

Hic Henricus habebat quendam clericum ſatis literatum & bonæ vocis, ſed vilem meretriculam amãtem ardentius, cum qua nocte quadam ſolenni, voluptatis cauſa dormiuit. manè ad Miſſam imperatoris adſtabat. imperator hoc ſciens, mandat vt ſe ad legendum euangelium præpararet. erat enim diaconus. Renuit ille, vt malè ſibi conſcius. vrget imperator, vt probaret eius conſtantiam. ad extremum parère renuẽtem, mandat à patria exulare. quam ſententiam amplexatus, cõtinuò reſceſſit. mittitur poſt eum, qui iam compilatis omnibus, ſarcinulis quoque compositis, iter arripuerat. violentèr ergò retractus, coram imperatore ſiſtitur, & ſubridens ait: Probè feciſti, & ego gratulor probitati tuæ, quòd rem Dei pluris penderis, quàm patriam: plus iram Dei, quàm meam: quapropter habeto episcopatum qui primus in imperio vacauerit. tantum indecenti amori renuncies.

Hunc etiã Henricum ferunt, quòd aliquandò cū hoſtes fugeret, cerua quædam quaſi domesticum animal ſuis euectum humeris, vltra inuadabilem fluuiũ tranſuexerit.

Eo tempore corpus Palantis Euan- dri filij, Romæ integrum in quodam ſepulcro repertum eſt, ad cuius caput lucerna ardens inuenta. Erat Epitaphium huiusmodi:

*Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, more ſuo iacet hic.*

quos verſus quis condiderit, ignoratur. Erat cadaueri vulnus in medio pectore, latius quàm credi queat. Ceterum corp miræ vaſtitatis in ſtillicidia proiectum, communem mortalium labem ſenſit.

Hoc

Saraceni à
Roberto
aort. pulsi.

Hoc tempore cum Capua à Saracenis obsideretur, trepidarentque omnes finitimæ ciuitates, Robertus Guiscardi sumptis armis, fugatis Saracenis, & Campanos obsidione & finitimos omni formidine vno impetu liberat. Deindè Grecos magno prælio superatos, è Calabria omnino expulit, relictis tantummodò Grecis sacerdotibus, qui vsque ad nostram Ætatem linguam seruât & mores. adeò enim Constantinopolitanum imperium iam erat imminutû à Saracenis, vt egrè Thraciã, Galatiã, Pontû, Thesaliã, Macedoniam, Achaiã obtinerent, è quibus prouincijs nunc Turcæ, nunc Saraceni quotidie aliquid subtrahabant.

Hermannus
Contractus
monachus.

Eo quoquè tempore Hermannus Contractus, fuit nobilissimi comitis de Beringen filius, qui cantum multaque vtilia compilauit, & chronicam nõ. test. item sequentiam, Aue preclara, antiph. O gloriosum lumen, historiam de annunciatione Mariæ virginis, & Mariæ Magdalene composuit. fertur, cum esset durissimi ingenij, optionem orando obtinuisse duorum, sanitatis videlicet & mundanæ prosperitatis, aut scientiarû plenitudinis & totius corporis, præter linguam, contractionis, quem hoc vltimum elegisse referunt.

Henricus 6.
Imp. 90.

Anno Domini 1057. Hérico 3. defuncto, filius eius Henricus admodum puer succedens, regnare cœpit. fuit autem hic Henricus ore facundus, ingenio acer, eleemosynis largus, in re militari fortunnatissim⁹. nam sexagesiè collatis signis dimicauit, & licet malorum ductus cõfiliio, fuerit sanctæ Rom. ecclesiæ persecutor, tamen longo tempore princeps gloriosus extitit. circa finem verò imperij sui, iusto dei iudicio, vt aliqui volût, ob recompensationem persecutionum quas clero intulerat, multas ipse non solum à principibus imperij, verùm etiã à proprio filio calamitates pertulit. regnauit annos circiter 50.

Hic Héricus post mortem patris sui, consilio genitricis suæ Agnetis dirigebatur. erat enim mulier prudētissima & Deum timens. Quare cum ipse matris obtemperauit monitis, magna pace imperium gubernauit. sed postmodum cõ-

filio prauorum deceptus, à matre est omninò alienatus, ac per se cœpit imperij negocia tractare: quæ quidem filij à matre discessio, maxime discordiæ seminarium fuit.

Eodem anno 1057. Victor. 2. moritur, in cuius locum Fridericus frater ducis Lotharingiæ, abbas Cassinensis in Stephanus 9. pontifex est creatus, sedit mē. 9. papa. ses x. per cuius tēpora Mediolan ecclesia, quæ per 200. ferè annos à subiectione Rom. ecclesiæ se subtraxerat, redijt, & eam primam cognouit. Is pontifex omnem ferè Italiam atque Burgundiam labe simoniaca inquinatam intelligens, Hildebrandum archidiaconum ipsi purgandis atque reformandis prouincijs legatû misit, qui eo munere sicut ceteris diligentèr atque feliciter vsus, Romam veniens, pontificem Stephanû graui offendit valetudine laborantem, ex qua cum pontifex moriturum se crederet, cardinales, episcopos, & cuiuslibet ordinis clericos ad se conuocatos, sacramento adegit, nè quispiam nisi cõmuni consensu patrum ad Ap. sedem ascenderet. conualuit tamen eo ex morbo, Florentiamque abijt, & concilium conuocauit, sed 8. deindè mense defunctus est.

ANNO primo Hérici 4. Agnes mater ipsius ducatum Boioariæ suscepit. inuenio quippe, quòd vltimo anno Hérici 3. Cunradus filius ipsius dux Bavarie obiit, & ducatum eius imperator imperatrici dedit, priuato iure quoad vellet possidendum. Cuno apud Hungaros in exilio obiit.

Eodem anno Otho de Schuynsfurt, qui ducatum Sueuorum post mortem Othonis ducis occupauerat, moritur: ducatum eius Rudolphus de Kynfelden obtinuit, quod magnum fuit discordiarum seminarium: nam eundem ducatum viuente adhuc Othone, Henricus imperator Bertoldo comiti de Zeringen, qui postea Carinthiorum ducatum suscepit, promiserat, ei que annulum suum velut huius rei recognitionem dedit, quem ille diligentèr obseruans, post amborum obitum imperatrici imperiû tunc disponenti obtulit, ducatumque sibi dari petijt. sed prædictus Rudolphus mox post im-

Bauariam
Agnes Imper. mater
accipit.

obitum filiam eius vxorem duxit, & ducatum dotis nomine accepit. Quod animus quidem Bertoldi non parum commouit, pro qua re ducatus ei Carinthiorum committebatur, quem postea imperator Henricus eius rogatu Bertoldo filio ipsius contulit. sed paulò post idem imperator ducatum eundem Luitpoldo consanguineo suo dedit, sic patrem & natum parumpendens: vnde quasi renouata iniuria, Bertoldus querebat quomodo se de vtroque, & rege & Rudolpho vindicaret. Conspirant ergò duces, Otho in Saxonia, Bertoldus in Sueuia. sunt motus, quibus odia ac inuidiæ aduersus regem suscitantur, omniaq; miscentur in peius.

Germaniæ motus.

Stephano itaque defuncto anno Domini 1058. Rom. potentiores oppida & castella vrbis possidentes, quos tunc capitaneos appellabant, pontificem electione sua creare constituerunt. tum vnus Gregorius de Tusculano ex gente patricia Romanus, Mintium Velitrensem episcopum, inuitis ac reclamantibus cardinalibus & clericis, qui Romæ tunc erant, in pontificem Romanum haberi obtinuit, quem Benedictum appellabant. At Hildebrandus archidiaconus, cardinales & episcopi alij, cum canonicam electionem Romæ nequirent facere, Senas accesserunt. vbi Gerardus Florentinus episcopus in Nicolaum pontificem Rom. electus fuit. Rediens igitur cum hoc Gerardo Romam Hildebrandus, in omnes acerbissimè inuectus est, & maximè in eos qui fidem dederat, se eius aduentum expectaturos.

Benedictus x. papa.

At verò cum de hac re magna contentio esset, probarentque nonnulli Benedictum ipsum, vt virum optimum & sapientissimum, contra autem eam electionem plerique magnis clamoribus improbarent, vtpotè minùs canonicè factam, tandem plurimorum consensu, Hildebrado instante, Gerardus vir tanto magistratu dignus, eiecto Benedicto, pontifex creatur seu retinetur. erat enim Senis electus. sedit igitur Benedictus menses nouem, sed eijcitur.

Nicolaus 2. papa.

Anno Domini 1059. Nicolaus secundus natione Allobrogus, Gerardus antè vocatus, episcopus Florentinus, pon-

tifex maximus decernitur. sedit annos 3. menses 6. Hic statim inito pontificatu Sutrium concessit, ibique anno Domini 1059. concilio habito, cui non solum multi episcopi, sed & Italiæ proceres interfuere, Benedictum abdicare se pontificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatum ire. deinde verò Romam proficiscens, secundo apud Lateranum concilio habito, legem tulit de electione pontificum, vt habetur 23. dist. In nomine Domini.

In eodem quoque concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegauensis ecclesiæ ferunt, qui arbitrabatur in sacramento eucharistiæ & calicis non esse verum Christi corpus & integrum sanguinem, nisi vt in signo & figura mysteriove, quem quidem errorem, instante & urgente Nicolao & Alberico diacono viro doctissimo, publicè professus est, affirmans illud esse verum corpus Christi integrumque sanguinem. erat ille error etià nupè à Leone 9. damnatus, sed non satis emendatus.

Berengari error.

In illis diebus Agnes Henrici 3. relicta, Henrici 4. regis adolescentis mater, regni curam administrationemque tenebat, quæ mulier etsi bonæ mētis erat, imprudentia tamen quadam seducta, Gilbertum Parmensem clericum ex nobili prosapia oriundum, regni Italici administratorem cancellariumque instituerat. Erat tum Gotfredus Mechtildis comitissæ maritus, vir sanè potens: mater verò Mechtildis, Beatrix vocata, soror extitit Henrici 3. quæ Beatrix nupta quondam fuit Bonifacio nobili & ditissimo viro, Luca vrbe Hetrusca oriundo, nunc vidua gloriosissima. Vnde mortuo Bonifacio, omnis potentia ad Beatricem primò peruenit, postea ad Mechtildim & Gotfredum virum. Parebant enim eis Luca & Parma & Rhegiu Lepidi, & Mantua, & ea pars Hetruia, quam nunc patrimonium sancti Petri vocamus, & in Italia tum ij florebat opibus.

Italia mag. stratus.

Quum Nicolaus Romæ in concilio res ecclesiæ ageret, Gotfredus Nortmannus, qui Drugoni fratri in Apulia Cal-

Calabrięque comitatu successerat, moriens, Bagelardum filiũ comitatũs hæredem instituit. Verũ Robertus Nortmannus Guiscardi frater, vt quidã volunt, hoc egrẽ ferẽs, pulso nepote, Apuliam & Calabriam occupat, adiecta Troia, quæ p̄tificibus Ro. parere consueuerat. Hanc autem obrem indignatus pontifex, Robertum execratus est. at Robertus oratores ad Nicolaum misit, rogans vt ad res Apulię ac Calabrię componẽdas paterno ductus amore accederet.

Pontifex cũ capitaneum terrę Romanę superbia atque perfidia anxium teneret, sese cum oratoribus in Apuliam contulit, faciliq; composita pace, pontifex Robertum ab excommunicatione absolutum, Calabrię & Apulię ducem declarans, illum per conscripta & iureiurando confirmata fœdera adstrinxit, vt quicquid de terra ecclesię teneret, & in primis Beneuentum, reddere velit. Guiscardus autem sese Ro. ecclesię vassallum Romano pontifici constituens, quęcunque peterentur præsidia mittere, ac quando opus videretur, cum omnibus copijs auxilium ferre spondit.

His fœderibus occultẽ, nẽ Romani capitanei id rescirent, conscriptis, vallatus Roberti magno exercitu, redijt Romam pontifex: Prænestinos, Tusculanos et Nomentanos rebelles primũ, & post amne Tiberi transmissis, Galerã & comitis Gerardi castella vsq; ad Sutrium, populari ac vastari iussit: nec prius à vastatione Nortmanni cessauerũt, quàm capitanei ubiq; edomiti, veram pontifici obedientiam præstarent, ditionemque Romanam tutiorem redderent.

ANNO Domini 1047. in regem Hungarorum Andreas coronatus est. præcepit tunc genti suæ sub pœna capitali, vt relicto paganismo, ad fidem catholicam redirent, cœpitque ipse catholicẽ in omnibus viuere, & vocauit fratrem Belam ex Polonia, diuisit regnũ in tres partes, duas pro regno retinuit, tertiam Belæ duci assignauit. Tũc Henricus imperator exercitũ in Hũgariam duxit, rex aut cum dace Bela sege-

tes per loca vbi iturus erat imperator, vastauit, itã q; penuria affectus & strage suorũ exutus, pacis mentionem fecit, et vix obtinuit. Vndẽ filiam suam Sophiã, prius regi Frãcorum desponsatam, Salomoni filio regis Andreæ pro pacificãdis Hungaris despondit. breuiq; post eãdem in Hungariam misit, vbi nuptijs celebratis rex Andreas Salomonem filiũ in regem coronari & inungi fecit. ex quo in regno maxima turbatio exorta fuit. nam Bela frater regis, cum filijs suis Gaifa & Ladislao regnum affectabãt, dicentes sibi debitum ex fœdere & promisso.

Bela itaq; dux auxilio soceri sui ducis Polonię mouit bellum regi Andreæ, cui imperator copias auxiliares misit: commissaque pugna inter eos, dux Bela tandem post aliqua incommoda victor euasit, omnibus ferẽ Teutonicis captis vel occisis. Rex autem Andreas in sylua **Bocken** mortuus inuentus, sepelitur in monasterio sancti Aniani confessoris, quod antea cõstruxerat. sed & dux Bohemię captus, exoculatus est.

Bela dux victoria tanta potitus, in ciuitatem Albam veniens, regali diademate coronatus est. Salomon verò apud imperatorem degebat socerũ suum quasi profugus. Paulopost rex Bela vocauit ad certum diem de singulis locis regni duos viros electos ordinandi regni gratia. Ad proclamatos in Albam regalem die dicta venit non vocata plebis rusticanę multitudo maxima, dicebantque regi: Concede nobis ritu patrum nostrorum in paganismo viuere, episcopos & presbyteros exterminare, decimatores suspendere, ecclesias vastare. Stupet rex, & petiuit inducias trium dierum. veniunt tertia die plebium primores, respõsum præstolantes: tum milites armati ex præcepto regis irruunt super præpositos & capitaneos, primũ illos ab alto præcipitantes, deindẽ inuadentes plebem, & multis casis intantum humiliauerunt, vt libera voce paganismo renunciarent. Anno 3. regni sui Bela, corruẽte regali folio in deuos fractus, ægrotare cœpit, & 3. die à seculo migravit.

Salomon
Hung. rex.

Salomon rex audiens mortem Belæ, auxilio soceri Henrici 4. in Hungariam redijt, & fugatus à Belæ filijs, cum imperatore in Albam regalem venit, ibiq; concionatus est imperator ad cœtum Húgarorum vniuersum, pacem iurifurandi interposita religione reformádo. at recedēte imperatore, Gaisa filius Belæ cum exercitu Polonico in Hungariã duxit. sed cõposita est pax, & Gaisa ducatum quem pater suus priùs habuerat, obtinuit, & regem Salomonẽ manibus suis coronauit. vixit hæc pax annis circitèr 13.

Gaisa rex.

Transactis annis 13. discordare cœperunt Salomon rex atque Gaisa dux: & dum persequeretur rex Gaisam, dux Gaisa & frater eius Ladislaus auxilia ab amicis contrahunt, regi que virilitèr resistunt. Tandem paribus copijs mutuo sibi occurrunt, commissoq; prælio Salomon succubuit, & Gaisa cæsis ac captis multis de parte Salomonis, victor euasit. ipse tamen rex Salomon vix est elapsus. Porrò victores Gaisam in Alba regali compellentibus Hungaris coronant regem, confortatumque est regnũ in manu ei, & dedit fratri suo Ladislao ducatum, deindè tractantibus de regno Gaisa & Salomonẽ, moritur Gaisa rex. Mortuo Gaisa, Ladislaus frater eius in regem coronatus est. erat is vir prudens & iustus, ferturque voluisse regnum restituere Salomoni, dolum tamen eius metuens, ipsum incarcerationi. Tandem relaxatur rex Salomon, & fractus tot aduersis abiit, totumque vitæ spatium in peregrinatione & exilio consummauit. vilis est autem semel in Hungaria tempore regis Colomani, sed statim latebras quæsiuit. Dicitur tamen in historia quadam Hungarorum * Pole mortuus, & regnat liberè per totum tempus suum Ladislaus, quemadmodum plenius dicetur infra.

Ladislaus.

* Pole

Alexander
2. papa.

ANNO deindè 1062. Alexander 2. Anshelm^o antè vocatus, patria Mediolanus, episcopus Lucensis, mortuo Nicolao, absens pontifex creatur. sedit annis xj. menses 6. Contra hunc electus est ab omnibus Longobardiæ episcopis Cadolus episcopus Parmen, vt dicitur, volente Henrico rege, asserentibus episco-

pis papam eligi non debere, nisi de paradiso Italiæ. sunt q dicunt illos ad Agnetem imperatoris matrem venisse conatos suadere, nõ licere iniussu regis quẽpiam pontificem designari, inductamq; Agnetem assensisse: sed plus credendum videtur, vt Blondus ait, Gregorio 7. asserenti non consensisse Agnetem, sed Henricum filium adolescentem præcipites in scelus Longobardos episcopos impulsisse, quod Guilielm^o scriptor assermat fuisse eam matris cù filio discordiam, cuius occasione imperatrix regni administratione sit depulsa. elegerunt itaq; Cadolum in antipapam, nec fuere in omni Lombardia aut cætera ad eam pertinente Italia, qui Cadolo obedire recusarent, præter Melchtildin comitissam et Gotfridũ, qui Alexandro obediuerunt, & cum ecclesia Ro. benè seferunt. Cum Cadolo nonnulli ciues Ro. conspirauerunt, quorum omnium instigationibus factum est, vt Cadolus locupletissimo Lombardorum exercitu in pratis Neronis bis contra Alexandrũ armatu manu pugnãrit. venerat autem Romam Gotfredus Mechtildis vir præsidio pontifici. primo verò cõgressu Cadoli partes superiores ac propè victrices fuere. sed cùm primũ qui prælio intererant Romani, hoc renunciãrunt pontifici, educens Gotfredus copias, Longobardos repulit, & multi vtrinque occisi sunt: repulsi tandem cum ignominia Cadolus, Mediolanum se recepit, vixque totum quieuit annum, non capitaneos modò, sed & Romanos ciues etiã Alexandro fauere solitos corripit, quorum consilio ductus, paruo comitatu clandestinis itineribus noctũ magis quàm die confectis, Romam se contulit. affuerunt verò capitanei & clam conducti milites, qui Leonina ciuitate furto occupata, Cadolum in B. Petri basilicam deduxerunt. manè cùm primũ rumor urbem occupauit, correptis repentè armis populus accurrit. Quod cùm præter spem capitanei & mercenarij milites cernerent, ilicò omnes quaquauersum dilapsi, Cadolum destituerunt præsidio. Sed vnicus fuit omnium perditissimus, & cui maiorem pecuniam Cadolus dederat, Cin-

Cadolus
ditione
thor.

Cincij au-
taxfacinus, Cincius præfecti filius, qui per media infestissimorum agmina ciuium euntem Cadolum, in S. Angeli castellum perduxit: tantaque erat Cincij audacia, vt iureiurâdo promiserit Cadolum tutari.

Perstitit autem in pôtificis fide, Alexandri scilicet, Romanus populus, adeo vt repagulis castello S. Angeli oppositis, milites ponerétur. Cadolus per annos fermè 2. obsessus fuit. Tandem fractus animo Cincius, territum coëgit Cadolum, quòd nullam abeundi spem videret, trecentis argenti libris ab his se redimi qui arcem obsidebant, consensuque strigosissimo equo, indè solus aufugit.

Anno Colo-
nienfis ar-
chiepisco-
pus, At verò in Alemania Anno Colo-
nienfi archiepiscop^o apud Henricum adole-
scentem Agnetem criminatus, quòd
contra maiestatem imperij Christiana
resp. nutu mulieris gubernaretur, acce-
pta potestate, Italiam est ingressus: &
Gilberto Parmensi, quem regina can-
cellarium instituerat, deposito, loco ei-
us Vercellensem episcopum subrogauit.
Deindè Romam veniens, admissus ad
pontificis Alexandri conspectum, car-
dinalibus & potioribus è clero confi-
dētibus, Anno archiepiscop^o huiusmo-
di orationem fecit: Quo factum est, in-
quit, modo mi frater Alexander, vt præ-
ter seruatos hactenùs mores, præter le-
gem olim Romanis pontificibus præ-
scriptam, pontificatum romanum à re-
ge & domino meo Henrico iniussus ac-
ceperis? & incipiens à Carolo, multos
nominauit, à quibus pontifices vel ele-
cti fuere, vel confirmati, aut eorum ab
his electio affirmata.

Paranti plura dicere, Hildebrandus
archidiaconus, cœtu cardinalium an-
nuente, respòdit: Nullum vnquam ius,
nullum imperium Anno archiepiscopo,
regibus & imperatoribus Romanis in
pontificis Ro. electione fuit, & si quid
per vim, si quid perperam actum sit, cœ-
sura patrum postea correctum est. Inci-
piens itaque à superioribus, tam diu im-
moratus est, quoad usque victus Anno,
satis sibi factum esse respondit, institit
tamen, vt ob calumniatores apud Man-
tuam concilium pontifex conuocaret.

consensit in hoc pontifex, accessitq; cœ-
cardinalibus, & in concilio omnes epi-
scopi Lombardiæ præter Cadolum in-
terfuere. Tandem approbata est Alexan-
dri electio, omnesque episcopi, deposti-
to odio, illius amici studiofique effecti
sunt. imperator etiã ipse nõ solùm in
gratiam pontificis redijt, verùm etiã
precibus ab eo impetrauit, vt & Cado-
lo veniam peteti ignosceret, & Guibera-
tum tanti mali authorem, Rauennatis
ecclesiæ archiepiscopum crearet. pri-
mum haud grauatè fecit, secundum inui-
tus, & non nisi precibus Henrici fatiga-
tus concessit.

Occupato in his Alexandro, Robertus
Guiscardi Tarentinos subegit, Ri-
chardus quoque et Guilielmus nõ nul-
la ecclesiasticæ ditionis occupant. Hil-
debrandus aut archidiaconus de Nort-
mannorum perfidia apud Mantuam cer-
tior factus, Gotfredum ducem & vxorẽ
eius Mechtildim aduersus illos suppeti-
as postulauit. ad quorum copiosissimũ
exercitum territi Richardus & Guiliel-
mus, capta de terris & iurisdictione ec-
clesiæ reliquerunt. Quo facto, archidia-
conus, Gotfredus & Mechtildis Romã
cum gloria reuersi sunt.

Gotfr. eccle-
siæ hostes
vicit.

Suprà in narrãdis Anglorum rebus,
obiter scilicet & transcursu quodam
πᾶσα τῆς ἰσολῆας προλαμβανόμενος. Cuntionem
Angliæ regẽ in Henrici tẽpora deduxi.
Is est qui vniuersam Angliã, Scottiam,
Noruegiam, Daciamq; obtinuit, pieta-
te magis q̃ armis tutatus, cœnobìa quæ-
dã condidit. Successerat ei Arold^o filius
Nothus, quẽ legitimus filius Andebun-
tus perimi iussit, & hũc quidẽ gula per-
ijisse constat. Vocatus Eduardus Eccl-
dredi filius à Nortmannis, vbi exul age-
bat, regnũ adijt non sinè lætis auspicijs.
hic sinè liberis decedens, Guilhelmo
Nortmãno auunculo suo regnũ reliq̃t.
Atq; sic anno salutis 1066. regnũ Anglię
translatũ est in Nortmãnos in persona
Guilielmi ducis Nortmanni bastardi,
q̃ fuit filius Roberti, nepos Richardi se-
cundi, pronepos Richardi primi ducis
Christiani, de quo suprà mentionem
fecimus.

Cunto An-
glus.

Occupauerat regnum mox è Vñe-
Rosaxonibus Aroldus quidam, qui per
annum

Concilium
Mantuã.

Guilielmus
Nort. An-
glia rex.

annum hoc tenuit. dum Guilielmus regnum armis inuadit, *Aroldum prelio superatum interficit, quod Alfredo cognato suo mortis causa fuisset. Dicitur, nocte quæ pugnam præcessit, Nortmānos vigilijs precibusq; vacasse: ac contra, inimicos vino ac cantibus. Traditur præterea, eum procera statura, vastisq; viribus fuisse, tum venatorem maximū, templorum euerforem, & planè tyrannum egisse. Et ab eo tempore Nortmāni in Anglia vsq; in hodiernum diē regnare cœperunt. mortuo Guilielmo postea anno dñi 1098. succedit Guilielmus filius, qui fuit nequā & scelestus, vt dicemus infra.

Cometes eodem tempore diū apparuit insolitæ magnitudinis & vehemēter ignitus.

Anglorum
regum ge-
nealogia.

ANNO Domini 1092. Guilielm^o Bastardus ex duce Nortmāniæ rex Anglorum moritur, vt iam dictum est, & regnavit post eum Guilielmus filius eius. qui moritur in venatione, & succedit ei iunior frater suus Henricus. nam Robertus tunc erat in expeditione Hierosolymitana occupatus, qui cum rediisset, mouit fratri bellum, & captus est, ac in Angliam ductus per fratrem, qui eum apertis venis fecit mori in carcere.

ANNO 1135. Henricus I. rex Angliæ moritur, & succedit ei Stephanus de Boligne sororius Henrici, anno 1154. Stephanus moritur, & succedit ei Henricus filius filia Henrici primi. Famuli huius Henrici occiderunt S. Thomam Cantuarien.

ANNO Domini 1189. moritur Henricus 2. & succedit Richardus Carolerius vocatus. is iuit ad terram sanctam, & Philippus rex Fraciæ anno sequenti. hic Richardus rediens anno Domini 1193. capitur per ducem Austria, liberauitq; se grandi pecunia.

ANNO Domini 1199. Richardus iste in obsidione cuiusdam castri vulneri accepto moritur, cui succedit frater suus Iohannes dictus sine terra. hic amisit Nortmanniam, quam rex Franciæ Philippus regno suo vniuit, & quia episcopos regni ab ecclesijs expulerat, execrabatur & regnum interdicebatur:

vndè amisisset etiā regnum, nisi mox reconciliasset se ecclesiæ.

Mortuo Iohanne, succedit Henricus 3. filius, huic succedit filius Eduardus anno 1269.

ANNO 1306. Eduardus dictus longis tibijs, moritur, & succedit eius filius Eduardus, & secundum quosdam reg. anno 1318. hic Eduardus per literas fecit homagium Philippo regi Franciæ de Valois, anno 1330. sed postea anno 1337. cœptum est maximum bellum propter successionem regni Fraciæ, in quo quidem bello captus est Iohānes rex Franciæ, & in Angliam ductus, auno Domini 1375. Eduardus cum iam regnasset circiter 52. annos, moritur, & succedit ei in regno Richardus princeps de Galoes Eduardi filius.

Deindè anno 1399. Henricus comes de ~~Verbick~~, qui ex Anglia erat bannitus ad tempus, hic rediens, dux Lancastri ex successione factus, fecit tantum in populo, quod se regem contra Richardum consanguineum acceptarent. Richardus verò plures ex factione decapitari fecit, nec multo post & ipse quoque captus & capite truncatus perijt, regnavitque pro eo Henricus prædictus potentèr, vocatusque Henricus 4.

ANNO 1412. Henricus 4. moritur, & filius eius Henricus 5. pro eo coronatur. hic duxit copias non modicas in Franciam, humiliavitque regem Franciæ, vbi sex duces ex regno Franciæ cæsi sunt in vno prælio, & rex quasi totum regnum amisit, & veniens Parisios, vxorem duxit filiam Caroli regis Franciæ Margaretam, & ex ea genuit Henricum 6.

ANNO Domini 1426. puella quædam Iohanna, dicens se missam à Deo contra Anglicos, regē Franciæ ad spem regni reduxit.

ANNO Domini 1444. treuge inter reges factæ sunt, & Rénatus rex Sicilia dedit filiam suam Henrico regi Angliæ.

ANNO Domini 1455. dux Eboraci Eduardus, cepit Henricum regē Angliæ, & regnavit pro eo per vim. euasit tūc filius Henrici Eduardus penè puer, cum matre filia regis Renati qui eos tenuit.

Clades Fran-
corum.

nuit. Deindè post aliquot annos Varuicus comes Clarentiæ dux, congregatis copijs auxiliaribus Eduardum ex regno fugauit, Henricū à carceribus liberauit, ipsumq; vnà cum filio Eduardo & vxore in regnum restituit. Sed paulò post Eduardus auxilio Caroli ducis Burgundiaë sororij per vim regnum ingressus, Henricum regem cum filio Eduardo & Varuico duce capitibus truncari fecit, & regnum obtinuit.

Deindè moriens, filios reliquit im-
puberes, quos quidam nobilis vir edu-
cauit. Verùm Richardus frater Eduar-
di, illos (vt fama est) occidi procurauit,
& ipse regnum obtinuit, qui tamè post
quàm 2. annis regnauit, per Henricum
comitem de **Nychemont**, occisus est in
bello, qui regnum vsq; adhuc tempora
obtinuit. Porrò superuenit quidam, qui
dicit se filiū esse Eduardi, nec occisum
fuisse, huic rex Scotiæ filiam vxorē de-
dit: sed postea in bello victus occiditur,
& Henricus regnare non desijt, & ho-
diè regnat.

ANNO 1068. Henricus rex adole-
scentiæ vsus licentia, Saxoniam solam ex
omni Ro. imperio coepit incolere, prin-
cipes despiciere, nobiles opprimere, infe-
riores sustollere, venatui, lusibus, cæte-
risq; huiusmodi exercitijs plūs q̄ iustitię
opib⁹ insistere, filios illustriū quibusli-
bet obscure natis cōiugare, priuata præ-
sidia instruere. his discordiæ seminarijs
contigit, regi quàm plurimos insidiato-
res tam vitæ q̄ regni crescere. suspect⁹ in
his habebatur Adelbertus Bremensis ar-
chiepiscopus vt instigator regis.

ANNO 1069. Agnes imperatrix,
mater regis Henrici, tædio affecta, vel
potius diuinitus compuncta, ducatum
Boioariæ quem ipsa nupèr imperio sibi
vsurpauerat, deposuit, & regni guber-
nacula penitus contemnens, pro Chri-
sto Romam poenitentiam actura se con-
tulit, ibiq; in Deo fructificans, post ali-
quot annos in Domino de hac vita mi-
grauit. Dedit autem eundem ducatum
Othoni viro industrio de Saxonia.

ANNO salutis 1071. Otho dux Sa-
xoniam, Boioariæ ducatu, quæ ab Agne-
te imperatrice iā pridem receperat, pri-
uatus est. nam hic Otho Saxo genere,

amplissimæ nobilitatis vir, prudētia aūt
& rebus bellicis incōparabilis, intarūm,
vt rex, qui iam multis suspectus erat &
inuisus, ipsum contra se regem fieri for-
midaret, accidit quoddam Eginone
mediocri loco nat⁹ irrepit, vt videbat,
subornatus, qui Othonem ducē de re-
gis nece tractasse cōmentus est, se ipsum
vt mos erat, potestati regiæ vacle obtu-
lit, quousquē duello cum duce confli-
gens, vera cōprobaret quę retulit. Quid
multa placitis & colloquijs Moguntię
& Gossariæ condictis, Otho dux cum
Eginone, vtpotè dux cum latrone, pri-
mās cum ignobili, cōgredi ex reliquorū
principū consilio contempsit, sua tamē
innocentia & Eginonis improbitas mi-
nimè latuit. nihilominus ducatum Ba-
uariae Otho, vt reus maiestatis, amisit,
quem Guelfo quidam illustris, acer &
bellicosus, filius marchionis Italiae, qui
paulò antè filiā Othonis duxerat vxorē,
vir natus Sueuus, accepit à rege. idq;
principalis discordiæ semen, perpetuos
præliorum, seditionum, schismatum,
hæresium, lamentabilesq; fructus ger-
minauit.

Eodem anno quidā præpotens dum
ad mensam sederet in conuiuio, repen-
tè à muribus circumuallatus, ab ipsis est
penè consumptus, reliquis mensæ con-
uiujs sinè læsione dimissis. Verùm vbi
suis in mare proiectus fuisset, insecuti
mures, nauē ipsam cōscēderūt, ipsumq;
cadauer mortui vsque ad aquę introitū
corrodebant. In terram igitur positus, à
muribus est integer comestus & dila-
ceratus. simile per omnia factū de prin-
cipe quodam Polonię, Martinus histo-
riographus recitat.

ANNO sequenti rex Othonem
vsquequaquē persequitur, munitiones
eius destruit, prædia vastat, & vt reip. ho-
stē delere parat. ecōtrā ille militibus ele-
ctis instructus, ipse quoquē manu for-
tissimus & animo efferus, nunc præda,
nunc flāma, nunc ferro quacunque se
fors obtulit, suas iniurias vlcisci satage-
bat. ipso quoquē mediante, non cessat
gens Saxonum, etsi Saxoniam principes
anteà malè Othoni fauissent, coniura-
tionē aduersus regem cōfirmare, accu-
sationes inauditasque blasphemias ad
sedem

Richardus
regis scelus.

Henrici 4.
anertia.

Othoni Sa-
xoniam Bau-
ariam Agnes
tradit.

Guelfoni
Bauaria da-
tur.

Rebellio q̄-
runda prin-
cipum.

Eodem anno 1073. Rudolphus dux
Alemaniae & Burgundiae, & Bertoldus
dux Carinthiorum, id est, de Zaringe,
Guelfo dux Bauariae, à rege discesserunt
Henrico, cum apud regem proficere nõ
valerent.

Eodem anno Saxones multa praesi-
dia & castella, quae rex dudum aedifica-
uerat, funditus euertit, castrum etiam
Hartespurg & claustrum ibidem cano-
nicorum solotenus deiecerunt: & quod
dictu nefas est, innocentis cuiusdam fi-
lij regis ossa sepulta, in contumeliam pa-
tris de sepulcro eiciunt. Scribunt quid-
am, quod multa rex munitissima castella
in Saxonia & Thuringia construxerat,
quibus indigenarum animos contra se
cõcitauerit, tandem pacis gratia eas mu-
nitiones destrui iussit.

Alexander papa interim statuit AL-
LELVIA suspendi à Septuagesima vsque
ad pascha, & quod sacerdos per obliuio-
nem non baptizatus, per omnes gradus
post baptismum denuo consecretur. mo-
ritur pontificatus sui anno xj. mense
sexto.

Gregorius
7. papa.

ANNO M.lxxiiij. Alexandro de-
functo, vix exequijs celebratis, clerus &
populus ad funeris pompam congrega-
ti, Hildebrandum archidiaconum ac-
clamant à B. Petro in pontificem esse ele-
ctum, ad quorum clamores importu-
nos cardinales conclauē ingressi, eun-
dem elegerunt, quem Gregorium vij.
appellarunt. hic sedit annos xij. men-
sem vnum.

Electiois autem decretum siue for-
ma, Platina referente, haec fuit: Nos san-
ctae Ro. ecclesiae cardinales, clerici, aco-
lythi, subdiaconi, presbyteri, praesenti-
bus episcopis, abbatibus, multisq; tum
ecclesiasticis tum laici ordinis reuerendis-
simis patribus, eligimus hodie x. Kal.
Maij in basilica S. Petri ad Vincula, an-
no 1073. in verum Christi vicarium Hil-
debrandum archidiaconum, virum mul-
tae doctrinae, magnae pietatis, prudētig,
iustitiae, constantiae, religionis, mode-
stum, sobriū, continentem, domū suam
optimè gubernantē, pauperibus hospi-
talem, in gremio sanctae matris ecclesiae
liberè à teneris annis vsq; ad hanc æta-
tem educatum: quem quidem cum ea

potestate ecclesiae Dei praesse volumus,
quo Petrus Dei mandato quondam pre-
fuit.

Sub hoc pontifice ecclesia nouis &
inauditis schismatum erroribus periclita-
ri coepit. sunt etiam qui illum nõ cano-
nicè constitutum, sed tyrannicè papa-
tum sibi met vsurpasse referunt. Alij & fe-
rè omnes, prorsus contrarium referunt.
Nos ea quae variè scripta de eo inueni-
untur, fidelitèr annotabimus. Inuenio
apud Saxones eleganti stylo scriptum,
quod Alexandro mortuo, Romani mox
inconsulto rege, elegerunt Hildebran-
dum virum celeberrimum.

Eo electo, episcopi Galliarum gran-
di scrupulo permoti, nè vir vehementis
& acris ingenij atq; fidei, districtius eos
pro negligentijs suis quandoquè discu-
teret, suggerere conati sunt, asserentes
quod nisi rex imperium hominis preueni-
re maturaret, & electione eius quae in-
iussu suo facta fuerat, irrita decerneret,
grauia cum pericula inuenirent. Quod
rex animaduertens, statim legatos Ro-
mam misit, qui Romanos conuenientes
causam sciscitaretur, quare praeter con-
suetudinem Maiorum, rege inconsul-
to, pontificem ordinassent: ipsumque,
si non idoneè satisfacerent, illicitè ac-
cepta dignitate abdicare se praeciperet.

Venientes autem Romam legati, be-
nignè sunt suscepti. Expositis deinde
mandatis, pontifex respondit, se Deo
testehonoris huius apicem nõquam af-
fectasse, sed electum se à Romanis, & vio-
lentèr impositam sibi necessitatem, ve-
rè cogi nullatenus potuisse, vt ordi-
nari se permetteret, donec in electione
suam tam regem quam principes Teu-
tonici regni consensisse certa legatione
cognosceret. Hec vbi regi sunt nunciata,
libentèr suscepit satisfactionem, & læ-
tissimo suffragio vt ordinaretur, man-
dauit.

Consonat aliquantisper Blondus:
Gregorius, inquit, commissam sibi ec-
clesiam quietè cupiens gubernare, pa-
cem cum Henrico habere quae fuit: quod
ostendit epistola, priusquam corona-
retur, ad Beatricem & Mechthildin ei-
us filiam, in haec verba: De rege autem,
vt antea in literis nostris accepistis, haec

M est

est voluntas nostra, vt ad eum religio-
fos viros mittamus, quorū admonitio-
nibus, inspirante Deo, ad amorem san-
ctæ Rom. ecclesiæ reuocare eum, & ad
condignam formam suscipiēdi imperij
instruere ac expolire valeamus.

Et ad Anselmum Lucensem episco-
pum scribit: Hæc nanque personæ pacē
conantur efficere, charissima filia no-
stra Agnes imperatrix, necnon gloriosa
Beatrix cū filia Mechtilde, Rudolphus
quoquē dux Sueuiæ. Epistola etiā
Rainaldo Cumanō episcopo apud Hē-
ricum agenti scripta, pacem insinua-
uit.

Henricus
pontificis
electionem
confirmat.

Inter hæc verò non minùs pontifex
ad Henricum oratores misit, denuncia-
tuos, se, si in pontificatu confirmaretur,
nullatenùs errores illius toleraturum:
proindē aut alium pontificem fieri
curaret, aut se ad satisfaciēdum con-
dignē pararet. Subiungit illi, rex tum
facti modo & veritate cognitis, electio-
ni eius assensum præbuit, mittens ad
urbem Gregorium Vercellēsem episco-
pum, regni Italici cancellarium, dictam
electionem (vt mos erat) sua autori-
tate confirmaturū: quod Platina quo-
quē affirmare videtur. Cōfirmatus Gre-
gorius, Henricum regem ab episcopa-
tuum & ecclesiarum venditione deter-
rere statuens, legatos qui hæc eadē præ-
ferrent, misit, accesserunt ad id impetrā-
dum pontificis oratores, Agnes scilicet
regis genitrix, G. Ostiensis, V. Præne-
stinus, & R. Cumanus episcopi.

Eam ad legationem Henricus in Ba-
uaria agens, benignē respondit, nec ta-
men episcopos quos Alexāder ob simo-
niam execratus est, à sua communione
voluit remouere. Cumque legati pon-
tificis instarent, respondit per Bremenē
episcopum, Moguntino archiepiscopo
vices Romani pōt. in Germania ab Ale-
xandro Gregorij antecessore, olim fu-
isse concessas.

Diffidium
Henrici &
papæ.

Replicant ad hæc oratores, conces-
sionem Moguntino factam, conceden-
tis morte expirasse. nihilominùs tamen
perstitit in sententia Henricus: quam
ob rem oratores, Bremenē episcopo,
qui regis impulsor, adiutorque fuerat,
execrato, Romam iunt reuersi.

Paulopōst Bambergensem & Con-
stantiensem episcopos Romæ agentes,
& de simonia conuictos, Papa dignita-
te priuauit. Subindē Quadragesima se-
quenti Gregorius pontifex concilium
Laterani cū celebraret, interfuerunt
Guibertus Rauēnās archiepiscopus, &
maxima Lombardię episcoporum pars,
adstiteruntque pontifici Mechtildis co-
mitissa & Sisulphus princeps Salernita-
nus. quo in cōcilio Robertus Guiscar-
dus ob nouam terrarū Ecclesię de mar-
chia Anconitana occupationem, & cę-
teri Nortmanni fuerunt execrati.

Soluto autem concilio, cæteris ab-
euntibus, mansit Romę Guibertus, do-
lum rege consentiente machinaturus.
Celebrat Missam pontifex in natiuita-
te domini apud Mariam maiorem, quę
basilica vocatur ad præsepe, tum subito
irrupens stipatus cohorte Cincius præ-
fecti filius, Papam tunc hostiam fran-
gentem in sacrificio, atque raptum al-
tario deturbat: attractumque ad do-
mum, quæ sibi eo loci erat, in turri
clausit. populus id non ferens, postri-
diē Cincij domum furibūdus vndique
aduolans pontificem liberat, ædes ac
turrim scelerati hominis à fundamen-
tis euertit, familiam eius nares mutila-
tam ab vrbe pellit, ipse verò Cincius tā-
ti mali author, fuga salutem querens, in
Germaniam varijs tramitibus ad impe-
ratorem peruenit.

Verum Guibertus tanti doli ma-
chinator, vt Blondus & Platina scri-
bunt, cū insidiæ ad vota non suc-
cessissent, simulata beneuolētia, à pon-
tifici dimissus, Rauennam peiora mo-
liturus peruenit, Theobaldum Medio-
lanē archiepiscopum & plures Cisal-
pinæ antistites, coniurare in Gregori-
um pollicitationibus perpulit. His ad-
didit Hugonem Candidum Cardina-
lem, qui etsi antē idem fecerat, in gra-
tiamque, animo licet simulato, rediē-
rat, Guiberti tamen dolo fraudeque cir-
cunuentus ac persuasus, quam præ se
tulit malam mentem, apertius decla-
rabat. Nam viribus omnibus quo-
ad poterat, annisus imperatorem &
Nortmannos inter se de imperio dis-
sidentes componere, pacisque sœdera
propo-

Cincij
pōt. capta

Hen-
rici
vt se
strat-
et.

proponere, inq; pontificem eos concitare cogitabat. Sperauit tamen Gregorius Henricum quiescere, sicut & Guibertum. sed cum nouam cōiurationem percepisset pontifex, synodum Lateranensem coëgit, in qua Guibertus Hugoq; excommunicati, dignitatibusq; priuati, anathematis vinculo sunt innodati.

Dum hæc aguntur Romæ, Henricus cum Saxonibus nõ infeliciter pugnat, & elatus aliquot successibus, pontifici peruiaciùs restitit. peruenit interim ad eum Papæ mandatum, vt de obiectis se criminibus purgaret. quare conuentus Vormatiæ indicitur Sigefridi archiepiscopi Moguntini opera, in conuentum eum & Hugo cardinalis, cui iam mentionem fecimus, venit: tragœdiam quãdam apud principes de scelestâ Papæ uita commentus, falsò protulit. Itaq; imperator omnibus, nè qua in re Papæ obtemperarent, interdixit, Papã ex episcoporum decreto abrogauit. resisterunt principiõ huic sententiæ boni quidam uiri, tum è Saxonie episcopis, tum alijs Germaniæ primatibus, episcopus Herbipolenß, & Meteñ, qui tumultu superati sunt.

Ad pōtificem, vt se magistratu abdicet, scribitur his ferè uerbis: Quia & introitus tuus tãtis periurijs est initiatus, et ecclesia Dei tam graui tempestate perabusionem nouitatũ tuarum periclitatur, & uitã cōuersionemq; tuam tam multipliciter infamia dehonestat, obedientiam, quam tibi nullã promisimus, nec deceterò vllam seruaturus esse renunciamus: & quia nemo nostrũ, vt tu publicè declamas, tibi hætenus fuit episcop⁹, tu quoquẽ nulli nostrũ eris apostolicus.

Veniens aut Romam ex eo conciliabulo Rolandus Parmenß clericus, ab imperatore ac reliquis episcopis missus, atque perductus ad cōspectum pontificis cardinaliumque, Gregorio publicè interdixit, nè quid ageret deinceps, quod ad magistratũ pontificis pertineret, & cardinalibus ipsis mandauit, vt relicto Gregorio, aliũ habituri pontificem, ad se proficiscerentur. Et hæc quidẽ pariformitèr apud pontificem & cardinales uerbis Henrici regis referuntur. at non

minùs eregiõnẽ multorum Germaniæ episcoporũ literẽ, pontifici suam operã & fidei constantiam pollicentium sunt allatã: qua impulsus causa pontifex, ea in synodo* Sigifredum & eius impietati assentientes episcopos & abbates commissis priuauit ecclesijs, Henrico autẽ gubernationem, titulum & dignitatem regni interdixit, omnibus principibus & populis vtriusq; regni Teutonici & Italici, quo illi obstringebantur iuramento, auctoritate Apostolica solutis, ipsumq; anathemate notauit.

Eodem anno Domini 1076. principes & populi pars maxima, animis ab Henrico se alienare cœperunt, primi q; Saxones, post illos Meteñ episcopus Henricum censuit in vim anathematis deponendũ. Vndè Germani principes circa Kaleñ Octobris colloquũ maximum apud *Oppenheim* faciũt, vbi penè totius Germaniæ principes & maximè Saxonũ & Alemanorũ, subiectioni regis renũciabant, causam pretendẽtes, quod à duobus iam Apostolicis vocatus ad satisfactionem, non venisset, & pro hoc cõtemptu sententiã execrationis in romana synodo à Papa accepisset, licet ipse inauditus & absens fuisset. Vndè cum fatisceret iam & planè ortũ uideretur in regno dissidiũ, Rudolphus Guelfo & Theodoricus, primores Alemanorũ duces, cum cæteris in regno præstãtib⁹ in id cõsiliũ cõuenerunt, vt uocaretur in Alemaniã pontifex, & q̄ Henricus ab illo supplex ueniã peteret: alioqui si petere nollet, successorem illi daturus se concordie cõuentũ sententiã testati sunt. id autẽ facturũ se rex ipse, interposito sacramento, pollicitus est.

Ea de causa, regis & conuentũ nomine accessit pontificem orator archiepiscopus Treuerenß Henricus, quo instante, pontifex Augustam prætoriam venire statuens, venit cum cardinalibus vsque Vercellas, vbi ab episcopo loci clam rescijt, Henricum regem hostili in se animo cum exercitu venire. Tum pōtifex obmissio instituto, Canossum oppidum agri Rhegienß, quod erat ditioni *Matildis comitissæ subiectũ, declinat. morã pontificis suspectam habens rex, properè cum omnibus copijs eò mouit.

Guiberti archiepiscopi
Rauennatis
aliquis.

Henric⁹
papæ mandat,
vt se magistratu
abdicet.

Conuentus
principum
apud *Oppen-*
heim.

Quanta tamé difficultate venerit in Italiam hyeme asperrima, scribit Hersueldensis monachus, quod miserum factis est audire. inuenio etiám in eiusdem scriptis, quód Diedericus episcop^o Verdunens, fautor regis, dum proficiscenté paulò post insequi vellet, captus est ab Adelberto comite de castello quod dicitur *Kalu*, & spoliatus omnibus, quas studiosissimè conuexerat, tam longi itineris impensis, à quo diù tentus in custodia, tandè dato quodcunq; exigebatur redemptionis suæ precio, addito etiám iureiurando, quód iniuriæ huius nec spiritualem nec corporalem vindictam aliquandò expeteret, liber abire dimissus est.

Ea tempestate Robertus Bambergensis episcopus in Italiam pergens per Boiariam, captus est à Guelfone duce Bauarorum, qui eum diutissimè in vinculis tenens, omnia tamen quæ secum habebat, Ecclesiæ Bambergensi restituit.

At rex veniens Canossam, statim deposito regali ornamento, nudis pedibus supplex petebat se in oppidum introueri. denegatum autem ingressum æquo animo tulit, quanuis aspera esset hyems, in suburbio tamé oppidi triduo demoratus, continuò veniam petens. Tandè rogatu Matildis & Adelai Sabaudien comitis, abbatisq; Cluniacens, introductus absoluitur, & ecclesiæ reconciliatur, pace iuramento firmata, & obedientia promissa sub hac forma:

Henric^o rex
à pontifice
absoluitur.

Rex Henricus, composita pace iureiurando confirmata ex sententia domini nostri Gregorij vij. affirmo me pacta & foedera conseruaturum, curaturumque ut quoquò voluerit idem pontifex, sinè vllò discrimine sui ipsius & comitatus proficisci possit, maximè autem per loca imperio nostro subiecta: neque per me staturum, quo minùs liberè pontificio munere ubiquè locorum uti possit, & hæc seruaturum me iureiurando addico. Actum Canossi v. Kalen. Februarij. indi & xv.

Accepit autem rex ut absolueretur, conditiones has, ut die & loco quemcunque Papa designasset, euocatis ad generale concilium Teutonicis princi-

pibus, præstò esset, & accusationibus quæ intenderentur, responderet, & ad eius sententiam vel retineret regnum, si obiecta purgasset: vel æquo animo amitteret, nullà siue retento, siue amisso regno, huius iniuriæ vindictam à quoquam homine exacturus. Vsq; ad eam autem diem, qua causa eius legitime discussa terminaretur, nulla regij cultus ornamenta aut dignitatis insignia sibi adhiberet, cõplices suos, quorum consilijs se remque pub. perdidisset, à sua in perpetuú familiaritate amoueret: ad vltimum, si quid horum præuaricaretur, irritam fore absolutionem, quin iam pro conuicto confessoq; habendum esse.

Ità absoluto rege ab execratione, ut scribit Hersueldensis historicus, Papa Missarum solennia celebrauit, confecta q; sacra oblatione, regem cum cætera quæ frequens aderat, multitudine, ad altare vocauit: præferensque manu corpus Dominicum, Ego, inquit pontifex, iam pridè à te tuisq; fautoribus literas accepi, quibus me in simulabas sedem Ap. per Simoniacam hæresim occupasse, & alijs quibusdã tam ante episcopatum quàm post acceptum criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum scita canonum, omnem ad sacros ordines accessum obstruxerint. Et licet multorum idoneorum testium ad stipulatione crimen refellere quæ, eorù scilicet qui omnè vitæ meæ ab ineunte ætate institutionè integerrimè nouerunt, ego tamen nè humano potius quàm diuino niti videar testimonio, ut omne scandalù de medio auferã, ecce corpus Dñici, quod sumpturus sum, in experimentum mihi hodiè fiat innocentiæ meæ, ut omnipotès deus suo me hodiè iudicio, vel absoluat obiecti criminis suspiciõne, si innocens sum: vel subitanea interimat morte, si reus.

Hæc & alia ut solène est præfatus, partè Dñici corporis accepit & comedit: q; liberrimè assumpta, cum popul^o in laudes Dei aliquãdiu clamasset, tandè impetrato silètio, cõuersus ad regè: Fac ergò, inquit, fili, si placet, qd me facere vidisti. Princes Teutonicis regni suis indiès accusationib^o aures nostras obtudunt, magnam

Magno dei testimonio Gregorius vltimus

magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, & nōsti optimè humana plerunquè vacillare iudicia, & in publicis disceptationibus nōnunquàm falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum hominum ingenijs & dicendi copia & suauitate, falsitas verborum phaleris adornata libentè auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis contemnitur. cū ergo tibi benè consultum cupiam pro eo, quod in calamitatibus tuis supplex Ap. Se. patrocinium experisti, fac quod moneo, si te innocentem nōsti, & existimationē tuam ab æmulis tuis per calumniā falsis criminationibus impetitam, libera & ecclesiam de scandalo, & te ipsum lōgæ concertationis ambiguitate: sume hanc residuam partem Dominici corporis, vt comprobata Deo teste innocentia tua, obstruatur omne os aduersum te iniqua garrientium, & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocentiae tuæ vehemētissimo assertore, principes tibi reconciliētur, regnum restituatur, omnis quibus iam diu Respub. vexatur, bellorum ciuiliū tempestas in perpetuum sopiatur.

Ad hæc ille, inopinata re attonitus, estuare: & resumpto deindè spiritu, causari apud Papā cœpit de absentia principum, qui sibi in aduersis fidem adhuc integram seruassent, quibus inconsultis, & potissimum absentibus accusatoribus, irritam fore, nec quicquam viriū apud incredulos habituram esse criminum in se obiectionem dicebat: proindè sedulo Papam orare, vt rem integrā generali concilio differret, vt ibi secundum leges discussis tam accusationibus quàm accusatorum personis, obiecta refelleret.

Haud grauatè Papa petenti acquieuit, regem ad prædium vocauit, & post eā cum pace ad suos, qui longius extra castellum remanserant, remisit.

Qui abiens, cū causam Italis exposuisset, vehemēs in eum ira & indignatio coorta est, fremere omnes & sæuire verbis ac manibus cœperūt, legatos apostolicos irridere, se execrationem Papæ nihili æstimare, quem omnes Italię episcopi iustis ex causis iam pridem excom-

municassent, qui Se. Ap. per Simoniacā hæresim foedasset, homicidijs cruentasset, adulterijs alijsq; capitalib; polluisset, regem secus ac deceat egisse, crimen gloriæ suæ intulisse nunquàm abolendum, quod homini hæretico & probris omnibus infamato maiestatem regiam submisisset: se in vltionem, abdicato patre, qui vltro regni fascibus indignū se effecisset, filium eius, licet impuberem adhuc, regem facturos, & cum eo Romā proficiscentes, Papam alium electuros, per quem imperator protinūs cōsecraretur, & omnia Papæ huius apostatici gesta cassarētur. Hæc vna omnium voluntas, vna sententia erat.

Ad hæc imperator rogat, nè molestè acciperent, aut in contumeliam suā factum reputarent, quod extrema necessitate compulsus, cōmunis cōmodi ratione fecisset: nec Teutonicis principibus, qui sibi per calumniā regnum eripere machinarentur, nec Ro. pontifici aliter satisfieri potuisse: nunc se omnibus angustijs, quibus vias eius cōclusissent inimici, liberatum: omnem deinceps curam industriamq; ad vindicandas suas & illorum iniurias transfaturum.

Squit nihilominus furor, & cū Italiā peragraret, vt iustitiam regio more administraret, nec in ciuitates eum recipiebant, nec obuiam ibant vt moris erat, sed foris in suburbanis locis commorari arctabatur, apposito singulis locis præsidio, vt prædas fortè de agris vel villis agere volentes, armata manu cōercerentur.

Territus rex insolita rerum facie, seroq; pœnitēs quod incognitæ genti se credidisset, & Teutonicis finibus excedendo hostē mutasset, nō euasisset, ratus hui; rei vnicū hoc esse præsidium, vt initum cū Ro. pōtifice foedus abrūperet, & indè reparandæ cōcordiæ initiū faceret, vndè fuerat orta discordia: execratos, quos à contubernio suo amouerat, in pristinum gratiæ & familiaritatis gradum reuocauit. Tum assiduè in cōuentu principum detrahebat Ro. pontifici, quod author omnium malorum ac incētor extitisset, hortabaturq; simul omnes, vt suo ductu suisq; auspicijs tantarū iniuriarum vindictam ab eo expeterent.

M 3 Pau-

Hærici sic
humilicas.

Episcopi
in Papā in-
signatio.

Hærici simu-
latio prodit-
tur.

Paulatim Italos ferè omnes, quòd in pontificem non essent proba fide, in suam ità simulato fauore sententiam traxit, vt eius vires augerèt, sumptibus exercitum alerent, planeque omnem operam pollicerentur.

Interim primates Germaniæ viri, p-bam rati materiem iuuandę reip. absentiã Henrici, conuentum indicunt in oppido **Forcheim**, Rom. pontifici rem per literas denunciant, nè præter boni pótificis auctoritatem quicquã in imperio gereretur. Is quamprimũ principũ erga remp. animos & Henrici nouos tumultus accepit, Henricum hortatur vt in fide maneat, conuentum adeat.

Sed hic commento quodam pontificis mandata illudens, Italia non commodè exire posse respondet, fuisse eam totius Italię populis expectationem aduentũ sui, si mox digrediat, existimationem imperatorij nominis nullã fore apud illos. Quod Papa principibus Germanis rescribit, legatos ad conuentum mittens Bernardum abbatem Massiliæ, & diaconum cardinalem S. Rom. ecclesiæ Bernardum, suamq; simul excusans absentia, quòd imperatoria fraude omnes sibi aditus & in Germaniam & in urbem Romam occlusi essent.

Circa 3. Idus Martij, cum pontificijs legatis Moguntinus, Metensis, Vuirceburchensis episcopi, Rudolphus Sueuus, Bertoldus Carinthius, Guelfo Bauarus duces, & alij plerique summi viri, in **Forcheim** conueniunt, Rudolphũ Sueuiæ ducem, bonum principem, regem eligunt.

Rudolphus
Sueuię dux,
rex electus.

Incidit hæc res tantorum malorum ceu lernæum semen in annum Domini 1078. Henricus imperator audiens Rudolphum regem factum, consternatus animo, missis legatis, petijt à pontifice, vt Rudolphum execrationib⁹ ab occupatione regni depelleret, Alemanis in illum tanquã tyrannum arma sumere imperaret.

Gregorio respondente, non decere pontificẽ, inauditum quempiã damnare, excandescens iracundia Henricus, sumptis armis, contra Rudolphũ contendit, vbi grauitè & incerta victoria vtrinque inter reges dimicatum est.

Gregorius hæc audiens, ex vtriufque legatis synodo habita, tres legatos elegit, quos de latere sedis Apost. trãsmisit ad componendas res inter Henricum & Rudolphũ, inter quos erat Otho Treueren̄ archiepiscopus. tradidit autẽ illis literas in hanc formã: Cognita imbecillitate, cupiditate, & ambitione humani generis, mandamus, nè quispiã vel rex, vel archiepiscop⁹, vel episcop⁹, dux, comes, marchio, siue miles, aliquo colore quæsito, legatis nostris resistere audeat. Quicunq; autẽ impedimento illis fuerit quo minus pacem componant, eũ anathematis vinculo alligamus spiritu ac corpore, ac omnibus fortunis Apostolica potestate colligamus &c.

Mandatum præterea legatis est, vt in Alemania conuẽtu habito, maturè decernãt, vtri duorum regum ex æquo & bono ius competat, eidemque consensu bonorum regnum decernant.

His mandatis (ex Blondi sententia) videtur Rudolphus annuisse: subiungit enim, Henricum oratum à legatis, vt quod Rudolphus toleraturum se obtulerit concilium, ipse etiã consensu omnium constituendum in Alemania toleraret. Respondisse autem Henricũ, nisi Rudolphus pontificis auctoritate execraretur, se nullatenus congregationi concilij assensurum.

Oratoribus auditis, pontifex omne pacis cum Henrico habendæ spem abiecit. vnde execrationem in Henricum his verbis denuò confirmauit: Henricus, qui cornua & calcem contra ecclesiam Dei superbe nimium erexit, facta coniuratione cum multis episcopis Italici, Gallici, Germanici nominis, qui fractus potius quàm ad sanitatem reductus, ad me in Cisalpinam perueniens, absolutionem anathematis suppliciter quæsuit, hunc ego quẽ ad penitentiam venisse credideram, in gratiam recepi, huicq; tantummodò communionẽ reddidi, nõ tamen in regnum, ex quo eũ in Ro. synodo meritò depuleram, restitui, nec vectigalibus regni, vt ad fidem redirent, concessi. Hoc ideo feci, vt si redire in gratiam cum finitimis suis, quos semper vexauerat, differret, reddereque res cum ecclesiasticas, cum

Gregorius
Rudolphũ
Henricũ
cẽ mand

Ru
con
& R
fru

Attẽ. solus
Henricũ,
in regnũ
stitutum.

tum personas ex foedere abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti quidam Germaniæ episcopi & principes, ab hac fera bestia diu vexati, in locum Henrici, suis flagitijs è regno cadentis, ducem Rudolphum deligunt, qui regia modestia & integritate vsus, statim nuncios ad me misit, à quibus intelligerem se coactum regni gubernacula suscipere, nõ esse tamen ad eò regnandi cupidum, vt non málit nobis quàm regnum pollicètibus obtemperare, futurum se in Dei potestate sempèr ac nostra, idq; vt arbitraremur nos, futuros filios obsides pollicitus est. Stomachari tum Henricus cœpit, & nos primò quidem precari, vt Rudolphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me velle videre, cui ius cõpeteret, & eò missurum nuncios qui rem omnem resciscerent. Vetuit Henricus quo minùs res à legatis nostris decerneretur, multosque tum seculares, tum ecclesiasticos interfecit, ecclesias diripuit & prophanauit. Hanc obrem fidès in Dei iudicio & misericordia, fultus etiàm autoritate nostra, ipsum Henricum eiusque fautores vinculo anathematis colligo, atque iterum regiam ei potestatem adimo: interdicoque Christianis omnibus illo iuramento absolutis, quo fides regibus dari solet, nè Henrico vlla in re obtemperant, Rudolphum quem Germaniæ pceres delegerunt, suscipiant.

Hęc scribens principibus Germaniæ, subiungit: Agite igitur apostolorum sanctissimi principes, & quod dixi, vestra autoritate interposita confirmate.

Et post pauca: Hoc autem iudicium citò in Henricum exercete, vt intelligat omnes iniquitatis filij, non fortuitù, sed vestra opera eum regno cadere. Velim insupèr vt à Domino gratiã consequatur, vestris monitis ad pœnitendum inductus. Actum Romæ Nonis Mart. indictiõis tertia. Quin Guibertum discordiæ authorem dignitate priuat. Rauennam mittit, qui fidelium animos à Guiberti erroribus constantèr reuocent.

Erat & alia inter pontificem & Henricum cõcertatio: Inoleuerat enim, p̄cipuè in imperio, quòd defunctis eccle-

fiarum p̄latis, annulus & baculus pastoralis ad imperatorè dirigebantur, vnde postmodum vnum de familiaribus & capellanis suis ad ecclesiam vacantè dirigebat, non expectata electione cleri: quod dominus Papa contra honestatè fieri considerans & contra iura, semèl, secùdò & tertio imperatorem monuit, vt à tam detestabili p̄sumptione desisteret, & cum illum reuocare nõ posset, Romæ concilium congregans centum & decem episcoporum, in quo primùm ipsum Henricù execrat^o est, tanq̄ perurum & ecclesię Dei subuersorè & persecutorè: anathematizauit & omnes ecclesiasticas personas, quæ de manu alicuius secularis personæ reciperent inuestituram, de quo 16. q. 7. c. Si quis deinceps, vbi etiàm subiūgit: Si quis imperatorũ, regum, ducum, marchionum, comitũ, vel quolibet secularium personarum, inuestituram episcopatum vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare p̄sumpserit, eiusdem sententię vinculo se esse obstrictum sciat. Insupèr in eodem concilio omnes Simoniacos anathematizauit, & fornicarios sacerdotes à diuinis officijs remouit, & laicis Missas illorum audire prohibuit, notoriè in fornicatione iacentium.

Et Gregorius Rudolpho & Bertoldo ducibus (quos puto Alemanniæ, hoc est, Sueuiæ duces fuisse, & huc esse Rudolphum regem postea, vt suprà tactum est, factum) hęc quæ p̄ceperat, exequi curauit. argumento est inter cetera, epistola plebi Constantiensis diocesis scripta in hęc verba:

Gregorius episcopus seruus seruorũ Dei, clericis & laicis maioribus atq; minoribus in Constañ. diocesi cõstitutis, salutem & Apost. benedictionè. Misim^o fratri nostro episcopo vestro Othoni literas exhortatorias, per quas pro nostri necessitate officij apostolica autoritate iniūximus illi, vt Simoniacam heresim de ecclesia sua penitùs excluderet, & castitatem clericorum studiosè p̄dicandã susciperet. Sed episcopus vester neq; B. Petri reuerètia p̄cepti neq; officij sui solitudine attract^o, vt nobis relatu est, q̄ paternè suaferam^o, p̄ficere curauit: & nõ solùm inobedienciã, verùm

M 4. etiã

Const. de
inuestituris.

Rursus ex-
com. Henr.
& Rud. cõ-
firmatur.

Gregor. epi-
stola ad Cõ-
stantientes.

etiã rebellionis offensam cõtraheret, quemãdmodũ accepim⁹, palãm clericis suis iussioni nostrã, immò veriùs B. Petri omninò contraria permisit, itã vt qui mulierculas habuerant, retinerent: & qui non habebant, illicita temeritate subintroducerent. Quod vt audiuimus, molestè ferentes, alteram ei scripsimus epistolam, indignationis nostrę motus ostendentes: quin etiã ipsum ad synodum Romanam aduocauimus, vt rationes reddat, & inobedienciã causas, si rationabiles fuerint, in audientia totius conuentũs exponat. Hęc idẽ filij charissimi vobis nota facimus, vt salutem vestrã consulamus. si enim fronte aperta episcopus vester repugnans & contumax esse studuerit, indignum est vt præsit &c. Quapropter omnibus, sicut prædiximus, Deo & B. Petro obediẽtib⁹ Apostolica autoritate præcipimus, si in obduratione sua persistere voluerit, nullam ei obedienciã reuerentiã exhibeatis, neque id animã vestrã perniciem esse putetis. Nam si præceptis apostolicis voluerit esse contrarius, ab omni illius subiectionis iugo B. Petri autoritate vos absoluiamus, itã vt si etiã sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quã diũ Deo ac Se. Ap. rebellis extiterit, nulla illi fidelitatis exhibitione fiat obnoxius.

Quin obseruatione digna videntur, quæ de Hildebrandi constitutionibus *Hersfeldensis narrat: Hildebrandus cum episcopis Italiã conueniens, frequentibus synodis decreuerat, vt secundũ instituta antiquorum canonum, presbyteri vxores non habeant, habentes autem dimittant, aut deponãtur: nec quisquam omninò ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum celi bẽ vitam profiteatur. Hoc decreto per totam Italiã promulgato, crebras literas ad episcopos Galliarum transmittabat, præcipiens vt ipsi in suis ecclesijs à contubernio sacerdotum omnes omninò fœminas perpetuo anathemate referent.

Aduersus hoc decretum protinũs infremuit tota factio clericorum, hominẽ planè hereticum & vesani dogmatis esse clamitã, qui oblitus sermonis Domini,

qui ait: Non omnes capiunt hoc verbum: Qui potest capere, capiat: & Apostolus, Qui se non continet, nubat, melius est em̃ nubere, quã vri: quod violenta exactione homines viuere cogeret ritu angelorum, & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiæ frena laxaret. Quod si pergeret sententiã confirmare, malle se sacerdotium quã coniugium deferere: & tunc visurum eum cui homines forderent, vndè gubernandis per ecclesiã Dei plebibus angelos comparaturus esset.

Nihilominũs ille instabat, & assiduis legationibus episcopos omnes sordidiã & desidiã arguebat. Archiepiscopus Moguntinus sentiẽs non parua constare opera, vt tanto tempore inolitã consuetudinem reuelleret, atq; ad rudimenta nascentis ecclesiã senescentem iam mundum reformaret, moderatiũs agebat cum eis: & primò eis dimidium annũ ad inducias deliberandi dedit, hortans eos vt quod necessariò faciendum sit, spontè faciant, & tam sibi quã Rom. pontifici necessitatem adimant aliquid seueriũs agendi.

Ad vltimum congregata synodo in **Erpesfurt** mense Octobri, imminebat, vt relegata omni tergiuersatione, in præsentiarũ aut coniugium abiurarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarẽt. Multas contrã illi rationes afferẽbant, quibus instantis perurgentisq; improbitatem eludere niterentur. Cumq; aduersus Ap. Se. autoritatem, qua se ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulsus obtendebat, quod nihil argumenta, nihil supplicationes precesq; proficerent, egressi sacerdotes tanquã ad consultandũ, consilium ineũt, vt in synodũ non redeant.

Nonnulli etiã clamitabant, melius sibi videri, vt in synodum regressi, ipsum episcopum priusq; execrabile in eos sententiã promulgaret, cathedra episcopali deturbarent: quo merita morte multato, in signe monumentum ad posteros transmitterent, nè quis successorũ eius, talem sacerdotali nomini calumniam struere tentaret.

Cũ ad episcopũ relatum esset, hoc eos

De sacerdotum vxoribus & concubinis.

eos machinari, commonitus à suis, vt tumultum maturè præuerteret, misit ad eos foràs: rogauit vt sedato pectore in synodum regrederetur: se, cum primùm opportunitas arrisisset, dominum Apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiæ austeritate deducturum. Acta sunt hæc anno Domini 1074.

Sequenti verò anno idem archiepiscopus mense Octobri synodum Moguntia congregauit, vbi inter alios episcopos qui conuenerant, aderat Curienfis episcopus Ap. Se. legatus, literas & madata deferens, quibus ei sub interminatione gradus & ordinis sui præcipiebat, sicut antea multis legationibus præceperat, vt presbyteros omnes qui intra suam diocesim essent, cogeret aut in præsentiarum coniugibus renunciare, aut se in perpetuum sacri altaris ministerio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes qui vndiquè assidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis gestu in eum debacchabantur, vt se vita comite, synodo excessurum desperaret. sic tandem rei difficultate superatus, statuit sibi deinceps soli, quæstione hac omninò super sedendum, eamq; Rom. pontifici relinquendam, vt causam quam ipse toties inutiliter proposuisset, ille p. semetipsum, quando vellet, & quomodo vellet, peroraret.

Hanc disceptationem horrenda ecclesiæ Occidentalis pestis secuta est, adeo vt & laici in hoc sacerdotum dissidio sacra tractarent, baptizarent, inungerent sordibus pro vero pietatis oleo, tãtis p. donè diuina prouidentia rebus illis consultum est.

Circa hæc tempora mulier quædam in Constantia peperit hominem, duo capita habentem & omnia membra duplicia. In Sicilia hoc in tempore ciuitas Syracusana tanto terremoto concussa est, vt ecclesia ibidem infra Missarum solennia hominibus plena corrueret, & omnes vtriusque sexus homines opprimeret, præter sacerdotem celebrantem & duos illius ministros.

In hac generatiõe anno Domini 1060. moritur rex Franciæ Henricus filius Roberti, qui Henricus uxorem habuit

Annam filiam Georgij regis Syriæ, ex qua genuit Philippum. Habuit & alteram coniugem filiam Matildis comitis de **Bernandais** ex qua genuit Rudolphum comitem, genuit & Robertum ex Anna regem Syriæ, & Hugonem regem in Hierusalem, sed antè moritur, & Gotfridus de Bolion rex creatur. Philippus igitur filius Henrici in regno succedit Franciæ anno quo supra. hic habuit Bertam filiam comitis Balduini de Fladria uxorem. Iste Balduinus fuit rex Frisiæ & comes Hollandiæ, genuit ex Berta Constantiam & Ludouicum Grossum. Habuit & concubinam comitissam Andegauia, propter quam fuit execratus ab Urbano.

Circa hæc tempora cometes apparuit, de hoc quidam monachus Elmerus Malmoberiæ: Venisti, inquit, venisti, multis matribus lugendum malum, dudum te vidi, sed nunc multò terribilius te intueor patriæ huius excidium, scilicet Angliæ.

GENERATIO XXXVII.

ANNO Domini 1080. sub Gregorio vij. & Henrico III. incepit 37. generatio. Henricus accipiens Rudolphum confirmatum, se verò publicè anathematizatum, censuris iritatus magis quàm admonitus, nihil statuit omitendum, quod p. excidio accommodum intelligeret. Conuocatis itaque apud Noricam Brixiam Alemaniam urbem omnibus sibi ex Germania & Italia parentibus episcopis & abbatibus, concilium aduersus Gregorium celebrauit, quem pseudo monachum, totius vesaniæ (vt asserebant qui aderant) pestiferum principem, & præcipuè sanctæ Romanæ sedis inuaforem affirmantes, Apostolica sede depellendum, quauis absentem, iudicabant, & Guibertum Rauēnatem archiepiscopum ipsi subrogandum eligebat.

Erat autè hæc decreti cõclusio: Quia, inquit, Hildebrandum constat non à Deo electum, sed à seipso in fraude & pecunia impudētissimè erectum, qui ecclesiasticum subuertit ordinem, qui Christiani imperij perturbat regnum, qui regi catholico ac pacifico corporis & animi intetat mortem, q. periurum defendit regem, q. iter cõcordes seminat discordiam,

inter

*Veromanduis.

Philippus Franciæ rex.

Att. sacerdotum duritiam.

Prodigia.

Hern. concilii liabulo Guibertum papam eligit.

inter pacificos lites, inter fratres scandala, inter coniuges diuortia, & quicquid quietè interpiè viuètes stare videbatur, concussit: Nos auctore deo congregati in vnum, legatis ac literis freti episcoporum decem & nouem, die sancto Pentecostes Brixie cōgregatorum, contra eundem Hildebrandum procacissimum, sacrilegia ac incēdia predicātem, periuria & homicidia defendētem, catholicam & apostolicā fidem de corpore & sanguine Domini in quēstionē ponentem, heretici Berengarij antiquū discipulum, diuinationum ac somniorum cultorem manifestum, necromanticum, pythonico spiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, iudicauimus canonicè deponēdum & expellendum: & nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandū. acta autem sunt hęc vij. kalēn. Iulij, indiētione tertia.

Guibertus autem Clemens est vocatus. Hoc diaboli suggestionē in conciliabulo editum per ecclesiæ aduersarios decretum, Gregorio et cardinalibus per legatos oblatum, non nihil timoris inculsit, quod hęc pessimorum congregationem, omnia quæ in Rom. sedis detrimentum vergere possent, tentaturam p̄spiciebant, quod etiā factum sequentia declarabunt. Nam Henricus copijs summo conatu coactis, Rudolphum in Saxonia agentem, inuadendum duxit, cui Rudolphus aduenienti trinis castris obuiam venit.

Congressi itaq; iam quarto p̄elio, obstinatis pari ardore in mortem aut victoriam animis, certabant diutiùs, & cū victor propè Rudolphus esset, casu (vt Blondus refert) à suis vulneratus, longiusculè retrocessit, & vulnerati plures eum secuti sunt. Inter quos pariter mortuus repertus est, vel vt alij scribunt, Rudolphus à suis Mersburgam viuus delatus est, & in breui defunct⁹, ferturq; in extremis positus, abscissam dexteram intuitus, ad episcopos qui fortè aderant, grauiter suspirando dixisse: Ecce hęc est manus qua domino meo Hērico fidem sacramēto firmaui, ecce ego iam eius regnum & vitam derelinquo p̄sentem: videte qui me soliuū eius con-

scendere fecistis, vtinam recta via me vestra monita sequentem duxissetis.

Refert tamē Blondus Henricum in hac pugna fuga prolapsum, latitasse, & quod à suis diligentissimè perquisitus, septimo tandē die p̄ter omniū spem sit inuentus. alij verò aliter sentiūt. Fertur Henricus, cū ad ecclesiā Mersburgensem venisset, vbi Rudolphus regio cultu sepultus fuit, cuidam dicenti, cur eum qui rex nō fuerat, eo honore sepultum pateretur, respōdisse: Vtinam omēs inimici mei tam honorificè iacerent.

Tanta verò victoria potitus rex Hēricus, pacificè iam videbatur imperium possidere, atque mox Saxōes primò, qui caput rebellionis fuerant, afflixit. Deindē Sueuiam ingrediens, ciuitates & castra demoliens, ad se redire compulit, eoq; tum Tubingam (vt quidam volunt) obsedit, aliosq; per totum imperium, qui ab illo rerum desperatione defecerant, tum minis tum muneribus ad se reduxit.

Perueniunt noua de morte Rudolphi ad Gregorium, simulq; haud mitiora. Nam eisdem fermè diebus Henricus iunior regis filius, audita Rudolphi confirmatiōe, de qua suprā dictum est, tutandis Italię rebus à patre cum copijs missus, Mechtildi apud Parmam vrbem p̄elio congressus, illam superauit, eaq; mulier, quam Gregorius semper gloriosam appellat, altero tunc infortunio agitabatur. Cū enim Gotfredus vir eius anno iam elapso obiisset, alterum illa accepit virum Azonem marchionē Estensem. verū consummato matrimonio per carnis copulam, rescijt ipsa, hunc Azonem quarto affinitatis gradu sibi esse coniunctum.

Re itaque cognita, consuluit Gregorium. Ille mulieri imperauit, vt à contortio viri abstineret, ac de commissis pœnitentiam ageret, & ad diuortium induxit.

Deindē post tantas victorias anno Domini 1081. rex Henricus per Boiarios Italiam est ingressus, sub cuius aduentū Mechtildis comitissa subditorū sibi populorū fide non diffisa, quicquid habuit copiarum, Romam p̄sidio pōtifici misit. Peruenit Romā Henricus in

Rudolphū
Henricus
vicit.

Sueui
Nata

Hen
vrbē
tina

Henrici
tyrocinia

Got
Lot

Fr
iun

in vigilia Pentecostes, pugnatum est ali-
quandiu apud urbem Leoninam, &
vicina ædificia demolita, desperataque
victoria, Henricus cum suo antipapa
Rauennam redijt, et anno sequenti rur-
sus ad obsidendam urbem transiit, ce-
pitque ciuitatem Leoninam, & basili-
cam Petri cum suo antipapa profana-
uit. Idem fecit de basilica B. Pauli, por-
ticus destruens. vastatus est omnis ager
circa Romam, & ciues maxima fame
coarctati sunt: quibus effectū est malis,
vt multi migrantes, nunq̄ sint reuerfi.

Henr. Imp.
urbē Romā
inuat.

At Henricus cum urbem Romam in-
troire non posset, Tibur concedens, in-
dē tanquam ex arce belli in Romanos
quotidiē incurfiones faciens, eō inopiā
eos redegit, vt pacem quauis conditione
expeterent. Interponebant quidam se, vt
ipse cum summo pōtifice pacificaretur.
Et post multos tractat⁹ cum nullo mo-
do concordia fieri posset, multi Italiae
episcopi atque barones, qui primò pa-
pæ fauerant, illo relicto, se ad Impera-
torem conuerterunt, quorum fauore
imperator Romam mouens, ipsam ob-
fedit.

Gotfr. dux
Lotharing.

Militabat autem hoc in tempore sub
imperatore Gotfredus inclytus ille dux
Lotharingiæ, qui postea primus ex La-
tinis Hierosolymis regnauit. Hic in ea
obsidione effracta muri parte, quæ sibi
contigerat expugnanda, in urbem pri-
mus irrupit, qui ea die nimio labore fa-
tigatus, grauem incurrit infirmitatem:
& cum morti se proximum cerneret,
vovuit quod si Deuseū ad sanitatem re-
duceret, terram sanctam promissionis
personalitè visiteret, ex quo voto sta-
tim conualuit.

Henri. urbē
inuat.

Romani igitur postquam senserunt
imperatoris exercitum intra mœnia ver-
sari, qui antè Henrico clam fauerant,
iam palam relicto Papa ad imperatorem
transeunt, atque ei introeunti caterua-
tim occurrentes, imperiales laudes ac-
clamârunt. Summus autem pontifex
videns se à populo Rom. desereri, in quo
summè sperabat, cum ad fugā via mini-
mè pateret, cum suis cardinalibus ad
castrum Crescentij, aliàs S. Angeli, se
recepit. Quod postquam sensere Roma-
ni, se tempus inuenisse rati, quo recupe-

rarent gratiam regis, castrum vndique
obsidēt, ad eō vt nulli ingressus vel egres-
sus pateret. quæ cum Robert⁹ Guiscardi
à pontifice intellexisset, cum exercitu
in Italiam se contulit.

Interim Henricus Cluniacensē abba-
tem virum celebrem & Gregorio dedi-
tissimum, misit, dicens ad pontificem, si
Laterani Henricum coronaret, fore vt
in Alemaniam cum omnibus copijs abi-
ret: rogabat pontificem omnis populus,
nec ipse aduersabatur, si modò errata
corrigeret Henricus. plures enim is cor-
rupisse fertur, ita vt in faciem pontifici
dicerent, non esse Henrico regi, etsi pri-
us Ecclesiæ non satisfaceret, coronam
& declarationem imperij denegandam.
ad quod verbum, pontifex se in castro
continuit.

Post hæc gesta & de recessu Henri-
ci plerique scribentes, variant. Sunt ex
nostris qui scribunt, quod Henricus rex
natalem Domini Romæ apud S. Petrum
celebrârit, (erat autem annus Domini
tunc 1084.) qui circa Kalen. Februarij
in Campaniam transiens, ipsam & ma-
gnam partem Apuliæ cepit. Post hæc
per legatos Romanorum rogatus, Ro-
mam redijt, ac ad portam Lateranensē.
castra ponens, omnes dediticios accepit,
ipsisque petentibus, vt, quia Hilde-
brandus ab ipsis abdicatus, iam fuge-
rat in urbem Salernitanam, *Vuigiber-
tum Rauennatē, apostolicum eis præ-
ficeret: ergò xj. Kalend. Aprilis feria se-
xta ante diem Palmarum, multis stipa-
tus, cum magna gloria intrauit, du-
cens secum prædictum episcopum, qui
sequenti Dominica per multos episco-
pos Apostolico nomine *dicatus, no-
men Clementis accipiens, reuerentèr
est inthronizatus, à quo etiā rex cum
regina Berta in sancta Dominica Pa-
schæ imperiali benedictione sublima-
tus est.

Guibertus
Clemēs pa-
pa dicitur,
Henricum
coronat.

Posthęc imperator de Italia digredi-
ens, Augustā ciuitatē ab alemanis inua-
sam, obledit & cepit. Hæc illi. Alij verò
scribunt, Henricum capta vrbe, & pon-
tifice in castro S. Angeli clauso, nun-
cium accepisse asserentem, Robertum
Guiscardum cum infinita multitudine in
Papæ succursum venire, eoque audito

terri-

territum, vnde Rom. populum congregauerit, tacuerit tamen de aduentu Roberti, proposuerit autem vrgeri se negocijs imperij celeritè abire oportere, sicut & fecit: quo recedente, non post multos dies dux Robertus ad liberandū Papam venit. Romani autem aduentu eius audito, sese adhortantes, cum multitudine armorum illi obuiam pergunt, commissioque prælio, ab ipso sunt victi atque fugati. tunc per portam Flaminiam ingressus, eam partem ciuitatis quæ circa S. Laurentium in Lucina & S. Syluestrū respicit, hostilitèr inuadens, prædæ & incendio exposuit. Deindè profligatis Romanis, ad castrum S. Angeli accessit, atq; indè Papā multa gloria cū cardinalibus atque nobilibus educens, aliquandū ibi mansit. Postremò papa deliberto suorum consilio, cū se tutum esse Romæ non crederet, & ducem domestica negocia reuocarent in Apuliam, relicta vrbe, paucis eum sequentibus, cum duce profectus est ad urbem Salernum. Hæc & illi.

Vtrum autem verius sit, iudicio legètiū relinquo: & fortè vtrunque ita actum est, & quòd post recessum Henrici dux Robertus dominum papam liberauerit, & post recessum eiusdè apostolici redierit rex, Guibertum inthronizauerit, à quo postea coronatus cum regina fuerit.

ANNO verò Domini 1085. synodus Moguntia habitata est, cui interfuit imperator, vbi presentibus legatis Romanorum, omnes episcopi rebelles imperatori, deponendi iudicantur, ibi etiā communi consilio atque consensu constituta est pax, non multò post substitutis ab imperatore per parochiarum ecclesias præsulibus in locum abdicatorū, recepto iam à Saxonibus pacificè imperatore Henrico, licèt ipsi Saxones & Alemanni post mortem Rudolphi, Hermannum Carinthiorum ducem præpotentem ac nobilem virum, in regem constituisent, qui tamen paulò post falso regis nomine deposito, permissione imperatoris ad propria reuersus, mortem obiit.

Hermā. rex.

Greg. mors
& eius gesta

Hoc anno Hildebrandus, qui Gregorius vij. fuit apud Salernitanos exul, mo-

ritur. quæ eius vitæ tempore in Republica Christiana sunt acta, huiusmodi ferè sunt, vt scriptores dubitent, an honestatis argumento & fidei zelo ab Hildebrando sint gesta. Sigibertus eam sententiam adstruit. verum faciunt tot pietatis monimenta quæ is reliquit, & studium quo in Henricum III. fuit olim, vt non adhibeam illis fidem. vir fuit certè Gregorius religiosus, timès Deum, iustitiæ ac æquitatis amator, in aduersis constans, qui præter Deum in his quæ ad iustitiam pertinebant, nil timuisset perficere.

Ad confirmationem illius, scribunt aliqui Hugonem abbatem Cluniacensem affirmasse, Gregorium spiritu prophético floruisse, & eum sibi sua cogitata insinuasse. Vincentius: Cū esset in minoribus, ait, constitutus, in Francia legatus, insectabatur Simoniacos conuictos hoc vitio, atq; ab officio deposuit. & cū inter ceteros quidam episcopus ea labe infectus, fuisset sibi denunciatus, nec tamen conuinci posset, mandauit episcopus Hildebrandus, vt pro sui purgatione, Gloria patri & filio & spiritui sancto, diceret, qui estimans se euasisse, expedite protulit, GLORIA PATRI ET FILIO. vltèrius autem, ET SPIRITUI SANCTO, exprimere non potuit: & iterum atque iterum exprimere conatus, defecit, non valens sanctum nominare spiritum: & meritò quidem, quia per Simoniam offenditur maximè spiritus sanctus: ex eo igitur conuictus, deponeretur.

Fertur quoque idem Gregorius in extremis dixisse: Dilexi iustitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio, nisi quis fortè eum arguat ob censuræ grauitatem, quam tanta (vt diximus) in occidentali ecclesia scādala sunt secuta.

Potuisset hinc Augustini sententiam volutare, quando ait: Cū contagio peccandi multitudinem inuaserit, consilia separationis & inania sunt, & perniciosa atque sacrilega, quia impia: & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animos malos. Constat autem ex veridicis scripturis, quòd tum in schismate Romanum imperium septennio & amplius laborauit, alijs Apostolico adherentibus, qui Simoniacos & fornicarios persequebatur intantum, vt

vt eorum Missas audire omnibus veteret. Damnabat etiã & censuris ecclesiasticis notabat reges ac principes, qui ad episcopatus inuestirent, & clericos, qui inuestituras ab his reciperent.

Alijs autem Henrico fauentibus imperatori, qui dicebat sibi competere ius ordinandi sedem Ap. & inuestiendi episcopos atque abbates in imperio, prout more prædecessorum suorum ac priuilegijs apostolicis ad eũ peruenisset. quæ omnia Romanus pontifex sibi interdiceret, perindè ac iniuriam faceret. Ob hoc autem adnitente vtroque, totum imperium præda, ferro & igni vastabatur. Paucissimi etiã episcopi in Germania cum apostolico manserunt, qui tum expulsi de suis sedibus exularunt.

Inter has angustias nonnulli principes, comites, barones, & multitudo nobilium virorum, depositis armis, sed & complures clerici in monasterijs latibula quæsiere, euangelicam perfectionem sub regulari disciplina exequentes. Quæ etiã tempestate nonnulla monasteria fundata noscuntur, vt monasterium S. Georgij in Nigra sylua, monasterium *Zuifalten*, Latine ad Duplicem Aquã, sicut & monasterium in *Sindelfingen* fundatum extitit anno Domini 1083. ad instantiam Alberti comitis & vxoris sue * Vuilka ducissæ ex Polonis, qui primum instituerunt ibi monachos Benedictinos. mox verò translati fuerunt monachi ad monasterium Hirsaugiense Spirensis diocesis, & canonici loco illorũ in *Sindelfingen* instituti. Deindè verò post multa annorũ curricula, anno salutis 1477. ad instantiã Eberardi incliti comitis in *Wirtemberg* & montis Peligardi senioris, necnon nobilissimæ dñæ Mechtildis genitricis sue, ex Palatinis Rheni, archiducis Austriæ, patronorum ecclesiæ prædictæ, prepositura in *Sindelfingen* cũ octo canonicatib⁹ & totidè m p̄bendis, autoritate apostolica translata est ad ecclesiã S. Georgij in *Tubingæ* eiusdem Constañ diocesis, Moguntinæ prouinciæ, quemadmodum suo loco latius dicitur.

Illud tamen hinc non omittam, quòd nonnulli volunt Adelbertum istum ecclesiæ in *Sindelfingen* fundatorem, fu-

isse ex comitibus Palatinis de *Tubingæ*, quod tamen in nulla reperitur authentica scriptura. sed mihi videtur satis probabile, eum comitem ex *Kalu* fuisse, vel saltem filium. habuit enim Adelbertus de *Kalu* filius, Brunonem, Adelbertũ, Gotfridum palatinum: filias, Vtam & Hirmegardem, prout in Hirsaugia reperitur. Hinc ego Adelbertum existimo eundem esse, qui prædictum in *Sindelfingen* fundauit monasterium. Consentit enim nomẽ, quia vterq; comes Adelbertus est dict⁹: cõsentit tẽpus in vtroq; put ex præmissis colligi potest. Deindè q̄ monachos in *Sindelfingæ* institutos, legim⁹ codẽ tẽpore ad monasteriũ Hirsaugiense translatos, indicat q̄ vtrunq; monasterium sub eius fuerit p̄tectione.

Consentit etiã, quòd vterque vxorem habuit * Vuilgã appellatam, in nostris etiã libris legimus, Albertũ fundatorem monasterij in *Sindelfingen*, vnã cum vxore sua * Vuilga apud Hirsaugiam fuisse sepultos: quod mihi non videretur verisimile, si nõ adfuisset aduocatus vtriusque loci. Demũm fateor, q̄ lógè postea comites Palatini de *Tubingæ* facti sunt loci *Sindelfingen* domini, & id fortè ex successione, licet arma habuerint ab armis comitũ de *Kalu* diuersa. Isti enim leonẽ, illi vexillum gestauere.

Tandè verò vterq; comitatus puenit ad excelsos comites in *Wirtemberg*. Hos comitatus ego opto, q̄ iuxta Dei voluntatem gubernet & diũ conseruet ijdem illustres dñi mihi obseruatissimi, & eo felicius, quo maore gloria in illustrissimorum ducum principumq̄ ordinem sunt sublimati. Equidem in probis monumentis reperio monasterium nouum Hirsaugiense circa annum Domini M.XC. ædificatum esse, vbi Guilielmi abbatis vita, eruditio, p̄bitas & singularare in rēpub. studiũ describit. eo fuit hic ingenio, vt in quadriuij opere nemi ni ex antiquissimis cedere debuerit.

Scribens circa hæc tempora vir disertissimus Otho Frisingen episcopus, nõ panegyricon, sed satyram magis, quòd Ro. imperiũ, inquit, ferro à Daniele comparatum, pedes ferreos ex parte fictiles habuit, donèc à lapide præciso de môte

N sine

Adelbertus
comes de
Calu.

Monasteriũ
ad Duplicem
Aquas &
Sindelfingen.

Guilielmus
abbas Hirs-
augien.

sinè manibus percussum subrueretur. Quid aliud lapidem sinè manibus præcisum, quàm ecclesiam, capitis sui corpus sinè carnali commixtione ex spiritu sancto conceptum, & ex virgine natum, ipsam quoquè sinè humana operatione ex spiritu & aqua regeneratam dixerim, quæ virgo speciosa sinè macula, in nouum hominem tanquàm iuëcula regenerata, ideoquè sinè ruga sic quotidie virgo manens, nouum ac speciosum populum pariens, sicut mater capitis eius virgo manens, contra legem naturæ speciosum edidit partum, virginitate gaudens, vt tamè sterilis non maneat? Hic nimirum regnum Ro. circa finem suum, quem pedes significant, ferreum propter Martè, fictile propter conditionè, in ea parte quæ infirmior fuit, percussit lapis excisus de môte sinè manibus, dum regè vrbs non tanquàm orbis dominum vereri, sed tanquàm delimo per humanam conditionem factum fictilem, gladio anathematis ferire decreuit. Ipsa verò, quæ antea parua fuit & humilis, in quantum montem excreuerit, ab omnib⁹ iam videri potest: quanta tum mala, quot bella, bellorumquè discrimina inde subsecuta sint, quoties Roma miserè obsessa, capta, vastata, & papa super papam, sicut rex super regè positus fuerit, tædet memorare. deniquè tot mala, tot schismata, tot tam animarum quàm corporum pericula huius tēpestatis turbo inuoluit, vt solus ex persecutionis immanitate ac temporis diurnitate ad humanæ miseræ infelicitatem sufficeret comprobanda. Vnde benè densissimis Aegypti tenebris comparatur. & præmittens: Lego, inquit, & relego romanorum regum siue imperatorum gesta, & nusquam inuenio quèquam eorum ante hunc Henricū à Ro. Pont. execratum, vel regno priuatum, nisi fortè quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breue tēpus à Ro. episcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodosius à B. Ambrosio propter cruentam cædem à liminibus ecclesiæ sequestratus esset.

Prædictus autem pontifex Gregorius, à rege vrbe pellitur, Guibertus Raunnas archiepiscopus in locum eius

subtruditur. Porrò Gregorius Salerni manens, appropinquate vacationis suæ tempore, dixisse fertur: Dilexi iustitiã, & odiui iniquitatem, propterea morior in exilio. Non desunt hic qui dicant, deum ad hoc regnum romanum imminui voluisse, vt ecclesiam exaltaret: regni quippe viribus ac beneficentia regum exaltatam & ditatam nemo ambigit Ecclesiam, constatque non prius eã tantum regnū humiliare potuisse, quàm ipso ob amorem sacerdotij eius creato ac viribus exhausto, nõ eius tantum, id est, spiritali, sed suo proprio, materiali percussum, destrueretur. Quod iudicare vel discutere supra nostras vires est. Videntur tamen per omnia culpandi sacerdotes, qui regnum suo gladio, què ipsi ex regum habent gratia, ferire conantur. nisi fortè dauid regem imitari cogitent, qui Philistæum primò virtute Dei percussum, postmodum proprio gladio iugulauit. Verum quia regno decrescēte, ecclesia brauium æternæ patriæ ac post vitæ præsentis laborem requiem adeptura, in præsentī quoquè in magnum montem crescens, in magna auctoritate stare cœpit. Nemo autem propter hæc verba nos Christianū imperium ab ecclesia separare putet, cum duæ in ecclesia Dei personæ, sacerdotalis & regalis, esse dignoscantur.

Sed grauis hic oritur quæstio, quam idem Otho in præcedentibus tægit, magnaquè de regni & sacerdotij iustitia dissentio. quidam enim religionis obtētū, alij verò secularis dignitatis, qua regni auctoritas imminuta cernitur, intuitu, hanc gloriam, honoremquè temporale sacerdotibus Christi, quibus cælestis regni gloria pmittitur, non licere autumat: Duæ, inquit, personæ à Deo in ecclesiam sunt constitutæ, sacerdotalis & regalis: quarum vna Christi tractare debet sacramenta ac ecclesiastica spiritali gladio exercere iudicia, altera gladium materiale contra hostes ecclesiæ, pauperes ecclesiasque Dei ab incurfione malorum defendendo, sceleratos puniendo, ad secularia iudicia exercenda portat gladium. Hi sunt duo gladij, qui in passione Domini leguntur, sed vno tantum Petrus vsus inuenitur.

Sicut

Seculi huius mala.

Duo gladij
Luc. 22

Sicut ergo ad spiritalem gladium spirituales quoque possessiones, id est, decime, primitiæ, oblationes & alia huiusmodi pertinent: sic materiali omnes terrenæ dignitates, ducatus, ac eiusmodi subiacent. hoc enim Deum nõ in vna persona, sed separatim in duabus in Ecclesia esse voluit. Proinde sicut illi personæ, quæ gladium materiale portat, non licet contingere ea quæ spiritualia sunt: sic & isti ea usurpare quæ huius sunt, non cõuenit. Vndè & in euãgelio scribitur: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Idque Dominus sicut prædicauit verbis, ita factis declarauit, quando tributum pro se et Petro iussit dari. Paulus etiã omnem potestatem à Deo esse considerans, in causa positus, non Petrum, qui tunc Ro. cathedrę præfuit, sed hominem flagitiosissimum, ex Dei voluntate super terram regem constitutum, Neronem appellauit. & quod omnis possessio regum gratia sit, ex Augustino probant, qui ait: Quo iure possides villas? diuino, an humano? diuino, Domini est terra & plenitudo eius: humano, hæc à regibus. Hinc dicemus, hæc terra mea, hic fundus meus est. Item si dicis, quid mihi & regi? dic, quid tibi et possessionibus? Quibus tamen hoc modo respondetur, quod mundiali dignitate Deus Ecclesiam suam honorare voluit. ex Dei enim ordinatione factum hoc fieri potuit. nec credendum est, Christum Ecclesiam suã sponsam spiritu erroris decipi permisisse, cui veritatis spiritum dederat. Præterea probatę sanctitatis viri inueniuntur, qui & hæc habuisse, & cū his regnum Dei acquisuisse creduntur.

His ergo alijsque modis, quos longum est exequi, probatur, & Constantinum Ecclesię iuste regalia contulisse, & Ecclesiam licite suscepisse. dum enim quærimus, quo iure reges id habeant, respondere solemus, ex ordinatione Dei & electione populi. si ergo Deus ordinando quod regibus prædictis honor impederetur, iniuste non fecit: quanto magis et id ordinando, vt ab illa persona ad Ecclesiasticam traduceretur, iniustus dicendus nõ est? Denique, si ad hoc quod ipse ordinauerat, tam hinc quæ ibi, voluntati suæ electionem populi, & insuper hic tradi-

tionem principis cõcordare voluit: nec ipsum iniuste disposuisse, nec principem malè tradidisse, nec Ecclesiam illicitè suscepisse, credendum est.

Sed dicis, priori personæ licuisse, quod istam ex sanctitate officij habere nec decet, nec expedit. Ad hoc, fateor, aliud refugium nescio, nisi quod sanctos apostolicæ fidei ac meriti viros, Syluestrum, Gregorium, aliosque complures, ea cognoscimus habuisse. ego em, inquit, vt de meo sensu loquar, vtrum Deo magis placeat hæc Ecclesiæ suæ quæ nunc cernitur, exaltatio, quæ prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor. Videtur quidem status ille fuisse melior, iste felicitior, assentior tamen sanctæ Ro. Ecclesiæ, quam supra firmã petram edificatã non dubito, credendaque; quæ credit, liciteque; possidenda quæ possidet. Credo em quod nullo errore decipi possit: quod ex hoc probari potest, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. & iterum, Ego pro te rogavi Petre, vt nõ deficiat fides tua. Matt. 16.
Luc. 22.

Ad hæc, si quis donationem Constantini videre desiderat, aliquid supra in generatione xj. quærat. In hac quoque; materia Iohannes de Gersona, tractatu de Ecclesiastica potestate, Consideratione xij. duplicem designat pestem: nomen vnius, detractio liuida: nomē alterius, adulatio subdola. prima potestatem Ecclesiasticam deprimens, subiicit temporali: altera eleuans in vniuersum, velut ad similitudinem altissimi. Tolle tolle, clamat detractio, temporalitatis omneius & dominium ab ecclesiasticis, quia sic instituit Christus, dicēs: Nisi quis renūciauerit &c. neque capaces sunt iurisdictionis secularis. Nemo enim militans Deo, implicat se negocijs secularibus. victu & vestitu debent esse contenti, reliquum est pauperum. Consurgit ex aduerso blandiens adulatio, susurrans: O quanta est sublimitas Ecclesiasticæ potestatis. nam sicut Christo collata est omnis potestas in cælo & in terra, ita Christus omnem potestatem suã dedit successoribus suis. Vndè nec Constantinus quicquã dedit Syluestro Pape, quod non esset prius suum, sed reddidit iniuste detentum. Porro sicut nõ est potestas nisi à Luc. 14.
2. Tim. 2.
Rom. 13.

Apocal. 17.
& 19.

Deo, sic nec aliqua potestas imperialis aut regalis haberi potest, nisi à Dei vicario, in cuius femore scriptum est, Rex regū & domin⁹ dominantū. Ipse est monarcha supremus, nedūm in spiritalibus, sed & in tēporalibus, à quo alij reges & principes immediatē suā accipiūt dominationē, & solūm mediatē à Deo. Tādē miserāte Deo, moderatrix discretio regiam viam tenens, ponit considerationem xij. ex qua post vtriusq; vitij confutationē, idem doctor. Vnde dicimus, inquit, Ecclesiasticos & capaces esse bonorum temporaliū, & multa eis ex debito competere. Possunt ipsi denique cū diuitijs aliter quā apostoli viuere, pro circūstantiarum varietate, p̄t ut sapiens iudicabit. Vitemus ex aduerso, ait, stultas & falsas adulationis insanias, ac suos terminos itā potestas ecclesiastica coërceat, vt meminerit potestatem secularem etiā apud infideles sua habere iura p̄pria, dignitates ac dominia. Hæc ille.

Turca Antiochiam occupātes, pulsā.

Multos iam annos in imperio Constantinopolitano nihil memoria dignū aut reipub. Christianæ causa actum est, præter vnā Romani diogenis filij pugnam, qua Turcas vicerat circa annum Domini M. lx. quum illi auctis viribus Antiochiam & Cæsareā, multa que imperij loca vastāssent. Romano in imperio Michael Constatini filius successit, qui regēdi imperitus, eunuchis duobus imperij regēdi curā dedit, Iohāni & Nicephoro, q̄ Nicephorus memorabili aduersus Turcas victoriā car⁹ est. Tādē Michaelē, qui quōd podagra vexabatur, & studijs tantūm vacabat, inutilis reip. visus est, Nicephorus Botoniatēs imperio, vt scribunt, armis ac vi deiecit, circa annum Domini M. lxxx. huius generationis initio.

Quibus seditionibus Robertus Guiscardus fretus, Græcos Italia expellere statuit, Salernitanum ducem ad ditionem compulit, Hydruntios cepit, iam & Tarētum arcta premebat obsidione, quum Michael exul ad eum in castra venit, opem petens contra Nicephorum, Robertus eum ad Gregorium vij. misit, cuius opera factum est, vt apud Ceperanum Papa & Robertus conuenirent, &

Robertus homoligi⁹ ecclesie factus est, & vexillo B. Petri donatus: quin etiā pontifex, vt Robertus restitutus Michaelē, maiorem haberet authoritatē, inuasorem imperij Nicephorum Botoniaten execratus est.

Nec mora, Robertus Hydruntum petens, iussis eo copijs cōuenire, Rogerio natu maiori filio ex Silegarda filia ducis Salernitani nato, res Italiae commendauit: alteri filio Boëmundo ex Alberada secunda vxore, præfecturam nauigaturę militiæ demandauit, atque ad Aulonam cum Michaelē nauigans, ad Dyrrachium castra posuit.

Sed Dominicus Syluius dux Venetus, cum Nicephoro sentiēs, eos ab obsidione repulit, mare Dyrrachinis patefecit, in terra tamen Boëmundus obsidionem continuauit. quo facto, Guiscardus pater cum Michaelē ad reparandam classem in Italiam se contulit. Nicephorus verò imperator his cognitis, Alexium Megan in Thraciā misit, qui militem congregaret, is perfidia vsus, q̄ imperium affectaret, attributa sibi ingēti pecuniarū, Turcas ac Saracenos ex Asia & Aegypto conduxit. omnes autē quos cōduxit, sibi obstrinxit militiæ sacramento, veteranos verò fraudabat stipendio, tanquā imperatoris culpa esset, deindē se suum argentum eis largiri contra volūtatem imperatoris iactabat. sicque animis militum sibi conciliatis, ex Adrianopoli ad imperatorem accessit, suasisque vt milites in expeditionem mitteret.

Deindē reuersus ad exercitum, tanq̄ nihil de pecunia impetrāssset p̄ qua missus erat, tum indignari omnes ac fremere, aperteque dicere, Nisi desit qui ducat, non defore exercitum qui in vr̄bis Constantinopolitanæ portas, in auari crudelisque Nicephori perniciē sequatur. Quibus auditis, corrupti antē milites, Alexium non militem, sed imperatorem acclamantes, euulsisque ilicō signis, furens exercitus facto agmine in Constantinopolim ferri cœpit, spopōdit Alexius, se captam vr̄bem triduo p̄missurum ad libitum spoliandam.

Percussus tam infelici nuncio Nicephorus, raptim armis captis insurgēs,

Græciē

Alexij

Alexius Constantinop. capit & cepit.

gens, portis mœnibusq; nouos dedit defensores. Arma autem Alemanus imperatoris stipendiarius, vir nobilis & ob rei militaris experientiam Nicephoro valdè char^o, ab Alexio corruptus pecunia, portam ei Bulgarorum aperuit noctù in cœna Domini, per triduum multa mala in ciuitate facientes, omnia deprædârunt. Nam præter singulorum iniurias, stupra, cædes, vulnera, vincula, præter auri, argenti, supellestilis rapinas, spoliata inquinataq; sunt templa: nec vllus fuit tam sacer locus, quin barbarum inueniret direptorem.

At Nicephorus ad primos captæ vr-
bis clamores, S. Sophiae ædem petit: vbi id humanitatis ab Alexio obtinuit, vt tonsus & in monachum ordinatus, vita donaretur. Alexius aut per solennè Dominicæ resurrectionis diem in palatio coronatus, exercitum à præda arceri curauit. is factum honestaturus, tanquàm à Nicephori auaritia furor ille processisset, Michaëlem Nicephori filium prædictum, imperij consortem accepit, & eum mox cum exercitu in Dalmatiã cõtra Robertum Guiscardi transmisit, & *ipse eò
*ipse cum eo perrexit cù 70. millibus armatorum. Robertus interea & Boëmù-
dus Dyrrachium vrgebant, in quos delati sunt Græci imperatores. prælio cõ-
missio Michaël occiditur. Alexius verò in fugam conuersus, lacerum reduxit exercitum.

Referunt autem Alexium eo in prælio ex Græcis habuisse 60. millia militum armatorum, & decem Turcarum millia cum arcibus & sagittis, quum in exercitu ducis Roberti plus minus septingenti milites fuissent. Dyrrachini Roberto se dediderunt, & paritèr multa Dalmatiæ oppida, quæ ipse Robertus cum adiacente regione in suam potestatem redegit. Robertus tum à Gregorio vocatus, vtpotè ab imperatore Henrico apud molem Adriani obsessus, abiit Romam, eum (vt prædictum est) liberaturus. Ad imperium verò Constantinopolitanum animo adspirans Robertus, propter intrusi & proditoriam imperatoris Alexij sublimationem, classem ingentem parauit, cum filius Boëmundus terrestrem exercitum haberet in Dalmatia.

Verum Alexius in auxilium Venetos aduocans, qui, nè Guiscardus potèti-
fieret, Dominicum Syluium ducem suum mittunt: & congressis hincindè partibus, superantur Græci. Iterum Guiscardus cum Alexio & Venetis apud Saxium confligit, eosque superatos fudit. Deindè in Cassiopam insulam cum exercitu, quem terra mariq; reparauerat, delatus, mense Iulio obiit, anno 1086. ætatis suæ 62. cui Rogerius natu maior, in ducatu Apuliæ successit, & præter Siculos, omnes illi solitam subiectionis fidelitatem præstiterunt.

Hoc audiens Boëmundus in Dalmatia constitutus, in fratrem duxit. cõmissa vtrinquè pugna, non longè à Beneuento, Boëmundus à fratre in campo fugatur. plurimi capti, sed nullus mortuus. Tandem pacta sunt inita, vt permissio Tarentino principatu Boëmundo, Rogerius reliquam prouinciam possideret. Accepit autem Rogerius Roberti Frisonis Flandrensium comitis filiam vxorem, ex qua genuit duos filios, Ludouicum & Guiscardum, qui in ætate tenera mortui sunt: deindè Guilielmum, qui patri successit in ducatu, inq; superbiã eleuatus, coronam sibi imposuit.

Fuitque hic orbis penè totius status hoc tempore, cum Henricus quartus à Guiberto, quem Clementis nomine papam designarat pro Gregorio 7. benedictione et imperij coronam accepisset. Et Germaniæ quidem eius reditus non nihil attulerat turbinis. nam Sueuiam peruagatus, Augustam urbem magna clade affecit. Quare gentibus Germaniæ reliquis tantum incussit metum, vt se quoque planè omnes dederent, & Saxones quidem, quem salutârât regem, Rudolpho cæso, Hermánum Carinthium relinquere. Hinc anno 1085. Moguntia in conuentu principum regnum pacatum est, & illi, Saxonesq; cum Hérico in gratiam redièrunt.

Nec prætereundum mihi videtur, quod de duobus episcopis, Moguntino & Salsburgensi, tradidèrunt pleriq; vbi cù q. causam imperatoris excõmunicacionis in Turingiæ quodam loco discussèrunt, vbi cum multis Germaniæ proceribus Henricus versabatur, Vesilo Mo-

Hen. cum Germanis in gratiam redit.

Vesilo Mogun. archiepiscopus,

*Salisburgeni.

guntinus archiepiscopus, imperatorem affectum à Papa iniuria, contra Gebardum Salsaburgen præfulem tuebatur. Eâ disceptationem posteris multi longâ reliquere, & sunt qui dicant, Vesilonem Moguntinum eius ferè rei causa ab abbate quodam in eo cõuentu hæresis insimulatum esse, quòd vanæ gloriæ cupidus, in schisma incumberet.

*Arenshen Barones de Staufa ducatum Sueuiæ accipiunt.

Hoc seculum tam multis maximarum rerum casibus memorabile, altera Sueuorum principum propagine, vt nò alienigena, ita maximè nobili, clarum est. Nam Rudolphus Sueuiæ dux, cum esset à primatibus rex appellatus, Bertoldo duci de *Baringen*, ducatum dedit. At in Sueuia barones quidam erant de Staufa, belli pacisque artibus illustres. ex his Fridericus erat, cuius fides virtusque apud Henricum imperatorem tanta fuit, vt ei filiam Hagen uxorem daret. Ambibat hic, Rudolpho rege cæso, ducatum, ampliore gloriæ materiam sperans, si maiores suæ vires essent.

Henricus tanto viro quod petebat, concessurus, à Bertoldo qui ditionem tenebat, ducatum recipit, eum dat Friderico baroni de Staufa. Turegum oppidum nescio quam ob causam aut in Bertoldi fide mansisse. Itaque deinde duces de *Baringen* etsi viribus multum pollerent, ducatum tamen non tenuere. Fridericus is, religione, armis, fide & constantia Sueuia dignus est. adeo semper hæc natio bonis principibus illustris fuit, peculiari nimirum felicitate, qua in tantis viribus tyranni nomen ignotum est. Monasterium Laureacense, quod *Lorch* appellant, condidit. Habuit ex Hagne uxore filios duos, Fridericum & Cunradum, qui postea imperium tenuit.

Post mortem Friderici Hagne vidua facta, duxit patrante fratre Henrico si Luipoldum Orientalem marchionem, id est, Austriam, eiq; quatuor filios & tres filias peperit, Luipoldum scilicet ducem Bauariæ, Henricum ducem Austriæ, Cunradum * Salsaburgen archiepiscopum, Gertrudem ducissam Bohemiæ, Bertam ducissam Poloniæ. Deinde Fridericus iunior frater Cunradi regis, duxit filiam Henrici ducis Noricorum nomine Iuditham, genuitque ex ea Fri-

dericum postea imperatorem.

Henricus iste Noricorum dux, erat natione Alemanus, id est, Sueuus ex familia Guelfonum, atque ideo multas possessiones à Pyrenæis montibus iure hæreditario habuit. Hic Henricus habuit duos filios, Henricum & Guelfonem: Henricus in ducatu Noricorum successit, qui Gertrudem filiam Lotharij regis uxorem accepit cum ducatu Saxoniarum. alter filius Guelfo, fuit princeps Sardiniarum, dux Spoleti, & marchio Tusciæ, cui (vt arbitrator) Aldeberti comitis, qui fundauit monasterium in *Sindelfingen*, neptis est nupta.

ANNO 1086. mortuo Salerni Hildebrando, id est, Gregorio 7. & ibidem in Ecclesia sepulto, Desiderius cardinalis & Abbas Cassinens verus Christi famulus, licet multum renitens, substituitur, & Victor tertius appellatur. sedit annum vnum, menses quatuor. Hic statim Gregorij partes suscepit, atque hanc ob rem arbitrantur aliqui eum quoque Henricum hostem habuisse, cuius fraude (vt Martinus scribit) veneno in calicem misso, dum sacrificat, necatur. sed Vincens scribit eum dysenteria perijisse, & illud securius credo tenendum, etsi à suspitione dati veneni nequaquam alienum sit, hominem dysenteria laborare, quum veneno petiti, corruptis & labefactis intestinis dysenteriam patiantur, quantum ex sola suspitione principem veneficij reum iudicare, temerarium sit. immo scribunt aliqui eum precibus obtinuisse, vt ex hac vita tolleretur.

Sunt qui scribunt, eodem tempore multa prodigia apparuisse, videlicet quod aues domesticæ vt gallinæ, anseres, columbæ, pauones, ad loca montana confugerint, syluestresque sint factæ, & pisces tum fluuiales tum marini, maxima ex parte perierint. inundatio nimia aquarum cum damno immenso. pestilentiarum maximarum, & plures sacro igne consumpti sunt. terræ motus maximi, ita vt vrbes quædam concussæ sint, & Syracusis maior basilica corruens, dum diuina celebrabantur, omnes qui tum in templo aderant, contriuerit, duobus tantum diuinitus diacono & subdiacono superstitibus. & furor ventorum, fames, & ietus

ictus fulgurū ultra modum, & fons sanguinis xv. diebus emanasse fertur, & diabolus palam locutus est hominibus, in pago quodam visibiliter apparens.

Urbanus 2. papa.

Deinde anno 1088. Urbanus 2. post transitum Victoris, cardinalibus in unum conuenientibus, pontifex est electus, anno Henrici quarti 32. sedit annis 12. & menses 4. diebus 19. Hinc inter Ecclesiam et imperium augentur scandala, crescuntque discordia, dum alter alterum execrat pontificem, Urbanus scilicet verus Clementem falsum, quem intruserat imperator. Guibertus enim in Albam Marforum civitatem se transfudit, & ibi usque ad Paschalis tempora mansit, qui octavo anno Paschalis subito mortuus dicitur.

Urbanus doctrina & sanctitate vitae magistratu dignus, parum Romanis pridem rebus novis studentibus fides, Melphim se contulit, synodum ibi habiturus, Rogerium & Boemundum de Apulia ducatu certantes quiescere iussit. Deinde Placentiam in Galliam profecturus venit, atque ibi synodum habuit, in qua execrationem in Henricum et Guibertum antipapam a Gregorio factam confirmavit, & Henrici per Italia arma grassaretur aduersus pontificis fautores, petulantiam quoque quorundam Ecclesiasticorum ea in synodo, teste Gratiano, compescuit. statuit namque, ut ordinatio episcopi sine titulo facta, statim irrita fieret, c. Sanctorum 70. dist.

Henrici uxores.

Interea Berta imperatrix obiit, et Spira sepulta est. Augusta vrbs insidijs Sueuorum capitur anno M. lxxxviii. Deinde imperator anno 1089. nuptias Coloniae celebrauit, Vtonis marchionis viduam, Ruthenorum regis filiam, ducens uxorem.

Gallia concilium.

Post haec Urbanus pontifex, coelectis synodi Placentinae negocijs, imperatoris indignationem fugiens, relicta Italia, regnum Francorum ingressus est, generale concilium apud Clarum montem Aruerniae fecit congregari. ibi de praetorum consilio multas constitutiones fecit. Et inter cetera statuit, ut horae B. Mariae virginis dicantur: ac etiam ordinavit, ut in sabbatis officium de eadem sollemniter celebretur. Et nota contra Antiochiam qui dicit horas B. Mariae dicendas fore

sub praeepto, cum nusquam id legatur, sed nec Papa voluit, nec ita sub praeepto seruari mandauit vel instituit. In eodem concilio papa execrauit Philippum regem Francorum, & Henricum imperatorem, & Clementem antipapam.

Causa autem excommunicationis Philippi, haec fuit: Fulco comes Andegavorum uxorem habuit, quae eo relicto, Philippo regi Francorum nupsit, qui amore eius ita captus est, ut illa sibi in omnibus imperaret. fit fabula omnibus, & execratur una cum ipsa pellice.

Fuit annus 1094. quo in synodo Galliae maxima nobilitatis Occidentalis pars conuenerat, ubi pont. Urbanus de armis aduersus Turcam expediendis, luculentam atque utilem reipub. orationem habuit. Eius rei occasionem dedisse fertur Petrus Eremita, qui tum incomparabili sanctitate mortalium vitam illustrabat. ex Solymis enim reuersus, Urbano narrat, vidisse se Simona Hierosolymorum patriarcham, in seruitute a Calipha rege miserabiliter teneri, & ludibrio Saracenis haberi. Quae cum a Petro Urbanus, & lachrymis hominis precibusque & reipub. casu motus, accepisset, Occidentis concilio liberandam a Turcis Saracenisque Hierosolymorum Ecclesiam, fidei parentem, & salutis monumentum, suadet, oratione (ut erat viri doctrina) vsus ferè huiusmodi:

De Hierosolym. expeditione Urbani oratio.

Existimatis forte, qui huc loci ad nos acciti conuenistis, viri Christiani, solam fuisse rei Ecclesiasticae, ad normam fidei et religionis componendae, causam, quae me ab vrbe venire compulerit. Fuit equidem in eo aliquid causae, sed alia vrgentior, & qua maior vlla dici non possit nec excogitari, nos traxit. Paucos ante annos gens è Perside Agarena, quam corrupte Saracenam dicitis, S. ciuitatem Hierusalem, sanctamque terram inuadens, cepit, diripuit, incendit, sacrosanctum Domini sepulcrum (quod sine lachrymis dicere nequimus) prophanatum, foedata etiam Ecclesiae sacella, teplaque ritus nostri aut solo aequata sunt, aut in prophanos vsus commutata. Abacti inde Christiani, pars fragilis & cruciatuum impatiens, saluti abrenuncians, circumciso praepotio, facta est Saracena:

pars in fide constans, per varios mortis modos lacerati laniatiq; , vt felix fuerit, quem carnifex appetitum gladio obrucit. mulieres Christiane in vrbibus oppidisq; frequentissimæ, quas ex vestris quorundam qui adstatis, vrbibus & oppidis, deuotio ad sancta inspicienda & adoranda loca, per tot maria, tot terras traxerat, omnia passæ sunt, qui dictu obscena crudelis Christi hostis, non ad suam magis explendam libidinem, quam ad Christianorum dedecus excogitare potuit. ea si Christiani, immò si estis viri, nec æquo audire animo potestis, nec patienter tolerare: in quæ omnia, vt illis pro dignitate nominis Christiani prouidere velitis, maiorû exempla, maximû quod imminet negligentibus periculû & premiorû spes, vos non ducere magis quam trahere debent. etenim subiectas Romano quodam imperio ciuitates, & terram sanctam, & summum post Romanum, pontificatum, id est, hierosolymitanum à Turcis Saracenisq; nostris hostibus possideri, neminem esse vestrum qui ignoret, certum habemus. Quas verò Europæ prouincias, quas vrbes ijde premant, occupent, laceretq; infideles, si omnes simul ignoratis, vnusquisq; in sua prouincia nouit: nisi fortè vos Galli remotiores, hæc non sentitis, qui Hispanorum, Aquitanorumq; ab ea gète oppressorum, dum in seruitutem rapiuntur, in aphricam abducuntur, clamores eiulatusque singulos per dies audire debetis.

Sed nunquid vos Germani, Saxones, Poloni, Bohemi, Húngari, etsi Turcas & Saracenos intra viscera sæuire vestra nõdum sentitis, quàm à vobis distent vel fretis vel fluminibus, ignoratis? Italiam nunc non alloquor, quam multos ante annos Saraceni dimidiam penè occuparunt, in eamq; adeò penetrarunt, vt Christianorum caput Petri sedem Romam, martyrum sanguine adhuc madentem, inuasam obsederint, captasq; apostolorum Petri & Pauli basilicas inquinauerint. Venetos hinc video, Dalmatas, & alios finis Adriatici accolæ, qui dum perpetua cum Saracenis prælia, vt se tueantur, exercent, quod est Italiæ reliquû, intactum defensant. Quid multis? Fuit

hactenus in extremis ad septentriones partibus Europæ, Constantinopolitanum imperium obex & tãquam murus, qui Turcas atque Saracenos continuit, & prohibuit nè Húngaros, Polonos, Bohemos, ipsosq; Alemanos primò, deindè cæteros obruerent Christianos. Pulsus verò antepaucos annos Asia imperator, de retinendis Constantinopolitanis Europæ regionibus laborat. si nunc ea inspicitis consideratisque sola, quæ ante oculos sunt, si irruituro breui Turcæ & Saraceno obsistere non pergitis, qui sacrum Domini sepulcrum, sacram Iesu Christi terram pedibus conculcatam, à spurcissima gente tot annos inquinari neglexistis, eandem in vestrum ruere caput breui sentietis, matronas à complexu vestro, vestras virgines ab earû sinu, pueros & adolescentes vestros in seruitutem vobiscum rapi, dolentes mœstiq; videbitis. Melius & maiori cum gloria nostri progenitores inchoatam Romæ & in Italia & per Europam dignitatem, ad totius orbis monarchiam extulerunt, per cuius omnes prouincias & regiones nomen floruit Christianum, quod nostris temporibus ad paruum orbis angulum coangustari, et quotidie de excidio periclitari videmus. Sed propinquiora attingamus.

Carolus ille cognomento Magnus, vester Germani penè auita origine, vester Franci rex, vestrum ingens decus, Hispanijs, Aquitanix & ipsis Franciæ finibus incumbentes Saracenos, infinita mortalium examina, deturbauit: Carolus Saracenos Italia, & vt fama vos vulgatis, terra sancta Hierosolymisque expulit. Et quo audebitis pacto posthac dicere, solam esse vel primariam gentem Francicam, quam verè Christianam liceat appellare, si in ea quæ vobis adest opulètia, Saracenos & Turcas, post captum inquinatumq; domini sacrum sepulcrum, populi etiàm Christiani reliquias capi opprimi; per ignauiam permiseritis? Expergiscimini, obtestamur, & per viscera misericordiæ Dei nostri oramus viri fortes, orbi Christiano exemplum, incitamentumq; futuri, arma capite, turmas, cohortes, legiones educite, tam multos habituri sequaces, quàm id arden-

Quas clades
acceperit à
Sarac. Chri-
stiana respu-
blica.

Caroli Ma-
gni honori-
fica mentio

ardenti animo facere ostenditis. aderit vobis omnipotens Deus, angelos suos ante faciem vestram, qui dirigant gressus vestros, caelo demittet. Capite igitur & arripite arma Christiani, Dominicū sepulcrū liberaturi, in quo omnes æternam vobis comparabitis gloriam, tum etiā rerum seculi incomparabiles diuitias parabit. Nos deniquē de misericordia Dei & beatorum Petri & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis qui contra paganos venerabilia loca huiusmodi detinētēs arma susceperint, cunctas sibi pro delictis suis pœnitentias relaxamus. Interim verò eos qui ardore fidei laborem istum assumpserint, sub ecclesiæ Rom. protectione, tāquā veræ obedientiæ filios, suscipimus, & ab vniuersis inquietationibus tam in personis quā in rebus, statuimus manere securos. Plura dicere parantem, vox omnium, dictu mirabile, vnico (vt apparuit) ore prolata, excepit, Deus vult, Deus vult. Nec solūm presentes, verūm longē lateque progrediens hic sermo, absentes etiā pari voto accendebat, nec erat qui vel etatis aut sexūs vel conditionis aut statūs vellet esse memor, vt ab incepto desisteret. Videbatur iam tunc impletum, quod longē antē Esaias vaticinando prædixerat, Quoniam ingredietur gens iusta custodiens veritatem.

De presentibus qui presentes concilio intererant, argumento futuræ peregrinationis, crucē suis humeris affixerunt, episcopus Podiēsis Adamarus inter primos, qui postea legatus apostolicus multitudini pugnantium præerat. Hugo regis Francorum Philippi frater. Godfredus de Bilion Lotharingiæ dux, & cum eo duo fratres Balduinus & Eustathius. Robertus Flandriæ comes. Robertus Nortmanniæ dux, Guilielmi senioris Anglorum regis filius. Stephanus Carnotensis & Blesē comes. Raimundus Tolosanus comes & S. Aegidij. Iliardus comes Diensis, Guilielmus comes de Fores. Stephanus comes de Albimaria. Rotoldus comes Parthiciæ. Hugo comes S. Pauli, & multi alij principes ac barones.

Transalpini verò Boëmundus Tarentinorum princeps, Roberti Guiscar-

di ducis quondam filius. Tācredus eius ex sorore nepos, & ex Italiæ ciuitatibus complures ex nobilioribus. Hi omnes tempus opportunum expectantes, alij marino, alij terreno itinere hanc peregrinationis aggressi sunt viam. Non enī poterat tantus populus in vna regione habere victūs necessaria. Vnde studiosē prouisum est, vt singuli maiorum principū, seorsūm legiones ducerent. Facta est autē preparatio fermē p tres annos.

Hoc etiā in tempore Alexius imperium tenens Constantinopolitanum, super eisdem barbaris crucis Christi hostibus, per maiorem iam regni sui partem diffusis, non paucas epistolas Urbano papæ fertur direxisse, quibus in defensionem Orientalium Ecclesiarum se non sufficere deslet: Occidentis vires, quòd ille pietati addictus omninò censeretur, implorat. Quæ res magnoperè pontificem ad accelerandam eam rem commouit.

At hos motus etiā prodigia quædam & multa celi signa feruntur indicasse, quorum fides apud reliquos scriptores sit. Cometes in Oriente circa annum Domini 1096. tota prima Octobris hebdomada apparuit.

Instante autem profectiois tempore Urbanus papa venerandæ sanctitatis virum Adamarum episcopum Podiē, de quo supra fecimus mentionem, præfecit itinerantibus, cui ligandi & soluēdi potestatem vice sua cōcessit, insignitumque celestis militiæ stigmatē exercitum, apostolica benedictiōe consignās, conditō ab vniuersis tempore, ipse cum non modica expeditionis turba in Italiam redijt.

Interea cruce signati, sicut diuersis agminibus, ita diuersis ducibus ad institutum properabant. Primi nanq; Gualterum ducem Alemanniæ, virum prudentem & armis strenuum sequentes, cum ingenti multitudine pedestrium turmarum pertranseunt Germaniæ regnum, in Hungariam descendentes: eaq; transcursa, in Bulgariam veniunt: emensisq; illius regionis syluis, Starliciam Daciæ mediterranæ metropolim applicāt: vbi acceptis à duce prædictæ ciuitatis conductōribus, post aliquot dies Constantino.

Peccatorū
venia mili-
tibus datur.

Esai. 26.

Duces exer-
citus Chri-
stiani.

Cometes.

Germanicæ
copiæ in græ-
ciam profici-
cuntur.

Petrus Ere-
mita.

tinopolim peruenere. tū impetrat Gualterus dux ab Alexio imperatore, vt vsq; ad Petri Eremitæ, quem suprà memorauimus, aduentum, de cuius mādato iter arripuerat, in locis ciuitati finitimis stare permitteretur.

At Petrus Eremita post hunc non multo tēporis interuallo cum innumerabili exercitu, quem ex multis collegerat nationibus, quorum numerus vsq; ad xl. millia armatorum esse dicebatur, aduenit: qui propter inobedientiam populi multa incōmoda eo in itinere passus est. nam in Bulgaria cūm propter rapinas & prēdas ac alia enormia cōmissa, is populus incolis factus est intolerabilis, ferē decem millia cāduntur. amisit præterea Petrus omnem pecuniā, quam de fidelium principū largitione in opus pauperum collegerat. vndē reperto Cōstantinopoli Gualtero, exercitus coniungentes, vbi per dies aliquot refocillati quieuisent, de mandato imperatoris Constantinopolitani paratis nauibus, transito Hellesponto, in Bithyniā, quæ est prima Asiæ prouincia, transierunt, vbi non longē à mari castrametati sunt in loco, qui Cynetum dicebatur, in hostiū confinio. quo in loco ex multa opulentia rerum, quasi duobus mensibus confederunt. rerum copia ex Constantinopoli apportabatur.

Cedes Chri-
stianorum.

Ea rerum vbertate simul & ocio resolutus exercit⁹, cœpit inuitis magistratibus seorsum turmas agere, et ad decem vel amplius milliaria lustrare regiōem, greges & armenta secum trahens. Cūq; sæpius prosperē reuersi fuissent, ad extremum ad tria millia Teutonicorum & duo millia equitum egrediuntur: hi omnes à Solimano, qui in eadem regione Turcis dominabatur, circūuenti, ad vnum omnes occisi sunt. Tumultū, qui ex ea re in castris ortus erat, magistratus sedare non potuerunt. Ordinatis ergo aciebus, quasi ad 25. millia peditū, equites autem quingenti, versus hostes contendūt. occurrit eis Solimanus cum innumerabili Turcarum multitudine. pugna commissa, nostri postremō multitudine pressi, dissolutis agminib⁹, in fugam conuersi sunt, quos Turcæ insequentes, penē omnes occiderunt: inter

quos Gualterus dux occisus est. alij dicunt eum, abnegata fide, deditioem suā fecisse. Sic ergo ceruicosus populus, dū monitis nequit acquiescere, impetu lapsus descendit in interitum.

Post hæc Godescalus presbyter Teutonicus cum xv. millibus armatorū iter aggressus, per Orientalem Frāciam ducens, Iudæos per ciuitates aut omninō debebat, aut Christianos fieri compellebat, quorum tamē plurimi, sicut canes, ad vomitum postea reuersi sunt. Illi autem viatores bonis eorum onusti, Hungariam perueniunt: vbi cūm de mandato regis victualia eis abundē venderentur, opulentia abutentes & ebrietati vacantes, indigenis iniuriari cœperunt. quod postquam regi innotuit, ira succensus, in vltionem tantarum iniuriarum, conuocatis copijs, super illos irruens, stragem immanissimam exercuit, non distinguens iustum ab impio. euaserunt tamen aliqui, & ad propria sunt reuersi. creditur quoque Godescalus presbyter fuisse hypocrita falsus.

Per idem tempus modico interuallo conuenerāt eodem studio turbæ innumerabiles absq; duce. surrexit inter eos vir militaris, comes partiū illarum quæ circa Rhenum sunt, Emicho de Lyningen, dudum tyrannica cōuersatione famosus, ferē xij. millia signatorum sibi vsurpans. vndē factum est, cūm in timore Domini iter debuissent inceptū peragere, conuerterunt se ad insaniam, & Iudæorum populum in ciuitatibus nil tale metuentem, crudeliter obtruncabant. hi omnes transcursa Alemaniam, ad fines peruenerunt Hūgarorum. Et cūm ad locum qui dicitur Zaborth, peruenissent, clausum reperiētes aditum, circa pontes castrametati sunt. Erat enim is locus Istri fluminibus & profundis septus paludibus. Mandauerat rex trās-euntibus iter prohiberi, nē iniuriarum, quas nup̄ Godescali legionibus intulerat, memores, intromissi intra regnū, armari contra eum conarentur.

Igitur cūm se exclusos viderēt, de sua multitudine præsumentes, correptis armis, ac super fluuium ponte facto, præsidium vndiquē aggrediuntur, in cuius expugnatione dum sudarent attentius,

raptis

ruptis iam muris, iam fugientibus oppidanis, inter quæ, quis illorum sub nomine regis potiretur terris, ciuili discordia quatiuntur: repente eorum exigentibus demeritis, terrore diuinitus immisso, relicto assultu, in fugam versi sunt, fugæ causam penitus ignorantes. fugit enim impius, iuxta sapientis verbum, nemine persequente. Hungari verò videntes hostes terga dedisse, illos insecuti, magnam stragem fecerunt. Reliqui de itinere desperantes, ad propria sunt reuersi: exceptis his, qui per Italiam declinantes, in Græciam nauigio peruenerant: sic nimirum nostræ gentis homines, qui in militia pro Christianis liberandis Christianos persequi cœperant, miseratione diuina repressi sunt. & hæc fuit causa, cur quidam simplices scandalizati, totum huius expeditionis conatum, vanum atque frivolum ignorantèr sunt interpretati.

Paleis autem ex area Domini discussis, visa sunt grana naturalis soliditatis grauitate perdurantia, Gotfredus scilicet, ceteriq; prenominati, * verè Dominicæ militiæ duces, cum suis speciosissimis castris, ab vniuersis principibus pacem & fauorem, vt veri Christi milites, cōsequentes. Fuerunt autem qui castris Gotfredi se coniunxerunt, Balduinus eius frater, Iezerinus comes * Annoniæ, comes S. Pauli, comes de Grees, comes Tullésis, Balduinus de Burgo. multi præterea alij barones atque nobiles. hi omnes vno & indiuiduo comitatu ad fines Hungariæ, cuius eum difficultate impetrabant introitum, sicut erant viri prudentes & Deum habentes præ oculis, cum omni quiete ipsa transcursa, per Bulgariam habuerunt transitu, ac claustris S. Basilij superatis, Philippopolim peruenerunt. Vbi cognito quòd Hugo regis Francorum frater, qui eum multis militib⁹ præcesserat, ab imperatore Constantinopolitano per insidias captus tenebatur in vinculis, cum omni celeritate missis nuncijs, obsecrant imperatorè, vt quos absque culpa tenebat in vinculis, abire permitteret. Id cum eis ab imperatore negaretur, indignati, de communi omnium consilio vniuersam illam regionem exercitibus suis exponunt

ad prædam. Audiens hoc imperator, timuit nè exercitus ad imperij intima penetraret, Hugonem cum suis liberum abire permisit. Venientibus Constantinopolim cum Gotfredo Francis, Alexius forum rerum victualium interdixit. quare milites nostri pleraque vastantes, alimèta in castra deferunt. Fecit ea res, vt post varia certamina cæsis Græcis, Alexius cum peregrinis in gratiam redierit. Vnde quæ pacis erant suscipientes, in plenam cum imperatore cōcordiam redierunt. firmatumque est sacramentis, vt vrbes quasque suo imperio detractas, pristina ditioni, si deuinceretur, nostri redderent: ipsi Græci vicissim tam armis quam stipendijs regis, infra metam eandem se foueri nõ dubitarent.

Quo factò, imperator apertis thesauris, tam duci * Godefredo, quam ceteris principibus dona ingentia largitus est, ita vt imperatoris admirarentur munificetiam. sed reuerà nec liberalitatis erat, sed timoris & fraudulētæ versutis: Audiens verò dux ceterorum principu aduentum, suggerente imperatore, parato nauigio, cum suo exercitu transito Hellesponto in Bithyniam transfretauit, atque in pago Chalcedonèsi castrametatus est. erat is locus Constantinopoli proximus, qui solum Hellesponti, quod nos brachium S. Georgij dicimus, interpositione distabat, vnde tèr vel quater ire ad urbem regiam in die sine difficultate poterant.

Quòd autem imperator exercitum peregrinorum transfretare persuaserat, non de fidei synceritate processit, sed solita fraude vsus, ducem circumuenit, nè alijs aduenientibus copiæ miscerent. nam & reliquos qui secuti sunt, eadem arte transire compulit.

Postquam autem omnes peregrinorum exercitus, Hellesponto transmissò, in Bithyniam peruenerunt, & in vnum conuenientes, factus est vnus Dei viuētis exercitus. recensito legionum numero, inuenta sunt peditum sexcenta milia, equitum verò Loricatoru centu milia. hi oēs vno animo Nicæa urbem populosissimam obsidètes expugnauerunt, cuius vrbis, sicut & regionis, dominus erat

Turca-

Imp. Græc⁹
quæ ducib⁹
occidentalis
bus dederit
munera.

Prou. 28.

Clades Germanorū in Hungaria.

Gotfredi copia.

* veri

Hannonis

Hugo Francorum regis frater.

Turcarum princeps, Solimanus nomine, homo valēs & strenuus, hic à Tarso Ciliciæ vsque ad Hellepontum, vniuersas prouincias possidebat, & audito nostrorum aduentu, ex aduerso Orientalium tractu magnas Turcarum collegerat copias. sed ante vrbs Nicæ expugnationem pugna cōmissa, victus atq; fugatus est.

Nicæ vrbs oppugnatio

Capta est autē Nicæa vrbs anno Domini 1097. mensis Iunij die xx. vrbs hanc præsidij imperatoris tradunt, sicut erat constitutum. Indè per regnum Constantinopolitanum terram opulētissimam progredientes, mare contingunt *Rusciæ. eo loci aries nummo, bos autem siclo venit. In quo itinere Boëmundus, & Nortmānorum comes Robertus, Stephanus comes Blefensiu, vnā cum domino Tācredo & comite sancti Pauli, ceteras copias præcesserunt, duobus vix milliarib⁹. Tum eccè Soliman⁹, qui memor iniuriarum, quomodò vrbe egregiam, vxorem & filios amisisset, ad vicem rependendam totis viribus anhelabat, subito super eos irruens, multis interfectis, fugat. Quod per nuncios intelligens Gotfredus, accelerat cum suis instructis copijs, irruensq; in hostes fidei, eos acerrima strage vertit in fugam. Cecidisse feruntur ex hostibus viri potentes ad tria millia, de nostris ex plebe promiscui sexūs ad quatuor millia, die Kalendarum Nouembrium.

*Rusciæ

Gotfr. Boemundo auxilio venit.

*Pisidiam

Recedentes indè, transcurfa vniuersa Bithynia, *Pisidas ingressi sunt, vbi in quādam ipsius regionē descēdentes, magnam aquarum penuriam passi sunt, itā vt præ ariditate sitis multi periērint. Tandem verò opitulante Deo in regionem copiosam & vberem peruenerunt, iuxta Antiochiam minorem, metropolim Pisidiæ. Sunt Pisidæ populi, teste Pli. li. 5. in Asia minori, quondam Solymi appellati. hinc Pisa oppidum Arcadię prope Alpheum amnem. Hic primū quidam de principibus studiosè ab exercitu separati sunt, seorsūm trahentes agmina, quorum primus dominus Baldvinus frater Gotfredi cum 7. millibus loricatoris, secundus dominus Tācredus cum equitibus quinque millibus. & peditibus non multis, qui in Ciliciam descendēs,

Pisidæ.

Tarsum eiusdem prouinciæ metropolim obsedit. Cumque iam ciues ad deditiōnem compulisset, adueniens Baldvinus cum maioribus copijs, expulso Tācredo, vrbs sibi vēdicauit, expulsis indè Turcis qui in ea dominabantur. ciues autem qui eam incolebant, fideles erāt, sed vsu armorum relicto, solū agriculturæ & mercantijs operā dabant, Turcis tributarij. At verò Tancredus à Tarso recedens, adiacentem prouinciā sibi subiecit.

Tarsus obsidetur.

Interea maior exercitus, omnibus in via expugnatibus, Turcisq; fugatis, Antiochiam peruenerat. est autem Antiochia ciuitas gloriosa ac nobilis, omnium ciuitatum quas tractus Orientalis continet, princeps & moderatrix. hæc præscis temporib⁹ dicta est Reblata, vbi Sedechias rex Iuda, ductus est iussu Nabuchodonosor. hanc Antiochus rex turribus CCCC. & LX. ac muris muniens, de nomine suo vocari præcepit Antiochiam, regni caput constituens. postremò Iustiniani principis tempore Theopolis est dicta, in hac apostolus Petrus cathedram primò tenuit sacerdotalem, in ea primus fidelium habitus est conuentus, in qua Christiani primū appellati sunt Claudij Cæs. temporibus, Nazareni & Galilei dicti prius. id testatur Græcorum optimi authores. sunt & qui discipulos dictos affirmant.

Antiochia

Eiusdem verò ciuitatis patriarcha, 20. prouincias in sua iurisdictione habere dicitur, sita in Cœlesyria puincia, amœnissima fontibus & riuis irrigua, clauditur etiā intra ciuitatis ambitū montes duo miræ celsitudinis, in quorum alterius vertice, qui videtur eminentior, situm est præsidium munitissimum. Verū hi duo montes valle profundissima, sed angusta nimium, separantur. longitudinem ciuitatis plūs minūs duorum milliarium dicunt, à mari distat 12. milliaribus. huius ciuitatis domin⁹ erat Cassian⁹ Turca de familia Sultani Persæ, qui vniuersas has prouincias violentè suo subiugauerat imperio. Volens tamen ire ad propria, vniuersas regiōes suis distribuit nepotibus & amicis. huic Cassiano Antiochiam cum suis concessit finibus. nam vsque Laodiceam Syrię Cali-

At. vbi pnt ma Christi anorum appellatio.

Calipha Aegyptius possidebat regiones.

Venientes igitur nostri, ciuitatem hanc continuis 8. mensibus obsederunt: & quia magnū habebat in circuitu ambitum, vndiquē illam vallare nequiverunt, licet ipsorum qui gladium educere poterant, circiter trecentorum millium numerus esse diceretur. Referre autem casus singulos quos in obsidione pertulerunt, longum esset. nam ferē fame periclitatus est noster exercitus. insuper & ciues frequenti eruptione facta, multa nostris damna intulerūt. sed nihilominus cum omnes vno animo ciuitatem expugnare satagūt, rumor percrebuit, principem potentissimum Antiochenis venire in subsidium, copijs innumerabilibus septū. Conueniūt principes deliberaturi. alijs videbatur, vt maior pars obuiam illis egrederetur, reliqui obsidionem continuarent.

Boëmundus Tarëtinorum princeps, vir in agendis rebus bellicis expertus & strenuus, vtranque, suas allegans rationes, reprobatur viam, dicens: Siue omnes egrediamur, vt aliqui volunt, siue in castris pars aliqua remaneat, videmur operam & impensas tam longæ obsidionis perdidisse. Nam egredientibus vniuersis, soluetur obsidio: & ciues qui intra mœnia sunt, pro voluntate hostibus adiungentur, aut aduenientes intra mœnia introducent. Si verò pars exercitus in castris manserit, quomodo poterit ciues intra urbem coercere, cum omnes simul vix illos cohibere possimus? Vnde mihi videtur, patres, quod illuc omnis nostra debeat festinare intētio antea tantorum exercituum aduentum, vt ciuitas in nostram prius veniat potestatem. quod si modum quæritis, in prōptu est: habeo amicum in ciuitate fidelem, hic habet turrin in sua potestate munitissimam, quam sub certis cōditionibus paratus est mihi tradere, pro quo negotio multam sum illi pactus dare pecuniam: & si vestræ placet amplitudini, vt nostro studio capta ciuitas, meam trāseat in potestatem, iure hæreditario possidendam, paratus sum cum dicto homine pacta firmare. Sin autem habet vestrum quisquam quo urbē potest obti-

nere, quantum mea interest, illi cōcedo.

His auditis, principes gauisi sunt gaudio magno, & petitioni eius annuunt omnes, excepto Tolosano comite: quo non obstante, petita promittunt. Erāt tunc inter cæteros fideles in eadem vrbe, duo vterini fratres: maior Emirferius, vir potens plurimum, & domino ciuitatis valdē familiaris. hic audiēs quod Boëmundus princeps clarissimus esset, per fideles sibi nuncios eius sibi gratiam conciliauit, ita vt diebus penē singulis de statu ciuitatis redderet eum certio rem. hunc amicum suum Boëmundus soluto concilio per nuncios conuenit, de promisso illum sollicitas, vt quod cōdixerat, adimpleretur. quo audito, lætus Emirferius, fratrem quem habebat vnicum, sine quo negotium non potuit perficere, tentare cœpit, si in eo negotio concurrere vellet.

Quod cum velatis verbis primū induxisset, reperit eū ab hoc negotio abhorrentem, immò nostrorum opera execrātem. Sic ergo declinans fratrem, laudat tamen eius constātiā, & nē Christi obsequium impediretur, de eius morte tractare cœpit, charitati fraternę publicam fidelium præponens salutem. Ea autem noctis tempestate, cum ciuitas sopori se dedisset, videns horam rebus opportunam, Boëmundo nunciat, vt cum suis festinus adueniat. Quo audito, Boëmundus conuocatis clam alijs principibus, cum suo domestico comitatu subito ante turrin adiērunt: interea Emirferius turrin ingressus, fratrem suo proposito aduersantem, dormientem occidit. Quo facto, fune demisso, principes in Dei nomine ascendere cœperunt, primusque Boëmundus, post comes Flandrensis & Tancredus, post quos cæteri, qui virtute induti ex alto, duce Emirferio, decem turres, occisis earum custodibus occupauerunt: descendētes properē ad portam propinquam, eam effregerunt, admittentes eos qui forās expectabant.

Aurora itaque surgente, buccina signo dato, ad vrbs ingressum cæteros qui in castris remanserant, admittunt, qui per urbem discurrentes, & domos effringentes, stragem maximam ediderunt.

runt. ciues autem audito tumultu, ex stratis surgunt. videntes captam urbem, relictis domibus, fugere tentabāt, sed inter cuneos armatorum obtruncabātur. multi tamen per portas egressi, aut per murum demissi, ad montana conscendentes, vitæ consuluerunt, inter quos & Cassianus ciuitatis princeps, dum suggeret, à quibusdā Armenijs occisus est. nostri autem potiti ciuitate, nihil prorsus alimentorum reppererunt: nec mirū, cum iam penè 9. mensibus ciuitas fuisset obsessa. attamen in auro, argento & lapidibus preciosis tot & tantæ diuitiæ repertæ sunt, vt qui prius mendicabat, nunc locuples factus, omnibus abundaret.

Capta est igitur Antiochia anno 1097. tertia die Iunij mēsis. Verūm de his aliter Blondus, cui alludere videtur Platina. Cū enim in ancipiti esset, inquit, vt vrbs caperetur, fortè per inducias Pyrrhus quidam Antiochenus ciuis admodum potens, gestarum à Boëmundororum omnium in Syria clarissimarum fama allectus, illū videre & per interpretem alloqui curauit: adeoque illius moribus delectatus, vt urbem Antiochiam eius dominio subijcere sit pollicitus, si reliqui modò Christiani eidē cum imperio præesse Boëmundum paterentur. Sed Boëmundus qui publicam dedicationem vr̄bis breuī sperauit, ad hoc induci non potuit. Deindē Pyrrhus filium suum quem habebat vnicum, obsidem misit, id maximè orans, vt Boëmundus propriam tenēdam acciperet dominio ciuitatem.

Retulit ad principes Boëmundus omnia, & vicit concors sententia, Boëmundus permittendam, si parta esset, ciuitatem. igitur constituta ad facinus nocte, Boëmundus omnes Christianorum copias, quæ castra non custodiebāt, per simulationem prædæ montanę faciendæ, educit, & vallem proximam circumactus est, quousquē ad noctem concubiam præmissi audaciores quique & scalis quas Pyrrhus in summo sustentabat, muros conscenderunt, & propugnaculis Christiano munitis præsidio, porta vr̄bis Pyrrhi custodia commissa, nostro equitatu est aperta. Ingressis itaq; An-

tiochiam Christianis, in Saracenos turcasq; sæuitum est: & cū publico vocis edicto vbiquē publicaretur, parcendum esse ciuibus, omnis sexus atq; ætas, nullo lædente, partim in montana, partim in Christianorum migravit castra.

Profuisse maximè nostris affirmat ille Armeniorum & Surianorum fidem, qui queq; hostium cōsilia linguæ & vitæ consuetudine explorates, ad nostros referēbant. Acceperāt Armenij sub Magno Constantino & citeriores Indi, Iberesq; Christi fidem, quarum gētium reliquæ Christianæ, incertis sedibus vagantes, à Calipha Aegypti præfide in Syria acceptæ sunt.

Capta vr̄be, Turcæ & Saraceni complures in arce saluati sunt. vndē arcis expugnatio intentata est. erat arx in excelso monte munitissima, in cuius expugnatione multi vulnerati sunt, inter quos dum acerrimè pugnat, femur sagitta traijcitur Boëmundus, atque saucius factus, per aliquot dies ægrotare cœpit.

Inter hæc magna multitudo equitum visa est à longē. credebant nostri Alexium imperatorem esse, qui sæpè vëturum se promiserat. sed paulò post Armenij retulerunt, Corbanam esse Persarum regis militiæ principem, qui Antiochiæ opem ferre venerat cum Sensadolo Cassiani filio. Hic enim tēpore induciarum, viuente adhuc patre, ad id missus fuerat. vndē factum est, vt tanta multitudine Turcarum ac Saracenorū vndiquē ciuitas mox obsideretur. Corbana ad pontē ferreum fecit castra, & iubente Sensadolo, per suos arcem accepit, atq; præsidio firmiore muniuit. per quam eruptione facta, urbem capere admissus est. pugnatū est in vr̄be, & magna cēde vtrinquē facta, hostes repressi sunt. atque ob hanc rem placuit nostris, arcem munitioibus includere.

Interim Armenij & Suriani prohibiti sunt frumenta ad Antiochiam inferre, vndē exorta est in ciuitate fames solito vehementior. promiserat autem Alexius annonam mittere, & iam naues eius cum frumento appropinquabant. Tum Stephanus Carnoti comes, desertor signorum, obuius Christianorum

excr-

Armenij
Suriani

Christiani
in Antiochia
obsiderunt

exercitum perijsse nunciauit. hic enim, adueniente Corbana, cum pluribus au- fugit, ante eum Guilielmus regis Fran- cia consanguineus, primus omium de- fertor factus est. mercatores, his auditis quæ à Stephano dicebantur, retrocessê- re. erat tanta fames, vt camelos, mulas, equos, asinos & immunda quæq; ede- rent, ac quælibet et quotiès dabatur, pro summis reputabant delicijs.

At verò Corbana his perceptis, quasi de victoria securus, nostros intra urbem animosius comprimibat. vnde in tanto desperationis barathro constituti sunt, vt nec salutis spes vlla superesse videretur. Quarè dicitur, quòd etiàm princi- pes de salute desperantes, habito consi- lio inter se occultè decreuerant, vt reli- cto populo, ipsi clam aufugerent. quòd postquam duci Gotfredo innotuit, & legato domino Podiensi, vocatos illos ad se, iustis increpationibus corripue- runt, & nè populum desererent orabât.

Dum autem sic affligeretur Dei po- pulus, respexit eum Dominus, conso- lationemque mittebat. Apparuit enim cuidam clerico B. Andreas, cui pluri- mum erat deuotus, commonens quate- nus principibus nunciaret, vt lanceam qua Domini nostri latus fuerat perfo- ratum, in Ecclesia B. Petri repositam perquirerent, eiq; locum certis ostende- bat indicatijs. Quòd cum fecisset, & ipsi ad eius suggestionem in loca effossa ali- quantulum terra, lanceam, sicut cleri- co illi ostensum fuerat, inuenerunt. Hoc audiens populus, tanquam de immissa ei cælitus consolatione, cœperunt à su- is anxietatibus releuari, iterumque voto se & iuramentis obligarunt, quòd ab inuicem non discederent, quousque auctore Domino urbem suæ restitue- rent libertati.

Igitur præmissis ieiunio, et indieta die pugnae, cum 26. diebus afflictione mi- rabili plurimum laborassent, præceden- ti nocte dum arma equosque præpa- rant, somno locus non datur. manè fa- cto, circa crepusculum sacerdotes & ministri Domini per Ecclesias diuina celebrantes, populû antequam ad præ- lium egrederetur, de peccatis suis prius humiliter confessum, corpore & san-

guine Domini muniêrunt: quo facto, tanta eis diuinitus infusa est gratia, vt qui pridè lumina vix attollere poterât, nunc prodeuntes, victoriam sibi pro- mittere ausi sint. episcopi verò & sacer- dotes sacris induti, populum benedi- cebant.

Itaq; summo diluculo 4. Kalen. Iulij, duodecim acies instruxerunt, quarum vltimam, quæ erat cæteris amplior, te- nebat illustris princeps Boëmûdus. Ac- cidit autem, vt egressis ros quidam sua- uissimus, modicus tamè, sed gratissimus descenderit, quasi in eo benedictionem & gratiam suam videretur infudisse do- minus. Mirabile dictu, quicumq; eo im- bre conspersus est, tatum concepit ani- mum, vt nihil laboris, nihil molestiæ in tota illa expeditiõe esse videretur. idem in equis fertur apparuisse.

Interea hostes accepto nostrorum ab vrbe egressu, acies instruunt. ventum est ad pugnam, primæ tres acies nostrorum viriliter in hostes irruunt, sequentes aliæ non minùs, præcedente lancea Domi- ni cum sacerdotibus. Pugnatum est illo die acerrimè. tandem hostes, dissolutis cuneis, vertebatur in fugã. Corbana au- tem videns suas dissolutas acies, & ipse fuga elapsus, salutem suam consuluit. cæ- dem in hostibus factam, omnes scripto- res in centum millia referunt. Consum- mato itaq; prælio, nostri ad castra hosti- um redeunt: vbi tantam rerum reperiunt opulentiam, tantas Orientalium diui- tiarum copias, vt iam auri, argenti, gem- marum neque numerus esset, neq; men- sura: equorum etiàm & armètorum, an- nonæ quoque & victualium reperta est tanta abundantia, vt iam nescirent quid eligerent. hac potiti sunt victoria anno Domini 1098. 28. Iunij.

Reuersi in urbem læti ouantesque duces, altero haud minori affectu sunt gaudio, quòd Ammuratus arci præfe- ctus, Christianus est factus, deditiõe ar- cis facta. idque solùm in faciendâ dedi- tione est pactus, vt qui ex cohorte sua fi- dem Christi nollent suscipere, cum re- bus suis abire permitterentur.

Re itaque perfecta, Boëmundus in procerum concilio atque multitudine Antiochiam sibi promissam postulauit

Desertores
seu pedito-
res Christi-
anorum.

Mirum de
lancea phan-
tasma.

Rore Chri-
stiani recre-
ati.

Cætum mil-
lia hostium
caesa.

Antiochiæ
arx dedit.

permittere, cæterisque omnibus facile consentientibus, S. Aegidij comes restitit, eo maximè prætenso colore, quòd ea ciuitas in vim iuramenti, quo Boëmundus Alexio imperatori omnem obligauerat expeditionem, illi vel inimico deberetur: qua in controuersia cum diù altercatur, episcopis ac sacerdotibus causa commissa est, ex eorum arbitrio terminanda. Interim etià Hugo Magnus ea de re missus ad Alexium, qui sibi conscius promissa malè seruasse, & in tantæ vrbs traditiõe dolum subesse veritus, nequaquàm sibi fidem seruandam esse dicebat: qua etià in legatione Hugo Magnus defunctus est.

Boëmundo
Antiochia
traditur,

Concesserunt ex condicito episcopi ac sacerdotes in basilicæ S. Petri sacellu, his enim diebus Podien episcopus, Ap. Se. legatus, viam vniuersæ carnis erat ingressus, censueruntque vt Boëmundus princeps Antiochiæ declararetur, castra tamen, quæ admodum antea, cum copijs suis vsq; ad consummatam victoriam sequeretur.

Inter hæc, & dum nostri nodum Antiochiam cepissent, Aegyptij regis, quæ Babylonicum dicunt, legati foederum & pacis nomine adueniunt, pollicentes auxilium aduersus Turcas, qui Palæstinam totam cum Hierosolymis ante aliquot annos occuparant, vt supra in Hærico 2. scripsimus, occiso apud Hierosolymos Calipha à Syracino, ea se ratione sperantes Aegyptij, oppressis Turcis, ad imperium suum redituros.

Hac de causa securitate accepta, non pauci lectissimorum militum Babyloniæ diriguntur, quorum fortitudine, proceritate, habitu & incessu, omniq; elegantia attoniti barbari, Francos (sic enim Occidentales populos nominant) plùs quàm homines fatebantur, affirmantes omninò non esse mirum, quòd huiusmodi bellatores totum affectarēt sibi subijcere mundum. Inito deniquè cõsilio, rex Babyloniæ Hierusalem obfidet, ostensisque legatis, Francis se foederatum affirmat, quorum gladijs, si sibi ciuitatem non traderent, ipsos tradendos minatur.

His itaq; dolis rex barbarus non suus, sed Francorum timore, ciuitatem rece-

pit: eamq; Saracenis copijs machinisq; contra Christianorum aduentum præmuniuit, & ita nostri decepti sunt. Rebus interim in vrbe antiochena compositis, māsit ibidem populus Christianus, vbi suscitata est magna clades in populo, vt vix aliqua præteriret dies, in qua saltem 30. vel 40. non essent funera, sexus quoque scæmineus ibi penè totus perijt, ita, vt intra paucos dies 40. milia deficerent. dispersi nostri principes, multas circa Antiochiam vrbes ceperunt, & tributarias nonnullas sibi fecerunt.

In Kalen. verò Septēbribus, sicut inter eos erat cõstitutum, in vnum reuersi, iter versùs Hierusalem aggrediuntur: transcursisq; multis regiõibus, multisq; ciuitatibus expugnatis, Tortolam applicant, quam oppugnare adorti, quum tribus ex obsidione mensibus frustra laboratum extitisset, indè soluentes, ad vrbe Tripolim peruenerunt. erat enim vrbs populosa, qui nostris pugna occurrunt, sed facile victi atq; fugati sunt. Vrbe obsidentes, murmure populi relicta obsidione versùs Hierosolymam iter arripiunt, sequentes maritimam oram, die tertia ante vrbe Berytù descenderunt, deindè Sidonem & Tyrum: transeuntes in Galilæam, à lœua percurrentes Cæsaream Palæstinæ, post diem tertium in planitie, quæ non longè est ab Ioppe, castrametati sunt.

Interea Hierosolymitæ scientes certò peregrinorum omnium speciale propositum obtinendę ciuitatis, vrbe communiunt, victui necessaria & arma cõportantes. Sed & princeps Aegyptius quanto potuit studio mœnia reparari ciuitatis præceperat. prætereà conuenientes, decreuerunt, interfectis vniuersis fidelibus qui Hierusalem habitabant, Ecclesiam Dominicæ resurrectionis dei cere funditùs, & sepulcrum radicetùs euellere, nè illorum occasione aut orationis gratia populus fidelium deinceps accedere, & vrbe frequentare proponeret: sed cognito, quòd per hoc maiora nostrorum populorum conflarent odia, destiterunt.

Verum spoliatis fidelibus qui in vrbe habitabant, omnes cum domino patriarcha ab

Babylon
rex dol
rusalem
cupat

Exp
Hie
mor

Patriarch
Hierosoly
pullus,

vrbe

vrbe expulerunt, qui vsque ad peregrinorum aduentum in viculis suburbanis latuerunt, indiès mortem expectantes.

Interea exercitus fidelium intelligēs loca venerabilia, pro quibus tot labores susceperant, appropinquare, suspicientes crebrò, mox è vicino urbem sanctam conspexerunt: qui præ gaudio fuis lachrymis, Deum glorificabāt, quòd eos exaudire dignatus esset, vt iuxta eorum desideria ad loca optata meruerint peruenire.

ANNO igitur Domini 1099. septimo die mensis Iunij, Christianus exercitus ante urbem castrametatus est Hierosolymam, arduo monte sitam, ac pluribus vallibus distinctam, adeò vt non nisi à maximis exercitibus obsideri posset. aquis etiàm fluuialibus ac fontanis caret, quæ exercitibus permaximè sunt necessaria. solus enim Siloè amnis, & is quidem estate pertenuis, interdum nullus, per montem Sion in conuallem Iosaphat perlabitur. sunt tamen permultæ in vrbe & agris cisternæ, quæ solis ciuibus aquam præstare solent ad vsum, nõ etiàm magnis exercitibus & iumentis militaribus.

Quinta autem die postquam ad urbem peruenit exercitus, comparato sibi comœatu, quatuor locis oppugnare urbem magnis viribus adortus, eam Hierosolymitanis acriter defendentibus, indiès magis magisque contendentibus, cum iam totum mensem circa mœnia vniuersus desudaret exercitus, die xj. mensis Iulij vno animo assultum faciunt, & cum vsque ad horam diei 7. sine certa victoria anceps certamen esset, subito virtus diuina affuit, quæ fidelium rebus iam desperatis consolationem attulit. nam de monte Oliueti miles quidam armis accinctus fulgentibus, qui postmodum non comparuit, signum dabat nostris legionibus, vt assultum iterarent: quo signo viso exhilaratur exercitus, & maiori animo ad expugnationem urbis redijt, tãto feruore, vt qui fessi aut vulnerati antè operam subtraxerant, nunc re sumptis animis, vtrò se ingerat animosius. tanta siquidè erat in castris lætitia, vt iam quasi certi de victoria, in vnus horè spatio vallo dirupto & effracto an-

temurali, quoddam castellum quod ex lignis contexuerant, muro applicarent. ciues autem immensæ proceritatis atq; soliditatis arbores à muro suspenderunt, vt machinarum ictus elideret: quarum duas nostri, qui erant in castello fabricato, præcisus funibus deiecerunt.

Quo facto, dux Godfredus qui in ea parte urbem oppugnabat, sursum in castellum dictas trabes ferri præcepit, quibus ex vna parte in machina, ex altera super murum locatis, vicem pontis præbuit. ponte igitur sic ordinato, primus omnium dux illustris Godfredus cum fratre Eustathio inscendit urbem, post quos multi alij secuti sunt. hostes autem mœnia à nostris teneri videntes, & turre & stationes deserunt. mox nostri ad portam septentrionalem, quæ porta S. Stephani dicitur, conuolantes, atq; illa refracta, Christianos expectantes introducunt, qui per vicos ciuitatis discurrentes, strictis gladijs nec etati nec sexui parcetes, in ore gladij prosternebant omnia. confugerat in atrium templi maxima paganorum multitudo, ad quos properans dominus Tancredus, omnes ibidem repertos obrucat propè ad decem millia.

Cæsis itaque vniuersis hostibus, populus fidelium depositis armis, in spiritu humilitatis cum gemitu & lachrymis, venerabilia loca singula perquirere inceperunt. die captionis verò ciuitatis, dominus Adimarus Podien episcopus quondam legatus, qui apud Antiochiã vita decesserat, à multis in sancta visus est ciuitate, ita vt multi fide digni asseruerint, super muros ciuitatis primum omnium ascendisse, & ceteros ad ingressum urbis animasse multi quoque alij, qui in via diuersis casibus occubuerunt, in dicta ciuitate apparuerunt cum alijs loca venerabilia visitantes, in quo manifestè dabatur intelligi, quia etsi vita discesserant corporali, ad æternam tamen vocati beatitudinem, non sunt fraudati desiderio suo: sed quod pio expetuerunt studio, pleno sunt consecuti affectu.

Capta est autem ciuitas sancta bis vno anno: primò à Saracenis, vt dictum est: deindè à nostris, eo scilicet die, quo primitiua Ecclesia indè abiecta fuit, ex

Godfredus
prim' urbe
ingreditur.

Anni capti-
uitatis Hiero-
solymita-
næ.

ex quo festū de Apostolorum dispersiōe celebramus hoc die, s. mensis Iulij, anno Dñi 1099. & anno 490. postquam imperante Heraclio, à Saracenis extitit occupata, quæ post annos 88. quibus eam tenuerunt fideles sub septem regibus, rursū à Turcis capta est, & à Saracenis nunc vsq; possessa.

Gotfredus
Lothar. Hi-
erosol. rex
eligitur.

Deinde die octauo cōuenerunt principes, vt aliquem de suo collegio eligerent regē, inuocataq; spiritu sancti gratia, pari cōsensu omniū Gotfredum Lotharingiæ ducē, aliās de *Bolion dictum, regno præfererūt. Hic princeps fuit oriundus de ciuitate *Boliona in puincia Rhemesi sita, patre Eustathio comite illius regiōis, matre verò Ida sorore ducis Lotharingiæ, qui illū adoptauit in filiū. vndē dux erat religiosus, clemens, pius, contemptor vanitatis seculi, in oratiōibus iugis, pulcher atque robustus, cuius opera semper fuerunt magnifica.

Patriarcha
lectus,

Gotfredus igitur regni titulum non abnuuit, coronam verò aureā reiecit, indignum arbitratus, illic aureo diademate hominem vti, vbi rex regum Christus spineam coronam pro redemptiōe humani generis tulisset. Præterea Arnulphus presbyter, patriarcha creatus est ab episcopis, qui tum aderant, secundū aliquos. Alij tamen scribunt, non ita multo post electum fuisse Daibertum Pisanum archiepiscopum, prout paulo post dicetur.

ANNO igitur domini 1099. septimo die Iunij obsidebatur ciuitas sancta, & 15. die Iulij euicta est. elect^o deinde in regem Gotfredus, vir Deo deuotus, statim regni sui primitias cœpit Deo offerre. nam protinūs in Ecclesia Dominici sepulcri instituit Canonicos Regulares, prout de hoc ordine et reliquis Cruciferis dicitur in fine generationis. Illis etiā diebus inuenta est in Ecclesia resurrectiōis portio vna dñicę Crucis, quam ob metum gentiliū fideles occupauerāt.

Interea cum hæc in Oriēte fierent, in Occidente Henricus imperator rediens ab Italia, Ratisponā venit, ibiq; aliquādiū moratus, fertur Iudæis qui antea baptizari fuerunt coacti, iudaizadi ritum permisisse, anno scilicet Domini 1097.

Sequenti verò anno, inquisitione sa-

eta Moguntia de facultatibus Iudæorū despoliatorum, inter cæteros quidā archiepiscopi cōsanguineus inculatus est, quem tamē archiepiscopus defendebat. non deerant qui dicerent, archiepiscopum de rapina participasse. Erat em̄ homo pecuniarū cupidissimus supra quā dici poterit, Henrici partes ob auaritiæ malum, in animæ suę detrimentum vbi-que defendendo.

ANNO verò 1099. Henricus natale Domini Colonia celebravit, postea in Epiphania Aquisgrani filium suū Henricum 5. regem fecit, reprobato maiore filio Cunrado, quē prius coronauerat.

Cunradus Henrici 4. filius rebellasse patri infamabatur. vndē hoc anno causam rebellionis paucis in regno detegēs, per quasdam Italiæ partes ingrediens, nomen & dignitatem regis serè 9. annis obtinuit. Erat hic vir per omnia catholicus, & Apostolicæ sedi subiectissimus, plūs religioni quā fascibus aut armis deditus, fortitudine tamen satis & super instructus, lectioni plūs q̄ lufibus vacabat, miseris & præcipuē militibus inopia pressis largus, omnibus affabilis, neminem contemnens, indeque non immeritò Deo & hominibus extitit charus. cælibatum perpetuò seruasset, sed coactus à suis, filiam Rogerij ducis Siciliae duxit vxorem. honorabat nihilominus patrem, ita vt murmur quod per totum imperium mores laniabat patris, quodque causam suæ rebellionis dedit, auribus proprijs nunquā patiebatur inferri, semper illum dominum suum & imperatorem nominans, vniuersos etiā à palatio patris aduentantes, sub appellatione conseruorum, licet infimos, sociali beneuolentia tractabat, ac præter animæ virtutes morumque compositionem, corpore fuit adprimè decorus & statura procerus. Deinde anno domini 1101. manēs in Italia, Mechtildi nobilissimæ foeminae suæ consanguineæ ita contubernio coniunctus, vt et in rebus per Italiam disponendis, tam illius quā Domini Apostolici ceterorumque Deum timentium cōsilio semper vsus sit, cuius etiā opera Henricus pater à multis insolētijs fuerat repressus. plena tandem fide & cōfessione

Hen. F. Ricum co-
nat.

Cunradus
cinus pū

9

ne, à regno transitorio ad æternū creditur regnū migrasse. sunt & qui veneno dicunt eum interiisse. testari solent qui aderāt in brachio corporis exanimi crucis signaculum subito exortum se vidisse, ipsasque eius exequias quibusdam miraculis honoratas fuisse.

ANNO Domini 1100. Urbanus pontifex tanquā re benè à se inchoata, Dominici sepulcri liberatione feliciter absoluta, carnis debitum persoluit. Inussit autem eius mors non leuem Romanis notam, quòd ex Petri Leonis domo funus efferebatur. nam biennio ante obitum ipsius odio Romanorum cedens, qui partes Guiberti antipapæ videbantur tueri, in domum eiusdem Petri Leonis receptus est. constituit eū sibi, amicis consulentibus, à consueta per id tēpus Laterani habitatione, quādiū aduersarius viueret, abstinentium, vt tutior esset.

Quod cum intellexisset Guibertus Rauennās antipapa, Richardi principis Capuani, qui & Beneuentum tenebat, instigationibus et ope Albam se contulit Marsorū oppidum, vt propinquior vrbi esset. Sunt qui Guibertum Crescētij castro eiectum ab Urbano, dum è Claromontensi concilio rediret, affirmāt. Itā factum est, vt post 2. annos Urbanus carnis debitū persoluerit, vir planè sanctissimus, qui paulò antè Henricum Suesionē Ecclesiæ episcopū recōciliauit. is enim spōtè venit ad Urbanū, episcopatuq; què à rege acceperat, liberè se abdicat sinè vlla restitutionis spe. quā ob rem pontifex clemētissimus, cum necessitas prouinciæ itā exigeret, nolēti et recusanti episcopatū restituit, accepto iureiurādo sub hac forma: Ego Henricus excommunicatis ab hac sede, deinceps sciens & volens non cōmunicabo: similiter cōsecrationibus eorum, qui episcopatus vel cōnobia à laicis cōtra ius fasq; acceperint, nūquā interero: & itā me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia.

Mortuus est autem Urbanus pontificatus sui anno 12. mense 4. in ædibus Petri Leonis, corpus verò per Tiberinā regionem ad vitandas inimicorum insidias, qui etiā mortuū lædere conabā-

tur, ad S. Petrum in Vaticano delatum est, ibique honorificè sepultum.

At sub manu inclyti principis Godfredi regnum Hierosolymitanum mox vt regnare cœpit, conualuit. cumque per idem tempus principes expeditionis nondūm ab inuicem essent diuisi, princeps Aegyptius qui Calipha dicitur, inter Orientales potentissimus, innumeraibilem collegit exercitum, mandans principi militiæ suæ, vt cum vniuersis regni viribus in Syriam descenderet, ac populum nostrum deleret.

Venit igitur, vt constituerat rex, in Syriam copijs maximis. quo audito, nostri quoque congregati sunt, & hostibus occurrunt. habebant equites duntaxat mille 200. pedites verò 9. millia. igitur aciebus instructis, Dei inuocato auxilio, hostes primo impetu in fugā vertuntur, & nostri insequētes acrius, magnum numerum occidunt. Verūm alij aliter narrant. scribūt enim, quòd cum ordinatum esset qui ciuitatem retinere deberent, & inter illos pia disceptatio suborta fuisset, maximè quòd nonnulli amore patriæ & pietate parentum redire ad natale solum suosq; statuissent, tum nunciatum illis, quòd rex Babyloniorum Ascalonem venisset cum innumeraibili multitudine paganorum, expugnaturus Hierosolymam Antiochiamque. Cum in veritate nostri qui Hierosolymis erant, barbaros venire comperissent, contēderunt obuiam illis, relictis infirmis & Petro Eremita ad custodiā vrbs, armata manu venire. Cūq; hostium exercitum vidissent innumeraibilem, genibus flexis, Deum inuocauerunt, vt qui in alijs necessitatibus sibi sempèr affuerat, in psenti quoque bello contractisque viribus paganorū, ipsos adiuuaret. nec mora, Deus affuit. nam commissa pugna, nostri victoriæ compotes, ad 30. millia hominum interfecerunt.

Clemens autem, regis Babyloniorū militiæ princeps & hostium dux, nauim fugiens, salutem sibi quæsiuit. Referūt quidam eo in prælio in exercitu Christianorum nō plus quā 5. millia equitum, peditum autē 15. millia fuisse, cum in exercitu hostium 100. millia equitū,

Babylonij
Caliphæ in-
fidia,

Urbani 2.
interitus.

& 400, millia peditum fuissent. Tunc autem, vt aiunt, mirabilis in seruis suis Deus apparuit, qui pro solo impetu nostrorum, hanc multitudinem conuertit in fugam, & omnia eorum arma corripuit, ita vt si deinceps nostris repugnare vellent, arma non haberent.

Aegyptiorum
caedes.

De spolijs verò non est quarendum, vbi thesaurus regis Babyloniorum occupatus est: ceciderunt secundum illos plùs quàm 100. millia Maurorum gladio. de his verò qui in mari interièrunt, non est numerus. pugnabat certè orbis terrarum pro Christianis. pridie autem quàm bellum fieret, multa millia camelorum, bouum & ouium noster cepit exercitus, cumq; iussu principum populus hæc dimisisset, in pugnam progrediens, mirabile dictu, multas turmas fecerunt cameli, similiter autem boues & oues, quæ omnia lento pede comitabantur exercitum, vt cum stantibus starèt, cum procedentibus procederent, cum currentibus currerent. nubes etiàm ab èstu solis Christianos defendisse fertur.

Ascalonitæ
se Gotf. dedunt.

Ascalonitæ verò tanto incommodo accepto urbem Gotfredo statim traderunt, in qua tantum auri atque argenti depræhensum est, quantum alio vnquam in loco. Celebrata itaque victoria, exercitus Hierosolymam est reuersus: & relicto ibi Gotfredo, magna multitudo ad patriam redire contendit, inter quos Raimundus S. Aegidij comes, Rupertus Nortmanniæ, & Rupertus Flandriæ comites sunt habiti. Quibus recedentibus, Gotfredus vnà cum suis mira felicitate vsus, Ioppen maritimam & Ramulam expugnauit urbem, quæ impedimento Christianis erat, quo minus tutò ab Ascalone Hierosolymam proficiscerentur. obsedit et Caipham ad radicem Carmeli sitam.

Gotfredi
succellus.

Verùm durâte adhuc obsidione, Tiberias Galilææ se obtulit, Caipha non ita multò post ex fœdere recepta. sic dux magnanimus parua licèt manu fultus, magna quæq; cœpit in Domino attentare, reliquias gentium quascunq; remanentes persequi, præsidia locis opportunis instituere, ecclesias clerumque quantum poterat reparare, cœnobitas alibi congregare, donaria multa tam

monasterijs quàm hospitali, quod nūquam defecerat in Ierusalem, deuotissimè conferre. Et cum vsque ad hos dies Hierosolymitana vacasset Ecclesia, de communi omnium voluntate, dominū Daibertum virum venerabilem Pisanū archiepiscopum, qui post captione ciuitatis in terram sanctam cum multis de Italia nauigio venerat, in sedem patriarche collocauit. fortè Arnulfus presbyter, de quo supra facta est mentio, vita erat functus.

ANNO igitur 1100. sub Gotfredo duce conuentus ingens factus est in Ierusalè ab omnibus qui fuerunt in Oriente Christicolis, maximeq; qui in Antiochia vel in Syria vel Palestina conserderant peregrinis, intantum, vt in ipso natiuitatis Dominicæ festo plerisq; regionibus consecraretur episcopi. Quo quidem anno rex Gotfredus infirmatus est, qui sentiens sibi mortem imminere, assumpto salutis viatico, tãquam verus Christi confessor, viam vniuersæ carnis ingressus est, quo anno etiàm Boëmundus Antiochenus princeps, capere volens urbem quãdam, à Turcis captus est. Gotfredus itaque ante montè Caluariæ in vestibulo Golgathanæ Ecclesiæ, vbi eius mausoleum lapide Pario constructum cernitur, gloriose tumulatur.

Gotfredi
mors.

Hoc in tempore Balduinus frater Gotfredi Edeffenus comes, principatū iam gentis illius cōsecutus, audito fratris obitu, Balduino cognato ditionem suam dedit, ipse verò Hierosolymā contendit, ibique electus ab omnibus princeps consensit, nec multò post inclinās caput super Dominici sepulcri tumbā, ipsius se seruituti perpetuò subiugauit. post hæc quò magis paganis Christianorum timor incuteretur, die pentecostes per legatum Apostolicæ sedis accepta regali benedictione coronatur. deindè Assur & Cæsaream ciuitates maritimas expugnauit, cæsisq; qui inibi erāt Saracenis, regnum suum dilatauit. Erat enim Balduinus vir strenuus, in armis agilis, in rebus bellicis fortunatus, animo in hostes audax, promptus & impiger, quippe qui in ipsam Turcarū gentem ac cæteras infidelium nationes, prælia

Balduini
Hierol. rex.

Gai
anti
mor

lia multa gesserit, & gloriosè triūphauerit. quare ab omnibus imperio dignus proclamatur.

ANNO Domini 1100. Urbano 2. ab hoc seculo euocato, Reinerius è ble-da Tuscia ciuitate oriundus, tituli S. Clementis presbyter cardinalis, in Paschalem secundum assumptus est: quod ita futurum Albertus Alatinus episcopus, teste Platina, aliquandò diuinauit. nam cum ab amico interrogaretur, què Urbano successurum putaret: Reinerium, inquit, propter fidem & constantiam Deus eliget. sedit autem annos 18. menses 6.

Postquam Paschalis solennitèr fuit coronatus, arbitratus est turpe fore, si Guiberti antipapæ temeritati non intercederet. erat autè pecuniarum egens quibus copias compararet, vt Guibertū ab Alba pelleret, amicos tamen orare vt opem ferrent, cœperat. Tum Rogerius Sicilia nouus comes, gratiam pontificis & Ecclesiæ sibi conciliaturus, oratores ad illum misit, qui debitis obediētiae sponsonibus factis, mille auri vn-cias dono cum aliquot peditū ac equitum turmis misit.

Ea igitur adiutus pecunia Paschalis, exercitū tumultuariè cōtractum duxit in Albam Marforum oppidum: & auxilijs fretus quæ Rogerius misit, hostem obsidere cōstituerat. Sed Guibertus Richardi Capuani comitis ope diffusus, in proxima Aquilanorū montana se recepit: dumq; pontifex in expugnanda Alba aliquot detineretur diebus, Guibertus febre ex fugæ labore correptus, hominiam decrepitus, breuè est mortuus.

Erat autè vir, vt quidam scribit, satis ingenio, facūdia, nobilitate, personèq; reuerentia clarus, nec Roma tunc, nec Rauenna benè vsus: & qui super vnum papā viuente, quanuis coactus, vt aiūt, ascendit, ipse tres sibimet alternatim succedentes superuixit, extorris vtraq; sede, Romæ videlicet ac Rauennæ, mā-lens, vt ab ipsius ore didicimus, ait iste, Apostolici se nomen nunquam suscepisse. A malis tamen, Guiberto sublato, Ecclesia non statim quieuit. Richardus enim Campanus comes, qui copijs & opibus Guiberto auxiliatus est, in lo-

cum demortui Albertum quēdam substituit Atellanū ciuem, quæ vrbs Aversa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuam posita, qui statim à benè sentientibus abdicare se magistratu coactus est, & relegatur.

Cauenses autem agri Prænestini incolæ, Richardi stultitiā imitati, Theodoricum quendā pontificem creauere. verū hi quoquē pœnitētia ducti, quinto & centesimo die è pontificatu deiectum, anachoretæ habitum induere cogunt, & vitam ducere priuatam. Tertius præterè Maginulphus Romanus ciuis, apud Rauennam pontificatus titulum vsurpare ausus est, quem quidè & Romani exilio mulctârunt, & Rauennates omni humana ope destitutū, vrbe sua pepulere. vacabat enim hic artibus necromanticis. Sic his impijs deficientibus, verus pastor Paschalis conualuit, qui à Domino cōfortatus, omnia castra, oppida, ciuitates & municipia, quæ à tyrannis tempore Henrici imperatoris occupata fuerāt, ad ius B. Petri reduxit, pacem reformas in vrbe, et quia Richardus comes Caueas occuparat oppidum B. Petri, pontifex in eum ducens, Caueas recepit, & Zagarolum ac Columnnam paternæ hæreditatis castella illi abstulit.

Fuit familia Corsorum Romæ potentissima, & Gregorio 7. ad eò fidelis, vt eorū domus sub Capitolio positæ, ab Henrico 4. sint exustæ & solo æquatæ. verū mutato animo, Stephanus eiusdem familiæ princeps, absente papa, ecclesiā B. Pauli cū castello ibi ædificato, furto occupauit, magnaq; indè Romanis intulit damna, quem reuersus pontifex indè deiecit. tadè inter illos pax est constituta.

ANNO Domini 1101. audientes Occidentales principes mirabilia quæ per seruos suos Dominus in Oriente operatus fuerat aduersus infideles, firmitèr statuunt expeditionem renouare, atque suis in Oriente succurrere: & quos prius timor, diffidentia vel inopia retraxerat, nunc Christi timor armabat. Inter primos autè episcopi Mediolanens, & Papiens, cum Longobardis ad quinquaginta millia crucè assumunt.

Deinde

Paschalis 2. papa.

Paschalis gesta.

Guibertus antipapa moritur.

Altera in Hieroso. expeditio.

Deindè Teutonici diuersarum prouinciarum, postremò Aquitani, quib⁹ Guilielmus Pictauiē comes & Aquitaniæ dux præerat. Dñs quoquè Stephanus Carnoteñ et Blesē comes, qui antè capta Antiochia, futurum prælium reformidans, fugerat: hic quærēs ignominia fugè redimere, rursùs iter arripuit. Dominus quoquè Stephanus Burgundiæ comes, cum multis nobilibus iter arripens, Constantinopolim primùm, deindè Niceam trāsito Helleſponto peruenit.

Longobardorum itaque plebes, Carinthia permeata, dum post Hungaros à tergo relictos, in Bulgaria hyemaret, tandem Constantinopolim perueniūt, in alteramque ripam Alexio faciente transpositæ sunt, immò paganorum sagittis expositæ. Turcæ enim explorata Longobardorum inertia, stipularum more eos atterebant, intantum vt exercitus Teutonicus, qui eadem via subsecutus ad eadem metropolim peruenit, penè contritus sit. ab ingressu quippe Bulgariæ vsq; ad sedem Alexij, semper Teutonicis nūcij pacifici occurrebāt, q̄ fauillarū more mox disparebant: milites etiām Alexij nunc eis à tergo, nūc à latere, nunc à fronte dāna quærebant inferre ac castra irrumperè, donec copijs Guelfonis ducis & exercitu Guilielmi, diuersisq; quotidie confluentibus copijs per dies xv. aucti ad centum millia, securius abire possent. Deniquè omnes illos, vt refert Teutonicus scriptor qui aderat, Alexius imperator filios appellans, securitatis sacramenta dando atque recipiēdo, humanitèr prosequi videbatur.

Igitur totus ille tantusque populus per Romaniam iter dirigere disponens, brachium illud maris quod dicitur S. Georgij, tam compulsi quàm voluntarij transmittunt: tum eccè subito murmur subortum, Alexium imperatorem, Turcarum potius quàm Christianorū parti fauere: Hic est, inquit, perfidus ille, qui dño suo vero imperatore depulso, imperiū eius vsurpauit, ipsosque sui sceleris cooperatores exilio damnatos necari fecit. nūc se dicit tanti facere frācos, itā enim appellabant nostros cum

Alexij perfida fraus.

Turcis pugnantes, quanti canes se inuicem mordentes.

Cum aut quisq; nauigia conducere tentaret, audiūt Alexium insidias peregrinis etiām in mari posuisse, multasq; dudum naues peregrinorū submersisse: quo iniquo scelere cōperto, omnes eum traditorē maledicebant. incredibile tamen, quāta in nostro Germanico collegio fuerit titubatio, dum videres patrē à filio, fratrem à germano, sociū ab amico separari. multo siquidē morte amari fuerat, cum vita separari alterū ab altero vidisses, vbi alius se terræ, alius mari cōmittere vrgebatur. Nos quoquè, ait, vexati, tandem inter eos qui se salo credere præsumserant, Ioppæ portū post sex hebdomadas attigimus.

Verumenimucrò quid nostri passi sint, longū esset enarrare. nō enim multo plūs quàm quatuor millia erāt Turcarum, qui tamē electi & equis velocissimis, armis, telis & sagittadi peritia instructi, nostros latrocinantū more vexabant, nunc vulgus extremū diripere, post hæc capere vel cedere, aliquandò etiām per vineta vel carecta exercitum gradientem, tota die flammis vel fumo turbare, nonnūquàm fontes obturare, per noctes nunchac, nunc illac castrorum partem irrūpere, cūctis inferre inquietudinē, nunq̄ acie directā, nūquàm à fronte certare, sed resistantibus cedebāt, insequentes fugiebāt, redeuntes insequabantur. Quis tantas talesq; miseria narrare posset, vbi turpiter tot nobiles per inopiam, tot diuites sine ferro occubūere, dum domino seruus p̄sens, minimè nequiuit subuenire? Loca siquidem erāt inhabitabilia, hostibus cognita, nostris ignota. sic per dies xxx. quasi signum ad sagittam positi, certam sibi accelerare mortē satagunt. nam de tam innumero populo vix mille viros, inquit, credimus remāsisse, quos postea vix ossib⁹ cohærētes Rhodi, raros etiām Ioppæ vidimus, è quibus Bernardus & Henricus* comes Ratisponē, Hierosolymis obiērun, Guilielmū verò Pictauiē, Raimundū, Stephanumq; nōnullas suppetiarū reliquias superstites remansisse aiūt. * Thiemo Salsaburgensis episcopus, eius expeditionis comes, à

Occidentaliū frequentes clades.

*comes

Thiemo Salsaburg. episcopus.

Mem-

Memphitico rege captus, gētium sacra adorare coactus, in ea vehemētē est inuectus, martyrio Christi fidem cōfessus interiit. Fertur tū & Guelfo Noricorum dux, qui Othoni Saxoni subrogatus erat, periisse. ossa eius ad Altdorfense monasterium tralata.

Inter hæc nec his qui in Iudæa sunt, parcitur. Insonuit enim rumor, quòd Calipha Aegyptius copias infinitas cōtra Syriam direxisset, quod postquàm Balduinus rex comperit, cum equitibus circitèr trecentis, peditum xij. millibus, inuocato diuino auxilio, viriliter illis occurrit: commissoq; prælio, hostes in fugam vertit, quos nostri insequētes, de eis stragem mirabilem fecerunt, corū principe interfecto.

ANNO Domini 1102. cū hi essent in Oriente nostrorum successus, Henricus 4. Cæsar, partim salutandi pontificis Paschalis causa, partim Italię componendę gratia, Romam ire statuit. Sed interim cū in se paschalis animū comperisset, rem distulit. Papa cōcilio Florentiæ conuocato, Gallicæ & Italicæ Ecclesiæ statum composuit, antistitem Florentinū, qui Antichristū esse natum prædicauerat, admonuit, vt à temerario incepto desisteret. Hērici 4. Cæsaris ob schisma desecrati excōmunicationē cōfirmavit hac ferè formula: Anathematizo omnem hæresim, & præcipuē eam, quæ statum præsentis Ecclesię conturbat, quæ docet & adstruit anathema contemnendum, & Ecclesię ligamenta spernenda esse. Promitto autem, inquit singuli, obedientiā Apost. sedis episcopo Domino Paschali, eiusq; successoribus sub testimonio Christi & Ecclesiæ, affirmans quod affirmat, & condemnans quod damnat.

Hanc sententiā in imperatorē Henricum idem Apostolicus pronūciauit: Nos quoquē, ait, inter innumeras diuersarum gentiū cateruas, proxima cœna Domini in Lateranē ecclesia promulgauimus, quia tunicā Christi scindere, id est, ecclesiam rapinis & incendijs deuastare, luxurijs, periurijs atque homicidijs cōmaculare non cessat, primò à B. Gregorio papa, deindē à sanctissimo viro Urbano prædecesore meo,

propter suam inobedientiam execratus est atque condemnatus, nos quoquē in proxima synodo nostra iudicio totius Ecclesiæ, perpetuo eum anathemati tradidimus: id notū volumus omnibus & maximè vlt. amontanis esse, quatenus ab ipsius se contineāt iniquitate.

Hoc in tempore Hartingus Magdeburgen episcopus obijt, & Rupert episcopus Bambergē, cui per imperatorē Henricum Otho cancellarius eius substituitur.

Per idem tempus ter. riti Babylonijs, missis epistolis Damasco, Tripoli, Gibeleth, cæterisque barbaris ciuitatibus, aduersus nomen Christianitatis se inuicem cohortabantur. egressus itaq; xl. milliū exercitus de Babylonia, primū ad Ioppen tendēs, cum Ascalonitis qui in fide non manserant, * Balduinus hostium tantam multitudinem non ignorans, suos ab Hierusalē, Neapoli, quę se nup̄er dedit, è mōte Thabor, Hebron, Cæsarea & Assur, in Ioppen, vbi tum non parua manebat turba, cōuocauit. erat tanta tunc mortalitas, vt quotidie trecenta cadauera Hierosolyma exportarentur. Ioppæ verò ingens campus occupatur, ac quodam die hora tertia, præcedente rege, lignum S. Crucis, quod anno priori terra absconditum diutissimè, Gotfredo ostensum erat, effertur.

Extra ciuitatem verò Ioppen totius populi conuentus est factus, iussuque regis oratio ad populum habita exhortatoria, ad quam quasi vox vna totius populi: Breue, inquit, consilium nostrum erit, pro Christo Christi que legibus mori fortitèr, & viuere æternalitèr. protinusque ante crucem confessione peccatorum humilitèr facta, ac post indulgentiam à legato Apostolico benedictionemq; datam castris redditi, & inde summo manè ad 7. millia peditum & mille equites recēsi, periculo sunt ingenti cum gaudio præsentati. Itaq; vlt. statione hostium, feruescere cœperunt ea fide, vt quisque solus tot legiones sternere posse non dubitaret: indeque contigit, vt cū minùs cautè se hostibus infundunt, prima cohors à latere inuasa, ilicò tota rueret: qua

Saracenorū
noui mot⁹.

* conficiē-
tius.

Paschalis in
Floren con-
uentu Hen-
ricum ex-
ecratur.

Balduini
victoria.

qua de re Balduinus efferatus animo, tanto equitum impetu aduolat, vt quãuis idolorum responsis de victoria certificati acrius insisterent, tamen sicut cera à facie ignis liquefcit, ita peribãt.

Referebat venerabilis abbas Gerardus, qui tunc Crucem Dominicam iuxta latus regis præferebat, nunquam se tantam niuis vel pluuiã, quanta tunc telorum contra regem volabat, densitatem vidisse: ac post ligni preciosi intuitum, nullum ex hostib⁹ telis se, sed magis fugæ præsidio commississe. Itaq; post victoriam à Deo habitã, dum nostri castra prædamq; diripiunt hostium, nuncijs adest missus à Ioppitis, qui ciuitatè terra mariq; diceret obsessam. mox onusti spolijs, reliquis verò incendio traditis, redire statuerunt. Sequenti verò die multam abundantiam frumenti nostris cunctorumq; victualium cum peregrinis fratribus ad xij. millia, naues xxx. deferebant: quas dum hostium classes inuadere niterentur, mira Dei clementia per virtutem S. Crucis hostiũ molitionem adeò repressit, vt nullo conatu vel arte remigandi de loco moueri, vel vnã de tot nauibus capere possent.

Balduini
victoria fortuna.

Paulò post commissum est prælium à Balduino contra infinitam Saracenorum multitudinem, vbi dum inconsideratè res agitur, nostri circumuenti sagittariorum numerositate, intra muros ciuitatis Rhama, quæ vicina erat, compelluntur. Rex verò cum tribus (vt aiũt) equitibus euasit. Barbari autem breuè vniuersa mœnia demoliũtur, cum plures lapidibus obrui viderentur, captisq; ac cæsis vniuersis quos inuenerãt, ipsos captiuos cum nuncijs victoriæ Babylonem præmittunt. Tanta tum nobilium virorum strages vsque ad illum diem in regno Hierosolymitano fuisse non legitur, inter quos cecidit Stephan⁹ Burgundiæ comes, & Stephanus comes Carnoteñ.

Hostes hac victoria elati, quasi terrã gladijs acquisitam possessuri, in campestribus illis ponunt castra. At tertia die Balduinus superueniens cum exercitu copioso, quem priùs expectãsse debuerat, irruit, ac tanta illos proterit interneccione, vt parùm profuerit vicisse.

aderant nostris Raimundus à Tripoli, Tancredus ab Antiochia, vterque cum copijs non paruis.

ANNO dehinc 1103. Henricus imperator natiuitatem Domini Moguntia celebrans, filio suo Henrico regirerum summam dimissurum, seque sepulcrum Domini visitaturum, per Enhardum episcopum publicè prædicari fecit, indeque fauorem maximũ tam vulgi, quàm principum & clericorũ regni totius acquisiuit, multosque è diuersis regni partibus ad eiusdem itineris comitatum se præparare voto ipso succedit. Hoc anno in pago Vuirzburgen, inter grandinum lapides circa solstitium æstiuale, tantæ magnitudinis glacies cecidit, quæ in quatuor diuisa, totidem hominibus importabilis videretur. in episcopio Spirensi sanguis ex panibus fluere visus est, necnon in lenticularum edulio prodigiosè repertus, bellum ciuile significans.

ANNO verò hunc sequenti 1104. Tancredus, qui Boëmundo capto, iam trienio egregiè tuebatur Antiochiam, Laodiceam urbem imperio Constantinopolitano subiectã vi cepit, quòd intellexerat Alexium imperatorem clade Christianorum delectatũ, militibusq; nostris impedimento fuisse, quo minus supplementum ex Europa in Asiam traicerent. Hac felicitate Balduinus intellecta, comparato properè exercitu, in Acam ducere statuit. Ptolemaida nominant urbem eam Claudij Cæsaris coloniam, quæ antè Ace dicta est, *ἀπὸ τοῦ ἀκρίπης*, mederi, quòd in his locis Hercules Lernæe hydræ virus inuento cuiusdam herbæ remedio depulerit. authores Stephanus & Plinius.

Venere ei auxilio, rogati Genuenses & Veneti cum octoginta rostratis nauibus ac triremibus plerisque. Vrbs Aca seu Ptolemais, terra & mari acriter oppugnata, vigesima die capitur: & Saraceni qui eò venerant tuendæ vrbs causa, fusi fugatiq; sunt. Hinc primum per mare terram sanctam visitantibus, patuit secura tranquillitas. Tancredus autem tantæ fuit pietatis in patrum Boëmũdum, ab hostibus trienio in vinculis detentum, vt eum magna

Prodigium

Tancredus
Laodiceam
accipit

Boëmũdus
liberatus.

gna

gna vi auri redemerit, Antiochiæque principatum restituerit. At postea Boëmundus Antiochiam ipsam Tancredo committens, in Italiam primò, mox in Galliam profectus, Constantiam Philippi regis Francorum filiam vxoré accepit.

Verùm cognito Alexij imperatoris Constantinopolitani conatu, qui maritimas Antiochiæ vrbes infestabat, in Italiam rediens, parata classe in Dalmatiam nauigat, Dyrrachiumque obsidet, vt ea ratione Alexium ab Asiatico bello reuocaret. quod etiã breuè factum est. pacem enim petenti Boëmundus hac lege dedit, vt bello Antiocheno omisso, militibus Francis nullo maleficio per sua loca transeuntibus, iter in Asiã tutò facere liceret. composita autè pace, cum ea classe in Asiam Boëmundus contendens, ad eò Christianorum animos recreauit, vt Balduinus rex Berytum vrbe[m] maritimã, ac Tyro metropoli obtemperantem, obsessam duobus mensibus, vi tandem ceperit, non sinè magno suorum incommodo: & sæuiti est in illos, ac vrbs ipsa tanquã colonia, Christianis omnibus concessa est. Eodem quoque tempore capta est Sidon.

ANNO verò Domini nos. dum imperator natale Domini Moguntie celebrat, nec votum superiori anno conceptum & prædicatum exequitur, Henricus filius eius nominis quintus rex, rebellionem aduersus patrem in Bauaria parat, machinatibus Diepoldo marchione, Berengario comite, & Othone quodã nobili viro, quorũ cõsilio à patre recessit. Primò patris hæresi detestata, fore se Ecclesiæ obediẽtem profitei. inde fœderatis sibi Noricis principibus, atque ab Alemania & Francia Orientali nõnullis nobilibus, ad Saxones conuertitur: à quibus honorificè susceptus, in **Quintelingburg** pascha celebrans, breui vniuersis Saxonie ciuitatibus positus est. consilio tamen Rukardi Moguntini atque Gebhardi Constantien episcopi, responsalium scilicet Domini Paschalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ Ecclesiæ reconciliauit. Episcopis verò & clericis Henricus rex con-

uentum generalem in villa regia **Nortehusen** indicit 4. Kalen Iunij, vbi cum super ecclesiasticæ institutionis deprauata doctrina tractaretur, quædam super sententijs instantibus corrigebantur: quædam quæ grauiora videbantur, ad Apostolicam audientiam differbatur. Simoniaca quippe hæresis patrum decreto condemnata est. Nicolaitarum quoque fornicaria commixtio ab omnibus est abdicata. His verò qui à pseudoepiscopis fuerat consecrati, per catholicam manûs impositione reconciliatio proximo ieiunio danda promittebatur.

In eodẽ concilio rex Henricus quintus, non nisi vocatus interesse voluit, qui tandem deductus, loco stetit editiori omnibus iuxta principum decreta, suas leges atque iura rationabiliter innouauit. si qua verò irrationabilia rogabantur, mira ac vltra suos annos prudenti responsione confutauit, in omnibus his & sibimet seruans verecundiam, & sacerdotibus dignam exhibens reuerentiam.

Inter hæc obortis lachrymis, regem cæli testabatur, se nulla regnandi cupiditate patris folium appetere, neque Dominum & patrem suum imperio deponi exoptare, sed si sancto Petro, suisque successoribus lege Christiana subiici velit, se regno cessurum promittit.

Eadem hora nonnulli episcopi vestigijs metropolitani prostrati, testimonio regis Apostolicæ dedunt se obedientiæ. Deindè Henricus quintus expeditionem contra Moguntiam mouit, expulsus eius loci episcopum restitutus, patre intra muros rem expectante, cum nõ parua militum manu: multa tum consilia communes regni proceres inter se tractabant, patre regni diuisionem & hæreditariæ successionis confirmationem pollicente: filio verò nil, nisi Apostolicæ sedis subiectionem & ecclesiasticæ vnitatis efficientiam, ex postulante. sic infecta re, abscessit, superiorẽ germanie partem adiit. Vuirzburgensem episcopum Erlongum, substituto Ruberto, deposuit. Saxonibus ibi dimissis, cum Boioarijs ad Noricos

Berytus.

Sidon.

Henricus 5. patri rebel. li.

Norinber-
ge oppu-
gnatio.

contēdit. Norinberga intra duos men-
ses capta, exercitu misso, Ratisponam
venit, quem pater insequens, ope Ra-
tisponēsum indè fugauit, progressusq;
vltrà, Marchiam Diepoldi per Bohemi-
cæ gentis crudelitatem deuastauit.

Henricus filius contractis copijs cō-
gressum expetit. iam castris in contra-
riū positis, spectaculo horribili per tri-
duum ex vna ripa regini fluminis impe-
ratoris, ex altera regis volitabāt signa:
iam frequentia grassabantur in alueo
fluminis duella, inter quæ Hartingus
ex parte imperatoris comes occubuit,
nec paucos ex vtraque parte Mars an-
ceps absumpsit. at die q̄ generalē præces-
sit congressionem, principes vtrinque
pensitātes, quantū posset sanguinis ef-
fundi, colloquio habito, suis parcen-
dum populis rati, de pace tractare cœ-
perunt, quod quidem regi acceptum
atque gratissimum fuit.

Imperator verò dum in crastinū de
conflictu disponit, sed nec pugnam nec
pugnandi votum principibus esse, per
Bohemix ducem marchionemq; Lui-
poldum contra spem audiuiſſet, mox
animo consternatus, supplex illorum
adiutorium petit, nec impetrat. Laten-
tèr igitur è castris cum paucis admo-
dum sese subtrahens, multis causa ex-
titit salutis. auxit filij maiestatem atque
vires ea patris fuga. quare mox Vuirce-
burgum tendens, episcopum restituit.
Deindè Spiram veniens, thesauris patris
potitus est. virum ibi sapientem & no-
bilem, ac pro sanctæ conuersationis fa-
ma morumque dignitate Gebhardum
Hirſaugienſem abbatē Spirensibus præ-
fecit episcopum.

Gebhardus
abbas Hirſ-
augienſis.

Iste Gebhardus natione Sueuus, no-
bili de profapia ortum duxit, vir admo-
dum eloquens & facundus, atq; in di-
cendo multum promptus. hic post ado-
lescentiæ expletos annos, Argentorati
canonicus factus, vim Hirſaugienſis, vt-
potè Ro. Ecclesiæ adherentibus, intulit.
sed bonorum inductus consilio vi-
rorum, læsis damna restituere cupiens,
cùm monasterium ipsum turgidus &
inflatus ingrederetur, nutu Dei per-
cussus, ad pedes beati Guilielmi ab-
batis prostratus, veniam supplex pe-

tendo ab eodem impetrauit.

Verum vt de restitutione damni ser-
monem fecisset, inspiratus diuinitus,
abbatem, vt sese pro dato damno reci-
peret, humilitèr rogauit: sicque cum
moribus vitam exuens, Deo laudabili-
tèr sub norma regularis disciplinæ vi-
xit. Tandem prior claustralis factus, in
abbatem monasterij præficatur, & post
annos xiiij. quibus monasterio præfu-
it, in episcopum Nemetēſis ecclesiæ or-
dinatur.

Datum est vtriusque principis vo-
tis, vt apud Bingam Rheni oppidum
conuenirent pacis publicæ causa. ibi
patrem filius tanta constantia ad pur-
gandam hæresim inuitat, vt senex cau-
sa episcopis proposita, peteret Mogun-
tiæ conuocari primates Germaniæ. At-
que interim dū parum in episcopis spei
locaret, in castellum quoddam latitu-
rus secessit. hinc vulgò fertur à filio ca-
ptus esse, cùm alitèr sentire videam scri-
ptores.

Procerum
Germaniæ
Hen. filius
studium.

Interim Boëmūdus Antiochiæ prin-
ceps, Tancredus, & Balduinus de Bur-
go, qui in comitatu Edesseno successer-
at, conuenientes cum maximis copijs,
vrbem Carras obsident ciuitati Edesse-
næ vicinā: & cùm pugnandi vi vix tan-
dè ciues ad deditiōē compulſissent,
inuidia stimulante, effusa est conten-
tio inter principes, cuius vexillum pri-
us introducatur in vrbem. Cumque
contenderēt, subito affuit infinita Tur-
carum multitudo, qui ad soluendam
obsidionem de vniuerso Oriente pro-
perauerant, qui nostros diuino tunc
auxilio destitutos aggressi, in fugā ver-
tunt, quibus pro magna parte occisis,
comes Edessenus & Locelinus eius cō-
sanguineus capti sunt, Boëmūdus &
Tancredus Edessam fugerunt. Porro
nec prius, nec postmodum in vniuer-
so Oriēte tempore Latinorum vspiam
legitur tam periculosum fuisse præliū,
tantaque strages virorum fortium no-
stræ gentis.

Carras.

Circa hæc & paulò antè Balduinus
rex Hierusalem, Ascalonem à mari co-
piosissima classium multitudine, à ter-
ra verò non paruo cingens exercitu,
tributariam sibi fieri longa obsidione
cōegit.

A NATO CHRISTO GENERATIO XXXVII.

171

coëgit. Post menses verò aliquot quinquaginta millia Saracenorum improvisò nostros inuadere cupientium, virtute diuina rex ipse (quatuor duntaxat millia pugnantium habès) strauit, quodà Admurathe, qui secundus à rege Babylonie habebatur, capto, altero inter ceteros occiso.

Christi itaq; clementia dum nostrorum auferentur opes per Asiam, Syriam & Palestinam, inuidus & occultus eatenus ecclesie inimicus Alexius, diu tetam suæ perfidiæ rabiè euomuit. Turcis, quibus iam nulla vel parua in Oriente regnandi spes remanserat, se conciliat: Niceam, quam olim fidei nostræ turrim, dudumq; multo sanguine comparatam præscripsimus, Solimani tyranni filijs reddidit, custodias ad prohibendum transitum peregrinis terra mariq; constituit, Babylonicum regem cõtra nostros frequentibus nũcijs animauit, cuius classes contra Antiochenos directas, ipsi bello ceperunt, & in confusione Alexij, nasis atq; poplitibus omnibus abscissis, vnam de scaphis indè onerantes regi transmiserunt.

ANNO domini 1106. cum superiore anno Henricus quartus Cæsar, à filio schismatis abolendi causa admonitus, primates Germaniæ Moguntiam conuocari petiisset, omnes vndequaquè regni proceres ad natalem domini Moguntiam veniunt. pater in castello quò diuernerat, mansit. In cõuentu primùm Apostolicæ sedis legati episcopus Albanus cum episcopo Constãtienti* Gebhardo, sententiam anathematis in Henricum seniore dictum imperatorem, à tot pontificibus promulgatam scriptis & dictis testificantibus, vniuersam multitudinem, immò *totam orbe diffusam Ecclesiã, ab eius communione sequestratam confirmabant: qua de causa dum ipse se de castello, in quo manebat, Moguntiam exhibere tentaret, principes propter tumultum vulgi partis suæ, ipsi in *Jugelheim* occurrerunt, tandemq; generali illum consilio vsque ad reatus confessionem satisfactionisq; professionem perducunt: cui cum legati Apostolici communionem seu pœnitentiæ modum absq; ge-

neralis synodi & Apostolicæ discussio- nis censura reddere ad præsens nõ possent, ipse partis vtriusque consilijs annuens, regalia vel imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum atque coronam, filij potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans: tum seiuxta summi sacerdotis totiusq; Ecclesiæ decreta, suæ consulturæ animæ promisit.

Hoc ordine Henricus illius nominis quintus, primùm à patre, deindè ab vniuersis Germaniæ principibus in regem iam secundò electus, ab apostolicis quoquè legatis per manus impositionem catholicè confirmatus, acceptis tam ab episcopis quàm laicis iuxta morem patriæ sacramentis, quinquagesimo imp. paterni sui anno, sedit annis xx. Sunt tamen nonnulli scribentes, qui asserunt hunc quintum Henricum antè à patre regem factum, immemoremq; beneficiorum postea sub occasione meliorandæ Reipub. & Ecclesiæ restaurandæ, patrem custodiæ mancipasse, itaq; coactum seu dolo circumuentum, conspiratibus regni principibus, imperialia insignia filio resignasse, deindè pœnitentiã ductum, Leodij mortem obiisse.

Hæc partim sinè dubio vera sunt, quòd scilicet anathematizatus, & postea à principibus, vt resignaret in fauorè filij imperium, inductus fuit: sed quòd à filio carceri sit mancipatus aut circumuentus, non ita clarum est, immò magis crederem ei qui negotio præsens fuit, & singula vt gesta sunt, ordine perscripto literis mandauit. Nec est vero simile, tantam iniuriam patri imperatori à filio illatã, legatos sedis Apost. vniuersosq; principes laudare, aut confirmare potuisse, licèt tamen literæ patris inferiùs insertæ, expressè contradicant.

Relatis autem coram rege & cunctis Germaniæ optimatibus, legationibus Romanæ Sedis, placuit tam regi quàm primoribus, ad sanctam Romanam ecclesiam tantos ac tales à partibus Germanicis legatos transmitti, qui & de obiectis ritè rationem reddere, & de in-

Henricus 4.
filio regni
insignia
tradit.

Henricus 5.
Imp. 91.

certis sagacitèr inuestigare sint idonei. separantur in hoc opus viri spiritu sapiētiae pleni, à Lotharingia Bruno Treuirensis, à Saxonia Henricus Magdenburgensis, à Francia Otho Babenbergensis, à Boioaria Eberardus Eichstentensis, ab Alemania* Gebehardus Constantiensis, à Burgundia Curiensis episcopi, nonnulli etiā nobiles de latere regis: idque inter cætera suscipiunt in mandatis, vt si posset fieri, Domini Apostolici præsentiam impetrent exhiberi: hoc enim pacto consultum fore negocijs.

Novi patris
contra filii
motus.

Porro proceres iam dicti ad iter dum se accingunt, Henricus senior imperio destitutus, pœnitētia ductus, clam primum, deindè palàm querulis epistolis & nuncijs, quascunque poterat regni ciuitates & prouincias impleuerat, quibus se vim à principibus passum, immò à filio depulsum imperio deplorabat, regnum confusum, cunctis vsquequaque patribus eiusdem fortunę timendum fore præmonebat exemplum. Hinc legati nationis apud Tridentum, dum exirent, ab Adelberto illarum partium insigni viro, inermes ipsi & peregrini nil tale metuentes, spoliati sunt, capti, & custodiae mancipati, ex mandato (vt approbabat) eximperatoris Henrici. qua de causa nullus per Italiam iam patuit liber transitus. Gebehardus tantum Constantiensis episcopus cum suis per occultiores alpium semitas ingressus, Mechtildis comitissæ p̄sidijs apostolicis præsentatur vestigijs. reliqui tractantur ab Adelberto indignè.

Psal. 144.

At Iesus, qui semper propè est se inuocantibus, super eosdè latrones Guelfonem ducem Noricum duxit, qui tertia superueniēs die, manu valida Clusas obstructas confregit, ipsum Adelbertum eiusque complices adedò perterruit, vt educentes quos clauserant principes, nudi pedes, veniam ab his quos ceperant, postulerent. Interim etiā Henricus eximperator non modica auxilia contra filium attraxit, episcopum scilicet Leodieñ, Henricum ducem Lothariēñ, Coloniā, Iuliacum, Bonnā, cæteraq; partis illius oppida.

Cæterum filius rex inimicas partes humiliaturus, Leodium, paschalem ibi habiturus curiam, conuertitur: sed audita patris machinatione, qui maxime Lothariorum ducis opera utebatur, quòd eum in armis esse comperisset, præmisit trecentos viros, qui pontem super Mosam fluuium loco qui *Begegar* dicitur, constructum, obseruarent: & dum rex in palatio Aquisgranienam Domini celebrat, dux Lotharingiæ cum exercitu Cæsariano regios ad pontem inuadit, opprimit, sternit & capit.

Quarè rex paschalia festa Bonnae celebrans, Henricum ducem iudicio optimatum maiestatis reum, & hostem Reipub. ducatu priuat, ac generalem expeditionem contra Lotharingiam, accepto à principibus sacramento, per totum regnum indicit & præparat.

Dux Lothariorum
priuat ducatu.

Interea Henricus eximperator, Colonia firmata, Leodium sese recepit, indeque Henrico filio ac principibus literas huiusmodi tenoris mittit: Henricus Dei gratia Romanorum imperator Augustus, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, cæterisque regni principibus gratiam & dilectionem, dignantibus eam recipere:

Conqueror D E O omnipotenti & dominae sanctae Mariae, & beato Petro principi apostolorum patrono nostro, & vobis principibus omnibus, quòd iniuste, inhumanè & crudeliter tractati sumus, & tam honore regni quam p̄sidijs & omnibus quae habebamus, cõtra diuinum & humanū ius ad infamiam & vituperium regni expoliati sumus, ita vt nihil penitus præter solam vitam nobis relictum sit: vbi cum fermè omnes essetis magna ex parte cõtristati, prohdolor nihil nobis vestra contulit tristitia, quin de vobis sibi satisfaceret voluntas inimicorum nostrorum odiosa. Et quia cum consilio & rogatu filij nostri, fide & securitate vitæ & honoris ab eo primum accepta, fiducialitèr & desideranter Moguntiam in præsentia legati Romani & principum tenderemus, vt

Henricus
querula
stola.

eorum

eorū dispositione ageremus tam de statu ecclesie & honore regni, quàm de salute animæ vestræ, ipse non est veritus in hac voluntate & obediētia nos contra datam fidem capere, & vsq; ad periculum mortis ferè perducere. Non ausi sumus ità nos illi credere, vt iniurijs & contumelijs nos pro volūtate sua, sicut prius, valeat tractare: quapropter multum rogamus vos & obnixè precamur, vt pro amore Dei, & honore regni, ac honestate vestra dignemini studere, quomodo de iniuria in manibus vestris nobis illata, per vos possimus recuperare iustitiam. Nos quoquè pro consilio vestro & aliorum qui nos odio non habent religiosorum virorum, parati sumus tam filio nostro, si in aliquo eum offenderimus, quàm alicui in regno libentè emendare. Præterea sicut Domino Papæ in præsentia legati sui & vestra obedire parati fuimus, ità & nunc parati sumus ei omnem debitam reuerentiam & obedientiam sincero corde & deuotione exhibere, & tam consilio vestro quàm spiritalis patris nostri Hugonis Cluniacensii abbatis, aliorumque religiosorum virorum, de statu ecclesie & statu regni, quātum in nobis est, disponere. Cū igitur adhæc omnia parati simus, rogamus vos & obnixè precamur, vt pro Deo & honore regni & vestro, instantèr moneatis filium nostrum, cū secundum præfatam sententiā nulla ei aduersum nos residua sit occasio: amodò desistat nos & fideles nostros persequi, & quietè ac pacificè viuere permittat, vt supradicta cum tranquillitate perficiantur. Quod si noluerit, rogamus vos per authoritatem Ro. Ecclesie, cui nos committimus, & honorem regni, nè super nos & super fideles nostros veniat, quia manifestū est eum non diuinæ legis zelo, vel Ro. Ecclesie dilectiōe, sed cupidine regni hoc incepisse. Apud quem si interpellatio vestra aliāve interuentio ad præsens nõ prodesse poterit, appellamus Ro. pontificem & sanctam vniuersalem Romanam sedem & Ecclesiam.

Post lectas coram multitudine tam has quàm alias literas, parum verbis, nihil autem sensu vel intentione prio-

ribus dissonantes, filio tamè specialitèr directas*. Quo ferè tempore is Coloniā Agrippinā, quæ in patris erat fide, armis circundedit, fretus (opinor) Coloniensis archiepiscopi consilijs & ope. Vndè ad patrem ex optimatum consilio legationem vicariā destinauit, quā tamè prius publicè prædicari per Magdenburgensem archiepiscopū fecit. erat autem huiusmodi tenor:

Post inueteratam per annos circitèr 40. dissensionem imperij Ro. quæ tam diuinas quàm humanas penè leges aboleuit, & exceptis mortibus omnimodis, sacrilegijs, periurijs, rapinis & incendijs, ipsum regnum nostrum non tantum in solitudinè, sed etiā ad apostasian catholicæ fidei siue in ipsum paganismum propè redegit, respiciente tandem suam Ecclesiam diuina clemētia, nos eiusdem Christi sponsæ filij, per spiritū sanctū in vnitāte fidei equanimis, eam pestem respuimus, ipsumque incorrigibile schismatum caput Henricum dictum imperatorem, zelo Dei & Apostolicæ fidei obedientia abdicauimus: catholicum nobis, licet ipsius de femine natum, regem elegimus: cuius regni principium, sui finem esse conspiciens, etiā ipse tanquàm voluntarius, sed vt iam eius fatentur literæ, nimis inuitus collaudauit: regalia reddidit, filij curam cum regno nostræ fidei lachrymando cōmisit: de reliquo nullam se regni pompam, sed animæ suæ potiùs medelam vltèrius affectaturum spondit. at nunc ecce pristinis se reddens tergiuersationibus, præiudicium se passum per orbem terrarum conquiratur: Gallorum, Anglorum, Danorū, cæterarumque finitimarum gētium gladios cordibus nostris infigere meditatur: super illatis etiā iniurijs recuperare sibi iustitiā precatur, consilijs quoque nostris amodò promptum obedire se pollicetur, re autem vera, solitis argumentis castra hæc Domini dispergere, Christi exercitum exarmare conatur, & vt in propatulo est, vineam Domini quæ iam serò florescere cœpit, tam per se singularem vtique feram, denudè depascere, quàm per lupos, illos nimirum qui sibi adhærent pestilentes

Henrici filij
questus.

Henr. senex
quæ ecclesie
incomoda
attulerit.

homines, demoliri, ac per sacrilegia sacerdotú Belial anathemati recidiuo reddere, quasi quod dictu nefas est, Christum iam iterum in Ecclesia sua resurgentem, in omñium cordibus crucifigere meditatur. Quapropter placet tam regi quàm vniuersis regni principibus, vt senior idem, nè vlla sibi pateat aduersus nos iusta querela, quacunque velit securitate, quacunque maluerit statione, coram præsentè senatu simul & populo causam suam agat, iustitiam suscipiat & reddat, vt ab ortu schismatis omnibus seditionum causis, ac si nil inde fuerit diffinitum, vndique discussis, tam filio quàm patri sua iustitia respondeat, Ecclesiæ verò regniq̃ue status, non vt ipse more suo proponit, post longas inducias, sed in præsentiarum his controuersijs sublatis, vacillare desinat.

Quam legatione cum probatæ singularisq̃ue prudentiæ religiosi viri secularesq̃ue, tam à rege quàm vniuersis principibus missi, ex imperatori retulissent: horribile memoratu est, quàm ingenti vitæ suæ periculo per dies sex, eò quòd nullo modo conuentui malignatium communicare volebant, indignè tractarentur: tandemq̃; ab irruente vulgo custodia liberati sunt, & absq; omni ducatus præsidio in castra regis apud Coloniã reuersi sunt. Id tamen præcipuum inter senioris responsa referentes, quatenus ad præsens ab armis discederetur, & in futurum generale colloquium haberetur.

Auditur præterea, quia Héricus ex imperator & Henricus dux, exercitum vndeunque constant, & adhuc tentare fortunam parant: quapropter vniuersa militia regis, immò Christi, saltem ferro rebus finem facere deliberas, obsidionem soluunt: & contra Lotharingiam à Colonia moti, munitiones ac cætera quæ rebellium erant, interim diripiunt, præmittentes ad Henricum seniore alteros nuncios, qui sibi deliberationem proponerent, vt vel causa pacis pacto præscripto componendæ, filio ad Aquisgranum propediem occurrat, vel cum inimicis sibi

Lotharingiam Henricus vastat.

bellum fore non dubitet. sed legati custodia traduntur à seniore, & nihilominus ad resistendum omni modo, occultè tamen, properare molitur.

Sed dimissos post aliquot dies legatos, eosdem inopinata fama mortis ipsius mox subsequitur. quo diuulgato, omnes qui quæstus gratia eidem adherendo, suas animas venales exposuerat, deditioi regis simul & communioni catholice sine mora subiiciuntur. Leodienses autem hac recipiuntur conditione in communionem, quo cadauer ipsius execrati per se pridie in monasterio tumultum effoderent, & absque vllò sepulturæ vel exequiarum communionem in loco non consecrato deponerent.

Comprobantibus his, qui aderant, archiepiscopis & episcopis, quia quibus viuis Ecclesia non communicat, illis etiã nec mortuis communicandum est. Quo facto, paulò post corpus ipsius Spiram ductum, & in sarcophago lapideo, regis consensu positum, extra Ecclesiam per quinquennium mansit inhumatum, in capella sanctæ Afræ martyris collocatum, eò quòd in excommunicatione mortuus fuit.

Pari modo etiã grauius scuitum est in Guibertum antipapam mortuum, cuius ossa mandato Papæ de sepulcro suo, vbi per sex annos sepulta erant in Ecclesia Rauennate, exhumata sunt & inde proiecta. hic finis, hic interitus Henrici atq; Guiberti antipape, qui ambo censuras ecclesiæ pro nullo ducentes, maledicti & inter hæreticos sunt habiti.

Pluribus autem testibus probare poterimus, inquit scriptor Teutonicus, quòd nemo illis temporibus natus, ingenio, fortitudine, audacia & statura, totaque elegantia corporis videretur fascibus imperialibus aptior, si tamen in conflictu vitiorum homo non degenerasset vel succubisset interior. Mortuus est autem anno Domini 1106. septimo Idus Augusti, quo scilicet die primò matrem inuasit, eademq;

Henricus Imp. Imperator

Initia

Contra

Guiberti antipape ossa facta loco ecclesie

demque die Martis, qua etiam cuncta sua prelia paganico auspicio perpetrare consuevit.

Eo anno pridie Idus Februarias apud Barum Italiae urbem, stellae visae sunt in caelo per diem, modò quasi concurrentes inter se, modò veluti cadentes in terram, & mense Februario toto cometa apparuit, cladium praesagia, quas è principum diffidio vniuersa penè Europa accepit.

Istis iniitijs imperio successit Henricus 5. filius. spem dedisset suum Romano praesuli magnam, quòd Ecclesiae iuratum se diceret, nisi temerario nimis ausu patrem bello lacecessisset. Mortuo patre, non nihil erat adhuc negocij Henrico cum aliquot primatibus imperij ciuitatibus, quae patrem Henricum tutatae fuerat. Colonenses primùm, quorum obsidione soluta, ad Lotharingos vastandos ierat, in fidem recepit praesulis ope. vltro se mox, quicquid ex hostibus reliquiarum supererat, communi voto & ardore dedit.

Post haec in mense Octobri anno eodem, habitum est concilium generale in Longobardia super ripam Padi, loco qui Guardacastellum nuncupatur, vbi praesidente Paschali 2. Apostolico coram multitudine clericorum ac laicorum, praesentibus etiam legatis Henrici regis, multa sunt, vt canonica dictabat aequitas, de inimici zizanijs euulsa. Enarrare longum esset, quam indefessè prudens & fidelis dispensator, pseudoepiscopos deponeret, catholicos institueret, archiepiscopis pallia, monasterijs priuilegia concesserit, praesentes colloquijs, absentes paternis literis instruxerit. decreuit, nè vrbes Aemiliae, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, Rauennati Ecclesiae, quae toties Romanae repugnaret, parerent. De ordinationibus verò tempore schismatis factis, decretum hoc modo promulgauit.

Per multos annos iam regni Teutonici latitudo ab ap. Se. vnitatem diuisa est, in quo nimirum schismate tantum periculum factum est, vt, quod cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum laitu-

dine inueniantur. Tot igitur filijs in hac strage iacentibus, Christianae pacis necessitas exigit, vt super hos materna Ecclesiae viscera aperiantur. patrum itaque nostrorum exemplis & scriptis instructi, qui diuersis temporibus Nouatianos, Donatistas & alios heretici in suis ordinibus susceperunt, praesertim regni episcopos, in schismate ordinatos, nisi aut inuales, aut Simoniaci, aut criminosi sint probati, in officio episcopali suscipimus: id ipsum de clericis cuiuscunque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat. His ita actis, conuentus solutus est, in quo tamen pontifex Paschalis constituerat se Moguntiam venturum, & eo loco natalem Domini celebraturum, praesente rege ac vniuersis regni principibus.

ANNO Domini 1107. rex Henricus natalem Domini Ratisponae celebravit, praesentibus legatis Domini Paschalis Ro. pontificis, cuius aduentum aliquandiu apud Augustam praestolabatur. Sed Papa suorum consilijs quasi proteruiam Teutonicorum declinans, nondum sibi ostium Germanicis in partibus apertum esse cum gemitu pronuncians, profectionem per Burgundiam ad Gallias conuertit, natalem Domini apud Cluniacum celebravit, multaque inde tanquam verus pastor ac vicarius Christi composuit, & tandem circa ascensionem Dominicam concilium apud Treas habuit, vbi inter multa sententiam delibera pastorum electione, & de concercenda laicorum in Ecclesiasticas dignitates praesumptione, iuxta praedecessorum suorum decreta promulgauit.

At rex Paschale festum Moguntiae agens, eidem se concilio vicinum, non tamen praesentem, cum nonnullis episcopis & optimatibus exhibuit: imoque consilio, legatos honorabiles ad Apostolicum transmisit, per quos tam ipsi quam vniuersis successoribus priuilegijs apostolicis Carolo imperatori concessis, constituendorum episcoporum potestatem notificarent esse datam, super qua questione inducie veniendi ad Se. Ap. Henrico datae sunt à Rom. pontifice, quasi in alieno regno nihil esset definiendum.

Henricus 5.
Poloniã tri-
butariam
fecit.

ANNO deinde 1109. rex Henricus natalẽ Domini Moguntia celebrat, & paulò post **Francofurt** conuentu procerum habito, Sigefridum Palatinũ comitem apud episcopum Vuirzburgenẽ custodiã deputauit, eò quòd prodente Henrico Lotharingẽ duce, iam in gratiam recepto, in necem & regnum eius cõsiliatus sit. ibi etiã deposito Gotfredo Fuldeñi abbate, Volelmũ Fulde præfecit, ex eadem congregatione.

Post hæc ad Poloniam mouit exercitum, multoq; ibi desudans labore, diũ negatum à terra illa exegit tributum debitum. Non multò post Sigefridum Palatinum comitem diutina satis afflictu custodiã, iuxta principum consilium atque petitionem sibi reconciliatum dimittens, benignè tractare cõepit, ad eò vt eius filium de baptismo susciperet.

Circa annum Domini 1080. tempore Gregorij 7. & Henrici 4. cõepit reflorescere in Ecclesia B. Quintini Beluacensis ordo canonicorum regularium à S. Augustino institutus, sub magistro Iuone eiusdẽ Ecclesiã præposito, postea Carnotensi episcopo, & canonum doctore clarissimo.

Beluacẽ
ordo.

Carthusia.

ANNO dehinc 6. qui fuit 1086. à Christi natiuitate, habuit initium ordo Carthusienẽ, Brunõe authore. Fuit Bruno Teutonicus ex Colonia natus, philosophiã atque sacra paginã doctõ clarissimus, Rhemenẽ Ecclesiã canonicus, & scholasticorum Parisij magister disertissimus. causam autem dedit ordini huic mors viri cuiusdam istius Vniuersitatis doctissimi, probitate & morum honestate famosi, cuius cum cadauer delatum esset in Ecclesiam, et officium pro anima illius defuncti celebraretur, præsentibus magistris & scholaribus, cæterisque promiscuè quàm plurimis, surrexit qui iacebat mortuus, in loculoq; residens, voce magna clamauit: Iusto DEI iudicio accusatus sum: quò dicto, vt prius, iacuit. territi qui aderat, decreuerunt quòd cadauer illo die non traderetur sepulturã. Sed sequenti die iterum in Ecclesia circa funus conuenit innumerabilis multitudo populi, & dum officium perageretur ex more, iterum defunctus resedit in feretro, cla-

mans: Iusto Dei iudicio iudicatus sum. Ex quo plũs territi qui aderant, differre statuunt sepulturam vsque in tertium diem. Vbi cum penè tota ciuitas conflueret, & in prosecutione officij pro anima illius processum fuisset, surrexit tertio doctõ ille defunctus, & clamauit: Iusto DEI iudicio damnatus sum. sicq; admiratione capti omnes, deliberat cadauer illud Ecclesiasticã non tradere sepulturã.

Surrexit tum Bruno Coloñ, & ait ad socios ac discipulos: Eccẽ charissimi, iste tantus vir doctõ & sanctus ab omnibus reputatus, quomodo perijt? nunquid & nos perire volumus, & non potius saluari? fugiamus mũdum citò. Unde relicto seculo, cum septem viris doctissimis in eremum Carthusiã secessit, ibiq; monasterio constructo, propositũ monasticum nimis arduum instituit, cuius sancti propositi. Hugo Gratianopolitanus episcopus, qui ab eodem Brunone habitum monasticum accepit, author fuit. inter cæteros autem Brunonis discipulos, Vrbanum papam fuisse nõnulli memorant.

Ordo Cisterciensium sub regula S. Benedicti militantium, initium habuit anno Domini 1098. sub quodã Stephano abbate. nam quidam deuoti viri, cõsilio freti Hugonis Lugdunenẽ Ecclesiã archiepiscopi, Apo. Se. legati, simulque Vualtheri Cabilonenẽ episcopi, necnon & clarissimi principis Othonis Burgundiã ducis, inuenta eremo, abbatiam cõstruere cõeperunt, cui Robertus à Cabilonẽ episcopo abbas præficitur. Et cum idem Robertus esset monachus monasterij Molifinenẽ, ordinis S. Benedicti, repetitur ab illius loci monachis, iussuq; Vrbanis. restituitur. nihilominus postea dum Molifinense monasterium multis ditaretur possessionibus, præfatus Robertus & nonnulli alij elegerunt potius studijs cælestibus occupari, quàm terrenis inhiare negocijs.

Viginti mox & vnus monachi, vnã cum patre ipsius monasterij Roberto egressi, communi consilio Cisterciũ veniunt, in locum vastã tunc solitudinis. Ac deinde anno 1107. facta est charta quædam charitatis à Stephano abbate

& 20. alijs abbatibus atque autoritate apostolica confirmata, ab illo tēpore reiecerunt floccos & pellicea, stamina & capitia, femoralia, coopertoria & stramenta lectorum, ac diuersa ciborum in refectorio fercula, sanguinem quoque ac omnia quæ puritati regulæ videbantur contraria, abdicauerūt etiā Ecclesias, altaria, oblatiōes, decimas et sepulturas, furnos, molendina, rusticos et villas, quia nec in vita S. Benedicti, nec in eius regula legebant eūdem similia possedisse, nec fœminas monasterium intrāsse, excepta sorore sua sancta Scholastica. decimas quoque dicebant à sanctis patribus in quatuor portiōes distributas, vnā scilicet episcopo, alterā presbytero vel clerico debitā, tertiā hospitali, seu viduis, infirmis, pauperib⁹, quartā restauratiōi ecclesiarum. Et quia in hoc computo monachū qui terras suas possidet, non reperiebant, idcirco hæc quasi iniusta vsurpare recusabant.

Hunc ordinem S. Bernardus postea anno Domini 1112. annos natus circiter 22. cum socijs ampliùs quàm 30. ingressus est. Deindè abbas loci, fratres ad edificandum domum Claræ vallis misit, & eisdem Bernardum abbatem præfecit. Hic Bernardus in vita fundauit 100. & 60. monasteria ordinis sui, illustrauitq; Ecclesiam sanctitate vitæ, suauitate doctrinæ, & gloria miraculorum. obiit anno 1153. anno ætatis suæ 63. sic quæ passim hac in generatione facta sunt, memorantur.

ANNO 1105. stella insolita visa est circa vesperam, post hoc in cœna domini vitæ sunt duæ lunæ parùm antè diem, vna in Oriente, altera in Occidente. Arnulphus in hac generatione siue Rufus Lugdunens episcopus, in Gallijs prædicatiōe & sanctitate clarus, canonicorum regularium post Augustinum ordinem instituit, vbi & multis fundatis monasterijs, in Italiā venit, Christi paupertatem integerrimamq; vitam ad ipsius imitationem omnibus cum ingenti ardore proposuit, & propterea multos ex nobilitate Romana ad se traxit, qui eum tanquàm verum Christi discipulū & prophetam sequebantur. vnde & in Hetruria multa regularium monaste-

ria erexit. veruntamen Romæ dum acerbè nimiùm in clericorum lasciuias inuehitur, & eorum pompam improbat, secretò occisus est, nec vnquàm tati sceleris authores sunt inuēti. Fuit his quoque temporibus Rasis medicus magna ingenij fama.

In hac generatione, vt refert Martinus, rex Vngariæ per literas suas domino Paschali scribens, renunciauit inuestituris episcoporum & aliorum prælatorum, quas vsque ad illa tempora reges Vngariæ facere consueuerant. sed illud hodiè non seruant, immò inuestiunt, vel saltem ad libitum episcopos faciunt.

At cum sanctorum patrum instituta commemoro, minimè negligenda videtur Cruciferorum pietas, & antiquitate & viuendi ratione venerabilis. Ex Hierosolymitana Ecclesia originem ducere illi dicunt, cuius quoniam sæpè status est mutatus, breuiter præfides recesso in hæc ferè tempora, posteaquàm à Godofredo, vt diximus, ecclesiæ canonici instituti sunt.

Post Christi passionem hierosolymis Iacobus, quem frater Domini appellant, præfuit, Simeon deindè iustus, Zachæus, Thobias, Benjamin, Iohannes, Matthias, Philippus, Seneca, Iustus, Leui, Ephres, Ioseph, Iudas. Hi ex circūcisione in Adriani imp. tēpora magistratū tenuerunt, cum Adrianus hierosolymorum sacra miserè contaminasset.

Eusebius primùm è gentibus episcopatum tenuisse Marcū quēdam scribit. hūc ego authorè sequi, q̄ nescio quorū fragmenta, malo. successit Marco Cassianus, indè Publius, Maximus, Iulianus, Caius, Iulianus, Capito, Valens, Doltianus, Narcissus, cui in eremum secedenti subrogarunt patres Diom, excepit hūc Germanius, deindè Gordius, cuius tempore diuina bonitate restitutus est Hierosolymis Narcissus ex eremo rediens. Alexander martyrio Christi fidem testatus, Mazabannes, Irenæus, Chabda, Hermō, Macarius. huius tempore crucem Helena Constantini mater inuenit. Hic primùm aiunt patriarchæ dignitatē episcopo Hierosolymitano accessisse. patriarcha primus Cyrillus, secuti hūc Arriani, qui aliquanto tēpore

At. de Vngarorū inuestituris,

Episcopi Hierosolymitani.

Adrianus Hierosolymam turbauit.

Patriarchatus.

Eccle-

Ecclesiã infestãrunt. Deindè recuperata Ecclesia, successit Iohannes, Philippus, Iuuenalis, Iohannes, Zacharias, tempore cuius Cosdroa rex Persarum Hierosolymam venit, Ecclesias destruxit, atq; 36. millia Christianorum occidit. dein Heraclius victor Cosdroæ, eo occiso, Dominicum referens lignum, in Ierusalem Modestum patriarchã reliquit, cui Sophronius successit, sub quo Saraceni Christianos de Ierusalem eiecerunt, excepto patriarcha. successit Theodorus, Ilia, Gregorius, Thomas, Basilius, Sergius, Salomon, Theodosius, Ilia, Sergius, Leontius, Athanasius, Christidulus, Thomas, Ioseph, Agatho, Iohãnes, Orestes, tempore cuius, archisultanus Calipha nepos eiusdem, destruxit Ecclesias, mille scilicet & 4. patriarcham auunculum suum duxit Babylonem & occidit. affuit tum rebus afflictis diuina clementia. nam mortuo Calipha, filius eius dedit potestatem fidelibus reedificandi Ecclesiam resurrectionis Dominicæ, ad quod Constantinopolitanus imperator expensas administrauit: quo adiutore Ecclesia quæ nunc est, reedificabatur. præerat tum Ecclesiæ Hierosolymitanæ Nicephorus, cui successit Sophronius. Reedificata est autem ad plenum Ecclesia anno Domini 1148.

Sub Sophronio Turcæ Hierosolymã expugnantes, Saracenos occiderunt, sed Christianos permiserunt habitare sub tributo. Sophronio successit Ennius, Ennio Simon, sub quo Latini venerunt cum Godfredo de Bilion, & ciuitatem sanctam obtinuerunt. successerunt postea patriarchæ Latini. primus fuit Dagobertus Pisanus archiepiscopus, post illum Arnulphus archidiaconus, deindè Vuaramundus, cui successit Stephanus, & illi Guilielmus, cui Vuilturnus archiepiscopus Turoñ, cui successit Amertinus, post illum non inuenio alium patriarcham. ex eo enim tempore Christiani terram sanctam prorsus amiserunt.

Ex Hierosolymis 4. ordines cruciferorum originem duxerunt: ordo canonicorum sepulcri dominici, qui sub patriarcha primùm erant, ordo militiæ S. Iohannis, nũc Rhodiorum, ordo Tem-

pliariorum, ordo Teutonicorum. Primi à B. Iacobo Alphæi fratre Domini, se gloriatur originem ducere, de quorum successoribus iam dictum est. hi deferunt in veste clericali rubram de serico crucem duplicem, & viuunt sub regula B. Augustini.

Cùm autem ciuitas sancta sub potestate principum Aegyptiorum erat, venerunt illuc plurimi Christiani, qui dato Saracenis tributo loca sancta visitabant. ex his quidã impetrauerunt à principe Aegypti, vt in honorem B. Mariæ virginis prope Ecclesiam resurrectionis Dominicæ, Ecclesiam Latinorum ædificarent, quæ vocata est Ecclesia S. Mariæ de Latina. ibidem ipsi Latinum abbatem & monachos instituerunt. Tempore procedenti extra septa monasterij, ordinauerunt Latini ad monasterium in honore B. Mariæ Magdalenæ, & in eodem sorores instituerunt, vt & viri & mulieres diuersoria inuenirent.

Paulò post abbas & monachi S. Mariæ ad opus infirmorum & peregrinorum, hospitale & capellam S. Iohannis Eleemosynarij construxerunt. hoc hospitale de reliquijs mæsæ abbatis & monachorum viuabat. vbi verò ciuitas sancta peruenit in manus Christianorum, quidam vir religiosus Garoldus, qui longo tempore pauperibus in eodem hospitali ministravit, habitum regularem suscepit, & vestibus suis albam crucem affigens, seipsum obedientiæ obligauit, fratresq; congregauit, vnã cum eis pauperib; & infirmis ministrabat, in agroq; Acheldemach mortuos sepeliebat. militabant autem sub abbate prædicto, domino etiã patriarchæ de bonis suis fidelitèr decimas dantes, & quoniam DEVS erat cum eis, in omnem terram exiuit sonus eorum, largitioneq; principum ac eleemosynis fidelium breuiditati sunt tempore, ita quòd ab vniuersis Occidentalium prouincijs copiosus redditus colligètes, castella & oppida & terræ plurima dominia ditioni suæ subiicerent.

Hi postea ab Honorio 2. confirmati, degunt sub regula B. Augustini, habentes habitum nigrum cum cruce alba in pectore, qui deputati sunt ad pugnam

Restitutio
sub God-
fredo.

Ordo Sepul-
cri Dñici.
Quadrifarij
Cruciferi.

Ioh. Ele-
mosynarij

dum corporaliter contra infideles. paucorum sunt clerici. priuilegio tamen clericorum gaudent, horasque suas ex oratione Dominica perficiunt, & vocatur ordo hospitalis S. Ioh. Hierosolymitani, de his de sen. ex c. Canonica. verum de illorum institutione latius infra dicemus, vbi Rhodij appellabuntur.

Johannice.
Templarij.

Procedente autem tempore, quia peregrini & alij loca sancta visitantes, à latronibus sæpè spoliabantur, & aliquandò occidebantur, quidam DEO amabiles milites ex charitate ad tutandas stratas publicas se deuouerunt, patriarchæ Hierosolymitano professionē facientes, de quorum numero fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de S. Adelmaro, qui 9. annis seruiērunt in habitu seculari. Rex autem Ierusalem eo tempore prædictis nobilibus, qui omnia pro Christo reliquerunt, compatiens, illos vnà cum domino patriarcha de rebus proprijs sustentabat, rex quoque in quadam parte palatij sui iuxta templum Domini, eisdem ad tempus habitaculum concessit. Abbas autem & canonici templi, plateam quam habebant iuxta regis palatium, ad opus officinarum eis tradiderunt. deindè anno Domini 1127. de mandato Honorij 2. & domini Stephani patriarchæ, data est eis regula & albus habitus, postea verò sub Eugenio papa rubeas cruces affixerunt. hi omnes patriarchæ obedientiam fecerunt, & decimas fidelitèr præstiterunt. Et in modico tempore citra & vltra mare amplissimas possessiones acquisierunt, quibus B. Bernardus abbas composuit regulam. hi 200. fermè anno sub Clemente 5. exterminati sunt, vt inferiùs generatione 44. dicitur. Hi etenim processu temporis vrbes, castra, munitiones acquirentes, pro defensione terræ sanctæ vtilitèr militarunt, habuerunt autè Magistrum summum, cuius sedes principalis erat in Ierusalem.

Recs 4.

Et quoniam funiculus triplex difficilè rumpitur, placuit diuinę prouidentię præmissis addere & aliam religionem. Nam ipsi Templarij, vt dicitur, è numero abiēre, & sub Clemente 5. exterminati sunt. Cùm enim ciuitas sancta post prædictam liberationem habi-

taretur à Christianis, & multi ex Teutonicis causa peregrinationis pergentes illuc, linguam ciuitatis ignorarent, quidam honestus vir Teutonicus habitans in Ierusalem cum vxore sua, quoddam Xenodochium de bonis suis ad opus pauperum & peregrinorum Teutonicorum construxit, & de voluntate domini Patriarchæ oratorium illi adiecit B. Mariæ virgini sacrum. postea verò nonnulli Teutonici renunciabant seculo, seque suaque Deo & hospitali liberè tradentes. Et procedente tempore, cùm etiàm de equestri ordine Alemania viri DEO deuoti, hospitali prædicto sese alligantes, multiplicarentur, voluntariam paupertatem in domo Domini eligentes, dignum duxerunt, regulam & instituta fratrum militię templi assumere, quam & ità susceperunt, vt tamen hospitalitatem non obmitterent.

Teutonici
B. Marię di-
cati.

Verum postea anno Domini 1191. apud Acam quidam Bremenses & Lubecenses ciues hospitale in honore B. Mariæ virginis ad opus infirmorum tempore obsidionis ex velis nauium fecerunt, elemosynas conferentes atq; colligentes, obtinuerunt auxilio Friderici ducis Sueuiæ à Cælestino papa, cooperante ad hoc Henrico rege Ro. ordinem istum sub titulo hospitalis B. Mariæ virginis domus Teutonicorum in Ierusalem confirmari, priuilegijsque opportunis donari anno supradicto.

Ex eo tempore incepit habere Magistrum ordinis generalè, profapia nobilem, & rei militaris peritum. Erat autem primus magister frater Henricus, dictus Vualpora, sub quo hospitale inceptum fuit in ciuitate Aca iam recuperata, & illi successit frater Otho magister 2. quo mortuo, electus est F. Hermannus Bart. successit illi defuncto F. Hermannus de Saltza, sub quo religio cœpit habere maxima incrementa. Itaque consecuta est magna dona in Apulia, Romania, Armenia, Alemania, Vngaria, Liuonia, Prussia. In qua, post amissionem Ptolemaidæ, anno deindè 1309. sedes principalis ipsius ordinis in loco dicto Mariæburgum, translata extitit, quæ aliquantò tempore etiàm in

Arx Maria-
burg.
Vene-

Venetijs fuit, nobile itaq; oppidū Marienburgum, arx nobilis atque amplissima, vbi sedes magni Magistri est totius religionis.

Sunt & alij duo in eadem religione magistri, alter Liuoniam regit, alter cōuentus Alemaniae gubernat. & quia Teutones huius religionis inuētores fuere, ex quibus postmodum prodiērent viri nobiles & rei militaris peritissimi, & tales qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt, & in sanguine suo, auxiliante deo, vniuersam Prussiam gentem paganam & idolis deditam, Polonis ac circumuicinis Christianis omnibus molestam & inimicam, iusto bello tandem & per multos agones in suam potestatem redegerunt: ex quo tempore lingua Teutonica ad eos introducta est, & cultus Christi genti imperatus: propterea nemo ad eum ordinem recipitur, nisi Teutonicus, nobilibus ortus parentibus, & cui propositum sit pro tuendo CHRISTI euangelio aduersus salutiferæ crucis inimicos armis depugnare.

Obeam rem vestimentis albis vtuntur, nigra cruce insuta, barbam omnes nutriunt, exceptis qui in sacris altaribus seruiunt, pro canonicis horis orationem Dominicam vsurpant. Magnæ his opes, nec minor potentia quàm regibus. Refert Dominus Fran. de S. Gem. in c. Nullus, de elec. li. 6. quòd licet professores ordinis Teutonicorum siue milites B. Mariæ virginis non promittat castitatem, ca. tamen allegatum pro ipsis militare, & locū in eis habere. Cū autem ordo iste B. Mariæ sacer, peculiare decus sit, et gloria vniuersæ natiōi Teutonice, ea propter in sequentibus gesta religionis apud Pruthenos scribere statui, de quo in generatione 4. videbimus circa finem.

In hac quoque generatiōe anno 1095. obiit rex Ladislaus, quem Vngari sanctum esse volunt, reliquit autem fratres duos, Almu & Colomannum, Almu regē destinat, prognosticatus quòd Colomannus sanguinarius esset, nihilominus tamen Almus Colomannum iure primogenituræ præferēs, ducatum ipse accepit. Colomannus enim erat habitu

Colomannus Vngariæ rex.

corporis cōtemptibilis, sed astutus, mouitq; bellum Ruthenis. vnde duçissa Ruthenorum obuiam ei facta, ad pedes suos se prostrauit, quam rex pedibus amouit. Indè auxilio Cunorum Rutheni consurgentes, percusserunt castra regis vsq; ad internecionem. rex fugam iniēs, thesaurum reliquit, quem Cuni inter se diuisere.

Idem rex pluriēs Almu persequi tetrauit, sed illos semper principes reconciliauere. Tandem tamen cōfirmata per imperatorē inter eos pace, rex cepit ducem Almu & filium eius Belā infantulum, & excæcauit eos. sed & Belam infantulum præcepit castrari. satelles autem timēs Deum, catellum castrauit, & testiculos eius regi præsentauit. Idem rex plures nobiles excæcauit, postea cepit ægrotare vsq; ad mortem, & cōsilio habito fecit apprehendi ducem, nè forte sibi succederet etiā cæcus. præsentit Almus, profugit in monasterium, & manu altare compræhendit. Benedictus autem quidam à rege missus, sacrilegas manus in eum iniecit: & dum conaretur eum extrahere, diuisa est manus ducis, & infectum altare sanguine. terribus sacrilegus, equum conscendit, exiens & in via cadens de equo, ceruice fracta, expirauit, ac à canibus voratus est.

Moritur deindè Colomannus, & succedit ei filius Stephanus anno Domini 1114. Bela verò filius Almi, occultè nutriebatur in regno. pater pueri Almi fugit in Græciam ad imperatorem, vbi tandem vita functus est.

In hac generatione circa annum Domini 1100. inueniuntur apud monasterium Hirsaugiense scripta de duobus comitibus de **Wirttemberg**, qui fuerunt fratres. maior natu, vocatus est Cunradus vir potens inter Sueuigenas, alter vocabatur Bruno, eratq; Spirensis Ecclesiæ canonicus, & postmodum factus in Hirsaugia monachus.

ANNO verò Domini 1105. Héricus 5. Gebhardum Hirsaugiensem abbatem, virum sapientem & nobilem, & sanctitate famosum, præfecit Spirensis episcopū, in cuius locū Hirsaugiæ in abbatē electus est iste Bruno pridie Kalen. Decemb. & à Richar-

Cunradus & Bruno comites Wirttembergenses

Richardo Ostiensi episcopo 7. Kalend. Ian. ordinatus. hic quantumvis natura generosus esset, nil tamen in habitu arrogantie ostendebat, presuit annis 14. decimo Kal. April. corpore solutus est. Bruno hic Spirensis canonicus ac maioris ecclesie custos & armarius, postmodum monachus, & deinde abbas Hirsauigie factus, dedisse scribitur in eodem monasterio per manum ac assensum fratris sui Cunradi comitis de Beutelspach, alias de Vuirtemberg, predium in Pfrudorff cum omni iure ad **Waleheim** 12. iugera vinearum cum beneficijs sex hominum ad easdem vineas pertinentium, ad **Saldingē** quinque hubas, ad **Warcshusen** duas cum vineo.

Cunradus vero comes de Vuirtemberg, & vxor eius Vuerndrut, ad Durēchen 16. hubas cum molendino, & in proxima villa eiusdem nominis vineum ad **Sarewesheim** unam salicam terram, ad **Salzaha** 18. hubas: item in **Schaffhusen** molendinum unum. In predicta autem donatione datae sunt 20. marcae, quas Bernardus de Schura comes pro cellula Bauaricensi dederat, & duae armillae aureae appendentes 15. uncias auri, quas Luitgari soror domini Brunonis & Cunradi comitis de Vuirtemberg, ad faciendum calicem tradiderat. Adelhait vidua Bertoldi de Eberstain, cum filijs suis Bertoldo, Eberardo & Hugone, quartam partem villae Eltingen cum omni iure Deo & S. Petro tradidit.

Anno Domini 1109. moriit Philippus rex Franciae, & illi succedit Ludouicus Crassus. eo tempore imperator Henricus duxit vxorem Machtilden filiam Henrici regis Angliae, huius nominis primi. iste Henricus Angliae rex propter terras Nortmanniae preliatus est, & vicerunt Anglici, parumque abfuit quin rex Ludouicus caperetur, ab omnibus suis derelictus. Hic Ludouicus cum paralyti laboraret, Philippum filium suum regem coronari fecit Rhemis, quod alij negant. Nam Philippus iste dum Parisijs equitaret, porcus currens ad pedes equi casum dedit. inde Philippus deturbatus, lapsu mortuus est. Unde paulopost Ludouicus alterum filium Ludouicum in consortium administrandi regni assum-

psit, Rhemisque deductum, regia vntione atque corona insigniri fecit.

Licet autem ab Henrico Anglo regem Ludouicum fuisse victum inuenerim, Robertus tamen Gaguinus videtur sentire contrarium, & quod Ludouicus per totam vitam prospera vsus fortuna contra Henricum Anglum Nortmanniae ducem fuerit, multaque de eo narrat preclara facinora. Deinde narrat, quod Gelasius papa Henrici imperatoris furorem declinans, ad Ludouicum venerit: & quomodo Henricus imperator egro animo hoc ferens, infestis venerit copijs in Franciam, quem tum pontifex execrauerit, & Henricus infecta re retrocesserit, quodque pontifex Cluniaci mortuus fuerit, cui successus sit Calixtus.

Refert quod & Innocentium papam longè post, aduersante sibi Petro Leone, ab altera parte cardinalium electo, ad se venientem Ludouicus honorifice suscepit, opesque & fortunas suas pollicitus sit, de quibus aliquid in sequentibus dicemus. Tandem rex Ludouicus, peractis quae ex ritu Christiano solent fieri, defunctus est, regni sui anno 30. elatus ad S. Dionysium, ibique sepelitur. vocatus autem est Crassus propter corporis molem.

GENERATIO XXXVIII.

EXordium 38. generationis facientes, cum iam iam non plenè quibusdam Henrici quinti regis Germanorum, imperatoris autem Romanorum gestis 37. generatio, propter varia bellorum & rerum diuersarum facinora intendere potuisset, quae supersunt, rerum a se gestarum ordinem contingemus. Verum eius generationis principia, quantum Henrici quinti annum suscepti regiminis, necnon Paschalis papae secundi demum vendicant, decimo supra millesimum centesimum **CHRISTI** natiuitatis anno, Quo quidem Henricus V. Ratisponae in Dominicae apparitionis festo, quod Epiphaniam Graeci nominant, colloquium cum regni principibus faciens, animi sui propositum eis aperuit, scilicet quod trans alpes ire atque Romam tendere, benedictionem

Henrici
quinti ac-
cessus in
Italiam.

imperiale à Ro. pontifice recipere, & insuper ad omnia quæ defensio posceret ecclesiastica, offerre velit. Itaque assensu omnium expeditionem parat, licet nonnihil terreret cometes, qui tum per sex menses apparuit, nihilominus per Germaniam exercitum circa Augustum mensem imperat, datis vbiq̃ inæstimabilis pecuniæ stipendijs.

Igitur mense Augusto superata mortuum asperitate, rex cum suis lætus & incolumis Eporediam peruenerat. alter verò exercitus Nouariam ducens, ibi regem expectat. Paucis ibidem diebus moratus rex, Padum transit: vbi milite recessito, inuenit præter Italicos 30. milia equitum. Placentiæ castrametatus, fidelitatem à ciuibus accepit, & per tres septimanas in his partibus commoratus, Parmamq̃ perueniens, Mechtildim comitissam per internuncios sibi subiectam, gratia sua proprijs iustitijs donauit.

Post hæc hyeme montem Pardonis cum maximo dispedio rerum & equorum transcendit, tandem Florentiã peruenit, instante festo natiuitatis Domini, vbi festum cum ingenti cunctorum tripudio percelebrauit. Inde apud Aretium à clericis beneuolè, à ciuibus subdolè recipitur, quorum etiã insolentiam satis abundèq̃ perdomuit, ciuitate eorum cum curribus contra regem instructis, funditus euersa, ecclesiæ sua iustitia, quam iidem ciues violèter abstulerant, iuxta clericorum petitionem reddita.

Indè ad Aquam pendentem progressus, legatos suos dudum ab Aretio missos, ab Apostolico boni nuncij baiulos reperit: remissisque alijs nuncijs cum Romanis, qui sibi occurrerant supplices, paulatim Sutrium processit, ibique substitit.

Henr. à Paschali ius inuestiendi petit.

ANNO itaque III. Henricus V. cum maximo exercitu ad sedanda scandala, quæ inter imperium & sacerdotium erant, tum in Italiam venit. hæc discordia à Gregorio 7. cœpta, agitata est à successoribus eius Victore, Urbano, & multò magis Paschali, ob quam causam scandalum erat in toto orbe terrarum. Imperator enim uti volens con-

suetudine & autoritate prædecessorū suorum, petebat sibi seruari ea quæ priuilegijs Carolo Magno & successorib⁹ in impio iam per CCC. annos & amplius concessa & obseruata fuerant sub summis pontificibus, ex quibus priuilegijs licet per inuestiturā annuli & virgæ, episcopatus & abbatias consecrât, & hoc suum ius allegabant.

Sed contra hoc, synodali decreto cœlebant summi pontifices præ nominati, nec posse nec debere dari per virgam vel anulum episcopatum, aut aliã dignitatem ecclesiasticam à laica persona, ac sub execratione fieri prohibebant, prout supra est dictum.

Veniens itaque Sutrium rex, legatos à sede Apostolica expectabat, & ut referunt ferè Italici scriptores, aduentum regis Paschali parum gratū fuisse, cum ecclesias multas in bellis euerterat, & episcopatus contra ius & fas pro libidine animi, cui placuisset, demandaerant: addunt & quod rex ipse præ miserit oratores duodecim, regni Teutonicorum proceres, in quibus duo nepotes regis erant, pollicebaturque iureiurando se omnem inuestituram ecclesiarum obmissurum, curaturumq̃; quod omnes ecclesiæ suo occupatæ iussu, liberè dimitterentur, absoluturum quoque populum à iuramento, in ecclesiarum præiudicium præstito: ea sponcione solenni stipulatione firmata, miserit pontifex Sutriū legatos, ibique omnia solidata.

Verum alij scriptores aliter referunt, quod scilicet legati apostolici cum missis regijs Sutrium venerint, asserentes promptum esse Papam ad consecrationem & omnem regis honorem, si tamen rex ipse pontifici annueret libertatem ecclesiarum, laicam prohibens inuestituram, recipiendo ab ecclesijs ducatus, marchias, comitat⁹, aduocatas, monetas, telonia, cæterorumq̃ regalium quæ possident, summam: præbuit rex assensum, scilicet quod inuestituras episcoporum dimitteret, papa autem econtrà omnia regalia imperatori relaxaret.

Et hæc pactio, ut refert Gotfredus, sacramento & obsidibus inter Papam & Imperatorem asseritur fuisse firmata.

Igi-

Paschalis
Henricum
excipit.

Igitur conuentione facta, rex hilari-
tèr ad urbem properat, & dominus Apo-
stolicus cum omni clero & populo se in
eius occursum adornat: vnde postea po-
pulo & clero prodeunte obuiam, urbem
Leoninam primò ingreditur, proceden-
tibus sacerdotibus cum infulis & reli-
quijs sanctorum, à mole Adriani vsque
ad basilicam S. Petri, cuius in gradibus
rex pedes pōtificis, eousque cum cardina-
libus prodeuntis, exosculatus est.

Postis deindè militibus in stationi-
bus suis, vnà cum pontifice ad dextram
templum ingreditur: deindè domino pa-
pa Missam solennitèr celebrante, cum
imperator ad altare, vt sacram commu-
nionem de manu eius susciperet, accef-
sisset, dixit illi summus pontifex: Domi-
ne imperator, hodiè corpus Domini na-
tum ex Maria virgine, passum pro nobis
in cruce, sicut tenet ecclesia, damus tibi
in confirmationem veræ pacis inter me
& te.

Tumultus è
pape disti-
dio ortus.

Verùm pontifex summus resistenti-
bus episcopis & contradicentibus, sicut
promiserat, regalia imperatori seruare
non poterat, prout etiàm Antoninus
scribit. eapropter tumultuatùm est. Et
scribunt quidam Italici, regem pontifi-
cem orasse, vt illos confirmaret quibus
episcopatus dederat, licèt iurandum
(secundùm eos) antè interposuisset, se
nunquàm id à pontifice petiturum: Pa-
schalem verò id facere recusantem, in-
tromissis militibus, dato signo, vnà cum
cardinalibus captū, & cleri partem ma-
gnam spoliatam: Sed alij alitèr scribunt,
quòd post variam disceptationem, po-
stremò Apostolicus ab episcopis & alijs
fidelibus regis sit custoditus. Per motus
indè Rom. populus, sumptis armis, Teu-
tonicos ex vrbe Leonina pellit, portasq;
omnes claudit, vt Italici scribunt: sed
alij narrant impetum in populo subor-
tum, in exercitumque regis talitèr gras-
satum, vt commissa aliquandiù pugna,
regè ipsum necesse fuerit exercitui sub-
uenire: quod & impigrè fecit, & vsque
ad inclinatam iam diem, fortissimi mi-
litis & optimi ducis opus agens, victo-
ria post multam stragem fuerit potitus.
Romani qui è tumultu fugiètes super-
erant, magna pars Tiberi absumpta est.

Post triduum Roma secedens rex,
dominum apostolicum secum duxit, &
eo quo potuit honore tenuit, donèc
compositis per regiones negocijs, in-
stans pascha haud longè ab vrbe cele-
brauit. Ibi sedato iter ipsum & Aposto-
licum, inter regnum & sacerdotium
dissidio, post octauas Paschæ cum to-
tius populi Romani inestimabili que
exercitū tripudio ante basilicam sancti
Petri, Augusti nomen & imperium,
chrismate ritè perunctus & sacratus, &
sub augustissima pompa conatus sus-
cepit, dato sibi in præsenti per manum
Apostolici sub testimonio adstantis ec-
clesiæ priuilegio inuestituræ ecclesiasti-
cæ iuxta consuetudinem antè seruata,
cuius stabilitatem Papa mox sub ana-
themate confirmabat. Sic deniquè ea
die Gloria in excelsis Deo, & in terra
pax hominibus bonæ voluntatis, est re-
parata.

Henricus V.
coronatur.

Tenor autem inuestiturarum talis ^{Inuestitura}
erat: Paschalis episcopus seruus seruo- ^{Tenor.}
rum DEI, charissimo in Christo filio
Henrico glorioso Teutonicorum regi,
& per Dei omnipotentis gratiam Ro-
mano imperatori Augusto, salutem &
apostolicam benedictionem:

Regnum vestrum sanctæ Romanæ
ecclesiæ singularitèr coherere dispo-
sitiō diuina constituit. Prædecessores si-
quidem vestri probitatis & prouiden-
tiæ amplioris gratia, Romanæ vrbs co-
ronam & imperium consecuti sunt, ad
cuius videlicet coronæ & imperij di-
gnitatem, tuam quoque personam fili
charissime Henrice, per nostri sacerdo-
tij ministerium maiestas diuina proue-
xit. Illam ergò dignitatis prerogatiuam,
quam prædecessores nostri vestris præ-
decessoribus catholicis imperatoribus
concessere, & priuilegiōrum paginis
confirmauere, nos quoque dilectioni
tuæ concedimus, & præsenti priuilegij
pagina confirmamus, vt videlicet regni
tui episcopis & abbatibus liberè præter
violentiam & simoniam electis, inuesti-
turam virga & annulo conferas, & post
inuestituram canonicè consecratio-
nem accipiant ab episcopo ad quem
pertinuerint. Si quis à clero vel populo
præter assensum tuum electus fuerit,

nisi à te inuestiatur, à nemine consecratur, exceptis illis qui vel in archiepiscoporum vel in Romani pontificis solent inuestitura consistere. Sanè archiepiscopi vel episcopi libertatem habeant à te inuestitos abbates & episcopos canonicè cōsecrare. prædecessores enim vestri, ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficijs ampl. auère, vt regnum ipsum episcoporum maximè & abbatū præsidij oporteat communiri, & populares dissensiones quæ in electionibus sepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Si quis verò inflato spiritu ad periculum animæ suæ contra huiusmodi autoritatis nostræ decretum agere p̄sumpserit, sciat se vinculo Apostolicæ maledictionis & anathematis in hoc seculo & in futuro, nisi resipiscat, esse alligatum atque submersum.

Ciuitatum
Italiae iuramentum.

Sacramentum autem quod fecerunt ciuitates Italiae regi Henrico quinto, tale fuit: Ab hac die in antea fidelis ero domino regi Henrico, non ero in consilio vel in facto, quo ipse perdat vitam vel membrum, vel quo capiatur, vel affiliatur contra suum velle: adiutorio ero ei retinere ciuitatē nostram & burgas & suburbia, episcopatum, comitatum, omnem vsū & honorem regni & imperij, quem prædecessores sui reges & imperatores habuerunt, in prædictis locis contra omnes homines qui voluerint auferre vel minuere: nulli mortalium in prædicta ciuitate vel locis obediā pro episcopo, immò pro posse eum persequar, nisi illi soli, quem prædictus dominus rex eidem ciuitati concesserit episcopum dono & inuestitura sua: hæc omnia obseruabo, ita me DEVS adiuuet.

Nec multò post Henricus imperatoria liberalitatē tam spiritali patri suo Papæ, quàm singulis episcopis, cardinalibus, clericisque dona tot, tanta & talia dispartiuit, vt memoratu incredibile sit: sicque tam ab Apostolico quàm ab omnibus eum aliquandiu honorificè deducētibz, per Longobardiam ad Alpes, indeque ad terras Germanicas feliciter est reuersus.

Post reditum quoque suum nonnulla tam ab ipso quàm ab episcopis se

comitantibus, quæ corrigenda videbantur, fuere reformata. Mense autem deinde Augusto, quamplurimos episcopos atque abbates, nonnullos etiā principes Spiram vocat, quorū assensu & cooperatiōe, patris sui funera curat. nam toto quinquennio suspensa communio sepulturæ & orationum, Apostolica autoritate ab eisdem sacerdotibus, qui & Romæ coram Papa pœnitentiæ illius testimonium reddiderant, tunc testificantibus conceditur, & augustissimis exequijs habitis, iuxta maiores suos in ecclesia Henricus quartus sepelitur.

Henrici
sepultura

Hoc autem tempore Mechtildis comitissa admodum senio confecta, moriens, Romanæ ecclesiæ ex testamento reliquit, quicquid à Pisia amne & sancto Quirico agri Senensis vsque ad Ceperanum inter Apenninum & mare pertinet, addita Ferraria, quæ adhuc Romæ ecclesiæ vœtigalis est.

Mechtildis
morte.

Sunt qui scribunt hanc mulierem Florentiæ mortuam esse eo incendio, quo & magna pars vr̄bis consumpta est, & ad duo millia hominum combusta traditur, eiusque corpus postea in cisalpinam translatum esse, & in monasterio sancti Benedicti, quod ab vr̄be Mantua duodecim millibus passuum distat, sepultum. Volunt aliqui mulierem ipsam Mantuæ diem extremum obiisse, suoque iussu ad sanctum Benedictum per Anselmum Luceñ episcopū sua impensâ edificatum translata.

Interea directi ab Italia nuncij, obitum illius inclytæ Mechtildis nunciāt imperatori, ad eius prædiorum terras amplissimas hereditario iure possidendas, Cæsarem inuitant: nec est qui quidquam asserat ad imperatorem peruenisse: inuenio tamen quòd terra Mechtildis ad Guelfonem Noricum ducem peruenit. Henricus paulò post cum nō haberet vxorem, statim sibi Mechtildim filiam regis Angliæ sponsam accepit, & Moguntiæ nuptias magnificè celebravit. Vbi dux Saxonie Lotharius, qui semper rebellis extiterat, tunica lanea indutus atque discinctus, ad pedes imperatoris venit, veniam petiturus.

Henrici
uxor.

ANNO 1112. pontifex multas à Ro. passus est iniurias, dicentibus quibusdā, quòd contra instituta Ecclesiæ regem Henricum tyrānum & ecclesiarum destructorem, imperiali benedictiōe sublimāisset, insuper priuilegio sacrilegum condonāisset. Indè coactus in concilio xj kalen. Aprilis habito Laterani, facta coram omnibus professione catholice fidei, dixit: Amplector omnem diuinam scripturam veteris ac noui testamenti, amplector quatuor euangelia, Nicenū, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, & Antiochenum concilium, decreta sanctorum patrum Ro. pontificum, & præcipuè Gregorij vij. & beatæ memoriæ papæ Urbani: quæ ipsi laudauerunt, laudo: quæ tenuerunt, teneo: quæ confirmauerunt, confirmo: quæ damnauerunt, damno: quæ interdixerunt, interdico: atque in omnibus & per omnia et in his semper pseuerabo.

Quibus expletis, surrexit Gerardus *Egelisnensis episcopus, legatus Aquitaniæ, & de consensu domini Papæ ac totius concilij legit hanc scripturam, dicens: Priuilegium illud, quod pro liberatione captiuorū, à domino Paschali papa per violentiam regis Henrici extortum est, nos omnes canonica censura & authoritate ecclesiastica iudicio S. Spiritus damnamus & irritum iudicamus. Ethoc ideò, quia in eo priuilegio continetur, quòd electus canonicè, à nemine consecratur, nisi prius à rege inuestiatur, quod est contra spiritum sanctum & canonicam sanctionem.

Perlecta charta, acclamabant omnes, Amen Amen. Huic chartæ subscripserunt se archiepiscopi, Iohannes patriarcha Venetus, & alij ferè centum episcopi. Hac occasione nouum schisma seminatur, nonnulliq; (inter quos erat Adelbertus quondam regis cancellarius, & nunc archiepiscopus Moguntinus à rege designatus) aduersus imperatorem, quod vix quisquam credidisset, conspire cum quibusdam principibus infamantur: req; cognita, idem Adelbertus iussu regis custodia traditur. His non obstantibus, indiès rex multò plures sensit rebelles: legati quoquè sedis Apostolicæ, imperatoris excommunicationem

publicant, ac priuilegium inuestiendi episcopos vbiq; reuocatum denūciant.

Post hæc imperator amicorum consilijs, immò totius regni compulsus querimonijs, generalem curiam Moguntie instituit, vbi liberam omnibus audientiam, de sibi obiectis satisfactiōem, de suis iuueniliter malè gestis correctionem, ad senatusconsultum repromisit. statuto itaque tempore, dum eò veniret, præter paucos episcopos nemo cõparebat, præsertim ex principibus. Tum Moguntini tempus adesse rati, subito palatium armati vallant furiosè irruentes, omnia strepitu, cuncta clamoribus implèt, aulicis terribile spectaculum demonstrantes. Quid multa? dubium nõ est, nisi datis ad præsens obsidibus, imperator ea quæ sibi imponebantur, facturum se cõfirmāisset, ipsum fortassè palatium cum vniuersis ibidem degentibus, crudelissima nece corruisset. ità sedato vix tādèm furore, Cæsar ab vrbe discessit, & post paucos dies Adelbertum, quem iam per tres annos in custodia maceratum, coactus vt promiserat, liberū cathedræ suæ remisit. hic Adelbertus antea baculo & annulo ab Henrico fuit inuestitus.

Paschalis interim in vrbe Roma rogatur à ciuibus quibusdam, vt in locum Petri præfecti vrbs demortui, filiū subrogaret. Quod cum facere pontifex negaret propter etatem pueri, qui vix decennium attigerat, tanta repente seditio exorta est, vt ei abire ex ciuitate necesse fuerit. Hinc ab Aricia Ptolemæum properè accitum, cum manu satis valida in urbem misit, qui pulsos in transiberinam regionem aduersarios partim interfecit, partim cepit, ac per municipia custodiendos diuisit, qui tamen Ptolemæus paulò post aduersarius papæ factus est.

Tunc Preneste Paschalis agens, Caloioannis imperatoris Constantinop. qui patri Alexio successerat, oratores audiuit, eisdemque in mandatis dedit, vt Caloioannem in Saracenos animarent: quod adeò hi diligentèr curarunt, vt barbaros Græcus maximis affecerit claudibus.

ANNO 1116. imperator natalem Spire cum paucis episcopis ac principi-

Q 3 bus

Moguntini capiunt Hericu quintu.

Paschalis passio.

Priuilegiu inuestiturae abrogatur.

Caloioannes Græcus imperator.

bus celebrat, ea quæ interim Colonia gerebantur, grauitèr ferens. audiuit em̄ quamplurimos ibi cõuenisse regni optimates, execrationis in se lata publicationem audituros. miserat illuc imperator præfulem* Vuirceburgensem, qui audientiam, non nisi reconciliatus, habere potuit. reuersus verò postea ei qui se miserat, regi denuò communicare renuit: sed vitæ periculo coactus, Missam coram imperatore celebrans, indeque vsque ad mortem contristatus, latentèr discessit, & rursus communioni pristinae reconciliatus cum lachrymis, vltra Cæsaris adspectu simul & gratia caruit.

Cunrado
Sueniæ duci
Francia
datur.

Quarè succensus imperator, ducatum Orientalis Franciæ, qui Vuirceburgens̄ episcopo antiqua regum successionem competebat, Cunrado duci Sueniæ, sororis suæ filio commisit. huc ego Cûradum puto fundasse monasterium sancti Aegidij in Norimberg, sub titulo Cunradi ducis Sueniæ atque* Francorum.

Henricus
Italiam
ingreditur.

Eodem anno Henricus scādala principum declinans, in Italiam se vnā cum regina totaque domo sua contulit. at circa Padum negocijs regni insistent, legatos ad Se. Ap. pro componendis causis inter imperium & sacerdotium destinavit, cuius legationis præcipuus erat abbas Cluniacensis papæ consanguineus. Tum verò pridie Nonas Martij, Romæ Laterani in ecclesia S. Saluatoris, quæ appellatur Cõstantiniana, celebrata est synodus vniuersalis concilij. Prima itaque die, secunda & tertia, quidam episcopi de priuatis negocijs tractare cœperunt, quod alijs displicuit: & vt de negocijs propter quæ principalitèr per omnia periculorum genera terramarique conuenerant, tractaretur, admonetur Apostolicus.

Tunc surrexit Paschalis, concilijq; causam his verbis exponens: Postquam, inquit, dominus de seruo suo fecit quod voluit, & me populumque Rom. in manibus regis cõstituit, videbam quotidie passim fieri rapinas, incendia, cedes, adulteria: hæc & huiusmodi mala cupiebã auertere ab ecclesia & populo Dei: & quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem vt homo, quia puluis sum

& cinis. fateor me malè egisse. sed rogo vos omnes, orate pro me deum, vt indulgeat mihi. illud autem malum scriptum quod in tentorijs feci, quod priuilegiū dicitur, condemno sub perpetuo anathemate, vt nullius vnquam bonæ memoriæ sit, & rogo vos omnes vt idem faciatis.

Alter
legij
gatio.

Tunc ab vniuersis conclamatum est, Fiat Fiat. Bruno autem Signin^o episcopus altiùs exorsus, ait: Gratias agimus omnipotenti Deo, quòd dominum Paschalem qui præsentis concilio præsidet, audiuius proprio ore damnantem illud priuilegium, quod prauitate & hæresim continet. Ad hæc quidam: Si priuilegium illud hæresim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit. Iohannes autem Caietanus ad hæc commotus, respõdit: Tū ne hîc in concilio nobis audiētibus, Rom. pontificem appellas hæreticum? scriptum quod fecit, malū quidem, sed hæresis nõ fuit. Et alter quidam adiecit: Immò nec malū dici debet, quia si liberare populum Dei, bonū est: quod Dominus Papa fecit, bonum fuit: sed liberare populū Dei bonum est, testimonio euangelij, quo præcipimur animas quæ pro fratribus ponere. ergò quod fecit dominus papa bonum, malum esse non potuit.

Telesphorus

Ad hæc Paschalis manu silentium indicens: Fratres, inquit, ecclesia ista nunquam habuit hæresim, immò hac omnes hæreses, Arriana, Eutychniana, Sabelliana, sunt contritæ. pro hac ecclesia filius Dei orauit cum dixit, Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua. Et multa id genus, præsentibus legatis imperatoris.

Lucas

Sexta deindè die altercationes quorundam ita compescuit, dicens: Ecclesia primitiua martyrum tempore floruit, deindè cum accepisset orbis terrarum Christianam pietatem sub Rom. principibus, qui matrem suam ecclesiam sicut boni filij honestauerunt, conferetes ecclesiæ Dei prædia, seculares honores & dignitates, regalia quoque insignia, quemadmodum Constantinus ceterisque fideles, cœpit Ecclesia florere tam apud DEVM quàm homines: habeat ergò mater ecclesia sibi à regibus & prin-

principibus collata: dispenser & distribuatur ea filiis suis, sicut fecit & sicut vult. sic privilegium inuestituræ, quod in tentorijs concessisse videbatur, sub anathemate iterum condemnauit.

Cardinalis verò D. Cuno Prænestinus, qui publicauerat has censuras, à domino apostolico petijt, vt omnia quæ legationis tempore fecerat, confirmaret. Quod quidem fecisse Papam vnà cū concilio constat. idem D. Prænestinus subiunxit, qualiter pro sedis illius legatione Hierosolymis audièrit, regē Hēricum post sacramenta, obsides & oscula in ipsa B. Petri ecclesia dominum Papam tenuisse captum, indignè tractatū, *potiora ecclesiæ mēbra, cardinales videlicet exutos, tractos, nobiles quoque Romanos occisos, captiuos, & populi stragem factam, & quòd audiens hæc, ingemuerit, & pro huiusmodi facinoribus zelo Dei animatus, excommunicationis sententiam, ecclesiæ Hierosolymitanæ consilio, in regem dictauerit. Et eandem in Græcia, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, Francia consilio ecclesiarum renouandam confirmauerit: orare se demum, vt sicut Papa legationem suam confirmasset, ita præsentis concilij patres & episcopi concorditer annuerent. Ea cum legato & literis Viennenses postulabant. dum tali ratione & ordine tam variæ & dissonæ multitudinis assensus exquiritur, à saniore parte nil contradictum est, à paucis submurmuratum, ab episcopis & abbatibus nullo modo reclamatum.

Scindebatur inter hæc & huiusmodi regnum Teutonicum, quod iam ferè decennio quieuerat. rex enim aberat: vnusquisque quod sibi placitum videbatur, hoc faciebat in regno. pars agros alterius vastare, colonos spoliare, maxime in episcopatu Vuirceburgenfi per Cunradum Sueuiæ ducem. Longum est, archiepiscopi Moguntini contra regis fideles machinamenta, & eorum aduersus illum, enarrare. Nam neque pax Dei cæteraque sacramenta firmata pæta custodiebantur. hinc vndiquè vastatis villis, populatis oppidis ac regionibus, nonnullis in solitudinem penè redactis, cessabant in quibusdam eccle-

sijs clericorum officia, & illud famosissimum monasterium Fuldense vsque ad vltimam redactum est inopiam.

Tanta notatus censura imperator, cum apud pontificem legatis intercedentibus, agi nihil posset commodè, in armis spem pacis posuit. Romam aiunt profectum voluisse, vt cuius coronatio hac ignominia scædata fuisset, rursum coronaretur. Indè in Italia moratū aliquantisper, grauissimè regionem afflixisse scribunt. Inter ipsa Dominicæ natiuitatis festa tertio Nonas Ianuarij, anno 1112. tantus terræmotus suboritur, antè inauditus: nam multæ ecclesiæ & ciuitates indè* submersæ sunt: Leodium inclyta ciuitas, aquarum vi imensa cladem passa est. Visæ sunt sanguineæ nubes, maximum incutientes hominibus terrorem.

Eodem anno, tertio Nonas Ianuarij in octaua S. Iohannis Euangelistæ, terræmotu oppidum Rotenburg supra Neccarum in Sueuia, totaliter destructum est. Et eapropter post longa tempora per Albertum comitem de Hohenberg, in locum pristinum reædificatum, anno scilicet salutis 1271. Asserunt tamen aliqui, quòd prior ciuitas vocata fuerit *Landfort. Anno deinde 1276. comes dedit locum Carmelitis ad ædificandum monasterium sui ordinis, prout de hoc apud eosdem fratres reperitur adnotatum. Deinde peruenit dominium per successiones vsque ad Rudolphum comitem eiusdem gentilitatis, qui anno Domini 1371. dominium de Hohenberg vendidit ducibus Austriæ, propter tres causas, vt quidam referunt. Prima, quòd non erat ei filius: secunda, propter vxorem suam ac filiam eius, à quibus magnam iniuriam passus est: tertia, eò quòd consanguinei sui, scilicet comes Rudolphus & Henricus de Hohenberg, fratres patris sui, fraudulentè absque notabili causa alienigenis eorum patrimonium vendiderant. Credo emptores fuisse comites Vuirtenbergen.

ANNO 1113. infinita Turcarum multitudo de Perside veniens, se in regnum Hierosolymitanum effudit, cui rex, non expectatis principe Antiocheno &

Henricus secundò vastat Italiam.

Rotenburg Neccari oppidum.

Turcæ Hierosolymam inuadunt.

comite Tripolitano, licet in via essent, cum suis copijs occurrit: & à multitudine pressus, magnam suorum partem amisit. ceciderunt illa die Christiani equites 30. pedites mille ducenti.

ANNO verò 1115. Bursoquinus Turcarum potentissimus, cum infinita copia gentis regionem Antiochiæ hostiliter inuasit, omnia igni & ferro deuastans: quod ut principi Antiocheno innotuit, assumpto secum domino Balduino comite Edesseno, obuiam perrexit. Cumque iam vterque exercitus spem suam in Domino ponentes, quasi certi de victoria, visis hostibus & sprete eorum multitudine, in eos animosius irruentes, dissoluta eorum agmina in fugam vertunt, eos per duo miliaria insequentes, stragem horribilem ediderunt. Post hæc ad castra hostium accedentes, cum infinitis spolijs ac diuitiarum thesauris ad propria sunt reuersi.

Pisani contra Saracenos.

Pisani his temporibus nauali potentia & gloriosa præpotentes, Paschalis pontificis hortatu ex insulis Balearibus quas antè occupauerant, in Saracenos mouent, eò quòd Christianorum littora infestarent: qui mox cupiditate gloriæ capti, classe comparata, impositaque maiore iuuentutis suæ parte: in Saracenos irruunt, illosque aut interfecerunt, aut turpiter fugarunt. Interim Lucæses Pisanorum urbem defensoribus vacuam inuadunt, quod Florentini tunc audientes, Pisanorum precibus permoti, pulsus Lucensibus, illam tutati sunt. Ob quod Pisani de Saracenis redeuntes, Florentinos duabus porphyreticis columnis donant, quæ adhuc ad portam sacelli S. Iohannis Baptistæ visuntur.

Circa annum Domini 1117. Balduinus rex Hierusalem, videns sanctam ciuitatem habitatoribus vacuam, cogitabat quomodo fidelibus populis eam posset instaurare. Tandem didicit quòd trans Iordanem & in Arabia multi fideles in villis habitarent, qui sub grauib conditionibus infidelibus seruebant sub tributo. hos euocans sub melioribus conditionibus cum vxoribus & liberis in Hierusalem recepit.

ANNO dein 1118. rex ut Aegyptios cladis causa, quam superioribus annis

acceperat, vlcisceretur, contra actis ingentibus copijs, mouit in Aegyptum, urbem quandam expugnauit, prædamque militibus diuisit, in qua ciuitate coepit egrotare, & cum mortem adesse sentiret, alterum Balduinum de Robas seu de Burgo, consanguineum suum, Edessenum comitem designauit: ipse autem fide plenus, in Dominica Palmarum iuxta fratrem suum Gotfredum cum maximo omnium planctu sepultus est: deinde mane Dominicæ resurrectionis die cælum à parte meridiana apertum, tantam lucis effudit abundantiam, ut lunæ, quæ tunc clarissima videbatur, lumē inestimabili fulgore obtegeret, & per vnam vel amplius horam omni solis luce clarior permaneret, ipso tamen spatio crux non modica per idem foramen dependens apparuit, cuius tam auri quam gemmarum varietas euidenter discerni potuit: & scriptor qui hoc refert, his, cum ita fierent, præsens fuit, quemadmodum ipse scribit.

ANNO igitur 1118. prout supra dictum est, Paschalis papa, & Balduinus rex Hierusalem secundus, migrauerunt ad Dominum, Paschali autem Gelafius secundus, Balduino verò Balduinus de Burgo dictus, subrogat, & de vtroque erit dicendum.

Mortuo sanè Paschali, cum de creando nouo pontifice ratio haberetur, ob eam rem cardinales omnes in monasterio ad Palladium, paululum infra ædes Leonis & Cincij Fregepanis congregati, vno omnium consensu Iohannem Caietanum, quem Gelasium secundum appellauerunt, pontificem eligunt. sedit autem anno vno. Verum Cincius ira ob hanc electionem percitus, quia vnum ex suis cardinalibus collegio præposuerat eligendum, in monasterium Palladij cum armatis irrupens, refractis foribus, obuium quenque obterit, pontificem obtorto collo in terram deiecit, calcibus conterit, in vinculaque conijcit. Cardinales autem fugam parantes, ex mulis & equis deiecit, & nullum genus contumeliæ præmittit, quo affici tatus senatus posset. Non tulit autem tantam iniuriam populus Rom. ad ædes enim Cincij armatus concurrat, eique & familie

Balduinus de Burgo rex Hierosolym.

Gelasius papa.

Cincius captus.

miliæ interitum minatur, nisi mox Gelasium incolumem reddat. Itaque dum serò mandata faciunt Fregipanes, Leo princeps pontificis pedes exosculatur, veniam suppliciter petens: qua concessa, pontifex albo uestus equo, in Lateranum deducitur: & comitante clero populoque, coronatur.

Cum autem Gelasius rebus ecclesiæ benè ordinandis intenderet, eccè nuncijs adest, qui dicit imperatorem Henricum ecclesiæ hoste, cum magno exercitu aduentare. Gelasius itaque furorem Henrici timens, ad ædes Vulcamini potentissimi ciuis primò confugit. Verùm cum ibi quoque nequaquam tutus videbatur, nauem triremem cum suis conscendens, Ostiam Tiberi delabitur, insequentibus Germanis militibus, & pontificem telis ac sagittis petentibus. Cum Ostiam verò peruenisset, terrestri itinere, quoniam propter instantes maris procellas nauigio sese tuto committere non licebat, Ardeam proficiscitur, Hugone xij. apostolorum cardinali viro amplissimo, semper eum comitante. Cadentibus autem fluctibus Ostiam reuersus, Tarracinam primò retrocedens, tandem Caietam adnauigat, vbi perbenignè à ciuibus suis suscipitur. Conueniè eò statim & Guilielmus Apuliæ dux, & Robertus Campanus princeps, & Richardus Aquilanus, pollicètes se in eius potestate semper futuros, vt veros ecclesiæ decet vectigales.

Henricus itaque cum exercitum contra se parari intellexisset, Mauricium Bracharensem archiepiscopum, papam creat, quem Gelasio objeceret, eumque Fregipanicæ familiæ commendauit. Gregorius is appellatus est. Non contentus autem tam pernicioso exemplo Henricus, in Anagninum agrum copias mouens, omnia hostilem in modum diripit & capit, Turriculumque munitissimum locum iam oppugnabat.

Audiens autem Gelasium cum proceribus Apuliæ magno cum exercitu aduentare, motis castris, Italia cedens, cuncta cædibus & rapinis compleuit. Gelasius de hoc certior factus, remissis in Apuliam proceribus, Romam venit, arbitratus omnia deinceps pacata fore.

Verùm longè aliter accidit quàm putarat. nam cum inuenisset antipapam Fregipanum auxilio fretum, Romæ mansisse, veritus potentiam familiæ, apud amicos quosdam prius delituit.

At verò instantibus hostibus, cum postea in ecclesia S. Praxedis mysteria celebraret, cum factione sua vix sese eorum manibus fuga subtrahit. Relicto itaque Petro Portuensi episcopo, qui vices eius rerum sacrarum Romæ gereret, Pisas primò adnauigat: indè soluens in Galliam, ad portam S. Aegidij peruenit. hinc pertransiens, certa loca dedicando, ac tandem ad Cluniacense monasteriũ perueniens, pleuresi correptus, moritur vir sanctissimus, Caietanus ex monte Cassino religiosus. sepelitur autem eius corpus intra limina Cluniacensium monasterij.

ANNO Domini 1119. 18. Kalèsi Decembris, Trutoinus abbas ex Hirsaugia cum 12. fratribus ad Breitnou mittitur, domino Vuernhero comite de Grieningen id maximè efficiente, qui cum imperatore Henrico 5. tunc imperante, de Sueuia ad partes Hassiæ nouitè venerat, qui amœnitate loci motus, ab imperatore petijt sibi locum, qui tunc solitudo erat, proprietatis iure conferri: qui voti cõpos factus, eum abbati prædicto tradidit, atque ecclesiam in honore sanctorum Petri & Pauli cõstruxit, & eam abbas laudabiliter rexit.

Successit huic abbati Henricus vir sanctus, qui miraculis claruit, etiã ex Hirsaugia postulatus, qui cū prædicto comite fundamenta maioris ecclesiæ in honore B. Marię virginis iecit, qua partim completa, summũ altare quadringentis mansis dotauit. Comite autem in eodem loco defuncto, pondus ædificij & regiminis dicto sancto abbati reliquit. Hæc libro in eodem monasterio reperiuntur diligenter conscripta.

Fuit autem hic comes Vuernherus de Grieningen ex comitum prosapia de Vuirtemberg. Siquidem ipse comitatus in tres partes diuisus, tres habuit differentes inter se nominibus & castris dominos. Nã primus in Brach domiciliũ habuit, secũdus in Beutelspach, tertius in Grieningen. Verùm successu tẽporis

Comitatus
Vuirtembergis,

con-

Henricus
tercio Ro-
mam petit.

cōflatus in duas partes, ita vnus **Stutzgarten**, alius **Brach** obtineret: nouissimis autem temporibus in vnum redactus dominium, tandem in ducatum ascendit.

Callistus II.
papa.

Eodem anno, s. 1119. Cluniaci creatus est papa Callistus 2. Guido antè vocatus, natione Burgūdu, Viennē archiepiscopus, originem à regibus Franciæ ducens. Eligitur autem ab his cardinalibus, qui mortuo Gelasio Cluniaci aderant. Verùm is, vt scribit Platina, nõ prius pontificium habitum sibi desumpsit, quàm intellexit se ab his quoquē cardinalibus confirmari, qui Romæ & in Italia permanserant.

Leguntur Guidonis ad Adelbertum Moguntinum archiepiscopum scripta hoc modo: Dominus noster felicitis memoriæ Gelasius à Vienna discedens, iniunxit mihi vt ad eius præsentiam festinarem, postquàm ipse Cluniacum peruenisset: quod cum post dies aliquot implere satagerem, in itinere de eius mihi obitu nunciatum est. Ego vt fratribus qui cum domino eodem venerant, solatium exhiberem, Cluniacum cum graui dolore perrexi. dum autem super eorum consolatione attentius cogitarem, ipsi grauissimum mihi onus & vires meas omninò transcendens impoluerunt. Congregati nempe in vnum episcopi cardinales, clerici & laici Romanorum, inuitum me & penitus renitentem, in Romanæ Ecclesiæ pontificem Callistum vnanimiter assumpserunt. sedit annis sex.

/His quoquē diebus Cuno Prænestinus adhuc legatione Gelasij functus, Colonia Teutonicorum conuentum faciens, Henrici excommunicationem publicat, postea in Frideslare idem confirmat. Henricus verò postea totius regni sacerdotum atque procerum nuncijs compulsus, generalem fieri apud Triburium conuentum assensit, vbi de omnibus quæ sibi imponerentur, iuxta senatusconsultū se satisfacturū spopondit. Aderant tum legati, confirmantes electionem Callisti papæ. Eidem concilio papa Callistus, vallatus quadringētis 26. patribus, coram innumera multitudine p̄fedit. erat in propinquo impe-

rator, petens inducias propter generale colloquiū cū principib⁹ p̄ investituris.

ANNO 1121. Henricus consilio fidelium suorum, rebelles sibi Moguntinos affligere cōstituit, ac primò nauū commercium interclusit, deindè nūdas seu mercatus fieri, siue quidquam victualium in ciuitatem deferri inhiabit, ad extremum verò in obsidionē eiusdem vr̄bis exercitum indixit. Cōtrā verò Adelbertus præsul Mogūtinus legatus apostolicus totam Saxoniam commouet, cōstantur exercitus, alter in Alsatia pro imperatore ad destructionem Moguntia, alter in Saxonia ad defensionem eiusdem vr̄bis. fiuit ieiunia & supplicationes, appropinquant inuicem exercitus: sed prouidentia diuina dum colloquia inter principes fiunt, obsecratione regis indignatio intantum mitigatur, vt ipse præsens negocium arbitrio optimatum vtriusque partis terminandum decreuerit, p̄ conficiendo negocio actis prius gratijs: curia deindè in Vuirceburg indicitur, ibique Michaelis festo conuenientes, præsentibus legatis apostolicis vniuersalis pax sub vitæ periculo instituitur, regalia vel fiscalia regno, ecclesiastica ecclesijs, præda depreçdatis, hæreditates hæredibus, omni que personæ iustitia promittitur, prædones & fures edictis imperialibus persequēdos, siue legibus coercendos confirmatum: & quicquid scandali aut perturbationis per regnum Germaniæ succreuerat, omnimodis eradicari decretum est. De verbo autem excommunicationis, vnde scandala ferè omnia pullulauerant, ad Apostolicum est delatum, designatis in præsentia legatis, qui Romam omnia deferrent.

ANNO Domini 1122. episcopus Spirensis, & abbas Fulden, legatione totius regni apud Se. Ap. peracta redierunt, ducentes secum Osnien episcopum Lambertum, vicem apostolici per omnia tenentem, cum duobus alijs, Georgio S. Angeli, & Saxone S. Stephani in Calio monte cardinalibus ob similem causam missis, pro recõciliatione s. sacerdotij & regni.

Facto igitur generali conuentu apud vr̄bem Vangionum, quæ nunc Vorm-

Moguntia
afflicti.

Rescripta
sub Callisto
papa papa

matia dicit, sibi conuenientes, incredibile memoratu est, quàm instantèr, quàm sollicitè omnium procerum còsilio pro pace & concordia certatum est, donèc ipse in cuius manu cor regis est, omnem animositatè Augusti sub Apostolicè reuerentiæ obedientiam & matris Ecclesiæ, etiàm vitra spem plurimorum, inflexit. Mox ab Apostolicæ Se. legatis in còmunione receptus, tam ipse imperator quàm vniversus sibi subiectus exercitus, immò generali absolute cunctis hoc schismate pollutis per auctoritatem Apostolicam facta.

Qualitèr autem Ecclesiasticas inuestituras cæteraque spiritualia negocia, quæ tanto tempore reges Teutonici ad ministrauerant, quæque ipse, nè regni diminueretur honor, nūquam vitæ comite dimissurum proposuerat, humiliatus pro Christo, coram multitudine in manus domini Ostiensis, in perpetuum dimiserit: rursusque qualia sibi ob honorem regni conseruandum auctoritas Apostolica concesserit, meliùs edocentur super his scripta subnotata. Si quidem subiectæ literæ, inuestiturarū resignationem ab Henrico factam plenius indicant, quæ talis est:

Ego Henricus Dei gratia Ro. imperator Augustus, pro amore Dei & sanctæ Ro. ecclesiæ & domini Papæ Callisti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & sanctis eius apostolis Petro & Paulo sanctæque catholice Ecclesiæ, omnem inuestituram per anulum & baculum, & concedo in omnibus ecclesijs fieri electionem & liberam consecrationem, possessiones & regalia B. Petri, quæ à principio huius discordiæ vsque ad hodiernum diem siue tempore patris mei, siue etiàm meo ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Ro. ecclesiæ restituo: quæ autem non habeo, vt restituantur, fidelitèr iuuabo: possessiones etiàm omnium aliarum ecclesiarum & principum, & aliorum tam clericorum quàm laicorum, consilio principum, quæ habeo, reddam: quæ non habeo, vt reddantur, fidelitèr iuuabo. Et do veram pacem Callisto, sanctæ Rom. ecclesiæ, & omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt, & in quibus sancta Ro. ecclesia

auxiliū postulauerit, fidelitèr iuuabo.

Verum hanc Callistus ex senatus còsilio resignationem in manus legatorum ab Henrico factam approbans, in hanc formam impatori se obligauit, vt sequit:

Ego Callistus seruus seruorum Dei, dilecto filio Henrico Dei gratia Ro. imperatori Augusto: Concedo electionem episcoporum & abbatum Teutonici regni qui ad regnum pertinent, in presentia tua fieri absque simonia & aliqua violentia, vt si qua inter partes discordia emerferit, metropolitani & còprouincialium concilio vel iudicio, saniori parti assensum & auxiliū præbeas, electus autem, regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus quæ ad Ro. ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex ijs iure tibi debet, faciat: ex alijs verò partibus imperij consecratus, infra vj. menses regalia per sceptrum à te recipiat, de quibus verò nisi querimoniam, feceris, secundum officij mei debitum, auxilio præstabo, doque tibi veram pacem & omnibus qui in parte tua sunt, vel fuerunt tempore huius discordiæ. data anno 1122. nono Kalen, Octob.

Huiusmodi scripta ac rescripta, ppter infinitam multitudinis conuentum, loco campestri iuxta Rhenum lecta sunt, data & accepta. Vnde actis Deo gratijs, ingenti salutis publicæ spe discessum est. Alterum quoque non multo post, in festo S. Martini colloquium imperator cum principibus, qui priori non aderant, Babenbergæ habuit, vbi cunctorum votis quæ ex regni & sacerdotij honore erant, compositis omnibus, legatos suos cum ijs qui ex vrbe aderant, Romam misit, ingentibus donatos muneribus in pontificis Callisti gratiam.

Ad urbem redeuntes legati Apostolici, tabellam pacis ad Lateranensem basilicam suspendere: qua quidè perlecta, tanta repente lætitia publica exorta est, vt passim congratulantium cœtus audiretur.

Verum nè diuturnior hæc lætitia videretur, effecit Rogerius Siciliæ comes, qui Calabriam & Apuliam absente Guilielmo comite occupat. Guilielmus enim Apuliæ dux confirmatus à Callisto, animis auctus, Alexij imperatoris Còstantinopolitani pridem vita fun-

Callisti ad
Henricum epi
stola,

Rogerus
Siciliæ co-
mes,

Et filiam, vxorem accipere constituit, parùm considerans Alexium omnibus Christianis hostem. Is quum Rogerij consobrini sui Siciliae comitis ambitionem duceret suspectam, abiens, Callisto Apuliae ducatum, & cætera in Italia habita, in suam & Ro. ecclesiae tutelam commisit. vix autem medium iter Guilielm^o enauigauerat, quum Rogerius Calabriam inuasit, & prius dimidiam cepit, quàm pontifex de ope afferenda posset cogitare. Hanc ob rem Callistus ab vrbe discedens, Beneuetum peruenit, indeque Hugonem cardinalem ad eum misit, qui tum arcem Nicephorum in Calabria obsidebat.

Monitus à pontifice Rogerius, vt ab armis discederet, nequaquam obtèperat, immò acriùs instabat, nè Guilielmus consobrini rediens, ei impedimèto foret, quò minùs Apulia & Calabria potiretur. parabat iam arma pontifex, cum subito multos sibi ex senatu charissimos, febribus correptos amisit: & ipse mala paritèr vsus valetudine, lectica in vrbem æger mæstusque delatus est. hãc ob rem Rogerius, nemine aduersante, Apulia & Calabria potitur, atque hoc modo Guilielmus vxore frustratus, ac principatu deiectus, apud Salernitanum principem degens, sinè hæredibus breui moritur.

Ex eo tempore Rogerius tantarum rerum successu elatus, non se vltra Calabriae & Apuliae ducem & Siciliae comitem, sed Italiae regem appellare cœpit. Callistus autem recuperata valetudine, apud Lateranum nongentorum patrum concilium habuit, in quo deliberatum est, vt primo quoque tempore supplementa deficienti militiae in Asia subministrarentur. Quaspe, vt Platina scribit, erectus Balduinus Hierosolymitanus rex, Gazin regem Turcarum minorem Asiam incolentium, cum magno exercitu in se mouentem superat, & captum in carcerem conijcit. eadem quoque fortuna vsus, Damasci regem Hierosolymos cum exercitu hostili animo petentem, fundit fugatque, duobus millibus hostium cæsis, milleque captis.

Verùm superueniente cum magnis

copijs Balaach Parthorum rege, cui statim nullis expectatis auxilijs congregi ausus est, tanta clade superatur Balduinus, vt etiã ipse vnà cum proceribus captus, & in vincula coniectus sit. Rem gestã esse hoc modo scribit Antoninus: Rex Balduinus contra Balaach agens, die quodam ex præfidijs egressus cum paucis, incautè dissoluto agmine, ex infidijs Balaach regis capitur, atque vltra Euphratem alligatus in quodam castro vinculis custodiae mancipatur. Quare Callistus pontifex maturandum ratus, nè reliqui Christiani amisso rege opprimerentur, instante Varamundo patriarcha Hierosolymitano, Venetos spe gloriae & præmij concitos, in hostem magna classe commouit, sicuti antea etiã cum Balduino conuenerant.

Dominicus itaque Michael dux Venetorum nauigauit in Asiam, naues ducentas habens, Iacobusque theologus Genuensis 70. onerarias naues, mare fecant. Interea Varamundus patriarcha certior de his factus, vniuersas copias ad Ioppen duxerat, ad quam simul delati Veneti, quia Saraceni Babylonici cum septingentarum nauium classe eã premebant, disiectis fugatisque barbaris, multis eorum captis, obsidionè soluerunt. Deindè communiter in Tyrum ductum est, quam prius sæpè tentatam, nūquam Christiani obtinere poterant, sed nunc multo Venetorum sanguine capta, & Hierosolymis addita est, tertiaque pars Tyri & Ascalonis, Venetis ex pacto, si caperetur, relicta.

Venetis tum concessum à Varamundo patriarcha, & postea à rege Balduino confirmatum est, maximum priuilegium: nanque, Blondus ait, Balduinus II. ea primò confirmat, quæ primus Balduinus in Aca concessit, vt haberent Veneti omnibus in vrbibus regni Hierosolymitani & principatu Antiochiae iurisdictionem propriam, vicumque & plateam particularem, vbi furnum, stateram, cauponas, mensuras proprias & mercimonia, nullis grauati vectigalibus, exercerent: si quis Venetus naufragium fecisset, si decessisset intestatus, bona cederet Venetorum magistratui, cui

Balduin^o 2.
Turcas superat.

Venetorum
in Tyro
pienda opo
ra

cui in beatorum Petri & Pauli festo re-
gius minister ex ærario Hierosolymæ
trecentos Byzantios ex auro * Sarace-
nos redderet.

His secūdus adiecit Balduinus, vt Ty-
ri Aſcaloniſq; vrbium, quando cunquē
in Christianorum fierent poteſtate, Ve-
netus tertiam partem dominio poſſide-
ret. Interea Conſtantinopolitanus im-
perator (dubium, rectē ne Emanuelem
fuiſſe ferant) tātam Christianis Latinis
victoriam inuidens, apertē in Venetos
dolos machinari cœpit, quos à ferenda
Latinis ope cupiebat auertere. Eius ita-
que motibus territi Venetę Reipub. mā-
giſtratus, ducem ſuum reuocare coacti
ſunt. Qui in reditu Rhodū, & poſt Chi-
um, gręci imperatoris in ſulas, ſpoliauit,
& in Chio B. Theodori martyris cor-
pus rapiens, Venetiās transportauit, Sa-
mum deinde, Mitylenen, Andronq; di-
ripuit, methonen ſpoliatam incolis mu-
niuit, Spalatum & Tragurium ab Un-
garis eripiēs, Venetorum dominio ſub-
iecit: domumq; rediens, lapidē ſecum
attulit, ſuper quo Chriſtus apud Tyrū
ſediſſe fertur.

Ad Balduinū redeo, hunc apud Eu-
phratē cuſtodie mancipatum refert An-
toninus, & q̄ in eodē loco Iocelinus cū
Galerano captiui tenebantur. tum qui-
dam Armeni de terra comitis Edeſſeni,
numero quinquaginta, iuramentis in-
ter ſe ligati, deliberant dictos viros ma-
gnificos liberare. Sub habitu igitur mo-
nachali armati oppidum ingreſſi, ſtrictis
gladijs obuioſos perimunt: obtēto caſtro,
regem cum ſocijs ſuis à vinculis ſoluūt,
quod ſentientes Turcæ qui in ſuburba-
nis habitabant, anteq̄ rex egredi poſſet,
armis correptis caſtrum obſident. Co-
mes autem Iocelinus de regis mandato
aſſumptis ſecum duobus ſocijs, clām ca-
ſtrum egreſſus, ad miniculo duorū vtri-
culorum Euphrate tranſito, Antiochi-
am peruenit, atq; vniuerſa quæ conti-
gerant patefecit.

Itaq; tum ex regno, tum ex principa-
tu cōgregata militia, in adiutorium re-
gis iter arripiunt. Interim verò rex Ba-
laach caſtrum expugnans, regē Baldui-
num multis interpoſitis conditionibus,
cum ſua ſocietate in poteſtatem redege-

rat: ac obtēto caſtro, regi & cuidam ne-
poti ſuo ac domino Galerano vitā con-
ceſſit, & in Caietā ciuitatē captiuos de-
ſtinauit: prædictos autē Alemanos viros
ſtrenuos, varijs cruciatibus interfecit.

Varijs dein conſictibus habitis, ſem-
p̄r noſtri victoria potiuntur, tandemq;
dominus Balduinus rex Hieruſalē cū
quaſi 18. menſibus ab infidelibus tentus
fuiſſet, pacta pecunia & datis obſidibus,
authore Domino, Antiochiā eſt reuer-
ſus: inde cum domeſtico ſuo comitatu
rediit in regnum, quod alij ſcribunt ſub
Honorio factum.

Calliſtus inter hæc aliquid quietis à
rebus externis naſtus, 12. cardinales cre-
at, multa que in Rempub. conducentia
reparat. Verūm nē tanta felicitas ſinē
aliquo incommodo diutiùs in terris eſ-
ſet, alio turbatur diſturbio. Nam Gre-
gorius antipapa, per deriſionem Burdi-
nus vocatus, quem Henricus Gelafio
pontifici viuo in idolum erexerat, Sutrij
ſe continebat: & cū Calliſtus rebus
Eccleſiaſticis intēderet, ille auxilio quo-
rundam tyrannorum Romanos incur-
ſionibus vexabat, & peregrinos negocij
ac religionis cauſa ad urbem accedentes
ſpoliabat.

Quare Calliſtus comparatis repente
copijs, præmiſſo que cardinali Iohanne
Cremēſi S. Chryſogoni preſbytero cum
exercitu, hoſtem vincunt, Sutrium ca-
piunt. At Burdinus verſa facie camelo
impoſitus, Romam perductus, non mi-
nùs in vrbe, quàm toto in itinere ridicu-
lo plebi fuit. Abſtinens tamen Calliſtus
iniqui hominis ſanguine, illum Cauēſi
monaſterio incluſit. Cū multa inte-
rim in Rogerium comitē regem ſe Italię
appellatē animo magno molitur, circa
annum pontificatūs ſui quintum mori-
tur ac menſe 10.

In Germania verò Henricus impera-
tor anno 1124. natiuitatem Domini A-
quiſgrani celebravit, deinde Babenber-
gę Nonis Maij conuentum indixit. Ad-
uenerant prouinciarum duces plurimi
ac principes, quibus ſingulis neceſſarios
ſumptus vel ex toto, vel ex parte mini-
ſtrabat venerandus episcopus Otho,
præter publicum ac conſtitutum anti-
quitùs imperatoriæ maieltati, quod ab

R auli-

Balduinus
Hierosoly.
rex liberaſt.

Antipapa
Burdinus
captus.

Venetis Gre-
corū inſidi-
as ſuperat.

aulicis etiã importuniùs exigebatur, feruitiũ. Itã recitat scriptor Bambergẽ, à quo plura superiorũ scriptorum sumptimus. Hic quoquẽ refert, prouisorem Ecclesiã Bambergẽ dominum suum Othonem episcopũ, à duce Polonię vocatum, insupèr domini Callisti benedictione directũ ad gentem Pomeranorũ, quam nupèr idem dux finitimã subegerat, et ad Christianitatis confugium impulerat, quos idem venerãdus pater plenè conuertit, atq; in fide catholica firmavit. Nomina autem ciuitatum sunt, Piriz, Stetin, Vulin, Gamen, Colberch, Belgrado, Lubin, Gresch.

Pomerani
Christi fidẽ
accipiunt.

His temporibus per latitudinem imperij prodigia nõnnulla, cladesq; diuersã frequentabantur, prout in fine generationis diceretur.

Otho Frisingẽ narrat, quòd Vangiões defecerint ab imperatore, & palatium eius extra muros positum destruxerint, idèò urbẽ obsedit: & dum ciues quadã die incautè erupisẽt, à muris callidè prouocati, plurimis occisis, ac paucis elapsis, ceteri capiuntur: qui ad refrenandã aliorum insolẽtiam, alij naribus mutilati, alij luminibus orbatim dimittuntur, & sic demũ infinite pecuniã pactione in gratiam imperatoris redierũt.

Subiungit quoquẽ, omnibus benè dispositis cõsilio generi sui regis Anglorum, totum regnum vectigale facere volens, multũ in se optimatum odia cõtraxit. hęc ille qui ea videre potuit.

Henr. V.
mors.

Sic Héricus imperator quintus, dum pacandis Rheni insulis inferiorem Germaniam vastat, apud Traiectum ciuitatem Pentecosten celebraturus, ægritudine quã iam diũ celauerat, superatus, ad extrema cœpit propinquare: vocatisque qui secum erant, id est, regina Mechtilde coniuge sua, cæterisque primatibus, prout potuit, de regni statu cõsiliũ dedit, coronam cæteraq; regalia vsq; ad conuentum principum conseruanda, in castello firmissimo **Hamerstam** reponi disposuit. sicq; viatico Christi sacramentorum communicans, diem clausit extremum, postquã annos regnãssset penè 20. imperãsssetq; 14. fato defunctus circa annum Dñi 1125. corpus eius per Agrippinam Coloniam ad ma-

iorum suorum monumenta Spiram delatum est, vbi regia pompa ei maxima nobilitatis Germanicæ pars iusta persoluit. Sinè liberis itaque defunctus, reliquit nepotes ex sorore Hagna duos, Fridericum videlicet & Cunradum, quorum Fridericus dux Sueviã ducatum tenuit, ducatum verò Franconiã Cunradus.

ANNO Domini 1124. Callisto defuncto, Honorius II. qui & Lampertus, ex agro Imolensi oriundus, Ostien episcopus, pontifex creatus est, qui etsi obscuro loco natus erat, tamen literatura & moribus tanto magistratu dignus videbatur. Verũ, vt refert Platina, non adèò eius ingressus laudatur, cũ ambitione quorũdam potiùs, q̃ omnium bonorum consensu pontificatum inièrit. Mortuo em̃ Callisto, cũ de legèdo nouo põtificeratio haberetur, Leo Fregepanis om̃ibus cardinalibus interdixit, nè vsq; ad diem tertium pontificè crearent, quo & canones & deligendi põtificis regula curiosius inspiceretur.

Interim omnium suffragia quærebat vaser, quibus Lampertus crearetur. nam populus ipse Saxonem S. Stephani cardinalẽ, pontificem fieri optabat. Id quòd cupere Leo Fregepanis se ostendebat, quo & populum & patres, negligẽtes & incautos, suam in sentẽtiam quauis arte pelliceret. Verũ cũ id velle Leonem cardinales quidam cernerent, nè ex eius sententia pontificem legerẽt, omisso Saxone, Theobaldum S. Anastasiæ presbyterum cardinalem, deligunt, quem Cælestinum appellãrunt. Tunc autem Leo non amplius immorandum ratus, quòd iam offensum hac electione populum cernebat, Lampertum pontificem magna voce præponit, acclamante populo, cleroq; eam electionem approbante.

At Leo, nè sententię hominũ immutaretur, Simijs, quod loci nomen est, nõ longè ab Ecclesia S. Syluestri, hominem pontificali habitu exornat, qui etsi primò artibus quibusdam tãtum magistratum adeptus est, tamen postea omnium consensu pontifex maximus consalutatur. Sedit annis quinq; mensibus duobus. Sed quod Martinus Polon' scribit,

Hono-

Honorium hunc insecutum Rogerium exercitu, doloq; suorū intellecto, pacem illi dedisse, ac ducem confirmasse, refert Blondus nō esse verum: adducitq; Pandulphum Lateranē ecclesiæ ostiariū, qui scribit Honorium toto suo tempore in vrbe quieuisse, ac componēdis rebus ecclesiasticis animum intendisse. Ad hunc proficiscens Nortbertus institutor primus ordinis Præmonstratenē, ab eo honorificè susceptus est, & quæ flagitabat, dignè consecutus.

Honorio pōtifice facto, anno postea Domini 1125. defuncto absq; hærede. Hærico, principes Moguntiaē conueniunt, ibiq; habito de successore consilio, quatuor regni optimates ad regnum designantur, vt refert Got. Viterbiē, Lotharius dux Saxonum, Fridericus (vel secundum alios Cunradus) dux Sueuorum, Luitpoldus marchio Oriētalī, id est, Austrius, Carolus comes Flandriæ. Remansit tamen Lotharius quasi tractus, regnauit annis ferè 12. Hic Lotharius princeps fuit catholicus & fidelis Ecclesiæ aduocatus, filiam suam dedit in vxorem Henrico Bauarorum duci, cui Superbo cognomen erat, & fratrem habuit Guelfonem appellatum.

Verum q̄ Lothario regnum, & non Henrici quinti hæredibus cesserit, hæc fuit causa. nam imperatore viuente, imperiū scinditur, quæ scissura tam grauis fuit, vt præter Fridericū ducem Sueuiæ, fratremq; suum Cunradum, & Gotfredum comitem Palatinum Rheni, vix aliqui ex principibus fuerint, qui principi non rebellauerint. Quot et quanta ergo dux Sueuorū vel imperatore præsentē, vel in Italia morante, stylo tunc digna gesserit, tota puincia à Basilea vsq; Moguntiam, vbi maxima vis regni esse noscitur, adhuc in memoria habet.

Henricus verò quintus apud Traiectū obiit, & imperatrix Mechtildis regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat, quam archiepiscopus Moguntinus Albertus multis promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit. Igitur Albertus principes regni in ciuitate Moguntina conuocat, malorumque à duce Friderico illatorū haud immemor, cum prædictus dux ad regnū à multis posce-

retur, Albertus archiepiscopus Lotharium Saxonem virum multæ probitatis, in regem eligi obtinuit, quæ res seminarium discordiarū fuit. nā prædictus Lotharius odio in hæredes imperatoris nō satiatus, Fridericum ducem fratremque eius persequitur, quæ quidem dissensio ferè per decennium durauit.

Tadē Fridericus dux, mortua vxore sua Iuditha, Friderici comitis de **Sarburg**, fratris Alberti Moguntini episcopi, filiam Hagnen vxorem duxit, ex qua Cunradum postea Palatinum comitem Rheni & Clementiam Ludouici prouincialis comitis Thuringiæ vxorē suscepit. Et quia Lotharius per omnia humiliare studuit familiam Henrici imperatoris, contra quem dux Fridericus & frater suus Cunradus Sueuiæ duces diū rebellauerunt, propter quod Papa Honorius eos execrauit.

Veruntamē Cunradus à fratre & quibusdam alijs factus rex, cum magno exercitu intrauit Italiā, et Mediolani apud Modoicum more imperatoris corona ferrea se fecit coronari. ob quam causam Modoici episcopum Papa deposuit. Ille cum vsq; Romam progredi vellet, rebus exhaustis, in Alamaniam redijt, cum Lothario se componens, dimissoq; regno, quieuit: Lotharius enim iam Sueuiā vastauit, & Vlmam obsedit.

ANNO salutis 1128. cum discordia esset inter Lotharium & Cunradū, Lotharius pro se Papam & maiore partem principum habens, Vlmam diuertit, cui Vlmenses portas clausurunt, dicentes, hoc oppidum non Saxonibus nec Italicis, sed Sueuorū ducibus & Rō. regi parere debere. Obsedit ergo Lotharius Vlmam, & primò suburbia incēdit, deindē machinis muros concutiens, ciuitatem destruxit, & multis interfectis, plures ex ciuibus cepit, alijs fugatis.

Verum defuncto postea Lothario, & Cunrado electo, ipse ciuitatem reædificari præcepit suam, ciuibusq; multa priuilegia contulit, quæ hodiè habent. Vlmenses verò non solum reparauerūt ciuitatem, sed & multò ampliorem fecerunt, proximiores villas illuc incorporantes. Habuerūt autē non solum abbas & conuentus Augiæ maioris, Ecclesiā,

Nortbertus ordinis Præmonstratenē author.

Lotharius Imp. 92.

Cunradi Sueui rebellio.

Vlmam Lotharius obsidet.

decimas, et multa alia iura in Vlma, put supra sub Carolo Magno dictum est in generatione 24. sed & abbas & conuentus in **Bebenhusen** postea acquisierunt sibi & ordini. Cisterciensium in eodem loco multa bona, & (vt dicitur) paruum monasterium in ciuitate construxerunt ecclesiam S. Georgij, cui domicilia adiunxerunt pro monachorum mansionibus, & ibi habebant grande spatium, quia necdum ecclesia B. Mariæ in ciuitate erat constructa. In illo monasterio habebat grande cellare, in quod reponebat multa vina, quæ liberè importare et vendere poterant, nec emebatur vinum ab aliquo ciue, nisi de illo cellari. Introitus erat ad istud cellare, vbi hodiè est capella S. Valentini in cœmeterio Ecclesiæ parochialis.

Aedes beate
Mariæ, Vl-
ma.

Verum posteaquam Vlmeneses destinabant ibi edificare ecclesiam in honore B. Mariæ virginis pro parochiali, industria vsi, paulatim emerunt omnia iura monasterij in **Bebenhusen**, habitationes eorum & cellare, omnia destruentes præter capellam sancti Georgij: & vbi cellare prius fuerat, ibi caput ecclesiæ constituebant. Huius capellæ S. Georgij ius patronatus spectat ad comites de **Wirtemberg**, de quo scribit frater quidam ordinis Prædicatorum, quod emerint à monasterio: sed credo eum errare in duobus, quia cellare illud spectabat ad comites, & illi vina ibi vendebant: à comitibus deinde ad Vlmeneses venerat.

Inchoata est autem Ecclesia B. Mariæ virginis anno salutis 1377. Inuenitur tamen quædam permutatio facta inter comites de **Wirtemberg** & monasterium **Bebenhusen**, quod ego magis credo verum, cum hæc supradicta emptio videatur nonnihil Simoniacæ prauitatis sapere. Quadrant ad hæc scripta peruerusta in monasterio Hirsaugien reposta, quemadmodum latius de his fiet ad vnguem narratio.

Antiochia
Hierosoly-
regno addi-
ta.

Balduinus Hierosolymorum III. rex inter hæc primo Honorij anno liberatus, Boemundo vita functo, principatum Antiochiæ hierosolymitano regno coniunxisse fertur, & paulò post tenendum concessisse Raimundo Guilielmi du-

cis Austriæ filio, cui superioris Boemundii filia erat vxor. Tum rex Ascalonitarum fretus copijs auxiliarijs Aegyptiorum, in Hierusalém duxit, qui vnico repulsus filio, aufugit potius quam recessit. Sed paulò post Baldesquinus Damasci regulus, maiores ilicò adducens copias, Hierosolymorum infestauit agrum, quia Balduino tribus repressus prælijs, copiarum partem maximam partim cæsam, partim captam amisit.

ANNO verò Domini 1129. circa veris initium, vir illustris Fulco Andegauensis comes, pro quo dominus rex de communi omnium principum consilio miserat, vt illi Milisendam filiam suam primogenitam daret vxorem, apud Acam applicuit cum honesto nobilium comitatu, cui statim sine dilatione rex filiam maritali lege tradidit.

ANNO 1130. reuersus rex Hierosolymam, in grauem incidit infirmitatem: & videns sibi mortis imminere diem, de proprio palatio egressus supplex & humilis, regio fastu deposito, in conspectu Domini in palatio patriarchæ, qui in loco Dominicæ resurrectionis erat vicinior, se transferri disposuit, ibiq; vocatis filia & genero, pueroq; Balduino iam bimulo posito coram regni principibus, regni curam eis tradidit. Ipse autem verus Christi confessor, habitum religionis assumens, spiritum reddidit: sub monte Caluariæ sepelitur.

Quo ferè tempore pontificis Honorij tranquillitatem Italia experta, summa cum pietate sectata est, delectabaturq; is præcipuo doctorum hominum familiaritate. eius tempora clariora fecit Hugo de S. Victore, si cognomen inspicis: si patriam, Parisiensis doctor insignis. hic enim tum dicendo, tum scribendo, ingenij sui præclara monimenta reliquit. Extat eius liber de Sacramentis, liber Sententiarum, dialogus qui Didascalus appellatur, liber de cura anime, liber de artibus & doctrinis.

Et in hæc tempora Arnulphum eum referunt, cuius supra mentionem fecimus, qui cum in Gallijs canonicam regularium vitam instituisset, & deinde Romæ cleri vitam doctrina & exemplo emendasset, miserè cæsus est, cuius crimi-

Balduinus
interius.

Hugo de
Victore.

criminis auctores reperti non fuere.

Stephanus
Hungariae
rex.

ANNO Domini 1114. Stephanus, de quo in fine precedentis generatiōis, coronatur in regē Vngarię, qui cū multa bella infelicitē egisset, multaq; mala fecisset, nec vxorem haberet aut liberos, de regni successore sollicitus fuit. Vidētes hęc Hungari proceres, inito cōsilio, regi manifestauerunt supereffe Belam, sed cæcum: quo rex exhilaratus, misit nūcios in * Sirmiam pro Bela, qui redētus, accepit vxorem de qua procreauit Geicham.

Diligebat autē rex Stephanus Cunos, quorum dux nomine Thatar, cum rege morabatur. Rex autem incidit in infirmitatem, & cū videretur in articulo mortis, Hūgari Cunos interfecerūt, & eorum bona diripiebant. Tādē rex intelligens sibi horā mortis appropinquare, relicto regno, monachalem habitum induit, & paulō post migravit ab humanis, anno videlicet 1131.

Bela rex Hūgariae.

ANNO Domini 1131. regnare cœpit Bela Hūgaris, qui fuit filius ducis Almi, bonus & iustus, genuit autē filios quatuor, Geisam, Ladislaum, Stephanum et Almam. Paulō post regina Helena, habita congregatione regni, venit cum filijs suis, & sedit circa regem, dixitque ad populum: Audite fideles, constat quod natura dedit visum regi. volo scire qui conscij sint eius obcæcatiōis. Iustum est enim vt vindicta fiat in illos. ecce dedit Deus regi pro duob' oculis quatuor filios. facta igitur hac voce, irruit omnis populus super illos barones, quorū cōsilio rex fuerat excæcatus. Erant em̄ noti, occisiq; sunt 68. viri, et omēs successores eorum tam viri q̄ mulieres eadem die sunt puniti, & possessiones illorum Ecclesijs cathedralibus sunt assignatæ. ex quo tēpore omēs villæ cōditionales de Hungaria, donatiōes regū nominantur.

Borich Colomani Hūgari filius.

Inter hęc Belę maxima obuēnit aduersitas: habebat enim Colomannus rex ex adulterio filium dictum Borich, ex muliere Ruthena. Hic Borich auxilio Ruthenorum Polonorūq; venit in confinium Hungarię, repetens regnum: & licet regnicolæ scirent eum adulterinum, nonnulli tamen ei adheserunt. Indē factæ sunt multæ strages, plures ex

eo rex pro regni proditoribus occidi fecit. armant se vtrinq; in prælium, rex & Borich. At vbi post multa ambo exercitus præliandi causa cōuenissent, proceres regni mittentes ad duces Ruthenorum & Polonorum: Non decet vos, inquiunt, contra iustitiam quærere regnum homini adulterino, Bela' verus rex noster est. quibus auditis, duces cum suis substiterunt. Borich autē cum multitudine populi contra regem prælium incepit, sed rex diuino fretus auxilio, contriuit omne robur exercitūs ipsorū, Borichq; in fugam vertit, ac victoriam obtinuit.

Ex quo tempore confirmatum est regnum in manu Belæ. hic Bela vino multum indulgit, idē in ebrietate multa mala cōmisit. Boch et Saul viros religiosos in ebrietate inimicis tradidit, à quib' & sunt occisi. Mortuus est anno 1141. & corpus eius in Alba regali sepultum est Idib. Februarij, successit ei Geisa filius in regno, de quo dicetur hīc per anticipationem.

ANNO Domini 1141. rex Hungarorum Geisa huius nominis secūdus, substituitur in regno. Henricus tunc dux Austrię, exercitū de Austria & Saxonia auctū duxit in Hungariā. Rex Geisa cōtractis copijs occurrit illi, religiosis ac clero regni Deū suppliciter deprecantibus. Pugna facta, ex Teutonicis occisa sunt supra septem millia virorum.

Hęc. Austrius cū Geisa II. infelicitē pugnat.

ANNO Domini 1161. Stephanus regnare cœpit, regnavit annis xj. mensibus 9. in cuius imperio Ladislaus filius regis Belæ cæci vsurpauit sibi coronam dimidio anno. Obijt autem Stephanus anno 1173. post quem frater eius vsurpauit regnum mensibus quinque, & expulsus est.

ANNO domini 1183. Bela frater Stephani regnum suscepit, qui fures & latrones persecutus est, regnavit annis 23. Successit illi Emericus filius eius, regnavit annis octo. Huius vxor Constantia regis Aragoię filia migravit anno 1200. salutis nostræ, cui Ladislaus filius successit, regnavit mensibus sex, cui successit Andreas, vt dicetur infra generatiōe 41. circa finem. Hęc per anticipationem dicta, lectoris animum haudquaquam

Andreas rex.

mouere debebunt. Satiùs enim existimauim⁹ accelerare gesta quæ memoriæ heret, quàm tardiusculè, habitis interual-
lis, ea vel penitùs intermittere, vel om-
nò non rememorare.

Innocētius
II. papa,

ANNO Domini 1130. Honorio in pontificatu successit Innocentius. sedit annis 14. Quo primis pontificatus inijs absente, Romæ ordinatus est Petrus Leonis Anacletus vocatus, q̄ spoliatis Romæ templis, irrumpēsq; in Basilicam B. Petri, crucifixum aureū & coronas pendentes sustulit, tantumq; pecuniarum conflauit, vt facillè largitionibus seditiosum quenq; in sententiam suā alliceret. Innocentius autem vbi seditionibus plena omnia cereret, spontè cedēs, primò quidem Pisas adnauigauit, postremò in Franciam peruenit.

Conuocato autè apud Clarum mōtem inter hæc cōcilio, Petrus Leonis ab omnibus Galliæ Germaniæq; episcopis anathematizatur. Deindè Innocentius res Galliæ totius compositurus, ad Rhemos profect⁹, episcopos cōgregauit. Ibi Ludouicum Crassi filium, regē Franciæ coronauit. Nupèr enim Philippus primogenitus Crassi filius, equo deturbatus, casu vitā finiērat. Quarè pater filiū posteriorè Ludouicum in illius locū regno adscitum, coronari Innocentij auctoritate apud Rhemos voluit.

Ludo. iu-
nior Frāco-
rum rex.

Fecimus rei huius suprà in Ludouico Crasso mentionem. Mortuoq; circa annum Domini 1137. patre, Ludouicus iunior regnum accipit. Fuit ei vxor Helionora Guilielmi Pictauiē comitis filia, quam cum ducatu Aquitaniæ accepit. Romæ interim Anacletus sæuissima pestelargitionibus quæq; occupat, Rogerium vt suis partibus faueret, regem Sicilia coronauit. At Innocentius nostrorum principum pace fretus, Gallicā & Germanicam Ecclesiam diligentèr componit. In Belgicam profectus, Henricum Anglorum regē obuium, multis rationibus ad expeditiōem in Saracenos adhortatus est. Indè Leodium veniens, Lotharium regem reperit, à quo honorificè exceptus, restitutionis spem accepit. Promittit rex Lotharius se Ecclesiæ adiumento fore, simulque inuestiendi priuilegium nupèr Henrico quinto ad-

emptum repetit, sed à diuo Bernardo confutatur.

Itaq; rex Lotharius circa annum Domini 1133. restituendi pontificis causa in Italiā contendit, Innocentium Romam perducit. Tum pontifex & rex per Ianiculum regionem transiberinā ingressi sunt. pontifice autè in Lateranū, et rege in Auentinum mōtem deductis à populo, quies parta est maxima ciuitati. Petrū antipapam in vrbe* quidem latentem, B. Petri Ecclesiam tenuisse aiunt.

Tanto itaq; beneficio deuinctus pōtifex, Lotharium imperij corona exornat, qui in Germaniam redire curauit cōtra Leuticos. Lotharius in Germaniam veniens, curiam in **Babenberg** celebrat, vt refert Otho Frisingen, ibiq; Fredericum & Cunradū duces Sueuiæ, interuentu B. Bernardi Claræuallensis, in gratiam recepit. Deindè in Poloniā diuertens, ducem cum multis muneribus obuium habuit in Saxonia, quem tamè non antè suo conspectui passus est præsentari, q̄ tributum xij. annorū, hoc est, quingentas libras de quoque anno persolueret, & quòd de Pomeranis ac Rhu-
gis hominum sibi faceret, subiectionēq; perpetuā sacramēto firmaret, quæ omnia dux perfecit. Regem quoque Daciæ in signum subiectionis, ad decorem imperialis reuerentiæ, imperator gladium sibi sub corona deferre fecit. Ab Hungaris, rege eorum terrore percusso, magnifica munera suscepit.

Innocentius intereà concilium Pisas conuocat, in quo priuatis Petri fautoribus episcopis qualdā constitutiones dedit. sed ilicò Romæ rursūm antipapa factiosus quibusdam & Rogerio adiuuante, caput extollere cœpit. ob hanc rem vocauit pontifex imperatorem, qui exercitum non vt prius paruū, sed copiosum, per vallem Tridentinā secundò in Italiā duxit, habēs secū (vt refert Otho) Cunradum Sueuiæ ducem. captisq; in arctis locis castellis, vsq; ad Padū progrediēs, Guardecastellum cepit, ibiq; Mediolanē & Cremonē, diuturnum inter se bellum habentes, obuios habuit: discussaq; eorum causa, Cremonē à principe hostes iudicantur, proscriptiq; discedunt, quos imperator insecutus, territoria eorum

Lotharius
coronatur.

Loth. fecit
da in Italiā
profectus.

eorum ac castella destruxit. Indè Papiã veniens, ciues illos pactione pecunię in gratiam suscepit. Bononię quoquẽ atque Aemilię, qui eum priore expeditione despexerant, supplices occurrunt. postea vsq; ad Taurinum progrediens, totam citeriorem Italiam in provinciam redegit. Indè Apœninũ transiens, Anconam, Spoletum, cum vrbibus alijs in deditionem accepit. Dehinc cõtra Rogerium aciem dirigens, Campaniam & Apuliam peragravit.

Porro Henricus Noricorum dux, regis gener, per Tusciam exercitũ ducẽs, summo pontifici vsq; ad imperatorem conductũ præbuit. Augustus verò tam fortia in Apulia atque Campania gessit, vt nullus ex Francorum regibus à Carolo Magno vsque ad id temporis, tanta ibi fecisse inueniatur. deniquẽ nõ solũ ciuitates, vt potè Capuam, Troiam, Salernum, Barletum, Barrã cepit, verũ etiã munitissima castra et arces inaccessibiles expugnauit. Henricus verò Bauarię dux Beneuentum capit, ac Papæ restituit.

Morante in Apulia imperatore, Rogerius quum auri atque argenti multo pondere attentatũ eum flectere nõ posset, exercitum longè copiosorem congregat, seque publico bello conflicturum denunciat. Imperator ergo vt erat strenuissimus, militem instaurat, aciem ordinat, eosque respectu genuinę fortitudinis ac innatę hostium ignauię, nulla inimicorum multitudine frangẽdos denunciat, præsertim cùm in extera remotaq; regione positi, ad patriam fugere nequeant, ac contra tyrannum non solũ regni, sed Ecclesię hostem & execratum iustè arma sumpserit, ad bellum confortat. Cumq; in occursum eis procederet, fractus animo Rogerius, fugit, & ad montana se contulit. imperator verò occurrente sibi summo pontifice, Barram vsque progreditur. itaq; à ciuibus cũ magno gaudio susceptus, castrum quoddam Rogerij, vbi præsidium habebat, expugnat. milites ibi reptos, & præcipuè Saracenos, patibulo suspendit.

Itaq; Augustus eiecto de Campania & Apulia Rogerio, dum cum in Cala-

bria & Sicilia persequi intentat, à suis qui iam longo tempore extra patriam morati erãt, reuocatus est. Rogerio itaque hoste iudicato, Rainaldo viro forti & nobili ducatus Apulię, relicta sibi parte militum, traditur, & sic victor princeps de reditu disposuit. Verũ refert Otho Frising. qui tum in humanis erat, quòd in dando ducatu inter imperatorem & Ro. pontificem, penè controuersia suborta fuisset, vtroque ducatum Apulię sui fore iuris affirmante, quæ lis consilio tandẽm hoc modo decisa dicitur, vt in dãdo duci vexillo vterque manum adhiberet.

Fugato itaque Rogerio, Iohannes Constantinop. imperator, qui Rogerio aduersabatur, legatos statim ad Lotharium mittit, de superato hoste congratulans. Inter legatos erat, qui ostendere conabatur Latinam ecclesiam errare, quòd addidissent S. Spiritum procedere à filio, contra sententiam Niceni concilij. Tum Petrus diaconus homo doctus, qui in corona aderat disputandi gratia: Si, inquit, Latini damnandi sunt quòd addiderunt spiritum sanctum à filio quoquẽ procedere, damnandi multò magis Græci videntur, qui id fieri à solo patre addiderunt. Delusus igitur homo audax tam acuto responso, substitit hac de re amplius disputare.

Petrus Leonis interim impœnitens moritur, & cadauer eius in latebris sepelitur, & vsque hodiẽ fouea illa ignoratur. Lotharius salutato põtifice abiit, & apud Tridentum in via morbo correptus, in ipsis montibus & in vilissima casa moritur, vt Italici scribunt, xij. anno regni sui, imperij autem vij.

ANNO Domini 1138. Lothario rebus humanis exempto, Cunradus su- præ memoratus dux Sueuię, apud Confluentiã in regem eligitur suffragijs legitimis, regnauitq; annis xv. In huius tamen electione Saxones & Hêricus dux Bauarię, cognominatus Superbus, nõ consenserũt, insignia etiã imperialia apud Henricum ducem remanserant. erat enim gener defuncti Lotharij, & vt aliqui scribunt, ad imperium anhelabat.

Attende de ducatu Apulia.

Attende de diaconone de sancto spiritu.

Cunradus 3^{us} Imp. 93.

Verùm rex Cunradus curiam apud **Wabenberg** indixit generalem, ad quam cum imperatrice vidua, adhærentes ei Saxones venerunt, & in gratiam ac pacem regis recepti sunt. Henricus Bauarus, qui Ratisponæ tandem regalia, scilicet crucem, lanceam & coronam coactus reddidit, regis gratiam non impetrauit.

Hoc in tempore Rogerius Siculus, rursus coactis vndique militib⁹, in Apuliam est reuersus, atque cum Rainaldo Apuliæ duce constituto congregitur, à quo superatus, iterum ex Apulia pellitur, sed post modicum Rainaldus moritur, vt refert Gotf. Viterbiens. Quod cum innotuisset Rogerio, iterum in Apuliam reuersus cum filio Guilielmo, prouinciam duce orbatam, absq; bello in suam ditionem recepit, & exterminatis inde nobilibus, Sicilia regem se nominauit. Princeps Capuæ Robertus & hi quos Rogerius expulerat, in Germaniam ad Cunradum imperatorem se conferentes, illum ad auxilium ferendum hortantur: sed negocijs arduis impeditus, transire non potuit.

At Innocentius Papa tumultuario collecto exercitu in Apuliam contra Rogerium profectus est, qui cum ad quendam locum venisset, ac duces exercitus minus cautos haberet, à Rogerio interceptus est cum his cardinalibus qui secum erant. hos autem omnes non multo post Rogerius vnà cū pontificeliberos fecit: quam ob rem quod voluit, facile impetrauit, etiam titulum regni, vt Gotf. Anto. & plures alij scribunt, & sic recognouit regnum ab Ecclesia, & ab eo tempore regnum Sicilia patrimonium S. Petri scriptum est, quod Cunradus & successores sui ratum habere noluerunt, secutaque inde multa sunt mala. Blondus verò et Platina scribunt, quod Rogerius tunc titulum regni non obtinuerit. vtcunque sit, ab eo tempore regem se scripsit, & Ecclesia meliorem suam conditionem fecit.

Rogerus iam Sicilia rex declaratus, vt refert Anton. post Gotf. Viterbiens, cum nullum præter Cunradum haberet obstaculum, Guelfonem Bauariæ ducem, Henrici Superbi fratrem, aliàs

iritatum contra Cunradum, pecunia concitauit, qui magnis hinc inde comparatis Siculorum exercitibus, rebellare Cunrado cœpit, motus etiam ex eo, quod sciebat fratrem Henricum regis gratiam perdidisse: sed & rex Hungariæ eundem Cunradum metuens, Guelfonem data pecunia ad rebellandum instigauit: nec desunt qui volunt, etiam Innocentium pontificem cum Rogerio sensisse, impediuisseq; Cunradum quod ad imperium non veniret.

Refert Hermānus hoc ideo factum, nè regnum Apuliæ & Sicilia recuperaret. Vtcunque sit, ex Italia stipendio auctus fuit Guelfo contra Cunradum, eumque impediuit, quod ad Italiam tunc venire non potuit, vt princeps Capuanus Robertus, cæteri que ex regno pulsi, venientes ad regem Cunradum, postularent. Placuit Henrico Superbo, vt negocium Cunrado fieret, Guelfonemque adiuuabat. ipse enim iam senectute confectus, bellare non poterat. contra hos Cunradus rex copias ducit, occurritque; Guelfoni prope cœnobium **Neresheim** vel vt alij volunt, prope castrum **Stochberg** in minori Rhetia: & commissa pugna, victoria regi cessit, multis ex parte Guelfonis profligatis ac fugatis. Ipse verò Guelfo cum paucis euasit.

Hunc conflictum aliqui scribunt vltimum habitum Guelfoni ignominiosum, neminem tamen fuisse occisum, plures autem captos. Altera vice, vt refert Gotf. Viterb. Henricus filius Cunradi, qui si vixisset, post eum fuerat regnaturus, eundem Guelfonem prope **Winsperg** & ante villam **Elmhofen** bello vicit. Nam rex Cunradus oppidum **Winsperg** obsedit, & in ditione accepit, ex gratiaque matronis concessit, vt quæcunque humeris portare possent, liceret efferri: quæ neglecta suppellectili, maritos suos quotquot potuerunt, videntibus cunctis & industriam mirantibus, exportauerunt. Et Fridericus frater regis contradicens: De viris, inquit, non est cogitatum. Cui rex: Non decet, inquit, verbum regium immutari. & mulieres laudauit. Hæc abbas Spanheimens.

Verum commisso bello, cum ex more in-

Rogerus
Apuliam
recepit.

Sicilia vnde
regni titulum
habeat.

Guelfo
uarus à
Cunrado vicitur

Winsperg

re inter præliandum qui Guelfoni ad-
 herebant, clamarent, *Hie Guelfi*, vicif-
 sim verò regales, *Hie Gibelini* / qa Hen-
 ricus in villa eius nominis ablaetatus
 fuit, significare volentes, quòd potentia
 laetis pugnaret. Italici, Longobardi &
 Siculi cum Guelfone pugnant, inter-
 rogant quid esset dictum, *Hie Gibelini*:
 quibus declaratum fuit, vt ait Herman-
 nus, quòd Papales eo die significati fue-
 rint per Guelfonem propugnatoré, &
 imperiales per Gibelinos. vndè ab illo
 euentu, ait, vsq; in præsens Papæ adhæ-
 rentes in Italia, significantur per Guel-
 phum: & qui imperio adhærét, per Gi-
 belinos. Et licèt alij de his factionibus
 alitèr scribant, tamè historia hæc rebus
 satis consonat, ex quo videtur non er-
 rasse Anton. qui scripsit multos existi-
 mare, ab isto Guelphone Guelphos ap-
 pellatos esse, quòd satis facit pro Her-
 manno, qui scribit Innocentium vnà
 cum Rogerio fuisse contra Cunradū.
 Idem abbas Spañ.

Cúradus rex postea Herbipolim ve-
 nit, ibi iudicio quorundam principum
 dux Henricus proscribitur, & ducati-
 bus suis in palatio Goslarenfi priuatur,
 ducatum autem Saxonie Alberto mar-
 chioni consobrino eius ducis, Noricū
 verò post in Bauariam veniēs, Leopoldo
 filio Leopoldi marchionis Orienta-
 lis, fratri suo ex parte matris, tradidit.
 Henricus ergò dux Saxoniam ingressus,
 cum casum & miserias suas amicis pro-
 poneret, adiutorio eorundem & suo-
 rum, qui de Bauaria & Sueuia sub spe-
 cie peregrinationis terram intrauerāt,
 eundem Albertum ita humiliavit, vt
 ad regem auxiliij gratia recurreret. Præ-
 terea Luitpoldus marchio omnibus pe-
 nè baronibus ad ducatum Bauarię per-
 tinentibus, amore ac terrore ad se con-
 fluentibus, primò Ratisponam ditioni
 suæ subdidit. non multò post Henricus
 morbo corrept⁹ moritur: quo mortuo,
 Saxones amore filij sui Henrici se regi
 opponunt. idem facit Guelfo, inter quē
 & marchioem variæ cedes factæ fuere.
 Et scribunt aliqui post priuationē Hen-
 ricī Guelfonem adiutorio Rogerij cum
 Cunrado belligerasse, & nō antè. quē-
 admodum verò ducatus Bauarię rediē-

rit ad duces Bauarię, dicitur sub Fri-
 derico primo.

Redeo ad terræ sanctę monumenta.
 Mortuo Balduino rege tertio Hieroso-
 lymorum, successit in regno Fulco ge-
 ner ei⁹ Andegauen & Turonen comes,
 anno Domini 1130.

Per idem tempus Iocelinus Edesse-
 nus comes senior ægrotus, audiuit ma-
 gnā multitudinē Turcarū eius ca-
 strum obsedisse. ideò mandauit filio, vt
 cum copijs hosti occurreret, ille autem
 timidus recusauit, asserēs periculosum
 cum tam paucis tantæ multitudini oc-
 currere. Quare pater iratus, lecticam
 sibi parari iussit, cui impositus, cum
 copijs suis ad soluendam obsidionem
 hosti occurrit; cuius aduentu cognito,
 Turcæ eius animositatem reformidan-
 tes, obsidione soluta, ad propria remeā-
 runt. Comes eodem loco lecticam qua
 portabatur, ad terram deponi iussit, &
 erectis in cælum oculis, cum gemitu &
 suspirio gratias egit, quòd in nouissimis
 suis eum Dominus tanta gratia visitā-
 set, ac hostem auertisset. & his dictis,
 spiritum exhalauit, relicto filio Ioceli-
 no, à paterna gloria plurimūm dege-
 nere.

ANNO regni sui primo Fulco quar-
 tus Hierosolymorum rex Antiochiam
 adiit, sed principissa nequam mulier ad
 dominium ciuitatis adspirans, regi se
 opposuit, adeò vt & comitem Tripoli-
 tanum blanditijs & muneribus corru-
 ptum, in hoc facto æmulum suscita-
 ret, ita vt bello sibi inuicem occurren-
 tes, magnum indè regno Christi dissi-
 dium ortum fuerit. sed rex bello fa-
 ctus superior, comitem fugauit, & per
 DEI gratiam interponentibus se pa-
 cis amatoribus, reconciliati sunt.

Rex verò in Antiochia aliquandū
 moratus, collocatis illorum in pace
 negocijs, curam ciuitatis & principa-
 tūs nobili viro Rainaldo Masser com-
 misit, indeq; in regnum suum reuersus,
 bella in hostes Christi fortiter gessit.
 Verūm nō multò post de perfide infini-
 ta multitudo Turcarū duxit in Antio-
 chenos. rex verò assumpta regni mili-
 tia, properat eis in auxiliū: & cum esset

Fulco 4. Hie
 rosoly. rex.

in itinere, comperit Sagninum Turcarum potentissimum cum multitudine graui comitem Tripolitanum obsedis- se. ideò illuc dirigit acies, cuius aduentu audito, Sagninus obsidione soluta ad propria remeauit.

Fulconis
succellus.

Rex autem Fulco hostibus obuiam processit, à quibus nõ longè positis castris, aliquandiu mansit quietus. Sed vidēs quòd hostis nil moliretur, quin potiùs maiora expectaret subsidia, repente super eum irruit, & stragem immensam fecit, adeò vt pauci euaderent. Ad- epta tam insigni victoria rex abire stauit, sed ante eius recessum nobiles & primates Antiocheni principatùs, de consensu ipsius regis Raimundù Guilielmi Pictauien filium, missis solenni- bus nuncijs ad se vocauerunt, vt illi Boë- mundi iunioris filiam matrimonio copularent. quod & factum est. fuit autem hic Raimudus nobilitate insignis, corpore compositus, verbo affabilis, vsu & rei militaris experientia omnibus qui eum præcesserunt, præponendus. erat tamè animo præceps, in ira modi nesci, rationis expers, parumq; felix.

Reuerso autè rege ab Antiochenis, variæ coniurationes & graues contra eum in regno exortæ sunt, principalitèr ab Hugone comite in Ioppe, q propter contumaciam à rege damnatus, ad hostes fidei Ascalonem se contulit. rex autem Ioppen obsedit, sed ciues attendentes quòd illorum dominus patrocini- um hostium crucis quæsièrat, ad regem se contulerunt. Intereà tamen rex Damascenorum Paneatas urbem expugnauit, vniuersis ciuibus atque stipendiatis captis.

Eo etiàm tempore comes Tripolita- nus Damascenis terram suam hostilitèr ingressis, virilitèr occurrit, sed peccatis nostris exigentibus, agminibus suis dis- solutis, in fugam versus occiditur, pro- dentibus eum Surianis, qui in môte Li- bano habitabant.

Ioh. Græcus
Imp. Antio-
chenos in-
uadit.

Intereà Iohannes Constantinop. im- perator iratus, quòd absq; eius consci- entia Antiocheni principes filiam Rai- mudo nuptui dare præsumperat, con- gregatis equitù atq; peditum copijs, in Syriam descendit, veniensq; in Ciliciã,

penè cunctas ciuitates eiusdem prouin- ciæ, eiectis indè principibus fidelibus, occupauit. indè Antiochiam veniens, eam obsidione vallauit.

Dum hæc circa Antiochiam gerun- tur, Sagninus Turca comitatum Tri- politanum ingressus, omnia igne & fer- ro vastat, cui cum occurreret rex Hierosolymorum, grandis pugna est facta, & nostri vincuntur. Rex autem vix cù paucis in quodam vicino oppido se defendit. nam eo prælio penè omnes pede- stres copiæ perièrant. Captus est ipse princeps Tripolitanus. Sagninus autem statim castrum in quo rex erat, obsedit. sed audiens quòd princeps Antioche- nus & comes Edeffenus in subsidiù do- mini regis properabāt, missis de pace ad regem nuncijs, pollicēs vniuersos quos ceperat restitutum, & tam regi quàm suis liberum exitum daturum, dummo- dò id oppidum ei resignaret, rex nesciēs tam propè fore subsidiù, conditionem suscepit. omnibus itaq; liberatis, abiit. sed cum esset in loco qui Archis dicitur, de principum aduentu primùm cognouit, mutare tamen nihil potuit.

Inter hæc imperator Constantinop. suis frequentibus aggressionibus An- tiochiam vexabat, ciues verò versa vice assiduis eruptionibus imperatoris exer- citum pro viribus conterebant. Tan- dem sub certis pactiõibus pacifican- tur, ita quòd princeps debitam fidelita- tem imperatori præstaret, & imperato- ri introitum vrbs non negaret, ei pro- prietatem illius recognosceret: impe- rator verò in recompensationem exhibi- tæ fidelitatis, principi urbem Antio- chenam concedat, Alopecam, Cæsa- ream Cappadociæ, Emisam vrbes resti- tuat. pace ita facta, imperator abiit in Ciliciam, & ibi hyemauit.

Dum hæc Antiochiæ gerunt, Theo- doricus Flandren comites regis gener, cum honesto comitatu Hierosolymam applicuit, cuius aduentu lætus popu- lus Christianus, quoddam præsidium quod trans Iordanem situm erat, ob- sessum expugnauit. Sagninus verò suc- cessibus prosperis elatus, regnum Da- mascenorum occupare cõstituit. quod intelligens Ainarus regis Damascenorum

Sagnini
Turca
Goria.

En
G

Theodor-
cus Fland-
comet.

norum socer, inita cum domino rege societate, ipsum in subsidium vocauit: qua re cognita, Sagninus in propria reuertitur. rex autē cum exercitu Damascenorum, sicut pactum erat, ciuitatem *Pancatem obsedit, obsessamque ad deditionem compulit.

Deindē Iohannes Constantinopolitanus rursus potiundę Antiochię cupiditate ductus, denuo coactis copijs ingētib; in Syriam descendit: veniensq; Antiochiā, à Latinis habitatoribus minime est admittus: qui ex hoc magnam indignationē accipiens, in Cilicia hyemando reuocauit exercitum, sperans hyeme transcurfa etiā inuitis ciuib; circa Antiochiam aliquid obtinere, seque de illis vindicare constituit. Cū autem ad initium veris venandi causa egrederetur, in aprum sagittam mittēs, seipsum ea manu qua arcum tenebat, grauitēr sagitta vulnerauit. erat enim sagitta illa venenata. mox itaq; ex tam leui causa mortis responso accepto, redijt ad castra. inualuit tum veneni vis adeo, vt medici spem curę nullam fore dicerent: sed si vitam seruare cuperet, manum trūcāret. hoc vir magnanimus audiens, constantēr spreuit, indignum asserens, vt vna manu tantum & tam nobile regeretur imperium. Videns ergo mortis sibi imminere discrimē, Emanuelē minorem ex filijs declarauit imperij hāredem. itā vita functus, imperiū filio reliquit gubernandum.

Ea tempestate accidit res toti Christianitati valdē damnosa. nam cū Dominus rex Hierosolymitanus Fulco apud Acam moram traheret, ac extra vrbem causa solatij perrexisset, casu lepisculus à canibus excitatus fugit: sequuntur fugientem vniuersi. rex autem equo inconsultē festinās corruit, itā vt equus sella caput regis conquassaret, quod cerebrum tam per nares quā per aures exiret. Igitur cum gemitu vniuersorum ad ciuitatem relatus, triduo sinē sensu adhuc palpitans vitam protraxit, quarta die spiritum exhalauit, anno Domini 1142. Reliquit autem duos filios, Balduinum primogenitum annorum circitēr xij. & Almaricum annorum septem.

In hac generatione circa annum Domini 1120. ordo Præmonstratenſis originē habuit, cuius loci & ordinis fundator

Præmonstratenſis ordo.

*Nortbertus extitit. Refert Vincen. qd hic fuit Lotharingus genere, diuitijs atque facundia clarus, qui diuino amore succēsus, postposita seculi pompa, presbyter est ordinatus, verbo prædicationis institit, nudus nudū sequitur Christum, quorundā etiā religiosorū moribus exploratis, vitam inaudita austeritatis assumpsit, per aliquod tēpus nudis incessit pedibus, etiā brumali rigore. non destitit verbum Dei spargere, & animas Christo lucrifacere. Denique Gelasius papa cū in Gallias venisset, adhūc vir Dei *Norbertus nudis incedens pedibus accessit, animiq; sui propositum pandens, licentiam seminandi verbum Dei accepit. tandē à papa Callisto commendatus est Bartholomæo Laudensi episcopo: quo protectore, in loco Præmonstrati diuinitus inspiratus resedit, ibiq; solitariam & religiosam vitam agere cœpit, multosq; fratres colligens, regulam S. Augustini suscepit. Ordo Templariorum & ordo S. Iohannis in hac generatione confirmātur, de quibus suprā generatione 37. est dictum.

ANNO Domini 1120. in Saxonia duæ muntiones fuere nō longē ab inuicē, vbi media nocte videbatur vigilibus vir ab vna progredi ad alteram in modum faculæ ardentis. hæc visio non semel, sed pluriēs visa est.

ANNO Domini 1123. in pago Vormatiēſi videbatur per aliquot noctes armata multitudo equitū euntium & redeuntium, & quasi ad placiti colloquia nunc hīc, nūc illīc turmas facere: circa nonā verō horam cuidam monti, à quo & exisse videbātur, se reddere. Tandē quidam regionis illius huic prodigioso concioni, ligno crucis se muniens, appropinquauit, & mox quendam ex illis per nomen omnipotentis adiurat, manifestare causam populi qui sic appareret. Cui ille: Nō sumus, inqt, vt putatis, phantasmata, nec militum vt videmur turbæ, sed animæ militum non longē antehac interfectorum. arma verō, habitus & equi, quia nobis prius fuerunt instru-

Mira phantasmata apud Vormatiā.

instrumenta peccandi, nunc nobis sunt materia tormenti, & totum ignitum est quod in nobis cernitis, quanuis id corporalibus oculis comprehendere non possitis. In huiusmodi comitatu etiã Emicho comes de *Eyningen*, ante paucos annos occisus, apparuit, & ab hac pœna orationibus & elemosynis fertur se redimi posse docuisse. De his nocturnis exercitiis scribit & Guil. Parisiẽ in tract. de dæmonibus.

ANNO salutis nostræ 1124. puero cuidam in pago *Zulliseld* nato crus dextrum liuore tumefactum, tandẽ crepuit, & pro sanie grana non pauca tritici, filiginis, farris, hordei ac auenæ euidenter effudit.

ANNO Domini 1120. venisse dicitur Iohannes patriarcha Indorum, narrans Callisto papæ & cardinalibus prælatisque alijs in confistorio publico, qualiter S. Thomas apostolus omni anno communicet populũ manu sua, dignis eucharistiæ sacramentum porrigens, quam & retrahat ab indignis.

ANNO Domini 1139. Iohannes de Temporibus moritur in Gallia, cum vixisset trecentos sexaginta vnum annos. fuerat enim armiger Caroli Magni.

In hac generatione Cunradus rex concessit Genueñ priuilegium signandi pecuniam argenteam & auream cum ipsius nota, quod & nunc vsque apud eos in fidem promissorum seruatum est.

Cunradus rex Norinbergam urbem instaurasse inuenitur, in qua & insigne monasterium ordinis diui Benedicti ad S. Aegidium nuncupatum, in celebriori vrbis loco fundauit. ab hoc Cunrado Norinberga incrementum plurimum suscepisse legitur.

ANNO Domini 1126. quarta feria hebdomadæ pentecostes, pruinę frigus plagam magnam tam nouellis vbiq̃ frugibus, quàm vineis abundantissimam iam fetuum suorum spem turgendo promittentibus intulit, nec multo post, id est, 16. Kalẽ. Iulij, frigora secuta est tempestas immensa, quæ diluuium minari videretur, crudeliter aliqua deuastans. Item quædam ex locis palustribus, yltra solitum erumpentia,

segetes contiguas & maximè triticeas vredine deprauarunt, apiumque foetus ex toto penè periẽre.

Sæpẽ fecimus hactenũ ducum de Zæringen mentionem, cum pluribus locis, tum in Henrico 4. quare quæ in veterum monumentis de illis obseruauimus, annotabo. atqui varia tradũtur omnia. Inuenio chronicam Teutonicam quæ refert, quod anno salutis nostræ 223. dux Bertoldus de Zæringen, fuerit dux Suevię, Brisgaudiæ & Vchtlandiæ. Et quod idem fuerit conditor vrbium Bernæ & Friburgi in minori Burgundia Lausaneñ diocesis, & quod vnicum filium disciplinæ militaris gratia commiserit duci Burgundiæ, à quo cõtumeliosè tractatus sit. qua de re Bertoldus dux, reuocato filio, duci Burgundiæ mouerit bellum, in quo à Friburgeñ, Bernensibus & nonnullis alijs suis fuerit desertus, & à Burgundionibus maxima damna passus. Vndẽ vt duci Burgundiæ resistere & vicissitudinẽ reddere posset, ferunt eum extruxisse præclaram istam arcem, quę adhuc cernitur in oppido Brisach. Indẽ Burgundiam longo tempore affixit, in quorũ memoriã hi versus turri sunt insculpti: *Hanc dux Bertoldus portam struxisse notatur,*

Ex qua fraude sua Burgũdia depopulatur. Quod dux Bertoldus arcem in Brisacho construxerit, & Burgundiam indẽ vastauerit, nõ est mirum: sed quod aliqui duces de Burgundia aut Zæringen anno Domini 223. fuerint, non benè quadrat, cum Burgundiones per hæc tempora nondũ quicquam in Gallia occupauerint. Nam vt veræ docent historiæ, longè post sub Valentiniano primũ permissi sunt Gallias inhabitare, sed necdũ sub ducibus, sed sub regibus militauẽre. Vndẽ existimo vitio scriptorum historiam fuisse corruptam. Nec redolet quod à quibusdam scribitur, nobilem virum Bertoldum de Zæringen, à Friderico primo ducem factum esse. Ferunt hi quodam tempore Fridericum imperatorem de conuentu principum Moguntiaë congregatorum, ex indignatione clam abijisse Sueuiam versũs, vix tribus comita-

De B. Thoma Indorũ patrono.

Ioh. Temporeus.

Norinberga.

Duces de Zæringen

Brisachum

tum nobilibus, venisseq; eum noctu ad villam Bertoldi de Zaringe: & cum eo in loco hospes publicus non esset, receptus asseritur ab eodem Bertoldo, cum quo splendidè supra omem spem victitans Imperator, vt gratias illi pro sua vrbantate dignas ageret, eum in ducem et principem sublimare curauit.

Hoc quàm veru sit, ex eo intelligi potest, quod ante Fridericum primum duces de Zaringen inueniuntur fuisse, putà sub Henrico quarto. Sed & Frideric^o primus ab Ertolpho duce de Zaringen extorssisse legitur regnù Burgudiæ cum archisolio Arelateñ, quod duces de Zaringen ab imperio, licet sine fructu, recognouerunt atque tenuerut, pro quo eidem duci imperator dedit inuestiturã regaliũ ecclesiarum, Lausanę scilicet, Gebenneñ, & Seduneñ. Patet igitur, pmissa esse conficta. Quarè cum hi duces multum potentes fuerint, vt qui multas ciuitates & castra ædificauerut, monasteria plurima fundauerut, (Ruthardus enim dux de Zeringe & Lantgrau^o Alsatia, cuius vxor Iemenfrid, & eorum filius fundauerunt monasteria Gengenbach & Suartzaschach) alij ita scribunt, quod anno domini M. LVI. Bertoldus filius *Betzelini comitis, ducatum Carinthie vulgò *Zeringen, ab imperatore obtinuit. *Bezelin^o iste & Gebiso frater eius, fundauerunt monasterium monialiu in Sultzberg, vbi & sepulti sunt. Betzelinus iste decessit sine hærede: sed Gebiso frater suus reliquit filium nomine Bertoldu, qui successit in ducatu. ille cum Gebhardo fratre episcopo Costantiensi fundauit monasterium sancti Petri Costantie, quod & hodiè dicitur monasterium S. Petri. ibi est sepultus. Fuit & Bertoldus dux de Zaringen, cui circa annu MCLXXVIII. Rudolph^o Sueuie dux, comes Rhinfeld, imperator electus cõtra Henricum quartum, Sueuie ducatum dedit. hunc cum teneret, cæso Rudolpho, Fridericus de Staufa ambicens, ab Henrico quarto accepit.

Anno Domini millesimo centesimo duodecimo Bertoldus dux de Zaringen Sueuus, condere cõpuit ciuitatem Friburgensem in *Brisgaudia ex villa. Hic Bertoldus postea anno trigesimo

prope oppidũ **Molsheim** occisus legitur, & ad sanctum Petrum sepelitur.

Hic Bertoldus decessit sine liberis, cui in ducatu Zaringen successit frater Cunradus, qui vxorem duxit Clementiam de nobili prosapia ducũ Francorũ. Hic Cunradus obiit anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, & ad sanctum Petrum sepultus est cum duobus fratribus Bertoldo & Rudolpho. Reliquit autem plures filios, Cũradum, Bertoldum, Rudolphum, Albertum & Hugonem. Cunradus puer moritur, & ad sanctum Petrum sepelitur, Rudolphus episcopus *Lausanæ obiit anno 1190. & ad S. Petrum sepelitur. Albertus factus est dominus in Drachensfels in **Wasgau**, Hugo habuit dominiũ in Brisgaudia, & obiierunt sine liberis, Bertoldus in bonis paternis successit oĩbus.

Hoc etiã in tempore fuit Ertolph^o dux, quem supra memorauimus. Bertoldus iste anno 1178. Friburgũ in minori Burgundia cõdidit, vulgò **Bichtland**, & fertur regio idẽ minor Burgundia dicta, quod Treuiri cõtra Romanos, vt essent in præsidio, miserunt quodam tempore maximã nobilitatem, qui per burgos habitantes, Burgundi vocati sunt. Fertur enim quod in eadem regione 36. generationes Comitũ & Baronũ habitauerint. Bertoldus iste morit^o anno 1185. & ad S. Petrum sepelitur. Reliquit filium paternum nomen referentem. Hic ex vxore filia comitis de **Riburg** duos procreauit filios, & quia onerosus videbatur nobilitati, p̄potẽs enim erat, & princeps nobilis, libertatis (vt aliqui coniectant) conseruãde causa veneno extincti sunt duo ducis filij. nam paulò antè, anno scilicet Domini millesimo centesimo nonagesimo, idem dux ædificauit Bernam, vt ipsi æstimabant, odio & æmulatione: & vocata est Berna ab euẽtu, q̄ in nemore vbi nunc oppidum est situm, vrsus captus fuit.

Filij hoc modo tanquã heredibus è medio sublatis, dux ipse Bertoldus vehementer indoluit, exasperatusq; dixisse fertur: Ecce progenie extinxerut meam veneno: & ego eos hac ciuitate inficiam vsque ad exterminium. Itã & effectus inde secutus. Videmus enim quod

S ferẽ

Ertolph^o de Zaringen.

*Kerthen

Burgum
Brisgouia
Brisgouia

ferè omnis nobilitas eius regionis est eliminata. dedit enim idem dux Bernam cū pagis suis & cum minori Burgūdia, imperio. Sup quo Fridericus secūdus multa Bernensibus dedit priuilegia, pollicitus quòd ab Imperio nec per se, nec p suos successores alienari valerent vllò vnquam tempore. Idem imperator dedit eis quoquè primum aduocatum. Obijt hic Bertoldus anno MCCXVIII. sinè prole. De hoc sunt versus:

*Dum bis sexcētis tēr senus iungitur annus,
In Friburg moritur Bertoldus dux Alemanus.*

Comites de
Fursiēberg.

Hic est ille Bertoldus, de quo superscriptio c. Venerabilem. de Ele. Bertoldus dux iste sororem habuit Agnetem, quā duxit Egon de Fursiēberg. generauit ex ea filium, referentem nomen paternum. Egon iste secūdus duxit Adelheidam filiam Comitis de Nyssen, & procreauit ex ea Cunradum. Egon prædictus sepultus est in Zenebach. Cūradus duxit vxorem Sophiam de Zollern. Cunradus iste ædificasse fertur castrū Friburgi in monte anno 1270. hunc Cūradum obsedit in Friburgo Rudolph⁹ dux Austriæ anno 1279. Cunradus in Friburgo sepelitur. Egon filius Cunradi duxit Catharinam de Liechtenberg. sepultus est Friburgi ad S. Claram. reliquit autem filium Cūradum secundum, qui primò duxit filiam ducis Lotharingiæ, postea duxit Annā de Signau baronissam, ex qua suscepit filios Fridericū & Egonem tertium. Fridericus duxit Annā comitissam de Suseuberg. deindè illa mortua, duxit Montisagam de Montfay. Sepelitur in Friburg ad beatam Virginem, ex Anna genuit Claram vxorem Gotsfredi de Zusingen. Egon frater Friderici duxit vxorem Verenam de Welschen Neweburg. Iste Egon grauissimas lites habuit cum Friburgensibus. Concordia intercessit, & Friburgenses emerūt libertatem à comite pro summa viginti millium marcarum argenti, & computauerunt sibi dominium in Wadwiler, vbi postea sepelitur. hic Egon habuit filium Iohannem, qui duxit filiam Comitis de sancto Georgio in Burgundia. moritur sinè sobole, & in Welschen Neweburg sepelitur. Anna relicta Egonis tertij, duxit mari-

tum secundū Hermannū ducē de Tege.

GENERATIO XXXIX.

ANNO Domini 1140. anno Innocētij Pontificis secūdi decimo, Cunradi tertij secundo, generatio xxxix. cepit. Quo anno Edessa Mesopotamiæ ciuitas, ab Hebræis Arach dicta, ab Alaph Turcarum principe capitur: vbi occisis omnibus fidem CHRISTI negare recusantibus, etiā in dedec⁹ Christiani nominis, nobiles matronas sup altare S. Iohannis Baptistæ, quod sciebat à nostris veneratum, stuprari fecit. Ea autem vrbs Rages medorum fuit dicta, ad quam Tobias pro accommodata Gabelope cunia filium suum misit: & quam postea Thadæus apostolus ad Christi fidem conuertit, quæque B. Thomæ ossibus exornata sacris refertur, quam etiā Abagarus rex obtinuit, qui datis ad IESVM literis, scripta manu Dei responsa accipere meruit. & quæ iam diū Christianis paruerat.

His temporibus Romani quosdam senatores creauere, qui Rempublicam Romanam ditionemque ad se pertinentem gubernarent. Causam scribit Otho Frisingensis: nam cum Innocentius auxilio eorum ad deditionem Tiburtionis coëgisset, volebant illos, vt muris ruptis prouincia excederent, compelli. Quod cum recusaret facere, in Capitolio conuenientes, antiquam vrbs dignitatem renouare parabant. hoc pontifex precibus ac minis soluere conatus, non potuit.

ANNO Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo, defuncto Fulcone rege Ierusalem, successit ei Balduinus filius in regno, quintus Hierosolymorum rex, regnauitque annis 24. fuit autem adolescens optimus, corpore procerus, affabilis & misericors, ac Deum timens, mediocriterque doctus.

Eodem tempore Innocentius Papa, nè Christiani terram sanctam omnino amitteret, S. Bernardū abbatē Clareualis p reformada pace inter sedē apostolicā & Cunradū regem, in Alemaniam misisse fertur, et recōciliatio Spire facta, in Franckfurt sigillis principū roborata est. alij aliter, sed in hoc tñ cōcordat, quòd Bernardus Spirā venerit, vbi tum erat

Hermannus dux de Tege.

Edessa

Tobias

Balduinus Hierosolymorum rex.

Bernardus apud Conradum Spire erat

erat tantus populi concursus ad eum venerandum, vt Imperator, nè populus eum conculcasset, manibus suis illum exportare sit dignatus. extant circuli in pavimento ecclesiæ maioris tres, vbi prostratus in terram vir Dei, tunc fertur saluasse virginem Mariam. Ad quem virgo Maria: Salue, inquit, Bernarde. Tunc rex Conradus à S. Bernardo apud Fran-

cofurt cum multis principibus crucem assumpsit, ac se ad terram sanctam accinxit.

Interea pontifex Innocentius, habito apud Lateranum concilio, multa instituit, moriturque anno salutis nostræ 1144. in cuius locum Cælestinus 2. Guido antè vocatus, S. Marci presbyter cardinalis, assumitur, natione Tusculus. sedit tantum 5. menses.

Cælestinus 2. papa.

Sub Innocentio condemnatur Petrus Abelardus, vt refert in speculo Vincentius, de quo ad Innocentium S. Bernardus: Habemus, inquit, in Francia nouum de veteri magistrum theologum, qui ab ineunte ætate in dialectica lusit, & nunc in scripturis sacris insanit, deinde capitula erroris explicat, huius Petri aliquando discipulus fuit Gansfredus Antisiodorensis, qui ait, Ego aliquando mihi magistrum recorder fui. & post pauca: Hic siquidem precium redemptionis euacuans, nil aliud nobis in sacrificio passionis dominice commendabat, nisi virtutis eius exemplum, & amoris eius incentiuum. & subiugit: Tria namque specialia Christus nobis in sua passione exhibuit, exemplum virtutis, incentiuum amoris, & redemptionis sacramentum, tertium euacuante hæretico, cetera nihil prodesse poterunt.

Cælestino defuncto, Lucius 2. Bononiensem cancellarius inijt pontificatum, Gerardus dictus, ac infra annum moritur. Hic grauitè à ciuibus Ro. persecutione passus, humiles ad Conradum regem misit literas, suam ac totius Italiæ oppressionem continentes, ipsumque ad patrocinium Ro. ecclesiæ inuitauit. sed alijs occupatus, venire non potuit. populus itaque Ro. senatoribus quos antè instituerat, adiecit patricium Iordanem Petri Leonis filium, pontificem adit, & omnia regalia eius tam in vrbe quam extra urbem, ad ius sui patricij reposcit: eum more antiquorum sacerdotum, primitijs, oblationibus &

Lucius 2. papa.

decimis sustentari debere dicit.

At cum Lucius contra Ro. populum senatum remouere disposuisset, ingenti militia curiam, vnde senatores expelleret, seu Capitolium inuasit. Tunc populus ad arma concurrès, Papam cum suis expulit: vbi papa (vt fertur) lapidibus attritus, postmodum officium pastorale exercere non potuit, & breui moritur, videlicet mese xj. die 4. & in basilica Lateranensi sepelitur. Nihil autem pretermittentibus, quod ad expeditionem proretinenda terra sancta pertineret. Nam mirum in modum amore retinendæ Hierusalém excitabatur, quod tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbyter cardinalis, pontifex creatus fuerat, quam quidem basilicam totam ferme restituit.

Eugenius 3. Pisanus, monachus Clareuallensis, abbas monasterij S. Anastasij in vrbe, Lucio successit, anno domini 1145. sedit annos 7. menses 4. Siquidem cum non satis inter cardinales constaret, quæ potissimum de numero suo deligerent, diuino nutu perciti, virum hunc sanctissimum Eugeniū deligunt, qui vbi Romanos instare nimis etiam cognouit, quod sui confirmaretur senatores, ad Faruensem monasterium se contulit: ibique vocatis cardinalibus, munus consecrationis accepit. Deinde Viterbium perrexit.

Eugenius 3. papa.

At Romani cum patricio suo Iordane Præfecturæ dignitatem abolentes, omnes principes & nobiles ex ciuibus ad subiectionem patricij compellunt, & cardinalium, clericorum & quorundam illustrium laicorum subruentes domos, prædam immensam diripiunt, Ecclesiam B. Petri in castelle sacrilegè & prophanissimè non metuunt, peregrinos causa orationis aduenientes, ad oblationem questus gratia plagis & verberibus afficiunt, ac quosdam ex ipsis offerre nolentes, in templi porticu occiderunt. Quos venerabilis pontifex cum Iordane & fautoribus excommunicauit, adiunctis Tiburtinis Romanorum antiquis hostibus, militia coercuit, tandemque petere pacem coegit: quam pacem eo tenore dedit, vt principatus dignitatem abolerent, & præfectum in pristinam dignitatem reciperent, senatores verò ex eius authoritate retinerent: sicque in urbem

* minis

rediés, natiuitatem Domini celebrauit.

Eugenij fu-
ga.

Verùm postea cùm rescisset dolos in vrbe machinari, fugã inijt, nauibus Tiberi delatus, infidias veritus: quem Romani haud secus, quàm gelasium olim, armis telisq; iniectis persecuti sunt. Appulsus autem Pisas, in Franciã indè migrauit. Hæc Otho Frisingensis.

Erat tum in Gallia Bernardus Claræuallensis abbas, à quo Eugenius supueniens didicit, pessimo loco rem Christianam in Asia esse: quare ambo Ludouicum regem Francorum orant, vt cruce signatus expeditionem pararet.

Cunradus quoquè Romanorũ rex cruce iam signatus, paratis ad iter necessarijs, anno Domini MCXLVI. mense Maio exiuit, transcursis Bauaria, Austria & Hungarorum finibus, & emensa vtrãque Pannonia, thraciam attigit, ad vrbe[m]que demùm Constantinopolim peruenit, qui ab Emanuele imperatore Græcorũ magnificè susceptus, data exercitui aliquali quiete, tránsito Hellespõto, cum suis legionibus in Syriam venit, ducens in suo comitatu loricatorum septuaginta millia absq; peditibus.

Cunradus
3. in Syriam
proficiscit.

Applicuit igitur rex Lycaoniã, cuius metropolis est Iconium. Tradiderat autem Emanuel imperator Constantinopolitanus Romanorum regi viã duces: qui innata vsi malitia, siue de mandato domini sui, siue infidelium corrupti pecunia, studiosè cœperunt per deuia Alemanorum trahere legiões. Cũq; deduxissent exercitum, præ lassitudine nostris dormientibus, nocte clam relictis castris diffugerunt, populo sine duce relicto: luce facta, non sunt inuenti: quo comperto, Imperator congregatis principibus cõsulebat, quid facto opus esset, alijs redeundum, alijs procedendum consulentibus. Dumque sic locorum ignari, & pro alimètorum defectu solliciti fluctuarent, nunciatur, in vicino aduentare infidelium acies. Erat em̃ in solitudine sterili constitutus exercitus, sicut studiosè à prædictis seductoribus fuerat introductus. dicebaturq; publicè, nec à vero aberat multum, quod consciètia Imperatoris Græcorum, inuidentis Latinis, fuerint hæc molimina constructa.

Sic igitur dum fame, labore, & locorum ignorantia laboraret exercitus fidelium, subitò Turcarum acies Imperatoris Cunradi castra irruunt. Nostri autem quanuis in principio stupefacti trepidassent, attamen utcũquè recollectis animis, prout locus permittebat & tempus, virilitèr resistebant, postremum fame attriti, iam deficere incipiebant. Sic ergo in gyrum ab infidelibus fidelium vallatus exercitus, telorum et sagittarũ immissionibus anxie nimis & vsque ad mortem premebatur, nec dabatur referendi & cum hostibus conflictandi copia: quotiès enim in hostes fidelium acies impetum facere nitentur, illi dissolutis agminibus nostrorum eludentes conatus, ad diuersa ferebantur: iterum nostris in castra se recipientibus, illi agmina sua reuocantes, nostrorum cingebat exercitũ, & instantes acrius quasi obsessis, requiem negabant. factũ est ergo occulto Dei iudicio, quod omnis illa principũ virtus, quæ armis, viribus & numero videbatur incomparabilis, subitò cõtrita corrueret, ita vt vix illius vestigia gloriæ superessent. Sed de 70. millibus equitum, & de tanta pedestrium manu vix decima pars euaserat, alijs aut occisis, aut captis. euasit autè imperator cum paucis principibus, qui licet cum difficultate in partes Nicee venerit, hostes tamè victoria potiti, onusti spolijs, locupletes armis. & equis ditati sunt, regis Francorum aduentum, què ad eadẽ propè partes aduenisse rumor deferebat, auide expectates. huic tñ tanto negotio Sultanus Iconij nõ interfuit, sed quidã primicerius militiæ suæ. Traditũ est, Emanuelis dolo gypsum farinæ admixtum, vndè panis quo vesceretur Germanicus exercitus, confectus est. Acta sunt hæc anno salutis nostræ 1147. mense Nouemb. Hi autem filij Belial, qui duces dati à Græculo fuerat, vt peccatis peccata cumularent, ad regis Francorum properant exercitum, metientes Imperatorem eorum fretum ducatu, omnia prosperè egisse, & Iconio violentèr expugnato, de hostibus triumphasse.

Interea rex Franciæ Ludouicus penè eisdem subsecutus vestigijs, cum suo

exerc-

Cunradi et
exercit. Emanuelis
francorum
de cõtrita

Err

Ludou. rex
Franciæ Sy-
riam actus

exercitu venit Constantinopolim, vbi modicam moram trahens, transito Helleponto, in Bithyniam descendit, deque Cunrado imperatore diligentius inquisiuit, cui cum veraciter significatū fuerat, ipsum amisisse exercitum suum, & cum paucis principibus euasisse, fractus animo, quid sibi faciendum esset, anxie nimis cogitabat.

Igitur processu temporis certior de strage imperatoris factus, modico intervallo Fridericus dux Sueuorum, imperatoris ex fratre nepos, secundum aliquos filius Cunradi, qui ex illa strage euaserat, ad exercitum regis Francorum properauit, a quo quæ sinistra euenerant, certius didicit. Igitur motis castris rex Ludouicus ad locum in quo imperator castrametatus fuerat, peruenit: vbi familiaribus vsi colloquijs, ordinant simul iunctis copijs proficisci. Sed cum Ephesum Asiæ minoris metropolim peruenissent, imperator seu de paucitate suorum verecundiam non sustinens, seu Francorum factum non ferens, suis per terram remissis, ipse nauigio Constantinopolim reuersus est, vbi cum suis principibus vsque ad veris initium hymemabat.

Interea rex Francorum per aliquot dies Ephesi commoratus, peruenit ad vada * Venandri fluminis. hic Francis primum hostes iuxta eorum desiderium intueri datum est. continuo rex in eos fluminae transmissis cum suis viriliter irruit, multisq; occisis & captis, reliquos in fugam vertit, quos cum castris in que fugerant, cepit.

Habita igitur victoria, ac præda lætiores facti, rursùm manè ad iter se accingunt, viam continuantes. at vexilliferi, ser regis exercitum præcedens, ad montem quendam peruenit: deinde consilio maiorum persuasus, nè illic subsisterent, ad vltiora illo die contendit: factumq; est vt sequentes lentè incederēt, putantes in monte signato castra mansura: & ita quibusdam transgressis montem, exercitus diuisus est. Quod videntes infideles qui ex latere exercitum sequebatur, sumpta occasione tum ex locorum angustijs, tum quia militū robustior portio præterierat, subito aciebus instru-

ctis irruūt in nostros, & anteq̃ arma corripere possent, acies Francorum dissoluunt. Christiani tamen viriliter resistunt, pugnaturque diu marte ancipiti, tandem infidelium præualuit manus, & Christianorum exercitus valde est diminutus.

Rex autem Francorum casu ex tanto erutus periculo, prædicti montis verticem ascendens, intempestæ noctis silentio ad locum in quo præcedentes castrametati fuerant, peruenit. Cœpit autem ea die cibis illis deficere, & quod deterius erat, sine duce vagabantur errabundi: tandemque cum multa difficultate ad urbem * Satiliam peruenerunt, quæ tum erat sub ditione imperatoris Graecorum: quo * in loco ipse cum reliquis * ex loco pedestribus copijs & suis principibus nauigio ad portum S. Simeonis peruenit, vbi mansit donec sui omnes venissent. Princeps autem Antiochenus Raimundus, ante regis aduentum totius regionis conuocatis nobilibus, illi occurrēs, eum cum comitatu Antiochiæ magnificentissimè perduxit, sperans regis auxilium ad ampliandum principatum.

Igitur post aliquot dies, id quod mente conceperat, regem adiit, eius petens auxilium, vrbes finitimas subiugare statuens. sed vbi vidit se non proficere, cum rex Hierosolymam irreuocabiliter proficisci destinasset, mutato studio, regis vias abominari cœpit, & in lesionē eius arma. Quod cum regi compertum est, molimina principis præueniens, de suorum consilio vrbe Antiochena clam egressus est. Fuerunt qui regi imputarent, quod tanti viri de se benè meriti preces non admiserit, cum facile vnam aut plures vrbes obtinere potuisset.

Interea imperator Cunradus acta hyme apud Emanuelē Imp. classe vectus, cum suis portum attingit Aconensem, deinde Hierosolymam applicans, a rege & vniuerso clero ac populo introductus est in sanctam ciuitatem. Applicuit quoque iisdem diebus Alphonsus comes Tolosanus, qui antequam Hierosolymam perueniret, apud Cæsaream periit, vt fertur, veneno.

Nunciatur interea regem Francorū appropinquare: quare rex de communi

Error signi. cingunt, viam continuantes. at vexilliferi, ser regis exercitum præcedens, ad montem quendam peruenit: deinde consilio maiorum persuasus, nè illic subsisterent, ad vltiora illo die contendit: factumq; est vt sequentes lentè incederēt, putantes in monte signato castra mansura: & ita quibusdam transgressis montem, exercitus diuisus est. Quod videntes infideles qui ex latere exercitum sequebatur, sumpta occasione tum ex locorum angustijs, tum quia militū robustior portio præterierat, subito aciebus instru-

Ludou. ab Antiochenis excipit,

Cunrad. Hierosol. intrat.

omniū consilio misit illi obuiam patriarcham. Præueniēs ergò illū patriarcha, & vniuerso populo occurrente, in sanctam ciuitatem introductus est, atque ad loca venerabilia honorificè deduct^o. vndè in vnum conuenientes tres reges, quid factò opus sit, secum tractabant.

Damascus
obsidetur.

Igitur post dies aliquot apud urbem Aconēsem curia indicitur generalis, vt de fructu tantæ pegrinationis, & de regni cōseruatione tractaretur: interfuerunt tres reges, Romanus, Francus, & Hierosolymitanus, cum multis principib⁹ viris: & cum de multis cōsultāssent, ad postremum de communi omniū cōsilio visum est expeditius, Damascenorum urbem obsidere. Vndè firmato cōsilio p̄cipitur, vt die statuto omnes sint parati copias suas eò deducere.

ANNO salutis 1147. 25. die mensis Maij, congregati prædicti Deo amabiles reges, præuia Dominica cruce, copias per montem Libanum, qui medijs inter Cæsaream Philippi & Damascum interiacet, ordinato agmine ad quartū à Damasco lapidem castrametantur, ex quo loco vrbs prospici potuit. quā urbē feruum Abrahæ fundāsse constat loco campestri naturaq; arido, sed arte vberè atque fœcundo. Paruus siquidem amnis in regione vnicus, non multū à mœnibus præterlabens, lingulam quādam facit, in qua nostri castra ponunt. erant & horti macerij muniti, vbi post macerias latebant Turcæ, sagittis nostros iaculantes.

Cunradus.
Imp. egregi-
um facinus.

Balduinus cum primū duceret exercitum, tantum ex illis passus est molestiæ, vt in eas munitiōes cōuersus, Turcas depulerit, hortosque occuparit. At ex opposito Turcæ nostros sagittis frequentibus è flumine prohibēt. sed postquam totis copijs nostri digladiari cœpissent, hostem fugere in ciuitatem cōpellunt. Commissum est ab imperatore egregium facinus, cum pedes interesset prælio, exertoq; gladio pugnaret, Turcus quidam ingenti corpore eum artificimè à collo depræhendit. At Cunradus tam valido ictu Turcam inter collum armumque sinistrum percussit, vt eam partem ad dextram vsque adactò gladio secuerit. Re ad ciues relata, despræ-

re cœperunt, ac plerique iam se fugæ parabant.

Erant tum Syri quidam proceres, quibus Balduinus omninò credebatur. Hi corrupti muneribus à Damascenis, regem induxere, vt transportaret exercitum ad alteram vrbs partem, vbi dixerunt eam esse infirmiore. credulus ille mouit castra. quo factò, Damasceni repentè statua nostrorum occupant ac muniunt, nostrosque ab aquatione & commeatu prohibent: quare siti & fame laborantes, tandè non sinè contumelia obsidionem soluunt. redeunt igitur Hierosolymam, fraudes eorum quos eos seduxerant, detestantes: & vt refert Anto. postmodum tota illa pecunia p̄ditoribus à Damascenis data, inutilis reperta est & penitus falsa.

Audiens itaque fraudes rex Cunradus, parato nauigio ad imperium est reuersus. Ludouicus rex Francorum non multò post eum secutus est. ab eo autè die cœpit Latinorum conditio manifestè deterior fieri. Nam quorum solū nomina prius hostibus fidei erant formidini, illis nunc despectui sūt. Inter eā Rogerius rex Siciliæ & Apuliæ Rom. classē, vt scribit Blondus, duxit ingentem, ac tantis Saracenos incommodis cladibusque affixit, vt rex Tunecij tributo quotannis promisso ingenti, pacem impetrare coactus sit, quod certè ad 30. annos cōtinuò exegit. Deindè reuersus, Emanuēli imperatori Constantinop. cuius dolos fraudesque & inimicum in nostros animum meliùs, quàm Gallici aut Germanici reges, nouerat, infensus, eum bello domare constituit. Cum classe itaque tunc de Aphricæ reducta, Corcyram & eius urbem Corphū aliquādiū oppugnatam, Corinthū quoque & Thebas & Euboëā, q̄ & Nigropōtus, de imperio Cōstantinopolitano cepit, spoliavitq; flexit postea obmissa Constantiaopoli ad Asiæ littora, Christianis op̄e aut barbaris incōmodū allatur^o, idq; Christiano nomini feliciter cessit. Ludouicū eñ Francorū regē, quē in itinere Saracena classis fortè interceptat, Rogeri^o casu obuius, parta de Saracenis victoria, Christianū regē gaudēs venerabundusq; ab interitu liberat.

Sed

Rogeri^o
Emanuēl^{is}
bellum.

Sed ferunt alij, regem Francorum, cum ex Syria in Galliam nauigio rediret, casu à Grecis captum esse. Tum Rogerius classe veniens, illos aggreditur, regē liberat. ut cunque sit, rex liberatus est. Interim verò classis Veneta quæ Emanueli fauebat, ea loca recepit, quæ Rogerius paulò antè occupauerat. Quod cum intellexisset Rogerius, rege Francorū dimisso, Constantinopolim delatus, suburbia Emanuele præsentè incendit, & palatium aliquandiu oppugnatum cum capere nequiuisset, eousque tamen progressus est, ut poma imperialis pomerij manu propria legeret.

Verum satius damnis, cum postea in Siciliam incomposita classe transiret, in Venetos incidens instructos, & ad dimicandum paratos, ex suis triremibus 20. amisit, egreque fuga sibi salutē quaesuit, hæc alij acta scribunt, antequam reges Damascum obsedissent.

Rediens in Franciam Ludouicus, Helionoram vxorem Guilielmi Pictauieni filiam, petulantem quidem foemina, repudiavit, plerisque assuecanti- bus eam Ludouico cognationis gradu attinere, ex qua etiam filias duas suscepit. Hæc res initium fecit multis postea bellis. nam Hæricus dux Nortmannorum eam duxit, cui Andegauia, Cenomania & Turonensis comitatus obuenerunt, quas terras defuncto eius patre, vnà cum regno Angliæ suscepit, & ex hac causa ducatum Aquitaniæ rex Francorum amisit.

Post dictorum regum recessum Noradinus Sagnini filius, cum infinita suorum manu in Antiochenos sæuire cœpit. Quod cum principi Raimundo innotuit, sicuti impetuosus & præceps erat, non expectans sociorum auxilium, cum paucis obuiam ibat: & cum ad hostem venisset, incertus ob tantam multitudinē serò acies instruxit: & pugna commissa, qui cum eo erant, hostium vires non feretes, in fugam versi sunt: princeps verò strenuè in media hostium strage viriliter decertans, gladijs confossus interiit.

Noradinus potitus victoria, caput principis cum dextro brachio præcepit in signum victoriæ ad Caliphā Baldacensem & alios Turcarum satrapas Orientis deferri. Comes etiam Edesse-

nus, qui ex eo bello euaserat, in via insidiantibus hostibus captus est: atque Alapiam deductus, squalorem carceris non ferens, miserabiliter vitam finiuit. Post cuius mortem vxor eius prudentissima, regionis præsidia, quantum potuit, munire satagebat.

Interea imperator Constantinop. audiens illarum partium quæ suæ ditionis erant, desolationem, principem quendam cum ingenti pecunia ad comitissam mittit, offerens eam, si præsidia quæ penes se remanserant, eius imperio concederet: conseruare enim ea, ac amissa recuperare promittebat. In quam sententiā & rex Ierusalem qui tunc aderat, condescendebat, quod speraret Græcorum viribus in eo statu prouinciam conseruari posse.

Perfectis igitur omnibus, secundum quod in pactis cautum erat, atque oppidis omnibus Græcis resignatis, rex Hierosolymitanus assumpta secum comitissa cum liberis & omnibus alijs Latinis exire volentibus, Antiochiā egreditur. Noradinus autem Turcarum potentissimus, videns terram Latinorum auxilio destitutam, de Græcorum mollitie præsumens, missis exercitibus, infra annum vniuersam occupauit regionem. sic ergo prouincia opulētissima in manus venit Turcarum.

ANNO 1152. & sunt qui addunt vnum, Cunradus 3. imperator Sueuus, posteaquam annos penè 15. regnasset, facto defunctus est, in monasterio Lorch apud Sueuos tumulatus. Cæsarei sepulcri honorem & antiquitatem versiculi prohi magis quam elegantes testantur. magnus erat hic princeps pacis & belli studio, si æquā habuisset in externis componendis fortunam, qua Germaniæ statum pacauerat.

Nec multò post eius interitum Eugenius 3. pontifex anno 1153. mortem obiit. memoratu digna gessit & hic per Bernardum. is enim in concilio Rhemensi circa annum Domini 1148. Guibertum Pictauiorum episcopum absurda quadam de S. Trinitate differente, confutauit. Est & ibi Britannus quidam hæreticus damnatus.

Sub isto etiam Eugenio translatus est liber Iohannis Damasceni presbyteri

Helionora
Ludouicus
Francus re-
pudiat.

Raimundus
caedes.

* cum multa.

Turci An-
tiochenos
occupant.

Cunradi 3.
interitus

Iou. Dama-
sceni liber.

teri de Græco in Latinum, in quo continet orthodoxæ fidei traditio, in quatuor diuisa libros: hic tamen de processione S. Spiritus à filio, cum Græcis non fidelitèr sentit. potuit tamen excusari ab hæresis vitio, quia tempore suo nondum erat ab ecclesia determinata materia illa, vt dicit Thomas in Summa.

Anastafius
4. papa.

Defuncto igitur Eugenio pontifice, Anastasi^o 4. patre Benedicto, patria Romanus, abbas antea S. Rufi, ex cardinali pontifex creatur anno Domini 1153. fedit annum vnum, menses 4, dies 24.

Frideric^o I.
Imp. 94.

ANN O Domini 1153. addunt vnū nonnulli, Fridericus huius nominis primus, qui postea Barbarossa est dictus, Sueuiæ dux, Cunradi 3. Imp. ex fratre Friderico nepos, omnium principum suffragijs apud Fræcofordiã imperator designatus est. Deinde accepta principum fide, apud Aquisgranum regia pietate coronatur, quò confluerat omnis penè Germanica cum Italis quibusdam & Gallica nobilitas, testatura quam de tanto iuvene spem concepisset Europa. Sunt qui mox ad Eugenium Pont. qui adhuc ecclesiæ præerat, legatos, electionis huius nuncios, missos scribunt. Fuit ille statura iusta, faciem corporisq; habitum cum animo componens, genuinam quandam primis etiã annis constantiam, seueritatemq; præ se ferebat, barba capilloq; rufo: sed quas optimorum scriptorum fide animi & fortunæ dotes habuerit, è Gunthero Ligurino poëta cognoscere licet. ait enim iste de Friderico Sueuo:

*Nobilitate riget, clarosq; hic sanguine reges,
Indè duces contingit auos: faciendia dulcis,
Forma nitens, animusq; sagax, manus impi-
gra, solers*

*Consilijs, belloq; ferox, & pace modestus,
Mente senex, etate puer, prudentia rerum,
Certus amor, robusta fides, cõstantia mentis
Nec frangenda malis, nec sustollenda secūdis:
Laudis amas, largitor opū, crudelibus atrox,
Tranqllis placidus, ferus indomitusq; supbis,
Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis,
Fortis ad instantes casus, prudensq; futuri,
Præteritūq; memor, socijs bonus, impi^o hosti.*

Huc resp. Germanica tutorem, hunc patre patria nacta est, in quo certa scriptorū memoria largam dñi manū, quæ-

dam bonorum cumulum posteritas admirari solet. Fridericus post acceptam apud Aquas coronam, generalem curiam in Mersburg celebrauit, vbi rex Danorum Petrus regiam coronam de manu Cæsaris accipiens, homagium & fidelitatem iurauit. Deinde pacè in Gallia & Germania reformauit, conuentū principum multis in locis propterea habendo.

Erat tum magna controuersia inter Henricum ducem Saxonie & Guelfonem fratrem ex vna parte, & Henricum Luipoldi marchionis Austriae fratrem ex altera, pro ducatu Norico. Vnde regi magna anxietas succreuerat. fuerunt enim ambo consanguinei proximi. Priuauerat Cunradus rex Henricum, Superbum dictum, ducatu Bauariae, patre Henrici & Guelfonis, & eundem ducatum Luipoldo marchionis Austriae filio contulit: sed hic immatura morte obiit, fratri suo Henrico ducatum relinquens. Ob eam rem inter prædictos variae caedes factæ sunt, vnde consilio principū Fridericus rex litem hoc modo sedauit, vt Henricus de Saxonia ducatum Bauariae reciperet, quæ & pater & auus suus habuerant, Henricus verò de Austria, cum antè tantummodò fuisset marchio, in ducū numero referretur, quas dignitates Fridericus mox concessit vtrifque. factusque est Henricus ex marchione dux primus Austriae, & sic sedata est discordia. Guelfoni quoque auunculo suo rex contulit in beneficium marchiam Tusciae, ducatum Spoleti, principatum Sardiniae, & totam terram Mechtildis comitissæ.

Habebat autem rex fratrem Cunradum ex parte patris. nã pater ipsius mortua Iuditha matre regis, duxit aliam uxorem de genere comitum de Zuecnbruck & Sarburg, ex qua genuit præfatum Cunradum.

Hoc tempore mortuo Hermanno Palatino comite Rheni sine legitimo hærede, Fridericus rex Cûrado fratri contulit Palatinatum, qui Cunradus vsque ad extremum vitæ Heidelbergæ sedem habuit, vbi etiã anno dñi 1185. pposituram cœnobij in Newenburg prope Heidelbergam, in monasterium monialium com-

Summa laudum
Friderici.

Friderici
Germanice
author.

Dux Austriae

commutari fecit, de consensu tamē ab-
batis Laurissensis, ad quem pleno iure
spectabat. Eodem tempore diuortium
latum est inter Fridericum & vxorem
suam, filiam marchionis de *Vogsperg*
in synodo Constañ. propter impedimē-
tum cōsanguinitatis, vt refert abbas Vr-
spergen. At paulò pòst duxit filiam Rai-
naldi Burgundiæ comitis excellentissi-
mi principis, nomine Beatricē, ahj Ha-
gnen dicunt, ex qua genuit Henricum,
Fridericum, Cunradum, Philippum &
Othonem. deindē socero defuncto, Fri-
dericus regnum Burgundiæ cum archi-
solio Arelatenſi in potestatem suam re-
degit, vt infrà dicitur.

Inter hæc Anastasius papa pontifica-
tus sui anno I. mense 4. moritur, cui
Adrianus genere Anglicus, episcopus
cardinalis successit, anno 1154. sedit an-
nos 5. menses 6. vt refert abbas Vrsperg.
Adrianus primo coronationis anno tū
precibus tum minis sollicitatur, vt cōn-
sulibus liberam vr̄bis administrationem
relinqueret. renuit is cōstantissimē. In-
stabāt Ro. clerici, vt in Lateranū profi-
cisceretur faciendę consecrationis cau-
sa, quod etiām facere recusauit, nisi Bri-
xianus Arnoldus hæretic⁹, ab Eugenio
antē damnatus, ex vr̄be pelleretur. Hoc
autem ægrē ferēs populus, cardinalem
S. Pudentianæ ad pontificem sacra via
proficiscentem, vno atque altero vul-
nere afficit. hanc ob rem iratus pōtifex,
eos execratione persecutus est, quoad
mutata sententia & Arnoldum ab vr̄be
pepulere, & populus abdicare se magi-
stratu coactus est, relicta pontifici vr̄bis
libera administratione.

A N N O 1153. S. Bernardus abbas
obiit, anno ætatis suæ 63. fertur autē in
testamento fratribus tria documēta re-
liquisse: in primis scilicet, nemini in vi-
ta mea scandalum dari volui, & si ali-
quandò incidi, sed aui vt potui. Secun-
dum, minùs semper sensui meo credidi
quàm alterius. Tertium, læsus nūquàm
vindiçtā expetiui. Ecce hominis chari-
tatem, humilitatem & patientiam.

A N N O Domini 1155. dispositis in
regno rebus, Fridericus contracto exer-
citu validissimo mouit in Italiam hac de
causa, quia propter longam absentiam

Imperatoris, ad insolentiam declinave-
rat, & suis confisa viribus, aliquātulūm
rebellare cœperat. Mediolanenses primi
post ingressum eius petebant, vt ipsis rex
concederet super Cumam & Laudam
dominium, multam pecuniam promit-
tentēs. sed cū nec prece nec precio id
impetrare potuerunt, tres dies maieſta-
tem regiam in solitudine circumduxe-
runt, quousquē tandē contra volun-
tatem eorum iuxta Mediolanum cum
exercitu perueniens, castra locauit mil-
liari Teutonico ab vr̄be, ibiq; cū exer-
citu mercatum negarēt, nobilissimum
castrum Rosatum, quod videlicet quin-
gentos milites armatos in præsidio ha-
bebat, capi & incendio destrui rex fecit.
milites etiām sui vsque ad portam Me-
diolanensium discurrunt, multos vul-
nerātes & capientes. ortis hinc indē dif-
cordijs, exercitus regis fluuium Tici-
num versùs Nouariam veniens, duos
pontes, quos ipsi incaſtellarant, vio-
lētèr occupat, quos post transitum to-
tius exercitus destruxit. Indē tria castra
eorum Minimam, Gailardam & Treçā
vastant, & natali domini celebrato, per
Vercellas & Taurinum euntes, Padum
trāseūt. Indē Cairā maximā & munitis-
simā villā destruūt, ciuitatē Astā incen-
dio cōflagrāt, deindē Dertonā ciuitatē
munitissimā natura & arte obsidētes, &
post tres dies Burgo capto, postq; mul-
tos assultus multasque cædes hinc indē
editas, arcē per deditiōnem accipiunt.

Destruçta Dertona, Papienses vt glo-
riosum regi triumphum facerent, maie-
statem suam ad ciuitatem inuitauerūt,
ibique coronatus, in maxima lætitia &
ingenti ciuitatis seruitio incedens, tres
dies commoratur. Deindē directo tra-
mite per Longobardiam, Romaniam,
Tusciam & Sutrium vsque peruenit. ibi
dominus Apostolicus cum tota eccle-
sia Ro. regi hilaritèr occurrens, conse-
crationem paternè obtulit, suaque gra-
uamina quæ à Ro. populo passus erat,
nō sinè querela indicat. sic quotidie si-
mul eūtes, & simul hospitātes, dulciaq;
miscentes colloquia, Romā pueniunt.

Alterā die quæ fuit 6. Kal. Iulij, pon-
tifex in basilica S. Petri Fridericum im-
periali corona donat. tum populus Ro.
per

Friderici
prima in
Italiam p-
fectio.

Adrianus
4. papa.

Papæ Frid.
coronatur.

Friderici
vxores.

Adrianus
4. papa.

S. Bernardi
interitus.

per Adriani portam vi erumpit, Teutonicos contra voluntatem pontificis eēdit. vicissim verò imperiales ex romanis ad mille viros occidunt, nonnullos capiunt, quos tamen ad preces Pontificis Impator incolumes dimisit. manè factò, Põtifex & Impator ad Lateranũ venēre. Deindè oĩbus munitionibus in potestatem suã redactis, Impator apud Albã Papę valedicens, & omissa id tēporis Sicilia, in Germaniam pperat, & in itinere Spoletũ diruit: rebellãtem urbẽ incendit, funditusq; euertit, dehinc p totã Italianã & Lõgobardiam multis rebellibus edomitis.

Cũ aut venisset Veronã Impator, p Athesim nauibus cõpactis trãsportauit exercitum. Albericus verò dux ex ciuitate cum quibusdã latrõibus volũtate ciuiũ clausuras Falerni, vbi ex vtraq; parte itineris mons pruptus est, occupauit: & parte exercitũs iam ptergressa, impatorem cũ reliquis offendit, ac nisi pecunia se redimat, viam sibi p̄cludi, belloq; cõgredi minatur. Impator ingētis animi vir, tale pactũ cum latrõibus impatorem facere dedecorosum existimãs, cũ exercitũs parte substitit, ac se ad cõfligendum p̄parauit.

Interim Otho Palatinus de **Witilspach** senior, pater Ludouici, qui postea dux effectus est Bauariã, lectis de exercitu strenuis viris, valle gýrata, quodam locorum gnaro ductore, hostib' inscijs montana reptando conscendit, moxq; signo dato, eosdem inuasit cũ clamore, & in p̄cipitium compulit: sicque ferè omnibus morti datis, captos ex eis duodecim p̄cipuos, impatori tradidit, ex quibus vñdecim suspensis, vno dimisso qui reliquos illaqueauerat, ipse impator per vallem Tridentinã repatriat: maximaq; potitus victoria, cum mille & octingentis militibus hostes profligauit.

Reuersus in Germaniam impator, ducem Bohemorum regia decorauit dignitate atque coronat. contra Polonorum quoque ducem mouens, ipsum ad deditiõẽ coēgit, ac cēsũ iam per aliquot annos neglectũ reddere compulit.

Refert hic Otho Frising. Fridericum voluisse, dum esset in vrbe, progredi cõ-

tra Guilielmum qui Rogerio successerat, & qui Apuliam occupabat: sed à quibusdam principibus persuasus, hoc differre statuit: postea tamen quã ex vrbe discesserat, Guilielmus Beneuentana suburbia, Ceperanum, Baucumq; in Hernicis de ecclesia occupat. ob quã rem indignatus pontifex, regem Guilielmum anathemate notat, eiusque ditioni subiectos omni sacramento liberat, quo facilius ab ipso deficeret, nullo iureiurando adstricti. Hęc Blõdus & Platina ante coronationem Friderici afferunt facta. In hoc tamen concordant omnes, quòd post recessum imperatoris põtifex primoribus Apuliã obsecutus, Beneuentum se contulit, maioremque regni partẽ suã tantũm p̄sentia Guilielmo abstulit.

Interea Palæologus vir quidam nobilitate insignis, Emanuelis imperatoris Constantinop. nuncius & orator, Beneuentum petijt, pontificique Imp. Græci nomine spontè obtulit auri librarũ 5. millia, fugaturumq; se ex Italia Guilielmum, si tres maritimę in Apulia vrbes ei ex scødere reb' benè gestis darentur. Quod vbi Guilielmus rescuisset, pontificem ad misericordiam cohortatus, pollicetur non modò se restitutum quã de ecclesia abstulerat, verũm vltra quãdam alia condonaturum, Romanosque ecclesiã rebelles in officio retenturum, si vtriusque regni titulis tam citra quã vltra Pharum positi insignior fieret. id põtifex, aduersantibus quibusdam cardinalibus, recusauit. Venerant & hi legati ad Fridericũ Cæsare, muneribus eum aduersus Guilielmi vires allecturi, qui Adriano planè & Roberto Capuano reliquisq; exulib', nõ Græce leuitati obseques, rem fuisset aggressus, ni tam multis affectus incommodis exercitus, repetita patria, sibi consuli voluisset. Itaque cũ impator discedit, qua dixim' fortuna, Guilielmus in structo exercitu, Apuliam hostili animo ingressus, quum ferro flammaq; consumpsisset omnia, in Græcos & Apulos mouens, qui apud Brundusiũ castra posuerant, eos faciliè superat, vndè Salentini Apulique omnes statim se dederunt.

Pontifex cardinalibus infensus, qui obsti-

Veronensiu
perfidia.

Primus Bohemiarum rex.

Palæologus
papa & Fr
de. salatu

obstiterant nè pax componeretur, Guilielmum in gratiam recepit, eidemque vtriusq; regni titulos adscripsit, adhibito prius sacramento, se nil deinceps molituram quod ecclesiam Romanam offenderet. sic cõpositis rebus, põtifex per Cassinates, Marfos, Reatinos, Narnienses, Tudertinos iter faciens, ad Oruetum tandem puenit, vbi Romanorũ insidias veritus, aliquantisper moratus est.

His cœpit iniurijs, hoc casu Adriani pontificis in Fridericum exitiale odium. Querebatur se Papa inter Romanorum & Guilielmi nuper gladios versantem, destitutũ esse præter magnifica illius pmissa, et ita se modò illius causa agitari, vt nec tutò Romæ esse liceat. Cõtrà imperator multa ac inprimis coronationẽ Guilielmi Siculi præterdit. iamque ad id vsque processum est, vt imperator nullum Rom. ecclesiæ legatum, nisi à se vocatum vel conductum, in regno Teutonico admitteret, neque sub forma appellationis quenquam ire ad curiã Romanam pateretur.

De hoc satis consonant, quæ reperi in cœnobio Hirsaugiensi Spirensis diocesis, prout sequuntur, conscripta. Nam ad imperatorem pontifex inter hæc plurimum exandescens, talem fertur epistolam scripsisse:

Adrianus episcopus seruus seruorum DEI, Friderico Rom. imperatori salutem & apostolicam benedictionẽ: Lex diuina sicut parentes honorantibus longauitatem promittit, ita maledicentibus patri et matri sententiam mortis * intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Quapropter dilecte in Domino fili, sup prudentia tua non mediocriter admiramur, quòd B. Petro & sanctæ Ro. ecclesiæ non quantam deberes reuerentiam, exhibere videris. In literis enim ad nos missis, nomen tuum nostro præponis, in quo insolentiæ, nè dicam arrogantie notam incurris. Quid dicam de fidelitate B. Petro & nobis à te promissa & iurata, quomodò eam obserues, cum ab his qui * Dei sunt & filij excelsi omnes, episcopis videlicet, homagiũ requiris, fidelitate exigis, et manus eorũ sacratas manibus tuis innectis, & manifestè nobis

factus contrarius, cardinalibus à latere nostro directis, non solùm ecclesias, sed & ciuitates regni tui claudis? Respice ergò, respice, tibi consulimus, quia dũ à nobis consecrationẽ & coronam merueris, dum inconcessa captas, nè concessa perdas, nobilitati tuæ timemus.

Ad quam imperator ita respondisse fertur: Frideric⁹ Dei gratia Rom. imperator semper Augustus, Adriano ecclesiæ Catholicæ pontifici omnibus illis adherere, quæ cœpit Iesus facere & docere: Lex iustitię vnicique quod suũ est restituit. Non enim parentibus nostris derogam⁹, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorẽ, à quibus videlicet progenitoribus nostris & regni dignitatem suscepimus & coronam. Nunquid tempore Constantini Syluester regalis aliquid habuisse dinoscitur? sed eius pietatis cõcessione libertas concessa est ecclesiæ, pax restituta: & quidquid regalis papatus vester habere dinoscitur, largitione principum obtinet. Vndè cum Ro. pontifici scribimus, iure & ex antiquo nomen præponimus, & ad iustitiæ normam eidem nobis scribenti concedimus. Reuoluite annales, et si lectum neglexistis, quod asserimus, illic inuenit. Ab his aut qui * Dei sunt * dij per adoptionẽ, & regalia nostra tenet, cur homagium & regalia sacramenta nõ exigamus, cum ille noster et vester institutor ab homine rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferes, qui pro se & Petro cẽsum Cæsari persoluit, & exemplum vobis dedit vt ita faciatis, docet vos, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur regalia nobis dimittant, aut si hæc vtilia iudicauerint, quę Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari persoluant. Cardinalibus vtriquẽ vestris clausę sunt ecclesię, & nõ patent ciuitates: quia non videmus eos prædicatores, sed prædatores: non pacis corroboratores, sed pecuniæ raptores: non orbis reparatores, sed aurĩ infatiables corasores. Cũ autẽ viderimus eos quales requirit ecclesia, portates pacem, illuminates patriã, assistetes causæ humiliũ in æquitate, necessarijs eos stipendijs & cõmeatu sustentare non differemus. Humilitatis aut, quę est custos

Friderici
imperat. ep̄i
stola respõ-
soria.

Papæ in Ca-
sare odium.

Adriani p̄-
siti ep̄istola
ad Imp.

Exod. 20.

* intentat.

Luc. 14. &
18.

* dij
Mal. 8.

Matt. 17.

Iohan. 13.
Matth. 11.

Matt. 23.

* inuritis.

virtutum & mansuetudinis vestræ non minimam notam * inuritis, cum huiusmodi quæstiones religioni non multum conferetes, secularibus personis proponitis. Prouideat itaque paternitas vestra, nè dum talia mouet quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem serotinum ori vestro aures suas arrigere festinant. non enim non possumus respondere auditis, cum superbiæ detestabilem bestiam vsq; ad sedem Petri reptasse videm⁹. Paci ecclesiæ benè semper pudentes, benè semper valete.

Lauden⁹
episcopi
spoliatio.

ANNO deinde 1156, episcopus Laudensis Romam sub appellatione tendens, ab hominibus imperatoris spoliatur, & verberatus, affectusq; opprobrijs, in custodia tenebatur, ad cuius ereptionem papa Vescotium, vbi tunc curiam imperator celebrabat, Rolandum cancellarium suum & Bernardum cardinalem presbyterum misit, cum imperatore nomine Apostolici opportuna quæq; locuturos, qui venientes, primo literas Papæ asperas grauesque dederunt, in quibus scriptum erat, quia quantum nobis non ex quo responderis, non tamè nos poeniteret, si maiora quàm acceperis, de manibus nostris beneficia suscepisses. Quod verbum ita vel imperatorem vel oes exasperauit principes, vt vix manibus abstineret. Vnus autem legatorum quasi pro Apostolico loquens, stolidissime ita respondit: Si ergo imperator ab Apostolico non habet imperium, à quo habet? quasi sub hominio Cæsar imperium suscepisset.

Temeritas
Othonis
Palatini.

Quibus verbis commotus Otho Palatinus de *Witilsbach*, qui gladium imperiali maiestati tenebat, gladio euaginato impetum in cardinalem fecit, vixq; ab imperatore retractus est, quin cardinalem exitio dedit. Tandem multis iniurijs impetiti, à conspectu Cæsaris eliminantur, viaque regia reuerti Romam iubentur, & nè quæstum faciant, monentur. Qui reuersi, iniuriam sibi factam queruntur, seq; vix mortem euasisse apud pontificem protestati sunt. Contra imperator Germaniæ principibus irrogatam eam imperio à Papa & à Romanis calumniam conquestus, vlcisci deditus parabat, principes autem veretes, nè

controuersia inter regnum & sacerdotium rempub. inuolueret, dominum Adrianum per episcopum Babenbergensem & alios conueniunt, imperatorem literis mitioribus & alijs nuncijs de notabili priorum arrogantia excusaturi.

Pontifex autem audiens nuncios imperatoris, cancellarium & Othonem Palatinum Italiam intrasse, imperijque negocia potentè disponere, nam conuentus cum quibusdam Italiæ episcopis & principibus celebrabat, timensq; superuenturum imperatorem, salutifero eorum consilio consentit, & supplicibus literis cum salutatione condigna per idoneos legatos de obiectis se excusans, mediantibus principibus, Cæsarem placauit. Inuenio recõciliationem Augustæ fuisse factam, vbi gratiam suam pontifex impatori apicibus directis restituit.

ANNO salutis nostræ 1158. Fridericus redire parat in Italiam, quæ maximis discordijs efferbuerat. nam Mediolanenses rebellare coeperant, in auxilium multas ciuitates Lombardiæ inuitantes, Dertonam euersam eximijs reedificauerant muris, Cumas & Laudam ad contemptum imperij, aliasque munitiones destruxerant.

Eo tempore imperator præmisit Cremonam, fidelem imperio Rainaldum cancellarium suum, & Othonem comitem Palatinum de *Witilsbach*, qui à Cremonensibus magnificè sunt suscepti: qua dere Cremonensem ab alijs Longobardis indigna sustinere, & quod deterius est, in ipsum imperatorem indigna euomebant conuicia, portionemq; regni Longobardorum paulatim subijcere satagebant, auctore Gualphago Mediolanensem tyranno. Quam ob rem imperator ingentem exercitum duxit in Italiam. aderat tum Bohemorum rex nuper regia dignitate sublimatus. iste Brixienses oppressit, quem subsecutus est Fridericus Sueuorum dux, Cunradi regis filius, post hos impator appropinquabat.

Territi itaque Brixiensem, imperatoris iussa se facere iurabant, postmodum imperator iuxta flumen Abduam tentoria fixit, vbi quidam Mediolanensem ex altera parte fluminis in imperatorem conuicia iactarunt, propter quod imperator mili-

Friderici
cũda in
liã pte

Transitus
Abduz.

milites arma capere iussit. ipse verò sic-
ut erat acer animo, non naué neque va-
dum fluminis quæsiuit, sed quadã tra-
beligna hastarú auxilio fluuium trási-
uit, & cù paucis in hostes profilijt. Qui
terríti, in conspectu ipsius fugam ine-
unt. vbi imperator vix decem se comitã-
tibus, hastam in qua vexillum erat, fixit
ante portas castrí, in quod hostes pro-
fugerant. subsecutus est exercitus. sic
trepidantes ciues, se ad gratiã dederunt.
at ipse mäsuetus, regia benignitate mu-
lieres & paruulos conseruari censuit.
prædã castrí militibus distribuit, & in
præsidijs milites suos collocauit. deindè
ciuibus Lauden in móte dicto Guezio-
num, super Abduam fluuium vexillo
regio urbem designauit decoram ædi-
ficandam.

Post hæc cum exercitu Melegantiú
se contulit, vbi Mediolanensium satis-
factionem diù expectauit. at vbi satisfacere
contemnunt, aduocauit copias ex
Longobardia imperator paratissimas,
Cremonen cum xxx. millibus armatorú
& episcopo suo Oberto, Papien quo-
què & Nouarien cum copioso & splé-
dido exercitu iunguntur.

Iunctis itaq; copijs, imperator con-
tra Mediolanen duxit, qui quidem cum
magno exercitu urbem exeunt ad pu-
gnam. Committitur pugna, in qua Me-
diolanen fugiunt ad mœnia urbis. inse-
quuntur Cremonen cum Longobardis,
& dum appropinquarent vrbi, Medio-
lanen equos reflectunt, & rursùm pu-
gnam ineunt, ad quod regius exercitus
substitit.

Imperator hoc videns, continuò ir-
ruit in hostes, & eosdem moribúdos in
urbem redire coëgit. post tãtum conflí-
ctum suburbia ciuitatis fecit incendi,
reliãta sola turri quam Ro. construxif-
se feruntur. erat autem sublimis, quatu-
or subnixa columnis, à vallo distãs * pa-
rùm plùs quàm sit iactus lapidis, quæ vs-
que ad ostiũ erat solida & saxis compa-
ginata quadris. hæc ad urbis tutelam re-
pleta erat armatis. postea imperator vr-
bem cingit obsidione. & ante portam
Romanam sua fecit figi tentoria. paucis
diebus iam hostibus intra mœnia clau-
sis, ad prædictam turrim expugnandam

misit. Cumque hi qui in turri erant, co-
lumnas eius cernerent infringi martel-
lis & alijs machinamentis, formidare
coeperunt, & se in deditionem obtule-
runt. Quibus imperator vitam conces-
sit, & urbis mœnia incolumes intrare
permisit. mox ex edicto Teutonici cum
tubis turrim conscendunt, exoriturque
vndiquè clamor virorum & clãgor tu-
barum: ex quo ciues inclusi sunt territi,
& quid consilij caperét, aut quò se ver-
terent, titubare coepere.

Consilio itaque habito pacem petít,
atq; ad concilium principes imperato-
ris flagitant, regem videlicet Bohemo-
rum, Lupoldum Austriæ ducem, ac Ei-
nardum Bambergẽ episcopum, aderat
quoque cancellari⁹ Rainaldus, & Otho
comes Palatinus. Isti mediatores, com-
municatis cõsilijs, & imperatori Medio-
lanensium iustam subiectionem, & Me-
diolanensibus dignas imperatoris præce-
ptiones vicissim referebãt. Postremò ci-
ues se & sua imperatoris tradiderunt vo-
luntati. gladios itaq; denudatos super
colla ponentes, cruces quoque & alia
insignia præferentes, nudis pedibus ad
pedes imperatoris se prostrauerunt, qui-
bus imperator precibus principum fle-
xus, vitam donauit.

Post tantos triumphos in die natiui-
tatis Marię diademate imperiali proces-
sit insignitus, & cum eo rex Bohemorú
corona regia decoratus, alij quoque
principes ordine quisque suo, acceptis
igitur obsidibus, spes resistendi ablata est
omnibus Longobardis.

Deindè Roncaliæ, vbi mos Longo-
bardorum est, iustitiam requirere & ab
imperatoribus recipere, curiam publicã
indixit. edictumque est ab eo, vt de sin-
gulis Italiæ urbibus viri idonei conue-
nirent. Conuenientibus itaque eò loci,
assumptis prudentibus & nobilibus vi-
ris, causas singulorú determinare stu-
duit, primò pauperum, deindè baro-
num, & postremò ciuitatum. exhinc pa-
ctum pacis instituit, quod principes
Alemanix facere consueuerunt, & nè
quis contra illud attentaret, bannum
(id est, pœnam pecuniariam) constitu-
it, itã vt si qua vrbs pacis violaret iu-
ra, centum marcas auri persolueret,

T mar-

Mediolani
deditio.

* paulò

Obsidio Me-
diolanensium.

Marchio verò quinquaginta, comes quadraginta, capitaneus seu alius maior, xx. alij verò decem, & vsque ad tres marcas soluendas constituit. Quòd si quis non posset exoluere, verberibus diris in patria afflictus, per quinquèniū exul fieret. Alias quoque leges rationabiles instituit, inter quas vna, nè feudorū iniustæ fierent distractiones: iudices quoque præfecit singulis ciuitatibus Longobardiæ. Tum contra nouas imperatoris cõstitutiones murmurare cœperunt Longobardi. non est enim eorū consuetudo banna soluere, sed vt secundum leges Rom. iniuriam passis satisfaciant, prout iurauerunt læsi, de quibus iudex tantum vicesimam vel minorem recepit portionem, prout de iure.

Scribit Frisingen, qui tunc præfens esse potuit, quòd imperator à principibus & iurisperitis diligentèr inquiserit, quo iure ciuitates Italiæ subiacerent imperio: & adiudicabant ei omnium generali sentètia regalia omnia, vt potè moneta, telonia, nauigia, dignitatum, iudicum & consulum confirmationes, vectigalia prætoria ab antiquo constituta, exactiones pro necessitate imperij. Ad quæ omnia promulganda, nunciij per Italiam destinantur: inter quos fuere præcipui, cancellarius Rainaldus & Otho Palatinus de **Witilispach**, & nonnulli Comites, qui etiàm Mediolanum venerunt: conuocatisque ciuibus decreta imperialia promulgauerunt. ciues, vt potè talium insueti, edita spernunt, expulsisque cum dedecore legatis, rebellionem toto nisu cõtinuò moliantur, vnde sunt secuta mala plurima.

Scribit & Ligurinus, multis non fuisse ambiguum, si credere fas sit, Adrianum pòtificem rebellionem eorum fouisse. nam postquam sua iura recondita fisco imperator accepit, vrbes & castella publicata, veterem iram ille extinctā prauis authoribus refricare cœpit, iniustum regē, seuum, superbum, ingratumque sibi, qui culmen vsurparet, asseuerans, non etiàm licere Augusto, nisi coniuente pontifice, mittere ad vrbem legatos: & quòd nõ liceat fisco, castella vel oppida Papæ vrgere collectis, nisi

quandò primùm Romæ gestare coronam imperij incipit: deinde à patrimonio Petri se abstinere, quòd nisi fecerit, non vt imperator, sed Ecclesiæ depreçator, iuste nominari. subiunxitque, satis argutis rationibus hæc omnia in lucem posse deducere.

Imperator obiecta extenuare satagēs, opposuit querelas de rupta pace inita, nè pontifex cum Rom. Siculo, Græcove principe ipsius iniussu fœdera iniret: denique paratum esse stare iuri vel arbitrio sapientium. Hæc Papa cum recussisset, frustra imperator plura offerre destitit.

Hinc Cumas adiit, cuius ciues proprijs pulsi sedibus per Mediolanenses, sententia imperiali ad suam reuocauit ciuitatem: nec prius recessit, quàm Cumarum & insulanorū sedaret discordias. Supra ciuitatē autem Cumarum castrum construxit munitū, quòd Paterellum Teutonici vocant, & præsidio illic milites Teutonicos imposuit.

Tunc Mediolanensium periuri & rebelles facti, cum magno apparatu prænotatum castrū inuasērunt, ad portas quoque arietes ducētes, cõfregērūt castrū, ceperunt milites in p̄sidio locatos, custodięque, mancipauerūt. Hoc audito, tota penè Longobardia rebellare cœpit. qua de re imperator copijs contractis, Mediolanenses inuadit, eorumque segetes in mense Iunio partim succidit, partim pedibus equorum contriuit, arbores decorticauit, vites succidit, & sic maxima damna illis intulit. postea ad Laudam veniēs, ibi Cremonensium eum aduent, iniuriasque exponunt, quas ipsis ciues Cremæ villæ contra instituta imperatoris facerent. nam cum apud Roncaliam decreuisset imperator, quatenus Cremenses cuiusdam castrum muros, quos in præiudicium Cremonensium Laudenses erexerant, deijcerent, et decursus aquarum, quos eodem modo construxerant, ad proprios riuos redire permetterent, Cremenses id Mediolanensium & Brixienensium consilio freti, facere recusant.

Erat autē Crema oppidum firmissimū, continēs vnus miliaris Longobardici spatij, fossatis & aquarū decursionibus

Quo iure
Italia Imp.
subiaceat.

Nouus Me-
diolanensium
castrum.

nibus, locis paludinosi & muris vndique benè munitum. vnde sperabāt Mediolanenses, id imperatoris resistere posse decretis ac praelijs. Igitur imperator audita Cremonensium querela, permisit eis exercitū, insuper tres nobiles principes addidit, Cunradum fratrem suum Palatinū Rheni, & Bertoldum ducem de Zæringen, Rupertum quoque comitem Basileæ. hi pariter properant ad obsidionem Cremæ.

Cremenses illis occurrunt, committitur pugna, sternuntur hinc inde multi. Tandem Cremenses compulsi sunt ad vrbis suæ mœnia confugere, cœperuntq; obsideri arctius. Interea aduenit imperatori magnus exercitus de Alemania. Beatrix vxor ipsius, & consanguineus Henricus dux Saxonum & Boioariorum, adduxerunt supra duo millia armatorum. hi oppidum Gardam rebellem expugnant, spolia eius diripiunt, & incendio conflagent. ascendit exercitus ad centum millia pugnatorum.

Vbi innotuit imperatori, quod Papiensem vellent cum exercitu ire contra Mediolanensem, qui terras eorum depopulati fuerant, imperator noctū consurgens, nemore medio ad insidias se collocat, denunciās Papiensibus, vt vrbis Mediolanensem appropinquarent, & spolia auferrent. Quod cum fecissent, Mediolanensem erumpunt: pugnaq; commissa, varia sorte certatum est: & cum Papienses iam fugam meditarerent, ex latibus adest imperator. vexillo commisso duci de Zæringē, ex improviso irruit in hostes, & eos in fugam vertit. capti sunt ex Mediolanensem plusquam trecenti, sexcentis ferè occisis, quorum corpora aliquandiu iacuerunt in campo insepulta, donec imperatore longius abscedete, cum planctu totius vrbis sepelirentur.

Imperator ad obsidionem Cremæ reuersus, Cunradum fratrem suum ducens, & Guelfonem auunculum suum, qui præter alias opulentias ex possessione comitissæ Mechtildis habebat militum duo millia, Bohemorum quoque regem nepotem suum, & ducem de Austria, adduxit quoque Henricum Bavaricæ ducem cum militibus vxoris sue. verum vt Cremas obsidet, primùm lega-

libus innitens statutis, pactionem supradictam à Cremensibus fecit exposci. at illi confidentes in sui castri firmitate, eò quod olim Lotharius imperator viribus deficiens, non ausus fuerit idem castrum obsidere, de auxilio quoque Mediolanensem & Brixiensem confidentes, præceptis imperatoris superbe contradixerunt, ac mulieres choros ducentes, per plateas cantant: Sicut olim Lotharius, sic & Fridericus recedere cogetur inglorius.

Ideo imperator ferocius aggrediens, machinas ex omni parte in muros construi iussit. in ea quoque parte quæ fabricis aptior videbatur, turrim ligneam erexit, catos & alia instrumenta adhibuit, repletis fossatis terra, lignis ac stipulis: quibus perfectis, vades quos antè dederant, filios ac nepotes de castro, ad crates ligneas quæ turri erant appensæ, fecit alligari, & sic turrim ad castrum propelli. Tunc illi iustitiæ ac sceleris naturalis obliti, de castro lapides iacentes, mangonibus ac alijs instrumentis suos crudeliter peremerunt. Deinde imperator quosdam captiuos ex Crema, in loco eminenti ante oculos eorum fecit suspendi. verum Cremensibus exasperati, vicissim quosdam captiuos supra muros erectis patibulis suspendunt.

Interea dux Henricus decem ciues Mediolanenses capiens, qui præsentati, mox sunt suspensi. tandem quassatis muris, miseri ciues desperare cœperunt, deditioem vrbis offerunt, tantum vt personæ saluarentur. Quibus imperator, vt erat misericors, permisit vt de castro & de terra cum mulieribus & parvulis exirent, nec de rebus quidquam absportarent, nisi quantum quis in humeris suis vna vice deportare posset. Mediolanenses quoque & Brixienenses abire permisit, qui præsidio assuerant, vt tamen equos & arma relinquerent. ô quanta miseria, castrum & præda hostibus relinquitur, quæ militibus distribuitur, & castrum funditus destruitur, prout perfidi meruerunt. Hæc per anticipationem dicta sunt.

Inter hæc, vt refert Iohannes scriptor Cremensium, conspiratio facta fuit contra imperatorem, in qua conspira-

T 2 tione

Beatrix
reginæ au-
xilia.

Cremæ ob-
sidio.

Crema di-
rura.

Cōspiratio
cōtra Fride-
ricum Imp.

tionem se adstrinxerūt maxima pars cardinalium sedis Apost. Guilielmus quoque rex Siciliae, & penè vniuersae ciuitates Italiae cum multis potentibus, data pecunia immensa domino Adriano Papae, vt imperatorem excommunicaret. Et refert dictus Cremonensis, quod à fide dignis viris Mediolanensibus & Brixiensibus, qui conspirationi interfuerant, didicerit, quod illa conspiratio cum Apostolico Adriano, iuramentis adeò firmata fuerit, vt nullus ab altero recedere posset, vel imperatoris gratiam nisi omnibus consentientibus requirere, & quod si moreretur Papa, de numero conspiratorum alium eligerent cardinalem. Sanè Deus, qui per os Dauid locutus: Maledicent, inquit, illi, & tu benedices, in contrarium hoc vertit. Factum est enim, vt cum praefatus Adrianus apud Anagniam denunciaret excommunicationem contra imperatorem, paucis diebus euolutis, refrigerandi gratia processit cum suis. Cumq; venisset ad quendam fontem, hausit & bibit. ac continuo (vt fertur) musca os eius intrauit, gutturi eius haesit intantum, vt nullo artificio medicorum auelli potuerit, quoad spiritum exhalaret. Hæc ille abbas Urspergensis sic.

Psal. 108.

De Adriani
interitu.

Verum cum Itali quos legere potui, nullam de hoc faciant mentionem, & Iohannes Flaszboriensis alijsque multam de Adriano referant honestatem, & praesertim hic Iohannes asserat se audiuisse Adrianum dixisse, quod Romano pontifice nemo sit miserabilior, & q. confessus sit se in illa sede tantas miserrimas inuenisse, vt facta collatione praesentium, tota praeterita vitae amaritudo, iucunditas & felicitas ei fuerit: intellexisseque quod ambire summum pontificatum, & non sine fraterno sanguine ad illum ascendere, est Romulo succedere in parricidijs, non Petro in ouibus pascendis: hæc & alia ambiguum reddunt, quid potius eligendum, quid ve credendum sit. Scribimus enim res gestas affectu nonnunquam plus, quam veritatis amore ducti. verum vnum hoc adijcimus, Adrianum virum fuisse integrum, Ecclesiae res & patrimonium am-

pliasse, & multa bona fecisse, insuper iussu Eugenij Noruegiam praedicando & bene monendo ad Christi fidem rede gisse. Hæc Platina. Moritur autem, relicta in magno precio Ecclesiae ditione.

Eo inter mortuos relato, pars ferè tota cardinalium in Friderici principis & Teutonicae nationis ignominiam, Rolandum cancellarium, euidetem imperij hostem, elegit in Papam. sed Guido Cremonens, Ioh. S. Martini, Imarus Tusculanus episcopus, cardinales, Octavianum cardinalem legunt, adnitente vrbis praefecto & populo, omniq; militia praeter Othonem Cincium: & praesente apocrifario palatij, Decanus cum choro ecclesiae S. Petri subscribunt electioni domini Victoris tunc appellati, hoc est, Octauiani.

Facta tunc dicitur pactio inter electores, vt neutra pars suum inthronizaret, donec discordia sopiretur. Interim verò pars Rolandi, vtpote maior, suam electionem promulgauit, vnde schisma ortum est. Hoc facto, Octavianus seu Victor obedientiam recepit eorum qui ad se venire volebant. Rolandus verò, qui & Alexander tunc est dictus, secessit ab vrbe. post cuius recessum Victor xj. diebus resedit in vrbe. Rolandus autem cum suis vix impetrato comite, ad suum Siculum se transtulit, & duodecimo postmodum die inthronizatus est.

Alexander itaq; anno Domini 1159. inthronizatur. sedit annis xxj. Is imperatorem adhuc Cremam obsidentem per legatos rogat, vt imperiali authoritate interposita seditionem tollat. Respondit Fridericus, vtrunq; pontificem Papiam ire oportere, quò & ipse proficisceretur, cognoscendae disceptationis causa. Hoc ideo fecisse fertur, secundum quosdam scribentes, non vt illos iudicaret, sed vt à prudentibus & religiosi viris, quos vocaret, addisceret, cui electo potius obedire deberet. Quare cognita, Alexander Anagniam se contulit. Fridericus verò indignatus, quod dicto suo Papa non obtemperasset, misit nonnullos episcopos ad Alexandrum, eum non pontificem

Alexander
3. Papa.
Victor
papa.

cem

cem, sed cardinalem appellans, utq; ad concilium Papiense accederet, monuit.

Verum ab Alexandro reiecti & confutati, ad Octavianum se conferunt. dixerat enim Alexander, Romanum pontificem à nemine iudicari debere. Igitur abeuntes re infecta episcopi & oratores, expectantem Signia Octavianum, cui pontifici nomen Victori inditum erat, ut pontificem venerati sunt, eumq; Papiam deduxerunt, quem imperator in concilio Papam declaratum adorauit, & equum eius de more per urbem deduxit. hunc etiam imperator postea misit in Alemaniã, ubi cuncti ei obedientiam fecerunt.

Qua iniuria Alexander permotus, præmissa admonitiõe canonica, Octavianum & Fridericũ anathematis vinculo colligat, destinatis literis & nuncijs per orbem, qui suam iustitiam ostenderent. ipse Romam secundo sui pontificatus anno redijt, multosq; in urbe aduersarios inuenit, maximè cum Friderici exercitus, præter urbem veterè & Anagniam, omnem Ecclesiæ ditionem occupasset. quare pontifex hortante etiam Philippo rege Francorũ, Taracinam profectus, conscenso nauigio, ad eam rem madoato Guilielmi regis Siciliae parato, in Franciam contendit, conuictusq; in Clato monte habito, anathema in imperatorem & Octavianum fulminatum promulgauit.

Fridericus continuo post, segetes Mediolanensium vastat, pontem inter Mediolanenses & Brixienẽ quendam destruxit. Interea Mediolanensium contractis copijs, Coracium vicum cum ingenti multitudine Brixienẽ & Placentinorum capere parant. Ad quod imperator cum satis iusto exercitu occurrit, iuxta eos tentoria fixit, ubi Mediolanẽ ab imperatore per nuncios petunt, quatenus sine pugna ad urbem suam eos redire permitteret.

Habita repulsa, Mediolanẽ tanquam in periculo mortis positi, sumpto viatico, conflictum ineunt, pedites multos amittunt, quibus & imperator vexillum abstulit, protracta tamen pugna & lassato exercitu imperatoris, irruunt denudò subintroducti milites Brixianorũ,

Placentinorum, aliarumq; ciuitatum, multos de exercitu imperatoris occidunt & capiunt, ipse quoque imperator cum paucis in gyro se defendit.

Superuenit eo in conflictu tempestas et pluuia densissima, ita ut nullus proximum discernere valeret. sicq; factum, ut imperator supplicatione suorum flexus, à campo certaminis cederet: hostes verò cum captiuis tanq; victores abiere. Superuenerunt tum imperatori auxilio Fridericus Cunradi regis filius, & dux Bohemiæ regis filius, Daniel quoque Pragenẽ episcopus, Rainaldus Colonienẽ archiepiscopus, imperialis aulae cancellarius. Cum his & alijs copijs imperator ciuitatem Mediolanum obsidione vallauit. Verum obsidendæ urbis Mediolanensium hæc fuerat causa, quoniam, ut refert Volat. Alexander ad Gualfagũ Angleriæ comitem ac Mediolanẽ principẽ sese receperat, quam ob rem ira percitus imperator, in Italiam veniens, post factam & latam in se execrationis sententiam Mediolanũ obsedit, ac terras quæ cum ea conspirauerant, desolauit. deserat enim omnis penè transpadana regio ad Alexandrum, atq; in eius nominis honorem Alexandriam ciuitatem à fundamentis construxerunt.

Gualfagus igitur Mediolanensium princeps imperio rebellis, multa in urbe contra imperatorem molitus est. Sed cum imperator ciuitatem assiduis infestaret conflictibus, contigit circa vespas unus diei inter partes commiseri prelium ante muros urbis, in quo Frideric⁹ Sueuorum dux vexillifer iuxta portas urbis induxit exercitum. pugna facta, imperator super ponte, equo multis vulneribus interempto, pedester remansit. inualescente autem prelio, tandem Mediolanensium cedunt, ubi in fuga multi caesi, & plus quam mille viri capti sunt, quos imperator ad Laudam misit, ubi hyeme in compedibus nudi & erunose fuere seruati.

Multæ sæpè strages habitæ, anno tandem septimo postquam obsideri ceperat, urbs capta est. Ferunt quidam, Mediolanensium multis attritos terroribus damnisque, fame quoque & inedia percussos, sine omni conditione se & sua

Mediolanũ diripitur.

Victorẽ Fridericũ Papiam salutatur.

Fridericũ & Octavianũ Alexander execratur.

in manus imperatoris tradidisse. egressi seruntur seorsum nobiles, seorsum populares, qui processerunt vsque ad urbem Laudam, vbi manebat imperator, plebeij verò vexillum S. Ambrosij super Carotium suum affixerunt: itaque iurata & tradita est ei potestas super urbem.

Alij tamen scribunt, Iudæos prodidisse ciuitatem, nonnulli scribunt vi captam. vtcunquè sit, vtiquè constat in potestatem imperatoris urbem venisse, prædaq; facta, innumerabiles viros & mulieres cum paruulis in Germaniam transmissos. Tunc quoquè Gualfagus cum Iohanne episcopo & multis ex vicecomitum familia captis, in Germaniam relegati sunt. hunc etiã Gualfagum, vt quidam scribunt, Fridericus triduo sub mensa ad modum canis tenuit, & multis flagellis cædi fecit, qui & in Germania multis annis in compedibus mansit. Tandem compedibus ruptis, euasit, vt dicitur.

At imperator mœnia cuncta ciuitatis euerit, urbemq; solo adæquata, aratrum per circuitum duci, & sal in perpetuam damnationem seminari iussit. reliqui autem ciues in quatuor vicis ab urbe remotis collocati sunt, vbi in tugurijs & mapalibus multo permanserunt tempore. Nobili potitus triumpho imperator, oliuarum festo in basilica S. Ambrosij cum oliua triumphalem gestabat victoriæ palmam: vbi expletis singulis, Ticinensi in urbe in paschate cum Beatrice consorte curiam celebrauit. Placentinis quoquè & Brixien, nè à fide desciscerent, secundum iuramenta præstita præcepit muros suos & fossata deicere, turres euertere, sicque disposuit ciuitates rebellium reliquas.

Mediolano subuerso, imperator reliquias ibi inuentas inter prælatos & principes diuisit, trium quoquè Magorum corpora apud S. Eustorium, vbi nunc est habitatio fratrum Prædicatorum, recondita, dedit Rainaldo Colonienfi archiepiscopo, qui ea ad Coloniam honorificè transportauit, & in maiori Ecclesia decentissimè collocauit.

Eo quoquè tempore Guelpho, cui

Fridericus omnem subiecerat Tusciam; cum reliquis ad eandem pertinentibus, in Tusciam mouens, exercitum suum illud perduxerat, atq; maximè apud S. Genesium conuentum habuit, in quo septem baronibus septem comitatus cum tot vexillis in feudum concessit. Deinde soluto conuentu, à Pisanis & Lucensibus alijsq; ciuitatibus honorificè susceptus, Tuscia omni cum Spoletto & reliquis plena potestate ac iure potitus est. Inde suos illic cum filio Guelphone constituens, eandem illi regendam commisit, fortissimos quosque milites ibidem relinquens. ipse verò per vallem Tridentinam cum reliquis exercitus suppetijs ad sua reuersus, strenuissimè cuncta gubernabat.

ANNO Domini 1165. Hugo comes Palatinus de **Tubingen** Brigantia & Rhetia Curienfis comes, quosdam milites ducis Guelphonis pro suis excessibus captiuos suspendit, & castrum eorum **Moringen** destruxit, pro quo dux Guelpho conquerens, filium Guelphonem quem Tuscia & Spoletto præfecerat, de Italia reuocauit: ipse verò eò iturus, filio omne patrimonium & possessiones, quas ex matre habiturus esset, ex integro tradidit. Vnde hoc anno Guelpho iunior cum multis principibus ac baronibus exercitum duxit ad castrum **Tubingen**, habuitque in exercitu militum duo millia & amplius. hi omnes octauo Idus Septembris sabbato circa **Tubingen** castra posuerunt, & diem Dominicum in quiete ducere statuerunt. Cumque die Dominico multi de nobilibus & principibus facere concordiam attentarent, quidam proterui viri de castris Guelphonis eruperunt, quibus alij ex castro **Tubingen** occurrunt. Conflictus oritur circa castra. Comes de **Beringen** vexillifer fuit Guelphonis. Assuerunt & tres episcopi in castris, Augustensis, Spirensis, & Vormatiensis, Bertoldus quoquè dux de **Zæringen**. Superuenerat autem nocte præcedenti in castrum **Tubingen** ex Rhetijs dux **FRIDERICVS**, Cunradi regis filius, de **Rotenburg** dictus, cum mille quingentis equitibus. Aderat & comes **Zolorensis**. hi omnes

Gualfagus.

* Eustorgium

Trium magorum corpora Coloniam translata.

Guelpho
Tuscia
cupat

Hugo Palatinus
comes de
Tubingen

erum.

erumpentes ex oppido, & pugna facta, in fugam vertunt obsessores, qui quidem dispersi atq; cōfusi, fuga facta, 900. ex eis sunt capti, alij verò egrè sylua salutē querentes euasere, ipse autem dux Guelpho ad castrū * *Acheln* duobus vel tribus comitatus, se proripuit.

Excitus Guelfo senior tali infortunio filij, de Italia cum imperatore Friderico in Alemaniam redijt, egitq; vt eius mādato captiui omnes relaxarentur: ac reformata est inter prædictas partes pax, quæ per anni spatium tantum durauit. Nam Guelpho iniuriarum memor, terrā Palatini rursūm depopulatur, & duo castra ipsius *Rehmins* & *Wilar* destruxit, in quibus 60. viros cepit.

Tunc Palatinus fractus animo, Fridericum ducē de *Rotenburg*, qui Guelphoni plerunquē aduersabatur, interpellauit, qui etiā eius causa filium regis Boëmorum cum gente squissima aduocauit. Hi totā ferè Germaniam à nemore Boëmiæ per Bauariā & Sueuiā immanitèr vastauere, & suis spurcitijs foedauere. tandem prouidentia imperatoris, dictus Palatinus in potestatem se Guelphonis tradidit apud Vlmam coram imperatore et principibus, & Guelpho eum in exilium misit ad castrum *Nuenburg* in Rhetia Curienti, vt scribit Otho de S. Blasio.

Intere à imperator schismatis tollendi causa, legatos ad Philippum Franciæ regem oratores summos de imperio misit, quorum legationis summa fuit, debere ambos Christiani orbis summos principes, vtrunq; pōtificem, quenq; ad suum conuentum perducere: in quo solidiori innixus iustitiæ alter confirmaretur: hortaturq; regem, vt Alexandrum adducat Diuionem, qui locus indictus est ad conuentum, & ipse se vnā cum Victore pollicetur affuturum. Et scribūt aliqui, quòd comes de *Bloys* dederit fidem imperatori, regem Franciæ ad conuentum venturum.

Sanè imperator venit, & iuxta fluuium * *Sauum*, qui Gallos à Germanis diuidit, prope Diuionem cum papa Victore tentoria erexit. Aderant tū reges Scotiæ & Boëmiæ, magnis armatorum copijs stipati. verum Alexander ad id se cō-

cilium profecturū recusauit, quod ipse non indixisset. Vndè rex Franciæ antequam Fridericus venisset, accessisse locum fertur fraudulentè, & in redemptionem fideiussoris comitis de *Bloys*, de aqua fluminis in medio pontis manus lauisse dicitur, & requisito sub voce præconis imperatore, Innocens, inquit, ego sum. Quo sinè mora abeunte, superuenit imperator die dicta, & regem Francorum iam abiisse intellexit. ipse ira plenus in Germaniam rediens, Octavianum quem paulò pōst consecuturus erat, in Italiam remisit.

Varia scriptores de concilio Diuionensi sentiunt. Nam *Blodus* scribit, Fridericum dolosè voluisse agere cum Alexandro, vt deponeretur. Alijs non videtur hoc vero simile, vt rege Francorum præsentē, potuisset imperator fraudem aliquam perficere. Quoniam autem sub dubio res latet, facultas cuiq; datur eligendi quod voluerit. Verum hoc patet, quòd paulò pōst Octavianus moritur in Luca ciuitate, & in Ecclesia matrice ante Nicodemi sepultus est imaginem, vbi, vt aliqui scribunt, plurimæ virtutes eius meritis à Domino factæ sunt, licet Itali alitèr sentiant.

Pro Victore Guido Cremēsis in summum pontificem turrogatur, Paschalis dictus, anno Domini 1165. cui obedientiam fecit imperator Goslariæ, & post eum Henricus dux Bauariæ & Saxonie, Cunradus Palatinus Rheni, Lantgrauius * *Turingiæ*, Magdeburgensis, Bremēsis, Treuerensis, Coloniensis, * *Babenbergensis* archiepiscopi, & omnes ferè Teutonici, & pleriq; Italici episcopi.

Anno eodem salutis nostræ 1165. in Italia socij populi imperatorem veriti cum exercitu reuersurum, vires suas adaugere adnixi, vicinos orauerunt populos, vt & consenserint suis foederibus. Cremenses igitur, Brixiani Bergomenses, Mediolanensesq; dispersi & Placentini, Veronensibus societate iūcti sunt, ac iētis foederibus, suasu Venetorū, præter tributa imperatoribus dari solita, nihil potestatis in eorum vrbibus Friderico permisere.

Eodē tempore Iulio Prænestino episcopo

Achela castrum.

Reditus Imp. & Guelphonis in Germ.

Guelphonis successus.

Paschalis pontifex.

Alex. in vr-
bē reuocat.

scopo vicario vrbis Romę defuncto, Iohannes tituli sanctorū Iohannis & Pauli cardinalis, suffectus est, qui prudentia & largitione maximam populi Romani partem Alexandro conciliauit, Cremēsi Guidone spreto, et vsque ad eum auctoritas Alexandri pontificis in Romanorum animis reuocata est, vt cum publicē censuerint aduocādum, qui ē Parisijs ad mare Gallicum delatus, in Siciliam peruenit: indē Guilielmo Siculo procurante, Romam perrexit. Quo tempore Veronensium factionibus excitati Longobardi, Friderici ditionem, si qua in fide māserat, multis incommodis affecere, & Veronenses castella quaedam imperatorio munita praesidio diriperunt, id quod Italia iam moliebatur, Friderici armis resistere, quod redituri pontificis expectaret auxilia.

Tertia Fri-
derici in Ita-
liam profec-
tio.

Alexandri autem aduentu Cispalpinę Gallię populi mox ad spem libertatis erecti, in Fridericum (vt ipsi dicebant) seuerē imperantem arma sumunt, ea de re Fridericus cum solito Germanorū maiore exercitu in Italiam reuertitur, qui tum coniurationem cōtra se factam dissimulans, in agro Brixiano nulli molestus subsedit, omnes Veronensē atq; Cremenses se adeuntes, benignē allocutus est. Bononiam adiens, mitissimum se exhibuit. At cum Guidonem Cremonensē Paschalem dictum, ab Hetruscis sperni, & Alexandrum Romę summo haberi in honore intelligeret, partem copiarū in Hetruriam misit, à quibus vrbis Romę terra hostilitēr inuasa est, & pars quę in Hetruscos vergit, ad partes imperatoris est reuersa: nec deerant in vrbe ciues, qui partes secuti imperatoris, Guidonem fouerent, & Germani proceres largitione plurimos seducebant, itā vt Alexander Papa pecunijs Ecclesię in vrbis defensionem expositis, & concionibus hominibusque per singulos dies habitis parū proficeret, ipse verō imperator Anconā interim obsidens, in suam potestātē paulō post redegit.

Dum autē imperator Anconam rebellem obsidione cingeret, Rainaldus Colon archiepiscopus, antea pro negocijs imperij ingressus in oppidū Tusculanum, iuxta Romam aliqua tractatu-

rus venit. Romani verō antea Tusculanis Albanisq; malē moti, nō magis quia Germanis fauissent, quā quod imperata immoderatiūs tributa pendere nolissent, audito etiā quod Colon archiepiscopus ibi moram faceret, accessus ira populus Ro. tota vrbe diffunditur, & ad 30. millia armatorum, archiepiscopum in castro in ignominiam Cæsaris obsidione concludunt. Quod imperatori continuo Anconę nūciatum est, qui consilio principum, maximē laicorum, retrahitur, nē obsidionem solueret.

Erat in exercitu archiepiscopus Moguntinus, qui cum intellexisset ecclesiasticos principes in suis necessitatibus negligi, conuocatis quos prece vel precio potuit, 500. milites & Sarracenos 800. ad bellum instructissimos congregauit. ac cum venia imperatoris abiens, ad liberandum archiepiscopum properauit. eō perueniens, locatis ex opposito ad castra Romanorū militibus, illos per nuncios interpellat, virtutemq; praesentium Romanorum ad memoriam reuocans, petit vt antistitem obsessum liberē abire sinerent, nam in eorum damnū non aduenisset. sed in casum verba fudit. responderunt enim, episcopum eiusque exercitum volueribus cęli escam se daturos, et vt se ad pugnam pręparent, edicunt. archiepiscopus verō nō territus, suos hortatur nē spem in fuga ponant, vtpotē & à patria & ab exercitu imperatoris remotissimi, sed hostium ignauia memores, pro vita totis viribus decertent.

Innotuit aduentus sociorum Colonienſis, & his qui erant in oppido. vnde milites Teutonica animositate alacres, acies ordinant, qui primi irruant, qui à latere, & qui pondere pręlij laborantibus praesidia praesent, & sic signis erectis, DEO causam suam committentes, contra Rom. procedunt. archiepiscopus autem Colonienſis cum castellano & suis 300. militibus, ad subueniendum se pręparabant. nouerant enim signa amicorum.

Pugna igitur commissa, fractis lanceis, res gladijs agitur & sagittis. Et ecce Colonienſis cum expeditis, licet paucis, militibus castello erumpens, Romanos à tergo inuadit. sic bello antē & retrō circun-

Archiepi-
scopus Co-
lonienſis ob-
sensus.

circundati, dum acriter pugnatur, Christianus archiepiscopus Moguntinus cum subsidiarijs aciem Rom. à latere inuasit, eosque diuisos tribus in locis cecidit. Itaque multis occisis, pluribus captis, Romani superati, fugam ineunt, in qua multi perire. praesules itaque militibus à cadere uocatis, cum maxima letitia triumphantes noctem illam duxerunt. mane facta, Romani ad tollenda cadauera occisorum venientes, fugantur.

Romanorū strages.
Tandem missis nuncijs, ut amore S. Petri et respectu Christianitatis eis mortuos suos sepelire permittat, suppliciter obsecrant: quod à praesulibus hac conditione est concessum, scilicet quod occisorum captiuorumque sub iuramento numerum praesentet, & sic pace data, mortuos ad sepulturam tollit: qua computatione facta, inuenerunt occisorum ac captiuorum de suis numerum penè 15. millium. Hæc Otho de S. Blasio in continuatione chronicae Othonis Frising.

Raino comes.
Itali penè scriptores rem ita gestam describunt: praesuisse Tusculanis Rainonem comitem, quo auctore Romanitatem feruntur accepisse cladem. Raino is est, qui à Lothario Imp. Apuliae ducatu donatus, à Rogerio inde deiectus est, eum mortuum sub Innocentio plerique asserunt. Sed Itali aiunt praesuisse adhuc eum tali tranquillitate, ut cum Germanus esset, ab Alexandro tamen non esset alienus. verum ad eum fuit Romanorum pertinax in Tusculanos odiu, ut neque venturi mali metu, neque Alexandri monitis, Tusculanis pacem darent.

Emanuelis apud Pont. legati.
Raino obsessus, accersitis qui apud Nepefum & Sutrium confederant Germanis, Romanorum furori occurrit, hostem repressit, ad eum ut Cannensem cladem æquasse scribatur ea Romanorum strages. Hostes elati victoria, ditionem Romanam populantur, quæ res ut Alexandri animum omnino fregerat, ita Friderico quoque non nihil attulit curæ, cum pontificis vires externis iam augeri intelligeret. Nam Emanuel Græcus imperator legatos ad pontificem misit, qui ei polliceretur, & magnas copias in Fridericum, & unam mentem omnium Græcorum cum Ecclesia Ro. conuenientem, ut Orientalis cum Occidentali eadem

fieret, si pateretur imperium Rom. antea diuisum, in unum corpus redire.

Pontifex verò tanta re in fratrum suorum cardinalium concilio discussa, duos ex eo collegio oratores addidit, quos Constantinopolin accedentes, omnia exploratius intelligerent. Tum & Barbarossa Anconam ilico dimittens, ad urbem properauit, nec prius substitit, quam de monte Malo moenia inspexit, ad diem sequentem copiam in prata Neronis subductam, & Vaticani irruptio protentata, irrupissetque, nisi à familiaribus pontificis fuisset defensa. quare circumductis ad B. Petri basilicam copijs, parietem illius perfringere est nisus. & cum id tardiuscule succederet, ignem tecto valuisque supponi iussit, sed editui incendium auertere cupientes, valuis referatis, illum furentem ingredi permiserunt.

Frid. Vaticanū intrat.

His intellectis, pontifex iam irrupturos Germanos cernens, in aedes Fregepanum ad Palladium confugit. Tum verò Guilielmus Siciliae rex, audito pontificis discrimine, magnam vim pecuniarum & triremes duas paratissimas ei misit. At imperator interea archiepiscopos episcoposque Germanos in urbem misit oratores, id cum populo Ro. curaturos, ut pontificis utriusque, Alexandri & Cremonensis causa, vel à populo equis auribus audita discussaque, dignior in unum Ecclesiae caput constitueretur. Quod si fieret, pollicebatur sese pacem urbi, & omnia quae occupasset, Ecclesiae redditurum. quæ res certe cum tota ad Friderici nutum spectare videretur, pontifex noctu abiens navigatione, salutem sibi fuga quaesivit, Caietam primò, mox Beneuentum delatus. expulit nihilominus Fridericum ab ipsa urbe pestis, quia passim veluti pecora & ciues et milites interimebat. mortui sunt episcopus Colon, totius incensor schismatis, Spirensis, Ratisponensis, Praegensis, Verdegensis, Leodiensis, Fridericus dux Sueviae filius Curadi regis, Guelfo dux iunior, Berægarius comes de Sulzbach, Henricus comes de Tubingen cum pluribus alijs.

Alexandri fuga.

ANNO Domini 1168. & sequentibus annis, prout opportunitas temporum concessit, coepit imperator in Tuscia & terris Romanorum castra ad se spectantia,

Radicofa-
nū castrum.

stantia, suæ potestati vindicare & quædam noua construere, in quorum præfidijs Teutonicos præcipuè collocauit. in monte siquidè Radicophano eminentissimum castrum ipse primus construxit, ex quibus Romanos adeò perdomuit, vt Alexander papa coactus secederet ab vrbe. Milites quoquè Teutonicos imperator per Italiam dignitatibus præfecit.

Sed & per hoc etiàm tempus Emanuel Constantinop. imperator, apocrisarium suum ad Alexandrum secūdò mittens, magnam legatiōi vim pecuniarum addidit, quam orator inprimis obtulit, deindè longa oratione concludit, pollicens Græcorum subiectionem Occidentali Ecclesiæ faciendam, si coronã Occidentalis imperij, qua Fridericus iustè & debitè priuatus videretur, pontifex Constantinopolitano reddere vellet: quibus, habito consilio cardinalium, ità respondit Alexander, Se nolle id in vnum coniungere, quod olim de industria maiores sui dissiuississent: Insuper super hac re tam difficili, tamq; matura, inter patres colloquendum, idq; tum fieri, cum ex episcoporum suorum conuenientia concilium propedièm congregaretur. res enim hæc, ait, non vnus est hominis, sed plurimorum: quare non ab vno, sed à pluribus agenda.

Callistus
Antipapa.

Moritur interim Guido Paschalis dictus, in basilica S. Petri, quã magno Friderici præsidio adhuc obtinebat, cuius in locum à seditiosis quibusdam sufficitur Iohannes Sarmien abbas, cardinalis ex Pannonia, vir pridèm furto infamis, quem Callistum vocitabant, quem imperator fouit ac manu tenuit in Apostolica dignitate.

Per idem tempus Fridericus imperator Bambergensem episcopum, benè & catholicè de Alexandro pontifice sentientem, ad eum misit oratorè. obtulit autem Fridericus Alexandro & Ecclesiæ pacem quãtunuis amplissimam, voluit tamen Longobardos ab hac pace excludere. hoc Blondus eum scribit fecisse, vt disunctos postea vtrosq; faciliùs posset cõficere. Verum sit nec ne, Deus nouit. sed pontifex dolos putans, simplicem virum re infecta ad imperatorem remisit.

Alexander pontifex diù cum Ro. inter hæc colluctatus, ad vrbe præscriptis sibi conditionibus posse accedere postulauit. consulibus enim & populo pollicebatur, nihil agere aut intentare, præter illa quæ diuinã rem in Ecclesijs cererent: & cum non admitteretur in suam & Ecclesiæ terram, in Campaniam se contulit.

Nunc ab Occidente ad Orientales styllum flectèdo, bella terræ sanctæ narrare pergam. enim uerò Friderici imperatoris primo anno inclytus rex Balduinus Hierosolymorum quintus, congregata regni militia, ad deuastrandam Ascalonam ducit. Est autem Ascalona, vna ex quinque ciuitatibus Philistinorum, in littore maris sita, formam habens semicirculi, cuius circumferentiæ arcus super terram, ad Orientem respicit. Hanc igitur vrbe per annos 50. postquam Ierusalem à Christianis occupata est & obtenta atq; possessa, adhuc resistantem nostri tunc primò obsidere ausi sunt. itaque mari terraq; vndiquè vallata infestabat, ciues verò virilitèr resistebat aliquandiu, & cum per quinque menses obsessa esset, & nostris spes potiundæ vrbis amplior data, classis Aegyptiorum, nostris vidètibus, nec prohibere valètibus, ad portum vrbis applicuit.

Eo tempore dum Christianus populus circa Ascalonis expugnationem desudaret, Noradinus videns Christianos occupatos, ingenti militia regnum Damascenorum inuasit. vbi cooperantibus pro magna parte Damascenis, regem eorum dissolutum & inutilem regno priuat, & fugere ex Oriente compulit.

Capta itaq; Damasco, & omni circū regione subacta, æstimàs exercitum nostrum ab Ascalone remoueri, Paneatas obsedit, sed in vtroq; frustratur. nã Noradinus ipse circa obsessam ciuitatem nihil profecit, & nostri Ascalonè ad deditionem compulerunt, quãquam & id sine damno nostrorum minimè factum sit, ciuibus omnimodis requiem negantibus, & nostris stragem quotidie non paruam hostium facientibus. vno enim die circitèr 40. ex fratribus Templi, violenter in muri quodã foramine ingressi sunt ciuitatem, qui omnes occisi sunt.

Verum

Balduni
regis
cellar.

verum die quadam post hæc ciuibus vltro ad pugnam exeuntibus, ad eò graui strage à nostris prostrati sunt, vt nõ esset in ciuitate familia, quam luctus domesticus non premeret. quare consumpto militiae robore, omnis resistendi virtus eorum emarcuit: de communi omnium consilio interpositis conditionibus, vt cum vxoribus & liberis & omni supellectile eis egredi liceret. Capta autem est Ascalon anno Domini 1154.

ANNO eodem Rainaldus de Castillione, Constantiam Raimudi principis Antiocheni relictam, vxorem duxit, nõ sine admiratione multorum. nam multi inclyti viri, eius matrimonium appetebant: sed omnibus spretis, stipendiarium militem Rainaldum occultè sibi maritum elegit: qui videns quòd non multum patriarchæ placeret, motus indignatione patriarcham cepit, & eum ignominiosè tractauit. nam virum senem nudo capite ac melle delibutum per diem æstiuum in sole feruentissimo stare compulit, deindè omnibus bonis spoliatum dimisit.

Idem Rainaldus Antiochenus princeps peruersorum omnium*, quorù pleuriquè arbitrio utebatur, Cyprum insulam regno Hierosolymitano vicinã, quæ tunc temporis sub imperatore Costantinopolitano tenebatur, populis fidelibus refertam, violentè occupauit: vrbes cõtriuuit, oppida deiecit, monasteria tam virorum quàm foeminarum impudentè confregit: auri & argenti quod indè abstulit, non erat numerus.

Deindè tamen conscientia stimulis agitatus, cogitabat quo pacto posset se de tanta offensa imperatori recõciliare. de consilio igitur suorum venit ad imperatorem in Ciliciam, vbi cum summa ignominia populi Latinorum reconciliatus est. nudus enim pedibus, indutus laneis manicis vsq; ad cubitum decurtatis, ac circa collum fune ligato, gladium habens in manu nudum, cuius capulum imperatori porrigeret presentatus, ibiq; ante pedes eius in terra iacuit tam diu prostratus, quousque cunctis verteretur in nauseam, & gloria Latinorum in opprobrium & fabulam.

Hic Rainaldus postea anno Domini

1160. cognito quòd terra quæ fuit principis Edesseni, absq; militaribus copijs armentis referta esset, collecta ingenti militia, profectus est ad locum: & nemine resistente, infinita præda indè reportata est. Quo audito, hostes fidei sese cohortati, magnis copijs infecuti, cum nostris prælium committunt. diuq; concertantes nostri, tandem cõsternati, præda dimissa, terga dederunt, multis occisis & nonnullis captis, inter quos & ipse Rainaldus captus est, atq; Alapiam cum alijs captiuis multa cum ignominia ductus.

Rainaldum
Turca cap-
tiuum.

Balduinus autem rex inter hæc, dum quandam ciuitatem, quam Turca præter præsidium occupauerant violentè, occupatamq; succenderant, reedificasset: indè rediens Hierosolymam, subito Saraceni in via positos insidijs, ipsum vndique aggrediuntur, atq; suis omnibus in fugam conuersis, ipse penè captus est: verum velocitate equi cui infederat, saluatus, illorù euasit manus. Capta est illa die de Christianis maxima multitudo, cæsi autem pauci, inter quos & magister tẽpli captus est. Acta sunt hæc anno Domini 1158. 13. Kalen. Iulij.

Sequenti anno Noradinus Christianis infestissimus, congregatis copijs, castrum quoddam quod Spelunca dicebatur, obedit. Quod cum Balduino innotuit, assumpta militia regni, vnã cù Theodorico Flandrensi comite ad soluendã obsidionem properat: quod Noradinus audiens, obsidionem soluit, ac regi occurrit. pugna facta, hostes fidei nõ sine multa strage in fugam sunt versi.

Post casum verò Rainaldi rex Ierusalem ab Antiochenis vocatus, Antiochiam profectus est, cõpositisq; rebus principatus, ad propria est reuersus. non autem multò post iterum Antiochiam perrexit, vbi grauem infirmitatem incidit, qui mortis sibi sentiens imminere periculum, Berytum se exportari fecit, conuocatis ad se prælatis & principibus suis, coram omnibus ibidem fidem suam pie ac religiosè articulatim aperiens, pontificibus peccata cum multa pœnitentia confitens, carnis solutus erga stulo, animam exhalauit. Dicitur, in quadam medicina venenũ sibi propinatum fuisse, nec id quidem à veritate multum discordat, quum

Patriarcha
captus.

*dux,

quum reliqua pars ab catello cui porrigebatur, absumpta, eundem vita extinxerit.

Balduini
mors.

Tantam autem moestitiam in nullo regno pro morte alicuius principis extitisse nulla tradit historia. fertur nihilominus & hostes fidei doluisse, ita ut quibusdam suggerentibus Noradino Damascenorum regi, ut cum Christiani duces in multis essent occupati, fines nostros ingrederetur, dicatur respondisse: Compatiendum est & indulgendum iusto eorum dolori, eo quod principem amiserunt qualem hodie non habet orbis. obiit autem anno 1162. die 21. mensis Februarii, & inter suos predecessores in Ecclesia sepulcri Dominici est sepultus.

Viuentem adhuc Balduino, Raimundus magister domus hospitalis Hierosolymitani, una cum fratribus suis tam domino patriarche quam ecclesiarum prelati, multas super patriarchali iure inferre coeperunt molestias. nam siue a domino patriarcha, siue ab alijs ob scelera sua execratos, & ab Ecclesia separatos, ad celebrationem diuinorum passim recipiebant, aegrotis viaticum & extremam unctionem non negabant, multaque alia contra emunitatem ecclesiarum faciebant. cumque super his dominus patriarcha saepe conquereretur, ciues ad eam temeritatem venerunt, ut armis correptis contra patriarcham in Ecclesiam sepulcri irruerent. Huius autem tanti mali Ecclesia Romana videtur praebuisse materiam. nam locum praedictorum, a domini patriarchae iurisdictione exemit.

Motus ho-
spitalium.

*praedictum

ANNO autem domini 1163. domino Balduino quinto rege Ierusalem defuncto, successit ei in eadem sancta ciuitate Latinorum rex sextus Almaricus filius eius vnicus, vir experientia seculari praeditus, prudens, & in agendis circumspectus. fuit etiam pecuniae cupidus, sed in regni necessitatibus nec expensis parcebat, nec fatigatio corporis indulgebat.

Almaricus
Hierosol. s.
rex.

ANNO igitur primo regni eius Aegyptijs negantibus tributum annuum soluere, quod cum patre suo pepigerat, contractis copijs descendit in Aegyptum, occurritque illi maxima multitudo procurator Aegypti, qui praelio victus, multis amissis aufugit. Timentibus ergo

Aegyptijs, ne exercitus Christianorum ad intima regni penetraret, ruptis aggeribus qui flumen Nili cohibere solent, exuberantem aquam per regionem inducunt: quare his repagulis rex Almaricus ultra progredi non potuit, sed victoria potitus, in regnum reuersus est.

Non autem multo post Noradinus sperans regnum Aegypti sibi vendicare, Syracinum militiae suae principem cum infinita Turcarum manu in Aegyptum ducere constituit. Quod audiens Sultanus Aegypti, proprijs viribus diffidens, legatos ad Almaricum regem misit, oras auxilium: tributum autem non solum quale patri suo fuerat constitutum, verum pro suo arbitrio multo maius pollicebatur, subiectionem perpetuam, foedus perenne, per obsides firmare paratus erat.

Dum haec legati cum rege tractaret, peneque esset conclusum, Syracinus ingreditur Aegyptum, & occurrentem sibi Sultanum vicit ac fugit, qui que a suis in fuga occisus est. post cuius mortem Suar Sultanus factus est. Syracinus autem post victoriam Balbeis ciuitate expugnauit, timore cuius Suar Sultanus cum rege Almarico priores conuentiones renouauit, unde rex cum vniuerso exercitu descendit in Aegyptum anno 2. regni sui, atque una cum Sultano dictum Syracinum apud Balbeis obsessum, ad deditorem compulit, ea conditione, ut cum suis omnibus liberum haberet exitum. ita Damascum abiit.

Quibus diebus Noradinus a peregrinis Christianis circa partes Tripolitanas debellatus est, aduenerant enim orationis causa quidam nobiles Aquitanie, scilicet Hugo senior de Signiaco, et Gafredus comitis Angelinensis frater. hi subito cum eorum militia super exercitum Noradini irruentes, eum pene usque ad internecionem delent.

Noradinus autem consternatus, damnum abolere cupiens, non post multos dies congregatis suorum copijs, castrum Christianorum circa Antiochiam obsedit: quo audito, Boemundus 3. princeps Antiochenus, comes Tripolitanus, Colomannus Ciliciae praeses, imperatoris consanguineus, Thorus quoque

quē Armeniorum princeps, ad obsidionem soluendam proficiscuntur. eis itaq; aduenientibus prēlium cōmittitur, tandemq; post ancipitis martis pugna Christiani in fugā versi vincuntur. sed & principes ferē omnes capti sunt. Noradinus hac potitus victoria, castrum cepit anno 1169. Sed & rege Almarico in Aegypto constituto, Noradinus urbem Christianorum vulgari appellatione Bellianas dictā, obsedit, atq; intra paucos dies ad deditiōnem compulit.

Rediens autem ab Aegypto cum suis exercitibus Almaricus rex, vocatur ab Antiochenis, atq; illuc vnā cum cōmite Flandrensi, qui eo tum in anno ad regnum applicuerat, properauit: adueniensq; tanta diligentia regionis negocia, quanta propria, tractare cōepit: & prudentē administrans omnia, effecit vt eadem æstate interueniente multo precio, princeps libertati & honori fuerit restitutus.

Gratianus S. Proculi monachus, patria Hetruscus, apud Bononiā inter cetera opera decretorū librum accuratissimē collegit, quod opus Eugenius pōtiffex approbans, legendum publicē concessit. Petrus Lōgobardus, Parisienē episcopus, ex Nouaria cisalpinē oriundus, per id quoque tēpus, Vincentio testate, bonitate vitæ & acumine ingenij clarissimus, quatuor libros Sententiarū composuit. Petrum Comestorem prædictis nō carne, sed virtute fratrem, in Gallijs floruisse tum constat, qui vtriusq; testamenti historiam diligentissimē compilauit, alia etiā nonnulla edidit. Auicenna Hispalensis medicus, cum in omni doctrina excelleret, librum composuit, in quo omnem logicam, omnemq; naturalem philosophiam complecti voluit, metaphysicā accuratissimē enucleauit, post alios medicos in lingua Arabica medicinam omnem descripsit in quinque libris, in quibus se Galeni interpretem appellat.

Auerrois medicus, cognomento Cōmentator, apud Cordubam Hispaniæ floruit. commentarios in Aristotelis libros scripsit, librum quoque de medicina composuit. Auicennæ inimicissimus fuit.

Hæresis Vualdensium seu Pauperum de Lugduno, per hoc tēpus innotuit sumptis, cuius author quidā nomine Vualdo Lugdunensē ciuis extitit. is cum diues esset, opibus relictis & pauperibus erogatis, euangelicam paupertatem omnimodam obseruare statuit. Vnde cum idiota esset, quosdam vulgares libros cum quibusdam sanctorum dictis sibi conscribi fecit: quos non sanē intelligens, suo inflatus spiritu, prædicando Apostolorum sibi officium vsurpauit. Cōgregatis itaq; innumerabilibus discipulis, multos & quidem pessimos errores disseminare cōepit, prælatos scilicet ac clerum penitus aspernando. monitus autem, respondit: Oportet Deo obedire magis quā hominib⁹, & cum in suo sensu obstinatus persisteret, tādē veluti hæreticus patria pellitur. quæ res facta est in laqueum magnum & scandalum simplicioribus, in multis autem locis adhuc hæc ipsa fatuitas viget.

In hac etiā generatione erat admirabilis quædam virgo in Rheni partibus in oppido **Bingen** sanctimonialis. raptam enim frequenter in somnis, didicit non solum quod verbis effunderet, sed etiā quod scribendo Latine dictaret. Multa fertur prædixisse de futuris, ad quam etiā S. Bernard⁹ scripsit. hæc ad Colonienē scribens de futura clericorum tribulatione, dicebat quod clerici gloriam absque merito habere volebant.

In hac generatiōe anno Domini 1145. legati Armeniorum episcoporum, eorūq; Catholicus, id est, Vniuersalis metropolitanus, qui plus quā mille episcopos sub se habet, ad summum Pont. Eugenium Viterbij tum manentē venerunt, itinere per annū & sex menses pergentes, subiectionem sedi Ap. offerunt. Causa viē talis erat: Inter Armenios & Græcos aliqua discrepantia erat. Ponūt enim Armenij fermentatū, sicut & illi, panē: aquā verò admiscēt, sicut nos; prætercā natiuitatem Dñi Epiphanię continuantes, duas illas festiuitates vnā faciunt, antiquo more Orientalium.

Pro ijs alijsq; Ecclesiam Ro. iudicem elegerunt, formamq; sacrificij iuxta cōsuetudinē eius sibi dari deposcunt, quos Romanus Pontif. gratantē recipiens,

V Missa-

Noradini
victoria.

Viri illu-
stres disci-
plinis.

Vualdo.

Ad. 5.

Adelheidis

Armenij se
Pont. Ro.
offerunt.

Missarum solēnibus ac sacrificijs secretiūs adhibuit. Quod dum intentē face-
rent, vnus ex eis pontifex in B. Martini
oētaua, quādō dedicatio Ecclesiæ B. Pe-
tri celebratur, summo Pont. diuina my-
steria agente, splendido fulgore radium
Solis super caput eius coruscare, & in
ipso radio duas columbas ascendentes
vidit. Cumq; diligētius hāc illacq; oculo-
circumferret, nullumq; aditum per
quem lux illa inferretur, videret, deifi-
cum esse cognoscens, ac ad obedientiam
Ro. Se. magis accensus, cunctis quæ
viderat aperuit. At venerabilis pater Eu-
genius non suis hoc meritis attribuens,
ipsius potiūs fide cælitūs ipsi monstra-
tum affirmabat, vt videlicet Ecclesia, à
qua missus ipse erat, Sacramentorum
virtutem cognosceret, ac deinceps qua-
li ea reuerentia tractare deberet, addi-
sceret.

Otho Fri-
singenſis.

In hac generatione Otho Austrius
Frisingenē episcopus moritur, in qua eti-
am chronica sua elegantissimē conscri-
pta terminatur. In fine huius genera-
tionis Fridericus imperator reuersus in
Germaniam, totam terrā & vniuersam
substantiā Friderici ducis de **Notēburg**/
aliās Sueuorum, fratruelis sui, hereditaria
successione possedit, ac pariter mul-
torum baronum. Guelfo autem dux or-
batus hærede, amisso nup̄ in Italia per
pestem filio, Henricum ducem Saxonie
atq; Bauarie fratruelem, hæredem adsci-
uit, quantitatem tamē pecuniæ pactus,
dum consequi putat, frustratus est. dux
enim Henricus Guelfonem iam grandē-
uū citō moriturum præfagiens, argentū
cōstitutum dare distulit, pro quo Guelfo
commotus, imperatori cognato suo,
recepta ab eo pecunia, primō beneficijs,
scilicet ducatu Spoleti, marchia ruscię,
principatu Sardinie, ipsi resignatis,
omnia prædia sua ipsi contradidit. Simi-
li modo Rudolphus comes de **Psullen-**
dorff, omnia prædia sua hæredis loco
imperatorī dedit.

Fridericus
Imp. Sueuiā
occupat.

Pro his imperator Alberto comiti de
Napsburg, qui filiā comitis Rudolphi
vxorem habuit, concessit Turicē comi-
tatum, & adiacentia Seckingensis Ec-
clesiæ cum prædijs conquisitis. Præter
hæc multorum nobilium, qui hæredi-

bus carebant, prædia donatione vel præ-
cio acquisiuit. Deindē Burgundiam in-
gressus, terrā foceri sui Rainaldi comi-
tis, qui iam obiērat, in ditiōem suam re-
degit, ac regnum Burgundie cum archi-
folio Arelatenſi, quod duces de Zærin-
gen, licet sinē fructu, tantum honoris
causa in beneficium ab imperio iam diū
tenuerāt, à Bertoldo duce extorsit, præ-
stitis sibi trium episcopatum aduoca-
tia cum inuestitura regalium, scilicet
Laufanenē, Gebenneē & Sedunenē. hæc
omnia liberis suis acquisiuit.

In hac generatione * Vladislaus 25.
Boëmorum dux, à Friderico primo sibi
& posteris regiam dignitatē acquisiuit:
& cum in expugnationē egregiā operam
nauāset, imperator ei leonem rubeum
bifurcatā caudē in clypeo albi coloris
insigneregiū concessit: candelabrum
quoque Salomonis ex Mediolano ab-
portatum, in Ecclesia S. Viti Prage col-
locauit. Nec obstat præmissis, quod an-
no Domini 1086. apud Moguntiam in
conuentu principū ab imperatore Hen-
rico * Vratislaus rex dicitur declaratus,
Morauorum regno ad Boëmos transla-
to, & Polonia, Slesia & Lusatia adie-
ctæ, vbi etiā Gilbertus Treuerensis
episcopus Prage regem inunxit, & re-
gijs decorauit insignibus. nam in histo-
rijs Boëmorum inuenitur, quod post
Vratislaum regem pluribus annis in-
terregnum fuit, tanquā regni decus
homini Vratislao, non prouinciæ, da-
tum fuisset.

Zechius Croatinus, haud obscuris
parentibus ortus, propter homicidiū vl-
tionem fugiens, in eam regionem venit,
quę nunc Boëmia, terram incultā. Ze-
chio frater fuit Leches: hic vt vidit fra-
trem ditatum, in terram planam iuxta
profectus, Poloniam vocauit. nam Pole
Sclauonica lingua, planum dicitur. Co-
aluērūtq; ambo breui in magnam mul-
titudinem: Rusaubiam, Pomeraniam,
Cassubiā, sui generis hominibus imple-
uerunt. Zechij quoque familiam Boë-
mos appellant, Morauiam, Lusatiāq;
pulsis veteribus colonis, occuparūt. de-
functo Zechio, Cracus apud Boëmos
magnæ authoritatis vir, eligitur in prin-
cipem, qui populū optimē rexit, moriēs,
tres

Burgun-
Frideric-
occupat

Boëmor-
gch.

Zechius
Boëmor-
princip-

Polonia
de sic dicitur

Boë-
mor-

tres filias reliquit, * Prelam, Terbam, quæ erat sortilega, & Libussam. Libussa sapiens pluribus annis rexit Boëmiam, tandem rectè iudicando imperium amisit. victus enim clamauit per terram, indignū esse viros à fœmina gubernari.

Sequitur multitudo, principem postulant. Libussa, concione vocata, Ego vobis, inquit, vsquehuc placidè molli-terque imperaui, sed vobis meum regimen ingratum: sternite equum meum, finite in campū currere: vbi subsistet ante virum ad mensam ferream sedentem, ille mihi coniunx, & vobis princeps erit. Placuit, & ita factū est. Equus aliquantispèr currens, stetit ante aratorem Primislaum dictum, inuerso vomere comedentem. Accedunt qui spectaculo aderant, & illum principem salutant: accepit vir grato animo, mox boues in altum euanuisse ferunt, fixit idem stimulū in terram, quem fronduisse aiunt. Duxit Libussam vxorē, & primus Pragam agere & muro cinxit.

Mortua Libussa, Valasca vna expellis eius, virgo ingentis spiritūs gentis Amazonicæ, accersitis mulieribus & virginibus: Heram, ait, perdidimus, quæ non passa est nos seruire viris: Assistite mihi, & ego vobis imperium polliceor. Coniurant in viros singulæ, mandat ipsa omnibus, vt viros, parentes, mares omnes quoquo pacto occidant. Illæ iussa perficiunt, armata postea, prælia multa cum viris agentes, semper victoriam obtinent, & more Amazonum viuere statuunt. Post multa Primislaus vir industrius scribit Valascæ, iniussu suo optimates arma in eas mouisse, se illam filiæ loco amare, senium suum regno ineptum, velle tradere sibi arcem * Viffegradē, vnde Boëmiam totam obtinere valeat, modò partem sibi quam velit, tantum relinquat, ac potestatem quam sibi fœmina reliquisset, iure se fœminæ restituere debere. Capitur Valasca suis artibus, & arcem volens accipere, cum armatis copijs occiditur: deindè in cæteras cædes fiunt, quæ sinè duce facile supprimuntur. Sequitur iam nunc catalogus ducum Boëmiæ. Primus dux Boëmorum, dictus est Zechius, secundus Cracus, III. Primislaus, III. Ninus-

laus, X. Mnatan, VI. eius frater Sphorcio, VII. Vuinislus, VIII. Vratislus, IX. Hostiricus, X. Borfinous primus Christianus sub Arnulpho imperatore. XI. Ziptimeus, sub Henrico Aucupe ad fidem conuersus. Boleslaus & Veneslaus filij eius. Boleslaus occidit fratrem primo anno Othonis primi. XII. Vindislus. XIII. Vuenceslaus. XIII. Bodeslaus. Vuenceslaus fuit martyr. XV. Boleslaus, XVI. Boleslaus eius filius. XVII. Valricus. XVIII. Brisetislus. XIX. Spitigneus. XX. Vratislus. Hic creatur in regē ab Henrico quarto. XXI. Cunradus, qui non est vsus regio nomine, sed ducis. XXII. Bisetislus. XXIII. Boleslaus. XXIII. Borfunslus: post quem duces ipsi deficientes, reges esse cœperunt.

Exin catalogus regum Boëmiæ succedētium. Primus Boëmorum rex Vratislus, ab Henrico III. creatus. Secundus Vladislus, à Friderico primo coronatus. Post illum Sobislus tertius, successit illi Fridericus rex quartus. Cunradus quintus, Bisetislus sextus, Vuenceslaus VII. verum sex vltimos abstinuisse regio nomine constat, quia fortè coronam more Maiorum obtinere nō valebant. Primislaus deindè Vladislai filius, à Philippo Ro. imperatore coronatus est, quem Philippum Rom. Ecclesia non accepit. Vuenceslaus Primislai filius rex III. Othocarus frater eius rex V. Vuenceslaus Othocari filius VI. Vuenceslaus eius filius rex VII. Rudolphus filius Alberti regis Rom. VIII. qui duxit vxorem Elizabeth, relictā Vuenceslai regis, & ope patris regnum obtinuit. Henricus dux Carinthiæ in regem eligitur, Rudolpho defuncto rex IX. Iohannes filius Henrici vij. rex X. hic Henricū fugauit. Carolus rex XI. Iohannes imperator factus. Vuenceslaus rex XII. & imperator Sigismundus XIII. imperator & rex Hungariæ simul, Albertus XIII. eius gener et Ro. rex. Ladislus filius Alberti rex XV. Georgius Pogebraci XVI. Vladislus XVII. regis Poloniæ filius, qui hodiè regnat.

In hac generatione anno salutis 1155. postquam Ludouicus rex Franciæ Helionoram Guilielmi Pictauiensis filiam

Boëmiæ reges.

Ludouicus Franc. rex.

vxorem reliquisset, vt suprâ dictum est, quam Henricus Andegauensis comitis filius vxorem despôsât, quæ res initium fecit multis postea bellis. ob eas etem nuptias Aquitania, Andegauia, Cenomania & Turonû comitatus, Henrico accessere, quos principatus defuncto patre vnâ cum Angliæ regno suscepit, potens aduersus Fracos effectus. Genuit autem Helionora Henrico quatuor filios, Hæricum, Richardum & Iohannē, qui successuè reges Angliæ fuerunt, & Grof-froiû, qui vxoris suæ suppetijs fuit dux Britaniæ constitutus, & quatuor filias.

Atrex Ludouicus nè sinè liberis masculis vita defungeret, Constantiâ Alphonsi regis Castellæ filiam ducit, quæ in partu secundo dum filiam edit, moritur. huic superinduxit Alizam Theobaldi Bleseni filiâ, ex qua genuit Philippum, qui dictus est Augustus, cognominatus est etiâ Adeodatus, quasi ad preces Dei munere donatus. verum priusquam nasceretur, vt refert Robertus, patri hoc in somniû apparuit: videre visus est filium calicem manu tenere, humani cruoris plenum, cumq; suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberet imperterriti. Quod visum pater vni tantum Hærico Albano legato apostolico detexit: sed defuncto Ludouico, legat^o postea repropalat. deinde anno superiore antequam Ludouicus moritur, curauit Philippum regni cõsortem assumere. quare Rhemis perductum magna pompa adulescentem sacrari iubet, annum vix 14. agentem, cui, dum coronatur, Guilielmus Rhemorû primas, nouelli regis auunculus & S. Sabinæ cardinalis, Romanus legatus affuit.

Philippus
Augustus
Frac. rex.

Philippus itaq; rex cû annos tantû 15. natus esset, coronat: quo tẽpore Ludouicus eius pater quorûdam aulicorum suafu adductus, Philippum in Dionysiano tẽplo iterum coronari iussit, vbi Isabellâ Balduini Hannoniæ comitis filiam Philippus vxorẽ accepit, cui in perpetuâ dotem comes Arthesium vsq; ad Lifam annẽ dedit. paucis post diebus Ludouicus paralyti, vt refert Robertus, interiit, elatus in monasteriû de Barbello, quod viuus ipse construxerat, cuius sepulcrû Alila regina auro argentoque superad-

ditis gemmis ornauit. mortuus est anno Domini 1180.

Fridericus imperator sub titulo ducis Sueuiæ fundauit monasterium S. Fidis in *Sleestat*, habeturq; ibi aliquid de Othone episcopo Argentineñ & Cunrado comite, fratribus suis. Similiter monasterium S. Vualpurgis prope *Hagnau* in foresta fundatum est à duce Sueuiæ. Alij dicunt, & fortè veriùs, quòd Fridericus auus istius, gener Henrici quarti, monasterium S. Fidis in *Sleestat* fundauerit. Eo fermè tempore, hoc est, anno 1168. Cunradus comes Palatinus Rheni, frater Friderici imperatoris moritur, & Henricus dux Saxonie & Bavarie, Clementia filia ducis de *Zæringen* repudiata, duxit filiam Cunradi Palatini, & ob hoc post Cunradi mortẽ factus est comes Palatinus Rheni, quem Fridericus primus de Palatinatu inuestiuit. Mortua verò vxore, Henricus duxit filiam regis Angliæ, genuitque Othonem, Henricum & Guilielmum.

GENERATIO XL.

ANNO Domini 1170. imperante gloriosissimo imperatore Friderico primo, anno regni sui 18. presidete in vrbe Roma Alexandro III. pontifice maximo, anno eius 12. incepit XL. generatio. Circa cuius initium Gualfagus Anglerie comes, nuper Mediolano vastato captus & in Germaniam ductus, compedibus fractis, in Italiam cum rustico habitu venit. vbi Mediolanensium ciuibus conuocatis, adiuuantibus socijs ciuitatibus ac Græcorum imperatore, ab integro ciuitatem reposuit, ac mœnibus muniuit.

Mediolanenses igitur pristinam renouantes perfidiam, vt scribit Abbas Vrspringen, conspirationem inièrunt cum alijs ciuitatibus Lõgobardie, quæ omnes vno die iudices imperatoris cû suis fautoribus expulerunt, quosdam suspendentes, quosdam nudos relinquentes: quod factum esse propter multiplices insolentias, quas Teutonici exercuerant, Italici scriptores commemorant.

Accepta igitur occasione à schismate Ro. ecclesie & ab excõmunicatiõe imperatoris, & vt suspicabat, de authoritate Alexan-

Henricus
comes Palatini

Quod
der
Ita
pe

Mediolanensium
insurrexerunt

Alexandri papæ, spretis iuramentis, cœperūt rebellare. Et idē ipsi etiā reēdificauerunt quandam ciuitatem, ab imperatore prius destructam, et ob honorē Alexandri Papæ, vocauerunt eam Alexandriam, in dedecus & iniuriam imperatoris. De industria autem eam urbem instaurant, vndē Papiēn, Dertonēsesq; ac Montisferratenē, quos solos imperator amicos habebat, infestare possent. Ego tamen inuenio, Cremonēn imperatori tum quoquē amicos fuisse, & plures alios in Italia. vndē Papiēn, Cremonēn, & alij fautores imperatoris, in derisiōem Mediolanensū, eam ciuitatem Paleam appellabant. erat tamen circumdata fossatis ac muris firmis. creuit verò statim populus, siquidem constat 15. millia virorū primo eius conditæ anno eam incoluisse.

Prouocatus itaq; Fridericus, cum exercitu in Italiam ducit per montē Ciniſium, fretus fauore marchionis Montisferrati, & primò ad Secusam substitit oppidum fœderatū Lombardis. id dolo, vt fertur, captum diruit. Astenses deinde timore percussos, in deditiōem accipit. deinde Alexandriam delere instituit, quam quatuor menses obsedit. quū pluuia Octobri cōtinuata, Tanarus amnis effusus, magno obsessis præsidio fuit. ad prima autem veris signa sociæ bello ciuitates opem obsessis, atq; annonam nauibus aduerso Pado Tanaroque, simul terra apportarunt.

Tempore succedente, cuniculis quibusdam imperiales singuli quidam in urbem subrepunt. exciti tamē nocturni vigiles, urbem clamoribus implent. ad eas voces Alexandrini raptis armis irruunt, eos qui intrarunt, trucidant, & cuniculos repagulis firmat. ac eruptione facta, armatas Friderici cohortes ad portam expectantes, ingenti cæde commissa, ad imperatoris vsque tentoria repulerunt. pertæsus itaq; longitudine laborum, in die Paschatis obsidionem soluens, Papiam venit.

In hac obsidione imperator non profecit. Nam dux Henricus de Saxonia, quod tacent vel ignorant Blondus ac Platina, nepos imperatoris, perfidē ab eo recessit, sumpta occasione de execratio-

ne, & fortē accepta pecunia. Quem, vt referunt, secutus imperator vsq; ad lacum Cumanum, cum magna humilitate postulauit, vt se non desereret, volens ad pedes se ducis demittere, quod tamen dux recusauit. Quidam autem ducis officialis, Iordanus nomine, fertur dixisse: Sinite Domine, vt corona imperialis veniat ad pedes vestros, quia veniet & ad caput. Tunc imperator plus non potēs, pro tempore exercitum dimisit, & maximo labore auxilioq; Taurinensium ac Nouariēn egressus per montem Iouis, tendens in Burgundiam, in quibusdam locis adēd angustiat, vt accepta pecunia, seruiētis seruum se esse simularēt, & equos curaret.

Tandē veniens in Alemaniam, præfatum ducem de proditiōe crimine læsæ maiestatis impetiuit. dux verò præuenit eum, ac in Sueuia fecerat conspiratiōem contra imperatorem, cum Zolorensibus præcipuē & Veringēsis comitibus. Ast imperator ducem frequenter citat ad curiam, vt veniat ad obiecta responsurus. vbi quidā principes ac fautores ducis, more Teutonicorum voluntatem suam pro lege statuentes, dicebant quod imperator ducem condemnare non posset, vel terras suas abiudicare, nisi intra ducis terras placitum statueret. Porro quidam nobilis vir exurgens, proposuit quod lege duellionum obtinere vellet aduersus quēlibet, posse imperatorem euocare principē pro iustitia ad locum quemcunq; vellet, intra terminos sui imperij existentem. Cumq; nemo isti se offerret ad pugnam, edicto imperiali præfata sententia pro iure perpetuo statuta est, ratione & autoritate firmata est.

Deinde imperator prædicto duci abiudicauit ducatus suos & alia bona singula. sic factum est vt ducatū Noricum concederet Othoni Palatino de Vuitilispach, qui fretus auxilio fratru suoru, Cunradi videlicet Salisburgēsis episcopi, qui postea fuit etiā Moguntiē archiepiscopus, & Othonis fratris, quē fecit Palatinum in Vuitilispach, cuius filius postea Philippum regem interfecit. Horū auxilio Otho ducatū virilitè obtinuit, & ducē indē expulit. ducatū verò

Henrici ducis Saxonie rebellio.

Waring 100

Alexandria.

Quarta Friderici in Italiam expeditione.

Saxoniæ contulit Bernardo de Anhalt. huic auxilium præbebat Colonienſis archiepiſcopus, Philippus Mogútinus, & Lantgravius de Thuringia, qui ipſum ducem intra vnum mēſem de caſtris ſexdecim firmiſſimis expugnauerunt, & de terra vſq; **Brunſuig** expulerunt, de qua ciuitate nec ipſe, nec eius progenies adhuc potuit expelli. Imperator verò alia ipſius bona multis diſtribuit, præter ea quæ Guelphoni patruo illi^o & ſuo auūculo dereliquit. Hæc à quibuſdam geſta fuiſſe anno Domini 1180. narrantur.

Circa annū Domini 1174. erant in imperio nobiles quidā pacis ſtudioſi, tam pontificis quàm Friderici rebus pariter affecti, quibus interceſſoribus induciarum ſœdera ſunt cōſcripta. Longobardiæ populi inducias laudauerūt, ſed paci cum imperatore conſtituendæ non priuſ vacandum eſſe dixerūt, quàm Alexandri pont. Ro. ratio eſſet habita, quin etiām Veneti admoniti eſſent, quorum ſuaſione arma primū in Fridericum Veronenſes Paduaniq; mouerant. Deindè Friderico petente, conuentus Papiæ eſt habitus. illuc tres cardinales cum Se. Ap. legationis titulo acceſſerunt, cui Longobardiæ ſocietatis oratores interfuere, petieruntq; à Friderico cardinales pacem, per quam pontifex Rom. ſua & Eccleſiæ iura reciperet, retineretque intacta. & Lombardi ſubiectionis modum poſtulabant, conferendorumq; tributorum conſuetudinē obſeruari, quā Carolus Magnus, Ludouicus & Lotharius conceſſiſſent, volebantq; & pōtifex & Lombardi Emanuelem Græcorum imperatorem ac Guilielmum regē Siciliæ includere. Friderico autem iniqua, vt Blondus vult, poſtulante, conuentus eſt diſſolutus.

Paulò deindè poſt reſcitum eſt, Fridericum copias ex Germania nouas cōtraxiſſe, ac in Italiā aduentare: quas cum exploratores breuī affuturas renunciant, Papienſem Comenſemque agros populati ſunt Mediolanenſes, Alexanderq; pontifex Alexandriam urbem dato epiſcopo exornauit, & Papienſi Eccleſiæ crucis ac pallij dignitate priuauit.

ANNO 1175. Friderici imperatoris copiæ Comum peruenere, ſociæ autem

ciuitates per Lombardiā Mediolanenſibus præſidio acceſſerunt, ductumque eſt maximo apparatu Mediolanenſis populi Coracium in rus Barilianū, & impatientes moræ Mediolanenſes DCC. equites, Comenſi agro quā hoſtis venturus nunciabatur, progreſſi ſunt: in quos à longè viſos, Fridericus trecentos primū equites, indè alias poſt alias turmas immiſit. repulſiq; Mediolanenſi, multis vulneribus acceptis, ad Coracium vndè reſiſtendi neceſſitate acies oppoſita eſt, concedunt. Et Fridericus iam ternis copijs in prælium paratus aduolauit. Primus itaq; in tanto ardore Friderici ſignifer, cum aquilam inter confertos hoſtes intuliſſet, confoſſus, aquilaq; in hoſtium poteſtate facta eſt.

Quo in loco cum pugna eſſet atrox, & multæ hincindè fierent cædes, Fridericus impetum in hoſtes inconſultius fecit: dumque multos manu ipſe etiām ſua vulnerat interficitq;, equo iuſſoſſo prolapſus occubiſſe creditus eſt. ad quam famam ardentiores Italici, impreſſionem fecerunt, & Germani pedem referre, poſt fugam ſenſim committere cœperunt, quorum multos Ticinus amnis abſorpiſit, & plurimi eorum ad hoſtium caſtella ignari itinerum delati, partim cæſi, partim ſunt capti. Facta de impedimentis ac cæſorum ſpolijs præda, militi eſt conceſſa.

Erat Comi vxor Friderici, quæ mutata veſte funere regio proſequi virum ſatagebat. verū die quinta à commiſſo prælio Fridericus Papiæ habitu comitatuque imperatorio urbem perambulare priuſ eſt cōſpectus, quàm eum vel viuere Papienſis populus reſciſſet. Poſtquam & vxor & viri eccleſiaſtici ingens multitudo, quos iturus in prælium imperator Comi dimiſerat, Papiam ad eū conuenerunt, multi eorum ea fuerunt audacia, vt in faciem illi dicerent, perſecutionem Eccleſiæ, qua tam diū debaccharetur, Germanos & * ſuos imperio ſubditos luere. Ad quæ verba ardentiores facti epiſcopi & archiepiſcopi multi, ſunt proteſtati, ſeſe, niſi Rom. pontifici & Eccleſiæ pacem breuī dederit, eum derelicturos, & ſucceſſorem ab Electoribus poſtulatuſ; quibus deterriſ

minis

Brunſuig.

Agi^o de pace Italiae.

Quinta Friderici in Italia expeditione.

Impropria Friderici pugna.

minis, quærere statuit, opportunè tamen, quonam modo pax inter papã & imperatorem componeretur.

ANNO igitur Domini 1177. reformata est pax inter Alexandrum papam & imperatorem apud Venetias. de medijs autem quibus ad pacè ventum sit, Italici quoquè scriptores sunt partim discordes. Blondus enim scribit, què sequitur Aeneas Syluius, Fridericū post præmissa Magdeburgensem Moguntinumq; archiepiscopos, oratores ad pacè cum Alexandro constituendam, destinasse Anagninam. Conuentum est ibidem, vt pontifex Bononiam, imperator Mutinam se cõferret, quòd eo modo facile posset ad colloquiū perueniri, pro qua re complenda, pontifex ad Garganum montem se contulit, vbi triremes à Guilielmo Siculo tredecim missas reperit, hisq; Venetias delatus, magno honore exceptus est, & in itinere terrestri sex cardinales Bononiam misit, Fridericus autem Mutinam venit.

Dum hæc geruntur, oratores Friderici Bononiam suspectam dicūt, & Ferraria pro conuentu eligitur. erat quadragesimale tempus, & pontifex ducem Venetorū aurea rosa donauit, petijtq; Ferrariam: vbi rursus mutatis conditionibus, Venetijs cõuenire placuit, ea lege, nè prius imperator Venetiasmitteretur, quàm pacem iureiurando firmaret. Concessit igitur Fridericus pacem Alexandro in ea formula, qua semper optauerat, & Guilielmo regi Siciliae, ac quindecim socijs ciuitatibus in sex annos pacem dedit. Hæc Blondus.

Alij verò asserunt, Fridericum cū magno exercitu venisse in Aufoniam, mouisseq; in romanã urbem, pro quo pontifex (vt aiunt) eius vires perhorrescens, 17. pontificatūs sui anno coqui sui vestibus sumptis, eo in habitu Venetias profugit, ad diuæ virginis de charitate monasterium profectus. hîc ab incolis recipitur, & hortulo præficatur.

Post aliquot verò menses, cū quidam nomine Cõmodus, eum agnouisset, confestim ad Sebastianum ducè accessit, pontificem adesse Romanum retulit. quire cognita, mox senatum congregans, cum omni apparatu ad ponti-

ficis diuersorium accessit, agnitumq; in tali despecto habitu pontificem, cum crucibus alijsq; solennitatibus ad diui Marci templum cum omni gaudio perduxit. Cumq; ibidem pontifex ante altare ex more confedisset, principem, senatum & omnem populum benedixit.

Imperator audiens summum pontificem Venetijs esse, Othone filium suum cum armata classe ad reposcendum summum pontificem Venetias misit, qui & Venetis ob id bellum mouit, cui statim Sebastianus dux Venetorum occurrens, facto congressu ipsum superauit, & Venetias vincitum perduxit. Otho autem ad pōtificem ductus, procurauit quòd pax inter maximū pontificem & patrem Augustum componitur.

Altera igitur quæ secuta est, die Fridericus Venetias venit. pacem à filio confectam hoc modo approbat, vt Romam & quæ ditionis erant Ecclesiasticæ, summo pontifici redderet, & quicquid ille pro perpetrata culpa iniungeret, patientèr perferret. Isto igitur fœdere Alexander pontifex inuito, confestim ad ianuas templi diui Marci accessit, & ibidem vniuerso adstante populo, imperatori iussit vt se humi prosterneret, & veniam denuò postuleret.

At summus pontifex Cæsaris imperatoris collū pede comprimēs, ait: Scriptum est, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonē & draconem. At Fridericus: Non tibi, inquit, sed Petro, cui successor es, pareo. Et pōtifex respondit: Et mihi & Petro. ac sic inter imperatorem & summum pontificem pace composita, ipse imperator cum bona venia abiit. Vel vt Blondus scribit, postquàm pontificis pedes imperator exosculatus est, deindè ad altare maius ambo principes se amplexati & exosculati sunt.

Abcedète igitur imperatore pontifex ob beneficium à Venetis susceptū, Sebastiani duci & eius successoribus ac senatui Veneto priuilegia concessit: primò quidem funale candidum, quod solis pontificibus Romanis portandum consuetudo concedit. Item quòd

De Othone
Frider. filio.

Nota de papa

Psal. 90.

Non tibi,
sed Petro.

Venetis que
priuilegia
dedit Alexander.

plumbo possent epistolas sigillare deinceps. Tertio eidem principi umbellum concessit, ornamentum galero persimile. Quarto Venetorum principi tertiam sedem in theatro Ro. fieri fecit, cum prius duæ tantum in papæ theatro sedes essent, quorum dextram pontifex, sinistram verò Cæsar tenet. Demum in ascensione Domini Venetis in templo S. Marci Euangelistæ indulgentiam plenariam perpetuò duraturam concessit, quæ hodiè perdurat. Quinto ipsi duci octo vexilla serica diuersorum colorum obtulit. Sexto deniquè cereum album eidem condonauit, quæ omnia in palatio S. Marci perpulchrè depicta habentur.

Abiens deniquè Venetijs pontifex cum triremibus Guilielmi Siculi & quatuor Venetorum ornatus, Anagninam se contulit: vbi non diu immoratus, Tusculum petens, de abrogandis consulibus agere cum Romanis cepit antequam pax componeretur. Verum quia difficile erat consules tolli, quos ad quinquaginta annos habuerant, pacti sunt ut non prius electi à populo consules magistratum inirent, quam pontifici iurarent se Ecclesiæ Romanæ fore fideles, nihilquæ unquam molituros quod dignitati pontificiæ obesset.

Hoc itaque modo rebus compositis pontifex Romam profectus est. Unde postmodum v. Kalen. Augusti, Iohannes Sarmienis qui dicebatur Callistus, renunciauit schismati, & venit ad pedes Alexandri, & hic erat tertius antipapa. Eo ablato, ferè omnes scribunt, schismaticos elegisse quendam cui nomen *Lando, & vocabant eum Innocentium. sed quò ille peruenerit, & quid de eo actum sit, nullus ex his quos legere potui, scribit. Cum Friderico enim pax inita durauit.

*Lando

Friderici filij.

Sic itaque durissimum schisma quietuit, & bella diutina coeperunt tepescere in Occidente. Imperator quippe iam veniens in senium, quieti cepit operam dare, & vtilitatibus filiorum suorum intendere. Quinque enim genuerat filios, Henricum quem postea designauit imperatorem, Fridericum quem fecit ducem Sueuorum, Othonem qui postea

habuit terram matris suæ Burgundiam, Cunradum qui mortuo prædicto Friderico, fuit dux Sueuorum: sed & minimum Philippum, qui mortuo Henrico successit in regnum.

In Oriente verò, incipientes quæ superiore generatione dimissimus, Almaricus Ierusalem rex, anno Domini 1170. vel circiter, audiens quòd Noradinus regnum Aegypti nitebatur occupare, contractis militaribus copijs, descendit per solitudinem in Aegyptum. quo audito, Suar Sultanus nostræ fidei admirans synceritatè, gauisus est valdè. considerabat enim vir prudens, nullatenus nisi per Christianum exercitum hostem se expellere posse. Quare consentiente Calipha, regi Almarico 400. aureorum millia dedit ea conditione, quòd rex non egrederetur de Aegypto, nisi Syracino aut extincto, aut Aegypti finibus expulso.

Quibus pactis, Almaricus in prælium egreditur, quanuis impar nimis accinctorum ad prælium distributio fuerit. habebat enim Syracinus loricatorum xij. millia, Christianorum verò equitum quatuor millia, præter Aegyptios viles & effœminatos. Itaque commissa pugna, rex aciem hostium viriliter sternit ac in fugam vertit. ceciderunt die illa hostes mille quingenti, de Christianis ceterum. Syracinus autem fugiens, tradentibus ciuibus, Alexandriam occupauit. eo audito, rex celeritè sequutus, ciuitatem obsidione cinxit, victumque omnem mari & terra abstulit.

Est autem Alexandria totius Aegypti metropolis, Magni Alexandri opus, vbi turris est Pharos, à Sostrato Cnidio condita, Philadelpho rege, inter orbis spectacula numerata. Obsessa ciuitate quotidiani conflictus eduntur. tandem pax est facta, scilicet, quòd rex reciperet suos quos Syracinus tenebat in vinculis, & captiuus Turcis Syracino restitutus, regnum Aegypti ipse egrederetur cum suis legionibus. & sic obsidio Alexandria soluitur, ac ciuitas per deditorem in regis transfuit potestatem.

Egrediuntur ergò, concessa pace, obsessi, qui diutina fuerant obsidione macerati, vnum præ omnibus admirantes, quòd

Almaricus
Ierusalem
Aegypto
Bella.

quòd tantam multitudinem ciuiv, tantam aduenarum numerositatē, tam modicus exercitus intra vr̄bis mœnia coërcuerit, & ad ignominiosam deditiōē compulerit. vix enim Christianis erant equites quingenti, peditum quinque millia: obfessorum qui arma portabāt, quinquaginta millia. itaque quisq; redijt ad sua.

Sequēti autem anno ad regem legatio solennis ab imperatore Constantinopolitano peruenit. summa legationis erat: Sentiens imperator, quòd regnum Aegyptium adeò potens & opulentum, peruenit in manus imbelliū & effœminatorū, timebat nē perueniret ad gentes alienas: sperabat autem quòd auxilio domini regis Ierusalem, facile posset in suam potestatem redigi. Hac igitur gratia legati regem adeunt, firmatis conuentionib⁹ quòd imperator gentes mitteret, ac simul vniti regnum aggredierentur.

Fama adhæc, vt dicitur, personuit, quòd Suar Sultanus Aegyptius occultē dirigeret ad Noradinum legationes, ab eo implorans subsidium, asserens se inuitum pacis foedere cum inimico populo Christiano iunctum, & si de eius amicitia certior esset, pacta nostris frāgeret. Vndē rex iusta indignatione motus, contractis copijs, in Aegyptum festinat descendere. Sunt qui omnia prædicta dicunt ficta fuisse, sed vt factū haberet aliquam excusationem, talia vulgata esse in populo.

Incentiuū autem huius mali, vt quidam volūt, ministrabat Guilbertus magister domūs hospitalis. fratres autē militiæ templi, eidē se facto subducentes, quæ eis contra conscientiam bellum indicare præter pacta videbatur, regē sequi noluerunt. Rex ergò Aegyptū aggressus, pelusium oppugnat. Sultanus verò Suar his auditis, & munere & amicorū auxilijs Almaricum regem adoriri statuit. Missa ergò ad Noradinum legatione, auxilium implorat communis rei tuendæ causa. obsequitur Noradinus, ratus grassaturam hanc hostium vim in sua, nisi mox occurratur. Syracinum expeditissimis armis qui amicum strenuē iuaret, in Agyptum mittit vicinam.

Rex autē euerso Pelusio, Cairū obfidet, vndē Sultanus regem cupidū promissis eneruat, infinitam pecuniam offerens. nam vt aliqui dicunt, aureorum vigesies centena millia, quod vix Aegypti regnum persoluere posset, promittit. hoc autem non vt solueret fecit, sed vt regem protraheret, quòd Turcarum auxilia venirent. Datis intereā præsentis cētum millibus aureorum, rex obsidionem soluit: & retrocedens, circa ortum balsami castra constituit, vbi per exploratores recognouit, quòd Syracin⁹ adueniens, innumeram multitudinē Turcarum secū traheret: quare ire ipsi obuiam parat.

Sed cū audisset Syracinum Nilum transisse, quoniam nouo consilio videbat opus esse, duplicatis hostiū viribus, iam non tutū sibi vltra morari in Agypto prospiciens, ordinatis agminibus in regnum suum redijt. Porro Syracinus videns temporis opportunitatem votis suis consociatam, & iam non esse quempiam qui suis desiderijs posset resistere, quod antē mente cōceperat, exequitur. nam Sultanum nil de Turcarū fide dubitatem iussit occidi, post cuius mortem ingressus ad Calipham, & ei debitam exhibens reuerentiam, ab eo Sultanatus officio insignitur. O nefanda cupidæ mētis rabies. eccē à quo quieto & tranquillo statu, & in quem turbulentum in partibus Orientis Christianos deiecit inordinatus amor habendi. Aegypti copiæ & opulentiarum immensitas nostris vsibus famulabantur, ex ea parte Hierosolymitanum regnum tuta habebat latera, nec erat ab Austro quem formidaret. at nunc quòd te vertas, suspectas inuenis regiones, quoniam omnis per circuitum regio hostibus patuit.

Verū Syracinus hoc tam magno facinore non diū est lætatus. nam vix anno superuixit. Quo mortuo, successit ei Saladinus vir acris ingenij ac strenuus, in militares viros liberalissimus. Fuit p̄tereā clemēs in deuictos, in verbo valdē stabilis. hic primis sui principatus auspicijs ad Calipham dominum suum ingressus, vt solitam ei exhiberet reuerentiam, claua quam secum portabat, ipsum

Almaricus
foedus cum
Aegyptijs
negligit.

Syracini
perfidia.

Saladinus
Sultanus &
Calipha.

ipsum occidit: quo occiso, omnem eius progeniem gladio transfuerberauit, vt ipse simul esset Sultanus et Calipha, deinde omnem eius thesaurum suis liberaliter erogauit militibus.

Videntes autem principes Orientales, quod occupata à Turcis Aegypto, multo deterior facta esset conditio Christianorum, opus esse deliberant, vt de praelatis regni ad Occidentis principes dirigerentur, qui diligentèr insinuèrèt regni Hierosolymitani importabiles necessitates, & Christianorum inibi afflictionem, asperosque casus imminentes.

Missi sunt ergò de communi omnium còsilio Fridericus Tyrensis archiepiscopus, & Ioh. Paneates episcopus, qui velocitèr ad partes Occidentis peruenientes, nihil profecerunt.

Deinde anno 1171. memor Constantinop. Imperator pactorum, quæ cum Hierosolymorum rege firmauerat, scilicet vt suis copijs adiutus, Aegyptiorum regnum occuparet, classem in Syriam misit, in cuius nauali erant galeæ centum quinquaginta: naues autem onerariæ ad equos, arma & bellica instrumenta portanda, septuagintaduæ. præterea è principibus erant ibi Malducas consanguineus Imp. & Alexader nobilis vir de Apulia. Rex autem Almaricus compositis regni negocijs, apud Ascalonam tam Græcorum quam Latinorum congregauit exercitum. inde terra mariq; ante Damiatam, quam principio obsidere disposuerat; castrametati sunt, urbem obsidione vallantes: vbi dum per triduum assultus differunt, experimento didicerunt, verum esse quod poëta ait:

Semper nocuit differre paratis.

Nam hoc in triduo superuenerunt ex superiori Aegypto Turcarum copie, & nostris videntibus, nec prohibere valentibus, urbem prius penè vacuam impleuerunt. Christiani tamen nihilominus erectis in gyrum machinis, ciuitatè aggrediuntur, sed ciues virilitèr resistebat.

Accessit per idem tempus tanta imbrium abundantia, vt nulla arte stillicidia in tugurijs arceri possent. fiebat interea interpolatis diebus in urbè assultus. nunc nostri, nunc hostes deterius habebant. Ipsi verò raro Latinos, nisi

lactessiti, ad congressum prouocabant. In Græcos verò nonnunquam per quãdam adulterinam portam eruptiones faciebant. Augebantur indiès ciuibus copiarum militares, ita quod iam nostris essent formidini.

Murmur ergò serpebat in populo, & erat penè omnium vna sententia, Christianos inutilitèr operam consumere irara diuinitate. Coaluerat enim famas valida in castris, & potissimum Græcorum. Mediantibus ergò nostris & Turcarum satrapis nonnullis, consentientibus in idipsum Græcis, occultis quibusdam conditionibus fœdus inicitur, & mox voce præconia pax indicitur.

Depositis machinis & igne successis, Almaricus terrestri itinere reuersus est in regnum suum. Græci verò omnes qui nauigio venerant, vt ad propria remearent, sinistro omine naues conscenderunt. nam sæuissima tempestate suborta, còfractis ad littora nauibus, naufragiū passi sunt, adeo vt de tanta classe vix pauca naues conseruaretur incolumes.

ANNO sequenti Saladinus vt Christianis vicem rependeret, ad inuadendos eorum fines totis se viribus præparat. vnde contractis copijs vsq; ad 40. millia equitum, regnum hierosolymitanum ingreditur. Hoc audito, rex cum vniuerso exercitu qui vix ducèti & quinquaginta esse poterant milites, celeritèr Ascalonam properat. Deinde hostibus ad bellum præparatis parat occurrere. Sed illi ad alium declinantes locum, effracto Gazæ suburbio, cum ingenti præda in Aegyptum sunt regressi.

Videns autem rex Almaricus quantis molestijs regnum molestaretur, & hostium incessantèr augebatur numerus, statim consilio principum in Occidentem solennes misit nuncios. Ipse verò ad imperatorem Constantinopolitanum prospero flatu nauigat. Audiens autèr imperator, primùm vehemèter admirans, quæ esset causa tanti laboris, deinde ad gloriam suam reputas, quod rex Hierosolymorum locorum venerabilium Dominicæ pass. resurrectionisque Defensor & Aduocatus ad se venerit, quod nulli prædecessorum suorum legitur accidisse, plurimum exhilaratus est.

Ingre-

Damiatam
Latini cum
Græcis ob-
sident.

Incòmoda
Hierosolym
regni-

Ingrédiēti regi cum cœtu procerum suorum, imperator familiaritèr assurrexisse fertur, ac pacis osculum dedisse. deindè rex imperatori viæ suæ causam aperit, regni sui necessitates explicat. Famam immortalem, quam imperator in subiugando Aegypti regno sibi cōparare posset, diligentius exponit, facilitatē quoquē obtinendi propositi euidētib⁹ adstruit argumentis: quibus persuasionibus aures benignas imperator accommodauit, & desiderijs plenū ac optatum pollicetur effectum. Hoc completo negotio, bona spe adreditū se parat, ac secundis flatibus actus, Sidonem peruenit: quo anno & sequenti Saladinus eruptiones facit in regnum Hierosolymitanum: sed Deo propicio, parū nocere potuit.

ANNO autem Dñi 1175. Noradinus Alapiæ dominus, maximus Christianæ fidei persecutor, princeps tamen iustus ac prouidus, est defunctus: nec multò post Almaricus rex febre correptus, est mortuus, & inter prædecessores suos sepultus. Noradinus autē reliquit filium impuberem apud Alapiam commorantem, qua de re Damasceni vocabant Saladinū ob tutelam pueri, qui statim regnum Damascenorum occupauit: quo facto, cum multitudine suorum versùs Cœlesyriam properat, omnesque illas vrbes, quæ hactenùs Noradini fuerāt, facillè occupat atq; subigit: Christianos verò apud Hierusalem & alibi in Asia agentes, breuì fuerat confecturus, nisi eodē tempore quo ipse à Turcis, à Christianis Balduinus in regē fuisset assumptus, filius Almarici, qui vix 13. annum attigerat, elephantia morbo suspectus. Vndè de communi omnium consilio principum, Raimundo comiti Tripolitano regni cura et administratio commissa est.

Audiens autem rex, quomodò Saladinus cum Noradini filio egisset, suspectum meritò omnes qui erant de cōsilio regis, Saladini incrementū habebāt, nè geminatis possessionib⁹, acriùs in Christianos insurgeret: tutiusque videbatur, filio Noradini ministrari subsidiū. Ergò comitē Tripolitano administratorem regni cū vniuersa militia dirigit, vt co-

natibus Saladini se opponat. Audiens Saladinus comitis contra se aduentum, per nuncios eum rogauit, nè suis se conatibus opponat, sed vt permittat se cū Noradini filio fortunam experiri, & nè hoc contemnat, obsides suos & Rainaldi quondam Antiocheni principis, qui in Emisa ciuitate quam ipse occupauerat, captiui tenebantur, gratis offert restituendos.

Placuit hoc verbum comiti, & receptis obsidibus, prout pactū est, ad propria cum Christianorū exercitu remeauit. Verū breuì post Saladinus immemor initi fœderis, regnū Hierosolymorum infestare pluribus tentat incursionibus: quod cū Balduinus rescisset, conuocatis suorū tumultuarijs copijs, fines Damascenorū ingreditur. Serusidolus autē frater Saladini, audiens regis aduentum, præerat enim ille Damasco, congregata suorū militia, Christianis occurrit. Verū Deo prouidente simul & pro suis pugnāte victus, multis suorū amissis, fuga salutē Serusidol⁹ quæsiuit: Christiani autē victoria potiti, multaq; præda onusti, Hierosolymā sunt reuersi.

ANNO Balduini 3. Saladinus occupata omni terra Noradini, in Aegyptū reuersus, infinita suorum congregata multitudine, hostilitèr Christianos aggressus est. Quo audito, rex vocatis celeritèr suis, inuocato Dei auxilio, vrbe Acalonam pugnaturus cum suis egressus est, in cuius exercitu vix erant 375 equites loricati. nam reliquam militiā rex Antiochiam miserat: hi omnes prouio Dominicę crucis ligno, contempta multitudine, hostes inuadūt. primò dubio Marte conflictum est, cū essent vires longè impares. Nam dicebantur in exercitu Saladini fuisse equitū 26. milia armatorum. Sed Deo auxiliāte, confractis legionibus, strage facta, hostes in fugam vertuntur, quos nostri vsque ad noctem insecuti, penè per xij. milliaria ad interneccionem tantam multitudinē delcuere, adeò vt Saladinus vix cum cētū equitibus fuga euaderet, cæteris occisis aut vinculatis. Hac potitus victoriarex, multa onustus præda, Hierosolymam est reuersus.

ANNO sequenti Saladinus iterū regnum

Balduinus
Hierosoly.
rex vij.

Baldu. Saladinum vincit.

regnum Hierosolymitanum hostiliter est ingressus, quod postquam regi innotuit, suis vndique conuocatis, contra hostes fidei progreditur: qui Saracenorum excursus habes obuiam, cum eis iniuit prelium. Nostri fiunt superiores, multisq; interfectis, ceteri in fugam versi, ad castra Saladini peruenere. Saladinus cognito quod acciderat, ordinatis aciebus, nostris obuiam pergit, p multitudine suorum confidens: & cum diu ancipiti bello pugnatum fuisset, & nostri de victoria nimis securi, confuso agmine & ordine hostibus occurrissent, Christianos tandem in fugam vertit. Capti sunt ibi ex nostris Otho de S. Amado, magister militie templi, qui squalore carceris eodem anno mortuus est. multi quoque de nostris occisi sunt.

Hac elatus victoria Saladinus, infinita damna eo anno regno intulit. Nec Hierosolymos preter inducias res vlla tuebatur, que pacem inter vtrunq; principem, vix durauere biennio. Hinc Saladinus cum infinita infidelium multitudine, rupto foedere quod cum Christianis pepigerat, fines regni ingressus, agros & suburbana depopulari cepit. Erat autem hostium numerus 20. milia. Preparat se in occursum nostri, vix septingenti equites, qui prauia Domini misericordia, ordinatis agminibus in hostium cuneos irruentes, dissolutis eorum agminibus, omnes in fugam vertunt, de quibus illa die ceciderunt mille.

Saladinus ergo victus redijt ad propria, atque vt erat vir animo vigilantissimus, volens Christianorum vires explorare, multo his maiora cepit attentare. Nam suorum vndique contractis copijs, transito flumine Euphrate, in Mesopotamiam applicuit. Vnde vrbes splendidissimas, Edessam videlicet ac Carras, cum reliquis & omni penes provinciam, que sub ditione & dominio fratris Noradini fuerant, sibi vendicauit.

Verum vt rex Saladinum ad exteras sese terras recepisse cum suis copijs intellexisset, ratus regionem ipsam viribus hostium destitutam, coadunatis sibi militibus, terras Damascenorum ingreditur, locumque celebrem satis &

insignem Zoram, multis refertam habitatoribus, non longe a Damasco violententer confregit. Quo facto, presidium quoddam quod a Christianis paulo ante abstulerat Saladinus, obsidentes nostri, ad ditionem obsessos compulerunt: quod rex cum intrasset, pradam inde abspertauit. Post in regnum feliciter redijt.

Verum Saladinus vt aduersus nostros liberius contederet, minori Asia, Armenia & Lycie, quam maiorem Turciam nunc appellant, Sultanum prefecit gente Turcam, paucis admodum copijs attributis. Itaque Saladino tantis implicito bellis, Emanuel secundus Græcorum imperator, subiicienda sibi Turcie animum adiecit, & copijs quidem ingentibus ac paratissimis raptim ductis, Ciliciam primum spoliando vrendoq; subegit: Asiam deinde minorem ingressus, ad Cuneum urbem provincie primariam peruenit. Sultanus interim copijs armatorum decem millium contractis, haud longe a Cuneo desedit. tactus vero erat Sultanus regni ambitione, & si forte de Saladino aliquid durius accidisset, illi succedere expectabat: quare multum Emanuele orauit, vt parte earum ciuitatum quas ceperat, retenta, quod erat reliquum, sibi relinqueret, foedera secum quacunque prescriberet in iuro. Et cum Emanuel Cuneum obstinatius petens, in illum ducere pararet, ingenio barbarus, astu rebus suis consulere perrexit. Fuga nanq; simulata, fauces montium arctissimas est ingressus, quem Emanuel euestigiò est insecutus, futurum ratus, vt eo exercitu oppresso, Turcia omnis in suam cederet potestate. Sed aditibus vbiq; repagula presidiaque barbarus ita opposuerat, vt quamprimum ingressus fuerat Emanuel, sese cum exercitu interceptum, omni destitutus spe salutis intellexerit: actumq; erat de eo, nisi Sultanus perfidia in Saladinum vsus, regno quod ambiebat, imperatoris Græcorum presidia voluisset magno beneficio coparare. Nihil enim vltra captis imperatori et Græcis prescribens, q̄ vt his quæ de Turcis ceperat redditis, pacem secum posthac constantem seruarent, eos abire permisit.

Hic

Saladinus
foedus rupit.

Emanuel
Græcorum
Imp.

An
Lat
Gr
pul

An
Alex

Alexius filius
Emanuelis.

Hic Emanuel Constantinopoli imperator paulò post anno domini 1180. moriens, Alexium filium hæredem imperij reliquit annorum 13. Andronico Græco regia progenie tutore dato, cuius consensu Philippus Franciæ rex Hagenen filiam adolescenti in matrimonium locat. Præfuit Andronicus tutorio nomine Constantinopolitano imperio, donèc aulæ studio principatum (nam & ipse ex impatoriâ familia erat) ambiret, sed conatibus suis præcipui videbatur aduersari Latini, quorum in puerum ob patris Emanuelis merita fides erat spectata.

Quare pellectis in suam sententiâ aulicis, Latinos edicto publico consensu imperatoris curia expulit. Latini mète cõsternati, Græcorum molimina præuenientes, in galeas quadraginta quatuor, quæ erant in portu, aliasque naues se recipientes, vix mortis euaserunt discrimina. qui autem infirmi erant, aut ad fugam minus idonei, rabiem sunt experti. Inuaserunt enim abeutes Græci, nec sexui, nec ætati parcetes. Reliqui verò quæ se eorum fidei commiserant, turcis & alijs populis infidelibus in perpetuam venditi sunt seruitutem, qui promissui sexus ultra 4. millia fuisse dicuntur.

Verum nec à seculo inauditum scelus impunè commiserunt. nam qui in galeis & nauibus (vt prædiximus) erant, postquam cognouerunt Græcos vxores & eorum liberos, totamque familiam quæ in vrbe remanserat, partim gladio, partim incendio consumpsisse, iusta indignatione circumierunt vtrumque; Hellesponti littus vsque; ad ostium mediterranei maris, mancipia vi cõprehendentes, vniuersos habitatores gladio peremerunt. sed & monasteria puadetes, pseudomonachos & sacrilegos eorum sacerdotes ferro cædunt, monasteria succedentes, ex quibus locis infinitam auri & argenti copiam corraserunt. Deinde mare mediterraneum ingressi, Thessaliæ & aliarum circumadiacentium prouinciatarum vrbes plustrantes, cum cæta incendio & rapinæ tradidit: qui verò stragem aut rapinam abominabantur, in regnum Hierosolymitanum descenderunt.

Andronicus verò, pulsus Latinis quæ puerum fauebant, breui post nauigantem laxandi animi gratia impatoris Alexium, in mare præcipitatum necauit, isque sumpta euesti-

gio purpura, imperator à cõplicitibus est declaratus. propterea nè facinore partem tyrannidem amitteret, facinus haud paruū edidit. nam proceres omnes, quorum virtutem suspectam habebat, interfecit.

Verum Guilielmus Siciliæ rex, iniurias Latinis ab Andronico illatas ulturus, cum armato exercitu in Græciam traiciens, Thessalonicam Macedoniæ urbem incepit, & multas Græciæ Thraciæque ciuitates varijs calamitatibus affectas partim cepit, partim diripuit, nusquam occurrente Andronico, dijs nunc & ciuibus suis infesto, propterea quod multos occiderat, plerosque exilio damnauerat.

Hac necessitate impulsus Constantinopolitani ciues, Isaac quædam regia progenie ortum, ex Peloponneso vocatum, imperatorem tumultu concitato acclamauerunt: isque populi multitudine stipatus, Andronicum prælio superat, captumque singulis mutilatum membris, vitam in acerbis cruciatibus finire cõegit. Hæc ad tempora Lucij Papæ sunt protracta.

Nec protereunda mihi videntur in hæc serie Philippi regis Franciæ initia. Hic enim principio regni sui in aleatores quos abhorrebat, edicta proposuit, illorumque executionem fecit. Anno autem primo regni sui bella pro ecclesiarum defensione, clericisque libertate duo gessit: vnum contra Bebonem in territorio Bituricensi, secundum contra comitem Cabillonensem, quorum tyrannidem viriliter perdomuit.

Paulò post quæ Iudeorum maxima multitudo Parisijs habitabat, quæ ibidem adeo diuites facti erant, vt ferè medietatem vrbis sibi vendicaret, hi contra decreta ecclesie in domibus suis seruos Christianos et ancillas habebant, quos etiam in quibusdam iudaizare cogebant. Insuper & sacra vasa pro instate ecclesiarum necessitate pignoris nomine retinentes, tam vilitè tractabant, quod eorum infantes in calicibus offas faciebant, et ex his bibebant. Sed & multa alia enormia contra fidem nostram committebant. dicebatur etiam, quæ singulis annis in opprobrium ac contemptum Christianæ religionis quasi pro sacrificio in quibusdam locis subterraneis in die cœnæ Domini Christianum vnum patibulo crucis affigentes occidebant. Quæ cum audisset rex Philip-

Isaac Græcorum
Imperator.

Philippus
Franc. rex
Iudeos peloponnesi.

Andronicus
Latinos
Græcia expulit.

Andronicus
Alexium necat.

pus, mortuo patre, eius præcepto per totum regnum Iudæi capti sunt, & primò omnibus bonis spoliati, deindè madauit vt omnes qui fidem Christianã & baptisma suscipere nollèt, de regno eiº exirèt.

Multi ergò baptisma susceperunt, quibus rex omnes possessiones suas integrè restituit, synagogas autem ecclesias dedicari mandauit.

Cùm autem his temporibus in curijs regù & principù multi histriones concurrerent, qui pro adulatione ac procacitate equos, vestes, aurum & argentum extorquebant, adeoq; hæc pestis inualluit, vt miseri & auari reputarentur, qui talium societate carerent: Philippus rex Franciæ considerans hoc esse vanum & saluti contrarium, promisit Deo, quòd dum viueret, vestes suas Dei intuitu pauperibus erogaret.

Ad res ecclesiæ nunc reuertentes, vnde digressi sumus, quæ post initum pacis fœdus inter Alexandrum Papam & Fridericù facta sunt, narrabimus. Itaq; confecta inter ecclesiæ capita pace, Fridericus cum bona pontificis venia Ra-uennam, deindè Bertonorù se contulit. Alexander autem triremibus 13, Guiljelmi Siculi & 4. Venetorù ornatus, Sy-pontù primò ventis delatº, deindè Troiam & Beneuentum, per Cassineñ saltù Anagniam se recepit, vbi non diù se còtinens, Tusculum petens, de abrogadis consulibus cum Ro. agere curauit.

Verùm quia res in quinquagesimù se annum protraxerat, difficultèr tolli videbatur. Pacti tamen, vt nõ prius electi à populo consules magistratum inirent, quàm in verba pòtificis iurarèt se ecclesiæ Ro. fidelissimos fore, nihilq; vnquam molituros, quod dignitati pòtificiæ obesset: còpositis rebus, pòtifex tertio Romam pfectus est, obuiam sibi pcedente gratulationis causa populo. Deindè statim in Laterano còciliù celebrat, in quo mores curiæ iam nimia licentia labefactatos corrigit: & nè quis arma, ligna, ferrù infidelibº apportaret, sub anathematis pœna decernit. De decimis quoq; ante hoc concilium à laicis in feudum concessis, decretalem instituit.

Interim verò Alexander post longos & assiduos labores, cùm iam quieturus

à tyrannicis perturbatiõibus videretur, pòtificatùs sui anno 21. die 19. moritur: sublatis prius è medio quatuor schismaticis pontificibus, quorum seditionibus ecclesia Ro penè subuersa est. Reliquit autem Petri sedem Lucio eius nominis secundo, natione Tusco, qui Luca gète nobili oriundus, omnium consensu pòtificatù inijt anno Domini 1181. sedit annos quatuor, menses duos, dies 18. Hic Lucius ab initio còsules, Romanis quibusdam fauentibus, deponere curauit, multorum ex nobilitate ac populo Ro. ope ac consilio fretus. Fastidiebãt enim tyrannidem consulum, sed adeò consularis factio præualuit, vt Lucio vrbe turbato, in fautores eius multum sit fœuitum. Nouo enim exemplo studiosos pontificis, qui fuga sibi non consuluerant, effossis oculis cæcârunt.

At pontifex fugæ suæ necessitate ad bonum consilium conuersa, Veronam concilium conuocat, rebus Hierosolymitanis còsulturus, qua gratia patriarcha Hierosolymitanus et magni Hospitalis magister Veronam ad Lucium pòtificem, & indè eo suadente ad Philippum Francorum regem se còtulerunt, opem rebus afflictis postulantes.

ANNO Domini 1181. Imp. Fridericº apud Moguntiam maximum festum celebrauit, conuocatis principibus regni, sed & de alijs regnis còpluribus. in quo conuentu ex filijs ipsius Henricus, rex est designatus, & Fridericus, dux Sueuorum, ambo gladios accinxerunt.

ANNO deindè 1183. Fridericus iã bellis fatigatus, Longobardis omnibus condixit curiam apud Còstantiam, vbi principes & potestates eorum se repræsenterunt: & pacta quædam de faciendo seruitio imperatori de singulis ciuitatibus Longobardiæ, ibidè statuta sunt, vocaturque pax Constantiæ, quam hodiè tenent in scriptis, quã & Baldus còmentatus est. Ea sic legitur: Imperialis clementiæ mansueta serenitas &c. vbi etiã nomina ciuitatum referunt, quæ pacem iurauerunt, tenorque iuramenti est talis:

In nomine Domini iuro ego N. quòd amodò ero fidelis dño imperatori Friderico, & eius filio regi Hérico, nõ ero in

Lucius
papa.

con-

cōsilio vel facto, q̄ ipsi perdant vitam vel membrū, aut mentē, seu coronā imperij vel regni sui, seu capiantur: vel si sciuerō aliquē fecisse vel facere volentē, per me vel per aliū Dño imperatori, vel regi, vel nuncio eius, sinē fraude manifestabo, & eū adiuuabo. Insuper pacē Dñi imperatoris Friderici, & filij eius regis Henrici & suę partis, factā cum societate Lōbardie, sicut scriptū est, & indē sinē fraude infra xv. dies pōst, et iurata bono intellectu & sigillo Dñi imperatoris sigillata, obseruabo bona fide* sinē fraude. Et hoc iurare faciā omēs masculos mecū habitātes, à 16. annis & supra vsq; ad 70. infra 15. dies postquā iuratū habuerō, exceptis seruis: & qui p me iurare noluerint, infra tertiu diē impatori vel regi vel suis nūcijs p breue manifestabo. Acta sunt hæc anno Dominicę incarnationis 1183. regnāte Friderico Impe. Ro. gloriosissimo, anno regni eius tricesimo secundo, inperij verò xxix. datum apud Constantiam.

Quo tempore Lucius pontifex seditionem principum in Asia, Guidonis de Lisignaco, et comitis tripolitani intelligens, cum ad arma ciuilia res spectare videretur, non destitit nuncijs & literis eos hortari, vt in gratiam mutuā redirēt. Guilielmū quoque Sicilię regem, pace cum Isaac Gręcorum imperatore cōposita, impellere pollicitatiōibus curabat, vt in Asiā traiceret. Verū dum ob hęc rem nuncijs vtrōq; citroque mitterentur, Lucius vir optimus pontificatus sui anno quarto, mense 2. die 18. Veronę moritur, sepeliturque magna pompa ante altare cathedralis basilicę, super cuius tumulo hi versus notati referuntur:

Luci, Luca tibi dedit ortum, pontificatum

Ostia, papatum Roma, Verona mori.

Fuerat em̄ episcopus Ostien̄ antea, de quo refert Hermannus, eū constituisse, vt Missa cōcubinarij possit audiri, & ab eodem Sacramenta Ecclesiastica recipi, q̄ diu à suo episcopo toleraretur: grauissimē autem vterque peccat, & sacerdos celebrans vel Sacramenta porrigens, & episcopus eum tolerans.

Anno dñi 1183. in puincia Biruriceñ septē millia Cotarellorū interfecti sunt ab illi⁹ terrę incolis. Isti em̄ terram regis

Francorū vastādo p̄das ducebāt, homines captos cū vxoribus vilissimē tractabāt. Cū vxorib⁹ em̄ illorū quos ceperāt, captis ipsis videntibus dormiebāt, ecclesias incendebāt: Sacerdotes autē & viros religiosos torquētes, irridebāt aut virgis cędebāt, ex quibus quidā inter flagella spiritū exhalabāt. alij verò carceri mācipati, data pecunia ad propria redierūt: ecclesias spoliabant, & corpus Domini de vasis aureis & argenteis extrahentes, in terram deiiciunt, ac vilitē pedibus conculcant: de corporalibus concubinae eorum pepla capitibus componebant, calices exportabant, malleis aut lapidibus confringentes: Hęc videntes incolę illius puincię, dño regi Philippo significabāt, & accepto ab eo exercitu, in latrones illos irruūt, & omnibus interfectis, de prædā illorum ditati sunt.

Circa hęc tempora misit rex Philippus Stephanum nouionēsem episcopum ad Canum regem Danorum, vt ei vnam de sororibus suis daret vxorem. Quod æquus ille accipiēs, Engebergam ei tradidit, puellam sanctā & bonis moribus ornatam, hanc rex Atrebatī legitimam vxorē duxit, ac coronari fecit. Sed mox instigante diabolo, rex vxorem exosam habere cępit: nec multō pōst cōsanguinitatis linea p̄ Carolum Flandrēsem comitem ab episcopis cōputata, matrimoniū separari fecit. Regina ad Danos ire nolens, in locis Gallię apud religiosos manere decreuit. sed quoniam istud coniugium dicebatur iniustē separatū, papa (sunt qui fuisse Cęlestinum putēt) postea ad querelam Danorū misit duos legatos in Franciam, qui Parisijs conuocato concilio de reformando coniugio tractauerunt. Sed pelli suę timētes, nihil ad profectum duxerunt.

Verū postea anno 1202. papa Innocentius III. Octavianum Ostien̄, & Iohā. Voltren̄ episcopos in Franciam misit, quorum admonitione rex vxorem suam Engebergam in qualemcunq; gratiam recepit. Et superinduētā à se ad tēpus separauit. Tum super matrimonio multę habitę sunt à iurisperitis disputationes. Attamē antequā legati Romā redirēt, Maria ducis Boemię filia, à rege Philippo superinduētā, defuncta est, de

*Iuramentum
Italicarum
ciuitatum.*

** & sinē*

*Engeberga
Philippi
vxor.*

*Lucij de eō-
cob. consti-
tuit.*

*Cotarelli à
facis eab.*

qua idē rex filiū nomine Philippū & filiā vnā suscepit. Erat autē Maria filia ducis Morauia & Boëmiæ, marchionisq; Istrię, quā quinq; annis cōtra Dei decretū & legē rex tenuit. Illa verò mortua, Innocētius Papa III. ad petitionem Philippi regis, p̄dictos pueros legitimaui, quod factū eo tēpore multis displicuit. De hac dispensatione est tex. in ti. qui si. sint le. in c. Per venerabilem.

De hoc Philippo, qui & Augustus dictus est, reperimus q̄ habuerit tres vxores. primò habuit Isabellā, filiam comitis Balduini de Hannonia, per quod matrimoniuū conquisiuit comitatu de Artoys & Atrebatū ciuitatem. habuit aliā vxorem nomine Mariā, filiam ducis de Morauia: ex hac genuit Philippū comitem Clari montis & Bologniæ, & filiā vnā: tertiam habuit vxorem Engebergā filiam regis Danorum, quæ magis dicenda fuisset secunda: quia ex p̄missis patet, quòd ille superinduxit Mariā: qua defuncta, fortè reassumpit Engebergā, & sic potest dici secūda & tertia.

Philippus iste regnauit annis 43. quia defunctus est anno Domini 1223. Philippus iste anno 1184. contra Flandriæ comitem Philippum propter comitatum Veromādensē, quem iniuste detinebat, apud urbem Ambianos cōgregauit exercitum: cui, cū comes desperaret se illi posse resistere, dictum comitatum liberè restituit, Castrum tamē S. Quintini & Peronam tantū in vita sua retinere obtinuit. Quo tempore Philippus duo insignia opera in regno suo fecit: nemus quod p̄pe Parisios est & Vicenarū dicitur, fecit muro optimo cingi, quod audiens rex Anglorū Henricus, syluestres feras, apros, ceruos, damulas, capreolas per totam Nortmanniam & Aquitaniā captas, in nauī per Sequanā fluiuium p̄dicto Philippo transmisiit. Insuper & ciuitatem Parisiē, vt illi nomen antiquū auferret, à luto enim Lutetia dicebatur, vicos & plateas omnes duris lapidibus sterni fecit.

ANNODñi 1186. septimo die mensis Ianuarij, Fridericus impator filio Henrico regi Germanorum, regales nuptias cum Cōstantia Rogerij Siculi filia, nup̄er sibi desp̄sata, mediolani solennitèr

celebrauit, anno Henrici 21. regni autē 14. quē pater toti Lombardię p̄fecit.

Eodem anno castrum Brisach à rege Henrico initiatur, & hyems satis calida fuit, ita quòd in Decembri & Ianuario multę arbores florērent, in quibus circa Februariū pira quantitate auelanæ cōspiciebantur: corui quoquē & aues reliquæ in Ianuario foetus produxerūt: sed sequenti anno, s. 1187. in Martio magna aëris inclementia & asperitas algoris, & ferè vsque ad kalē. Iunij durauit, ita quòd diebus Pentecostalibus in medio Maio nix magna cecidit, & ferè omnia vicia perierunt.

ANNO salutis nostrę 1186. Verba-
nus in Papam eligitur, sedit annū vnū, mēses 10. His dieb⁹, vt refert⁹ Vr̄spergē, Fridericus Imp. Henricum filium & regem prouincijs Italię ad se spectantibus p̄fecit, illique nuptias Mediolani habuit, vt suprā diximus.

Nunc ad res & bella terræ sanctæ p̄perandum erit. siquidē Saladinus, vt erat vir impiger & per omnia strenuus, postquam totam Mesopotamiam suę subiecerat ditioni, transmissio Euphrate, in Cœlesyriam est reuersus, & nobilem ac potentem urbem Alapiam quibusdā cōditionibus recepit. Hic primū Christianos orientales timor non modicus contriuit. nam quod maximè verebatur, accidit. Subiugata enim Alapia, omnis illa regio per circuitū Saladini potētia valata est. Quare Christiani vrbes & oppida q̄ in circuitu erāt, munire cœperunt.

Eo tēpore Balduinus rex apud Nazareth febre laborabat, sed elephantiasis ingrauescēte, de se q̄si desperās, regni vniuersalē administrationē dño Guidōi de Lisigniaco, viro sororis suæ tribuit. Nā Almaricus rex de vxore sibi cōsanguinea genuit Balduinū & Sibyllā, à qua vxore cū fuisset iudicio ecclesię separatus, accepit Almaricus neptem imperatoris Emanuelis Politiā, ex q̄ habuit filiā Isabelē, q̄ postea nupta fuit Herfrādo adolescenti, vt inferiùs diceēt. Fuerat Sibylla Guilielmi Montisferratenis vxor, quo apud Ascalonam vita functo, Guido de Lisigniaco eam vxorem accepit, atque hac ratione ad regnum tuendum postulat⁹ est.

Flandrię
comitatum
Philippus
occupat.

Henr. regis
nuptia.

Vrbana
III. papa

Baldu. Gu.
doni regis
Hierosolym.
tradit.

Sala-

Saladinus autem in his regionibus cōpositis rebus, Damāscum redijt. Deindē cū vniuerso exercitu fines Christianorū ingressus est. Quo cognito, Christiani correptis armis ad locum vbi castra locauerat, p̄cesserunt. Hic sanē, vt aiunt, si nostri Deum habuissent propiciū, poterant faciliē hostem supprimere. Erant em̄ in Christiano exercitu magni & mirabiles viri, videlicet Boēmundus tertius princeps Antiochen^o, Raimūduſ comes Tripolitanus, Héricus dux^{*} Louaniē, Rudolphus de Miliōe ex Aquitania. Sed peccatis nostris exigētibus, cōtentio orta est inter nostros. Nam quidā odio Guidōis, cui rex administrationē cōmiserat, pugnare dissuadebāt. Mirabantur milites quid esset quod tanta opportunitate data non fieret cum hostibus cōgressus. vndē per 18. dies hostium castra vix milliare distātia, quod nunquā aliā visum fuit, manserunt intacta. Saladinus autē post multa dāna regioni illata, ad propria integris copijs reuersus est.

Vix autem euoluto mense, Saladinus reuocatis virib^o vrbē, cui antiqtūſ nomē erat Petra Deserti, nunc autē Caath dicitur, obsidiōe vallauit. Rex Balduinus considerās superbiā Guidonis, & quod in supradicta belli administratione minūſ strenuē se gesserat, ad se regni curā reuocauit. Atq; de communi consilio principum, nepotem suum Balduinum, quem Sibylla soror ex Guilielmo marchione montisferati primo viro genuerat, in regem fecit coronari, Raimundo comiti Tripolitano pueri tutelam et totius regni administrationem solennitē dādo: quo factō, ad subueniendum his qui obsidebātur à Saladino, cum suorum copijs properauit. Quod cū Saladinus per exploratores cognouisset, soluta obsidione, ad propria est reuersus. Acta sunt hęc anno 1183.

Saladinus deindē regni Hierosolymitani terrā cū magno exercitu aggressus, ingentē pecoris hominumq; prædā abegit. magna ibi pars Templariorum militum caesa est. Ea futuræ desolationis regni Christianorum indicia cū cognouerent Heraclius patriarcha Hierosolymitanus, & hospitalis Hierosolymorum magister, Veronam ad Lucium pō-

tificem, & indē eo suadente ad Philippū Francorū regem se contulerunt, opem postulantes. Philippus quoquē cū ire non posset, tamen multos milites hierosolymam ituros in Italiam ad pontificē misit. Hęc acta sunt sub Lucio anno 1184.

Inter hęc obiit Hierosolymæ Balduinus quart^o, leprā magis q̄ senio cōfectus. Cui Balduinus nepos eius & ipse rex, de quo suprà, successit in regno. regni curā Tripolitanus comes gerere nequiuit, eō quod Sibylla mater pueri, vnā cum Guidōe marito resisteret: dumq; res ipsa magnis Christianorū simultatibus tractatur, Balduinus puer & rex, ad octauum auunculi obitūſ mensē defunctus est. Eam pueri mortem Sibylla mater texit, verita nē Tripolitanū comitē populus & militia regem assumerēt: multisq; nō magis pollicitatiōibus blāditijsq; quā largitionibus à patriarcha, episcopis, p̄ceribus Guidonem maritum, Hierosolymorum regem creari obtinuit.

Guido vltimus rex hierosoly.

Guidōe rege designato, comes Tripolitanus pro sua in illum inuidia, nō tam Hierosolymorum dominatum, quā omnem Latinum populum infestauit. Inducias cum Saladino constituit, quæ Tripolitanum comitatū à fauore Christianorum penitūſ separauerunt. Quin etiā mulierem nobilissimam, principatum Tiberiadis & Galilææ hæreditario iure tenentem, vxorē duxit, quæ omnia per nuptias regno Hierosolymorum abstulit. Quin etiā tum erant cum Saladino Christianis generales induciæ, quas vir astutus comes Tripolitanus arumpere satagebat, & fortuna eius consilijs fomenta addidit. Montis siquidem regalis Christianus princeps Rainoldus de Moreal, multa trans Iordanem tenebat, quibus ex locis annonam abundātem^{*} Hierosolymi trahebāt. Is princeps inconsulto & penitūſ infcio rege, inducias temerē violauit.

Saladinus venisse tempus ratus quod maximē expetebat, comparato exercitu ingenti, Turcis Saracenisque omnibus per nuncios & literas suasit vtendum occasione data: nam Christiani ipsi maximē discordes essent, & faciliē possent exterminari: contraxit copias equitum quinquaginta millia, peditum innume-

Saladini ad-
uersus chri-
stianos ex-
peditio.

ra erat multitudo. Primùm ergò p Tri-
politianum Tiberiadisque securi delati
agrū, ad Acam quam dicūt Ptolema-
ida, castra metati sunt. Inerant verò vrbi
Christianæ militiæ principes templi &
hospitalis Magistri, quib⁹ ea vrbs à regi-
bus concessa erat. Hi ad primum impetū
hostis, qui kalēn Maij factus est, intrep-
idè prælio sunt congressi, pugnatumque
est dī pari copiarū numero. vndè Magi-
ster hospitalis vir fortissim⁹, & meliores
quiq; de suis, ceciderunt: nihilominùs
tamen nostri tandè superiores facti,
cruentam victoriam obtinuerunt.

At Raimundus interim Tripolitanus,
nè Christiani delerentur, parùm etiàm
fidens barbaro, Tiberiadem muniuit: at-
que vxore ibi relicta, Tripolim est reuer-
sus, Guidoniq; regi reconciliatus, à bar-
barorū recessit inducijs. Hoc intelligēs
Saladinus, Aca dimissa, Tiberiadè obse-
dit. magister templi Hierosolymam cō-
fugerat, quo cōpulsore, Tripolitano co-
mite instante, Guido rex copias eduxit,
equitū 30. millia, peditū 40. millia: q; fa-
cto itinere, cū loco aquarum irriguo
castra ponere statuissent, præuenti sunt
à Saladini copijs, et in loco arido perno-
ctare sunt coacti.

Saladinus id intelligēs, relicta obsidiōe
Tiberiados, in castra venit q; præmiserat,
Christianis opposita. Et in aurora com-
misso plio, in Christianos siti laborātes
& prorsus deficiētes, eedē magnā edidit,
& in fugā eos vertit. In eo nāq; bello 30.
millia hominū occisa sunt, & qui antea
ternos quaternosq; singuli fugare pster-
nereq; soliti fuerāt, vice nūc versa, seni-
septeniq; singulis hostium fugabant. De
hac tamen fuga paucissimi sunt plapsi.
Tripolitanū comitē ab amico ferūt bar-
baro Tyrū fuisse deductū. Guido cū tē-
pli magistro ac notioribus militibus ca-
pt⁹ seruatusq;, reliquos etiàm religiosos
Saladinus securi fecit percuti.

Ea in miserabili clade, magna salutife-
ræ crucis pars amissa est. Rarò autē à pri-
mo introitu Latinorum in Syriam, vllò
prælio tātus effusus est sanguis. nam tūc
toti⁹ Christianitatis cōcidere vires apud
Orientē. Quos enim Saladinus Templari-
os aut Hospitalarios ceperat, sinè ali-
quo humanitatis respectu occidi fecit.

Saladinus
Guidonem
regē capit.

Insupèr & Rainaldum de Castillione
Antiochenum principem, virum manu
& cōsilio promptum, eo bello captum,
Saladinus manu propria capite trunca-
uit. Deindè apud pontē Tiberiadis ma-
nubias Christianorū et spolia inter suos
liberalitèr diuidit Saladinus. Rex autem
& templi Magister in signū victoriæ re-
feruātur. Incidit hic tam miserabilis ca-
sus in annum 1187.

Tanta potitus victoria Saladinus, mox
ad Acam duxit, quam Christiani cū sin-
gulis vestimentis exire permitti, euesti-
giò dederunt, Berytū deindè, post By-
blon, & cōtinuato victoriæ cursu, quic-
quid ab Aca ad Acalonā maritima re-
gio habet, Saladinus pari deditiōis faci-
litate recepit. Acalonitē munitiōe cō-
fisi, responderunt se non nisi post ca-
ptā Hierosolymā deditiōem facturos.
Multum certè Saladini humanitas & fi-
des Christianis profuit. siquidem nullū
qui tributa sibi pēdere vellet, populum
vrbe aut oppido eiecit, nulli datam fidē
violauit, vir promissi tenacissimus, & in
misericiā liberalitatemq; proclius.

Per hoc tempus Cunradus marchio
Montisferrati Tyrū applicuit, nauigio
vectus imperatoris Isaac, cuius so-
rorem in matrimoniū acceperat, ppter opē illi
datam aduersus græcum nobilem ad im-
perium adspirantem. Et eodem die co-
mes Tripolitanus de fuga ab infausto
prælio emergens, eò se contulit, qui vir
perfidus, Cunradi suspectam ducēs vir-
tutem, relicta Tyro, Tripolim accessit,
vbi morte subitanea defūctus est, & ca-
daver eius circūcisum est repertum. Sa-
racenus enim fuerat effectus, vndè à nō-
nullis proditor exercitūs Christiani ha-
bitus est.

Per id etiàm tempus classis Guilielmi
Siciliæ regis 40. triremium, apud Tyrū
apparuit, quam Margaritus Siculus du-
cebat. Saladinus autem Acalonam ob-
fidens, 10. diebus oppugnatam urbem ea
cōditione recepit, vt Guidonem regem
& templi magistrum liberatos, Tyrum
deduceret. quod & factum est. Hieroso-
lymitæ autem ciues, & qui de vicinis lo-
cis vndiquè, hostium metu, illuc con-
fluxerant, audita strage suorum, & viu-
ficæ crucis amissiōe, omni se humiliabāt
gene-

Saladini
succellit

Sal
Hi
ma

Afcalon de-
ditur.

genere supplicandi, agebantur ab omnibus Christianis ibidem solennes litanie, confessiones & ieiunia. sed & paruulæ atq; his exercitijs infistebat. at ira Dei in patulo vehemens erat. nec mirû: nam & clerus et populus in luxus varios se effuderat, totaq; terra facinoribus & flagitijs sordescibat. Insuper qui religionis præ se ferebant habitum, regularis temperantiæ turpiter fines excefferant. Paucierant, quos vel auaritiæ vel luxuriæ morb^o non infecerat. Quare Dñs ad iracundiam concitatus, terram quam tulerat de manibus impiorum, rursùm permisit barbarorum dominio occupari.

Veniens igitur Saladinus Hierusalem, urbem ab Occidentali parte vallauit, atq; continuis aggressionibus obsessos grauare nititur. Sed ciuibus pro viribus resistentibus, ab aquilonis parte die noctuq; ciuitatē impugnat. Cumq; muros machinis debilitasset, timētes ciues cū ex nullo loco præstolarentur auxilium, nē hostes violenta irruptione urbem occuparent, placuit inuitabili periculo cedere, & sub certis conditionibus dedicationem facere. nam pridē paganis irruentibus, vna turris plerisque occisis, capta fuit, & vexillum Saladini impositū. quod miles quidā Teutonicus irruptione cum suis facta, deiecit, occisis in ea paganis omnibus, qui fiduciam Christianis dans, eos ad defensionem murorum reduxit. Tandē verò vbi omnia desperata vident, nec auxiliū sperare possunt, ciuitatem certis pactis tradiderunt.

Secundo igitur Octobris die, anno Domini 1187. resignata est sancta ciuitas in manibus paganorum, lxxxviii. anno postq; à Godfredo capta fuerat. Tantum aut cuiq; abeunti ferre licuit, quantum suis humeris portauit. Intransibus autē Saracenis, in opprobrium Christianorū inter reliqua sacris illata mala, iumenta sua stabulauēre in ecclesijs. At ecclesiam sanctæ Resurrectionis multo auro redemerunt. Suriani, nē pateret gentibus & fordibus subiaceret. tēplo verò Domini miram venerationem fecerunt Turcæ. consueuerunt enim antiquitū secundū suam superstitionem multipliciter locum illum venerari. Sed & Saladinus antequam illud ingrederetur, parietes il-

lius fecit aqua rosacea lauari, & multis odoribus perfundi: quo factō, omnes ecclesiarū campanas malleis fecit perfringi, atq; in prophanos vsus diffundi. Profugit patriarcha Heraclius mox vrbe captā cum Latino populo. manseruntque ex Christianis apud Hierosolymam Suriani, Armeni, Græci plurimi, qui tributo dato vitam suam ægrè tutabantur.

Patriarchę
fuga.

Audita etiā deditioe sanctæ ciuitatis, multa loca quæ vix ab homine capi potuissent, se tradiderunt Saracenis: recedētibusq; Christianis de Hierusalē, versūs Tripolim iter ceperunt: & cū iam ciuitati appropinquarent, credētes se manus Saracenorum euasisse, ī sacrilegos & Saracenis deteriores, Tripolitano comiti subiectos, inciderunt, qui ex Tripoli exeuntes, quæ Christianis Saraceni humanitatis gratia reliquerant, despoliauerunt. Saladinus autem relicto Hierosolymis firmissimo præsidio, exercitum properē Tyrum ducit, quam Cūradus marchio publico auxilio defendēdam acceperat, Margarito Siculo duce cooperante. Itaq; Siculæ classis auxilio fretus, Saladinum repulit.

Digressi sumus in Orientis historiam à Friderici Barbarossæ memoria, cū circiter annū 1186. Hérico filio Constantiam Siculi regis filiam vxorē datā scripsimus. Sicilia regebat eo tempore Costantię frater Guilielmus, qui cū heredem legitimū nō haberet, dotis nomine Sicilię regnum & Apulię ducatum Hérico dedit. Quę ditio post mortem Lotharij quondam imperatoris à Rogerio, capto Papa Innocentio, regioq; noīe ab eo extorto, imperio ablata fuerat. Igit tū sextō impator cū frequentia principum Italiā ingressus, rogātibus Mediolanēsis, vt ī signū adeptę imperialis gratię, nuptias filij apud mediolanū dignaret celebrare. Impator verò, quia iam antea insignia ciuitatis cū clauibus aureis ī argumentum subiectionis eorū oblata receperat, pacemq; oībus donauerat, in hoc quoque cōsensit: oīb^oq; Italicis primoribus gnalem curiā apud Mediolanū indixit. ad quā de Cisalpinis regionibus, ac de omī Italia, Tuscia, Campania, Apulia, Sicilia, coadunati principes, foro-

Attende de
Sicilia Hen-
rico legata.

rem Guilielmi sp̄sam Henrici regis cū maximo & regali apparatu pompaque, cum Imperatore & sponso obuiam procedentes, suscipiūt, ac cum maximo regni fastigio nuptias peregerunt.

In hac curia plenariē Italicis gratiam imperatoris adipiscētib. pax est ad integrum reformata stabilitaq;: qua fretus, pleraq; Italiae vrbes lustrat. tum & Florentiā veniens, honorificē recipit, licet cum Ecclesia sentirent. Mot^o tum imperator querelis nobiliū de ciuitate, q; castra eis sua ablata fuerant, ppter insolentias eorū abstulit Fridericus eis omnem comitatū eorū vsq; ad muros ciuitatis, sicut etiā fecit alijs ciuitatibus Tuscię, & reddidit castra nobilibus tanquā imperio subdita. Sed post quatuor annos omnia *recuperat. Hęc Antoninus. Cōpositis Italiae rebus, cum suis in Germaniam redijt.

Conuentus principum apud Norinbergam.

ANNO Dñi 1187. Fridericus Imp. 3. Kalen. Ianuarij cōuentū principū apud Norinbergā habuit, vbi de pace disposuit sub hac forma: Frideric^o DEI gratia imperator &c. Et p̄cipit pacē seruari, & incendia fieri p̄hibet, statuens vt quicūq; in ducatu alicuius incēdium cōmiserit, proscriptus denūcietur: quem postea, si emēdare noluerit, episcop^o excoicet. q; si infra annū à p̄scriptiōe & execratiōe absolut^o nō fuerit, vniuerso iure honoreq; priuatus habeat, omīq; p̄bendali iure carebit p̄petuò. Itē si in *raisa alicui^o dñi aliquis incendiū fecerit, dñs cui^o est *raisa, iurabit sup reliquias, q; nō faciat cum scientia, mādato vel voluntate sua: reum aut abijciet à se, & nunquā resumet: alioqui damnū resarciet. Si talis incendiarius in castrū dñi, dum agit, fugerit, nō teneat eū tradere persequentib^o: sed iuuabit vt vel in syluam aut aliū locum abeat, dūmodò tamen dñs suus cōsanguineus vel vasallus fuerit: aliās eum persequētibus rēp̄sentet, vel in eadē culpa sit. Statuit quoque, vt quicūq; alicui damnū facere aut eū lādere intēdit, tribus ad minū ante diebus p̄ certū nunciū suū diffudutiet. Sancim^o, inqt, quoque, vt quicūq; treugas alicui dederit, nisi aliud actū sit, contradicere eis ante terminū statutū nequaq; possit: quod si fecerit, violator fidei cēsendus erit. Itē q

nunciū aliquem pro eo q; cōtradicturus mittit, lāserit: fidē suā violauit, & de ceterò omī honore carebit. De filijs quoq; sacerdotū rusticorum statui^o, inquit, nē cingulum militare aliquatenū assument. Statuit etiā, si quis vineas aut pomeria ceciderit, proscriptiōi & execrationi incendiariorum subijciat. Multa alia decreuit, q; breuitatis causa obmitto. & in fine scribit, Actū Norinbergæ, anno incarnationis Domini 1187.

Anno Dñi 1188. Urbano pōtifice calamitate Christianorū, vt credit, ac dolore animi Ferrariæ mortuo, ascēdit cathedrā S. Petri Gregorius 8. vir literatus, qui mox ad subueniendū Hierosolymis toto accenditur desiderio, literas ac nuncios ad p̄cipes christianos mittit, eosq; cohortatus est ad Hierosolymā recuperandam. cuius rei gratia Pisas ipse proficiscitur. Verū dum hęc vir sanctissimus agit, Pisis moritur pontificatus sui die quinquagesimo septimo.

Gregorius 8. papa.

Anno eodem Clemens tertius pontificatum iniit. Sedit annos tres, menses quinque, vel secūdum alios, annos duos, dies xv. hic statim de bello in Saracenos gerendo edictum proponit. nam Saladinus secundam fortunā secutus, iam ciuitates viginti quinque de principatu Antiocheno ceperat, ipsam Antiochiam corrupto largitione patriarcha, iam occupauerat. Saladinus igitur ceterique Saraceni anno MCLXXXVIII. totum regnum Hierosolymitanū vsque ad interuencionē cōtriuērunt, qui rumor vniuersā Occidentis regna cōcusserat.

Vndē reges & principes benē admonente pontifice, ad vindicandū Christianorum sanguinem se accingunt, quorum de numero p̄cipui fuerunt Fridericus imperator cū filio suo Friderico, Philippus quoq; rex Frāciæ, Richardus rex Angliæ, Otho Burgundię dux, subsequētibus multis archiepiscopis & episcopis, Veneti quoque & Pisani paratissimas eduxere classes, Guilielmus Sicilię rex, pacato à piratis mari, annonam omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscētib. administrabat. Frisones p̄terea, Dani & Flandrenses, cum quinquaginta triremium classe inter nauigandum ad Aphricæ littora flectentes, Sarace-

De
lad

Saracenos magnis incómodis affixère, capta ac diruta Sylua vrbe. Bela aut rex Poloniae, Hungaris, salutem Christianorum còsulens, pacem fecit.

Expeditióis huius gratia hortate archiepiscopo Tyrensi, rex Fráciæ Philippus & rex Angliæ colloquia habuerunt: & sedato inuicem ad tēpus dissidio, còtra omnium opinionem ambo crucem suscipiunt. In huius autem facti memoria, hi duo reges in eodem loco crucē lignēā erexerunt, ibiq; fundantes ecclesiam, fœdus perpetuū iniērunt. vocabant locū illum, Agrum sanctū, qui locus est in Normannia. Verum instigate diabolo, dum se ad iter præparant, grauis inter eos exorta est contentio, & fecerunt sibi mutuò damna maxima.

Interea Henricus rex Angliæ moritur, cui successit fili⁹ eius Richardus comes Pictauiensis. Hic post adeptum regnum, pacem cum rege Fráciæ renouauit. vnde Philippus rex p̄ bono pacis, vrbes Cenomanensem & Turonensem ei restituit, quas patri eius abstulit.

Eodem igitur anno Còcilium generale Parisijs celebratum est, in quo mirabilis & incredibilis multitudo militū Crucem assumpsit, & in eodem Concilio ordinatum est à Philippo rege, vt omnes qui Crucem non acceperant, ad minus de omnibus mobilibus & redditibus suis decimas darent: & istę sunt vocatae decimæ Saladini.

Tempore eodem Guido rex Hierosolymitan⁹ dum apud Tripolim maneret, de còsilio Emerici fratris sui viri strenuissimi, ac domini Patriarchæ, Magistri templi, & aliorum peregrinorū qui iam applicuerāt marino itinere, Tyrum ire disposuit, vt ibidem cum illis còiunctis copijs, contra Saladinum procederet ad prælium. Pertentate tamen antè disposuit Marchionem Montisferrati, qui ciuitatis dominium occupauerat, si urbem sibi vellet aliquo modo resignare: Sed quia Cunradus Marchio Tyrum, rogantibus ciuibus ac iurantibus, in ditionem suam receperat, facile recusauit. Idcirco rex & qui eius sequebantur castra, profectus est aduersus Saladinū. quod postquam Tyri vulgatum est, exierunt de ciuitate exercitus Regis Sici-

lorum, & ex Alemania comes Bertoldus de Zaringe, & comes Albertus cum multitudine Teutonicorum. Quum autem extra ciuitatem diebus pluribus in tabernaculis habitassent, pars exercitus Saladini, qui tunc castrum DE BELLO FORTI, obsidebat, subito ī exercitum regis irruit: sed præuia DOMINI misericordia, cum hostium damno multis occisis & captis, repulsi sunt. Hæc Antoninus.

Anno Domini MCLXXXIX. videns rex Guido, quòd populus qui secū erat, tædio afficeretur, còmunicato cum maioribus consilio, Acam ciuitatem obsidione vallauit. quod audiēs Saladinus, soluta obsidiōe à castro De Bello Forti, ad p̄standum auxiliū suis q̄ in Aca obsidebant, acies suas direxit. Fert autē deo suo gratias egisse, q̄ hostiū suorū reliquas simul cum rege in sua retia p̄duxisset. Igit̄ euestigiò nostros inuasisset, nisi germanū suum prædæ ac gaudij participē, quē expectabat, fieri voluisset. nec dubitabāt nostri, si tum eos inuasisset, omnino imparatissimos dissipasset.

Sed ecce ex insperato classis appulsa est, quā Iacobo Auerniæ duce, Brabantini, Frisones, Flandrenses & Daci, militibus, armis, comitatibusque instructissimam transmiserūt, multitudo prætereā nobilium & aliorum hominum ex Campania, Burgundia, necnon Italia aduenerat. Quibus copijs auctus Guido rex, Acam bina fossa vallo còmunita & stadio inuicem distante cinxit, ea ratione, vt Christianus exercitus in eo vallatus, hinc obessorū eruptione, indè à Saladinis insultu tutior esset. Insup ex Gallia, Germania & Italia milites sæpè veniebāt, qui imperatorem Fridericum & Franciæ & Angliæ reges breui affore dicerent. Saladinus autem copijs vndique contractis, castra sua Christianorum castris còtulit, opponens nostris, q̄ fossa & vallo simul communiērat. Itā assidue & ab eo, & ab oppidanis Christiani sagittarum iactibus vexabantur.

Pugnatū est vna die totis virib⁹, & cū Christiani propè victores essent, Saraceni nostrorum impetum ferre nequeuntes, in fugam sunt còuersi, nec tunc repetebant castra. Quid aut̄ ageret Saladin⁹,

Qui principes cruce signati,

Aca Guido obsidet;

Decimæ Saladini.

Anceps christi-
anorū &
Sala, pugna.

nec ipse sciebat. Casu etem venit, quod equus Christiani militis de quo descenderat, rapide fugam iniret, quem aliqui persecuti capere volentes, alius aliu in clamando ita vociferati sunt, vt qui postremi in aciebus sequebatur, fugere nostros putarent, vnde in fugam precipites sunt versi. Quod cum Saladinus videret, retrahere suos conatur: & Christianos fugientes insecutus, magnam edidit stragem, videntes hoc obsessi, erumpentes, ingentem eadem committere coeperunt, fuissentque nostri ad internecionem cessi, nisi Gafredus regis frater, ad custodiam castrorum relictus, eruptione facta hostes repressisset. Duo millia ex Christianis caesa sunt, inter quos templi Magister, & Andreas Premensis comes vulnerati in castra delati, periere.

Quanta deinde picula, quot damnata Christianorum exercitus ibi perpeffus est, longum esset narrare. Nam saepe Saraceni erumpentes, multis nostrorum occisis, machinas incenderunt, & aliquando combusserunt.

Durauerat iam multo tempore obsidio, & fames castra inuaserat Christianorum: vnde tabes multos, simul & inedia, confecit. multos haec ad accipiendam precariam ab hoste mortem in ipsas hostium munitiones egit precipites. Cum ad eam rerum desperationem esset ventum, tumultus in castris concitatus, & regem & caeteros terruit duces. euefugio concessum est, inuadenda esse hostium castra, annonamque inde vi rapiendam. Iuerunt autem xxx. millia, quiq; ex omni ordine meliores. cum eos irruere sine ordine cernebat Saladinus, simulata fuga, deseruit castra, in quae nostri irruentes, ditissime suppellectili non minus, quam annonae manus milites apponunt, fasce rerum sese onerantes.

Saladinus interea castra circundans, ad eas se contulit partes, quae Christianis redeundum erat: & singuli onerati, absque villo hostium respectu reuertebatur: quos oneratos strauit, nec fuit Christianorum quisquam, qui praeda abiecta, spem in armorum defensione ostenderet, sed fuga sibi salutem quaerere singuli adnitebant. Multi tum ad mare delati sunt, quorum parte hostilis cecidit gladius, partem natando

conatam euadere absorpserunt fluctus.

Afflictus clade Guido rex, alterum quoque accepit incommodum, quia Sibylla eius vxor & filij quatuor dysenteria in castris interiuerunt. Vnde labores noui exorti sunt. Isabelis enim Sibyllae soror, Herfrado nobili adolescenti desponsata erat, cui Hierosolymorum regnum, sublata Sibylla, iure debebatur: atque in eam spem Herfrandus a Christianis proceribus attolli coeperat. Sedem Curadus marchio Montisferrati ad regni hierosolymitani sceptrum aspirans, Isabelam Tyri agentem rapuit, & vxorem duxit, occasione sibi data tali modo: Herfrandus, qui secundogenitam Almarici habebat vxorem Isabelam, assererat vxori suae regnum deberi, tum ex praecipio patris, tum etiam ex testamento Balduni fratris Isabelis.

Sed Henricus comes Campaniae, regis Francorum nepos, his diebus Tyrum aduenerat cum magna multitudine armatorum, huius fauore ac potentia Herfrandus sperabat se regnum facile obtinere posse. Contra rex Guido, se iuste & solenniter unctum & coronatum assererat, quare deponi a regno non deberet, quum nihil de positione dignum admisisset, tandem quoque promittebat se regis Francorum, cum venisset, stare iudicio. Hoc non obstante, factum est Henrico comite volente, cui tum nullus de exercitu audebat contradicere, vt portus, vectigalia & commissa delinquentium apud Herfradum remanerent. ita solo nomine rex Guido, omni spoliatus iurisdictione, remansit. quare merito conquirebatur, quod contra omnem iustitiam regni honore spoliaretur: & ob hanc causam conuocatis his de exercitu qui a principio eum secuti fuerant, cum Saracenis audacius solito configere statuit.

Verum maiores, timentes ne ex desperatione rex exercitum duceret in discrimen maximum, egerunt vt ad omnia rex Guido restitueretur. his contentionibus marchio adductus sperem consequendi, matre Isabelis Calomaria adhuc viuente & consentiente, Isabelam rapuit, ac iudicio ecclesiastico eam ab Herfrando separari procurauit, ipsamque vxorem accepit. Quod enorme ac detestabile factum licet

Sibylla Geron-
donis vxor
moritur.

Intestina
Christi. sectio-
nes.

et omnibus peregrinis displiceret, effecit tamen necessitas atque indigentia annonæ, quam sola Tyrus christianorum castris præbebat, ut siue iniquis, siue contumacibus animis, Cunrado duxerint aduladum: & Cunradus ingenij dexterritate præditus, primores sibi largitione ac munificentia studuit obligare.

Eo quoque tempore, hoc est, anno Domini 1189. Fridericus Romanorum imperator inclytus, terrestri itinere versus Constantinopolim acies suas direxit. de hoc sunt versus isti:

*Annis vndenis dempris de mille ducentis,
It pater & natus, dux & rector Fridericus.*
Fuerunt in exercitu Imperatoris isti principes, dux Sueviæ Frideric⁹ imperatoris filius, Bertoldus Moraviæ dux, episcopus Herbipolen^s, archiepiscopus Taratafian⁹, episcopus Monasterien^s, episcopus Patauien^s, episcopus Olisburgen^s, episcopus Misnen^s, Hermannus marchio Baden. Fridericus de Bergilen, Cunradus de Dorndoch, multi quoque alij Barones ac nobiles. Imperator itaque ducens per Hungariam, Bulgariam & Thraciam, cõtinuato itinere apud Constantinopolim primùm confedit. Quò perueniens, cum Imperatore Constantinopolitano pace composita, transito Helleponto, in Asiam venit, in qua p̄uincia multa perpeffus est incommoda. Sultanus em̄, qui Iconio dñabatur, aduentu eius territus, p̄misit iusto precio de victualibus exercitui providere: Sed vir infidelis non solùm in promisso defecit, sed & congregata Turcarum multitudine, eius ubique vexabat exercitum.

Iratu Imperator, Sultanum persecutus est vsque Iconium, circunquaque omni regione vastata, cumque versus Ciliciam tenderet, & ad quasdam locorum peruenisset angustias, Saracenorum inauditam reperit multitudinem, quæ locorum auxilio freti, facile putabant se transitum eius posse impedire. Imperator postquam id percepit per Exploratores, instructis aciebus, properat viriliter cum suis legionibus irruens, auxilioque Diuino leuiter ab illo loco infideles repulit. Cumque illos persequens, ad patetes campos duxisset exercitum, inauditam stragem in eos exercuit.

Fridericus tum Philomelium urbem

cepit, & agrum Iconio adiacentem populatur. Armeniam deinde minore ingressus, omnia in suam compulit potestatem, adeò ut nec prius, nec post suo vnquam exterminio magis timuerit Saladinus: & quum incolumi exercitu in Ciliciam puenisset, ab Armeniorum principe cum multa hilaritate est susceptus.

Verum quum ad refocillandum exercitum parum remanere decreuisset, hortante præfato Armeniorum domino, ad recreandum animum venationibus insistebat. Quadam autem die calore æstuantis, quum lauandi gratia ad quendam descendisset fluuium, rapidum amnem inexploratum ingreditur: tatorumque exercituum imperator in vndis perijt, in toti⁹ Christianitatis irreparabile detrimentum. nam Saladinus adeò formidabat eum, ut relicta Syria, cum suis Turcis in Aegyptum ire cogitaret, desperas ea loca per quæ Imperator transiturus erat, posse contra eum tenere. Vnde omnia mandauit dirui. diruti sunt tum muri Laodicei, Byblii, Berytij & Sidonij. ita mortuus est Barbarossa Imperator anno Domini millesimo centesimo nonagesimo, imperij sui vigesimo octauo, vir certè magnificus atque præclarus, qui adeò suo tempore dilatauit imperium, ut post Carolum Magnum gestorum magnificentia parem non haberet. aliquando persecutus est ecclesiam, in quo non est laudandus.

Post Friderici Imp. lamentabile mortem, Fridericus eius filius per solennes nuncios regi Guidoni significat de morte patris, addens ut viri mitterentur ad eum, quorum fide & consilio cum exercitu procederet. volebat em̄ prius quam ad obsidionem accederet, eas ibi recuperare ciuitates, quas Saladinus Christianis ademerat. Vitabat autem consilia Antiocheni principis ppter patris defuncti comitis Tripolitani nequitiam omnibus notam.

Diriguntur igitur à latere regis Balduini Petracen^s castellanus, & quidam Pietauiensis miles, hi duo cum honesto comitatu ad eum peruenientes, ipsorum consilio ad refocillandum legiones Antiochiam diuerterunt. Vbi Alemanni reperientes victualium & omnium re-

rum

Friderici in orientem expeditione.

Fridericus Barbarossa Imp. in vndis perijt.

1190

Friderici Sueviæ ducis copia.

rum abundantiam, dum corpora querunt reficere, in epulis se diffundunt. quæ modo dico tempore & fortè ex intemperie aeris, tanta mortalitas secuta est, ut de tanto exercitu vix pauci remanerent, vnde ipse à proposito impugandarum urbium destitit: & mutato consilio, Tyrum navigio peruenit, vbi patris corpus imperiali magnificentia sepeliuit.

Saladinus autem audiens quod exercitus filij imperatoris terrestri itinere ad obsidionem veniebat, exercitum ipsi obuium præmisit, quem Todesquino cuidam ex principibus suis assignabat. Quæ ob causam quia magna ex parte exercitus Friderici erat diminutus, deliberant principes quid sit faciendum, nihilominus tamen cernentes hostium copias exiguas, ad pugnam se accingunt. Sed & Sulтанus hoc idem metuens, in tutiora loca suos reuocauit. Ipse autè dux Sueviæ cum paucis ad obsidionem Acç venit, vbi diu expectatis auxilijs, infeliciter moratur est.

Interea dum hæc in Asia agerentur, Guilielmus Siciliæ rex moritur Panormi: cuius regnum ad Ecclesiam redire debebat, nullo legitimo hærede relicto. Certior igitur Clemens factus, Siciliam rege carentem per Romanam Ecclesiam recipere est adnixus: sed magnates Siculi, ne in Romani pontificis potestatem cederent, vel potius ut tyrannidem exercere possent, ad alterinum regem instituerunt Tancredum, ex Rogerio rege de pellice genitum, quem virum socordem Guilielmus nunquam vel spurij fratris nomine dignum duxerat. Cumque in Calabriam & Apuliam Clemens copias mitteret, Tancredus Papæ fortiter resistens, regnum cadibus repleuit. At Clemens obmisso tantisper Tancredo, dum Christianos contra Saracenos sollicitat, moritur, & in Laterano sepelitur.

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo Cælestinus tertius pontificatum adeptus est, quum Henricus filius Friderici Imperatoris defuncti, regia corona in vita patris Aquisgrani consensu principum insignitus, in Italiam ingreditur: indeque ad urbem tendens, à Cælestino gloriosè susceptus, ab eoque omnium Romanorum fauore vna cum coniuge Constantia coronatus, Imperato-

ris & Augusti nomē sortitus, HENRICVS SEXTVS est vocatus.

De regno Siciliæ hic variat Scribentes. Nam Godfredus Viterbiensis scribit, quod anno Domini millesimo centesimo octogesimo sexto rex Henricus cum regina Constantia, filia Rogerij Siciliæ regis, nuptias gloriosas celebrauit Mediolani apud sanctum Ambrosium. Idem scribit Otho de S. Blasio in Supplemento Chronicæ Othonis Frisingensis. Idem sentit Abbas Urspringensis. Refert ad hæc Godfredus, quod Constantia non fuerit ætate nisi triginta annorum, sic verificans:

Sponsa fuit speciosa animis, Constantia dicta, Iamque tricennalis tempore virgo fuit.

Contra verò Blondus & Platina, alijque nonnulli scribunt, quod Pontifex Cælestinus ægrè tulerit rebellionem Siculorum, eosque cōpescere constituit. Iam enim Tancredus pro rege habitus, Calabria Apuliamque tenebat. Quare Cælestinus postmodum coronationis suæ Henricum Sextum à Germanis Electoribus iam regem factum, imperatorem constituit, ea conditione adiecta, ut Henricus regnum Siculum citra ultraque fretum proprijs recuperaret sumptibus, & censum solueret annuū iure feudi, idque quod rex facilius cōsequeretur, Constantiam Guilielmi regis Siciliæ sororem, Rogerij filiam, virginem in monasterio Panormi agentem, educi curauit, eamque natu grandiosem, penè lx. annos natam, dispensatione Apostolica illi in matrimonium copulauit.

Vides hic quod Scriptores famosi non solum diuersa, sed etiã aduersa scripserunt. Nam illi volunt, Constantiam ante Papatum Cælestini quatuor annis Henrico fuisse copulatam, & virginem triginta annorum: posteriores verò, Cælestinum Henrico per dispensationem desponsasse Constantiam ferè sexagenariam. Vtrū verius sit, Deus nouit, ego priores seque rer, quia negocijs eis oibus fuerunt contemporanei.

Henricus igitur imperator, ut refert Platina ac alij, motus beneficentia pontificis, post coronationem Tusculum, quod ipse firmo præsidio munièrat, Cælestino reddidit, quod statim Romani à pon-

Tancredus
noth* Sici-
liæ infestat.

Cælestinus
3. Papa.

Henricus
Imperator

Sicilia
Calabria

Tu
mil
tur

Ca
gio

pontifice acceptum, qui (vt Blóduſ ait) illis in cōſultè id tradidit, ad eò diripuere euertèrèq; vt ſaxa demolitæ vrbis in Capitolio vſque ad multam ætatem in memoriã tantæ cladis ſeruata ſint. Peremerunt tunc Romani veteris odij cauſa multos de ciuibus Tuſculi, multos membris mutilarūt. Superſtites autem quidam inter ſe coeũtes, nouas in earegione ſedes conſtituerunt, videlicet caſtrum Molariæ, Rocham papæ, Rocham periuram, & caſtrum ſancti Cæſarij.

Verũ Henricus per hæc tempora coniugem ſecum ducens, cum exercitu mouebat in Campaniam, rebellatẽq; ſibi totam terram inuenit. Tancredus enim tyrannidem in Sicilia arripies, ſub regio nomine cum conſenſu quorũdam baronũ regni, imperatori reſtitit, ipſumq; de hæreditate coniugis, quoad vixit, conſtantiffimè propullare curauit. Imperator verò Neapolim Cãpaniæ ciuitatẽ obſidione vallauit, cunctis in circuitu ferro igneq; vaſtatis. Cumq; eam vrbem per tres meſes obſediſſet, peſtilentia exercitum inuadente, de reditu diſpoſuit, atque obſidionẽ ſoluit. Inter hæc à quibuſdam baronibus Apuliæ, imperatrix capitur, & in captiuitate retinetur. Facta autem apoſtolico de captiuitate imperatricis querimonia, pontifex commotus, præſumptores huius rei, terra eorum ſuppoſita interdicto, anathemate conſtrinxit, imperatricẽq; laxari à captiuitate coegit, quam poſtmodũ imperator recepit, ac vlcifci de iniuria ſe promiſit.

Reuerſus ad Ciſalpinam Henricus Imp. Cunrado fratri ſuo ducatum Suediæ cõceſſit. Erat autem Cunradus ferrocis agreſtisq; naturæ homo, ſed liberalis animi, de quo etiã dicitur infra. Tum etiã archiepiſcopus Coloñ, cum quibuſdam alijs principibus rebelibus, in eius gratiam redijt. Tancredus interea filium ſuum primogenitũ, nomine Rogerium, fecerat in regem ſolennitè coronari, illiq; imperatoris Conſtantinopolitani filiã dederat vxorem.

ANNO domini 1190. Philippus rex Francorũ, dimiſſa regni cuſtodia Adi-

læ matri ſuæ & archiepiſcopo Rhemenſi Guilielmo auunculo ſuo, prohibuit vniuerſis prælatis & hominibus ſuis, quandiũ eſſet in ſeruitio Dei, nè exactiõnem aliquam facerent. præcepit prætereã, quòd omnes redditus ſuos & obuentiones per tria tempora Pariſios afferrentur, & ſi eum in via illã mori contingeret, regina & archiepiſcopus Rhemenſis & epiſcopus Pariſienſis, cum tribus alijs theſaurum ſuum in duas ordinaret partes: quarum vnã partem reparandis eccleſijs, arbitrio eorum per eius guerras deſtruẽtis, diſtribuerent: & reſiduũ inter illos diuiderent, qui propter exactiões quas ipſe in ſuos homines exercuerat, nimium fuerant depauperati, de qua parte, media ſcilicet, etiã portionem pro anima ſua & prædeceſſorũ ſuorum darent: aliam mediam partem, totam ad opus, quem vnicũ habuerat, filij ſui Ludouici, qui tunc erat trium annorum, cuſtodirent.

Sic ergò ordinato regno, pera & baculo peregrinationis in eccleſia S. Dionyſij acceptis, terreſtri itinere Ianuam peruenit. in eo autẽ loco naues & victualia præparari fecit. Intraſ autẽ mare, proſpero itinere Meſſanam Sicilię ciuitatẽ peruenit, vbi à Tancredo regẽ intruſo honorificè ſuſceptus eſt. Et dicit hiftoria Francorum, quòd in Meſſana ambo reges, Franciæ ſcilicet & Angliæ, ſe inuenerint, quibus abbas Ioachim dixerit, iter eorum eſſe inutile, iam non eſſe tempus recuperandæ Hieroſolymę, nihilominũ iter proſequuntur.

Rex Franciæ ad Ptolemaidam directo itinere, Angliæ autem rex per mare cum ſuis venit in inſulam Cyprò. Cũ autẽ ibidẽ eſſet, & Chriſtianus exercitus qui eum ſecutus fuerat, minũs benè à domino inſulę tractaretur, ipſum hoſtilitèr aggredi ſtatuit. audiuerat enim dominum inſulæ imperatori Conſtantinopolitano rebellãſſe, & tyrãnicè inſulam poſſidere. Itaq; rex Angliæ inſulam vi cepit, tyrannum ac filiam eius cũ omnibus theſauris ſuis vnã cum inſula occupauit, & relicto ibi præſidio firmo, ad Acã proceſſit. Prætereã rex Philippus interim ad portum Acenſem feliciter venerat in vigilia paſchæ, vbi à

Y Chri-

Philippi
Franc. regis
expeditio
in Syriam.

Tuſculum
milerè di-
rorum.

Coſtãriã
gna capta.

Christianis hominibus quasi angelus Domini est susceptus. paratior enim opinione fuerat exercitus illius, maior machinarum vis & com meatus potentissimo rege dignus.

Fixis igitur tentorijs, ciuitatē aggredi noluit, absente rege Angliæ. condixerant enim, vt non nisi pariter urbem assilirent. Angliæ verò rex occupandæ Cypri insulæ causa parum demoratus, & ab ea profectus cum classe sua, habuit obuiam inauditæ magnitudinis nauem, hominibus & armis valde munitam. serpentes in ea seruos aiunt Annibalis exemplo. hanc Saladinus in auxilium obsessorum in Acam mittebat, qua naue capta & incensa, omnes qui in ea erant, occisi sunt ab Anglicis. Deinde veniens Acam Angliæ rex, castra ante vrbs mœnia constituit.

Guido itaq; auctus tam multis Fræcorum Anglorumque copijs, tam multis omnis generis machinis, tormētisq; varijs, per singulos dies insultibus atq; impugnationib⁹ obsessos agitauit. Quo tempore cum totis viribus nostri ad expugnationem vrbs intenderent, nobiles multi & de principibus nonnulli ibi in Domino quieuerunt, inter quos Fridericus dux Sueuiæ, comes Clari montis, comes Theobaldus Fræciæ senescallus. Ingens verò multitudo hostium in vrbe muros non solum tutati sunt, sed & facta quandoquē eruptione, cominus sunt congressi, ad eò vt tormenta & machinas sæpe cremarent.

At Philippus rex Franciæ, Richardusque Angliæ rex, quandoquē simul, quandoquē copijs separatis, expugnanda vrbe alijs atq; alijs consilijs sunt vsi. saxis enim mirabilibus & quandoquē molaribus domos in vrbe & muros munitionesq; machinis perfregerūt: minoribus autem frequentius saxis cōiectis, & milites de aggeribus repugnatos, & omnem in vrbe etatem sexumq; partim opprimebant, partim terrore perpetuo fecerunt contabescere.

Erat autem eodem anno regibus in obsidione existentibus eclipsis solis in 7. gradu cancri, & durauit per quatuor horas. Sed secūdo obsidionis anno Acæ,

ciues, siue auxiliorum defectu seu tedio diurni laboris, de vrbe dedenda mentionem fecere. Tandem his conditionibus deditio facta est, vt pars Dominicæ crucis, quam in bello ceperat Saladin⁹, restitueretur: insuper ducenta millia Byzantium aureorum obsessi soluerent, nec aliud barbaris promissum est, quam vt salui cū vestimētis in tuta perducerentur, in quo & Francorum regi dimidia deducendorum barbarorum pars, altera Anglico attributa est. Fuit hic annus, quo vrbs Aca recepta est, 1191.

Deinde cum promissa peterentur, crux nusquam est inuenta. quam ob rem Richardus rex, quotquot deducendos acceperat, omnes trucidauit. Philippus verò prudētia ac humanitate vsus, partem sibi traditam cum Christianis tam carceratis quam apud barbaros seruib⁹, permutauit. Attamen ea cedes à Richardo commissa, vel eo maxime Saladini animum consternauit, quia meliorem copiarum suarum partem in Ptolemaide, hoc etiā nouo accedente occisorum militum incommodo, amiserat: qua de re quoniam resistere se posse quasi desperabat, quid facto opus foret, suorum habito consilio, fuga salutem quærere māluit.

Itaque his damnis affectus Saladinus, multas ciuitates aperuit, quas diffusus est tueri posse, Porphyriam, Cæsaream, Ascalonem, Gazam & Damiatam, euersis muris, destruxit. Eo potissimum tempore Richardus Ioppen instauratam militibus repleuit: quod nē fieret, Saladinus impetu irruens, prohibere conatus est: sed immissa principio classis Richardi magna, post addita maior, Saracenos ab impediendo auertit.

Debilitari iam Saladini virtus, nostrorum verò vbique augeri inceperat. Quod considerans animo Saladinus, de reddenda Christianis Hierosolyma cogitauit: quod certè nē faceret, discordia inter Philippum & Richardum reges orta de principatu, effecit. Hi nanque reges impulsu diaboli, tunc primum in Asia memores simultatum & inimicitiarum, quas ipsi inter se, sicut

sup. gnat.
59. lib. 1.

Frid. Sueuic⁹
ducis interi
tus.

Aca vrbs
Christianis
recepta

sicut & progenitores sui, soliti fuerant exercere, ut quidquid vnus aggredere-
tur, alius impedire conaretur pro virib⁹.

Primus itaque Philippus rex manife-
sto errore ac infamia morbo, ut crede-
batur, simulato in purgatione præteso,
& (vt quidam scribunt) cupiditate comi-
tatis Flandriæ ductus, ad reditum fe-
stinabat, exercitum suum Othoni duci
Burgundiæ commendans, atque con-
tra voluntatem omnium qui castra sua
fuerant secuti, cum multa desolatione
relieto Dei viuētis exercitu, à terra san-
cta recessit.

Affirmat Iacobus Genuensis, Sala-
dinum post captam Ptolemaidē & Iop-
pen à Richardo rege instauratam, re-
scitum esse, nisi tunc Philippus discessis-
set, reddendæ Christianis terræ sancte
æquissimis conditionibus animum ad-
iecisse: sed eo discessu audacior reddi-
tus Saladinus, nostros sicut prius sper-
nere coepit. Richardus tamen eo maio-
ra aggressus est, quo præteriti tempo-
ris æquè vt futuri, laudem ad se solum
sperabat trahere. Per quod tempus
Cunradum Montisferrati marchionē,
Tyri duo sicarij, quos Arfacidas vocant
Saraceni, gladijs confoderunt, id enim
genus hominū superstitione sua deuoti,
æternam promereri beatitudinē au-
tumant & publicè prædicāt, si hoste eo-
rum publico interempto, morte ipsi vel
crudelissima afficiātur. & hi duo de fu-
ga retracti, infelicem animam inter cru-
ciatus effuderunt. quæ verò fuerit cau-
sa occisionis, variè scribunt. alij dicunt
quòd Herfrandus fecerit eum occidi, p-
pter hoc, quòd sibi vxorem suam Isabe-
lam abstulerat. Alij dicunt, quia quos-
dam mercatores apud Tyrum interfici
fecerat, interfectus est ab illis.

Mortuo verò Cunrado, Henricus
comes Campaniæ accepit Isabelā vxorē,
simulque dominium Tyri accepit.
sed oblato regni Hierosolymitani titu-
lo idè habere noluit, Blondo referen-
te, quia regem Franciæ, sicut & cæteri
Gallijs oriundi, celerius subsequi in-
tendebat.

Videns autem rex Angliæ Guido-
nem Lisignianum Tyri & Ptolemaidē
æquè ambire dominū, prudenti con-

filio occurrit motibus discordiarum,
Guidonemque blandè appellatum, in
sententiam suam facilerè traxit, vt pecu-
nia haud grandi accepta, regnū Cypri
accipiēs, sibi Hierosolymitani regni cu-
ram relinqueret. Guido itaque Ptole-
mida ac omni Asia cum copijs & su-
pellectile migrans, regnum Cypri ab
Anglicis traditum libens accepit, cuius
cognitionis successores vsque ad no-
stra tempora, sicut scribit Blondus, te-
nuerunt. Platina quoque vult, Richar-
dum à Guidone regni Hierosolymita-
ni titulos accepisse, eumque titulū An-
glicos reges adhuc vsurpare.

Itaq; mouentes Ptolemaida Richar-
dus rex, Othoque Burgundus, vt Hie-
rosolymam obsiderent, euntes, primo
ac secundo itineris die Saladinum à la-
teribus nonnunquam extremam aciem
laceffere conspiciunt, quibus vt pote-
rant, magno suorum incommodo re-
sistunt. Ventum est ad Assur oppidum,
vbì Richardus sagitta vulneratus, ni-
hilominus procellit. Saladinus verò ob-
latam occasionem rei benè gerendæ am-
plexus, totis in illos viribus incubuit.

Richardus igitur & Otho acie in-
structa, globatim in hostes proruperūt,
pugnatumq; est à meridie ad noctem,
ac multi vtrinque ceciderunt: & relin-
quens Saladinus nostros, tādè de fu-
ga Hierosolymam se contulit. Nostri
verò in loco prælij nocte illa morati,
deindè tertijs castris in Bethleem ve-
nerunt. Postridiè cum castra fuerant
ibi communita, per exploratores acce-
perunt, ingentem ex Aegypto camelo-
rum & mulorum vim Hierosolymam
apportare com meatum.

Richardus cum toto iuuentutis ro-
bore nocte concubia profectus, felici
vsus audacia, interceptam prædam oēm
in castra perduxit, fuit in exercitu Chri-
stianorum diuersis nationibus maxima
expectatio ad Hierosolymæ obsidio-
nem. Constituisse ferebatur Saladinus,
tanti exercitūs vires in vrbe nunquam
expectare: nec minor erat apud hostes
Hierosolymæ defendendæ desperatio,
quàm apud nostros potiundæ confidē-
tia. Nihilominus vertit id Richardus,
qui concionatus est, vereri se nè per

hyemem breui affuturam commeatus sibi deficeret: quare differendam esse in ver proximum obsidionem censuit. motis itaque castris, Ascalonam petijt, quã simul cum Gaza vrbe instaurauit. Otho autem cum Gallicis Tyri apud Henricum Campanum hyberna egit. Veneta & Pisana classis iam 3. anno defessa, domum repetere statuit: sed odijs inter se concertantes, magnum discrimẽ in patriam tulere.

Richar. succellus varij.

Iam ver aduenerat, Richardusq; rex & Otho dux, hic ex Ascalone cum Anglicis, ille ex Tyro cum Gallicis & cætera Christianorum colluue, ad solita castra peruenerunt. tum repente Richardus rex palam asseruit, migrandum sibi esse in Europam, accepisse se nuncium, quod rex Franciæ Nortmanniam vexaret: fratremq; suum Iohannem intelligeret ad regnũ Angliæ adspirare. Quod quidem omnium Christianorũ animos consternauit. ipsius enim rei fama barbari ad spem victoriæ sunt euecti. Ergo damnatum est hoc præceptum consilium, cum constaret quod Saladinus Hierosolymam eiusq; regni vrbes equis conditionibus redditurus fuerat. sed nunc fœdera quæcunque hostis dare voluit, Richardus recipere est coactus: pacemq; cum Saladino componit his conditionibus, vt sibi omnia præter Tyrum ac Ptolemaidam haberet: reliqua autẽ que in potestate Christianorum erant, nequaquam vexaret. Vrbes itaque solum Tyrus ac Ptolemaida cum agro & castellis paucis & oppidis remiserunt nostris.

Bergomensis hic scribit, Richardum cum Saladino pacem composuisse, maximamque pecuniarum vim ab eo ob id accepisse. si verum est, iustus paulò post, vt sequitur, luit pœnas. Richardus quænalibus cum Saracenis pactis treugis, cum multis in Europam traiecit, anno Domini 1193. venitq; per Hungariam in fines ducis Lupoldi Austriæ, paucis comitatus.

Igitur memor iniuriarum duci exhibitarum, dimisso regali obsequio, priuatus in quodam diuersorio iuxta Viennam Pannoniæ ciuitatem, necessitate prandij confedit: ibiq; nè agnosceretur,

in coctione pulmentorũ laborans, propria manu carnes assabat, anulum regalem digito gestans. Quod aduertens quidam de familia ducis qui eum agnouit, cum duce enim apud Acam fuerat, vnde festinans ducem eius rei certiolem facit. dux frequentia militum stipatus, occurrens, regem frixam carnem gratam cepit, arctissimãq; custodiã mancipat, digna factis compescans. Nam capta Aca, rex Angliæ signa sua vbiq; affigi præcepit, titulũ victoriæ sibi prorsus adscribens: & cum per vrbem transiret, ac vexillum ducis Lupoldi terræ quam ipse obtinuit, affixum videret, percontatur cuiusnam hæc insignia forent. Quod cum intelligeret esse ducis Austriæ vexillum, indignatus conculcari fecit: præter hæc prædam omnem inter suos distribuit, erat enim tum potentior, attamẽ militia Teutonica cum Italica regi in faciem restitisset, nisi auctoritate militum templi repressa fuisset. ex hac perfidia dux sine mora repatriauit, hæc ignorantes, improperabãt duci qui regem cruce signatũ caperet: Romanus quoque pontifex hac causa ducem execrauit.

Imperator verò Henricus regem captiuum sibi presentari iussit. vincetus adducitur Vormatiam, vbi tandem datis in redemptionem suam imperatori multis millibus centenariorum auri, necnò & duci Lupoldo: reconciliationeque impetrata, rex à captiuitate liberatus est, quod aurum ab ecclesijs Anglicanis distractis calicibus, crucibus, vasisq; pro magna parte, corrasum extitit, vt refert Otho de S. Blasio. In Asia tamen Otho dux Burgundiæ cum cæteris Christianis Ptolemaidam Tyrumque instaurantes, Henricum Campanum comitẽ, enixè rogabant, vt regni Hierosolymæ titulum reciperet: quod nulla alia ratione renuit, quàm quod labores bellicos homo delicatus declinans, in patriã redire statuerat. sed Deo aliter visum est. nam cum supremam aulae suae partem Ptolemaide incautior circumiret, delapsus fracta ceruice interiit.

Guido de Lisigniaco rex Cypri per hos dies moritur, regnumque Emericus frater recepit, qui Isabele Hen-

Richardus Angliæ poldi

Hen-

Henrici Campani relicta sibi copulata, regni Hierosolymitani titulos ad illam hereditario iure spectantes, & simul Tyri ac Ptolemaidæ principatum accepit. Nec tamen satis firma aut diuturnior futura videbatur in Asia res Christiana, nisi per id temporis quoquæ Saladinus interijisset, vir ^{omni} eius seculi virtute, gestarum rerum gloria & potentia facile princeps, qui vnico, quod in funere circumferri iussit, elogio moderatione & magnitudinem animi sui ostendit. eius enim interior tunica lanea, suspensa ante funus deferebatur, præcone clamante, Saladinum Asiæ dominatorem, ex tanto regno tantisq; opibus nil aliud secum ferre.

Restituit autem ea mors nostrorum animos, vt saltem retinendæ terræ quæ possidebant, addita confidentia videretur. Saladini enim frater filijque perniciosissimis odijs decertantes, Turcas, Saracenosque & Arabes in sua dissidia laceros diuidebant. & Christiani Byblon pecunia redemptam à Saracenis, contra fœdera recipere non sunt veriti. filiorum autem Saladini natu maior Saphadin^o, successit in dominio super Syriam: secundus verò Merlinus, super Aegyptum.

Reuertor nunc ad Henricum imperatorem, qui dispositis interim rebus Germanicis, acceptam etiã grandem pecuniam à Richardo rege Angliæ liberalitè erogans militibus, exercitum egregiè stipendiatum, præfectis sibi ducibus Marcouardo dapifero de *Auncwylle* et Bertoldo de *Kungspersg*, misit in Apuliam, quorum induitria multa castella ciuitatesq; in deditionem accepit. Tandem interim mortuo, optimates terræ ipsius contra imperatorem vnanimiter conspirauerunt, aduenas Teutonicos omnes eijcientes.

ANNO igitur Domini 1193. Henricus imperator contracto exercitu alpes transcendit, transitaq; Italia & Tuscia, in Campaniam arma conuertit, in quo itinere Richardum de Sterre comitem ditissimum, captum apud Capuam patibulo suspendit, capite deorsum verso, pro capta Imperatrice in eum effectus. Deindè omnes ciuitates Campa-

niæ Apuliæque aut expugnatas destruxit, aut in deditionem accepit. nec fuit ciuitas quæ eius impetum sustinere valeret.

Militia peregrinorum, quæ in auxilium transmarine peregrinationis exierat, interim confluebat, opemque tulit. Itaque tota Apulia cum Campania in prouinciam redacta, in Calabriam Siciliamq; copias transportauit: profligataq; regione, Henricum de ^{*Kalend. mar.} *Kalend. marscalcum* cum instructo exercitu versus ciuitatem Catanensem direxit, vbi omnes ipsius terræ optimates cum innumerabili exercitu ordinata acie offendit. Eis congressus, victoriã multis occisis adeptus, fugientesque insecutus, ciuitatem cum eis irrupit: captoque episcopo, qui præcipuè rebellauerat, cum multis nobilibus, ciuitatem succendit: nec ecclesijs parcens, ecclesiam S. Agathæ cum multitudine vtriusque sexus, non habito delectu ætatis, quæ in eam confugerat, miserabiliter incendio consumpsit. sicque ad imperatorem nobiles triumpho trahens captiuos redijt.

Statuerat autem optimates dolo imperatorem perimere, quod ipse presentiens, cum se detectos minimè putaret, ab imperatore vocati, conuenerunt ad eum: quos omnes captiuos in vincula coniecit, exquisitisq; supplicijs enecauit. Nam Margaritum archipiratã potentissimum baronem, cum quodã comite oculis priuauit, & quendam læsæ maiestatis victum, pelle exutum decorauit, quendam verò ad regnum adspirantem coronari, coronam per tempora clavis transfigi præcepit, quosdam stipite alligatos incendio extinxit, quosdam vecte perforatos humo agglutinauit, ac per hoc omnibus maximum terrorem incussit.

Erat tum grauida Constantia: & cum tempus partus aduenisset, edicto publico diuulgari cœpit, vt quicumque vellet interesse partui, Panormum veniret: multisque superuenientibus & adstantibus, imperator Panormi in pratis tentoria expendi fecit: & cunctis videntibus, imperatrix peperit infantulum, quem vocabant Fridericum.

Saladini in-
veritur, ac
mortui elo-
gia.

*Kalu

Catana Si-
cilie vrbs.

Henr. Imp.
6. in Sicilia
expeditio.

Falerni Hē-
sic. recipi-
unt.

ANNO Domini 1194. imperator contra Falernum ciuitatem, quæ Sicilia archifolium, necnon ærarium thesauri regij extitit, acie direxit: castrisq; ante faciem locatis, hortum regalē muro cinctum, omniq; bestiarum genere refertum, irrumpi iussit. Itaque ciues animositatem Cæsaris metuentes, sine pugna deditionē offerunt: quibus consentiens, ciuitate tradita, eos recepit in gratiā, signis imperialibus turribus vndiq; insignitis: statutaq; die processionis, qua à ciuibus imperiali fastu susciperetur, exercitum omni affluentia deliciarum resolutum, gazisq; spoliolorum egregiē ditatum, securum reddidit. Tandem tota coronatur ciuitas tapetibus sericisq; diuersi generis & magni precij, thure, myrrha, alijsq; speciebus odoriferis intus & extra urbem redolentibus. ciues per turmas secundum dignitatis, conditionis, ætatisq; differentiam egressi, nobiles in sua cohorte, seniores in suo ordine, ex in iuuentus & adolescentia vtriusque sexus ordine, obuiam cum musicis instrumentis plausum exhibentibus imperatori procedunt.

Cæsar nō minori industria composito exercitu militari disciplina, omniq; præsumptione Teutonica interdicta, armorum splendore rutilante, binis & binis longo tractu ciuitatem versus pedetentim incedentibus, ipse autem cum principibus imperiali gloria & ornatu subsecutus, ciuitatem ingreditur, cunctis laudes affatim acclamantibus, vulgo prono vultu in terram corruente: sicque in regiam receptus domū, quieti dedit operam. itaque multis muneribus à ciuibus est honoratus, equis præstantissimis, sellis auratis, frenis faleratis, & diuersis speciebus, quæ omnia exercitui liberaliter largitus, primò principibus regalia dona contulit, dein militibus pro meritis erat munificus, inestimabili pecunia in thesauris regijs auri argentiq; reperta, ærarium publicū apud *Trifels* confertissimum reddidit.

Hēr. 6. Cæs.
magnificē-
tia.

Igitur redacta in prouinciam tota Sicilia cum Sardinia, Henricus imperator exercitum peregrinorū multis muneribus donatum, à se dimisit: & cum

ipsis è suo latere publici ærarij stipendiarios 500. milites in adiutorium trāsmarini negocij misit.

ANNO Domini 1195. imperator Henricus apud Tarentum constitutus, repatriare cōstituit. nobilesq; captiuos in Germaniā præmisit: nam filiū Tancredi regis adhuc puerum, in Rhetiam Curiensem perductum, oculis priuari, & in castro Amiso perpetuæ captiuitati addictum, custodiri præcepit: spōsam verò Irenen, filiam imperatoris Cōstantinopolitani, Philippo fratri suo desponsauit. reginam Apuliæ Tancredi vxorē Sibyllam: filiamq; eius, apud monasterium virginum in *Hohenburg* Alsatiaë mancipauit. Hæc Otho de S. Basilio.

Scribit abbas Vrspring. quòd Henricus pro securitate Siciliae & Apuliæ vades receperit rebellionem timens, inter quos erat episcopus Salernitanus & duo comites. hoc nō attento, anno domini 1195. quidam in Apulia rebellant Cæsari, propter quod iussit vades quos duxerat in Alemaniā, oculis priuari, præter episcopum & ecclesiasticos: rebelles quoque captos, diuersis supplicijs fecit interimi.

Captiuo-
culi.

Per id tempus Cunradus frater imperatoris, dux Sueuorum, mouit contra Bertoldum ducem de Zaringen, cumq; esset in oppido *Durlach*, obiit, sepultus in monasterio Loricen. multi asserbant eum fuisse interfectū à quodam, cuius vxori vim fecerat: erat em̄ vir stupris, luxurijs & immunditijs deditus.

Imperator ducatum Sueuiæ contulit Philippo fratri suo, cuius opera præcipua in Sicilia utebatur. is relicta Italia, transiit in Alemaniam cum vxore Irena Cōstantinopolitani imperatoris filia, ponens eam in castro *Swainhusen*, tum de mandato imperatoris regium diadema imposuit Othocaroregi Boemorum, & paulò post Philippus nuptias celebrauit cū multis principibus ac baronibus apud Augustam in campo magno, qui dicitur *Concio legis*.

Philippus
Sueuorum
dux.

His etiā temporibus procurante imperatore, factum est vt principes Alemaniæ penē omnes, filium paruulum *Fride-*

Fride 2. rex
designatus.

Fridericum assumeret in regem, & ei fidelitatem iurarent, super quo literas sigillatas miserunt imperatori. erat tunc circiter trium annorum puer. Henricus impator, ut scribit Antonin. ex quo totam Siciliam obtinuit, propter graues et frequentes collectas & importabiles exactiones, id regnum auro & argento expoliavit. Sed, ut refert quoque Bergomenus in supplemento, Henricus obtento regno plures à turribus precipitari iussit, plerosque alios mortibus interfecit, & in ecclesiasticos quoque sequitur, propter quæ indignatus Cælestinus pontifex, eum execrauit, sed venia de errore postulata, in gratiam cum pontifex recepit. Et quia Saladino mortuo Cælestinus in magnam recuperandæ Hierosolymæ spem venerat, Henricum imperatorem, qui mortuo Tancredo regnum Sicilia occupauerat, ad bellum Asiaticum adhortatur, sed cum ipse Hierosolymam petere non posset, archiepiscopum Moguntinum & Saxoniam ducem cum multis alijs & magnis copijs eò destinavit. fuerunt autem cum præmissis ducibus in expeditione Cunradus cancellarius imperatoris, Lupoldus dux Austriae, dux Brabantie, Hermannus Langrauius de Thuringia, Patauiensis episcopus, Ratisponensis episcopus, Halberstadiensis episcopus, marchio Cûradus, comites quoque alij & quam plures nobiles.

Teutonum
ad Hieroso.
expeditio.

Hi omnes venerunt in terram promissionis viri bellicosi, expensarum prodigi, rationis expertes, voluntatem pro iure habentes, ensibus inuicti, in nullis nisi hominibus suæ gentis confidentes, ducibus suis fidelissimi, & quibus vitam potius quam fidem possis auferre. Hi cum venissent in terram promissionis, ut scribit abbas Urspringensis, treugas fregerunt, quas rex Richardus Angliæ recedens statuerat. urbem Berytum recuperauerunt, similiter & Ioppen, ut Platina vult & Blondus.

Innocentius
3. papa.

Cælestinus tum Romæ moritur anno Domini 1198. & paulo post Innocentius 3. patria Anagninus, familia comitum, omnium consensu pontifex sufficitur, vir certe doctrina & moribus insignis, sedit annos 18. menses 7. Deinde & eodem anno Henricus Messanæ egrota-

re cœpit, cognitoque mortem sibi adesse, uxorem & Fridericum paruulum ad Innocentium Papam factum misit, eisdem illi obnixè commendans. Philippo verò germano, Hetruriam & Sueuiam duci, quantum in se fuit, Romæ imperij & regni Siciliae quousque filius adoleuisset, gubernationem commendauit: cōfectoque testamento, diem Panormi obiit, ubi in Ecclesia magnificè est sepultus. Erat autem Henricus prudens, facundus, facies satis decora, plus tamē macilenta, statura mediocris, corpore tenuis, animo acer, vanitatibus deditus, maximè venationum & aucupiorum. multi afferebant eum veneno extinctum, uxore procurante, propter nepotes ipsius occisos: quod tamen qui de familia eius fuerat, constantè inficiabantur, nec erat verisimile.

Igitur Henrico defuncto, Innocentius statim Germanos qui in Asia erant, retinere in officio literis & pollicitationibus conatus est, verum id quidem frustra. Germani enim audita morte imperatoris, relicta Asia, in Europam cum maximo Christianorum detrimento transeunt, potissimum Ioppensium, in quos omni ope destitutos delati Turcæ Saraceni que, etiã deditorem facturos, vi captos ad vnum omnes interfecere, euerfa statim à fundamentis vrbe.

Ioppe diruta.

Fuit hic Orientis status intranquillus, cum Philippus Francus & Richardus Anglus continuis bellis Occidentem vexarent, & Pont. Innocentius ex Henrici Cæsaris interitu dubiarum rerum materiam accepisset, vir bonus qui pontificatus sui inijs cum exosam haberet iustitiæ venalitatē, statim fecit editum, ut nullus Officialium curiæ suæ quicquam ab aliquo exigeret, præ scriptores & bullatores, quibus etiã certum modum præfixit. Eius opera & impensa hospitale Sancti spiritus cõditum aiunt, auctumque ab eo magnis prouentibus, quibus & peregrini & ægroti ac vulgò concepti orphani alerentur. Ordinavit etiã famis tempore, ut pauperes verecudi, qui publicè mendicare erubescabant, pecuniam occultè ad sustentationem reciperent, & alia complura.

Hospitale
S. Spiritus
in Saxia.

Præterea statim post electionem cœpit intendere ad recuperandum patri-

Innoc. Ro-
mandiolam
repetit.

monium Rom. Ecclesiæ, vt scribit An-
to. quod Imp. Henricus in vita occupâ-
rat, & post mortem familiares sui inter
se vsurpârant. Porrò duos cardinales mi-
fit in Romandiolam contra Marcouar-
dum, qui eam tyrannicè detinebat. erat
ille Senescalcus generalis imperij, dux
Rauennæ & marchio Romandiolæ: qui
videns se nec muneribus flectere posse
pontificem, nec minis, relicta marchia,
in regnum Apuliæ se recepit, sicq; redu-
cta est marchia ad dominium Ecclesiæ.
postea patrimonium B. Petri, totum ex-
archatum Rauennæ, terram comitissæ
Mechtildis ad Ro. Ecclesiam reduxit, ite
ea omnia quæ Cunradus tenebat.

Siciliam re-
petit papa.

Constantia verò imperatrix his visis,
statim ad pontificem solennes nuncios
mittebat, postulans vt regnum Siciliae,
ducatum Apuliæ, Capuæ principatum
concedere dignaretur sibi & filio suo,
secundum formam quam prædecessores
eius concesserant prædecessoribus regni
ipsius. sed ipse attendens quod priuilegi-
um cõcessionis indultum primò ab Adri-
ano, & postea à Clemète renouatum su-
per 4. capitulis, videlicet de electiõibus,
legationibus, appellationibus, cõcilijs,
derogabat non solum apostolicæ digni-
tati, sed etiã ecclesiasticæ authoritati,
remandauit imperatrici, vt illis capitu-
lis renunciaret omninò: cumq; illa non
esset aliquatitè concessurus, tentauit
hæc eius propositum muneribus immu-
tare: quod cum efficere nequiuisset, cõ-
tenta fuit illis renunciare. hæc Anton.
Verum ego vereor hanc mutationem,
causam fuisse multorum malorũ, cum
Henricus non gratis, sed suis sumptibus
hoc regnum, pacto interueniente cum
Cælestino, acquisuisse videatur.

Idem verò Innocentius considerans
quod per detentionem Salernitani ar-
chiepiscopi, qui adhuc per Philippum im-
peratoris Henrici germanum fratrem,
in Alemania detinebatur captiuus, de-
traheretur Apostolicæ dignitati, statim
Sutrinum episcopum natione Teutoni-
cum, & abbatem S. Anastasij in Alema-
niam destinauit, scribens prælatis Eccle-
siarum, vt detentores Salernitani ac ali-
orum prælatorum monerent, & si necesse
esset, per execrationem compellerent, vt

illos dimitterent, comminando princi-
pibus, vt nisi ad hoc darent operam, to-
tam Alemaniam se supposituros inter-
dicto. Illi verò in Teutoniam venientes,
inuenerunt Philippum à quibusdã prin-
cipibus electum in regem, qui accedens
legatos, de facto se fecit absolui, & hoc
non manifestè. execrauerat enim Cæle-
stinus Philippum, quia dum esset dux
Tusciæ, occupauerat relicta Mechtil-
dis, quæ ipsa moriens Ecclesiæ legauit,
& patrimonium S. Petri vocabatur.

Postmodum Philippus fecit se coro-
nari & inungi Moguntia à Tarentasi-
ensi episcopo, quia nullus episcoporum
Teutoniæ id facere attentauit. sed nec
episcopi qui præsentibus erant, pontifica-
libus induti fuere, præter solum Sutrinum
episcopum, qui ad aliud fuerat destina-
tus. Quam ob causam rediens, extra epi-
scopatum suum ad finem vitæ suæ autho-
ritate Apostolica mansit.

Coloniensis verò archiepiscopus &
quidam alij principes tam ecclesiastici q̃
seculares, videntes se in electiõne Philippi
fuisse contemptos, apud Aquisgranum
congregati, Othonem filium Henrici
ducis Saxonie, in imperatore elegerunt,
quem archiepiscopus Colonien. solennitè
coronauit, & sic facta est diuisio in im-
perio. Othoni adhesionem Coloniens. omnes
suffraganei & multi alij, dux quoque
Liuoniæ & Limpurgæ, comes Palati-
nus Rheni, & Lantgrauus Thuringiæ.
Philippo verò reliqua terra cum princi-
pibus, similiter & rex Franciæ, maximè
ex eo, quod audisset Richardum regem
Angliæ Othoni fauere, cui etiã comes
Flandriæ adhærebatur.

Innocentius papa Othonis partes tue-
batur, siue beneficiorum, quæ in Eccle-
siam cõtulisset Magnus Otho, memor,
siue efferam Sueuorum vim veritus, qui
multo iam tempore sedem Apostolicam
affixerat, id quod in Barbarossæ histo-
ria patuit, & Hærici 4. ac filij eius, quem
quintum diximus, gesta probant, in qui-
bus se præcipua Sueuorum potentia ex-
tulit. Demum quod & Henricus 6. Phi-
lippi frater, inclementi fuisset in clerum
animo, multa conferendorum episco-
patuum causa conatus. Leodiensem em̃
episcopum, quod præter decretum suum
confir-

Philippus
Sueuorum
perat. p. 6.

Othonis
xonis 4. ab
tio.

confirmatus fuerat, occidi fecit. Vnde ipse Innocentius reprobata electione Philippi, ut potè nupèr à Cælestino execrati, Othoni adhæsit, ac prælatis Alemanniæ mandauit, ut ei obedirent, & Philippo tanquàm execrato & Ecclesiæ persecutori se opponerent, quod idè Lombardis persuasit.

Rebus sic se habentibus, cum Philippus in Alemanniâ maiorem sequelam haberet, post multas cædes victor euasit, atque iam se ad Italiam præparauit. dolo tamè occisus est, ut de hoc plura scribit Antonin.

Sed quia inuenio quosdam longè aliter rem gestam narrare, & præsertim abbatem Urspringen in sua chronica, qui eo tempore viuès, plerisq; negocijs præfens fuit, ut nihil eorum quæ circa hoc scribuntur, obmittam, facio eum per se loquentè in re non parùm odiosa, cuius hæc sunt verba:

Philippus frater imperatoris, eo tempore exierat de Alemanniâ, ut veniret ad Imp. in Siciliam, processeratq; vsque ad montem Falconis castrum apud Viterbium. vbi de morte imperatoris nuntiatum est ei. Orta deniquè est seditio ibidem, maximè contra Teutonicos, qui tunc in Italia morabant. vnde in castro eodem quidam de familia ducis occidebatur. Philippus indè cum maximo discrimine discessit ex Italia, & in Alemanniâ peruenit, vbi iam principes iuramenta postponentes, de electione noui imperatoris cœperunt tractare. idè ad partes Rheni se contulit, & natiuitatem Domini in *Hagnau* celebrauit, vbi ad eum venerunt officiales & ministeriales & quidam principes ac barones, vbi etiàm aderat Cunradus Argentinenfis episcopus. cum his habuit consilium, volens tenere imperium, cum in sua potestate haberet insignia imperialia, coronam, crucem & alia attinentia. non em̄ esset cautum, ut ad alium transfiret imperiũ, nè tam ipse quàm fratruelis suus puer priuaretur.

Sed intercessit his rebus Innocentius 3. omni studio aduersatus eidè, hoc agès, ut ipsum impediret, improperans ei quæ frater suus ac parètes crudeliter peregerant. Extat adhuc de elec. c. venerabilem.

epistola præfati Innocentij ad Bertoldũ ducem de Zeringen, in qua contra Philippum multa, narrate abbate Urspringen, conscribuntur. Tunc cœpit papa, inquit idem, friuolis insistere obiectionibus & exceptionibus, quatenus ipsum impediret, sententiam ei obijciens execrationis. nam cum in Tusciâ adhuc gereret principatum, dicebatur quòd Cælestinus eum execrasset. sanè ut plus inde uotum eum posset comprobare, si nõ eius monitis acquiesceret, misit episcopum Sutrinum ad repetendum à Philippo vades de Apulia, quos olim Hæricus iusserat exoculari.

At ipse Philippus, ut erat mansuetus, cum audisset de sententia execrationis, petiuit humiliter ab eodem legato absolui, insupèr vades Papæ remisit. quocirca Papa, ut plus odiosum redderet Philippum, comites illos cæcos & viros nobiles fecit demonstrari multis in curia Ro. existetibus. Ego quoquè, inquit idè abbas, in minori ætate constitutus, Romæ vidi eosdem. episcopũ quoquè prædictum Sutrinũ, pro eo quod illicite absoluit Philippum, excedens fines mandati, sicut in præfata epistola sua expressit Papa, priuatũ episcopatu relegauit. audiui etiàm, inquit, eo tẽpore (quod tamè difficile est relatu, & vix credendum) dixisse Innocentium, quòd ablaturus esset Philippo diadema, aut ipse sibi insigne apostolicum. Deus autem ex alto prospiciens, non permisit ut per totam Alemanniâ periret cultus diuinus, ac ecclesiasticæ dignitatis officium: quæ duo honestius ibi cõsistunt, q̄ in alijs gẽtibus, licèt vbiquè per incetiuâ vitiorũ, & maximè luxurię, deprauata sint. Hæc Abbas.

Philippus cum videret imminere sibi aduersitates, querès fauorem principũ, conciliauit sibi Bernardum marchionè Misnię, Magdeburgenẽ præfulem & Bremenẽ, ac suffraganeos eorundè. Sed genitrix inuidia, qua suis honoribus infidantur Alemanni, immò se occidunt ac vulnerat, ad hoc mouit principes quosdam, ut in præiudicium illius generationis, curiam apud *Andernach* oppidum Rheni pro eligendo imperatore constituerent.

Quo audito, Philippus trãmissis illuc lega-

Innocentij
pape in Phi
lippũ odia.

legatis, effecit vt nulla ibidem celebraretur electio, tum propter sui & quorundam principum absentiam, tum propter regie generationis non destituendam prosapiam, tum propter iuramenta principum eidem generationi exhibita.

De Bertoldi Zaringe electione.

His non obstant, Coloniam indicunt diem: quod rursus Philippus nuncios misit, impediens ne in preiudicium suum fieret electio, asserunt etiam quidam, quod propter hoc promissa fuerint archiepiscopo Treueren duo millia marcarum. attamen Bertoldus dux de Zaringen, tunc nominatus fuit in regem, non quod iustus videretur aut diligeret veritatem, sed quod pecuniosus erat homo avarissimus. Videtur autem Philippus quod a tali insolentia nollent cessare Alemani, ipse cum principibus sue partis conuentum habuit in *Mulhusen*/ vbi a Sueuis, Saxonibus, Bauaris, Bohemis & principibus quampluribus Rheni eligitur in regem. Tunc coeperunt multiplicari mala in terris, rapine, depredationes, depopulationes terrarum, incendia, bella, latrocinia, & caetera huiusmodi, principes autem qui Philippo assistere debebant, verba praesenti bona dederunt.

Cumque praefatus dux de Zaringen diffideret de expensis ad obtinendum imperium, redijt ad gratiam regis Philippi, accepitque ab eo beneficia quae sibi conferre curauit, qui & homagium sibi fecit, ac fidelitatem & vades, nepotes suos Cunonem & Bertoldum filios Egonis comitis de *Brach*/ quos apud Coloniam pro expensis obligauerat, qui compulsi cum non soluerentur, se redemerunt. Ex his Cuno postea factus est monachus & abbas Cisterciensium, inde Romae factus est cardinalis Portuensium, alter Bertoldus factus est abbas in *Lugirach*. nam in periculo captiuitatis constituti, ambo promiserunt, si liberarentur, ad monachicam vitam se ituros.

Iam inter haec Coloniam & Moguntiam archiepiscopi cum suffraganeis, & alij quidam iniqua cogitauerunt, miseruntque nuncios Albertum de *Lagisburg*/ & comitem de *Yningen* in Angliam, vocaturos inde Othonem, praesumentesque in auxilio Richardi regis Angliae, qui fuit auunculus eiusdem. hunc igitur apud

Coloniam elegerunt in regem. Facta est haec abusio, vt fieret portectum, vix enim remansit aliquis episcopatus, siue dignitas Ecclesiastica, vel etiam parochialis Ecclesia, quae non fieret litigiosa, & Romam deduceretur causa, sed non manua vacua. Gaude nunc nostra Roma, quoniam aperiuntur catacactae thesaurorum in terra, vt ad te confluant riui in magna copia nummorum. Haec abbas *Vrspringen*.

Properant electi reges, vterque vt occupet sedem Aquisgranum. sane Philippus prior oppidum obtinuit, & ibidem viros strenuos in praesidio collocauit, inter quos fuerunt *Vualtranus* filius ducis de *Simpurg*/ & *Henricus* dapifer de *Walpurg*. Superuenit autem *Otho* cum *Coloñ* & alijs fautoribus suis, & obsidet ciuitatem. cumque hi qui erant in praesidio, resistere non possent, accepta securitate personarum, dederunt ciuitatem. Tunc Dominus *Adolfus* episcopus *Coloñ* in sede regni coronauit *Othonem* regem. Tota vero curia imperialis & officiales imperij, adhaeserunt Philippo cum principibus compluribus, *Curado* quoque *Herbipolen* episcopo & caecellario, quem admodum latius de his in generatione sequenti scribemus.

ANNO Domini 1174. *Thomas Cantuariensis* archiepiscopus, vir quidem optimus & sanctissimus, martyrizatur: quod quidem scelus ex coniuratione regis Anglorum *Henrici* factitatum dicebatur, cuius rei causa *Henricus* rex oratores suos purgandi se causa ad *Alexandrum* 3. destinauit: & cum facile pontifex oratoribus regis non crederet, in Angliam duos cardinales mittit, qui rem diligentem inspicerent, quibus rex, omisso Hybernico bello, quo erat implicitus, honoris causa apud Nortmanniam occurrit: reque discussa, ad hoc ventum est, vt *Henricus* iuramento adhibito, cum non satis de facto constaret, sese purgauerit, promiseritque se poenitentiam pro nece sanctissimi viri acturum, cuius etiam fuisse insons atque inscius, occasionem tamen praestitisse sit visus, quod viuente simultate & odio persecutus sit, additum praeterea, vt 200. milites *Hierosolymam* mitteret, qui sua impensa per annum contra

tra Saracenos dimicarent, utque ipse triennio cum quanto posset exercitum contra barbaros bellum gereret, libertatem ecclesiasticam in suo regno tutaretur, appellationibus ad curiam Romae factis non aduersaretur.

His autem iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in se atque in heredes suos transferri meruit, sponte, ut Blondus scribit, regnum Angliam a pontifice obtinuit, ut nemo posthac rex Angliam declararetur, qui a Romae pontifice non esset appellatus. hinc obseruatum aiunt, ut omnes Anglici reges a Romae pontifice regni iura recognoscant.

In hac generatione ordo Humiliatorum sumpsit exordium. cum enim Fredericus primus totam Cisalpinam, ut Bergomenus scribit, varijs incommodis et vexationibus laceraret, infinitos prope viros cum mulieribus & pueris in Germaniam perpetuo exilio damnauit. Vbi cum multis annis stetissent, fastiditi exilij tam viri quam mulieres, communi consensu vestibus albis induti, ad imperatorem humiliter aliquando accessere, et in terram se prosternentes, misericordiam deprecati sunt, quorum humilitatem vidit Caesar, permotus pietate, eorum precibus annuit, & eos in patriam redire concessit.

Reuersi igitur exules in Cisalpinam, plurimi vna cum vxoribus & vestitu dealbato castitatem vouentes, in vno conuenerunt, & DEO gratias agentes, deinceps nil aliud cogitare decreuerunt, nisi puro & integro corde deo & B. Mariam virgini deservire, facultates suas omnes in lanificio ponentes, atque in illo artificio post crebras orationes & contemplationes summoperè insistere ceperunt. procedente inde tempore, ob religionem & vitam sanctitatem a summis pontificibus priuilegiati, regulam B. Benedicti tam viri quam mulieres professi sunt. hæc ille. Et sunt qui huius ordinis initia in alia quædam tempora, sed incerta ratione, referunt, qui cum multis durasset annis, ab Innocentio 3. confirmatus fertur.

In hac quoque generatione abbas Ioachim in Calabria partibus, maxime tempore Henrici 6. multa conscripsit, de

eo fertur, quod cum prius non multum ab homine doctore didicisset, donum intelligentiam diuinitus accepit, adeo ut facundè ac disertè quaslibet scripturarum difficultates enodaret.

Fuit his ferè temporibus Almaricus ^{Almaricus hæreticus.} Carnotensis episcopus magna ingenij fama, qui cum apud Parisios non parua opinioe doctrinae vigeret, docuit quosque Christianos membra CHRISTI corporis esse, affectioni subiectos fuisse cum Christus pateretur. Sed error pontificis Innocentij studio damnatus est, è qua ignominia Almaricus paulò post decessit. Huius accensi stimulis quidam, nouos & inauditos errores confinxerunt, qui inter cætera asserere conabantur, quod patris potestas durauit quandiu vixit lex Mosæica, & quia scriptum est, Nouis superuenientibus abijcietis vetera, postquam CHRISTVS venit, absoluta dicebant omnia veteris testamenti sacramenta, & viguisse illam legem vsque ad illud tempus quo predicabant talia. Illo ergo tempore dicebant noua sacramenta finem habere, & spiritus sancti tempus aduenisse, ideoque confessionem, baptismum, eucharistiam & alia sacramenta, sine quibus non est salus, locum deceterò non habere, sed vnumquenque per gratiam sancti Spiritus tantum interiùs, sine aliquo exteriori actu posse saluari. Charitatis quoque virtutem sic ampliabant, ut id quod alias peccatum esset, si fieret in charitate, iam illud non esset peccatum. vnde & stupra, & adulteria, & cæteras corporis voluptates nomine charitatis perpetrabant, mulieribusque cum quibus peccabant, & simplicibus quos decipiebant, impunitatem promittebant, Deum tantummodò bonum & iustum prædicantes.

Huius fama cum ad Petrum Parisiensem episcopum & Guarinum regis Philippi consiliarium peruenisset, occultè miserunt magistrum Rudolphum de Naumurtio clericum, qui secretiùs rem vestigaret. Hic ad singulos astutè accedebat, & de illorum secta se esse fingebat, & sic facta eorum discebat. Itaque plures secte huius sacerdotes, clerici & laici vtriusque sexus, detecti & capti, Parisios sunt adducti. Ibi congregato Concilio, publicè conui-

Techna ista
heretica vi-
de nū & ho-
die vigeat.

Leu. 26.

Anglorū re-
gnū à Ro.
Pont. peti.

Humiliato-
rum ordo.

conuicti sunt & condemnati. clerici de-
gradati, traditi curiæ seculari, iussu re-
gis sunt incinerati. mulieribus autem &
simplicibus deceptis pepercerunt. hære-
siarcha verò Almaricus, licet iam fuisset
(vt putabatur) in pace Ecclesiæ sepultus,
quia tamen constitit sectâ illam originè
ab ipso habuisse, condemnatus est à cõ-
cilio, ac de sacro cœmeterio eiectus, ei-
usq; cinis & ossa dispersa.

Almarici of-
sa dispersa.

Guilielmi

Ordo Guilielmitarum à S. Guiliel-
mo eremita olim duce Aquitanèsi, no-
men & originem traxit. eius discipulus
fuit S. Albertus eremita. Circa annum
Domini 1190. Philippus rex Francorum
cùm esset apud S. Germanum in Laia,
audita Christiani cuiusdam morte à Iu-
dæis perpetrata, Christianæ religioni
compatiens, familiaribus suis ignoran-
tibus, iter arripuit, prope Parisios venit,
positis in portis castri custodibus, & cõ-
præhensis Iudæis plus quàm octoginta,
comburere fecit.

Iudæi cre-
mati.

ANNO Domini 1193. rex Philippus
cum exercitu intrauit Nortmanniam,
obseditq; castrum Vernolium: sed audi-
ens quòd Nortmanni Ebroicam ciuita-
tem obsidissent, obsidionem soluit, atq;
fugatis Nortmannis, ipsam urbem fun-
ditus euertit.

ANNO Domini 1195. cùm rex Phi-
lippus in archiepiscopatu Bituricèsi cõ-
tra regem Angliæ duxisset exercitum ma-
ximum, rex Angliæ ei occurrit, & iuxta
regem Philippum castra sua locauit. Præ-
parantibus autem se hinc inde ad con-
flictum, præter opinionem omnium, rex
Angliæ depositis armis, ad regem Fran-
corum accessit, ibiq; publicè corâ omni-
bus pro ducatu Nortmanniæ & comi-
tatu Pietauiensi & Andegauenfi homa-
gium illi fecit. Attamen pax non diù du-
rauit, quin potius contra se venientes
ipsi reges, plurima vtrinque incommo-
da interunt.

Philippi cõ-
Richar. An-
glo gesta.

ANNO Domini 1197. Balduinus co-
mes Flandrensis qui Philippo regi apud
Compendium homagium fecerat, à fide
recedens, Richardo regi Angliæ confœ-
deratus, ipsum regem Francorum gra-
uiter periecutus est.

Eodem anno contra omnium opini-
onem ipsiusq; regis edictum, Philippus

rex Iudæos Parisios reduxit, pecuniæ for-
tè inter tot belli impensas egens, & Ec-
clesias Dei grauitèr persecutus est. Nec
multò post rex Angliæ Richardus, cum
mille & quingentis militibus ac pediti-
bus innumeris Gisfortiū mouens, omnem
regiõem populatur, Corcellas ad solum
complanauit, necnò villas plures destru-
ctas prædatus est.

Rex igitur Philippus cùm ad Gisfor-
tium transire cuperet, cum quingentis
tantum militibus medias acies hostium
pertransiuit, viriliter pugnas, multis ta-
men ex militibus suis captis atq; fugatis.
captus est Alanus de Rufiaco, Matthæ-
us de Marliaco, Guilielmus de Mileto,
Philippus de Nantatio, & plures alij:
sicq; rex Angliæ cum triumpho recessit,
prædas diuisit, & paulò post iterum Frã-
cos fudit.

ANNO 1198. Richardus rex Angliæ
audiens quendam militem Lemouicen-
sis diocesis in suo castro thesaurum ma-
gnum reperisse, cupiens thesaurum ha-
bere, dictum militem à vicecomite Le-
mouicensi, ad quem confugerat pro se-
curitate, repetebat. sed dū ille renueret,
in prædicto castro illum obsedit. Cumq;
die noctuq; castrum illud fortiter impu-
gnaret, sagitta percussus, post paucos die-
s moritur, atq; apud fontem Ebrodi se-
pelitur. & quia liberos non habebat, fra-
ter suus Iohannes, dictus *Simè terra*, suc-
cessit ei in regno. et paulò post facte sunt
treugæ inter illum & regem Franciæ,
secuta pace.

Rich. Ang-
interitum.

GENERATIO XLI.

ANNO Domini 1200. Innocentij
3. pont. Rom. anno tertio, & Phi-
lippi Sueui Germanorum regis tertio,
cepit prima et quadragesima generatio.
Eius initium habent res Asiaticæ. siqui-
dem in Asia rebus vndiquaque tumultu-
uariè gestis, ad importunam Alemanor-
um profectiõnem in propria, cùm infi-
deles barbari Ioppen maritimam ciuita-
tem solo equassent, petièrunt tum qui Ty-
ro & Ptolemaide inclusi obsidebantur,
inducias Christiani, quas quidè barbari
facilitè concessèrunt, quòd & ipsi dissidijs
inter se conflictantes, intestinis quibus-
dam bellis agitantur.

Eapropter Simon de Monteforti, ho-
mo

mo ad res bellicas è plurimis selectus, & cui Philippus Gallorum rex, quem in Asia reliquerat exercitum, non sine magna rerum gerendarum opinione commédauerat, cum rem Christianã in Asia tutam vidisset, in Europã sese cum suis recepit. Verum is vt in Galliã, vnde multo stipatus milite excesserat, post multa à se gloriose in transmarinis rebus bellicis gesta diuertisset, inuenit inter se cruentis admodum bellis utrosq; reges, Anglię scilicet & Gallię, concertare: quod quidem grauitè animo ferens, quoniam pacto reges in vnum concordaret, cœpit penitus cogitare.

Itaq; defuncto Richardo, succedit Iohannes, cui *Sinè terra* cognomen fuit. Et cum res inter Richardum & Philippum hætenus tumultuariè ageretur, Iohannes Anglis melius prouidere cupiens, inducias à Philippo petijt, quibus Philippus annuens, Sacramento firmare statuit. Igitur extremo induciarum tempore reges inter Vernonem & insulã Andelinam de firmanda pace conueniunt, ibiq; partitis de quibus contendebatur terris, Iohannes Anglus omnia quę Richardo Philippus abstulisset, Ludouico regis filio, cui Blanca regis Castellæ filia nupserat, & Iohannis neptis erat, libera permittit: insupèr Ludouicum hæredem omnium earum possessionũ, quę cis Oceanum Gallicum erant, pro suã libertatis dono instituit.

Verum paucis exindè mensibus exactis, Philippus denuò in vnum conuenientibus nõ longè à Vernone regib⁹, Iohanni Anglo & reliquis Nortmanniæ magnatibus diem Parisijs indicit, quo de comitatu Pictauiẽ & Andegauensi, necnõ ducatu Aquitaniæ ageretur, qui cum ad statutum diem non comparuissent, cõsilio fretus procerum suorũ Philippus, Nortmanniã coactõ milite ingreditur, cunctam terram dea stã. Tornacum deindè mouens cepit, totamq; terrã quã Hugo de Tornaco habuit, sibi subiugauit, Arturum in ea militem instituendo, cui etiã comitatũ Britonum, qui hæreditario iure illi cõpetebat, tradidit, adiiciens ei comitatum Pictauiẽ, Andegauensemq; hominem* ligium illum faciens. Sed postquã ab eodem rex

Philippus discessit, rex Anglię Iohannes superuenit, atq; Arturum vnã cum Hugone & Ganfredo cepit, sicq; quod amiserat recuperauit.

Eodem etiã anno 1200. Philippus Germanorum rex, aduersus Othonem vbiq; ducens, Alsatiam vastauit, atque ad castrum cui nomẽ *Haldenburg*, prope Argentoracum in terra plana situm, applicuit, expugnauit, ac funditus evertit: deindè castra in Rubiaco & Aphich obsidendo, confregit & solo æquauit.

Anno autem Domini 1201. Philippus ad obsidionem Argentoraci mouens exercitũ ducit, ac suburbia ciuitatis igne succendens, ciuiũ terras vastauit. Quod ciues ipsi secum perpẽdentes, se nõ posse resistere, Philippum in ciuitatẽ pacificè recipiunt, ac fidelitatis illi iuramentum præstant. ipse quoq; episcopus in gratiam Philippi receptus, illi adhæsit.

Quoniam autem frequẽtes inter Philippum & Othonem pugne sunt commissæ, factum est vt inter se principes & barones variarentur, nunc vni, nunc alteri contra præstitam iuramentorum fidem adhærentes, videbant enim in anticipi bellum fore positũ, & fortunã nunc illi, nunc verò alteri fauere, frequentius tamen Othoni aduersari.

ANNO dein 1201. Andreas filius Belæ tertij, regnare cœpit apud Hungaros, qui duxit vxorem ducis Morauię filiam, nomine Gertrudem, de qua genuit Belam, Colomanũ, Andream, & B. Elisabeth, coronam regni eodem anno adeptus. Verum Gertrudis prædicta Bãckbani cuiusdam magnifici viri vxorem, cuidam suo fratri ad deludendam hospiti tradidit: quam ob rem Banckbanus ensẽ suum in reginæ sanguine cruentum exercuit, deindè in omne genus Banckbani execrabilis effusio sanguinis est subsecuta.

Post hæc Andreas rex terram sanctã petijt ad mandatũ papę, quod acceperat dum adhuc dux Hungarię præfuisset, quemadmodum patet in c. de vo. & vo. redẽp. Licet. Siquidem patris sui votum redimere volens, contra Sultanum ad terras transmarinas proficiscitur, vbi corporis viribus contra infideles pugnãdo, fortiter res belli egit, atque in ca-

Z pita-

Philip. Sucus vastat Alsatiam.

Andreas Hung. rex.

70. Sinè terra rex Anglorũ.

S. Elisabeth
Lantgra.

pitaneum exercitûs Christianorum electus, victor euasit: ac tādē post multas de hostibus partas victorias, allatis secū plurimorū sanctorum reliquijs, in Hūgariam est reuersus. At nouē effluxis deindē annis, filiam suam Elisabeth Ludouico Thuringiorū Lantgrauiō desponsauit vxorem, qui post nōnullos annos & ipse cruce signatus, Hierosolymam contra infideles pugnaturus petijt, ibiq; gloriosē de Christi hostibus triūphans, obiit. Elisabeth verō sancta mulier in cælibatu vitam degens, cū in spiritu matrem suam sibi apparuisse atq; opem postulasse vidisset, à pœnis, quibus pro peccatis suis erat inuoluta, precibus liberauit.

Ad res imperij redeuntes, cū Philippus victoria potitus contra Othonem, Alsatiā prouinciā ac* Argentoracos sibi subiugasset, multa cum prosperitate ad superiores regni Germanici partes reuertitur, de die in diē & barones & nobiles in suā partē sibi conciliando, suosq; aduersarios valida manu expugnando. Verūm ad* Argentoracos non diū post reuersus Otho, adscito sibi suæ partis magno exercitu, Philippum insequutus, ad imperiale oppidum Albicastrum peruenit.

Audiens autem imperterrito sibi Philippum animo valida manu suorum stipatum velle occurrere, vltiū ad pugnam egredi timuit, quare hinc pedē retrahens, in Saxoniam est reuersus. Deniquē Innocentius papa tertius, audita huiusmodi controuersia inter Othonē & Philippum, q; Othoni Anglus, Philippo autem Franciā rex fauebat, nē tumultu omnia complerentur, Othonem imperatorem confirmat, legitimē ab his ad quos pertinebat, electum. Sed nō sinē causa id pōtifex faciebat, nam Philippus rex de ducatu Hetruriā sese intromiserat, quōd illū Hēricus imperator moriens filij tutorem instituisset.

Cōter superiorī Vr-
springen sententiā de
Philippi
excōmuni-
catione,

Vndē permotus pontifex, circa tertiū Kalend. Iulias Guidonem Prænestinum cardinalem, sedis Apostolicæ legatum, Coloniā mittit, vt suo mandato Philippum indebitē ad regnum adspirantē, atq; bona Ecclesiæ friuolē detinentem, excommunicaret, omnesq; illi adheren-

tes, qui hoc idem cum suis complicibus sentirent. nā omnibus ad quos vel præsens peruenire, vel eius epistolæ deferrī poterant, autoritate Apostolica & sub excōmunicationis pœna mādauit, quatenus Othonē pro indubitato rege susciperent, & Philippum vt rebellē Ecclesiæ & hostē publicū, refutarent. vniuersos etiā, & in primis Coloniē, vt ad Othonē deficerent, & à fidelitate, subiectione & iuramētis, quibus Philippo tenebantur obnoxij, confestim absoluit.

Philippus interim nouarum rerū causa, Hetruriam in Italia, & in Germania Sueuiam præsidio munit, & Siculas res Constātia Friderici pueri mater firmat: sed ea inter medios illos tumultus mortua, pontifex Siciliam cōtra Marcuardum inuadit, sui (vt suprā scripserat) iuris tuendi causa. Quæ res & Philippum regem sollicitum magis ad eō commouit, vt regni negocijs ac sibijpsī studiosius providere cupiens, magnum suæ partis principū & episcoporum & nobiliū sibi adherentium Bambergæ conuentū habuerit, ad cuius quidē imperium plurimi pontifices, abbates, duces, marchioes, comites & nobiles conuenēre, causas regni seriose tractantes.

Sub ea tempestate ossa sanctorū Henrici & Kundegundis, imperatoris et imperatricis, de terra leuata sunt, atque ab vtriusq; sexūs hominibus, qui deuotiōis causa illō confluerant, venerata. Igitur Otho iam à sedis Apostolicæ legato declaratus & confirmatus Germanorum rex, quōd rebus suis consulere, anno domini 1202. suorum principum atq; nobilium in Traiecto superiori apud sanctū Seruatium supra Mosā, colloquium habuit, vbi multi atq; varij contra Philippum & sibi adherentes tractatus habitū sunt, atq; pro suæ partis confirmatione pacem inter ducem Brabantiā & comitem Gelriā, Otho suas interponēdo vices reformauit. Siquidem cōtractis vndequaque copijs, non sinē vtriusque partis damno & incommodo, ad bellū se mutuō cohortati sunt.

Et nē quid turbatiōis Germanico regno deesset, Innocentius papa tertius Henricum comitem de Beringen, in demortui Argentinensis episcopi Cūradi locum

Constat
interitus

no
Ph

locum electum, vsq; in quartū penè annum confirmare distulit. Nam idè Henricus episcopus sequi partes Philippi etià inuitus cogebatur, nisi Ecclesiã suam & totam Alsatiã prouinciam periculo & desolationi voluisset exponere.

^{Ita} Ira pontifex Romanus in eum succensus, confirmationis & consecrationis munus dare noluit. Verùm periculi causam apud se pertractans, tãdè consentit, vt à Senonensi archiepiscopo Henricus consecrationis munus susciperet. Consentiens em̃ Othoni pontifex, Philippum totis nisibus ac ipsi adhærentes, tam per se quàm per alios, quantum potuit, persecutus est.

ANNO domini 1203. Philippus Germanorū rex, manu suorum valida Thuringiam contra Hermannum Lantgrauium intrauit, eius imperio inobedientem atq; rebellè, in eo vel maximè, quòd Sifrido Moguntino archiepiscopo cõtra Philippi decretum electo adhæreret, ac simul Romano pontifici Innocentio consentiret, q̃ prouetus ac redditus memoratæ Moguntinæ Ecclesiæ in Thuringia Sifrido cedentes, in vsus suorum hostiũ & regis Othonis cõuertisset. Quod Thuringiæ Lantgrauius intelligens, Othocarum Bohemiã regem & comitem Palatinum in auxilium vocat, qui suorum contractis tumultuariè copijs, cum magna multitudine armatorum Hermannò succurrunt.

Animaduertens hoc Philippus, congregari eis timuit, ferroq; ac igne quæ in circuitu fuerant consumens, sese cū suis in **Erfesfurt** reclusit. Quo comes cõperto, exercitum tam suorum q̃ auxiliariorū ad oppidũ mouit, fortiterq; obsedit. Igitur clausus in oppido Philippus, fuga salutè meditatur, atq; noctis interpeste silètio paucis suorū vocatis satellitibus, ad marchionem Misnensem se cõtulit, eiusq; pro liberandis de obsidione militibus implorans auxiliũ, hostes cum paucis aggressus, nihil fortiter gessit: quipotius in obsidione hostes perdurantes, eos qui in oppido claudebantur, vexabant. Audientes verò Philippum noctũ cum paucis aufugisse, soluta quæ per nouem dies perdurarat, obsidione, ad propria sunt reuersi.

Superuenit ea tempestate Otho rex cum suo exercitu, & conuocatis suæ factionis principibus, conuentum in vrbe **Mersburg** in mense Augusto celebrauit. Nam in eo principũ conuentu Hermannus Lantgrauius suprãdictus et Othocarus Bohemorum rex à Philippo deficientes, propter Excommunicationem & mandatum Innocentij summi pontificis, Othoni regi sunt confœderati. Ad erat tum etiã Prænestinus episcopus Apostolicę sedis legatus, Othonè nomine Innocentij in festo S. Bartholomæi iam secundò coronans.

Moritur tum Hollandiæ comes Theodoricus, hæredem filium qui succederet, non habens, sed filiam duntaxat unicam reliquit, quam, patre mortuo, comes quidam de **Lohe** sibi vxorem rapuit, & comitatũ Hollandię suę ditioni subegit. Quod molestè nimium ferens Guilielmus, defuncti comitis frater, amicorū suorum exercitũ congregans, consertis cum comite Lohesi manibus, eũ de Hollandia potètèr expulit, ac fratris sui filiã in hereditatè paternam reduxit. Anno Dñi 1204. mense Iulio, Philippus rex magno suorū cõgregato exercitu, Thuringiam denuò contra Hermannũ Lantgrauium ingreditur, & in primis oppidũ Vuyzense obsidione cinxit, & in ditionem accepit. Deindè regem Bohemię Othocarũ cum magna multitudine in auxilium Hermannò cum comite Palatino properantem, primo congressu fugauit, ac omnia per circuitum oppida & præsidia cepit, spoliauit, incendit, ac funditus destruens subuertit.

Cernès autem Thuringiæ comes sui principatũ desolatiõem ac regis Philippi magnanimitatem, quæ impetum belli diutius ferre non posset, maximè quòd Bohemi quos in auxilium vocauerat, relictis castris noctũ aufugissent, animo fractus, Philippi se pedibus pronus prosternit, gratiam petit, et inuenit, seq; suaque omnia illius imperio humili voto subijciens.

Adolphum deindè Coloniã Agrippinæ archiepiscopum ad se conuocans, Andernaco ad Rheni fluẽta oppido eius oppertus est aduentum: qui illò perueniens, vbi ad regis cõspectum peruenisset,

Secunda
Othonis
coronatio.

Hollandiæ
comes.

Comes de
Lohe.

Thuringiæ
motus cõtra
Philippum.

paruo inter se colloquio habito, regi reconciliatus est. Deindè quoniam Brabantia dux & Lothariensis adhuc à rege Philippo dissenserat, Adolphus persuasus est, quatenus receptis decè millibus marcarum argenti, illos sibi reconciliaret. Nam* Salseltea dudum ab Ecclesia Coloniensi alienatum restituit, ac plurima se daturum illi promisit. Illectus igitur promissionibus & muneribus archiepiscopus, sacramentum quod Othoni præstiterat, parvipendens, nec periurium, nec excommunicationis sententiam magni duxit: sed cum duce Brabatiæ & Lothariensibus ad quartum Nonas Octobres in oppido Confluetino conueniens, Philippo tum ibidem presente, in eius arma coniurat, ac socij in fidem coeunt.

Quibus ad vota peractis, rex Philippus cum toto suorum ac sibi de nouo confœderatorum exercitu Aquisgranum descendit, ibique à supradicto Coloniensi archipræsule in Ecclesia beatæ Mariæ virginis magna cum solennitate denuò rex Germanorum in frequentia populi coronatur. Philippus tamen rex suorum consilio suffectus principum, audiens Cunradum Moguntinæ ciuitatis archiepiscopum iam pridem è viuis excessisse, illò profectus, vt episcopum Ecclesiæ dignum præficerent, intedit. Factum est proinde, vt omnium ferè suffragio Diepoldus Vangionum antistes, tribus tantum contraueniētibus, episcopus eligeretur. Nā prætendebant propter regis præsentiam electioni liberè haudquaquam intedere posse, sicque appellatione interposita, quæ Papam regi sciebant contrarium, ad oppidum Bingen ad littus Rheni se transferunt, atque Sifridum quendam archiepiscopum eligunt, quem dño Papæ offerentes, cassata electione priori, confirmari hūc sibi petunt. Quod Romanus pontifex libenter annuens, Sifridum repudiato Diepoldo siue Lupoldo confirmauit, quæ admodum claret in decretali, quæ incipit, Bonæ memoriæ. vbi Romanus pontifex exprimit, quod pro huiuscemodi negotio Prænestinum episcopum sedis Apostolicæ legatum Coloniā miserit, vbi tamen nõ iudicium, sed iniuriam fecisse electioni videtur. Præterea Colonienses ciues, quoniam adhuc adhærebant

Othoni, rogabant legatum, vt in iniuriam Philippi, Adolphum archiepiscopum suum deponeret, eò quod Philippum coronauerat. Quibus assentiens Prænestinus, Adolphum deposuit, & in eius locum Brunonem Bonnæ præpositum substituit, sed nec Bruno, nec Sifridus Moguntinus, temporalium administrationem obtinere potuerunt in humanis, viuentis Philippo. Nam Diepoldus regi Philippo adhærens, contra Sifridum æmulum fortiter dimicans, auxilio fretus Philippi, monasteria, Ecclesias, & pleraque loca sacra spolians, pauperes oppressit, & multa Sifridi familiaribus mala intulit, & bellis personaliter interfuit. Depositus tandem & excommunicatus ab Innocentio papa, nihil curauit, sed in sua pertinacia permansit. Verum mortuo rege Philippo, in displicentiam Othonis ad episcopatum est restitutus.

ANNO Domini 1205. rege Philippo Aquisgrani coronato, rex Otho apud Saxoniam graui detinebatur infirmitate: quodque morbo intolerabilius videbatur, principum penè omnium auxilio destituitur. Guido autem Prænestinus, quod factum fuerat Aquisgrani per Philippum, quod Adolphus Coloniensis illum coronauerat, literas super omnibus ad Innocentium scripsit, qui Prænestino rescribens, Adolphum ab archiepiscopatu iussit deponi, quemadmodum superius attigimus.

Denunciatus iam per sententiã Adolphus excommunicationi subiaceret, congregati in vnum commissarij Romani pontificis, Brunonem (vt diximus) archiepiscopum elegerunt, atque Adolphum memoratum per sententiã diffinitiuam autoritate Innocentij ab omni officio & dignitate pontificali deponentes, canonicis vt Brunonem susciperent mandant: qui mandatis apostolicis obtemperantes, eundem suscipiunt, illique vt canonicè electo obediunt. Percitus ira Philippus, nè vnquam Bruno ad archiepiscopatus plenam administrationem ascenderet, sedulo curauit. Nam captus ab eodem, & duræ custodiæ mancipatus, multam passus est iniuriam, vt dicitur infra.

Igitur

Secunda Philippi coronatio.

Germanorum episcoporum schismata

N
P

O
P
f

Igitur Adolphi iniuriam Philippus, qui tum Spiris manebat, vlcisci cupiēs, communi principum decreto, qui tum præsentés aderant, magnum congregauit exercitum, atq; *Mosellæ fluuenta sextodecimo Kalendas Octobris transiēs, Coloniã pridie Kalen. eiusdem mensis arctissima obsidione vallauit. Vidēs autem quòd eam capere non posset, obsidionem post dies aliquot soluit: & circunducens per regionem exercitum, nõ sine contritione pauperum, Nussia oppidum, quod in descensu Rheni fluminis sex fermè à Colonia distat milliariibus, obsedit, cepit, & Adolpho resignauit. Quibus peractis, omnem prouinciam incendio, ferro & præda vastauit, multasque munitiones in circuitu vel cepit, vel destruxit.

Interim Otho Saxo, siue (quod vetustissimis constare video monumētis) dux de **Brunsvig**, pari ardore inferiorē Germaniam munit, suos vt in fide maneant hortatur, deberi titulos imperij sibi non tam suæ, quàm auitæ virtutis causa & authoritatis pontificiæ mandato: qua re inferiores ciuitates præcipuè motæ, Othonem secutæ sunt.

ANNO Domini 1206. Philippus rex denuò Coloniẽ finēs ingressus, occurrente sibi Adolpho nupèr deposito, nihilominus tamen se p archiepiscopo gerente, cum magno suorũ exercitu episcopatũ peruagãdo, ciuitatẽ obsedit. Nam Bruno Coloniẽ archiepiscopus Adolpho suffectus, et Otho rex, atq; per Sifridum Moguntinum duobus sibi per Angliæ regẽ de Britannia missis adstãtibus episcopis cõsecratus, cum id nemo Teutonicorũ metu regis Philippi præsumeret, intra muros sese cõtinebant. Itaq; ciuitate per Philippum obsessa, tãdẽ accepto consilio qui intus erãt, rex Otho cum reliquis accersitis quadringentis equitibus & duobus peditum millibus, de ciuitate palàm eruperunt.

Congrediẽtes igitur duo reges, Otho et Philippus, cum suis copijs apud **Wassenburg** rex Otho terga dedit, sibi cum suis fuga salutem quærēs. Philippus pugnæ certamen obtinuit, atq; multis occisis & plerisq; captis de Othonis exercitu, Brunonem quoquẽ archiepisco-

pum cepit, atque manicis ferreis duritèr constrictum, captiuum abduxit, inq; arcta custodia plus minùs anno detinuit, donèc tandẽ principum interuẽtu absolueretur. Colonienses verò nimium sibi metuentes, cum omni sua spe frustrati fuissent, ac sibi totũ penè Teutoniæ regnum aduersari vidissent, accepto ducis Brabantiæ consilio, Philippum regem tum Boppardiæ agentẽ accedunt, commissorũ in illum veniã humilitèr postulantes: qui vt erat animo lenis, cum gratia illos suscipiēs, quã optauerãt gratiã, cum indulgentia consecuti sunt.

Huius igitur rei gratia rex Philippus Cunradum Nemetensũ præsulẽ ad Colonienses misit, vt regis nomine iuramentum fidelitatis à ciuibus ipsis cum alijs quibusdã necessarijs cautionibus & capitulis acciperet: qui Coloniã veniens, à ciuib⁹ pacificè & honorificè susceptus, vt pacis cõditiones & capitula illis proposuisset, gratis admodum votis pacta susceperunt, atq; præstito iuramento fidelitatis, ad Philippum defecerunt.

Otho autẽ fuga è bello lapsus, in Saxoniam diuertit, atq; rebus suis vt cunquẽ poterat ordinatis, in Brunonis vicum se recepit. Indè mouens nauigio in Angliã fecessit, vbi ab auunculo suo rege Albionis honorificè susceptus, aliquãtis p̃er apud eundem substitit. Videbat enim à se defecisse principes, æ mulumq; suum prosperari in omnibus, ac se præter solũ nomen in regno nihil habere. vndè prudenti vsus consilio, latere ad tempus in Anglia voluit, nè simul et corpus & imperium tot expositus periculis & discriminibus, tandẽ aliquandò amitteret.

Verũ Pilippus rex vt sibi regnũ cognatione amicorum firmaret, filiã suam natu maiorem regi Bohemiæ dedit vxorem: aliam verò ætate minorem, filio ducis Brabantiæ matrimoniali foedere copulauit. Siquidẽ ex Irena vxore sua quatuor filias susceperat. *Hinc viribus non parũ auct⁹, fortior in regno factus est, atq; intatũ auxilio fretus amicorum, vt etiã Romano pontifici Innocentio iam esset suspectus.

Solis defectum, quem Græci eclipsin Solis defecio, vocant, tum accidisse vltima die mensis Februarij referunt circa horã diei fermè

tertiam, & multi quidem humanum se caput in sole vidisse testabantur.

ANNO domini 1207. diuturnis Germaniæ principes regni aduersitatibus ac regum discordia fatigati, communi inter se habito consilio, Philippo annuente, legatos ad Romanum pontificem mittere decreuerunt, vt pro duorum inter se digladiantium regum pace & concordia laboraret. Missi autem fuere legati Vuolfgerus Aquileiensis patriarcha, & Gebhardus Magdeburgensis burggrauius, & ministeriales nonnulli de curia regis Philippi. Assumptis autem secum de Cremona viris quibusdam iureconsultis, Romam venere: vtq; Philippo regni iura permetteret administranda, multis rationibus inducere tetauerunt. Verum papa conditionem admodum peregrinam interponens negotio, voluit vt filia regis Philippi, vxor nepoti Richardo comiti desponsaretur, futurum indubitanter existimans, Tusciam, Spoletum atque marchiam Anconitanam propter huiusmodi nuptias ad eum oportere deuenire: nec statuit huiusmodi terras, multoties à Romanis pontificibus repetitas, quo minus nepoti cederent, velle repetere. Sed legati principum huius se negocij nullam prorsus commissionem recepisse dicentes, pontifici vt de suis in Germaniam legatos ad regem destinaret, consuluere: se autem daturos operam pro viribus, vt res cupitum fortiretur effectum.

Eapropter Papa consilijs legatorum facilem præbens assensum, legatos legatis associat, seque matrimonium quod querebat, nepoti consequi posse plurimum confidebat. Mittuntur autem ad Germaniam legati apostolici Hugolinus episcopus Ostiensis, episcopus quoque Veltrensis, & Leo tit. sanctæ Crucis in Hierusalem cardinalis. Præuenere autem principum regni quos miserant Romam, legati, Romani pontificis ambasiatores, atque Philippum regem qui tum Augustæ Vindelicorum ad Kalen. Decembris colloquium principum celebrabat, accedentes, ipsum super propositis à Papa conditionibus certiozem reddidere: necnon legatorum de propinquo aduentum, quos ipsi præuen-

rant, denunciauere. Verum rex & principes audita Romani pontificis petulantia, in risum permoti, admirabantur, quod homo CHRISTI vicarius, legem Domini sui temerare præsumeret. Venientibus igitur ad se legatis apostolicæ sedis Augustam, rem tacitus rex & principes animo contegentes, honorifice vt quidē decebat suscepti, Spiram pariter descenderunt, atq; publico per literas edicto curiam & comitia in **Northausen** Saxonie oppido, ad natalē Domini proximē celebrandum, indicunt. Intermedijs tamen currentibus diebus, multa pacis conciliandę in medium capitula proponuntur: sed nihil ad rem quadrare videbantur, quæ tum ibidem proponebantur.

Philippus autem Dominicæ natiuitatis festum vnā cum Apostolicæ sedis legatis iuxta condictum regni principibus factum in **Northausen** celebraturus adiit, atque solenne cum eis colloquium habuit. Multa dehinc pro communi pace inter reges reformanda ratio habita est, multa legatorum & principum consilio attentata. Post plurima simul omnes in vnā conuenere sententiam, vt scilicet Philippi filia Othoni desponsaretur, ipseq; Otho, quādiū superuueret Philippus, regno cedēs, post mortem soceri, modō superstes haberetur, licitē regnaret. Quoniam autem quartus matrimonium contrahi consanguinitatis gradus impediēbat, decernunt legati, Romani pontificis dispensationem interuenire, ne, si minus pacis & concordie oblata capitula & media, turbationis & dissidij materiam subministrarent.

In hac etiā solenni principum conuocatione sæpē dicti Apostolicæ sedis legati, ad instantiam regis Philippi, Adolphum depositum Colonienfis Ecclesiæ archiepiscopum, à vinculo excommunicationis quo tenebatur ligatus, absoluerunt: quem tamen pro satisfactione commissorum, ad Apostolicæ sedis examen remiserunt. Proh principum & curialium hæc est spes mercedis potiundæ, hoc merentur qui principum malefactis dulciter blandientes, quidquid audent laudant, atq; malum bonum,

*Feltreni

De Germania pace agitur

bonum, & bonum malum dicunt, non verentes animam stygijs in aquis præfocari, dummodò temporales cum auri, argenti ac reliquis muneribus honores assequitur, et si respub. in perditionem & nihilum redigatur.

Deindè ad instantiam principum & legatorum rex Philipp^o Brunonem archiepiscopum Coloniensem, carceris squalore foetidum, è custodia liberum dimisit, atque cum legatis apostolicis Romam proficiscens, pallium, & gratiam Apostolici obtinuit.

Dum hæc interim de Germaniæ pace à pontificijs legatis aguntur inter Othonem Saxonem & Sueuum Philippum, horrenda Saraceni nominis factio Christianæ reipub. bellum indixit. Nam ex Africâ copiam Saracenorum ingentes in Europam traiecerant, Hispaniam inuasérât, & Innocentius quidem pontifex ubique crucem prædicari iubet: sed priusquam reliquorum populorum auxilia confluxissent, magnam hostes partem Hispaniæ adeò vastârunt, vt iam Gallias meditentur. Tum omnes vnâ vires Hispaniæ, hostem fugere coëgerunt rursùm, qui in Granata etiã multo postea tempore defedit.

ANNO Domini 1208. Philippus rex dimissa Saxonia, suorum stipatus militum exercitu, in Sueuiam ire maturauit. diuertens autem ad ciuitatem **Bamberg** ocij gratia, moram ibidem aliquandiu agere statuit. Die verò quadam hilarior factus, sanguinem de vena per incisionem emisit, ob idque inter nobiles & curiæ suæ principes iucundior apprensus, peracto prandio pausaturus intra cubiculum, paucis eum comitantibus, quieti locum dedit, aduenerat tum illò comes Palatinus **Otho de Wittspach** odium in corde habens contra Philippum regem, tum quòd illi filiam suam, quam rex Othoni uxorem desponsauerat, propter homicidij perpetrati scelus in familiarem quendam ducis Bauriæ, tradere noluit, tum quoque quòd sanguinis propinquitate illam ducere non potuit. Igitur quod intus aduersus regem odium in corde conceperat, opere implere cupiens, opportunitatem temporis & loci nactus, accersitis ad se Bambergis

episcopi **Egberti**, & marchionis de **Udersehe** militibus, ostium ubi rex quiescebat, propius accedens pulsauit: qui mox, rege nil tale suspicante, intromissus, gladium quo erat accinctus, educens, in regis collum vibrauit, atque vulnus illi dedit, organicam regi venam abscindens. Perterritus enim clamore **Henrici de Walpurg** dapiferi, qui tum solus cum **Cunrado** Spirensi episcopo regis Philippi cancellario, intra cubiculi secreta manebant, ictum semiplenum ducens, manu titubabat: sicque vulnus licet mortiferum paruum tamè infligebat. Nec fuit è cubicularijs custodibus ullus, qui tantum principem, tam amantem reip. hac eriperet eade, vt nè dicam omnino remp. quando hoc vno Philippo perempto, Germania summis insidijs pontificis Romani agitata, vires penè suas oes in sese experta est truculentè.

Dapifer ergò crudele nimis facinus videns, clamore simul & pauore irruit, atque fores cubiculi nè truculentus homo clanculum aufugeret, repagulis firmare festinabat. Quod latro perpendens, retrorsum conuersus, vibrato in maxillam obstantis gladio ictum dedit, illoque in præceps ruente, ruptis cameræ repagulis profiliit, & antequam res ipsa curialibus innotesceret, confensus equis, quos prius parauerat, extra ciuitatem cum suis celerius aufugit. Quo extra palatium profiliente, suboritur clamor extemplo, fitque concursus ad cubile regis, ubi regem sanguine suo volutatam in pavimento, mortuum iacentem videt. ô miserabile spectaculum, periit rex Philippus intra cubiculi sui secreta, qui vitam conseruauit illæsam inter prælia: occiditur à latrone truculentè, qui ab hoste non potuit occidi violenter. Corpus igitur occisi principis primum **Bamberg** in ecclesia maiori, non sine multorum lachrymis sepultum fuit, cuius tamen ossa post annos aliquot per **Fridericum** 2. imperatorem, Philippi nepotem, exhumata, **Spiram** sunt translata, & in maiori ecclesia cum funerali solennitate inter alios reges tumulata. In quorum quidem elatione **Fridericus** memoratus Siciliæ Apuliæque rex, **Sueuorum dux**, & regni **Hierosoly-**

Palatinus
de Wittspach
Philippum
interemit.

Saraceni in
Spaniam va-
stant.

* *Esslingen* mitani heres, Ecclesiam parochialem in oppido Sueuiæ imperiali * *Esslingen* cum omnibus iustitijs, pertinētijs, proventibus ac iure patronatûs, Spireñ ecclesie contradidit. Quam donationem postea factus imperator, secundum in-
 Att. de Ec-
 clesia *Esse-*
 ling.
 natam sibi clementiam, banno imperia-
 li cōfirmavit. occisus est autem Philip-
 pus Kal. Iunij, anno 8. supra millesimū
 ducentesimum, eodem anno quo & pax
 inter reges reformata, & treugæ fuere
 factæ.

Verum Otho nefarius peracto sce-
 lere, aufugit, vt tetigimus, ad Egbertum
 Bambergē episcopum, eiusque fratrem
 Henricum marchionē *Andersche*/ con-
 spirationis in necem regis & cōscios &
 focios, qui postmodum ab Henrico de
 Kalydin Philippi regis marescallo, pro-
 pter tanti sceleris perpetrati nefas apud
 Ratisponam urbem in quadam casa oc-
 cisus est, pœnam quam meruit, criminis
 condignam recipiendo.

Erat autem Philippus rex animo pla-
 nè lenis, eloquio dulcis & affabilis, be-
 nignus ad omnes, sed corpore quidem
 debilis, virilis admodum tamen & ingē-
 tis animi ad res quascunque gerendas,
 facie venusta, capillo flauo, statura me-
 diocri, magis tenui quam grossa. hic ob
 æris penuriam, prædia quæ pater suus
 latè in Alemania acquisiuit, distrahere
 cœpit, villasque & agros rusticanos &
 ecclesias illis contiguas, ære alieno ob-
 ligare. Siquidem ea tempestate ecclesiã
Vrspringen dedit titulo pignoris nobi-
 li viro Bertoldo de *Nysen*/ quam postea
 præpositus & fratres de potestate & ma-
 nu tyrannorum liberarunt, 200. auri
 marcas soluentes. Hic denique obligati-
 onis vsus & modus ecclesiarum ordi-
 ni quàm maximè Cisterciē & Prēmō-
 strateñ admodum insuetus fuit, quum
 constet nullum sibi tale ius imperatores
 antea vendicasse.

Causam verò huius impignorationis
 referunt nonnulli, scilicet quòd regnã-
 te Cúrado rege 3. & eius successore pri-
 mo Friderico Barbarossa, dominiū Ec-
 clesiarum sua sub protectione & defen-
 sione suscipiebant, atq; priuilegijs mu-
 nitas fidelitèr, quantum licuit, defensa-
 bant.

Mortuo igitur præposito *Vrsprin-*
gen, fratres sibi ad regimen Ecclesie in-
 utilem elegerunt, quòd cum Friderico
 innotuisset, nobili viro Degenhardo de
Helenstetten/ regalium prædiorum per
 Sueuiam procuratori demãdauit, qua-
 tenus ad præpositurã *Vrspringen* quã-
 tocyus accederet, & annuum ab eodem
 præposito censum, videlicet de singulis
 rusticorum mansis & prædijs, vnū aue-
 næ maldrum reciperet quotannis red-
 dendum. Hinc nactus occasionem Ber-
 toldus de *Nysen* supradictus, annum
 censum ab Ecclesia *Vrspringen* recepit.

Post mortem Philippi satis miserabi-
 lem, comitia fieri Francofordiæ ad Mo-
 ganū principes imperij constituere, vbi
 in vnum conuenientes, Otho nem qui
 pro imperio tantum certauerat, Saxo-
 niæ ducem in regem Germanorum eli-
 gūt, qui annis admodum paucis regno
 potitus, per Rom. pontificem est depo-
 situs, & in eius locum Fridericus Sue-
 uorum dux, Henrici 6. quondam impe-
 ratoris filius, Apuliæ & Siciliæ rex, in
 eius locum surrogatus, & ab regni prin-
 cipibus electus, quemadmodum pate-
 bit suo loco.

Sifridus etiã Moguntinæ ciuitatis
 archiepiscopus, propter Philippi crude-
 litatem iam biennio exul ab episcopatu
 factus, Romæ in Ecclesia S. Sabine car-
 dinalatûs titulo insignitus, iubente pa-
 pa Innocentio, ad propriam sedem re-
 uertitur, Diepoldo siue Lupoldo Van-
 gionum antistite, qui Sifridi locum oc-
 cupauerat, vel potius vi & armis inua-
 serat & obtinuerat, cieto, atque à cle-
 ro & omni populo magno cum tripu-
 dio honorificè susceptus. nam Lupol-
 dus Philippi regis potentia fretus, Mo-
 guntinam Ecclesiam, expulso & pro-
 scripto Sifrido, violentè occupas, nec
 summi pontificis obtemperare manda-
 tis, nec sententiam excommunicatio-
 nis aduertere voluit.

Bruno quoque Coloñ archiepisco-
 pus, quem Romam petiuisse cum lega-
 tis Apostolicis constat, audita morte
 Philippi regis, vnã cum memorato Si-
 frido Moguntin in Germaniam reuer-
 titur, ac Colonia in die sanctorū mar-
 tyrū Proti & Hyacinthi reuersus, sum-
 mo

De ecclesia-
 rû impigno-
 rationibus.

Otho 4.
 Philippo
 succedit

Schismata
 Ep. Germ
 abolita

mo cum honore totius cleri et tripudio populi suscipitur. Estq; terris & ciuitati suo aduentu reddita pax, latronumq; ac prædonū insatiabilis multitudo procul prouincia pulsa. Deniquè comites, vasalli & terræ nobiles obedientiam illi omnes cum subiectionis solito homagio præstitere. Adolfus autem Coloniensis Episcopus, olim Philippi partes secutus, Ro. Pont. mandato per legatos depositus, Romæ, vt promiserat Papæ, ad eundem veniens, obedientiam & subiectionem iurando, vitam in exilio finiuit.

Cunradus item Spirensis episcopus, & Philippi regis quondam cancellarius, durante apud Francofordiam conuentu principum, ad castrum *Trifels* munitionissimum se recepit, metuens à facie regis Othonis denuò per principes electi noluitq; illius sese cõspectui præsentare, nisi hac conditione, vt rex Otho sibi de salute sacramentum faceret, atq; suum cancellarium, cum ipse regalia insignia haberet, institueret. Otho libenter annuens, cancellariatûs officium cum vitæ salute homini admodum superbo & ambizioso contulit. Cùm enim & Mediomatricum & Nemetensem ecclesiã haberet, nequaquam homo cupidus & auarus contentus fuit, nisi et cancellariatûs officium assecutus fuisset.

ANNO Domini 1209. Innocentius Papa 3. cùm regni principes vnanimi cõsensu Othonem sublimasse in regem intellexisset, factum laudauit, atq; Hugonem Ostiensem & Leonem S. Crucis in Hierusalem cardinales ad Germaniam legatos, qui Othonem ad imperij coronam Romæ à põtifice suscipiendam amabiliter inuitarēt, misit. Venientes autem in Alemanię partes legati, matrimonium nupèr inter Othonem & Philippi regis filiam communis intuitu pacis contractum, Apostolica sanctione confirmarunt, atq; super consanguinitatis impedimento dispensarunt, ac per regni & imperij ciuitates transeuntes, iustitiã postulanti bus ministrarunt.

Ea tempestate Otho rex apud Herboldim Franciæ Orientalis metropolim solennem principum conuentum celebrauit, vbi ad se venientes apostolicæ Selegatos, summa (vt decuit) reuerentia sus-

cepit. Deinde Hugo Ostienensis ratione eorum quæ à Ro. pontifice in mādatis acceperat, reddens, iniunctum legationis officium exposuit, atq; contractum regis cum nepte matrimonium, autoritate summi pontificis ratificando confirmauit. peractis autem pro pace regni necessarijs, ad urbem cum pace reuertuntur.

Rex autem Otho dimissa Francia, in partes Sueuiæ secessit, peragratis prius Rheni partibus, cuius quidem in Sueuiam aduentus magnum prædonibus ac sceleratis ibidem demorantibus timorem incussit. Promulgauerat enim rex in conuentu principum sententiam in eos iustitiæ, sine cuiuscunque personæ dilectu, quam demeruerant, siquidem in omnes quos publicas stratas insidijs ob-

Att. decre-
tum, contra
prædones.

fidetes inuenire potuit latrones & prædones, nobiles & ignobiles, digna pœna animaduerti iussit, nemini parcendo. Sunt qui hæc fecisse Othonem scribunt odij potiùs liuore, quàm iustitiæ amore ductum, quum & contra morem gentis, principes, comites, barones & nobiles ad se venientes, reb^{us} & verbis dehonestaret, ac cõtumelijs affectos eminens propulsaret. Feuda etiam quæ Philippus ab ecclesiasticis principibus habuerat, contra illorum voluntatem vsurpauit: & tam ipsos quàm ecclesias, zelum iustitiæ simulans, opprimere cœpit. Vnde à plerisque religiosis & clericis veluti defensor iustitiæ collaudabatur, quum aliud in ore, aliud in corde prætendisset. Nam omnia beneficia tam ecclesiastica quàm secularia, familiaribus suis quos secum ex Saxonia & Anglia duxerat, contulit: & Alemaniæ pcceres, nobiles & plebeios continens, vel in exilium extra patriam, vel duræ seruitutis iugo subiecit. odiū enim inueteratū, quod ille in Sueuigenam gentem corde cõceperat, quum prius euomere in tumultu nõ potuit, nactus opportunitatem pacis, plenitèr effudit.

Epiphaniam Domini Otho deinde in Augusta Vindelicorum ciuitate peragens, conuentum principum illud cõuocat, vbi regis Philippi crudelè interfectorem, Othonem videlicet comi-

tem

Palat. de
Vuitel. pro-
scribitur.

tem Palatinū de *Witelspach* & Henricum marchionem de *Andersche* / fratrem germanū Egberti Bambergē episcopi, cum eorum complicitibus & coniurationum socijs, iuxta legem Boioariorum de patria proscripsit, eosq; omni beneficio, dignitate & bonis cūctis per imperiale decretum priuauit, & in alios transfudit.

Dein mense Martio generale colloquium cum certis regni principibus in oppido *Hagenau* habuit, vbi futuram in Italos expeditionem intimauit. Indè progressus in Saxoniam reuertitur, vbi filiam regis Philippi sibi matrimonialitè desponsatā, in oppido *Brunschwicz* donè ab Italia reuenteretur, mansuram collocauit. Intercā principes tam Ecclesiastici quàm seculares, ad regis imperium sese ad iter disponunt. Igitur in principio mensis Iulij rex Otho & principes regni conuenerunt apud Augustam Sueuiæ ciuitatem, & cum valido exercitu in Italiam tendunt, premiffis tamen legatis, quos Apostolicus in Germaniam destinauerat.

Othonis in
Italiam ex-
peditio.

Consilio autem habito, per vallem Tridentinam exercitum ducens, Veronam peruenit: ibique à ciuibus, ponte nauibus cōpactō per Athesim, toto cū exercitu traductus, honorificè excipitur: dispositisq; inibi negocijs imperij, Gardam castellum ab Henrico 6. Veronensibus quōdā traditum, ab ipsis recepit, atque in eo præsidia imperij antiquorum more collocauit. exin Bononiam trajiciēs, generalem in ea curiam cum Italia principibus celebrauit, validumque ex omni Italia contrahens exercitum, Romam proficiscitur. Siquidem omnes totius Lombardiæ comites, nobiles et ciuitates, cum ingenti apparatu illum suscipientes, sua illi oppida, ciuitates, suburbia & munitiones subdidere, portarum clauēs in signum meri dominij offerentes. Denique infinitam vectigalium et tributorum pecuniam penès illos à tempore Henrici imperatoris repositam, regi ad manus uoluntariè tradiderunt. Nam durante in regno dissidio, per Italiam census & tributa ubique reponebantur.

Act. dissidij
temp. repositā
ab Italis
pecuniam.

Itaq; vltra progrediens rex cum exer-

citu, Romam tandè peruenit: vbi occurrente sibi papa Innocentio 3, cū uniuerso clero & populo ciuitatis, magno honore ad ecclesiam S. Petri deductus, ab eodem imperij corona condonatus est. Nam vehementè nimis Othonem pontifex videre cupiebat, cuius partes contra Philippū tanto tempore tamque studiosè libens profecutus fuerat, licèt magnus hic amor in maius odium sit immutatus.

Coronatur autē ab Innocentio Pont. maximo die mensis Octob. 4. Romæ in basilica S. Petri Otho rex 4. licèt multi ex parte regis Gallorum Philippi, hoc impedire molirentur propter odiū Othonis, quod conceperat. siquidem demortui regis Philippi partes, dum uiueret, semper defendebat, sperans exindè comitatū Flandriæ suo imperio fore subiugandum. Coronato autem Othone, exegit Innocentius ab eo coram omni multitudine iuramentum de patrimonio B. Petri custodiendo, & cōtra quoslibet defendēdo. Romani quoque suorum vestigijs prædecessorum inhærentes, quæ ex debito illis imperator die coronatiōis dare teneretur, petierūt, sicq; inter Teutones & Romanos obortus tumultus.

Othonis
Innocentio
coronatus

Verū ad arma vtrinque concurrētibus, fit præliū atrox, in quo multi nobiles & ministeriales regis fuere occisi, plures ad mortem vsque vulnerati. Per motus indignitate facti imperator, altera die de reuolucione damnis Romanos conuenit. nam mille ac centum viri cecidisse ferebantur, quos quia furore adhuc succensos viderat, insolentiæ locū tribuendo ex vrbe discessit.

Discessit
Othonis a
vrbe.

Eo anno æstas fuit tonitruis & fulminibus ac imbribus nimium impetiosa, hyems quoque nimis dura & asperima, quæ diutiùs solito perdurauit. vnde in multis Germaniæ locis alimenta defecerunt iamētis, & inopia diū presertim mortales.

ANNODominī 1210. Otho imperator offensus nupè Romanorū insolentia, suspectū habens Ro. pontificē, nē quid in eo tumultu occasionis ciuibus præstitisset, cupiens irrogatā sibi contumeliā vindicare, tū maxime quod ciues Ro.

Ro. de refarciendis damnis ex seditione datis cōuenisset, terras ecclesiæ Ro. hostili peragrabat incurfu. Si quidem è roma profectus, militum suorum stipatus suppetijs, aliquandiù Mediolani substitit, ibique insignia imperialia dimittens, ciuium haud paruum sibi fauorem conciliauit. Deindè contracto sibi tumultuariè militū haud quaquam paruo exercitu, per Tusciam & marchiam Anconitanam Ecclesiæ terram circumduxit exercitum, atq; in primis Romādiolam penè totam occupans, Neapolitani regni prouincias armata manu hostiliter inuasit, easq; suo subiugauit imperio, Friderico 2. adhuc puero, nil tale suspicanti.

Hinc ira simul & odio percitus Papa, Othonē quem prius adprimè dilexerat, odire cœpit, in quo quidem ferens animo factum, atq; ad Othonem mittens hortatur admonēdo, vt capta de Ecclesiæ terra redderet, incastellata libera dimitteret. Verūm is nihil taliū animaduertens, peiora indiēs moliebatur. nam hostili manu Apuliam intrans, multas ad regem Siciliae ciuitates pertinentes, in suam potestatem redegit, principatumq; Capuæ cum palatio ciuitatis accepit, & in eodem permanere statuit.

Primā diffidio causam dedit Romanodiola ditio, quam tantoperè cupiebat Otho, quippe quam Philippus etiā nupèr tenuerat. Et nactus erat ille iam ex Constantiæ mulieris interitu, maioribus rebus aptā materiam, occupandæ scilicet Apulię ac Siciliae. reliquerat Henricus 6. vxorē Constantiā cum paruulo filio Friderico 2. moriēs Innocentij nupèr electi curę, q̄ vt mox post principis obitū iura Siciliae repetijt, itā post Constantiæ interitū postea nō tam tutelę nomine, q̄ sui iuris tuendi causā, Sicilia ac Apuliā administrabat. Hoc regnū, cuius olim initia Rogerius Pontificis Ro. fidei commendarat, omnibus viribus petebat Otho, quod egrè Papa et ecclesię armis & exterorum auxilijs tutatus est. Atquē metuēs imperator, nē quid nocimenti dissimulatio pareret imperio, Papę constantè restitit admonitus, Capuam & alias plurimas impio suo subactas munitiones fortitèr manu tenens.

Quod cū animaduertisset Papa, monitum prius imperatorem pontifex Ro. per literas & nuncios, deindè vt rebellem Apostolicæ sedi & inobediētem anathemate primū, deindè in pertinacia perseuerātem, in concilio præsulū, quod Romæ tum Innocentius celebrabat, ab imperio depositum percussit & pronunciauit: Nempe latrocinij vias omnes Romanas Otho infestans, cedes exercuit & p̄das. Verūm Innocētius papa nē qd duceret neglectui, quod ad res Ecclesiæ tuendas spectare videretur, prælatos & proceres, ac omnes alios regni & imperij vasallos & subiectos populos sacramenti religione, quo tenebantur Othoni obnoxij, absoluens, liberos restituit, mandans omnibus, nē quis eum vel imperatorem Ro. nominaret, vel illi obediret.

ANNO Domini 1212. Otho Imp. Otho 4. ex-
cōmunicatur. Papę contra se commotum intelligens animū, vt omnia tumultu agerentur, in additamentum turbatæ Italię prosperis vtens successibus, integro (vt aiunt) animo totā sibi Apuliam & Calabriā subijcere, oppida quoquē, ciuitates, munitiones, castella in deditioem accipere, ac suis militibus assignanda committere, haud quaquam trepidabat: quin potius & Fridericum Apulię Siciliae q; regem, Henrici Imp. 6. filium, exterminare ac p̄scribere penitūs cogitauit. Quod nē omnimodis fieret, hominis ferocitatem atq; animi pertinaciam considerās Papa, per literas Moguntinensium archiepiscopo Sifrido mandauit, quatenus Othonem iam iam in concilio Romæ habito per sentētiā depositum ab imperio & excommunicatum, per totū regnum Teutonicū publicaret, ac omnibus ciuitatibus denunciaret, nē qui de ignorantia se excusarent: quod Sifridus dicto citius perficiens, Othonem et excommunicatum à Papa, & in concilio Romæ per sentētiā ab imperio depositum, vbiubi publicauit.

Henricus igitur comes Palatin⁹ Rheni, dux Brabantia, & alij principes, comites, nobiles & barones, his auditis, cum ciuitatibus quæ Othonis partes fouebant, de Sifridi Moguntini archiepiscopi publicatiōe edicti p̄tificij, malè

malè grati, magno suorum adunato exercitu, ad Kal. Octob. contra Sifridum procedentes, hostiliter eius episcopatû inuadunt, totamq; Moguntinæ ditio- nem Ecclesiæ rapinis & incendio deuastant, nihil præter ciuitates & castella munita intactum relinquētes: nam villas, agros, vicos & monasteria cum Ecclesijs & locis episcopio subiectis igne conflagrant, cædes moliuntur & rapinas, nemini parcentes.

Verùm Sifridus qui hæc omnia sibi mala propter obedientiam Ro. pontificis euenire sciebat, videns quoniam ex equo resistere non valebat, nec suorum cuiquam benè cōfidere audebat, quod nusquam tuta fides foret, in partes Thuringiæ se recepit, & apud Hermannum prouinciæ comitem cum Ro. Ecclesia fideliter sentientem, aliquandiù māsit.

Itaq; Imp. Otho Ro. pontificis sententiā tam excommunicationis quàm ab imperio depositionis, per totam ferè Germaniam intelligēs esse publicatam, veritus nè quid in imperio noui contra se oriret tumultûs, maximè sua id causante absentia, mox relicta Italia in Germaniam redire maturauit. Quò cum peruenisset, perturbationibus plenum regnum inuenit, propter prædictæ sententiæ inuulgationem. sentiebant enim non rectè fieri omnia circa eum & regni principes tam seculares quàm Ecclesiastici: eapropter non vsquequaquè illis confidens, nuncios qui secretè res disquirerent, ante se in Germaniā præmisit, qui citiùs ad eum reuersi, omnia tumultu plena referunt, quibus auditis, mœrorem animi studio celare voluit, nè ab his qui eū comitabantur, veluti perplexus insimularetur.

ANNO Domini 1212. Otho licèt abrogatus à Papa, nihilominus tamen pro imperatore se gerens, cum ad partes Germaniæ, dimissa Italia, declinasset, circa festû Pentecostes cōuentum Norinbergæ principum suę partis celebrauit, in quo multiplices Rom. pontificis contra se ostensas calliditates exponēs, quàm iniuste ab illo insectaretur, declarauit: Adeste, inquit, animis principes, quibus cura sit de regno, deque in eodem rebus gubernādis, nempe ad vos

respicit Teutonici regni quæuis dispositio, vestra intererit eminens cūcta prospicere. Vestri etenim iuris esse fatemur, non Ro. pontificis, imperatorem creare simul & destituere: vestrum, si quid in imperio tumultûs insurrexerit, quo viritim extirpetur, curare. Igitur o principes & regni cordati proceres, ius vestrû defendite, pro patrijs & imperij legibus vires exercete, nè si minus, & imperium et patrimonium dimittatis. Vt autem id fieri possit, persuasum credimus Ro. pontificem, quo sese suis à præsumptionib⁹ reuocet, si monere blandiloquio tentaueritis. Nam si pro libito suo Ro. pontifici nimium quàm expedit dissimulando, depositionem imperatoris permiseritis, actum breuè vestra de potestate in deligendo imperatore omni dubio procul intelligetis.

His itaq; ac similibus dum in cōcio- ne ad principes Otho imperator perorasset, animos nonnullorum sibi conciliauit, atq; suorum congregato exercitu, expeditionē in Thuringos mouit, cōtra prouincię comitē Hermannum, tum quòd cum Ro. Ecclesia in malum imperatoris benè sentiret, tum quòd Sifridum Moguntin archiepiscopum ab hostibus Othonis partē defendentibus, ad se confugiētē suscepisset: tū etiā, quòd ab eius se fide nupèr subtraxisset.

Igitur copijs coadunatis, duas Hermannii munitiones fortissimas, **Rodenburg & Salzingen**, cepit ac funditus destruxit. Indè progrediens, oppidum **Wizense** obsidiōe vallauit, quod etiā præter arcem capiens, pari furore subuertit. Afferunt tum primùm cœpisse vsus instrumēti bellici, prius incogniti, quod vulgaritèr **Tribock** nominatur, quoniam bombardarum vsus necdum erat inuentus. Deuastauit ergo Thuringiam imperator supra quàm dici poterit crudeliter nimis, & multa cōtra Deū & homines in propriam suę vitæ & animæ perniciem mala commisit.

Deindè profectus in Saxoniam in **Northusen** oppidū imperiale, augustales cum vxore sibi desponsata Philippi quondā regis Germanorū filia, nuptias celebrauit: q̄ quidem quarta dehinc die infirmata vsq; ad mortem, rebus subito excels-

Excedit Otho Italia.

Otho raptus Thuringia

Othoni fauitia

excessit humanis, variâ interitûs sui opinionem, nè suspicionem dixerim, posteris relinquens: tum, quòd in Ecclesiam Dei crudeliter inueheretur Imperator, tum quòd neptem suam, licèt dispensatione Apostolica interueniente, vxorem duceret, Dei Optimi max. vindictam in se expertus, discere debuerat ponere superciliû: sed nihil minùs veritus, quo cœperat, animo pertinaci perseverauit.

Animadvertentes igit nōnulli principes Imperij, cū primis autē Sifridus Moguntiā Archiepiscopus, rex quoquē Boemiae, treuiren Archiepiscop. & Hermānus Lantgravius, cum alijs nonnullis, Othonis cōtūmaciam & rebellionē, atque in vnum cōueniētes, ad memoriam iuramentū quod olim fecerunt Friderico Hērici Imperatoris filio adhuc infan- tulo, reuocârunt, atq; illum in regē loco abrogati Othonis assumere decrēuerunt. Cōsultatione igitur habita, Fridericū Othōe abiurato, in regem Germanorum vnanimiter eligunt, solennes ad illum cum electiōis decreto nūcios mittentes, videlicet Henricum de *Nyfen* & Anshelmum de *Zustingen* viros nobiles & strenuos, cum quibusdam alijs, quorum nūcio informatus & instantia persuasus Fridericus ad capeſſenda imperij iura, quantocyus in Germaniam venire maturaret.

Quibus Fridericus blāditer respōdens, rem differre aliquantispēr voluit, nè si quid incōsultius ageret, poenitentia ductus, ludo se omnibus exponeret. Dux quoquē Brabantiae, qui Othonis partes plurimū persequebatur, ppter despōsatam sibi vxorē Philippi quondam regis filiam, Leodium cepit, Huardo episcopo per fugā elapso, in qua quidem ciuitate maxima pda & inestimabiles diuitiarum thesauri à militibus cū damno plurimorū diripiūtur, nulli em raptores pepercere loco, nō monasterio, non ecclesijs, sed omnia quæ inuenire poterāt, sine misericordia rapientes auferebant.

Per hos etiā dies in Narboneñ provinciam, quam vulgò Linguam Occitanā appellat, Christianae puritatis permulti contemptores, ex Albigeſio primā suæ doctrinae & iniquitatis instructionē recipientes, apparuerunt, quorum tamen

dogma nemo ad hunc diē notus scriptor reliquit. Et cūm hæreticos eos vocent, atq; ob eam culpam exterminatos esse authores tradāt, genus tamen hæreseos prætereunt: puto eos, quoad coniectura assequi possum, arcanam pestē secutos, foedis quoquē amorib⁹ & masculinis cōcubitibus indulſisse, ideoque legitimas nuptias & carnis esum damnasse. Diffusum id virus cūm totam fermē regiōem inquinasset, Romanus pōtifex Innocēti⁹ 3. missō Gallōe cardinali ad Philippū Franciæ regem legato, monet in hæreticos arma sumere, peccatorum remissionem his qui insigne crucis ad bellum susciperent, promittens.

Legati oratione admodū ardenti permotus rex, permittit suos arma capere, & in Albigenſes p̄ficisci, fuisse in exercitu episcopos multos & proceres multos referunt, atque in primis Eudonem Burgundiæ ducem, Henricū Niuernensem, Petrum Senonum archipræsulem, Reginaldum Rothomageñ, Robertum Baiocē, Jordanum Lexouieñ, & Reginaldum Carnoteñ. Igitur mouētes Franci, *Biteres primū obsidēt expugnātq; occisis, qui in ea erāt, multis hæreticorū millib⁹. Quo periculo territi reliqui regiōis incolæ, ad Carcaſſonem munitissimam urbem cōfugerūt, in qua à nostris circūsepti, indē abire nudi omninō cōpel- luntur, vt qui pudendis mēbris per summum nefas abusi fuerant, ea ad ignominiam videnda exhiberent.

Eliminata foedissimæ gentis turpitudine, Franci cupidi sua quoquē loca reuisere, reliquo exercitui Simonem de Mōteforti, hominem nobile ac strenuū nec minùs religiosum p̄ficiunt, quū ad hoc quoquē negocium subeundum & Innocentius pontifex summus eundem vnā cum Lupoldo Austriæ duce subordinasset.

Is igitur belli cura mox suscepta, nō segniter superstites persecutus est, comitate eum Dominico viro Hispano, quo authore PRAEDICATORVM ORDO initium suscepit. Itaque arces per eam terrā expugnauit, hæreticis interemptis. Habuit autem obscœna Albigeſiorum turpitudine defensores Petrum Aragonū regem, sancti quoquē Eligij Comitem, &

Frider. 2. vo-
catur in Ger-
maniam.

Albigeſij.

Fuxi principem, qui eductis ingentibus copijs, Simonem apud murellum arcem obsederunt, qui tametsi raros armatos secum in præsidio haberet, nihil tamen desperans, re Diuina à sacerdote facta, postquam se inprimis atque suos sacramentò Confessionis purgasset, eruptionem subito facit, regem Aragonum & octodecim millia hostiù interemit, cum ipse octo tantum ex suo præsidio amisset. Credi merito potest, DEVM pro sua religione Comitè rectè pugnantem, adiuuisse.

Heretis Al-
fateu.

In partibus etiàm Alsatia tum hæresis & error tam nobilium quàm plebei-
iorum multum increuit, volentium & asserentium licitum & nequaquam esse peccatum, in Quadragesimæ diebus et reliquis Sextis Ferijs anni comedere carnes: quicquid etiàm peccarent homines cum his membris, quæ sub vmbilico forrent, licitè fieri posse, dicentes hæc fieri secundum naturam. Vnde quotannis huius erroris & heretis authoribus Mediolanum certum cæsum miserunt: tandem verò ab Episcopo Argentinen-
si ac ciuibus capti vtriusque sexus & conditionis homines ferè octoginta, vna die omnes igni traditi sunt & combusti.

ANNO Domini millesimo ducentesimo decimotertio, facta electione noui regis Germanorum, Friderici II. videlicet, qui tum Sicilia regnum tenebat, p Moguntia Treuirensisq; archiepiscopos, regem Boemia, ducem Austria, ducem Bauaria & Lantgrauum Thuringia, missis etiàm ad eundem honestissimis legatis, qui eum in Germaniam secure ducerent, Otho auditis huiusmodi rumoribus infredui animo, seque in arma parans, quæcunque vel Romani pontificis & Ecclesie fuissent, aut etiàm Friderici regis, in sua redigere potestate contendebat.

Friderici 2.
in German.
aduentus.

Verum Fridericus tandem à Legatis Germanicis persuasus, quanquam vxor & plerique Sicilia optimates animu eius in aliud mutare contendissent, relicta cum filio paruulo Henrico vxore in Sicilia, ad iter sese honesto comitatus apparatu in Germaniam præparauit. Romam primùm ad Innocentiu veniens, honorificè suscipit, à quo benedictiois pa-

ritè & coronatiois munus huiliter petijt. Sed pontifex illi blandè respodens, quod petebat, ingeniosè denegauit, dicens se legatu Cardinalem in Germaniam cum eo destinaturu, q; regni Teutonici principib; madaret, vt ab Othone excommunicato simul & deposito recederet, & sibi tanq; ab eisdè electo, i oibus fideliter obediret & assisteret. Itaq; Fridericus pontificis animum ambiguum haudquaquam intelliges, cum legato & suis, qua directo itinere propter Othonis infidias in Germaniam venire non potuit, per vallem Tridetinam atq; loca Alpiu inuia, in Rhetiam Curiesem, deinde à nobilibus & episcopo suscepto honorificè, ad Constantiam vsq; perducitur: vbi per dies aliquot demoratus, p copias principum regni, maximè autem Sueuicæ nationis proceres, quorsum volebat, deducitur.

Coperiens autè Otho, q; Fridericus dimissa Sicilia venisset in Germaniam, atq; in ciuitate Constantien, multo stipatus milite, subsisteret: animum rebus adiciens, illi occurrere statuit: regniq; introitum habere, si possit, tentauit. Coadunato igitur suorù exercitu, in Sueuiam venit, in Friderici occursum pproperè nimis iter acceleras, exercitu suu à se desuere vidit, atq; indies infirmiore fieri. vnde consistens i oppido Oberlingæ, non audebat iam palam contra Fridericu exire, q; optimam nobilitatis sue partem à se ad Fridericu deficere videret. Veru adhuc spe ducto in ducem Bertoldu de Zeringe, necno Henricu comitem de Beringen, Argentineu quoq; Episcopu, quorum suppetijs adiut, in oppidu Brisach imperiale descendit, rei euentu expectatur. qrens autè si copiam habere posset militu auxiliatoru, vnde Friderico resisteret, in oppido constituto, hincidè quos poterat, lacearios mercede coduxit. at ij ex oppido gregatim excursus facientes, vinu ac pabula & qcqd ad victu quotidianu reqrebat, diripiètes, oppidanos etiàm rapinis & iniurijs multis afficientes, tadem ab incolis extra oppidum eiekti sunt, vnde vidès se ab omnibus desolatum Otho, cum paucis admodum stipendiarijs militibus in Saxoiam, rubore suffusus, redijt.

Friderici

Otho in Saxonia fugit

Fridericus autem intelligens Othonem à ciuibus oppidi *Brisach* cum suis expulsum, auxilio principum fretus plurimorum, de *Cóstantia* mouens, ciuitates & oppida Imperij circa Rheni fluenta superioris perlustrando, in suam subegit potestatem. Itaque cum ad oppidum imperiale *Hagenau* peruenisset, quoniam ciues partium erat Othonis, portas clauerunt, Fridericum intrmittere recusantes, qui mox vicum obsidione val-lauit, tamq; diu impugnauit, donec tandem expugnaret, oppidanosque rebelles in deditiorem compelleret. Inde progressus de ciuitate in ciuitatem, de oppido in oppidum, ab omnibus ut rex honorifice suscipitur, atq; ut Germanorum rex saluatur. Quo factum est, ut breui totum penè regnum, paucis cum Othone manentibus, obtinisset.

Per Rheni autem fluenta Fridericus descendens, *Mogútiám* venit: ubi aliquandiu cõsidens, magnam principum conuentum habuit, *Sifrido Mogúтино* archiepiscopo in odium Othonis adiuuante simul & procurante. Nam illò conuenerant idem *Sifridus* archiepiscopus *Mogútinus*, *Treuirorum* quoque & *Argentinen-sis*, qui Friderico recõciliatus, ab Othone cui adhæsit, recesserat. *Basileensis*, *Spirensis*, *Constantiensis*, *Herbipolensis* episcopi, rex etiam *Boemie*, *Lantgrauius Thurin-gia*, comesque *Palatinus Rheni*, qui omnes regi Friderico fidelitatis iuramentum præstiterunt, atque à *Mogútia* per *Rhe-num* in *Coloniám*, deinde ad Imperiale palatium *Aquisgranum* profectus, cum eisdem per *Brunonem*, ut nonnulli asserunt, siue per *Sifridum Mogútinum*, ut reliquis placet, inunctus & in regem Germanorum coronatus est.

Videns autem Fridericus quod fauor regis *Gallia* plurimum sibi prodesset, auxilio fretus episcopi *Metensis*, amicitias cum eo statuere decreuit. Conuentui locus dictus est apud *Vallicolorem*, ubi reges fœderis causa coiret. Cui cum *Philippus Gallorum* rex propter corporis aduersam fortunam interesse non posset, *Ludouicum* filium primogenitum misit. Reges simul conuenientes, amicitia fœdus quam diu uiuerent in humanis, percusserunt.

Igitur *Otho* videns se imperio priuatum, et quod Fridericus *Aquisgrani* coronatus regno potiretur, constitutus apud *Saxoniam*, societatem cum *Iohanne Anglorum* rege, cumque *Rainoldo* *Bolonia* comite statuere cogitauit. Quod *Philippus Gallia* rex cum rescisset, *Bolonia* comitem ex comitatu suo exturbauit. Verum rex *Anglia* *Iohannes* inita cum *Flandrensi* comite *Ferdinando* societate, ad *Boloniám* cum ingenti classe, recipiendam se contulit, mutato tamen proposito, ad *Granatingos* *Flandria* oppidum duxit.

Philippus autem in *Ferdinandum* primò ducens, *Brugas* primò, deinde *Gandauum* inuasit, cuius classem *Bolonia* comes apud *Dam* oppidum relictam deturbauit. Verum rex *Francia* factum intelligens, *Gandau* obsidione soluta, in hostes subito ruens, captis & occisis plurimis, ad usque naues eorundem procurrat. Deinde rediens ad *Bruges*, & *Gandau* obsidibus receptis, in *Franciam* reuertitur, non multo post tempore *Bruges* & *Gandenses* datis triginta millibus marcarum auri, obsides suos redemerunt. Et primis illis motibus *Iohannes Anglus* occursum, ut sociorum *Othonis* & *Flandria* comitis fidem tutaretur, ex *Anglia* mouit. *Andegauia* restituit, murisque claudit, & deficientibus ad eum *Britonibus* ac *Pictauis*, *Ligerim* transijt, monachi castellum obsidione cinxit. ubi cum esset laboratum aliquanto tempore, *Ludouicus* *Philippi* filius hostem repulit. At interim occupato aduersus *Flandrenses* *Philippo*, *Otho* coadunatis sibi auxiliarijs undecunque poterat copijs, in terras *Comitis Geldrensis* hostili animo ingressus, igne simul & ferro multa pauperibus damna intulit. Unde mouens unà cum rege *Anglia*, duce quoque *Brabantinorum* *Henrico*, *Ferdinando* comite *Flandrensi* ac alijs plerisque, contra *Philippum* regem *Gallorum* apud *Tornacum* processit in bellum.

Occurrit *Gallus* hostibus ad pontem *Bouinum*, ubi tanto animo exercitum instruit, ut certam habere spe victoriam videretur: statimq; cum hostibus cõgressus, primò comitem *Flandria* cepit: de-

Hagenau oppugnat.

Frideric. 2. Aquisgrani coronatur.

Frideric. & Philip. Frã. claudus.

indè Othonem inuadens, vt maiore audacia, ita maiori labore (nam Philippus ipse ab equo vi peditum Othonianorū deiectus, periculo vix est liberat⁹) Saxonem ad fugam cōpulit, qua ægrè Gallorum manū euasit. Sic Otho in Saxoniam reuersus, pauco pòst tēpore ex ea ignominia fato est defunctus. Incidit hæc Othonis strages in annum Dñi 1214.

Otho III.
à Phil. Fran-
co profliga-
tus.

Philippus indè animū ad vlciscēdum Anglum adiecit. Verū is regis Philippi Gallorum veritus potentiam, & quod iam altera vice bello superatus, multos ex suis amisisset, ad Rom. pontificis gratiam cōfugit, atque liberè DEO & sanctis Petro & Paulo apostolis, S. q; R. Ecclesiæ ac Petri successoribus Angliæ regnū paritèr & Hybernæ obtulit & concessit cum omni suo iure, proq; dictis regnis Innocentio III. homagium fecit, vt illa in feudū ab Ecclesia reges Angliæ decæterò tenerent: illud adijciēs, vt pro omni seruitio dictorū regnorum quotannis cētum auri marcas soluerēt, quod postea aliquandū seruatum est. Nec id quidem nouum, quum longè ante hoc Adolphus primus monarcha Anglorum rex, idem regnum Leonis quarto, Romanæque Ecclesiæ vestigale fecit, post quem Henricus rex ob necē sancti Thomæ Cātuariensis, idem regnum pro se & suis successoribus à Sede Apostolica in feudum recognouit.

Angliæ regnum à Ro. pontifice accipi.

Fridericus interim, vt ad regni fastigia cōscenderet, conuocato principum regni Germanici conuentu moguntie, illò peruenit. Vbi cū principes in vnū cōuenissent, Moguntinus Archiepiscopus denuò Fridericum regni Germanici coronam insigniuit, qua obtēta, rex Fridericus in Sueuiam suæ gentilitatis regionem, multo stipatus milite, proficiscitur. vbi quum refedisset, audita clade qua Otho apud Bouinū pōtem afflict⁹ fuerat, Aquisgranum imperatoriam nuper vrbem obsidiōe pressam recepit, vbi Innocentij papæ autoritate regiam denuò de more coronā accepit. atq; vt aliquam DEO, vndè omnis potestas p̄cipalitèr datur, animi gratitudinē demonstraret: cruce signatus, voto se tum publicè obligauit, subsidij Christianis in Asia degentibus offerendi causa. sed &

Friderici 2.
altera coronatio.

Rom. 13.

pontifici Romano comitatum de regno Sicilia Fundanum perpetuo donationis iure à Ro. ecclesia possidendum.

De Sueuia autem Fridericus valido suorum exercitu ad Mosellanos descendit, & imprimis Treuiren, deindè nobiles prouincię omnes, qui in circuitu resederant, in deditiōem recepit. Deindè Lotharingia in deditiōem similiter coacta, Meten & Leodiē, cum reliquis penè ciuitatibus & oppidis in sua verba iurare potentèr coëgit. Mosam post hæc fluuium transiens, contra Henricum partium Othonis Brabantie ducem copias duxit. Verū inopinatū dux Friderici aduentum intelligens, territus q̄ Brabantie multitudini occurrere haudquam sufficeret, cōsilio suorum prehabito, in pace obuiam venire Friderico statuit, veniam postulaturus: quā cū à rege supplici voto postulasset, absq; mora impetrauit. Itaque fidelitate regi, vt moris est, iurata, filiū suum & quosdam alios terræ nobiles, obsides dedit: atque Othonis partes deserens, Friderico regi adhæsit.

Henricus
Brabantie
dux.

ANNO Domini 1215, Innocentius Papa Romæ in ecclesia Lateranensī concilium siue synodum celebravit, cui interfuere Hierosolymitanus & Constantinopolitanus patriarchæ, metropolitani lxx. episcopi cccc. xij. abbates, priores conuentuales octingenti, Græci & Romani legati, regum verò Hierusalem, Hispaniæ, Angliæ, Franciæ & Cypri, oratores. venere multa tum quidem in consultationem, nec decerni tamē quicquam aptè potuit, quòd & Pisani & Genuenses maritimo, Cisalpinæ terrestri bello inter se certabāt. Editæ tamen nonnullæ constitutiones referuntur, è quibus vna existit, vt quoties orbis principes, alter in alterum, deliquerint, correctiōem ad pontificē Romanū spectare. Multa deniquè p̄ recuperatione terræ sanctæ tractata fuere. Vndè idem Innocentius missis in omnes Christianorū fines literis & nūcijs, viros videlicet doctos & idoneos, crucē p̄dicari cōtra Chriane fidei hostes iussit.

Innocentij
tercij
constitutiones
ex synodo

Tenores autem literarū inter alia hæc quidem continebāt, s. q̄ singulis mensibus fieret ḡnalis processio, teorsum vi-

ris,

ris, & seorsum mulieribus constitutis, cum orationum deuota instantia pro terrae sanctae liberatione: Orationi autem ieiunium & eleemosynam adiunxit, ut his quasi alis quibusdam, facilius ad aures DEI uollet oratio. Singulis quoque diebus sub missarum solennibus, publicam tam virorum quam mulierum in terram profstrationem fieri voluit, cum psalmo: *Deus, uenerunt gentes*: Versu & oratione ad hoc dispositis & institutis. Truncum etiam fieri in Ecclesijs sub tribus distinctis clauibus ordinauit, in quo reponeretur eleemosyna in subsidium terrae sanctae, atque ut homines ad sumendam Crucem exhortentur, strictius mandat.

Audientes autem haec parui pueri de regno Francorum, usque ad XX. millia, Crucem acceperunt, quasi per eos uellet DEVS terram sanctam liberare: nam turbam diuisi, per diuersos portus accesserunt, alij Massiliam, Brundisium alij, reliqui Genuam uenientes, quidam tandem ad propria redierunt. siquidem ad mare uenientes, plerique a piratis dolose manibus ducti, quasi ad Hierusalem ducerentur, aut in mari submersi sunt, aut Saracenis uenditi.

Innocentius autem pontifex, discordia inter Genuensem & Pisanos componenda causa Perusium profectus, ibidem moritur pontificatus sui anno 18. mense 7. die 16. cuius uita adeo probata fuit, ut post mortem nil eorum quae laudauerit, quaeque improbauerit, immutatum dicatur. Quin ut religionis apprimè studiosus, multis uiuendi regulam dedit & disciplinam, ita veterum quorundam Ordinum instituta reparauit. In Laterana synodo Cruciferorum Ordo reparatus est, & a pontifice Innocentio ultimo hoc pontificatus anno confirmatus. Sunt qui coepisse putent Ordinem hunc Constantini & Helenae temporibus, reperta primum cruce, auctore Cyriaco Hierosolymorum praefule & martyre: quo etiam ferè tempore sacrae uirgines ab Helena Constantini matre lectae sunt, quae publico stipendio alerentur, DEI laudem uita puritate & frequentibus precibus praedicaturae.

Atque hoc quidem tempore Cruciferi per Innocentium restituti sunt, quo ferè tempore Albertus Hierosolymita-

nus patriarcha, labantem in Syria religionem restituere conatus, Carmeli montis incolas fratres disciplina & Regula coeruit, habitum exteriorem uirgultum Heliae more dedit. Quae regula tum Romae probata est, & nomen Carmelitarum, qua coeperat modo ueneratione apud Romanam Ecclesiam, multos annos magnae auctoritati fuit, datae Ordinis eius Benefactoribus Indulgentiae &c. Et Syriae principibus gentilibus adeo grata religio fuit, ut magnis Sultani eleemosynis alerentur. Honorius quartus, restituito albo habitu, eos in Europa excepit beatae MARIAE sacros, quo titulo post Honorij quarti reformationem Carmelitarum uisi sunt, id quod infra latius scribetur.

Dominicus Hispanus uir sanctitate & doctrina plurimum decoratus, Praedicatorum Fratrum Ordinem primus instituit. is in Calagura pago Exoniensi dicecesis natus, patrem habuit Felicem nomine, matrem uero Iohannam, & fratres duos ueterinos, cuius mater in somnis prouidit se gestare catulum accensam faculam ore baiulantem, qui mox ex utero matris in mundum natus, totum mundum incendere uidebatur uerbo suae praedicationis. Nam fuit uitiorum mirabilis obiurgator, haesum oppugnatore, Albigenisum potissimè, fideliumque diligentissimus exhortator, ex canonico regulari a Deo uocatus, cum socijs sibi coniunctis praedicatorum ordine incredibili feruore fundauit, atque a B. Virgine diuinitus inspiratus, habitum religionis assumpsit.

Verum Albigenisum haesum cum pullulare in ciuitate Tolosana & Galliarum regione coepisset, B. Dominicus ab Innocentio pontifice datus, a Francorum autem rege Simon de Moteforti ad huiusmodi haesum extirpandam, idem sanctus uir cum additis sibi militum copijs aduersantium arma conatusque retrudit, quemadmodum supra tetigimus. Pater autem religionis existens, cum apud Tolosam Honorius haesum & schismaticos domitos intellexisset, Ordinem confirmauit: quo confirmato, plura sunt monasteria aedificata. Tandem uero 23. salutis anno supra duodecimum centesimum, apud Bononiam Italiae

Carmelitarum

Dominicus ordinis praedicatorum institutor.

ciuitatē Nonis Augusti migravit ad dominum, quem postea Gregorius 9. auditis eius miraculis & clara vita, in sanctorum catalogum adscripsit.

Franciscus
Assisensis
ordinis Mi-
norum au-
thor.

Circa hæc quoque tempora Franciscus Seraphicus natione Italus, ex Assisio Vmbrorum ciuitate oriūsus, vir diuinus, ac primus fratrum Minorum ordinis institutor & fundator, circa annū Domini 1208. primò negociator humanus & affabilis ac prodigus vsq; ad annū xxv. indè terrena cuncta despiciens, Christum in omni vita secutus est. cum enim aliquandiū pedibus calceatus incessisset, sententiæ Dominicæ memor, **Qui venit ad me, & non renūciat oībus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: abiectis oībus, tunicam protritā fune præcinctā induit, atq; mox nouū ordinem instituit, cum quo velut sol in orberadians, Christianam religionem plurimū illuminauit.** Nèpè in seipso tantū austeritatis rigore exercuit, vt in tentatione quadā carnis, pruinale tēpore niue vel glacie operiretur. paupertatē verò dominā suā semp vocabat: mālebat potius de se vituperia q̄ laudes audire: omniq; studio præcauebat, nè paupertatis metas trāsiliret, ad superflua diffunderet: sexto cōuersiōis suæ anno in Syriā trāsiliens, martyrij desiderio Sultanū accessit, à quo honorificè est susceptus. Duobus autē annis ante obitū suū vidit in visiōe seraphin vnum in aëre, sex alas habentē, cruci manibus extēsis, pedibusq; conuictis affixū, alas verò duas sup caput erectas, et duas ad volandū extēsas habebat, porrò duabus totum corpus tegebatur. cūq; diutiū cogitaret, apparebāt in manibus eius q̄si fixuræ clauorū, latusque ipsius dextrū veluti læcea perforatū. deindè fratribus ab eo institutis nouā regulā dedit, quem ordinē & Honorius 3. cōfirmavit. Tandem verò plenus bonis operibus, apud Assisū vrbē suam anno salutis nostræ millesimo ducentesimo vigesimo septimo, Nonis Octobris in Domino feliciter obdormiuit.

Gregorius nonus, auditis eius crebris miraculis post biennium, magno prius ob eam rem habito conuentu, in numerum sanctorum retulit. Nicolaus autē tertius anno 1280. literas de stigmatibus

eius CHRISTI fidelibus misit.

Ordo quoque Eremitarum à quodā Guilielmo eremita viro sancto, & Aquitanix duce ac comite Pictauiensi, nup anno Domini 1157. licet institutus, sub Innocentio tamen & Honorio, sub titulo fratrum Eremitarum S. Augustini & appellari & nominari iussus est & cōfirmatus. nam prædictus Guilielmus, prius à B. Bernardo sufficiētè edoctus, Ordinis sui calamitatem religionisque feruorē penè extinctū cōsiderās, animū ad instaurandū eū adiecit, in breuique conualescēs ex multitudine religiosorū & monasteriorū, meliorem faciem Ordini diui Augustini per Gallias dedit. Quare hunc Ordinis conditorem appellant, ac Guilielmitæ vulgò per Gallias nominantur.

Itaq; cōcessione Anastasij pōtificis ac Adriani eius successoris, relicta eremo, tū ciuitates primū incolere cœpit, ac primū Parisijs monasteriū sub medicatiōis titulo extruxit. Deindè Albertus Gallus, doctrina & vitæ sanctitate mirabiliter ordinem adaugēs, plurimū ordini laudis & religionis cōtulit. Verū cum Guilielmitarum titulus in Gallijs vsq; ad Innocētij tempora perdurāset, mandate eo, posthabita eius denominatione, & omnibus S. Augustini eremitis ad ciuitates vbique accersitis, Innocentius & eius successores, omnes sub vno titulo Eremitarum, vt dictum est, appellari voluit & præcepit.

Ad Innocētij autem publicatas literas per vniuersum orbem pro liberatione terræ sanctæ, innumerabilis multitudo pro Christi amore ac terræ sanctæ recuperatione Cruce signabatur: inter quos fuere posteritati commendandi principes istu subnotati: Fridericus rex Germanorum II. Henricus Brabantix dux, dux Morauix, dux de* Léburg, dux de* Ancei, comes Iuliacensis, Palatinus comes de Tubingen, marchio de Baden, comes Lohensis, comes Monteni, comes Spanheimen, comes de Nassau, comes Feldensis, comes Hirsutus, comes Syluestris, comes Synensis, Sifridus archiepiscopus Moguntinensis, episcopi, Leodiensis, Herbipolensis, Bambergensis, Argentinenfis, Patauiensis, Eichsta-

Luc. 14.

Erem.

Guilielm.

Germania
principes
cruce signati

ten-

tenfis, & complures alij, qui omnes prædicante magistro Scholastico Xanten Ecclesiæ, mandato Innocentij Papæ, sese ad Christi militiam deuouerunt.

Eodem anno Theodoricus Treuorum archiepiscopus ad Coloniam ueniens, Henrico duce Brabantinorum cooperante, iuxta mandatum Apostolicum sibi transmissum, ciues ad subiectionem Friderici regis induxit, eosque pace reformata, ab excommunicatione & interdictione, quibus per annum & menses quinque fuerant innodati, propter rebellionem, & Othonis episcopi Monasterien detentionem absoluit. Siquidem apostolico mandato Sifridus Moguntin archiepiscopus, cum Theodoricum Coloniensem archiepiscopum creberimis nuncijs & literis, ut Othonem abrogatum & excommunicatum desereret, monuisset, & Friderico regi electo & coronato adhereret, alioqui se penas & censuras ecclesiæ grauissimas incursum, cum monita illius contempnisset, ab eodem archiepiscopo auctoritate apostolica primò quidem excommunicatus, deinde cum anathematis in se sententiam paruipendisset, ab archiepiscopali dignitate depositus fuerat. Itaque ut tetigimus, concordia reformata, Treuorum archiepiscopus quarta die mensis Augusti Missam in principali ecclesia S. Petri in præsentia tam cleri quam populi decantauit: in qua quidè die Fridericus rex ciuitatem Colonien ingressus, à ciuibus honorifice susceptus est, homagiũ subiectionis et fidelitatis iuxta consuetudinẽ illi iurãtibz, diebus plus minus septem illic moras agendo.

ANNO 1216. Innocentio mortuo, successit illi Honorius eius nominis III. patria Romanus, vir doctus & morum integritate sanctissimus, qui regem Fridericũ II. coronauit Imp. sed postea excommunicatum deposuit, duosque ordines, Prædicatorum s. & Minorum, confirmauit, ac sub tutela protectionis Apostolicæ sedis perpetuè suscepit. Deniquè ad hunc Honorium Petrus Antistodoren, imperator Constantinop. cum Iola vxore ueniens, in basilica S. Laurentij extra muros coronatur, deligiturq; statim Iohannes Columna cardinalis Ro.

q legatus ad res Asiæ componendas cum his copijs proficisceretur, quas Innocentius ad eam rem collegerat. Quo Christianos ad terrẽ sanctẽ atq; ciuitatis Hierosolymitanę recuperationẽ adhortante, magnus tam in Italia quã Gallia & Alemania bellatium apparatus fiebat. Nam principes regis Franciæ consilio, Bonifacium marchionem Montisferrati, & Balduinum Flandriæ, & Henricum sancti Pauli, Ludouicum Sabaudia comites, in Saracenos hortantur. Hi coniunctis copijs Venetias delati sunt, ubi conuenientes in vnum, factus est bellantium tam fortis exercitus, tamque validus, ut non solum per eos credi posset regnum Ierusalem, verum etiam Aegypti regnum recuperari posse. Itaque cum Venetis reliquarum quæ illò aduenerant, nationum copiarum conuenientes, inter se pactæ sunt, ut Veneti transportarent exercitum, ipsæ autẽ sociæ itineris essent. Unde constitutum est vnanimi consilio, ut pars validior in Syriam nauigarent, reliqui tenderent in Aegyptum, atque Alexandriam expugnarent, aut Sultannũ, nẽ in Syriã descenderet, prohiberent.

Describenda est in hac generatione Constantinopolitani imperij variatio, qua res Græcorum ad Gallos deuenit. Imperauerat Græcis hæcenus Isaacius Angelus, æ qui seruantiss. princeps, cuius paulò superius fecimus mentionem. hunc cum frater Alexius imperio deiectum cepisset, ac oculis priuasset, Alexius alter Isaacij filius in, Latinorum castra profugit, opem pro patre cõtra tyrannum petens, quæ hac conditione ei concessa est, ut & Græcam ecclesiam Rom. subijceret, et marcarum auri xxx. millia persolueret, ob damna quæ olim Emanuel imp. Venetis Francisq; intulerat. Venerat autẽ Alexius puer Romã, Innocentio crudelitatem in patrem commissam exponens. Inde ad Philippũ Ro. imp. qui sororẽ suã Irenẽ habebat vxorẽ, in Alemaniã pperauit, atq; conditionibus quibus cum Ro. põt. & principibus de ferenda ope conuenisset, propositis, imperator Philippus per nuncios & literas effecit, ut exercitũ Christianorũ congregatus, ad recuperandã Cõstantinopolim Alexio suppetias ministraret.

Gesta in oriente tempore Innocentij III.

Græci imperij tumultus.

Marchioe, Ictis proinde feederibus, assumpto se- cum Alexius Bonifacio Mótisferrati*, sibi cognatione coniuncto, Constantinopolim profectus, terra mariq; urbē oppugnaturus: sed non improuisus eorum fuerat tyranno aduentus. nam preter pedites, lx. millia equitum in vrbe eo tempore sunt reperta. Siquidē armauerat contra Latinos ciuium mentes tyānus, vt non aliter resisterēt, quā si cōtra populos infideles, qui loca sancta polluerent, pugnare debuissent. Verūm Latini fortiter faciētes, Theodorū Lascarem, Alexij tyrāni generū, erumpere conantē, intra mœnia retrudūt, ac urbē biduo cōtinuata oppugnatione vi capiūt.

*Isaac, Alexi-
us frater,
Alexius fili-
us, impera-
tores Græ-
ci,*

Aufugerat noctū Alexius, relicto magno auri pōdere apud Irenen virginem Deo dicatam. Re autem à Græcis cognita, conuenēre in vnum proceres, atque habito inter se consilio, Alexium quem Franci exulem reduxerant, imperatorē eligunt. Igitur manē factō, Græcorum copiosa multitudo ad castra Latinorū venit, atque in vrbe electum sibi imperatorem Alexium, cum immēso gaudio introducunt, ac in templum S. Sophiæ introducētes, coronant. Introductus ergō in urbem cum patre Isaac imp. Alexius, non diū superuixere. nam ex innato odio in Latinos, imp. Alexius immemor beneficiorum quæ à Latinis acceperat, machinari cōtra eos cœpit. Quare pater morbo corrept⁹ moritur, filius veneno (vt aiunt) petitus interiit, quantum aliter alij scribāt. Siquidem turbatis Græcis de promissis ab imperatore illis factis, tumultum suscitant. Quod cum imperatorem haudquāq; lateret, habito consilio marchiois Bonifacij cōsanguinei, quem ob hoc ad se vocauerat, clam aufugere tentabat. Sed quidam Murziphlus, quē pater imperatoris ex infima plebe patricium creauerat, intelligens consilium, populum allocutus, quātis in periculis versaretur, ostendit, atque remp. viro, nō puero, indigere p̄dicabat.

*Murziphlus
imp. Con-
stantinop.*

Quibus auditis, pars populi hunc gubernatorem, pars ducem, ac pars maior imperatorem eum acclamauit. Igitur magna stipatus caterua, in palatium se proripuit, atque puerum imperatorem interemit.

Vsurpato autem sibi imperio, perfidus multa Christianis damna inferre tentauit, atq; illorum castra inuadere: sed à latinis repulsus, nihil dignum memoria fecit. Cum autem se nihil proficere cerneret, fictæ pacis causâ legatos ad Latinorū castra mittit, qui vt cū Venetorū duce in colloquiū venirēt, obtinuerūt.

Verūm cum dux illi obiecisset, quod nulla posset cum eo esse pacis societas, qui dominum suum veneno semel atq; iterum petitus interfecisset, atq; imperiū iniuste sibi vsurpasset: quare impium quod per nefas occuparet, veniā precaturus dimitteret, ac obedientiam Romanæ ecclesiæ faceret: percitus furore subdolosus homo, neque obedientiam se Ro. ecclesiæ facere velle asserbat, quin potius vitā amittere, Græciā subuerti malle, quā vt Oriētalis Ecclesiæ Romanæ submitteretur. Quare commoti Latinorum exercitus, ciuitatem terra mariq; obsidēt, ac post multa fortiter gesta capiunt, terga Græcis vertentibus, munitissimis palatijs relictis. Victoria verò latini potiti, tyrannum quærunt diū frustra. aufugerat enim pridie, quā ciuitas in Latinorum manus deuenisset.

Dein proceres animum rebus adijcētes, ex omni exercitu 15. viros sapiētia & industria præcellentes selegerunt, q; vrbi imperatorē, ac sacris patriarcham assumerent, eo tamen pacto, vt si imperator Venetus non esset, ipsi Veneti patriarcham eligerēt à Ro. pōtifice cōfirmandū. Ita q; Flandrensiū comes Balduinus summa cōcōrdia imperator eligitur atq; declaratur, & Thomas Mauricenus in sacris agens, patriarcha præficatur atq; declaratur, qui nouum electum imperatorem inunctū coronauit.

*Balduinus
Flandrus
imp. Con-
stantinop.*

Proceres igitur ad occupandum imperium egressi, intra annum omnia recepere quæ fuerunt imperatoris Isaac, Adrianopoli excepta, in quam plures Græci odio Latini nominis sese receperant. Quarta pars oppidanorum Venetis assignata est, quæ insulas quidem cōtinuit Aegæi maris, Cretam, Eubœam, quæ nunc Nigropontus, aliasq; minores. Sed quoniam Creta Bonifacio cedebat, indigens pecunia, Balduino suadente, Venetis Cretam accepto ingenti pon-

pondere contradidit, ipse Thessaliæ regno potitus. Fretus autem his pecunijs Bonifacius, Adrianopolim à tyranno pressam oppugnauit, & Valachos, olim Romanos ac Bulgaros, vltiorem Danubij ripam incolentes, vicinos in se exciuit. Eius gentis supra nomenclaturam exposuimus, cum egressum eorum in Triballorum regionem, & varias Constantinopolarum strages describeremus. & sunt ex authoribus probis, qui ex Auaribus Bulgaros superfuisse putent. Bonifacius itaque multitudinem hostiũ timens, Constantinopolim petijt, Sultano Iconij iturus obuiam, qui Satala vrbe Græca capta, maximis calamitatibus ac supplicijs Christianos quotidie vexabat.

Balduino autem coronato, ea dies celebris toti penè Græciæ, non magis Latinorum quàm Græcorum cõuentu letissima fuit. Incidère res illæ occupatæ Constantinopolis in Innocentij III. tẽpora. Perturbauit tamen tantos Latinorum successus Balduini mors immatura, quum vix quinque potitus imperio annis obiisset, cui successor summa cõcordia frater Balduini Henricus imperator declaratus est.

Dum hæc in Græcia agerentur, Cinnij rex Memellinus, vel (vt Platina scribit) Hilminolus Saracenus, in Hispaniã maxima classe traiecit, Toletumq; oppugnare cõstituit. Quod vbi accepit Innocentius Papa, publico edicto omnes qui ferre arma possent, ad extinguendum tantum incendium concitauit. Conuenerant eò multi Galli cum Saracenis pugnaturo, qui quoniam Hispanis non vsquequaquè grati extiterant, in propria rediére. Quam ob rem Hilminolus vtranque Hispaniam incredibili celeritate hostilem in modum peruagatus, Arelatum vsque & Auinionem perueniens, omnia cõdibus & populationibus compleuit.

Hæc autem calamitate pciti quatuor Hispaniæ reges, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauarræ, copijs simul iunctis, cum Saraceno congressi, maxima victoria potiti sunt, nihil pter Bæthicã, hoc est, Granatã Hilminolino reliquerunt. Sed hæc rex Hispaniæ Ferdinãdus an-

no Domini 92. supra 1400. in suã denuo potestatem subegit. Veneti quoquè rebellatẽm Cretam, quam nupèr à Bonifacio multis nummũ millibus aureorum emerant, in fide armis continentes, in coloniæ formã redege're, missis eò ciuibus, qui Creteses in officio cõtineret.

Deindè defuncto Constantinopolitano imperatore Hérico, qui Balduino fratri successerat, cum vndecim iam annis regnasset, Petrus Antifiodoreñ, Hèrici p̄dicti filius, eo in regno imperator electus est: quanquã Henricum sine liberis mortuũ pleriq; scriptores tradiderint.

Acta sunt hæc anno Domini 1217. sub Honorio Papa III. Is enim Petrum apud S. Laurentium Romæ imperatorẽ Constantinopolitanum coronauit in præsentia Iolæ vxoris atq; filiarũ eius. Tum adiuncto sibi cardinale de Columna, vnã cum Iolã vxore & filiabus, cum circitè cõtum & sexaginta militibus Constantinopolim redire statuit ad res Asiæ reformandas. Promiserat autem Venetis Dyrrachium vrbe[m] se daturum, si Constantinopolim illum reducerent.

Itaque imperator Iolam vxorem ac filias cum cardinale legato præmisit, quæ Brundusium, deindè Constantinopolim venerunt. Ipse autem cum Venetis Dyrrachium fortitèr obsedit. Quã cum plurimis diebus oppugnasset, nec capere potuisset, soluta obsidione, sub fide Theodori Epirotarum ducis Constantinopolim versũs per terram iter aggressus, cum ad teterrimos montes puenisset, dolo Theodori circumuentus capitur, atque in carcerem biennio retruditur. per quod quidẽ tempus Iolã vxor imperium prudẽtissimè administrabat. Sed non multò post, mortem obiit, & Latini proceres Constantinopoli & in Romania tum agentes, Robertum Petri filium ex Gallijs accersitum, imperatorem Constantinopolitanum ex Latinis quartum deligunt.

Eo fermè tempore Iohannes de Bre-gna, ex duce Viennensi in Francia, rex Hierusalẽ creatus, regnabat. Nam cum Americus rex Cypri, regni quoquè Hierosolymitani titulum vxoris ratione tenès, rem Christianam frigidè administrasset, aliũ regem qui in Asia degebant pro-

Honorij 3^o
tempore
gesta in
Oriente.

Iohan. rex
Hierosoly.

Auares

Bulgari.
Auares.

Hilminoli-
nus Saracenus.

proceres, surrogandum constituūt, atq; Iohannem prædictum in regem Hierusalem consensu omnium declarant. Hic per solēnes oratores accersitus, cū multis copijs Constantinopolim venit, atq; Latini regis Hērici, qui tunc imperator fuerat, nauigio fretus, Ptolemaidā peruenit. Accepit ilicō sibi vxorem Cunradi olim Montisferrati marchionis & Hierosolymæ regis filiam, cui id regnum iure hæreditario debebatur. Tertio autē kalē. Octobris regium vtrique diadema Tyri est impositum, atque pompa regia nuptiæ celebratæ.

Eodem autem anno treuge inter Christianos & Saracenos factæ, expirauerāt. Vndè Christianorum exercitus post Lateranense conciliū ab Innocentio comportatus, assumptis armis, contra Christi hostes se parat. Erant autem in eodem exercitu reges Vngariæ, Hierusalem & Cypri, cum multitudine copiosa principum & baronum, inter quos erant Austriæ & Bauariæ cum multa militia Teutonicorum, comes quoque Henricus Niuernensis, & Vualtherus regis Franciæ camerarius. Hi omnes transacta hyeme, arma contra hostes fidei tentantes, inter se diuisi sunt, quòd Andreas* Vngariæ rex, cū fretus nauigio Venetorum, ipsis quicquid in Dalmatia dux Austriæ habuerat, ob impensum sibi beneficium concessisset, ab Austrio dissidebat. ergò Vngarus, tractis secum magnis peregrinorum copijs, ad propria reuertitur. Vndè per motus Apostolica sedis legatus, hunc, nisi reuerteretur, cum omnibus sequētibus excommunicauit.

Peruenerant verò hi Acam, vndè peregrinorum nonnulli, siue timore, siue delicijs tracti, egredi volebant. Rex Iohannes cum duce Austriæ, quoddam castrum in Cæsarea Palæstina cum militia S. Iohannis firmare statuerunt. Tēplarij quoque vnà cum domino Vualthero & militia hospitalis teutonicorū, adiunctis sibi paucis ex peregrinis, castrū filij Dei, quod olim destructū fuerat, reparare contendunt. Cū autem fundamenta murorum foderent, murus antiquus apparuit: quem effodientes, monetam auream in magna copia inuenerūt, cuius inscriptio & figura modernis erat

incognita. Mense autem Martio applicare cœperūt naues peregrinorum, maximè autem Teutonicorum, ad portum Acanensem. excitata enim fuerat Colonia & Treuiren̄ prouincia in obsequium saluatoris, per signa quæ apparuerūt in cælo, quibus moniti, nihil morandū existimauerē.

ANNO Domini 1218. Iohannes rex Hierusalem, præparatis galeis & nauibus in mense Maio, cum patriarcha, peregrinis & duce Austriæ, prospero vento ad portum Damiatæ peruenit, vbi antequam in terram descenderent, per tri-duū sunt morati. Obsessa est igitur vrbs Aegypti Damiatæ. sunt qui olim dictam velint* Aeliopolim ab Aelio principe, quæcam triplici muro circumdedit, deducta Nilipartícula, quæ urbem in insulæ formam redegerat. suburbia habebat circumquaque posita, plena mercimonijs, quæ primò miles diripuit. Verùm flantibus postea zephyris, Nilus in immensum creuit, atque Christianis magnum damnum intulit. nam corrupta annona, laborare inopia rerum Christiani tum cœpère, præcipuè autem obsidente aditus Sultano, nè quid importaretur, quæ non longè à nostris castra posuerat.

Hac itaque difficultate rerum moti Christiani, in Sultanū copias mouent: qui terrore perculsus, relictis castris, rerū omnium copia refertis, nostris obsidendi urbem, quā liberaturus venerat, facultatem præstitit.

Cordirius autem magni Sultani filius, Hierosolymæ spem retinendæ abijciens, si Damiatæ Christiani potirentur, dirupto vrbs muro, turrim David & templum Domini tantummodò integrū reliquit, nec sepulcrum Christi violauit, motus (vt aiunt) illorum Christianorum precibus, qui ea loca incolebant. Vel, vt Blondus scribit, prohibentibus id Surianis, Aethiopibus, Armenijs, Georgianis, ac alijs Christianis Asiaticis Hierosolymam incolentibus, atq; Asiæ & Africæ magnis principibus subiectis, qui nè huiusmodi loca diruerentur aut comminuerentur, hostes prohibebant.

Dum nostri autem Damiatam acriter oppugnant, Sultanus cum maioribus copijs rediens, inter Cairam & Ba-

Dalmatia
Venetis da-
ca.

Damiatæ
ue Aeliop-
lis.
* Helop-
lim.

by-

bylonem & Damiatam castra posuit. nec tamen vnquam, vt pugnandi copiã faceret, induci poterat, siue id maledicto fieret, siue conuicio. Hac verò indignitate moti Galli, sinè ordine in eos ruentes, magnum incòmodum ab erumpentibus recepêre. Nam Vualtherus regis Franciæ camerarius & alij quidam interempti sunt, & Iohannes Hierusalem rex igne (vt appellant) Græco afflictus, * ad id quod Saraceni immiserant, manus faciẽm; combustus est: nõ tamen obsidio Damiatæ relicta, quin potius longa obsidione, ferro ac pestilentia affecta. Quare murmurâtes contra Sultanum in vrbe qui obsidebatur, Damiatam hostibus in deditiõnem dare tẽtabant, quos tamen varijs promissionibus Sultanus*, cùm inudationem Nili eo anno haudquaquam ascendere atq; Aegypti planitiem irrigare perspexisset, timens ne fames futura malum augetet, pacẽ Christianis, annuente Corradino fratre rege Aegypti, obtulit, his videlicet pactis, vt ipse crucẽ quẽ olim in victoria Saladini cum ciuitate Hierusalẽ captã fuerat, cũ oĩbus captiuis ac sumptibus p reparãdis muris ciuitatis redderet, totumque regnũ Hierosolymitanũ, quod antea Christiani tenuerãt, restitueret.

Que quidem pacta Iohannes rex Hierusalem acceptanda fore, q; vtilia Christianis essent, iudicabat. Cui etiam Galli & nobiles ex Teutonia & Anglia adstipulabantur. legatus verò Apostolicus, Templarij, & alij rectores exercitũs, parũ hæc arbitantes, plurimũ autem profore, vbi Damiatam in deditiõnem accipere possent. Igitur Sultanus pace desperata, ciues cohortatur vt fortitè res agant, * missis noctũ peditum haud parua copia. Verũ nostri terra mariq; fortitè pugnãtes, cùm plurimi vtrinq; cecidissent, tum vnus ex nostris occultè scalam muro, vndè cõscendere poterat, admouit. Vbi autem plurimi conscensis muris ciuitatem intrãssent, aperis portis succlamare cõperũt, atq; occurrentes Saracenos trucidare: ad quorum tumultum reliqui * partiti ciues & qui p̄sidio erãt positi, correptis armis, alter in alterũ ruũt, cecideruntq; Saracenorũ tam virorũ q; mulierũ ac paru-

lorum maxima multitudo, sicq; absque dãno in oculis Sultani Damiatæ est capta Nonis Nouemb. anni 1219.

Est hic Aegypti Syriæque status, cùm in reliqua Asiæ parte, non minore periculo & Turcẽ, & Persã, & Armeniã, & Georgiani, nõua gẽtis cuiusdã barbarę alluie penè obruti, decertãt, Tartaros ^{Tartarorũ origo.} vocant, nomine apud scriptores veteres ignobili, gens est Scythica, quæ circiter annum D O M I N I 1202. fines suos egressa, multos annos per Asiam & Europam ingenita sæuitia, duce Canguiста, debacchata est. Et in Asia res Turcarũ tantisp̄r vexata est, dũ sedes accipissent Tartari, & foedere barbaries coijssent. Ex Tartaris qui ad aliam mundi partem spectãrant, illis qui in Asia recepti sunt, se coniunxere. Qui * Pannonas aggressi fuerant successu parũ p̄ spero, rege amisso, cùm vsq; ad annum MCCXLIII. laboratum esset, eas repetunt terras, quas olim bello suas fecerãt, in quibus gentibus postea Tartarorum ditio mãsit: atque hi ferè sunt eius barbariei successus.

ANNO Domini 1220. Fridericus ^{Frider. II. IMP. 98.} Imp. secundus, Suciæ dux, ab Honorio summo pontifice Romano eius nominis tertio, impator coronat' est, prius ab Innocetio tertio cõfirmat'. Is in Honorij Pont. gratiã ecclesiæ Romanę multa Italię bona cõtulit, ibiq; se voto ad expeditionẽ Hierosolymitanam addixit.

ANNO Domini 1221. Fridericus res imperij in Lombardia & Tuscia cupiens disponere, à Bononiẽn & quibusdam alijs ciuitatibus inhonestè tractatur. Vndè insignia impij remisit in Alemaniã, faciens ea custodiri sub potestate Eberardi de Thã ministerialis sui & dapiferi in castro Walspurg, filium quoque suum Henricum iam ferè octo annorum, gubernandum cõmisit Cuntado de Thã in castro Wintersteten. Deindè Romam veniẽs, mores mutauit, spreta iurisiurandi religione, multa & quidem enormia aggressus, ditionem vexabat pontificiam, pontifices & archiepiscopos ponens in ecclesijs modo suo, & institutos à Papa expellens, collectas ab ecclesijs exigens. Dicebat enim ius regibus Sicilię in electiõibus platorũ

ex antiquo debitum, minorari à Papa, quorum Priuilegium Innocētius III. sustulisset Cōstantiæ, Friderico puero existente, vt supra dictum est: & fortè fuit priuilegium, de quo in glo. summe. 16. q. 7. quòd Apuliæ reges habeant inuestire. admonitus autem super his, ipsi non obtemperabat. admonētem magis magisq; in dies spreuit. Vndè eum percussit pontifex anathemate, nisi resipisceret, & ablata redderet, & cum sperneret primam execrationem, iteratò pontifex priuationem imperij regnorumq; addidit: tertio per contumacem exasperatus pontifex, omnes imperij & regnorū olim suorum subditos, à sacramento fidelitatis absoluit. hæc fuerunt seminaria malorū plurimorum.

ANNO eodem inter legatum Ap. Pelagium & regem Hierusalem grauis controuersia orta est. Nam legatus sibi vniuersorum exercituum vsurpabat dominium, & omnes ab illo dependere videbatur, insupèr & Damiatē vr̄bis captiōnē sibi attribuire moliebatur: quam ob causam creditur, Iohannem hierusalem regem castra reliquisse fidelium. Redijt enim in Syriā. Quibus diebus multa naues victualibus plenæ, ex diuersis regionibus Damiatam applicuerūt. Venerunt & Treueren̄, & Mediolanen̄ archiepiscopi, Fauentinus & Reginus episcopi, & nūcij imperatoris Friderici, deferentes eius literas cum aureis bullis, in breui nunciantes eius aduentum: venit postea Brixien̄ episcopus, & cum eo de Italia militia copiosa, & apud Damiatā res per singulos dies magis florere cœpit.

Legatus autem Papæ attendens tantū populū ad Dei congregatum obsequium, vocatis Maioribus, suadebat cōtra Sultanū progressum, qui castra sua posuerat sup Nilū itinere vnus diei à Damiatā. Militares autem huic proposito contradicebant, dicentes, debere regem qui in proximo venturus erat, expectari, cum non esset in exercitu aliquis cui vellent obedire. Sed Pelagius legatus non obstante contradictione, omninò iudicabat procedendum. mouebatur ad hoc zelo dilatandī Christiani nominis. Præterea episcopus quidam publicè p-

dicabat, quòd Dauid rex vtriusque Indię, ad Christianorum auxilium festinabat, Saracenos impugnaturus, adducens secum ferocissimas nationes. Sed absque rege militaris manus educi non potuit. vndè legatus videns quòd sine præsentia regis nil ageret, solennes ad eum mittit legatos, orans vt compatiendo Christiano exercitui veniret.

Rex verò vt erat homo sapiens, quantum reputaret indignum, vt in eius præsentia militares res per sacerdotes administrarentur, attamen eius volens satisfacere voluntati, & Ecclesiæ Romanæ obedire mandatis, collectis his Christianis qui in Syria remanserant, profectus est Damiatam. Adueniens autem, dissuadebat omninò, dicens, quòd si eo tempore populus Christianus procederet, illi nec per terram, nec per aquam à Damiatā subueniri posse, maximè cum tempus instaret, quo Nilus inundaretur. legatus autem molestè nimis ferens ea, quæ à rege prudenter dicebantur, excommunicabat omnes generalitèr illius negocij turbatores. Videns autem rex animum legati à proposito reuocari non posse, licèt inuitus, obtulit se cum his qui eius castra sequebantur, profecturum. Hæc Antoninus.

Igitur rex totius Christiani exercitus ductor, vt capitaneus, fecit per vr̄bem proclamari, vt in festo Apostolorum Petri & Pauli omnes qui ferre arma poterant, vexillum ecclesiæ Romanæ ac suum contra hostes sequerentur, secum pro duobus mensibus victualia portantes. Die igitur assignata, populus Christianus quasi vir vnus egressus est. Erant autem septuaginta millia armatorum, ad bella promptissimi.

At Sultanus quantum innumeram secum tam equitum quam peditum multitudinem haberet, cōsiderans Latino-rū fortitudinē, timuit illis occurrere: sed suorū diuisis copijs, viarū aditus per quos nostri trāsierant, occupauit: adeoq; vias obstruxit, vt ad Christianorū exercitum nec victualia ex Damiatā deferri possent, nec ei succurri aut subueniri. Stetit aliquibus diebus quasi immot⁹ exercitus, vndè & victualia cœperunt deficere: tentatus sæpè hostis, sæpè ad prodeundam

Honorius
Fridericum
Impe. ex-
eratur.

Diffr. So-
regis Hiero-
solymsæ & I-
gati Apulie

Latini cir-
cunuenti.

in aciem prouocatus, qui metu & pa-
uore simulato, per dies singulos maio-
rem perniciē in nostros machinabatur.
Nilum amnem, cūm Babylonem Cai-
rumq; præterlapsus est, vndiquē coēr-
cēt ripe, elatiores alicubi pro soli neces-
sitate, alicubi depressiores: cataractæq;
certa spatiorum proportione in regio-
nibus sunt dispositæ, de quibus agri cō-
stituto tempore inundantur.

Postquā igitur Christiani duos in
castris defederāt menses, occasio diū ex-
pectata hosti obuēnit: Nil^o in summas
ripas est solito citius tumefactus, qua
fretus occasione Sultanus, cataractas
vbiquē nō magis amoueri, quā ripas
ad amnis fundū defodi curauit: coope-
rueruntq; ilicō regionē aquæ, vt Chri-
stianorū castra, nisi vbi solū natura aut
cōgesta terra eleuatius erat, cubiti alti-
tudine superarent: iumentis verō sub-
lata in primis pascendi facultas, & quod
in castris paratum erat, destructum est
stramentum, nec aliquid fuit saluum,
quo mortales potuerint vel triduo sus-
tentari. Sunt Christiani in eam addu-
cti difficultatem, vt nec remanere, nec
redire (hoste om̄ibus in locis vias occu-
pante) possent. Sed nec resistere aggre-
dientibus valebant.

Mirabile dictu, cūm nostri iam ab in-
fidelibus quasi capti tenerentur, Sulta-
nus ad regem et legatum missis nuncijs,
de pace mentionem fecit. Et post mul-
tas pro tempore vtriusq; partis allega-
tiones, in hunc modum descendunt, vt
Christiani urbem Damiatam Saracenis
restituunt, & Sultanus partē crucis Do-
minicę, quam ab Hierosolymis abspor-
tauerat, Christianis redderet, & capti-
uis vicissim liberatis, Christiani Acam
Tyrumq; redirent, quibus urbibus &
eorum opibus pax octo annis esset cum
Turca Saracenoq; seruanda. Præterea
Sultanus Christianorum calamitatibus
compatiēs, cūm audisset illos fame mi-
serabili affici, quadā naturali compas-
sione victualia necessaria, quousq; red-
dissent Damiatam, gratis fecit exhiberi.

Inter illos verō qui in vrbe remanse-
rāt Damiatam, audita cōpositione, gra-
uis discordia est suborta. Nam Veneti,
Genuenses, Pisani, Siculi, ac alij empo-

rijs nobiles, considerantes quanta utili-
tas, maximē Italiae, ex illa vrbe accesser-
rat, ipsam reddere infidelibus denega-
bant, & se ad illam defendendam prepa-
rabant. Sed Orientales Christiani cum
militia Templi & Hospitalis, & alij no-
biles Francorum, ipsam restituere iuxta
promissa volebant. Creuit inter eos cō-
tentio intantum, vt qui urbem reddere
nolebant, arreptis armis, omnia palatia
quę ab alijs tenebātur, expugnauerint,
ac urbem totam in suam redegerint po-
testatem.

Quod postq̄ nostri qui quasi captiui
tenebantur, audiērunt: missis ad urbem
solennibus nuncijs, denunciārunt his q̄
ciuitatem occupauerunt, vt nisi citius
secundū pacta cū Saracenis inita Da-
miatam redderent, ipsi Acam urbē tra-
derent Saracenis. Hoc audito, timuerūt
valdē. nam pleriq; ex eis, domos, vxores
& familias habebant in Aca. Quarē ha-
bito consilio, deliberauerunt urbē red-
dere, ac exercitum liberare. Præconiza-
tum est igitur per urbē, vt omnes Chri-
stiani in vigilia natiuitatis B. Marię vir-
ginis ex urbemigrarent. ad quam vocē
tantus clamor plāgentium exortus est,
vt vsq; ad aliqua milliaria audiretur. At-
tamen die statuta cum vniuersa supel-
lectili exeuntes urbem, iuxta fluuium
sua locauerunt tentoria.

Damiatam
Sultano
reddita.

Cūm autem naues quę erant in por-
tu, ad portandam tantam multitudinē
cum supellectili non sufficerent, roga-
uerunt Sultanum, vt hos qui remanse-
rant, cum securo cōductu faceret redu-
ci in Palestinam. Qui libentē annuit,
filium suum pro obside dans, 70. millia
promiscui sexūs vsque ad Acam per de-
sertum arenosum deduci curauit. Insu-
p̄r his qui res suas nec per mare, nec
per terram tunc deferre poterāt, ad illas
auchendas vnus anni spatium conces-
serat. sicq; Damiatam in die natiuitatis
B. Marię virginis, anno salutis 1221. Sa-
racenorum populus quam amiserat, re-
cuperauit.

Damiatam itaq; reddita Sultano Baby-
loniē, legatus apostolicus, rexq; Vnga-
rię Andreas, dux Austrię, ac ceteri fer-
mē om̄es Christiani illi^o expeditionis, in
Europam, vndē venerant, sunt reuersi.

BB AN-

Henricus
Friderici filius
Germano.
rex.

ANNO Domini 1222. Fridericus secundus Rom. Imp. habito conuentu principum Herbipoli, filium suū Henricum, regem Germanorum cū esset annorum fermè 12. fieri postulauit, qui per Engelbertum archiepiscopum Coloniensē apud Aquisgranū solenni pompa inunctus coronatur.

Eodem anno Iohannes rex Hierosolymorū, ex amissione Damiatē & Christianorum in Oriente tribulatione dolens, compositis (vt poterat) rebus in Syria, cum satis modica comitiua transfretauit ad partes Occidentales. Petiturus auxilium, Romam venit, & per benignè magnis donatus muneribus, ab Honorio suscipitur, & vt posset habere adiutorium, ad preces eius pontifex reconciliauit Fridericum, promittentē restituere terras Ecclesiæ & crucem assumere, ac ad terram sanctam recuperandam cum copijs accedere.

Insuper Iohannes rex Hierusalē, Friderico filiam vnicā ex Iole vxore susceptam, in matrimonium locauit, eiq; ius illud condonat dotis nomine, Honorio consentiente, quod sibi pro filia nomine, hæreditario iure in regno Hierosolymitano competeat. Hinc venit, quod omnes Sicilia reges titulum Hierosolymitani regni verbis, non etiā armis, vendicant. Fecit tum rex Iohannes filiam de longinquis partibus Romam adduci. Nuptijs igitur Romæ celebratis, imperator cum vxore sibi desponsata in Apuliam tendit, vbi moras aliquandiū traxit.

ANNO Domini 1225. circa medium mensis Maij, Henricus rex conuentum principum Francofordiæ celebrauit, in quo missi ab imperatore Friderico nunciij cum literis, pronuntiabant ipsum de Apulia in Germaniam esse venturum, atque pro recuperatione ciuitatis Hierosolymæ ac totius terræ sanctæ concilium habiturū. Præmiserat enim Honorius Papa legatum in Germaniam Cunradum Portuensē episcopum cardinalem pro cruciatis, qui Colonię regni Germanici principibus diem quo cōuenirent, indixit. Per Sueuiæ autē partes descensurus legatus, Hirsaugiam venit. Illic ab abbate loci & fratribus honori-

ficè susceptus, postbiduum, comitante illum abbate, Spiram est ingressus.

Eodem anno rex Hēricus filius Imp. Friderici secūdi, duxit vxorem Margaretam filiam ducis Austria, nuptiasque magna cum pompa & solennitate Norinbergæ in præsentia multorum principum celebrauit. Deniquè tantus illic hominum concursus fuerat, vt in plateis ac domibus hominū multitudo supra numerum visa sit. nam in palatio vbi celebratæ sunt nuptiæ, tantus erat numerus hominū, vt præ multitudinem gradus ipsi quibus ad palatium ascendebatur, fracti, plus minùs 70. homines opprimerent.

Eodem anno hyems fuit admodum dura atque longissima, quam etiā famēs biennio subsecuta, multos miserè oppressit. Circa festum autem Epiphaniæ rex Henricus videns turbatum regnum plurimas ob causas, principes in vnum Francofordiæ conuocat, cum quibus varios ac multos de pace comuni componenda tractatus habuit. Sed quoniam pleraq; fuere impedimēta, quod voluit, quodq; sitienti concupiuit animo, à principibus consequi nō potuit. Quare ab inuicem diuisi rex & principes, conturbatum inter se regnū reliquere.

ANNO 1226. Longobardi (vt creditur) per suggestionem Honorij papæ contra Fridericum Imp. II. componentes ligam inter se ac vicinas sibi ciuitates aduersus imperium Romanū statuerūt, quæ per multos annos sub nomine confederationis Longobardorum appellata perseuerauit, graue admodum Rom. imperij dispendium, ac Hierosolymitanæ expeditionis manifestum impedimētum, quoniam iter quod ipse Fridericus in Syriam facere promiserat, occasio hæc, nē fieret, diutiùs suspendit.

Eodē anno Vangionū antistes Hēricus, pro defensione libertatis Ecclesiasticæ dissensionē haud paruam cū suis ciuibus habuit, q̄ cū admoniti eius obedire mandato contempserunt, ciuitatē interdicto supposuit, ac diuina ibidem celebrari vetuit. Verum cū nec sic proficeret, omnem clerum de ciuitate extirpe præcepit, præter pauculos admodum

paro-

Longobardi
tates contra
Fridericum

parochialiū ecclesiarū curatores, quos in ea dimittendos procurauit: non tamē illi vel pœnitentes absoluerē, vel infirmos communicare poterant, nisi prius se mandatis parere pontificis promississent. Præterea nullus Ecclesiasticæ tradebatur sepulturæ, nullus ad communionem ecclesiasticā permittebatur ritū intrare. Cumq; ad vnius anni spatium hæc mala durassent, tandem interuenientibus ex vtraque parte bonis ac integris viris, res in concordiam venit.

Eodem anno Honorius III. moritur, postquam decretales epistolas compilauit, ordinem B. Frãscisci comprobauit, quem biennio post Gregorius in catalogo sanctorum retulit. Antea etiã ordinem Prædicatorum confirmauit, similiter & ordinē B. Marię domūs Teutonicorum. Sepelitur autem in basilica S. Marię Maioris ad præsepe. Post cuius mortem tanti terre motus repente exorti sunt, vt in môtibus Saluijs ad quinq; millia hominum perijisse constet, cadētibus domibus, faxisq; ex cacuminibus montium in habitatas cõualles passim hincindè ruentibus.

In cuius demortui locum, cardinales in vnum conuenientes, Gregorium nomen natione Hænicū, patria Anagninum, è familia comitum, Innocētij III. nepotem, pôtificem eligūt, sedit annos 14. menses tres, antè Hugolinus dictus.

ANNO 1227. Henricus filius Friderici II. Imp. Germanorū rex, cõuentum principū ad dominicā passionis in Quadragesima apud Aquisgranum conuocat patris iussu, in quo de expeditione Hierosolymitana concilium habitū fuit. Comparuere in eo conuētū penè totius regni principes, Sifridus Moguntinus, Theodoricus Treuirensis, Henricus Colonien̄ archiepiscopi, Salisburgensis quoque & Magdeburgen̄ cum Breuen̄ archiepiscopi, cum eorū suffraganeis, dux etiã Austriæ, qui antè biennium redierat de terra sancta, dux Bauariæ, dux Carinthiæ, dux Brabantie, dux Lotharingiæ, Henricus comes Palatinus Rheni, Ludouicus Lantgrauus Thuringiæ, & dux Flandriæ, qui duodecim annis Parisijs in vinculis retentus à rege Gallorum, tandem saluus eua-

ferat. Eo etiã in conuentu Henrici regis vxor, filia Lupoldi ducis Austriæ, per ministerium Henrici archiepiscopi Colonien̄, in reginam vnctā & coronata fuit, atque in sede regali iuxta maritum honorificè collocata.

Gregorius postquam pontificatum iniit, monuit Fridericū sub anathematis pœna, vt primo quoque tempore in Asiam cum exercitu proficisceretur, recuperandæ Hierosolymæ causa: promissit autem Fridericus se id facturum: indictumq; est veris tempus ad conueniendum Brundusij, quo ex portu tunc soluere est pollicitus: pontifexque crucesignatos qui in orbe Christiano multierant, vt ad diem conuenirent, missis quaquauersum tabularijs, admonuit. Conuenit ingens militum multitudo, præcipuè ex Germania. Ver autem iam penè exactū erat, expectatus est requisitusque Fridericus. Interpellabat enim necessitas, iuramētum, ac præfixus terminus ad iter. Ipse verò dictos crucesignatos Brundusij expectantes deseruit, infirmitate (vt asseruit) detentus.

Interim sub ignoti aëris intemperie plures cruce signati diuersis mortis causis periēre, vbi & clarę memorię Thuringorum Lantgrauus diem clausit extremum. Superuenientia enim æstatis caumata occidentales milites, præsertim Germanos sub cælo frigidiori nutritos, grauissimis afflixerūt morbis. Ad eum autem Lantgrauij necis nuncium, Fridericus ex insperato Brundusium aduolauit, vbi tandem ad pontificis nuncios & epistolas, ad tertium Idus Augusti cum omni classe Brundusio soluit, *in animo sibi esse in Asiam traicere, paratisque omnibus qui tum aderant, subsequi iussit, licet non multò post redierit.

Eodem tempore Iohannes Hierosolymæ rex cum Berengaria vxore, pontifici rem gratam factururus, Bononiam venit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Quem pôtifex Gregorius Romandiolæ & exarchatūs Rauennæ gubernatorem ducemque instituit. Non minùs, quàm primum idem pontifex intellexit, Fridericum obmissa navigatione in Italiam reuertisse, ipsum latè

S. Elisabethæ maritū is fuit.

Altera Friderici excōmunicatio.

in eum autoritate Honorij Papę predecessoris sui excommunicationis sententię subiacere denunciavit, offerens quoddam impartiretur sibi iuxta formam Ecclesię absolutionis beneficium, quàm citò in terrę sanctę succursum iuisset.

Dein anno 1228. Fridericus amicorū precibus & minis pontificis fessus, trāsivit in Syriam, & peruenit Acam in mense Augusto, habuitq; tractatum per internuncios de pace cum Sultano. His ita pergentibus, Rainaldus filius quondam ducis Spoleti, quem Fridericus in Sicilia præfectum dimiserat, terras inuasit Ecclesię. Vicissim pontifex Iohannem Hierosolymę regem ex Roman-diola accersit, aliasq; Ecclesię copias contra Rainaldum prædictum & alios Friderici partium destinavit. Interim idem Fridericus oratores Romam mittens, absolutionem à pontifice reconciliationemq; quia votis satisfecerit, imploravit: sed pontifex petitionibus eorum repulsam dedit, & Hospitalarijs Templarijsque in Asia militantibus, ut Friderico tanquam hosti publico fauores detraherent, iniunxit.

Fridericus cum Sultano induci.

ANNO Domini 1229. fit compositio inter Imperatorem & Sultanū hoc modo: Quod Sultanus restituat quiete civitatem Hierusalē imperatori, excepto templo Domini, tradidit etiã totū regnum Hierosolymitanū, exceptis quibusdam castris, treugę quoque decennales inter Christianos & Saracenos sunt pactę. Compositione itaque facta, perrexit Fridericus cum baronibus suis & magistro Mansionis domus Teutonicorum ad capiendam possessionem Hierusalē, & fecit se coronari in regē in medio Quadragesimę, mittens postmodum oratores ad significandū Papę, regibus & principibus Christianitatis, quomodo suscepisset coronam regni Hierusalē, treugasque ad decennium inter Christianos & Saracenos fieri curasset.

Restituta Friderico Hierusalē cum regno.

Papa verò Gregorius audita hac pace cum Sultano, (cū admoniti execratiq; Rainaldus marchiam Anconitanam, & Cūradus vallem Spoletanā infestantes, ut captas de terra Ecclesię vrbes & oppida redderent, adduci non

potuissent) Iohannem Hierosolymę regem cum exercitu Ecclesię in regnum Apulię misit, & ut homines regni illius Friderico rebellarent, operam dabat. Quod & factū est, ex hoc enim plures civitates & castra à subiectione imperatoris se subtraxerūt. Quę cū Fridericus accepisset, celeriter recessit à Syria, relinquens ibi senescallum suū cum multis copijs.

Redijt itaq; Fridericus cum duabus galeis in regnum Apulię, cœpitq; recuperare civitates sibi rebelles: aduocavit etiã exercitū de Alemania, regnumq; Apulię, quod pro magna parte sibi rebellauerat, recuperavit. quin etiã & patrimonium B. Petri ac ducatum Spoletanum, marchiam Anconitanam, civitatem Beneventanā, quę omnia sunt de iure Ecclesię, inuasit.

Venerat autem ex Syria magister militię Teutonicorū cum Friderico. Hęc magistrum vnā cum Messanēsi episcopo Fridericus ad Gregorium misit, & veniam supplex oravit. Ad quod pontifex prius assensum præstare noluit, q̄ vncias auri centum & 20. millia Ecclesię Rom. ob illata damna persoluisset. Ipseq; pro ea re ad pontificem Anagninā venit. Quo facto, benedictione Apostolica restitutus imperator, & rex vtriusq; Sicilię appellatur, ac ita benignè accipitur, ut ad pontificis mensam discumberet, paxq; inter eos plena fieret anno Domini 1230. Hęc est, ut puto, series rerum gestarum inter Gregorium Pont. & Fridericum Imp.

Fridericus conciliatus papæ.

Ex quibus autem causis vterque ad præmissa motus fuerit, scribentes non concordant. Scribit enim Antoninus, cū in principio sui pontificatus anni Gregorius imperatorem exhortatus fuisset, ut iurisdictionem ecclesię, scilicet inuestituras pontificum & collationes beneficiorum, nō usurparet, terras plurimas Ecclesię restitueret, clericos tallijs non grauaret, censum debitum de feudis redderet, ille superbia plenus nihil emendavit: propter quod Gregorius eum execrauit iterum & de nouo, quod & fecerat Honorius.

Causa diffidij inter papam & Fridericum.

Sed certè ex epistola Gregorij, quam scribit ad regem Francię, quę incipit, Asscen.

Ascendit de mari bestia: conuincitur, Gregorium hoc in tempore ob has causas Fridericum non excommunicasse, sed pro eo quod ad terminum prefixum ipse Fridericus cum cruce signatis non transiit in succursum terræ sanctæ, proturauerat, & sub pœna execrationis sibi præceptum fuerat. Dicebat autem imperator iniuste se excommunicatum, eum etiã in termino iter arripuisset, & mortuo Lantgrauio in itinere, grauis eum infirmitas redire compulisset, & sic per euidentem infirmitatem deberet esse excusatus.

Refert idem in epistola quæ incipit, In admirationem: quanta stipèdia præmiserit ad subsidium terræ sanctæ, videlicet quod iugiter aleret milites ultramontanos septingentos, & de suis ferè trecentos. Ad quæ pontifex in prædicta epistola, Ascendit de mari: respondet, Fridericum infirmitatem simulasse, de eius ficta ægritudine per literas prælatorum ibi consistentium cõstitisse, ideò quod obmisso passagio non iuerit, denunciatum execrationi ab Honorio latæ subiacere, cum oblatione, quod impartiretur sibi iuxta formã Ecclesiæ absolutionis beneficiũ, quàm citò in terræ sanctæ succursum iuisset.

Subiungit, Sed ipse Fridericus clauis Ecclesiæ paruipendens, non absolutus in Syriam transiit, ubi cum Sultano solis sibi mœnibus restitutis, relicto Saracenis templo Dominico, ex defensore mutatus sit in hostem. Fridericus verò nunciabat, ciuitatem Hierosolymam cum toto regno, exceptis paucis castris & templo, sibi restitutam. Conquereretur autem de pontifice, quod eum in recuperatione regni Hierosolymitani per legatos suos studuerit impedire. id verò negabat pontifex.

Conquereretur non minùs imperator, quod dũ ita peregrinaretur in seruitio Iesu Christi, pontifex regnum suum hostilitèr vsurpauerit.

Ad quod pontifex respondit, quod quia Rainaldus Friderici præfectus inuasit regnum Siciliae speciale patrimonium Ecclesiæ, nè inde impugnaretur sedes Apostolica, legati sui intrauerint regnũ, multosq; obediètes inuenerint,

qui ob id periurium non incurrerint, cum à iuramento fidelitatis, quod eidem Friderico præstiterunt, exlata in eum execratione absoluti fuissent. Subiungitq; dicens, Dictoquæ Friderico redeunti, & ad sinum matris Ecclesiæ reuertenti, absolutionis beneficium curauimus impertiri.

Ex his colligitur, quod ob alias causas tunc non fuit execratus, ipse etiã regnum Hierosolymitanum retinuit, & quod pontifex ei postea contra quosdam in eodem regno secum litigantes iustitiam administrari mādauerit, pro ut de hoc in eadem epistola patuit. De recõciliatione ista Platina scribit, quod Fridericus Brundusium rediens, pacis admodum cupidus, vltro pontificem rogavit ut in gratiam recipiatur, imperatorque appelletur, ac pro regno Siciliae verus ecclesiæ feudatarius habeat: quod quidem nõ prius impetrauit, quàm vnicias auri centum & 20. millia ecclesiæ Ro. ob illata damna persoluisset.

ANNO salutis nostræ 1220. sub Hermanno de Salza Magistro generali ordinis Teutonicorum, erat dux super Polonos & Moscouiam vir catholicus Cunradus nomine, cuius (vt creditur) opera Ro. pontifex legatũ misit episcopum nomine Christianum, vt Prutenis tunc pagani fidem prædicaret catholicam. Licet autem parum profecerit, ipsi tamen pacem tenebant cum Christianis, donèc satore malorum instigante, inter eos & Polonos de finibus contentio esset exorta.

Hinc factum est, quod Pruteni terrã Polonorum peruasurunt, cæde ac incendio omnia vastantes, prædasq; agentes, regionem Colmèssem & Luboniã quasi redegerunt in solitudinem. Et quia dux Cunradus non satis ab initio restitit prædictis malis, non contèti, incursiones crebras fecerunt in terras Christianorum, homines vtriusq; sexus perimunt, quasdam mulieres & pueros occisis viris abducunt, & si qui sequi non poterant, occidunt, nonnullos pueros sudibus infigunt. Et præualentes tandem in tota Polonia, monachos & presbyteros ab altaribus trahunt & interficiunt. Insuper in breui spatio temporis

plùs quàm ducentas & quinquaginta ecclesias parochiales, multaq; monasteria, spolio priùs factò, funditùs incinerant, sacramentum corporis Christi pedibus conculcantes, & virgines sacras aliasq; passim ad stupra trahentes. Horrendum dictu, ità ducem ipsum oppreserunt, vt eis nec resistere, nec quicquã negare posset.

Inter has angustias constitutus dux, accepit fratres domùs Teutonicorum, homines esse bellicosos & inuictos, gratiã & fauorem Ro. pontificis, necnò imperatoris habentes. Consilio igitur habito cum proceribus terræ in præsentia domini Christiani legati Apost. deliberauit inuitare fratres prædicti Ordinis pro tutela sui ac regni còtra Prutenos. Et cum omnibus placuisset consilium, idem dux legatos misit solènes ad dominum Hermannù generalem Magistrum, qui voluntatem ducis Cunradi ac subiectorum eiusdem exposuerút, cum oblatione remunerationis condignæ.

Verùm cum dictus Hermannus intellexisset negocium istud supra vires sui Ordinis esse, valdè difficilem se reddidit. Tandèm tamen à Ro. pontifice & imperatore nonnullisque principibus persuasus, non sinè multa pollicitatione, habita deliberatione cum fratribus Ordinis, munus id agnouit. Et primùm duos fratres, quorum vnus erat Conradus de *Lansperg*/ pro tractando negotio in Poloniam misit, qui dum primùm ingrederentur Poloniam, inuenerunt Prutenos vastare terram, & ducem absentem esse. Vndè rogatu ducis, contractis tumultuariè copijs Polonicis, occurrunt Prutenis, & post difficilem pugná lætalitèr vulnerati sunt. quo viso, Poloni terga dederunt: itaq; victoria potiti, cù spolijs Pruteni abièrút. Post quorum recessum hi duo fratres inter cadauera occisorù adhuc viuentes, ad Ducissam reducti sunt, & tandèm curati.

Interea dux adueniens, tractare cœpit cum fratribus, tandemq; communi placito suorum, solèni stipulatione atque perpetuo iure possidendam concessit atque tradidit religioni *M. domùs

Teutonicorum terram Colmensem ac *Lubonię, vnà cum omnibus terris, quas à Prutenis valerét obtinere. Quę omnia firmata fuerunt literis ac sigillis ex more sufficiētibus. Confirmauit hoc post eà Gregorius nonus, qui etiã mandauit fratribus, vt pro remissione omnium peccatorum vindicare deberent iniuriam Christianis ab ipsis paganis illatam & inferendam. Hęc secundùm chronicam Ordinis.

Aeneas verò Syluius de temporibus Friderici III. & Europa, Barbara, inq; gens Prutenorum & idolorum cultrix vsq; ad Fridericù Imp. eius nominis secundũ fuit, sub eius verò imperio cum amisissent Christiani Ptolemaidã Syrię ciuitatè, fratres Teutones S. Marię indè fugati, in Germaniã redièrunt viri nobiles & rei militaris periti, qui nè per ocium marcerèt, Fridericù accedentes, Prussiã Germaniæ conterminã Christi cultum spernere dixerunt, sepè illius gentis homines in Saxones cæterosque vicinos excurrere, ingentè vim pecorù atq; hominum abigere, esseq; in animo sibi compescere gètem barbarã: annuatim imperator, prouinciamq; fratribus perpetuo iure possidendã tradat, si eam armis acquirant: iam enim Muscouiæ duces, qui se eius terrę dominos affirmabant, ius suum fratribus dederant. Grata oblatio Friderico fuit, qui collaudato proposito, quas voluèrunt fratres sub aurea bulla literas cõcessit. Hęc ille, quem post Ptolemaida captam, Fridericù hæc dedisse scribere miror, cum alitèr historijs probis constet.

At donatione hac firmata, Magister generalis ordinis Hermannus de Salza, supradictis fratribus duobus in auxiliũ transmisit fratrem Hermannù de *Bals*/ fratrem Theodoricù de *Berchten*/ fratrem Cunradum de *Nicol*, qui quoddam S. Elizabeth cubicularius fuit, & alios duos fratres, adiuncto illis satis notabili comitatu. hi oēs venerunt ad castrũ vulgò dictũ *Vogelsfang*/ quod iam ad instantiã fratris de *Lansperg*, religioni edificauerat in quodam monte dux Polonus. Mox elegerunt prædicti fratres in caput suum, fratrem Hermannum de *Bals*/ quę vocauerunt prouincię magistrum,

* Magistri
* Marię

strum, qui consilio inuito, munitionem vnam nouā edificauit super fluuium Vistulam, quam vocabant Nessouiam.

Et cum rumores hi peruenissent ad Prutenos, euestigiō incursionē iij faciūt in Poloniam, homines terrē cede ac incendio molestātes. & cum vidissent fratres in habitu cruce signato, quærebant, qui essēt, à quodā captiuo. ad quod ille: Hi, inquit, missi sunt ab Ecclesia catholica cum mandato, vt vos iugiter armis insectentur, nec desinant donēc & vos ad Christianam fidem recolligant. Quo responso audito, plausum fecerunt, & prædam noctam abducunt.

Deindē cum auxilio ducis Cunradi edificauit Magister Hermānus ab altera parte fluuij Vistulæ, castrum dictum **Thoren** anno Dñi 1233. quod hoc modo factum extitit: Quercus ampla atq; patula nata erat in edito loco, quam in castelli modū erectis propugnaculis iuxta ripam muniērunt Vistulæ, vbi collocato præsidio vltiores Prutenos vexare cœperunt. Pugnatum est sepē pro quercu, & indē ingentes paganorum copiæ sepē fugatę. habebant autem in flumine nauiculam ad hoc instructam, vt necessitatis causa nauigio possēt ad Nessouia profugere. In eodem loco trans Vistulā fluuiū fundarunt ciuitatē **Thoren**, quæ tamē indē translata est postea, vt suo loco sequenti generatione scribetur.

In hac generatiōe Frisia ferē tota submergitur fluctibus marinis, periērūt hominum plus quā centū millia, propter irreuerentiam factā sacramento, à quodā pugile, sicut postmodū reuelauit B. Maria virgo, & constructa est Ecclesia in eodem loco, vt fertur. Mons quidam in Búrgundia per idem tempus diuiditur, & quinq; millia hominū suffocantur, tandē ad alios montes accessit mirabiliter. Item lapis grandis cecidit in monasterio S. gabrielis apud Cremonā, habens signum crucis & imaginē Christi expressam, desup̄ aureis literis scriptū fuit: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. et cœcum illuminauit, secundū Vincen. Erat autem glacialis lapis. eo liquefacto, vnixerunt oculos monachi cœcutientis, & visum recepit.

In hac generatione circa 1223. annum Philippus Augustus Francorum rex, facto defunctus est. Eius mortem cometa præcessit cum prodigijs quibusdā alijs. Successit ei filius Ludouic⁹, qui primū inuito regno Pictauos rebelles, nam ad Anglum defecerant, armis recepit.

Ludo. Frācorum rex.

ANNO 1225. Clara virgo sanctissima, diui Francisci disciplinis & exemplis in diuino opere plurimū erudita, ijs temporibus apud Assisium in precio habitata est, cuius fama Honorius & Gregorius permoti, eam honoribus & gratijs adiuuare pro viribus cœperunt, & cum sanctissimē vsq; ad vitæ exitum vixerit, Alexander quartus postea eam in sanctorum catalogum aggregari curauit.

S. Clara.

Circa finem huius generationis Fridericus secundus ducatum Austriæ erexit in regnum, de quo extat epistola inter epistolas Petri de Vineis, subsequenti tenoris: Fridericus Dei gratia Ro. imperator &c. Friderico duci Austriæ & Stiria suo dilecto principi & comiti Carniola, gratiam suam et omne bonū: De fulgore throni Cæsarei velut de sole radij, certæ prodeunt dignitates, vt primæ lucis integritas, minoris luminis non sentiat detrimenta: tantoque magis imperiale sceptrum extollitur, tanto cura regiminis à sollicitudinibus releuatur, quanto tribunal ipsius digniores in circuitu circumspicit regiones. Hac igitur consideratione commoniti, tuis deuotissime princeps noster supplicationibus inclinatus, nec minū ad honoris sacri imperij exaltatiōem respectum habentes, de infra scriptorum principum nostrorum cōsilio, videlicet S. Ratisponenē episcopi, L. Vormatiē episcopi, H. Bambergē electi, C. Brixienē episcopi, S. abbatis Campidoneñ, C. abbatis Cluniacēñ, C. ducis Morauia, & B. ducis Bauiaria, ducatus Austriæ ac Stiria cū pertinentijs suis & terris, quas hactenū habuerunt, ad nomen et omen regiū transferentes. Te hactenū prædictorum ducatum ducem, de potestatis nostrę plenitudine & magnificentia principali, promouemus in regem, eundem libertatibus, emunitatibus & iuribus, prædictūq; regnū tuum præsentis epigramatis auctoritate dotantes etiā adre-

Austria regio honorē aucta.

giam dignitatem, vt ex honore quem tibi libenter adijcimus, nihil honoris & iuris nostro diademati aut imperio subtrahatur: quinimmo sicut hactenus tamquam dux, princeps & fidelis noster extiteris, sic in posterum persistatis, nihilque propterea iuri & honori imperij in predictis regno & terris suis omnino depereat: hoc specialiter expresso, quod successores tui non per electionem eligantur, sed semper maiores natu ex generatione tua ex te & successoribus tuis legitime descendentes, & ipsi regno succedant: nullus ex eis coronam vel consecrationem in predicto regno de manu cuiusquam suscipiat, nisi a nobis & successoribus nostris tantum in curia, aut alibi ex commissione a nobis facta. Alij vero heredes minores natu, non habeant aliud nisi quod ex regis gratia poterunt obtinere. Illud etiam iuri regio coniungimus, vt si aliquis comes aut inferior de regno tuo, contra te aut successores tuos forsitan excesserint, ipsum per sententiam curie iudicare poteris &c. etiam banno, vt moris est, imperij Romani.

GENERATIO XLII.

ANNO salutis nostrae 1230. sub Gregorio 9. regnante Friderico 2. Hierusalem & Siciliae rege, Sueviaeque duce, imperatore Constantinopolitano Roberto, Francorum rege Ludouico, incepit 42. generatio. quo in anno Fridericus 2. benedictione apostolica reconciliatus, imperator & rex Siciliae ac Hierusalem declaratus est. Venit inde pontifex Perusium, profugos reduxit, duosque & 20. menses in ea vrbe permansit.

Romae magistratus, Senatorius

Romae interim magna seditio orta est: ceperant paulo ante Romani explorato consulum magistratu, senatores quandoque vnum, quandoque binos creare annuos, quibus penes eadem quae prius fuerat consulibus, custodia urbis iurisque dicendi potestas attributa, vt ad plenariam rei administrationem, praeter urbium arciumque & prouinciae urbi adiacentium subiectionem, nihil deesse Romanis videretur: Annibalque ex Annibala gente Romana nobilis senator factioni consentiebat, in quam multi inciderunt sacerdotes. Hi pontificem formidantes,

cum senatore populum ad rebellionem concitarunt.

Eo tempore Tiberis excrescens, multa damna intulit, & tanta peste laboratum est, vt vix decimus quisque superfuerit. Venit tum pontifex Romam, & publice omnes priuatimque distributa pecunia consolatus est, praeter Annibalem, qui execratus & depositus, Iohannem de Poli habuit successorem, praeterque sacerdotes & clericos de haeresi conuictos, quae dignitatibus & beneficijs sunt priuati. Celsante peste, senator in Viterbiensem duxit, illis plurima damna intulit. sed a pontifice missis quatuor cardinalibus, reducitur accessitque; postea ad urbem Reatinam pontifex, deinde Messanam, Spoletum postea, ac demum Anagninam profectus est.

Romae interea ad apertam rebellionem ventum est. Senator enim more praescorum legem rogauit, populusque sanciuerat, vt omnia prouinciae Romanae oppida reipublicae penderent. Non est tum veritus pontifex, dissuadentibus Cardinalibus, Romam proficisci, vt homines ad sanitatem reduceret. verum cum nihil proficeret, Reate se contulit. Quod cum et Fridericus simul venisset, collocuti de rebus agendis, in hanc sententiam venire, vt Romanos, coniunctis copijs, adoriretur. Quod adeo pollicebatur Fridericus, vt filium suum Henricum susceptum, quem Sardiniae regem declarauerat, nisi reculisset pontifex, voluerit vadem dare, vt scribit Blondus.

Iussus itaque imperator legatum pontificis adiit, Monteflasconi cum Ecclesiae copijs agerem, quod & ipse suas ex curia accersuerat, primusque in Romanos Viterbium vastantes imperator protulit signa. Et cum esset decertandum, imperatorij milites se subtraxerunt. Fridericus vero recto itinere Pisas, & inde in Alemaniā se contulit. De hoc facto ita continetur in epistola Gregorij ad regem Franciae missa, quae incipit, Ascendit de mari. in qua repetit idem Gregorius, Fridericum sibi improperare, quod ad instantiam pontificis Romanos tunc Viterbium oppugnantes diffidauerit, & in Viterbiensem subsidium strenuam militiam miserit, & quod papa scripserit Romanis, id praeter suam conscientiam fieri, & quod

Romanorum rebellio.

Fridericus Germaniae redijt.

quòd cum ipsis eo irrequisito firmauerit concordiam.

Ad quod ibidè respondet pontifex, venisse Fridericum nõ rogatum, promissèq; q; terram ecclesie perditam in pristinum statum reduceret, & ipsam pro viribus defensaret in Tuscia, ad quã vires suas cõtulerit, sed recuperatione castri, quod modico labore reduci poterat, impediuerit: immò cum hostibus Ecclesie, vt ex consequentia facti & literis demonstrari possit, fœdus pepigerit, vt ipso certo die exindè recedente, illi ad arma confurgerent, & B. Petri patrimonium occuparent.

Prosequor historiam. Hac itaq; perfidia, inquit Platina, pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua confugientibus magnũ proposuit præmium: quare tanta multitudo confluit, vt postea Romani aperto Marte cum Ecclesie copijs congregari nusquam sint ausi. Recuperato itaque & patrimonio S. Petri, & agro Sabino, pontifex Perusij agebat.

Ea tempestate scelus Constantinopoli emerfit, cuius causa Latini indè breui sunt expulsi. Robertus nãq; Antifiodorẽ Constantinop. imperator, quanuis senex, virginem insignis formæ Græcam nobilem despondit vxorem, non ignorans eam Burgundioni cuidam prius fuisse desponsatam. Burgundio furore accensus, noctũ cum militibus palatium puellæ ingressus, fractis foribus, eam naso detruncato deformauit, matremq; illius quæ sibi eam desponsauerat, mari demersit. Id cum manè rescisset imperator, vlcisci non est ausus, Latinis omnibus iniustitiam eius, & Burgundionis audaciam damnantibus. Sed opportunè Robertus post moritur, & Balduinus adolescens frater eius (sunt qui filium dicunt) sufficitur. Cui imperator Exagonarum, procurantibus Venetis, filiam in matrimonium obtulit, pollicitus fore, vt Romanie imperium, terram omnẽ, insulasq; pulso Bataza, in generi ipsius redigeret potestatem.

Sed Latini hoc matrimonium impedire, veriti nõ Balduinus fœderi viribus auctus, vlcisceretur iniuriam fratri illatam, dicentesq; Balduinum imperio gu-

bernado nimis iuuenẽ, Iohannem Brennum Hierosolymorum solo titulo regẽ, de quo supra, ex Italia Romandiolaque euocauerunt, cuius filia nomine Martha, Balduino desponsata est, suadente Gregorio põtifice: constituiturq; quòd post fœderi mortem Balduino permitteretur imperium.

Iohannes quàm primũ inijt imperium, nihil duxit antiquius, q̃ Balduinũ generum in Gallias mittere auxilia imploraturum. Tulit ægrè Exagonarũ imperator, quòd à Balduino contemptus esset neglecta filia, quã modò Theodoro Batazæ filio despõdit vxorem. Qua iuncti affinitate Græci imperatores, pellendis Latinis non minùs arma quàm animos iunxerunt, pressumq; est ilicò terra & mari imperium Romanie, & tũ aliqua Veneti, tũ maximè plura imperator Latiniq; amisere. Deindè anno Domini 1237. Iohannes imperator obiit, & Balduinus ex decreto imperium resumpsit. Alij scribunt dictum Iohannem obiisse anno 1240, & eodem anno Balduinum resumpsisse imperium, & imperauit annis xx. Iohannes verò Bataza apud Adrianopolim Orientalis imperator appellatus, & alter Exagonarum imperator, partim diuisis, partim coniunctis copijs, Latinos vt Græcia eijcerent, adnuebatur. & Bataza quidem Smyrnam & Satalam maritimas vrbes obtinebat, Marcus Sannutus Aegei maris insularum possessor, et Leoguala Rhodum tenens, ei suberant.

Inuasit tum Bataza Cretam Venetorum ditione, qui Sannuto mercede conducto, classem hostilẽ repulere, & insula ex integro recuperata est. Per quod tempus cum rebellassent Ragusæi, à Venetis in amicitiam recepti sunt.

Interea Balduinus multo bellorum onere grauatus, cum aliter pecuniam à mercatoribus habere nequiret, filium suum Philippum infantẽ illis loco pignoris tradidit Venetijs custodiendum, detrahitque culminibus sacrarum ædium plumbum, & id vendidit. Cumq; nec sic satis prouisum esset, lanceam spongiãq; quib; Dominus & Saluator noster hinc potatus, indè vulneratus fuit, & cru-

Iohã. Bren-
nus Cõstan-
tinop. Imp.

Attẽde stu-
diũ Græco-
rũ in expel-
lendis Lati-
nis.

cis ligni sacri partem Venetis tradidit, opem ab eis petens, & quòd illa pignori tenerent. Nam & Græci Constantino-
polim terra & mari cinxerant arctissima obsidione. Veneti illò classe xxv. triremium missa, Græcum in obsidione superant maxima clade, atque Constantino-
polim liberant. quin etiàm Leogual-
la, qui Græcorù classi præfuerat, Rhodum insulam & seipsum Venetis subiecit per fœdera.

ANNO Domini 1232. prædicata crux est contra Prutenos mandato Gregorij papæ per terram Alemaniã, gratia cuius superuenerunt fratribus Teutonici ordinis plurimi bellatores, quorù ope M. Hermannus ædificauit ciuitatem, dictã hodiè, *Das alt hauh*. ANNO deindè 1239. venit in auxilium fratribus Otho dux de *Brunschwig*, ducens secum magnam militiam. hic subornauit quendã neophytum ex Prutenis, quòd venit in Prussiam, simulans se odio Christianorum aufugisse, & quòd castrum *Walge*, quod fratres vi antè ceperant, facile capere possent penuria præfidij, asseruit. Persuasi itaq; Pruteni, cõtractis magnis copijs, obsidione castrum cingunt. Verùm dux Otho vbi opportunum visum est, vnà cum his quos habere poterat, excurrit in hostes, eosq; vsq; ad vnum occidit. mansit aliquandiù idem dux apud *Walge*, & frequentibus excursionibus Prutenos adedò humiliauit, quòd veniã petentes, baptisma susciperent, subiectionemq; religioni promitteret. inter hæc multas munitiones & oppida M. Hermannus in Prussia extruxit.

Erant per id tempus in Liuonia fratres religiosi, vulgò dicti, De Gladio. hi præter crucem habebant in vestibus gladios affixos, militabantq; pro defensione fidei contra paganos. & quia videbant negociù ordinis B. Mariæ indiès prosperrari, habitis hincindè tractatib; per Ro. pontificem voluntariè se passi sunt Teutonicorum religioni vniri: & hodiè ordo iste Teutonicorum, Liuoniam in sua habet potestate.

ANNO Domini 1241. M. Hermannus de *Walce* moritur, & in magistratu Popo de Otterna in prouincialem substituitur. Erat per idem tẽpus in Pome-

rania dux Suandepoldus Christianam fidem professus. hic per plures annos cõtracta societate seu fœdere cù Prutenis, adnitebatur non modò fratres, sed & Christianos omnes ex Prussia pellere, in quo bello fratres Ordinis multa passi sunt, ità quòd sæpè desperarent se posse resistere. Qua de re Innocētius 4. episcopum Mutinẽnẽ legatum illò misit, dans in mandatis, vt Prussiam in quatuor episcopatus diuideret, & quòd crucem cõtra prædictum ducem prædicaret: ex quo maxima suborta sunt bella, amiseruntq; fratres Ordinis ferè omnes munitiones, & occisi sunt multi. Attamen in vigilia S. Barbaræ virginis noctù capiūt castrũ vnum, dictum Schartuiza, in quo inuenerunt scrinium, & in eo caput B. Barbaræ virginis depositum, prout scriptura indicabat, ex quo lætiores facti, reliquias sacras absportauerunt, & in Ecclesiam ciuitatis Colmenfis venerabiliter collocarunt, vbi & hodiè in precio habetur.

Esset verò longum narrare, quæ mala, quas pugnas dux Suandepoldus contra religionẽ patrauerit. nam etsi baptizatus esset, peiora tamen infidelibus cõmisit. tandẽ post multos annos superuenerunt in auxilium fratribus marchio de *Brandenburg* / episcopus *Merspurgen*, Henricus comes de *Swargenburg* maximis copijs, qui coadunati copijs fratrum, circa annum Domini 1250. terram Prutenorum percurrunt, prædas agunt, captiuos abducunt, igne & ferro omnia proterunt, in eamq; necessitatem ducem redigunt, vt pacem petere cõpelleretur. Quo factò, legatus sedis Apost. missus, pacem perpetuã inter milites ordinis ac ducem multa stipulatiõe interueniente, conclusit atq; firmavit, quam pacẽ idem dux postea vel inuitus, quoad vixerat, seruauit.

Et in ea septentrionis parte varijs successibus vtrinque tumultuatũ est, cùm Fridericus in Germania quoque superiori, quòd nupèr redierat, nõnullis principum factionibus agitatur. intercesserat enim inter ipsum & Héricum filium Germaniæ regẽ similtas quædam, quare & filiũ in Siciliam deportari iusserat. Ea res magno principum studio in con-

Fratrũ Teu-
tonicorum
succellus.

Frates gla-
dio & cruce
insigniti.

Fridrich
magella.

conuentibus plerisque; est acta. Tum uxorem tertiã, regis Anglici sororem duxit, nuptijs Vormatiæ celebratis. Deinde circa annum Domini 1235, Italiã repetit, quæ cum diuturna pace vires recuperasset, rebellioem meditari dicebatur. Durauit enim hætenus interim Longobardorum societas, quæ sub primo Friderico Barbarossa cœperat, vrbes completa potentissimas, Mediolanum, Brixiam, Mantuam, ac maiorem Romandiolæ partem, & in transpadanis Veronã, Vincentiam, Paduam & Taruisiũ, quibus Veneta vrbs tum penitus dominio maritimo consentiebat. In Friderici vero partibus erant Cremonenses, Bergomenses, Parmenses, Rhegienses, Mutinenses, & in alpibus Tridentum. ceteræ vrbes & oppida Longobardię, Romandiolæ & marchię Taruisinę, pro fortuna varietate alternis fauebant.

Erat tum Ecelinus in marchia Taruisina nobilis & potens, cuius auus eiusdem nominis, Teutonicus miles sub Othone (vt scribunt plerique) tertio uenerat in Italiam. Hic uero sub Friderico 2. auctus est opibus adeo magnis, vt tyrannidem sibi constituerit maiorem cæteris omnibus, quas absque imperij aut regni titulo Italia raro aliã pertulerit. Friderico itaq; Italiam ingredienti, prima vrbs Verona in illius partes Ecelini opera est reducta. inde Fridericus Mantuanum ingressus est agrum, Mercariam, Clarumque oppidum vi capta direptaque incendit. & Cremonam accedens, nouem mensibus apud eam moratus est, ex qua cum esset moturus, obfidendam Mantuam comminatus, flexit de itinere in uinceninos, qui ex improuiso copijs circumdati, cœperunt de ditionis facere mentionem: ea fretus occasioe Fridericus, dum ultrò citroq; cõmeant oratores, urbem dolo captam diripuit atq; incendit, ad eamq; tantisper morat, quoad exercitus populatur deuastatq; agrum Paduanum propinquũ, in Taruisinos duxit: circumfessamq; cepisset urbem, ni Patauinus immisso milite subuenisset.

Dum Italiã Fridericus eo ardore infestat, filius Henricus principum (vt putant) Germanorum studio cum Longo-

bardis fœdere coit. Quod cum pater Fridericus comperit, ueritus nè ducenti aduersus filiũ proceres Alemanix aduersarentur, pontificem per nuncios orauit, vt contra rebellem filium literas daret. Pontifex fœderis ignarus, concessit literas apostolicas, quarum vi Alemanni patri aduersus filium parerent. Vnde Fridericus filium cepit, de regno deposuit, ac captiuum in Apuliam relegauit, ubi postea moritur. Et scribunt aliqui, quod iubente patre necatur.

ANNO Domini 1236. Fridericus in Alemania multa castra per Austriã nociua Reipub. destruxit, cum superiore anno mandato imperatoris rex Bohemix & dux Bauariæ Austriam inuasissent. Tũ imperator iustitiam tam minoribus quàm maioribus administrauit: iniustos autem morte multatos, ac etiam interminatos, extra prouinciam profligauit. ducem quoque Austriæ Fridericum multoties propter varios excessus nuncijs & literis uocauit, qui uelut superbus venire contempsit. tandem sententiam proscriptionis tum propter contemptum, tum ob multorum querimoniam prælatorũ ac principum, in eum fulminauit. nã idẽ dux fecit omnia claustra in ducatu Austriæ irrupi, pecunias ac deposita diripuit. ita & in Ecclesias sequeijt. exegit in super de vnoquoq; mense 60. denarios. Vnde imperator intravit Austriã, & in Vienna, quam multis flagitijs dux Fridericus polluerat, honorifice susceptus est. descendit etiã filius eius Cûradus per Danubiũ, comitatus multis principibus, deditq; se vrbs Viẽna imperatori, quam pro imperio suscepit, cauens literis, nè ab imperio aliquãdò abalienaretur, his uerbis: Volum, inquit, vt nunq; per cõcessionem alicuius beneficij vrbs Vienna de nostra & imperij transeat potestate. quarũ quidẽ tenor litterarum, in chronicis Australibus ad integrum descriptus habetur.

Eodem anno mortuo Henrico filio Friderici imperatoris in carcere, idẽ Fridericus in Italia constitutus, Manfredum filium suũ ex libera natũ, ad principes Germaniæ cum oratoribus misit, mandans vt in locum demortui Henrici, Cunradum filium legitimũ in regem

Germa-

Austriã Fridericus vastat.

Vienna Austria in imperij potestate.

Germanorum eligerent, qui mandatis imperatoris obediētes, Cunradum in regem elegerunt, quem ipse imperator Fridericus, dispositis rebus in Austria, secum Ratisponam, vbi conuentū principum habuit, ducens, denuò in regem eligi procurauit, atq; Nemetum proficiscens, hoc idem fieri tertio voluit.

Cunradus
Frid. 2. filius
rex designatus.

Deindè Fridericus ac Cunradus filius eius in regem Germanorum electus, scripserūt Gregorio Papæ per archiepiscopum Rauēnātem, quomodo iura sua ipsis in regno Hierosolymitano nōnulla subtracta essent, petentes ea sibi restitui mandari. Commisit ergò pontifex præfato archiepiscopo, vt legat⁹ id exqueretur. Hæc cideò collegi, vt appareat, à tempore reconciliationis anno 1230. factæ, vsq; ad 1238. apertam inter pontificem & imperatorem controuersiam non fuisse.

ANNO Domini 1238. Henricus vltimus Alsatię Lantgrauius sinè hēredibus obiit, cuius quidē titulus cum feudis, beneficijs & ministerialibus ad episcopum Argentinēsem deuoluitur, atq; hodiè manet. Nā in idipsum vndè prodijt, tandē redijt.

Eodem anno cœperunt omnia inter pontificem & imperatorē tumultu agitari, propter res bellicas in Italia per imperatorem contra Longobardos paratas. Composita siquidem re Alemaniæ, Fridericus in Italiam reuersus est, proposito socias bello vrbes edomandi: & primi omnium Patauini ab Ecelino blāditijs inducti, partes imperatoris sunt secuti, quibus ilicò Ecelinus iugum imposuit seruitutis. Pontifex verò de Friderici in Italiam reditu apparatusq; certior factus, sedis Apost. protonotarium ad eum misit, orans vt si pacem ecclesię, si suam ipsius beneuolentiam, quā proximis diebus in fauorem suum aduersus Henricum de vxoria dispensatione perceperat, tanti faceret, quanti Christianus princeps facere deberet, constituta cum Lombardis à Friderico auo suo fœdera, quæ Hēricus pater seruauit, etiā ipse conseruaret.

Misit deindè Gregorius tres cardinales, qui re infecta, Viterbiū sunt reuersi. Pontificem nanq; vt Blondus scribit,

magis quàm Lombardos deprimere anhelabat. Prius autem quàm recederent à Lōbardia cardinales, Fridericus in montem Clarum duxit, Brixianorum oppidum expugnatum direptumq; incēdit. Et cūm Brixianos non posset trahere in suas partes, in Mediolanē duxit.

De hoc Anton. Audiens, inquit, Fridericus quòd ciuitates Lombardiæ Mediolanum, Bononia, & aliæ plures Romandiolæ, rebellāssent ab eo, & ad deuotionem Ecclesiæ rediissent, magnis copijs contra eas profectus est. Demum Mediolan cum omni conatu, & legati papæ, et tota colligatio Lombardię, quę Ecclesiæ adhærebat, bellū iniēerunt cum imperatore in loco dicto, Curia noua, & post magnum conflictum, Mediolan cum socijs victi sunt, multis interfectis & plurimis captis cum Carrocio suo, vbi etiā captus est magistratus Mediolan, filius ducis Venetorum, ac multi alij nobiles Lombardiæ. quibus omnibus ductis in Apuliam, filium ducis Veneti fecit imperator suspendi super turrim, quæ erat in littore maris, alios diuersis cruciatibus fecit trucidari. Ex hac victoria recuperauit dominium Lombardiæ. exindè cum sex millibus armatorum Brixiam obsidens, quam postmodò pactis in deditioem accepit, & similiter omnes alias ciuitates Lombardiæ, exceptis Bononia & Parma.

Auditam cladem Mediolani pōtifex molestissimè tulit: ommissaq; deinceps spe benè gerendæ rei ob illatum socijs incommodum, redire ad urbem instituit. Sed Iohannes Cincius tunc senator sortido loco nat⁹, pecunia à Friderico corruptus, vt Blondus & Platina scribunt, obstitit, custodiam portarum complicibus attribuens. fortè de illa corruptiōe loquūtur, de qua narrat abbas Vrprin- gen, quòd imperator quodam tempore conuocauerit ad se de ciuibus Rom. potētissimos & nobilissimos de familia eorum qui dicuntur* Fregepanes, ac nonnullos alios, habueritq; cum illis tractatum qualiter eos faceret vasallos imperij. Iussit itaq; eosdem sub certa æstimatione precij computare, quantum valerent bona immobilia eorum: quo factò, omnes res illas dato eis precio comparauit

uit ab eisdem, & easdem res illis in feudū concessit ratiōe fidelitatis, quam deberent sibi & imperio.

Nihilominus Ecclesiæ studiosi, occupato Capitolio, Iohannem de iacentes, per legatos pontificem reducūt: qui Romam veniens, disperfit per vicos pecuniam, & annonam paulò post plebi distribuit, fueruntq; nonnulli seditiosi tum relegati. Licet autem pontifex molestè ferret cladem Mediolanē, tamen in meliorem spem erectus, ducem Venetorum existimans ob illatam filij necem Fridericum persecuturum, & quia Veneti & Genuenses discordabant, vehementer eos pontifex planè composuit, veritè propter similitudines in bellum laberentur. Constituit pontifex accipientibus pacem annis nouem his conditionibus duraturam: bella vterq; populus susciperet gereretq; communia, nec pacem, amicitiam, bellumve alter sine altero cum* Vataza Græco imperatore habere aut inire posset, & vtriusque populi nauigia amborum simul deferrent insignia, vt pars quæ huiusmodi constitutæ paci contraria primum faceret, excommunicaretur, interdictum à sacrificijs incursum, cuius sententia tum lata est.

Secundum hanc pacem magna omnium lætitia constitutam, arma pontifex spiritualia in Fridericum exercuit, excommunicatione in illum ad diē cœnæ domini promulgata, & omnibus iurifurandi religione solutis, qua imperij regniveratione illi tenerentur adstricti. et quidem ea pax laudabilis, vel ea ratione maximè fuit necessaria, vt hi præpotentes Italiæ populi hinc Friderico, inde Græcorum imperatori Latinos opprimenti, possent resistere.

ANNO 1139. pontifex imperatoris animositatem intelligens, cum Venetis aduersus eundem iniit fœdera, per quæ classis triremium 15. est armata cõmuni impensa, quam adhiberi voluit pōtifex Friderico Siciliæ* viribus expellendo, qui intereà post Mediolanē cladem Cremonæ aliquandiū fuit, vbi exercitum & reparatum & auctū maiore solito coegerat. quia tamè Dominicæ resurrectionis solennia imminebant, ea apud Paduam

tunc sibi primum omninò per Ecelinū subditam, celebrare constituit.

Vndè factum est, vt tertio ipsius paschatis die, ad eunte Friderico Ecclesiæ Paduanæ Dominicam domum, accelerans tabellarius, cõstitutæ apud urbem pacis & promulgatæ execrationis imperatorem fecerit certiore. Is itaq; facie ad simulatam animi quietè composita, de sua iustitia, deq; rei ipsius indignitate multa disseruit, Petrusq; Vineen suarum magistrum epistolarum, magna facundia virum, sermonem habere iussit, suis laudibus suisq; de Ro. Ecclesia, deq; Rom. pontifice meritis redundantem. Duxitq; deinde in palustrem Venetorum terram, prædamq; abegit, & in Venetos conuicia iactauit, & cum vltra ire non posset, aqua impediēte & sagittis, reuersus est Paduam, obsides ab eis recipiens. Deinde Veronam pergens, iterum Mantuam velle obsidere simulauit, eductisque copijs Parmam petit, atque inde Lucam, & postremo Pisas, Ecelino interim Taruisinam marchiam occupante.

ANNO dein 1240. Gregorius Montelongus legatus apostolicus Bononiæ agens, & classis Veneta, & Mantuanus populus, Ferrariam inuaserunt, quam Salinguerra honesto loco natus Ferrariē, qui Ecelini sororem duxerat, pro imperatore gubernabat. Oppugnata est aliquandiū vrbs, fuissetq; diutiùs defensa, nisi egressum ad colloquium Salinguerram legatus intercepisset, qui à duce Venetorum, vrbe capta, Venetias est ductus, vbi in pace obiit. Ferraria verò à legato Azoni marchiōi Estēsi attribuitur pro Ro. Ecclesia gubernada. Veneti postea cum pontificis copijs nonnulla damna Friderico fecerunt classe sua.

Interea miserabiliter se scriptis per orbem missis lacerant pontifex atq; imperator. Conqueritur per mundum Fridericus de pontifice, quod pacem cū eo initam non seruauerit, tum peregrinationis suæ tempore Siciliam inuaserit, quod Castellæ ciuitas contra pacis formam detenta sit. Item conquerebatur, quod dum in Italiam intraret pro recuperandis imperij iuribus cum multorum bellatorum millibus, miserit pōtifex Gregorius

Tertio Frid. excommunicatur.

Ferraria Estēsi marchiōi data.

Causa diffidij inter Grego. & Frid.

obuiam episcopum Prænestinum, qui à deuotione sua tentauerit Mutinã auertere, & Placentiã deindè, quantum potuit, auerterit, & contra eum, nè trãfire posset, exercitum Longobardorũ congregauerit. Et quomodò ipse Gregorius sibi Friderico scripto Apostolico mādauerit, vt de negocijs Longobardorum in se cõpromitteret, quo id suspendere perpetuò, vel ius imperij liberè suffocare posset.

Subiungit, quòd cùm Longobardi post victoriam contra Mediolanũ obtentam, de resistentiã desperãssent, ad summum pontificem confugerint, asserentes, nisi ipse eos contra Fridericũ publica vi defenderet, ad ipsius & imperij dominium cogentur redire. Et quòd Gregorius Lombardis contra eum & imperium corporale præstiterit iuramentũ, & quòd totius orbis decimas terræ sanctæ vtilitati reseruatas promiserit eisdẽ, si suo arbitrio negocium exequerentur. Et quòd per nuncios Panormitanũ archiepiscopum & alios ad Apost. Sedem misos, Fridericus deuotionem omnimodam super Ecclesiastica libertate & reformandis Ecclesiæ & imperij iuribus obtulerit, & quòd satisfactionem omnimodam pollicitus fuerit. Et nihilominus Gregorius, contradicente saniore parte fratrum suorum, contra decreta sanctorum patrum, ipsum excommunicauerit iniuste. Et quòd nisi B. Petri vicarium, iudicem non habeat.

Hæc & alia plurima scripsit Fridericus cardinalibus, regib⁹ & principibus, quæ de verbo ad verbum narrat Gregorius in epistola, quã scripsit ad regẽ Frãciæ, & incipit: Ascendit de mari bestia. in qua adhæc & alia conuicia pontifex respondit, omnia esse falsa. De ciuitate Castellæ dicit, quòd ciues se Friderico sacramento fidei, Ecclesia ignorãte, prodiderint, vnde per hoc nullũ ius acquiserit imperator. non enim erat in potestate ciuiũ Castellæ, spoliare Ecclesiã & dare se alteri. Ad hoc Fridericus etiã præstiterit sapius iuramentum de reddendis possessionibus Ecclesiæ Ro. ad eum peruenientibus. infert, Quomodò ergò ausus est petere, quod absq; per iurio non potest retinere?

De ciuitate Castellæ.

Quòd autem scribit Fridericus, à Papa se impeditum in consecutione iurium Ecclesiæ, respòdit pontifex, monuisse se per literas Fridericum, nè crucis negocium, quod ad vtilitatẽ Ecclesiæ, imperij, & toti⁹ populi Christiani fuerat ordinatũ, impedire valeret, vt in eũ compromitteret pro sedanda imperij & Lombardorum discordia, miseritq; Prænestinũ episcopum officio sibi legationis cõmisso, sicut hoc sibi incuberet ex officio. q̄ si Placentinorum concordia, eo protestãte, saluo honore & iuribus imperatoris & imperij et quorumlibet aliorum, non placuerit, id legato non debeat imputari. Sed nihilominus postea miserit Ostienẽ episcopum & cardinalẽ pro pace, iuxta formam acceptã ab eisdẽ nuncijs inter Lombardos & imperatorem reformãda, illis ampliora adimplere paratus, ipse autem Fridericus reformatiõem pacis noluerit acceptare. Falsum quoquẽ, quòd contra eum & imperium pontifex corporale præstiterit iuramentum, seu quòd totius orbis decimas, terræ sanctæ vtilitati reseruatas, conuertere in subsidium Lombardorũ contra imperatorem promiserit.

Quòd autẽ scribit imperator, misisse se Panormitanum archiepiscopum cũ multis oblationibus, respondit pōtifex, oblationes fuisse verbales, cùm antè & post, terram Sardinie & Lunensis diocesis ad Ro. pertinentem Ecclesiã, nõ omiserit occupare, * in Lombardia etiã Ferrariam & quasdam alias Ecclesiæ terras, contra iuramentum temerè veniens, occupauerit.

Et in eadem epistola idem Gregorius exprobrat multa beneficia Friderico ab Ecclesia & à se Papa collata, & quòd ipse ingratus, impiorum baculis nõ desinat vniuersam turbare terram, regna subuertere, libertatem Ecclesiasticam extinguere, quòd etiã Siciliam in seruitutis extremę opprobrium deducens, Ecclesias omnes exossauerit, personas ecclesiasticas spolians, baronibus, militibus & alijs hominibus regni Sicilia, ad formam & conditionẽ seruorum inaudita crudelitate reductis. Et quomodò id temporibus Honorij deploratum fuerit, quomodò ipse paternè vt desisteret

Criminatur Fridericus.

Guel. sic. linc. ad.

230

ret admonuerit, pluriès nūcijs & literis ac longa patientia expectauerit, si forsitan oculos suos ad cælos leuare vellet. Quomodò deniquè Saracenos in odiū & malū Christianæ fidei foueat, recuperationem terræ sanctæ & negociū crucis impediatur, cum crucem publicè prædicari in regno prohibeat, & cōferri ad hoc, suis interdicat. et post pauca nominat Fridericum præambulū Antichristi. proponit, inquit, suis literis, quòd per nos tanquàm Christi vicarium, vinculo excommunicationis adstringi nō potuit, hæresim affirmans.

Cæterùm feruntur à plerisq; plurima in Fridericum cōficta crimina, quibus pietatē & religiōem læsisse dicitur; quæ quoniā inania bonis videri solent, cōsultò p̄terimus. Quantū enim & illud quod descripsimus dissidiū duorū principum attulerit orbi Christiano detrimentum, hodiè etiā spectare licet.

Atq; interim Fridericus 2. Cæsar, cū pro tatarum rerum auspicijs vires reparasset, aliquot mēses Pisis agebat, è qua primū vrbe discordijs et contentiōibus omnis Hetruria est infecta. singulas enī ciuitates, singula oppida pertentans, qui suas, qui Ro. pontificis partes essent secuturi, voluit intelligere. Et diuisæ sunt factiōnes etiā nominibus. nā qui pontifici & Ecclesiæ fauebant, Guelfi dicti sunt; qui Cæsaris arma sequebantur, Guibellini. nomen hoc apud Pistorienses aiunt primò auditum. Sed vtriusque sanè appellationis antiquior origo, sub Cūrado 3. qui circa annum Domini 1138. imperium iniērat, in pugna quadam cœpit, quum Guelfi auxiliares copię symbolum quasi hoc sibi haberent, *Hic Guelfi* qui verò sub Cunradi Cæsaris signis erāt, *Hic Guibellini*, clamarent. Cunradus enim Sueuus in eo pago vetustæ nobilitatis *Waiblingen* ferebatur nutritus. hinc Cæsariani Guibellini, pontificis socijs Guelforum nomen mansit, quòd olim Guelfus Italica auxilia contra Cæsarem Cūradum duxerat. Eius rei suprā in generatione 38. meminimus, bonorum scriptorū auctoritate freti.

Sed vt ad institutū redeamus, serpsit hoc factiōnum studiū adeò latè, vt nul-

la ciuitas, nullum oppidum, nullus populus ea labe perniciosissima manserit intactus. Vrbs enim in vrbe, prouincia in prouinciam, populi pars in alteram, nulla impellente alia quàm harum partium causa, gessere ab indè vsque ad nostra tempora bella. Nec modò diuisa sunt insignia in prælijs deferēda, sed colores, terræ fructus, vestiū habitus, ipse hominis incessus, digitorum concrepiti & oris hiatus, suarum habent partium significationem.

Fridericus autē vbi suos vbiquè notos habuit, eorum qui aut diuersarum censerentur partium, aut qui neutris consentire vellēt, expugnata oppida locaq; populatus est, & diuersarum partium patria pulsos, qui in suā facti sunt potestatem, nonnullos euestigiò interfici, quosdā oculis effossis in Apuliam relegari aut lacerari cruciatibus iussit. Pisani intereā fauore imperatoris tumefacti, classem armauere in Genuenses, qui adiuti à Venetis, Pisanos maximis affecere incommodis.

¶ Fridericus non minùs plenus spe & furore, Ennium filium Sardinia regem, attributa copiarum parte, præmisit Fulginatibus, qui vnā cum Viterbiens, Friderico non magis suorum populorum, quàm prouincialium rebellionem sunt polliciti. Secuti sunt nonnulli alij. Fridericus tunc Viterbij fuit, secuti in perfidia Ortani, Tusculanenses, Cornetani ac Monteflascones: eadem quoquè impietas etiā vrbem Romam peruaserat.

Pontifex itaq; in eam omnium periculosissimam perductus difficultatem, cum non haberet aliud, à Deo solo protectionem inuenit. Cardinalibus enim, clero, omniq; populo conuocatis, capita ipse apostolorum gestanda accepit, & cruce, cui portio viuificæ crucis inest, præmissa, à Lateranensi episcopo apostolorum principis basilicam petijt: vbi ambone cōscensò, orationē habuit commiserationibus plenam: porrectoq; brachio capita apostolorum ostendēs, flens atq; suspirās, lachrymātibus multis, nihil moratus, decretum promulgauit sacrosanctum, gloriæ salutisq; eternæ præmia illis pollicitus, qui aduersus

sceleratissimū Dei & Ecclesiæ sanctę hostem Fridericū pugnaturi, crucis characterē insignirentur. mirūq; populū Ro. à quo toties dissenserat, in ei⁹ defensionem armari in ea hostis potentissimi p^pinquitate, cuius largitione corruptos atq; etiā coniuratos esse potentiores quosq; cōstabat: vt nulli dubiū esse debeat, sicut Blondus inqt, diuina ope datam tunc Ecclesiæ pontifici; salutem.

Venienti enim Friderico tū, vt portas murosq; perrumperet, amplissimo exercitu, cruce iam signata cohors, cominūs est congressa. ad cuius conspectū adeò territus, adeò in insaniam versus est, vt cruce signatos captos, ad se viuos perducere, in prima ipse pugnās acie, clamauerit: perductisq; caput partim illis in crucis modum quadrifariam scindi iusserit, partim in fronte crucem ferro candenti reddiderit, clericis autem ferro coronā cæsā in crucis formam vulnerari mandārit. Et cū populū Ro. vidisset constantiam præter spem, tertia q̄ aduenerat die, omnia vrens, deuastās in itinere obuia, transijt in Campaniam. Vndē breuī pōst Beneuentum duxit, quam cepit ac diripuit. in Picentes delatus, Asculum obsedit: ab Entio quoque filio direptiones incendiaq; plurima vastitatesq; sunt commissæ. mirę verò & rarę sunt calamitates, quas per id tempus per legatos in regno Siciliae exercuit Fridericus. Multos archiepiscopos episcoposq; partim dicitur occidisse, aliquos incarcerasse, nonnullos relegasse, in quibus Catanensis fuit episcopus, à quo ab infantia fuit educatus.

Eo tempore pontifex decreuit, vt illa præcellens & dulcis hermanni Cōtracti monachi antiphona, *Salve regina*, certis diuinę rei horis adderetur, cāpanasq; ad Christi corporis & sanguinis cōfectionem pulsari, & laudes virginis speciali oratione in matutinalibus celebrari, ad hæc crucem fecit contra Fridericū ubique prædicari, dans plenarias indulgentias crucem assumentibus.

At Fridericus iterū ad urbem redijt via Latina hostili animo, Cassinensē quoque monasteriū legati ipsius spoliānt, aurea & argentea vasa frangūt, quę Fridericus cōflata redegit in nummos,

ac monachos indē eiecit. Sorā ferro flāmaq; vastauit, Templariorū bona ubique diripuit. Rauennam etiā repentino incurfu in potestatem suam redegit. Sunt qui his in bellis præcipua eū vsum esse dicant Saracenorum opera, quibus multa loca etiā in Sicilia colēda cum magistratibus dederit.

Inter hæc pontifex Gregorius apud Lateranum concilium indixit, in quo de abrogando Friderico haberetur ratio, suadentibus Francia & Anglię regibus, ad quos miserat cardinales auxiliij gratia. conuocauit itaq; omnes orbis Christiani prælatos ad concilium pro reformatione Ecclesiæ, & ad præsidia querenda terrę sanctę. Intelligens tum Fridericus concilium esse indictum, terra marique vias aduentantibus claudere curat. quamobrem Entium regem filiū suū Pisas mittit. alto nanq; nauigantes mari cardinales nauigio Genuensium, 40. habentes galeas, properant. Entius autē & Pisani hoc percipientes, progressi sunt contra eos inter portum Pisanū & Corficę insulam. Cardinales verò audientes Entium exaduerso venientem, rogant conductorem vt declinaret ab eo, nec prælium cum illo iniret.

Sed ductor Guilielmus parui sensūs superbia ductus, nē videretur Pisanos timere, bellum suscipit, vbi succumbūt naues Genuensium. occisi sunt multi, multi capti. Et inter cæteros cardinales legati duo & cōplures alij prælati, ducti sunt in Apuliam ad imperatorem, qui in diuersis carcerib⁹ eos collocauit, vbi plures mortui sunt. Vefontinus archiepiscopus in mari submersus est, cū multis alijs, abbates Cluniacē, Cisterciensis, & Clarauallēsis, archiepiscopus Rothomagensis capti, ad instantiam regis Francia, de cuius regno erant, liberati sunt. propter hoc factū Pisani mox execrati denunciantur.

Igitur anno 1241. Gregorius tantis malis afflictus, in ægritudinē incidit, ex qua decessit Romæ, cū paulò antè solis eclipsis apparuisset tāta, quanta nunquam antea. moritur autem anno pontificatus sui 14. Hic Gregorius decretales, Raimūdo qui fuit de ordine Prædicatorū, adiutore cōpilauit, quarū pmulgatio

Frid. urbem
Romani ag-
greditur.

Secūdo Fri-
der Romā
inuadit.

Conciliū
Friderici
rogatione
interceptū

Pisani
monachi

110

tio facta est anno Domini 1228.

Cælestinus
papa 4.

ANNO Domini 1241. Ganfredus ex Castellionia gente de Mediolano, episcopus Sabineus, Cælestinus 4. pontifex est creatus. Blondus scribit, Cælestinum misisse ad Fridericum legatos obfidionem Fauentiae continuantem, & multis illi de futura pace pollicitationibus deline conatum. Sed priusquam Fridericus respondere potuerit, Cælestinus ipse 18. pontificatus die defunctus est. Dederat hic pontifex magnam instaurandae pacis spem, & apud imperatorem profecisset, nisi subito vita decessisset. Erat ei frequens in ore, difficilius in secundis rebus quam in aduersis esse moderatum. Vacat tum sedes mensibus 19. causam tantae vacationis varie tradunt. sunt qui Friderici partim persecutiones, partim subdolas pacis promissiones, partim factas cominationes afferant. Blondus secutus Parmensem ordinis Minorum, qui vidisse se omnia scribit, Cardinales aut Melphitano carcere per Fridericum detentos, ne ipsis absentibus electio fieret, protestatos.

Paduanum
balium.

Priscus mos
monete ex
corio.

Interim Fridericus Fauentiam fame oppressam cepit, inde in Bononiam ducens, studio eam vniuersali priuauit, quod tunc primum Paduam est translatum. Et cum Bononia potiri non posset, vastato agro, duxit in Mutinensem atque Reginos. agris vastatis, pererat in Parmenses. Ingressus Romandiolam, omnes ciuitates tenentes partes Ecclesiae, & quae erant iuris Ecclesiae, cepit. Deficiente autem pecunia post pignorationem iocalium & vasorum argenti & auri, ut haberent milites stipendia, fecit monetam de corio, insignitam sua imagine & subscriptione, quae aureum valeret, editum ponens in exercitu, ut quicumque praesentaret talem monetam thesaurario suo, acciperet pro ea monetam auream quae dicitur Augustanus, sicut nunc ducatus, cuius sculptura erat ex vno latere facies imperatoris, ex altero aquila, & in obsidione Fauentina de illa monetam providebatur stipendiatis, pro qua postea receperunt auream, sicut erat constitutum. haec Anton.

Incidit in istam Romani imperij cladem nobilis illa Pannoniorum seu Vngarorum

strages, quam saeuitia Tartarorum Bela 4. rex Vngariae est expertus. fuit barbaris dux Batho, cuius expeditionis paulo superius obiter, & quod illi dicunt, *επιπολαιότερον* meminimus, qui late regnum omne vastans igni & ferro, Vaciam primo, postea Varadinum, demum Strigoniam diripuit. Atque hac usi crudelitate Tartari per triennium, quum fame deficerent, rege amisso, terras repetuere, quas illis in finibus bello acceperant.

Bela 4. Vn-
gar. rex.

ANNO Domini 1242. cum iam sedes per 22. menses vacasset, Balduinus Imperator Constantinopoli. & caeteri Latini in Romania habitantes, meliora quaeque; modo ditionis suae amiserant, adeo ut de retinenda Constantinopoli desperarent, quam saepe apparuit in potestatem Graecorum redituram, nisi Veneti obstetissent. nec erat apud eos obscurum, auxilia a Christianis frustra expectari aut peti posse, cum Romani Pontifex decesset opera & auctoritas. dedit itaque; Balduino ingenium necessitas, qui Raimundo comiti Tolosano sociatus, in Italiam est delatus, primumque sicut debuerunt, principes ipsi adierunt Fridericum. Impetrarunt vero imperator Constantinopoli. & Raimundus a Friderico, cardinales prelatosque; Melphitano carcere liberari, fore polliciti, ut illis cardinalibus ad collegium adductis, ad optatissimam pontificis electionem veniretur. Ergo Friderici nuncio Melphim misso, subito rumor vrbe peruasit, liberatos Cardinales Anagninam peruenisse.

Balduinus Romam petens, cum magno honore susceptus est, deinde Anagninam petijt. vbi redeuntibus ex carcere cardinalibus, Simbaldus gæte Flisca comitum Lauaniae Genuensis, in pontificem electus est, 4. Innocentius appellatus anno salutis nostrae secundum veteriorem computationem, 1242. sedit annis xj. mensibus 6. Placuisse fertur Friderici nuncijs apud Balduinum Imperatoris agentibus illius viri electio, Friderico amicissimi, certatimque Parmam, quam in potestatem suam is redegerat, venientes, electum nunciant, putantes placere tanti viri electionem. Is autem ex composito fertur respondisse, bonum se amicum Cardinalem, in acerrimum hostem

Innocentius
4. papa.

hostem Ro. pontificem permutasse. Hęc Blondus.

Att. præter
aliorū opi-
nionē quā-
do Card. li-
berati.

Sequuntur ferè omnes, ità q̄ mirum mihi videatur, quomodò potuerint scribere, cardinales è carcere fuisse liberatos, Anagnināq; eligendi pontificis causa venisse, quos tamen Fridericus tēpore suæ depositionis tenuisse carceratos legitur, cum postea Innocētius scripserit efficiendæ concordie causam præstitisse, si prælatos quos ceperat, venientes ad concilium & in carceribus impiè detinebat, relaxasset, vt de hoc in c. ad Ap. de re iudi. lib. 6. Nisi velim^o dicere, quòd cardinales relaxauerit, sed alios prælatos ac clericos in carcere retinebat, quorum restitutionem Innocētius petebat, quod est contra Blondum.

Innocentius autem pontificium habitum indutus, Romam veniens, prodeunte obuiam S. P. Q. Ro. omnium applausu ingēti suscipitur, qui statim peractis quæ de more in cōsecrandis & coronandis pontificibus fieri consueuerunt, de pace cum Friderico ineunda mentionem facit, Balduino ad rem cōficiendam authoritatē suam interponēte. in longum verò protracta res, quatuor mensū tempus sumpsit: conuentūq; inter eos tandē, vt pontifex ciuitatem Castellanam petens, eo loci imperatorē opperiretur, secum de componendis rebus sermonem habiturus.

Resciit interea (vt refert Blondus) pontifex, Fridericum in eius caput cum Rom. ciuibus machinari, vt accedens ciuitatem Castellanam, in itinere cape-retur. quare veritus nè si petitas denegasset conditiones, coniurati ad facinus in ipsa vrbe profilirent, petita pacis conditioni verbo est assensus. At Genuensium nauigio fretus, quod apud Centumcellas in portu confederat, in Franciam profectus est, quem rex Franciæ Ludouicus summa veneratione excipi curauit, deduciq; Lugdunum fecit, vbi ab omnibus benignè & comitèr est susceptus. Vbi cum rem Christianam summo studio reparare conaretur, non tam Fridericū lenire, quàm exteros etiā populos, qui totis viribus imminere iam Christianis videbantur, prædicare pietatem, detestari vitia*. Quam ob

causam missis ad Tartaros nūcijs, quòd ex Pannonijs in Italiam sperarent aditum, eos magna ex parte fratrum Minorum & Prædicatorum opera eò perduxit, vt non solùm Christianis pacem dare, sed fouere quoquē magnoperè solerent.

Deindè concilium Christianorum principum vocauit Lugdunum anno Domini 1246. missis per orbem nuncijs, vt omnes episcopi, abbates, & alij prælati ad concilium venirent, ad quod concilium etiā deuotissimus rex Franciæ Ludouicus venit, offerens se & suum regnum ad defensionem, sanctæ Ecclesiæ & ipsius papæ: & quia cōualuit breuī de graui infirmitate, voto transmarinam Crucem accepit: ad eò ad eius suggestionem in prædicto concilio Crux transmarina prædicata est. Fecit autem Innocentius papa in concilio citari imperatorem, vt personalitèr se præsentaret, & de obiectis criminibus responderet: qui comparere noluit, sed misit suos oratores & procuratores, videlicet episcopum Argentineñ de Alemania, & fratrem Hugonem magistrum mansionis S. Mariæ Teutonicorum, & M. Petrum de Vineis, virum literatum & eloquentissimum.

Hi in concilio existentes, excusarunt imperatorem, q̄ infirmitate detētus personalitèr non accessisset, supplicantes Papæ, vt dignaretur ei parcere, parato & offerenti se ad restituendum bona & iura vsurpata Ecclesiæ. Et quòd infra annum operaretur cum Sultano, vt restitueret terram sanctam Christianis. Sed Papa cum Concilio, attento quòd pluriès ecclesiam deceperat in suis promissis, cum etiā non apparerent argumenta verè pœnitentiæ & satisfactiōis, non dimittendo prælatos quos captiuos tenebat, non credidit procuratoribus, etsi mandatum ostenderet per bullam auream prædictorum obligatorium, hæc Antonin.

Alij, vt Blondus & Platina, scribunt datum fuisse tēpus quo id fieri deberet. verum cum Fridericus fallēdi arte callidus, dilationē petere videret, vt cum Papa alios quoq; interea opprimeret, Innocētius in ipso cōcilio solēnitèr ptulit senten-

Lugdunense
concilium

Fri-
lafe-
ge.

Friderico
imperium
abrogatum

sententiam contra eum condemnationis & priuationis imperij ac regnorum eius, prout causę depositionis & formę sententię in c. ad Ap. de sen. & re iudi. lib. 6. sunt descriptę.

Fridericus vbi intellexit depositionis sententiam in se latam, scribit regi Fręcię epistolam quę incipit, Etsi causę nostrę, in qua contendit probare, sententię de iure esse nullam, primò ex eo, quia etsi Ro. pontifex plenariam habeat in spiritualibus potestatem, vt peccatores quoslibet possit absolueret & ligare, nusquam tamen legi dicit, vt Papa diuina vel humana lege concedente, possit transferre pro libito imperium, aut de regibus & principibus in regnorũ priuatione temporalitèr iudicare. Deindè dicit, papã processisse contra se nõ per accusationis ordinẽ, cum nec accusator apparuerit, nec inscriptio p̄cesserit, nec per denũciationẽ legitimo denũciatore cessante, nec inquisitionis modum, quoniã clamosa insinuatio nõ p̄cessit: negat etiã crimina inserta fuisse notoria, vt Papa scribit: testes contra se produetos, asserit iniquos. Capuensem enim episcopũ reprobatur, cuius fratrem ex proditiõis crimine condẽnauerit ad suspendiũ: reliquos testes Hispanos, de negocijs Italię minimè instructos. Et dato quòd testes fuissent legitimi, tamẽ ipse nec p̄sens fuit, nec contumacitèr absens: cum (vt audiatur) in p̄dicatione citatus fuerit, vt per se vel responsales idoneos compareret, contumaciam suã magister etiã Thadęus de Suesia, cum mandato sufficienti comparens excusauerit.

Subiungit, & dato quòd fuerit contumax, tamen non est legitima contumacię pœna, quòd delatus aut accusatus, contumax iudicio nullo discusso per diffinitiuam sententiam debeat declarari depositus. causas verò in sententia expressas, dicit tales, à quibus omnibus incorruptibilibus veritas & publica monimenta eum defendant: censum verò neglectum fuisse per suos Officiales, quẽ etiã crediderit probè solutũ. Nec fuerit requisitus à papa. Post discordiam verò censum eundẽ consignatum p̄latorum & publicarum personarum si-

gillis, apud sacras ædes depositum. Refert etiã episcopum p̄dictum, magistrum quoquẽ domũ S. Marię Teutonorum, & magistrum Petrum de Vineis, vltimò pro omnimoda pacis consummatione tractare missos, quos saltem per triduum ad multorum nobiliũ ac p̄latorum instantiam p̄stolari noluerit pontifex summus.

In fine dicit, liquere quã iustè duxerit Papa eum de catholica fide suspectum, quã, teste summo iudice, in omnibus & singulis articulis secundum vniuersalis Ecclesię disciplinam credat firmitèr, ac simpliciter confiteatur: hortatur postremò regem, vt sibi cõtra pontificem assilat, prout in eadem epistola inuenitur.

Innocentius autẽ lata sententia, scripsit electoribus imperij, vt sinè mora p̄cederent ad electionem noui imperatoris. Et quia multi principes Alemanię opposuerunt se Friderico & filio eius Cũrado propter execrationem, in quam diũ Fridericus durauerat, elegerũt Henricum Lantgrauium Thuringię in regem Rom. qui in die S. Oualdi apud **Francofurt** Cunradum Friderici filium cum suo exercitu ignominiosè fugauit.

Iste Henricus obsedit **Neutlingen** anno Domini 1247. quapropter ciues votum fecerũt B. Virgini pro liberatione, quia adstricti erant Friderico iureiurando. ipse enim oppidum muris cinxerat, moxq; soluta est obsidio, atque ciues vt vouerant, capellam B. Marię sacra, vt hodiè cernitur, ædificauerunt. Idem Henricus Vlmam quoquẽ obsedit, vbi sagitta in incertum missa vulneratus, dysenteria postea moritur.

Mortuo Hérico, Guilielmus comes Hollandię eligitur. hic Guilielmus apud **Francfurt** exercitum habens, concessit Vldarico comiti in **Wirtemberg** aduocatię monasterij **Denckendorff** de quo habentur literę sigillatę apud eosdem principes. Iste Guilielmus paulò post à Frisonibus, quibus mouit bellũ, occisus est. Et quia vterque illorum benedictione caruit, non numerantur in Cæsarum catalogo.

Innocētius verò antequàm deponeret Fridericum, præmonuit consanguineos suos, vt Parma dimissa, Placētiam migrarent. quod & fecerūt. verùm Fridericus vt intellexit se depositum sentētia pontificis, mox domos consanguineorum Pont. Parmæ & villas in rure funditus euertit. ac paulò pòst, duce Burgundiæ, vt creditum est, in pontificis oppressione pollicente, suafus, Lugdunum accedere proposuit, mouitq; à Parma comitatum nō armorum magis quàm togatorum, qualem nullus duxerat imperator. Lombardiæ autē & Italiæ administrationem Entio filio regi Sardinia cōmisit, iniungens vt Parmam non exiret. Iam autem Taurinum venerat Fridericus, accepitq; quod Entius filius suafione Cremonensium in Brixianos duxerat, & quod per eius absentiam Parmenses exules, ope Placentinorū superatis prælio conciuibus suis apud* Tarum fluuium, urbem inuaserant, occisis multis Friderici studiosis, in patriam sunt reducti.

Fridericus his aduersis permotus, simul timens nè fortè alij Italiæ populi exemplo simili rebellarent, mox redijt. vocatoque Ecelino ex marchia Taruifina, copijs ex Apulia Siciliaque accersitis, cum 60. millibus armorum Parmam obsedit, in qua magna ciuitatum cum legato Apostolico auxilia conuenierant. Statuit tūm Fridericus urbē delere, & aliam in loco castrorum condere. iamque castra vallo fossaque munita, in modum ciuitatis ordinauit, Victoriamque vocauit, & nummos quos ibi percussit, Victorinos à Victore martyre, cuius nomine Ecclesia cathedralis ædificari deberet, nominauit.

Continuatum est ferè biennio bellum atrox variumq;, quo partes Guelfæ & Gibelinæ totius Italiæ se lacerebant. fuit autē vrbs Victoria vario gentium & rerum commercio frequentata, q; per singulos penè dies ex Aphrica, Mauritania, Asia, Aegypto noui homines, noua veste, nouis moribus sunt visi: animalia etiàm vidit vrbs Victoria, quæ post theatrales Romæ ludos Italia non viderat, elephantes, dromedarios, pantheras, leones, pardos, lynces & vr-

Victoriã vr-
bem Fride-
condidit.

fos albos, canes magnitudine horribiles, aues quoque rapaces, ac cicures. Fridericus quoque curauit præter vstatas aues adduci falcones, chluones, astures, gryphes albos, & quod eam decuit maiestatem, immensæ magnitudinis barbaros, bubones perspicuos: contraxitq; illò speciosissimas mulieres, fecitque ibi hortos & viridaria, vineas, confusiones cum villis.

Continuans sic obsidionem Parmæ Fridericus, plures ex hostibus captos, maioribus balistis in urbē proiecit, crudelitate nō solūm in viros, sed etiàm in fœminas vsus, multos ante portas laniari truncariq; iussit. Tandem anno 2. obsidionis propè exacto, legatus Apostolicus Gregorius Montelógus dictus, & Philippus vicedominus Lombardorum præsidio præfectus, oblata, quam diū expectauerant, occasione sunt vsi. Sagittarij nanque Germani & Saraceni in magnum coacti numerū, ad Parmæ portas fossasq; conglobati, id sunt adnixi, vt congregientes aut vulnerarent se mutuo, aut occiderent.

Tum legatus præfectusque structis in vrbe aciebus, maxima celeritate erumpunt, vt urbem Victoriam eximprovisò aggredierentur. præ securitate enim obsidentium & debilitate obsessorum, milites ociosè deambulabant, Friderici exemplo, qui tū per nemora lasciuiabat. fit incurfus, clamor ortus atque trepidatio. inermes se inculcantes, hostem aduentare furentem sanguinolētumq; conspicati, dum arma arripere properant, portam reliquere hostibus indefensam.

Nec mora, per omnes vias & vicos pugnari cœptum est truculentissimè, & crudelissima occisione facta, hostes vrbe Victoria cum omnibus opibus potiti sunt. nam & corona regia maximi precij, multaque vasa intercepta sunt aurea. Hoc audito Fridericus fugiens, in agrum Cremonensium se contulit, neque est ausus intrare urbem, cuius ciues magno numero apud Victoriam occisi fuere. ditatus tanta præda ecclesiasticorum exercitus, Victoriam urbem gloriosè deuictam, solo æquauit.

Reparauit breui exercitum Fridericus

Victoriã vr-
bis excidit.

cus, et in Placentinos duxit. domito oppido & monasterio S. Colubæ destructo, relinquens filium Entium in Lombardia, transijt in Hetruriam. Forliuenses enim, Ariminenses & Vrbinates cū tota marchia sibi fauebāt. Perusini, Assisij, Tudertini, pontificem sequebantur. præter Florentinos tota Hetruria Friderico parebat, qui accedens Florētiam, non est intromissus, sed postulāti concessum est, vt Guelphis eiectis, rerū Gibelini in Florentia potirentur. abiērunt in exilium Guelphi, pars manus incidit Friderici, è quibus aliqui capti et in Apuliam relegati, aliqui necati aut excæcati sunt.

Entius interim vicarius generalis patris in Lombardia, perrexit cum copijs Bononiam, vbi erat legatus cum gentibus ecclesię. Bononiens contra eum manu armata exierunt, & viriliter decertantes, Entium ac suos debellārūt, multis occisis ac pluribus captis, inter quos ceperunt Entium, quem miserūt in caueam ferream, vbi post aliquot annos vitam finiuit.

Hæc ferè fuerunt initia interituris Friderici rebus, posteaquàm eius omnis virtus inter muliebres delicias luxu elāguis, velut Annibalis vim fregit Campanum ocium. Nam post Victorię vrbs excidium cūm experiretur Fridericus multa frustra, in Apuliam contendit, vbi breuī siue morbo, siue veneno extinctus est. parū enim constat in tāta scriptorū diuersitate, quid vero propinquius. Necatum pleriq; nothi Manfredi, quem Tarentinum principem instituerat, insidijs asserunt.

Mortuus verò est anno Domini 1250. quum præfuisset imperio annos vltra 30. aliquot. nam variè computari solēt. Spem dedit bonam Ecclesiæ à qua educat^{us} est, nec sefellisset fortassè, si per inuestitia incommoda licuisset. Germanię regno præfectus, Innocentij 3. auctoritate, coronatus imperator ab Honorio 3. à quo rursus desecratus, deindè receptus in gratiam, neq; cum Gregorio 9. integrum statum seruauit, demùm ab Innocentio quarto imperij iure priuatus. Quo in loco finièrit vitam, non sanè constat. qui mores fuerint hominis,

è gestis coniecturam capere licet.

Vxores habuit, primam Aragonum regis filiam Mariam, è qua Henricum, cuius suprà meminimus, suscepit. ex illa quoquè genitum aiunt Cunradum regem Germaniæ, quāuis velint multi ex Iole Hierosolymitani regis filia natum, quæ Iordanum filium peperit: tertiam Mechtildé Anglicam, nec sinè sobole. Ceterum quid testamēti statuerit, quomodò remp. vel rem domesticam componi voluerit, non sanè liquet. oppida *Keutlingen* & *Eslingen* muris cinxit.

Ante hoc anno Domini 1247. Innocentius legatos per Franciam & alias prouincias misit, qui populis suaderent militiā Christi suscipere, Ludouicumq; regem Franciæ sequi, in Asiam trajicere properantē: impedire tamē hæc expeditionem nō nihil visi sunt Tartari, qui agmine bipartito Europā tum & Asiā inuaserant, prout suprà dictum est.

Eodē quoquè tēpore Grossonij, aliās Corasmini, gens Arabica, eorū deuota superstitione, Sultano Babylonis impellente, Templarios aggressi, eos fundunt, ac Hierosolymam faciliè capiunt mœnibus carentē. Christianos qui tūc in ea erant, trucidant: sepulcrum Christi ad ea intactum tempora reseruatum, maxima ignominia scædatum est. Hanc ob rem motus Innocentius, Ludouicum regem accelerare iter in Asiā hortatur.

Præerat tum Franciæ regno diuus Ludouicus, Augusti Philippi nepos, q̄ ex voto & Innocētij Pont. monitis Syriæ bellum cogitans, circa annum Domini 1248. classem parat, in Aegyptum prospera nauigatione defertur. vbi cūm in Damiatæ vrbs conspectum classis aduenisset, Aegyptij per ripas dispositi, nostros à continenti faciliè repellēbant. sed desilientes è nauibus Franci, hostem Damiatam repetere coegerunt. Positis non longè ab vrbe castris, primores Damiatani igne per muri circuitum imposito, noctū aufugēre. At nostri accepta illorum fuga, loco potiuntur, atq; ignem restinguunt.

Damiatam secūdò à Christianis capta circa annū Domini 1249. à Saracenicis

Vxores Friderici.

Keutlingen
Eslingen

Diuus Lud.
Franc. rex
Damiatam
recepit.

lue

Friderici captus

Friderici 2.
interitus.

lue purgata est per legatum qui in expeditione aderat. Mansitque ibi rex Ludouicus cum toto exercitu per estatem. non enim audebat vltra procedere propter fluuium Nilum, qui illo tempore inundari cōsueuerat. Quo anno & Alfonso Pictauiē comes, frater Ludouici, cum alijs quibusdam in Aegyptum auxilia Francorum duxit. Transcursa æstate rex de consilio, preparato tam nauali, quàm terrestri exercitu, 20. die Nouemb. contra hostes crucis Damiatam egressus est, atque non longè à villa Massera contra Agarenorum castrū se locauit, de belloque ibidem tractauit. fiebant interim leuia prælia quasi quotidie inter nostros & hostes.

Quibus diebus Sultan^o moritur, sed antè reuocauit filium ab Oriente, vt omni mora posthabita rediret in Aegyptum, moriens autem, curam totius exercitūs commisit Faradino fideli ac strenuo viro. Rex igitur cum omninò confingere cum hoste deliberasset, non patebat accessus propter brachium fluminis inuadabile. Cumque multis modis transitum tentasset exercitus, per quendam captiuum nostris capitaneis notificatum est, quòd non longè erat fluuius vadabilis certo in loco. Igitur in die carnispriuij sequētes conductorem, instructi flumen transire cœperunt, & sinè damno totus exercitus transijt. vbi nostri nunc cum hoste manus conferre poterant, versùs castra eorum erupunt, omnia igne & ferro consumentes, nec ætati nec sexui pepercerunt.

Progredientes vltra, cum Saracenis occurrentibus conflictum ineunt, quibus in fugam versis, multi sunt occisi, & inter illos eorum capitaneus. Et cum de hostibus iam plenam se victoriam habere crederent, acies nostrorum se inconsultè diuidentes, vniuersam illam regionem lustrare cœperunt. quod Saraceni perpendentes, resumptis viribus, irruunt in nostros tanta instatia, vt penè in fugam verterentur. Resistebāt tamen vt poterant, cum vndique ab hoste premerētur, & fieret strages horribilis, maximè nobilium & baronum, inter quos Arthesij comes regis frater bidem (vt creditur) occisus est: dura-

Ludouici
in Aegypto
succellus.

uit vsque ad horam nonam conflictus. Circa vesperā nostri vt poterant cœuantes, ac receptui signum dantes, se ad quendam locum renitentibus hostibus reducentes, castra locauerunt. Inueniunt itaq; se maxima recepisse damna, nihilominus cum se ad resistendū hostibus pararent, subito hostes fidei ex victoria animosiores effecti, tanto impetu nostrorum castra aggressi sunt, vt penè expugnarentur. tandè tamen nostri eruptione facta, eos repulerūt multis interfectis.

Cum autem nostrorum ita extenuatus esset exercitus, & balistarum subsidium defecisset, erat quorundam consilium, quòd antequàm Sultani filius rediret, qui cum infinita multitudine aduentare ferebatur, Damiatam nostrorum reliquæ remearent. sed Gallicana militia indignum ducens dare hostibus terga, vltra procedendum censebat. cumque super hoc disceptaretur, subito cum illa multitudine Sultani filius adest, qui audiens nostros superiore bello attenuatos, consilio suorum nostros aggredi statuit. nostrorum indies deterior fiebat conditio, pestis multos absumpsit: accedebat ad miseriarum cumulum tanta fames, quòd homines inferiores manus non possent sustentare. his incommodis coacti sunt Damiatam repetere. Quinta autem die Aprilis cum essent in itinere redeundi, Sultanus immensis copijs nostros aggreditur, qui infirmitate, fame, lassitudine extenuati, minimè valentes resistere, omnes permittente Deo in manus hostium incidunt, vt vix pauci euaderent qui non occiderētur, aut vinculis alligarentur. Sed & pius ille & illustris rex Francorum Ludouicus, cum duobus fratribus Carolo & Alfonso captus, in man^o hostium deuenit.

Postera die cum rex in carcere tenebatur, & ab infidelibus satis humanè tractaretur, Sultanus illum de treugis requiri fecit, petens vt statim Damiatam redderet: quod si non fieret, tam eum quàm suos omnes quos tenebat captiuos, gladio interficeret. ad vltimum inter eos pactis conclusum est, vt rex Damiatam Sultano restitueret cum omni-

Dam
Adm
refiti

Ludouici
captus.

omnibus rebus ibi inuentis, insuper & octo millia Byzantium Saracenicorum pro damnis & impensis, quas Sultanus fecerat: ipse verò Sultanus pro parte sua, deberet regem cum omnibus Christianis quos ceperant Saraceni à tempore quo exercitus Christianorum intrauerat Aegyptum, relaxare. Insuper & omnes alios captiuos à tempore quo imperator Fridericus cum illis fecerat treugam.

Ad seruandum igitur ea hinc inde prestitis iuramentis, quum Sultanus cum suis iam ad recipiendam urbem Damiatam veniret, idem Sultanus coniurationibus contra eum suis, in via occisus est, atque cum eo multitudo magna suorum qui illum defendere parabant. Interfecto Sultano, hi qui in ea coniuratione principales fuerunt, armati ad regis tentorium venerunt, petentes vt iuxta pacta quæ cum Sultano firmauerat, sine mora Damiatam redderet.

Rex igitur cum de Damiatam retinenda omnino desperaret, habito suorum consilio, pacta firmavit. itaque statuta die ciuitatem receperunt, qua recepta, statim regem fratresq; eius ac omnes barones regni Franciæ & Cypri ac Ierusalem liberauerunt, captiuos autem postea non omnes perfidia Saracenicorum relaxati sunt. Rex autem Francorum post iniatas & firmatas treugas cum Saracenis, dum speraret Christianos in ciuitatibus quas adhuc tenebant, securos fore, de reditu in Occidentem ordinare coepit. sed maior pars militiæ Templi & Hospitalis & barones asserabant, post recessum eius Saracenos pacta non seruaturos, cum in eius præsentia periuri, iuxta pacta captiuos nondum liberassent. asserabant quoque Sultanum Alapiæ contra Aegyptum bella meditari.

Quibus auditis, rex contra suorum consilium deliberavit retardare reditum, sed germanos Carolum & Alfonsum remisit in Franciam ad custodiam regni anno Domini 1250. Remansit rex in Syria, nec quidem ociosè. nam munitiones & castra multa in Syria restaurauit atque firmavit, ibi etiam plurima pietatis opera exercuit. demum audita morte matris sue, de consilio suorum in Fran-

ciam redire disposuit: & dum esset in mari, tertia nocte naus regem deferens, adeo est collisa, quod à nauis & alijs submergenda crederetur: surgentes ergo sacerdotes & alij, inuenerunt regem coram corpore Christi orantem: factaq; est fama, regis merito naufragos seruatos esse.

Interea quædam iuuenum Germanorum & Gallorum manus, quod audisset Franciæ regem Ludouicum captum, terram sanctam petere statuit. hi se Pastorellos vocabant. Sed dum per Parisios, Aurelianos & Bituriges cæde, furto, stupris sæuiunt, à Biturigibus perempti sunt.

Reuersus autem Ludouicus rex de Syria, cum magno gaudio est receptus, & ex tunc seruentius proficiens de virtute in virtutem, ad omnimodam vitæ perfectionem peruenit. & cum ab infantia secum creuerit miseratio, ex tunc euentius super afflictos pauperes piæ gestans viscera, necessitatibus eorum succurrit. Tunc enim coepit fundare hospitalia domos pauperum, religiosorum ædificare monasteria, & in diuersis regni partibus indigentibus pecuniâ erogare, multos conuentus Prædicatorum & Minorum fundauit ex toto.

A N N O Domini 1250. Cunradus legitimus Friderici filius, ex Iole Iohannis Hierosolymitani regis filia (vt voluit nonnulli) procreatus, audita morte patris, subito contractis copijs ex imperio, erat enim rex Rom. viuentis patris designatus, cum magno apparatu tendit in Siciliam & Apuliam. Manfredus autem bastardus Friderici, interim se fecerat vicarium generalem regni fratris loco, & omnes ciuitates eius possidebat, exceptis Neapoli & Capua rebellantibus. Ecclesiæ enim adhæsisse feruntur.

Cunradus autem per mare vt tutius iret, per marchiam Taruisinam adiutus à Venetis, transiit in regnum. At Manfredus quanuis contristaretur de aduentu fratris, inhiabat enim ad regnum, tamen animi dolorem dissimulabat, & fratrem cum magno gaudio suscipiebat. Cunradus mox Neapolitanos læ-

Pastorelli.

Cunradus 4.
Imp. 99.

Damata
Admuro
restituta.

ſæ maiestatis crimine postulatos, ad ſatisfactionem deditioemq; faciendam interpellauit. Et cùm nihil proficeret, furens ciuitatem obſedit, quam 8. menſe ad deditioem compulſit, muro penè in circuitu euerſo immunitam reddès: meliores quoque vrbes ædes quaſque euertit. indè in Capuam conuerſus, que Neapolitanis cõſenſerat, eam quoque muro diruto diripi fecit, paritèr & Aquinum nobile oppidum vi captum, ſpoliatumq; incendit, & tandem ſecundo quàm aduenerat anno, omni potitus eſt Trinacria & Sicilia regno. Et vt ſcribit Anto. non ſolùm laicos, ſed & religioſos exterminans non ſibi fauètes in malo, eccleſias deſtruès, epiſcopatus & alias dignitates ad libitum concedens.

ANNO Domini 1251. Innocētius Papa poſt deſiſtationem Friderici, Guilielmo Lantgrauio Thuringiæ in regem Germanorum, vt principibus madauerat, electo, Hugonem tituli S. Sabinæ cardinalem preſbyterũ, ad principes regni Germanici legatum cum literis miſit, mandans vt abiurato Cunrado Friderici filio, Guilielmum regẽ legitimẽ electum ſequerentur. Vndè per motus ira Cunradus, Papæ fautores cum Guilielmo electo rege, crudeli vaſtatione perſequitur. quare in Sicilia & Apulia rebus (vt potuit) compositis, papa Innocentio in Gallijs adhuc exiſtente, cum exercitu in Germaniam reuertitur, atq; in Bauariam diuertens, ad Henricum ducem, cuius ſororem duxerat vxorem, eius auxiliũ poſtulaturo, acceſſit: qui paritèr contractis tumultuariè copijs, omnia penè quæ epiſcopij Ratiſponenſis dominio ſuberat, igne ferroq; deuaſtat. Deindè ciuitatẽ ipſam ingreſſi, Henricus dux monaſteriũ S. Emerami, Cũradus autem Eccleſiã cathedralem in diuerſorium commutauit. ſicq; ambę turpiter violantur Eccleſiæ, ſolaque innocentia pro crimine reputata vexabatur.

Conueniuntur deindè monachi monaſterij S. Emerami ſuper bonis cuiuſdam Iudæi baptizati, quæ nec habebat, nec receperant, atque ad reſtorationem impoſſibilem vrgebantur. Verũ cùm dare poſtulata minimè poſſent, dux

Henricus extortis monaſterij clauibus, omnem domũ & Eccleſiæ ſupelleſtilẽ rapuit ac deportari fecit. Igitur quarto Kaleñ Ianuarij in tempeſtæ noctis ſilentio, nobilis quidam de *Hohenfels* epiſcopi Ratiſponenſis ministerialis, tanti contra Deum & loca ſancta facti iniurij vicem dolens, ac veluti alter Phinees blaſphemiam in Deum, in ſanctos & Deo deditos homines, vlciſci cupiès, Cunradum regem impium, immò eccleſiæ hoſtem atque tyrannum, occultè ſtatuit interficere.

Quod fidelis quidam, Fridericus nomine de *Euueſheim* regi nimium familiaris & fidelis, dum intellexerat, precurrens, vt rex mox ſe abſconderet, ſuaſit: ipſe autem ſeſe ad lectum vbi rex dormire conſueuerat, ponens, à nobili preſdicto cum alijs ferme ſex regis familiaribus occiſus, turpiſſima morte extinctus eſt, atque rex mortis periculũ euadens, craſtina luce populo vniuerſo viuus ac cum gaudio deuotiſſimè veneratus à ciuibus, nè ipſis tanti criminis infidiola proſtitio impingeretur, humiliter regem exorârunt. Verũ tanti in ſe commiſſi ſcleris vindictam vlturus, monaſterium S. Emerami rursũ cum duce Henrico ingreditur, ac plura inibi ædificia ſubuertens, funditus demolitur. Vndè monachi obligatis bibliothecæ precioliſſimis libris, tyrannidem redimere coacti, altare quoddã portatile aureum, pondo marcarum ſeptem & ſexaginta, quod à tempore Hærici 4. extructum, vſq; ad ea tempora durauerat, diſtrahere compulſi ſunt.

Quod cùm Guilielmus rex reſciſſet, contractis vndique copijs, valida manu Ratiſponam contendit, atque in Cunradum mouere propoſuit. Verũ Cunradus auditis eiufmodi rumoribus, fuga ſaluti conſulens, in Apuliam eſt reuerſus. Henricus verò Bauariæ dux, quoniam cooperatoꝝ malorum extiterat, non itã diũ poſt, iuſtę mortis pœnas luit.

ANNO Domini 1252. Cunradus dimiſſa Germania, vndè iam pridem per Guilielmum regem fuerat expulſus, in Apuliam ſe denuò recepit, vbi poſt latã in ſe excommunicationis ſententiam, cùm

Guilielmus
Imp.

Cun
radus

Guilielmus
Cunradus
fuga.

cum plurima, tum in Rom. pontificem Innocentium, tum S. Petri additum patrimonium bella cedesque exercuisset, superatis Neapoli & Capua, tum corporis valetudine aliquantulum laborare coepit. Nam Manfredus ambitione ductus regnandi, adauxit infirmitatem, medicis magna & multa promittens, ut in clyster venenum ponerent, ex qua re ille de medio sublatus est, execratus & impoenitens.

Cunradi mors & testamentum.
 Hæc Anton. quod non vero simile videtur, cum testamentum fecerit, in quo hæredem instituit Cunradinum. Quis igitur crederet tum in extremis positum, suæ salutis immemorem fuisse? ad hæc sepultus in Fungia ciuitate Apuliæ, ut catholicus princeps, extitit in ecclesia. Nam Blondus scribit, quod Cunradus testamento Cunradinum instituit regnorum hæredem, datis illi ex Germania tutoribus, quibus regni Siciliæ in primo administratio demandata esset, cui Platina & alij quoque assentire videntur. Quod autem fertur Cunradus in testamento Cunradinum nepotem suum, filium scilicet fratris Hærici ex Constancia, regis Castellæ sorore natum, hæredem instituisse, error est, salua pace. fuit enim Cunradinus Cûradi filius ex filia ducis Bauariæ genitus, de quo extat epistola Cunradini, et incipit, Ex abundantia cordis, in qua sic scribit: Cùm autem magnificus rex Cunradus diuæ memoriæ charissimus pater noster, testamento solennitè condito, nos tenellum tempore mortis suæ in manibus sanctæ matris Ecclesiæ ac tutela reliquisset &c. Et in alia epistola Alexandri quarti, quæ incipit, Ad certitudinem, in qua prohibet, ne præstetur subsidium Cunradino Cûradi filio. vndè liquidò claret, Cunradum sine testamento nequaquam decessisse.

Innocentius verò ea Cunradi morte audita, nono tandem anno quàm in Gallias venit, in Italiam redire statuit, delatus Genuensium classe in Italiam, Romam idè non accessit, quia requisiti nuncijs & literis Romanos, ut attributam senatoribus quos tunc annuos creabant binos, potestatem quasi regiam, aut abrogarent, aut se præsentem moderatiorem curarent facere, sed euince-

re nequiuerat, recta concessit via Perusiam. & quia Manfredum principem Ta-
Manfredus Salernitanus princeps.
 rentinum audiuit ad regni Siciliæ tyrannidem adspirare, copias apud Perusiam contraxit, & deinde parato exercitu, regnum Apuliæ intrauit, ad primamque sibi & Ro. Ecclesiæ deditam Neapolim urbem, muro instaurato, eo itinere substitit, quem omnes ferme principes, in quibus etiàm Manfredus fuit, & populorum oratores salutatum reueritumque Neapolim adierunt.

Sed Antoninus refert, quod Manfredus callidus & perfidus, attendens quod Cunradus frater suum filium sub custodia matris hæredem regni reliquerat moriens, curam autem tuendi regni consanguineis vxoris, quos è Germania adduxerat, legauerat, quousque adolefceret Cunradinus, horum in manibus potestatem summam in regno posuerat: intelliges hæc oia cõtra se Manfredus peruisa, confestim cõuertit ingenium suum ad dolos. Nam quia Rom. põtifex Innocentius 4. persecutione Friderici & postea Cunradi exagitatus, excommunicauerat eos ac etiàm Manfredum eorum sequacem, ei reconciliatus est post mortem Cunradi ipse Manfredus, partesque Apostolicæ Sedis præferens, ad eam gratiam operam impendit, ut in principatu Salernitano à patre collato confirmaretur, & alijs titulis dignitatum augeretur.

Vndè pontifex Manfredi fauore subleuatus, fines regni intrauit, & in breui deiectis Cunradini tutoribus, cuncta in suam potestatem accepit. Cæterum non multò post Manfredus obortis aduersus pontificem discordijs, manifestè ab eo dissentiens, Nuceriæ copias parare ac bellum contra Ecclesiam mouere constituit: neque pontifex ipse segnius militem contra habere, & conatum omnem adhibere satagebat. sed inter hunc belli apparatus in Neapoli moritur, & in Ecclesia S. Laurentij sepelitur, dum breui se toto regno potiturum arbitratur.

Ipsius Innocentij decretum fuit, ut octaua natiuitatis Mariæ in Ecclesia Dei quotannis celebraretur. idem cardinalium sedes iam pridem vacuas re-

pleuit, statuitque vt cardinales equo veti, galero rubeo vterentur honestandi ordinis causa. Apparatus quoque decretalium ipse composuit, scripsit Apologeticum de potestate imperatoris & papæ contra Petrum de Vineis: multa quoque pro liberatione terræ sanctæ statuit, vt post *Agnus Dei*, diceretur psalmus, *Deus, venerunt gentes.*

Sed Innocentio vita functo, Manfredus ad ingenium rediens, vires factionum suarum reparauit, adiutus præcipua * Guibelinorum, qui reliqui erant, opera. Et sunt qui scribunt petisse eum veneno Cunradinum filium Cunradi, nepotem suum, quo perempto, dominatum Siculum occuparet, sed frustratum esse primo conatu.

Interea cum (vt aliquorum est sententia) vacasset aliquanto tempore sedes, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quarto, Alexander 4. natione Capanus seu Hernicus, patria Anagninus, in locum Innocentij successus est, sedit annos 7. Hic Alexander Manfredum statim admonet, nè quidquam contra dignitatē Ecclesiæ moliatur, sed ille monita contēnens, iā pridem animos regios gerens, mortuo (vt ipse fingebat) Cunradino, cuius se hæredem meritò dicebat, mox eum Alexander excommunicauit, hostemque iudicatum bello adortus est.

Manfredus accersitis multis Saracenis, ipsius pontificis copias fusas partim occidit, & partim cepit, & spolia obtinuit, et cum ex hoc multas pecunias cōgregasset, multos ex Aphrica Saracenos conducens, ac etiā Florentiæ & aliarum Lombardarum urbium extorres ad se euocans, maximum conflauit exercitum. Quo fretus, iteratò Alexandrum Papam obsistentem cum ignominia repulit. Hoc ego arbitror factum contra Papæ legatū, nā vt alij scribūt, Alexander diffusus regni negocijs, Anagninā se cum omni curia recepit, Octauianumq; Vbalina gente ortū, ecclesiæ Ro. cardinalē, Neapolim mittit, qui Neapolitanos contra Manfredum in fide confirmaret, pollicitus se breuē Campanis omnibus ac Neapolitanis auxilium allaturum. Sed Manfredus non contentus

Neapolitanos vexare, in Hetruria quorū factiones mouet, maximè verò Florentiæ, quæ mortuo Friderico, statim in libertatē se vindicauit.

Missus autem aduersus Manfredum Octauianus legatus cū pualidis copijs, vsque ad eò bello inferior fuit, vt magnā de se apud multos suspicionem relinquere, studio ne partium, quo ex genere inficiebatur, erat enim Vbalinæ gentis quæ imperio fauebat, Manfredo faueret, denique sub hoc, siue sponte sua cedente, siue per vim pulso, plerasque regni partes occupauit Manfredus. Potens de hoc factus, regio amictus paludamento, regem se appellari ac coronari curauit. legatum enim Apostolicum magnis cladibus attritum, in Neapoli clausit, & * gibelinos in Hetruria erigere curauit. Nam Florentinos paucò post tempore tanta clade superauit, vt relinquere urbem hosti sint coacti.

Non minùs interea Ecelinus Manfredi partium, in Transpadanis exercet tyrannidem: & cum Alexander ecclesiæ studiosis opem ferre statueret, Venetos habens ad id cupientissimos, creatus est Philippus Fontaneñ Ferrariēsi familia, Rauēnās archiepiscopus & sedis apost. legatus. hic Venetias venit, & Crucem aduersus Ecelinum prædicans, signatis vitæ æternæ præmia repromisit, premebat tum Ecelinus Mantuam, habens in exercitu præter Germanos milites & multarum urbium auxilia, xij. millia Paduanos, quos non solùm militum, sed & obsidum loco duxerat. Solut postea obsidionem Ecelinus, ac Veronam venit, ibique Paduam perditam cum intellexisset, Paduanos omnes xij. millia diuersis cruciatibus interfecit.

ANNO Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, rex Guilielmus conuentū principum ad octauū Kalē. Iulij Colonie fieri mādāt, in quo in Italiam pro nanciscenda imperij corona proficisci proponit, vtque principes ad Quadragesimæ instantis dies Augustæ occurrant, indicit. Verū dum hæc Colonia apud comitia tractantur, Frisones gens admodum leuis & inquieta, Cunradi (quod creditur) factioe * diaboli in malum & regni Teu- *diabolus

Alexander
4. papa.

tonici diuisionem, eruptione facta, Hollandiam igne ferroq; deuastant. Quod rex Guilielmus audiens, veritus ne maiora propter sui absentiam attentarent, coadunato suorum valido exercitu, vicesimo octaua die mensis Decembris in Frisones mouit. Et cum Frisonum terra sit admodum paludiosa, ob idque non satis tutus accessus commeatibus, rex ipse dum exercitum praecedere, & ubi ad hostes commodè intrare posset, praecogitat, caballus cui insedebat, cespitans, in paludè glacie coopertà praecipitans, ita vt nec progredi nec regredi fuerit possibile. Dum autem hinc inde cum equo paludi immersus volutaretur, Frisones, qui ad explorandum hostium aduentum, in arundinetis proximè latitabant, quempiam ex militibus fore existimantes, occurrunt, atque regem luto haerentem, nec vltra nec citrà progredi valentem, interficiunt, anno ætatis suæ septimo & vicesimo, regni autem septimo, comitatús Hollandiæ xxj.

Verùm exercitus regis aduentum expectans, dum post vnum alterumq; diè minimè comparuisset, inter se diuisus, subito disparuit: quoniam quid de rege factum esset, ignorauit. Tertia deinde luce regem à Frisonibus interfectum rumor increbuit, vnde sui, animis non parùm consternatis, dum ad locum interfectionis peruenissent, hunc in cuiusdã abiecti hominis domuncula sepultum inueniunt, cuius quidem cadauer exhumantes, ad **Milttenburg** transferunt, & in quodam monasterio honorificè tumulatum collocant.

Post cuius quidè mortè Florétius filius eius adhuc infans, Holladiæ comes hereditario iure declaratus est, qui paternum comitatú annis fermè quadraginta, nõ sinè Frisonú sanguine, satis strenuè administravit. Nam plurima cum Frisonibus bella gerens, paternam vltus eadem, plurimos occidit, reliquos in fugam vertit, igne villas, agros & oppida deuastando.

Præterea anno Domini 1257. principes in Alemania, monète Ro. Pont. post obitum Guilielmi regis Germanorú, in duo se diuidètes, alij Alphonsum Castellæ regè, alij Richardú Cornubiæ comitè,

regis Angliæ fratè, ad imperiù elegerunt. Siq; feruntur archiepiscopus Coloniæ & Treuerens, Palatinus quoq; rheni, & dux Saxoniae muneribus corrupti, Richardum elegerunt, qui venit Basileam vsq; auxiliatorum. Ex aduersò verò reliqui electores elegerunt Alphosum regem Castellae, etiã nõ sinè munere: & factum est schisma, quod durauit vsq; ad annum Domini 1273. quo quidè anno ad mandatum Gregorij decimi, principes curiæ obmissis his duobus, tertium elegerunt, Rudolphum comitem de **Habsburg**, vt in sequentibus dicitur.

Ecelinus autem et Obertus magnis copijs Gibelinorum partes eleuabant: Obertus Cremam recepit, Legatus autem Apostolicus copias Brixianas secum ducens, ad Gábaram se recepit, quo in loco ab Ecelino & Oberto eximpulsus inuasus, prostratusq; ita, vt paucissimi fuga saluari potuerint. Captus est legatus cum episcopo Brixiano & omnibus principibus Guelpharum partium civium, quos Ecelinus ad portam Brixiam ducens, mox vrbe potitus est, ac omnibus veniam dedit. Obertus cum parte partem & captiuis Mantuanis Cremoniam se contulit anno 1259.

Isto ferè tempore aut paulò antè, Othocarus rex Bohemiae Austriam occupat. Cum enim Fridericus dux Austriae bello à rege Hungariae cessus, decessisset sine virili herede anno Domini 1246. eò tunc intromisit se ducatus Vladislao marchio Moraviae, eò quod vxorem haberet de domo Austriae. Sed hoc breui defuncto, immiscuit se Hermannus marchio Baden, qui habuit vxorem de eadè domo Agnetem filiam Henrici ducis quondam, ex qua suscepit filiam et filium nomine Fridericum. Sed is impeditus fuit, supererat autem soror Friderici vltimi ducis, relicta Henrici ducis Sueviae filij Friderici 2. Et quia Othocarus filius regis Bohemiae, tunc à quibusdam Australibus vocatus fuit ad ducatum, vt eum facilius retinere posset iam usurpatum, duxit in matrimonium Margaritam relictae praedicti Henrici quondam regis Ro. & auxilio patris sui ac quorundam nobilium de Austria, terram sibi totam subiugauit, factusque est dux anno 1254. Verum Othocarus Margaritam vitupabiliter repudiavit, & aliam superinduxit, neptem Beleg regis Hungariae.

ANNO Domini 1253. Otho dux Ba-

DD 2 uariae

Interregnum.

Othocarus
Bohemus
Austriam
occupat.

Otho Baua-

Guilielmi
Hollandi
regis caedes.

Guilielmi
regis caedes.

rus suffoca-
tur.

uarię, quadam nocte iucundior solito, meroq; ingurgitat^o, miserabiliter suffocatus est, duos filios Ludouicū & Henricum derelinquens.

Eodē tempore Ludouicus Bauarię dux, uxorem suam, filiam ducis Brabantię, malitiosē infamatā, nō tamen convictam, truculentē cum nonnullis criminis (vt putabat) conscijs interfecit in Vuerda.

Disputatio
de pluralita-
te benefici-
orum.

In hac quoq; generatione cōtra pluralitatem Beneficiorū facta est solennis disputatio Parisijs anno dñi 1238. in qua determinatum penē ab omnibus fuit, q̄ nemo sinē periculo peccati mortalis tenere potest duo beneficia, quorum alterum sufficit ad sustentatiōem suam. Dicunt quidam, Sāctum Doctorem dixisse, q̄ medietas ministrorū Dei, est quasi resēcata per hoc genus auaritię.

ANNO 1254. Alexander Papa dānauit duos libellos, vnum cōtra paupertatem, à quodam Guilielmo de S. Amore, magnę sciētie & opinionis viro, ab alijsq; nōnullis Doctōribus editum. Cū igitur ab Alexandro peteretur reprobatio statūs Fratrum Mendicantium, tanquā nō valentium saluari in eodē statu, vocati sunt prælati & magistri Ordinū Mendicantium. Et responderunt, p̄cipuē B. Thomas & Magnus Albertus, qui ad nihilū redigebant friuolas aduersariorum rationes. Alexander igitur papa cōperta veritate, exaltauit dictos ordines, & Magist. Guilielmū deposuit ab omni dignitate. Tum Magnus Albertus philosophus & theologus insignis habebatur in precio Parisijs legendo: & beat^o Thomas qui fuit discipulus eius, cœpit haberi celebris.

Albertus
Magnus de
Loingen.

B. Thomas.

Combussit etiā idem Alexander libellum pestiferum, asserentem quōd euangelium CHRISTI & doctrina noui Testamenti, neminem ad perfectum adduxit, & euacuandum esse Euangelium anno M. CC. LX. Extūc deberet incipere Euangelium æternum & lex Spiritūs. Quę doctrina ex libris Abbatis Iohannem, vt inuidi canes latrant, vel potius Almarici cuiusdam, de quo supra generatione quadragesima circa finē, sumpta dicebatur: vbi & de euacuatione Sacramentorum eodem tempore, scribeba-

tur, quę omnia etiā experiētia temporis exufflauit.

In hac generatione Speculum Historiale à Vincentio Gallo scribitur. Item Alexander de Villa DEI, Ordinis sancti Benedicti, Doctrinale suum grāmaticum cōscripsit. Item Martinus Martinianā Chronicam compilauit. Item Alexander de Hales Irrefragabilis Doctor vixit. Item Bernardus Compustellanus Sacerdos eruditissimus, Innocentij Pōtificis Capellanus, tum in precio fuit.

In hac generatione sub Prouinciali magistro Henrico de Wyden, CVNRADVS Lantgravius de Thuringen, Ordinem Teutonicorū ingressus est, vir per omnia catholicus. ferturq; in eius benedictione SPIRITVS SANCTVS in igne super caput eius apparuisse, ex quo tantam cōsequutus est gratiam, quōd peccata hominū mortalia occulta cognouit.

ANNO postea MCCLIII. Othocarus rex Boemię, Otho marchio Brandenburgensis, dux Austrię, marchio Moravię, cum multis Principibus, nonnullas regiones Prussię itā debilitarunt, quōd promiserunt obedientiam Ordini, & Christianos se futuros, tradentes obsides. Othocari cōsilio et auxilio post hoc, castrum Kūgsperg exiit ædificatum, & pro gloria regis, Mons regalis appellatum.

GENERATIO XLIII.

ANNO Domini 1260. Alexandro 4. p̄sidente, anno eius sexto, Alphōso atq; Richardo regibus in discordia electis, de imperio contendentibus, incepit quadragesimatertia generatio. Quo tempore Florentini in potestatem Manfredi venerunt, vt dictum est. Ad res aurem imperij dimissas ocius reuertentes, historiam prosequemur. Igitur Cunradini Oratores mittebantur ad Alexandrum, & cū iam conuentio quædam inita esset aduersus Manfredum, Lucenses exulesq; Florentini miserunt Oratores ad Cunradinū Simonem Donatum & Bonacursium Aduarē equites. qui cū venissent ad Alemaniā, videntes adhuc eum in puerili ætate, & nondū ad talia aptū, reuersi sunt

Kungsperg
castrum.

sunt ingenti spe, sed rebus vacui.

Cum hæc agitabantur, Manfredus Ecelinum ad persequendam victoriam est hortatus. Fuerunt tum Mediolani qui Ecelinum inuitabát. Hi nanq; missis Ecelefiæ nuncijs, & Primorum filijs in obfides datis, Mediolanum Ecelino, si properè duceret, prodere sponderunt.

Et iam Ecelinus Vrceios obsidione premebat. Relicta itaque obsidiõe, cum quæque millibus equitum ad pontem Cassianũ peruenit: cumque nullum ibi reperisset, qui se vocaret Mediolanum, in *Medocciæ suburbia est delatus. Tum Martinus Turrianus apud *Soncinum exercitum habebat Mediolanensium, Azoni Estensis & Cremonensibus coniunctum: qui certior factus de transitu Ecelini & de prodicione Valuaforum, cum omnibus copijs ad pontem Cassianum peruenit, copiasque Mediolanum duxit. Estensis verò Pelamanus & Bonifacientes duces, Ecelini vestigia secuti, ad pontem Cassianũ substiterunt.

Ecelinus autem omnem Insubriam vastans, Triciũ duxit: cuius oppidi suburbia vi capta diripuit ac incendit. & cum arcis custodes iaculis resisterent, vicum accessit, mercatum populo frequentissimum, nulli molestus qui annonam equitanti præberet. sed cum videret se interclusum, aperiendum iter vi cogitauit. Et ad pontem Cassianum pergens, prælio cõgressus est. Vbi dum pugnantem vrgeret, sagitta in incertũ missa, & in crus eius infimũ fixa, saucius homo octogenarius, lassari cœpit: & tamen timore vires addente, ommissa pontis pugna, paulò superius amnẽ vado traiecit: cõmissioq; leui prælio, captus est, Sõcinumq; pductus interiit. Hic finis tyrãno fuit, qui 34. annis Tridentũ, Feltrũ, Ciuitadũ, Taruifũ, Paduã, Vincentiã, Veronã, & demũ Brixia oppressas tenuit. fraterq; Ecelini Albericus, cum vxore ac liberis in manũ hostiũ traditus, crudelissimè excarnificatus est, Apostolico Legato, qui hunc à Taruifio pulsum persequutus fuerat, mandante.

Igitur Alexãder Pont. sublati tyrannis, atq; tanto extincto p Italiam bello, ad res Asiaticas animum adiecit. Nam dum hæc aguntur in Italia, Ptolemaida

Tyrusq; vrbes admodum ditatæ erant. Siquidem Genuens, Veneti quoque ac Pisani, per annos 64. Ptolemaidem & Tyrum vrbes ditissimas possederant, ibique omnes Orientis & Occidentis contraxerant mercaturas. Enimverò hi tres populi cõmuni decreto inter se, in Ptolemaida areas, vicos, prætoria & cætera quæque, téplis exceptis, diuiserunt, nè iurgia orirentur inter eos.

Verum anno 1260. ex modica repaulò antè seminata, maxima inter ipsos orta est contentio, & hoc propter monasterium S. Sabæ, quod vtraque pars sibi vindicare quærebat. sed Genuenses quidem beneuolentia vrbis præfecti, exclusis Venetis, monasterium capiẽtes, & in arcem munientes, sibi retinuerunt: quæ res duos populos spotentis & beneuolos alienauit. Erat tũc Philippus Gallus in vrbe pfectus, qui nec eos cõponere curauit, sed Venetos Ptolemaida abire præcepit. Veneti autem Tyrum se conferentes, Pisanos ad se tractos, spreto fœdere, contra Genuens iritarunt. Et cũ Manfredo Siciliae rege aduersus Genuens fœdus iniêrunt, quibus p̄sidijs freti Veneti, contra Genuenses arma sumpserunt, & maximam eorum classem in Ptolemaidæ portu incenderunt, vnã cum monasterio, & euerterunt.

Qua calamitate Genuens iritati magis q̄ perterriti, cõparata denuò classe, apud Tyrum Venetis occurrunt, vbi auctis vtrinque copijs, Veneti iunctis sibi Pisanis, eo loci Genuenses ingenti clade superarunt. et captis eorum quinque & viginti nauibus atq; submersis, Tyrũ & Ptolemaidam redeũtes, omnia Genuensium ædificia diruunt, indeq; Genuensium ciuibus eiectis, eorum bona diripiunt: quam sanè cladẽ Alexãder conatus fuerat præuenire, legatis vtriusq; populi ad se vocatis, & ferè iam cõpositis. Inter cã dum pontifex componẽdæ pacis capitula tractaret, accepit repentinam illam Genuensium cladem: quam fertur ad eò molestè tulisse, vt non prius admittere legatos Venetorum voluerit, quàm captiuos Genuensium incolumes dimitterent.

Et nè vni tantum incommodo pontifici mederi necesse esset, statim Genu-

Venetorum
& Genuens,
dissidium.

Valuaforum
p̄sides par-
ti Prideri-
cũ.

Ecelini in-
uicium.

en, cum Palæologo Græco foedere inito, Cōstantinopolim & Cretam & alia Græciæ loca Venetis abstulere.

Erant ea tempestate apud Cōstantinopolim res pessimo loco, adeò vt Balduinum imperatorem cæterosque Latini nominis in Romania agentes, retinendi ea quæ erant reliqua, desperatio inuasisset.

Moritur tū Bataza Theodorus Græcorū imperator, duobus relictis filijs, quibus Michael Palæologum affiné testamēto tutorē dedit, qui multa in Latinos aggressus est. Primò Guilielmo Francigenæ Achaiæ & proximas Græciæ vrbes obtinēti, plio cōgressus, eū supauit, captiuumq; Adrianopolim perduxit. indè cū exercitu in mare Ponticū venit. Balduinus verò imperator copias quas habuit, nauibus imposuit, & ad defensionem ipsius oræ Ponticæ misit.

Michael Palæologus Cōstantinopolim occupat.

Interim qui erant Cōstantinopoli, vetusta origine Græci, odiētes Latinos, vt eorum mos semper fuit, eos indè eijcere cōstituerunt: & cōiuratione inita cum Palæologo, vt ciuitatē recipere curaret, nocte cōcubia vrbis porta à coniuratis refracta, Palæologū admiserūt. Balduinus impator hoc vidēs, & Pataleo Iustinian⁹ patriarcha, rapta supellectili, nauigio celeritèr cū suis omnibus ad Europam profugi venerunt.

Potitus vrbe Palæologus, ad imperiū adspirās, impietatis suæ fundamēta iacere studuit, q̄a pueros Theodori fidei suæ cōmissos interfecit, imperiūq; interfectis pueris assumpsit. & ita finis fuit Latinorū imperij, Cōstantinopoli per annos 48. vel secundū alios, duodecaginta, continuati.

Genuensēs quoque & Pisani armata classe Venetias vsque properant, Venetorum naues atque littora deprædantes, vrbe arctissima obsidione cingūt. Quamobrem Reinerus Zenus Venetorum dux, cum quantis potuit copijs exijt, & pugna facta captus, Genuam perductus, in carcerem coniectus est. Genuensēs statim in Cretam ducunt, ac insulam Venetis abstulere. Græci Europæam auferunt.

Hungarorū & Bohemorū cōgressus

ANNO 1260. rex Hungariæ regē Bohemiæ aggreditur, habens in exerci-

tu quadraginta millia equitum, cui rex Bohemiæ cum centum millibus equitū occurrisse fertur, inter quos dicitur habuisse sex millia ferro coopertos equos. Pugna facta, tandè Hungari rege ipsorum vulnerato, terga vertunt, vbi in quodam fluuio quem transire habuerūt, circiter xiiij. millia dicūtur submersa. Potitus victoria rex Bohemiæ, Hungariam intrare parauit. Sed rex Hungariæ per legatos pacem quæsiuit, terras quæ discordiæ causa fuere, restituit: per aliasque conditiones ac per interuentum matrimonij, vt mox dicitur, satisfecit.

ANNO 1261. Othocarus rex Bohemiæ repudiauit, quā nupèr duxerat, Magaritam filiam quondam Lupoldi ducis Austriæ, quæ prius fuerat vxor Henrici ducis Sueuiæ regis Ro. filij Frederici 2. superinduxit autem neptem Belex regis Hungariæ, & malè. Eodem anno Alexander 4. Viterbij obiit, maiore parte aduersa fortuna pontificatus sui tempore vsus, qui omne regnum Sicilia simul & Florentiam in Manfredi hostis ecclesiæ potestatem venisse, Cōstantinopolim à catholicis amissam, bellum inter Genuens, Pisanos & Venetos inchoatum, eodē quo obiit anno vidit.

Post cuius obitum Urbanus 4. Tre-^{Vrbani 4. papa}centi vrbe Gallica oriundus, patriarcha Hierosolymitanus, pontifex est creatus. sedit annis tribus. Hic etsi infimæ conditionis fuerit, nobilis tamen sapientia & virtutibus: inuenit autem Ecclesiā multum dirutam ac deiectam. Designarat iam legatum, qui pacem inter Venetos & Genuens cōponeret. Tum subitò Manfredus cōparatis nouis Saracenorū copijs, Picenū iam antea nutantē occupat agrū. Pontifex itaq; eundē legatum in Galliam mittit, vbi crucem contra Manfredū & Saracenos p̄dicari iussit, quiq; Gallos cruce signatos maturare pollicitationibus impelleret.

Mox hi, duce Guidone Antifiodorēsi episcopo, in Italiam descendētes, Viterbium vsque peruenere. Vndè non ita multò post accepta benedictione Pont. digressi, per Umbros & Maros iter facientes, Saracenos superant, & ad Lirim vsque propellunt.

Eodem

Eodem quoque tempore Romani
 et fiditionem Ecclesie non vexaret, non
 tamen pontificis imperio obtemperabat,
 in vrbe suo nutu creantes magistratus.

*Brancaleon
 magistratus
 Rom.*
 Tum primum ab exteris *Brancaleonem*
Bononiensem, magni animi consilijque; vi-
 rum, senatorē creauerūt: verum postea
 mutata sententia, breui hominem comprē-
 hensum in carcerem cōijciunt. Hac au-
 tē iniuria Bononienses moti, Romanos
 quosdā captos, nō alia cōditione dimif-
 suos se affirmāt, nisi restitutū in liber-
 tatē ciuē suū *Brācaleonē* intellexissent.
 Tum Romani suis cauentes, non solūm
 illū dimittūt, verūm etiā in pristinum
 statū restituūt, alios etiā ex omni vrbis
 regione delectos magistratus, quos *Bā-*
darios appellabant, penēs quos vitę &
 necis hominum esset arbitriū, institue-
 bāt. Hanc autē insolentiā ideō tolerabat
 pōtifex, q̄ se vexari à *Māfredo* cerneret.

His malis pressus *Vrbanus*, cōgrega-
 tis cardinalibus atq; platis, qui tū in cu-
 ria erant, exponit calamitatem Ecclesie
 & persecutionē *Manfredi*, qui cū omni
 progenie sua, nō attentis beneficijs col-
 latis, semp̄ conati sunt sibi Ecclesiam
 subiugare, & statū eius ad nihilū dedu-
 cere. Atq; remedium excogitasse se ait, si
 placeret, scilicet vt *Carolum Andega-*
uię & Prouincię comitem, fratrem *Ludouici*
regis Francorum, euocaret ex
 Gallia, ei que conferret regnum Sicilię,
 quod vi armorum à *Māfredo* auferret.
 huic consilio omnes fauent.

Vrbanus igitur destinauit *Simonem*
 cardinalem in Franciam, ad offerendū
 collationem regni sibi factam per *Pa-*
pam & cardinales. *Carolus* autem rece-
 ptis literis Apostolicis, consuluit super
 hoc *Ludouicum Francorum regem*,
 aliosque fratres suos: qui omnes con-
 suluerunt, vt ad honorem Dei & sacro-
 sanctę Ecclesie obsequiū, vocationem
 de se factam acceptaret. Ad prosecutio-
 nem autem huius rei rex *Ludouicus* p-
 misit opem ac cōsiliū. itā proceres re-
 gni similiter fecerunt.

In Asia interim *Ptolemaidam* incolē-
 tes, *Hospitalis Rhodi magister*, ceteriq;
 nominis Latini proceres, itā Venetis fa-
 uebant, vt iuris ipsorum ea vrbs potius,
 quā omniū Latinorū esse videretur:

ecōtrā *Tyrum* incolentes, *Genuensibus*
 fauorem pro viribus superque præsta-
 bant, vt hæ vrbes tanto captę *Christia-*
norum sanguine, detestando sese affli-
 gerent bello, quæ à *Saraceno* tum quie-
 scebant. At *Manfredus* omni penē *He-*
truria potitus est, omnesque *Hetrusci*
Guelpharum notati partium, pulsi, *Bon-*
oniam ad *Florentinos* exules conflu-
 xere. *Marchiam* quoque *Anconitanā*,
 dubia fide vacillantem, *Manfredus* suis
 partibus consentire coëgit, mox etiā
 moliri cœpit, si posset *Vrbanū* pontifi-
 cem cæteris ecclesie prouincijs pellere.
Saracenos enim ex *Aphrica* conductos,
 alijs cōiunxit *Saracenis Nuceria* inco-
 lentibus. hi *Campaniam* populati sunt,
*Nouellus*que ex agro *Senensi* mouens,
 terras Ecclesie inuasit.

ANNO Domini 1263. apparuit co-
 metes cū magna cauda, surgens ab Ori-
 ente magna luce, vsque ad medium cæ-
 li, versūs Occidentem suos radios emita-
 tens. per tres menses durauit: quo tem-
 pore *Vrbanus* mortu⁹ est *Perusij*, & in
 cathedrali Ecclesia anno Domini 1264.
 sepelitur. Hic *Vrbanus* instituit solen-
 nitatem de corpore *Christi*, cuius officium
B. Thomas composuit, pontifex
 indulgētias certas pro festo dedit, quas
 indulgētias *Martinus quintus* dupli-
 cauit, addiditque indulgētias ieiunā-
 tibus vigiliam festi huius, & communi-
 cantibus in festo, cui libet centum dies
 indulgētiarum, & totidem concessit
 sequentibus Sacramentum ipso die, &
 quando ad infirmos defertur. Sustulit
 etiā eo die interdictionem *Eugenius*
 papa 4. indulgētias à *Martino* quinto
 concessas duplicando.

ANNO 1264. *Clemens 4.* *Guido*
 antē vocatus, Gallicus è villa *S Aegidij*
 ortus, *Vrbano* est surrogat⁹. sedit annis
 tribus, mensibus nouem. Hic vxorem
 habuit antea & liberos, aduocatus fa-
 mosus, & regis *Franciæ* consiliarius:
 defuncta vxore, factus est episcopus *Pod-*
diēn, & post *Narbonēn* archiepiscopus,
 tandē *Sabine* episcopus Cardinalis,
 qui litem inter *Henricū* regem *Angliæ*
 & *Simonem Montisferrati* comitē ius-
 sus componere eligitur. Hunc electum,
Manfredi insidias timentem, nauigio

Cometa.

Festum cor-
poris Christi.Clemens 4.
papa.Carolus An-
degauis co-
mes frater
Ludouici
regis Fran-
corum.

primùm, deindè religiosi mendicantis habitu indutù, p terrà Perusiù incognitù venisse asserunt. ad quem pfecti cardinales, Viterbiù honorificè deducunt.

Obijt hoc tempore Vldricus comes de Vuirteberg, dictus cum pollice.

At Clemens papa lectus, incredibili amore et fauore in Carolum versus, accelerare aduentum ac illi copias amicòsque per Italiam parare contendit, nec minori odio quàm Vrbanus, in Máfredum flagrabat. Carolus igitur properat validis præmissis copijs, quæ per alpes & citeriorem Galliam penetrauerant. Ipse tamen xxx. nauibus longis Massilia solues, per varias insidias ad Tiberina ostia peruenit.

Referunt Carolum benignè à Ro. acceptum, pontificis decreto senatorè vr̄bis fuisse creatum, quem magistratum annù fermè administrauit. Dein cardinales à pontifice missi, Carolum in Lateranè Ecclesia Hierusalem ac Sicilia regem coronabant*. Illum autè constat Carolum dictorum regnorum corona ornatum hac conditione, vt sacramento adactus, quotàn̄s feudi nomine 40. millia nummùm aureorum Ro. Ecclesia persolueret, néve imperium etiàm vltro oblatum à Germanis reciperet.

*Illic

Caroli copiae, superatis Alpibus, in cisalpinam iam descenderant, factoque per Flaminiam itinere, omnes factionis Guelfæ milites sequuntur. Erant inter Hetruscos primi Florétini, vt refert Antó. exules, qui cum venissent in præsentiam regis, Guido cognomento Guerra, ornata oratione Florentinos regi comendabat, auxilium contra Manfredum & Friderici genus omne offerebat, & vt funditus deleteretur, optabat. quæ oratio regi placuit plurimùm.

Carolus cum copijs, quæ ex Gallijs iam venerant, Romam mouens, Ceperanum cepit, pulso indè Manfredi psidio, & saltù Cassinatè occupat, quæ Manfredus ipse custodiendù acceperat, quàm deindè mutato cõsilio Beneuentum profectus, expectare hostem in planis patentibusque locis instituerat, quod plurimùm equitatu valeret. Germanù deindè oppidù expugnare aggressus Carolus, magna vi cepit. Máfredus cõtractis vndique copijs, statuit hosti occurrere in Samnitibus. Quod postq̄ intellexit

Carolus, dimicandi cupidus, illò applicuit: nec vlla indè mora: simul atque in cõspectum venit, in aciem primus eduxit, nec detractauit pugnam Máfredus. Cõcursum est acriter, pugnaque diù anceps fuit, Germanis pro Máfredo, gallis pro Carolo enixè dimicatibus, nec milites solùm, sed & reges ipsi cominùs pugnando, eo die plurima discrimina subière.

Post longum certamen Caroli fortuna & militum virtus superauit, profligatisque Germanis, Máfredus pugnans occiditur. Blondus & Platina ferunt, dum Carolus laborantibus suis intentius succurrit, ex equo consternatus, ita hostiù animos auxit, vt Máfredus extra ordinem incautiùs pugnans, interfectus sit: & præter magnam cædem multi nobiles ignobilesque in manus Caroli deuenerunt, inter quos Iordanus dux & Petrus Vbertus eques Florentinus, qui ambo in Prouinciam à Carolo missi, in carcere vitam finière. de reliquis Carolus victoria potitus. sed apud Germanos inueni, Manfredum à suis desertum, occubuisse.

Tanta Carolus victoria potitus, Beneuentum mouit, vr̄bemque dedentibus vltro ciuibus ingredit. deindè Marescalcum suum cum 500. equitibus in Hetruriam mittit, qui Guelfos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaque pfectus, abeuntibus spontè Gibelinis, magistratum sine puocatione Florétie constituit, quem accolæ factionis Guelphæ Capitaneum vocant. Indè verò in Senam mouens, omnes Gibelinos Hetruriae, maximè verò Pisanos, in se concitauit, dum ad Bonitiù castra habet, quod Gibelini acriter defendebant. Carolus itaque vtroque regno in potestatem recepto, excepta Nuceria, Saracenis etiàm pacem concessit, permissis suis legibus in Italia viuere: ipse verò cum exercitu, vocante Pontifice, Viterbium se contulit.

Rescijt tum Clemens pontifex, Cunradinum adolescentulum Cunrado genitum, copias in Germania parare. mox impij curam assumpsit, & Carolù Fracum regè, in Hetruria vicarium imperij constituit. contendebant enim de imperio Alphonfus Hispanus & Richardus An-

Manfredus interitus

C. S. g.

Anglicus. Insuper idem Clemens scripsit vniuersis Christi fidelibus, ne Cunradino vt regi scriberent Siciliae, nec illi contra Carolum Siciliae regem consilium, auxilium aut fauorem prestarent.

De hoc extat epistola quae incipit, Ad certitudinem: in qua subiungit, Nos volentes Cunradini ambitum refrenare, omnibus & singulis principibus Alemannie, vocem in electione Ro. imperatoris habentibus, prohibemus sub poena excommunicationis latae sententiae ac interdicti, ne cum eligant in Ro. regem, attentato quod non licet eligere quenquam, pendente electione duorum coram Ro. pontifice, quae fuerat facta de rege Castella & Richardo Cornubiae comite, vt in eadem.

His auditis, Cunradinus scripsit lamentabilem epistolam, quae incipit, Ex abundantia cordis, in qua iniurias sibi illatas enumerat, Conqueritur in principio de Innocentio 4. quod sibi innocenti nocuerit. Nam Cunradus pater suus Siciliae rex, condito testamento, se tenellum in manibus sanctae matris Ecclesiae reliquerat, & quomodo tunc papa Innocentius sub pretextu Cunradini, asserens se eius baiulum, totum regnum occupauerit, qui tum possessione adeptus, nomen suum extinguere conatus sit, terras ipsius Cunradini distribuens in suos consanguineos & nepotes.

Deinde cum Manfredus p se Cunradino tunc terras regni recuperauerat, qui tunc p fida motus, ad se, meritum mortem ipsius Cunradini, regnum traxerit, et mortuo Innocentio Alexander succedens, ad illum episcopum Venusinum miserat, vbi pacis mentio fuerat habita: nihilominus ipse Alexander p literas suas alios ad regnum inuitauerat: quo mortuo, consequenter idem Cunradinus conqueritur de Urbano, qui sibi fuerat inurbanus. Nam se Cunradino neglecto, egerit cum Manfredo, volueritque eidem ac suis heredibus regnum concedere. Et cum tractatus ipse mansisset incompletus, idem pontifex in exilium ipsius Cunradini, Carolum inuitauerit ad regnum. Illo vero pontifice defuncto, conqueritur quomodo Clemens papa contra eum inclementer egerit, & in regno predicto antiregem crexerit.

Nec his contentus, sed & processus fulminauerit, non reputas esse satis, quod contra DEVM & omnem iustitiam abstulerit sibi regnum, nisi regni etiam titulum tollat: deinde praefatum Carolum per vniuersam Italiam imperij vicarium statuerit, quo commodius vires suas comprimat, haec & alia nonnulla scribens, subintulit se armis aduersus Carolum certaturum.

ANNO sequenti cum in Heturia rex Carolus omnes ciuitates quae prius Friderici, mox et Manfredi secute fuerant partes, duo per idem tempus afferunt nuncij: alter, Cunradinum iam Tridentum puenisse: alter, in vrbe Roma atque in Sicilia motus rerum haudquaquam contemnendos, & ciuitatum procerumque defectiones nunciabat.

Per haec tempora Hericus Fridericusque, Alphonso fratre rege Hispaniae existente, profugi, diuersas petierunt nationes, id maxime adnixi, vt aliquos fratri hostes facerent. Fridericus in Africam ad Saracenos, Henricus ad regem Franciae se contulit. Rex Franciae affinitatem trium fratrum praetendens, pacem facere contendit, quare Henricus in Angliam traiecit, dehinc Germaniam petijt, vbi Cunradinum e sorore Constantia pronepotem, sibi consentaneum reperit, constitutumque est inter eos clandestinum foedus, vt rebus ad machinationem ordine inceptis, Cunradinus cum exercitu in Italiam aduolaret, ibi sibi Hericus viam praepararet. exiens vero e Germania Henricus, e Genua Pisas peruenit: illos in constitutam cum Cunradino machinationem facile traxit, & inde Viterbium ad pontificem declinat, taquam a fratris superbia & ambitione profugus atque adeo errabundus, se contulit: magnaque largitione vsus ac liberalitate, vt pontificem quoque data mutui nomine pecunia, sibi obnoxium redderet. qua fretus largitione, discordem tunc ciuitatem Ro. fecit, pariterque in sua studia traxit, adeo vt ei senatorium ciues obtulerint magistratum. Qui redijt Viterbium, simulans se nolle, cui Carolus auctor fuit, vt vrbi Ro. p ficeretur.

Inter haec Henricus Cunradinum, vt pperaret admonens, Pisani que pariter ab

Hericus Hispani conatus.

Fridericus
Hispanus.

eo admoniti, classem triremium 30. edu-
xerūt, in eamq; classem in portu Roma-
no Capitū ciuem Neapolitanum in re-
gno Siciliae gratiosum accipiunt, q̄ ius-
su Hérici in Aphricæ littora veſtus, Fri-
dericum alterū fratrem cum magna Sa-
racenorum manu nauibus impoſuit, &
ad Siciliae littora reuerſus, Cūradinum
breui affuturum affirmans, plurima lo-
ca obtinuit.

Cūradinus tum Veronam applicu-
it, ibique tribus menſibus ſedit, habēs ſu-
pra decem millia pugnatorum Germa-
nicorum. Indè verò ſiue pecuniarum in-
opia, ſiue alia cauſa, tribus millibus de-
lectorum equitum retentis, cæterā mul-
titudinem comes Tirolis reduxit. Fri-
dericus Hispanus tunc omni penè Sici-
lia, exceptis Panormo, Meſſana, Syracu-
ſisque pro Cunradino potitus eſt. Capi-
tius verò, dum regina vxor Caroli mori-
tur, ac Neapoli ſepelitur, portui Ne-
apolitano claſſe aduectus, nomen Cun-
radini clamat, quæ res Carolum ex He-
truria in regnum reuocat, vbi rursus nu-
ceriam quæ defecerat, obſedit: & dum
expugnare non poſſet, caſtellis in exitu
viarum excitatis, barbaram gētem clau-
ſit, nè ſe Cunradino occurrentem impe-
diret.

Cunradin⁹
Italiã intrat

Senenſes & Piſani Cunradinum ac-
celerare iuſſerunt. qui Papiã perductus,
ad mare Liguſticum peruenit, & Piſa-
na claſſe magnam in agro Lucenſi vaſti-
tatem edidit. Mareſcallum Caroli apud
Aretium magno prælio ſuperatum in-
terfecit. Tum Guido Ferentanus ma-
gnas copias ad eum duxit, multiq; ex
Lombardia Romandiolaq; Guibellini
cõfluxere. Cūradinus breui potit⁹ omni
Hetruria fuiſſet, niſi vocatus ab Henri-
co, Romam properaſſet. proſectus enim
Senas, deinde in agrū Viterbienſem de-
ſcendit: quem cū pontifex tranſeun-
tē vidiffet, prophetica voce vſus: Adole-
ſcens, dixit, hic tanquàm victima ad cæ-
dem ducitur.

Cunradinus
ſalutatus
Imp.

Romam deindè veniens ad pontē mil-
uiū, Senatorē cum populo obuiam ha-
buit, & tanquàm Imperator acceptus,
in Capitolium ducitur. Romæ dimiſſo
Guidone Ferentano, cum omni exerci-
tu in regnum properat. Et audiēs Caro-

lum ſaltus Capaniæ obtinere, ex Tibur-
tino & indè in Marſorum cãpeſtria ve-
nit: deductus lacu Fucino ad veteres aq̄-
ductus, ſiniſtrum montibus claudenti-
bus, ab oppido Alba decem ſtadijs con-
ſedit.

Carolus ex altera parte indè deci-
mo ſtadio, ad cõcauæ vallis faucis exer-
citur duxit, & conſilio Alardi Neapo-
litani, qui cum Germanis diū militaue-
rat, partem exercitūs præmiſit cum Ma-
reſcallo regia veſte induto: ipſe verò ci-
tra collem ſago veſtitus militari, fortiſ-
ſimoq; ſibi milite reſeruato, in inſidi-
js manſit. Pugnatum eſt tribus horis du-
bio Marte: ſed poſtquàm ad intima regis
agmina ventum eſt, & Mareſcallus ad
terram proſtratus ac interfectus, cla-
mantibus cunctis regem eſſe captū, Ger-
mani quoq; & hi q̄ in ſubſidijs erant,
nè expertes victoriæ forent, ſeſe pugnae
admiſcuerunt: ita proſtigatis hoſtibus,
quum paſſim fuga fieret, victor quo-
q; inſequendo diſſipatur. vagus miles
& prædæ intentus, quali certiffimus vi-
ctor exultabat, & maxima pars fugien-
tes inſecuta, ſeſe longè à conſpectu abſ-
tulerat.

Tunc rex Carolus circumducta re-
pentè delectorum acie, in campum pri-
mum deſcendit, ſtructoq; ipſe & den-
ſo agmine ſparſos inuadit, multis ſub-
ita vi oppreſſis, aut in fugam verſis: in
ipſaq; ſigna Cunradini fert, ac vno mo-
mento diſſipat. Cunradinus autem ad
integra Caroli ſigna ſtupefactus, vndè
hæc vis, vndè nouus miles iſte, interro-
gat: & cū eſt victore victum ſe cerne-
ret Cunradinus ac Auſtriæ dux Fri-
dericus, adoleſcenti ætate ambo, ſicut in
fortuna pares, ſigna ſua vbi toto prælij
tempore fuerant, conſultò relinquen-
tes, ſeceſſerunt.

Equidem cur eum Fridericum ex
Auſtriæ domo prognatum fuiſſe dicāt,
miror, cū vltimus eius gentis Frideri-
cus in bello Hūgarico nupèr ceciderit.
Sed aiunt hunc Badenſem, eſſe ducis Au-
ſtriæ filia ortum.

At per hunc modum oppreſſis ho-
ſtibus, victoria plena Carolus potitus
eſt. Igitur Cunradinum inter cada-
uera diū quaſitum, & non inuentum,
Ca-

Carolus summa diligentia perquiri fecit quaquaersum. Cunradinus agasōnis reclusus cuculla, Romam peruenit, & dux Fridericus à Guidone Ferentano, quem ibi reliquerant, exceptus est.

Verum aduenientibus Romanis ciuibus diuersæ factionis, qui ab Henrico^s partis Cûradini dudum pulsi, cum Carolo in pugna fuerant, ducibus Vrsinis & Sabellis, Cunradinus mox relicta vrbe, Asturam incognitus petijt, eo cōsilio, vt inde Pisas nauigaret. sed proditus à piscatore, qui eum piscatoria scapha ducere debebat. Quū enim pecuniā nō haberet, anulum manu extractum illi pignus dedit. At piscator anulum quibusdam ostendit, de valore interrogans: qui permoti, vnde haberet anulum, querūt: ad quod piscator, adolescētis esse liberali forma, habitu autē sordido, respōdit. Illi itaque Cunradinum suspicantes esse, adolescentes capiunt, & ad Carolum octauo die post præliū ducunt: qui gaudens, eos mox carceri mancipat, anno Dñi 1268. secundum Blondum, siue quod alij putant, 1267.

Pontifex, vt extat epistola quæ incipit, Scimus, continuò scripsit Ludouico Francorum regi, eum ad congaudentum inuitans, quomodo etiā Carolus victor, Cunradinum & nobilem virum Fridericum, qui sibi nomen Ducis Austriae vsurparet, cum suis aciebus prostratos ceperit. Subiungitque in fine, Pro tātō ergō beneficio deuoti filij animus in iubilum supernæ laudis lætātē exurgat.

Carolus itaq; neapolim duci fecit cōpeditū, post multasq; ostentationes ad pompam, Cunradinum vnā cum Friderico decapitari iussit. Per hunc modum Cunradinus primo adhuc flore adolescens potius quā vir, perijt, & cum eo Fridericus dux. Cunradinus iste fuit vltimus dux Sueuiæ, de cuius lugubri fato extat epistola quæ incipit, ILLUSTRIS regis Cunradini in Carolum illustrem, et inquit, deplorans regem Cunradinū, Imperatorum antiqua prolapia propagatum, causam rationabilē quauis infelicibus auspicijs prosequentem, nō armis, nō in prelio, sed inermem nequiter captum, post diuturnum carcerem, post

probrosa ludibria, post multas ex eo factas ostentationes ad pompam, vbi iam eum per Campaniam & Neapolim vsq; ignominiosè post te traxeras, contra iustitiam, immò & contra DEVM, contra cōcessam ei pluriès securitatem, contra ius omne belli, contra consuetudinē prisca moribus approbatam, quem Tu Carole immaniter priuasti, huic generi pro nectare rependens absynthium, vt q Comitatum Prouinciæ cum vxore de gratia speciali à Friderico Cunradino auo acceperis, fidelitatisq; illi sacramētum pro se hæredibusq; suis præstiteris.

O rex Cunrade, tempore tuo præpotens in vrbe tua Neapoli, quam tantis olim sumptibus, tātis laboribus domuisti, tuus ecce nat^o indigna nece damnatus est. Væ tibi miserande puer, qui tantæ fidei thesaurum tuis abstulisti, tuacum talitè rupit fila intempestiua PARCARVM manus. O tristis & misera mater, in hunc seruata dolorem, quæ tali tantoque filio deorbaris. O coniunx infelix eius, quæ nullum in orbe tibi deceterò virum reperies ipsi parē. O prætristes Bauariæ duces, quæ susceptum in vlnis vestræ sororis ab vtero magis educastis eundem filium, quā nepotem. Plange dolentè Germania mœsta nutritrix eius, carens alumno charissimo, damno cum graui, sed dedecore grauiori. Plāge dolorosa Sueuia peculiaris hæreditas, naturali principe vitupabilitè viduata. Plāge vehementè Italia, quoniam cecidit caput tuum, in quo adeò sperabas. Miserum Siciliae regnum plange, quòd intra tua viscera verū dominū tuum, ob tuī redemptionem, vidiſti decollatum. Plāge infortunata Ierusalem, perditorege tuo, quo facile fuisses in integrum restituta.

Non desunt etiā qui scribant, Carolum consuluisse Pontificem de carceratis, an eos deberet neci tradere: respondisseque Pontificem, quòd fieri de Cunradino iustitiā non negaret: qua response vt de mandato Pontificis auctoritateque, Carolus Cûradinum necauerit. de hoc Angelus in l. gñā. C. de secūd. nuptijs.

Superat adhuc Entius filius Friderici secūdi, sed illegitim^o, Sardinia quondam

Entij inter-
itus.

dàm rex, qui longo tempore Bononiæ tentus fuit in custodia, vbi & postmodum anno domini 1271. est mortuus, ac honorificè in ecclesia sancti Dominici sepultus: de quo scribit Antoninus, quòd in ipso finem habuit (vt verbis eius vtar) progenies vipea Friderici. Et subiūgit: Hic benè aduertat fideles vniuersi, quem faciant finem persecutores Ecclesiæ, utique miserrimum in anima & corpore. Cùm enim Excomunicati morerentur, quomodo regnum cælorum ingredi meruerunt? Propter quod & sepultura Ecclesiastica indigni iudicati sunt: Et regno Siciliae & imperio Romano cū infinitis diuitijs exterminati, ad inferos descenderunt, Fridericus 2. cum patre suo Henrico, & cū filijs suis Cunrado, Manfredo, Cúradino & Entio rebellibus & persecutoribus Ecclesiæ. Hæc ille.

Alienæ virtutis ofores falsò Sueuos criminantur.

Non possum hoc in loco iustum dissimulare dolorem, non quòd cupiã malefacta Ducum Sueuiæ præfatorum laudare, quos optarè in pace Ecclesiæ quiescisse. Sed quid sibi vult Antoninus, vir alioquò religiosus, doctus & Archiepiscopus, quòd tantoperè inuehitur in illos mortuos, vt scribat eos in excommunicatione decessisse, & perpetua morte damnatos, cùm certū satis habeat, Henricum catholicè mortuum, & Christiana sepultura functum? De Friderico nõ ità constat. Non desunt tamen, qui scribant eum in extremis laborantem, à Capellano suo fuisse absolutum, quod in necessitatis articulo cuilibet Sacerdoti videtur esse permissum. Exitit & in Ecclesia sepultus. Cunradus rex compos mentis & cum testamento legitur mortuus, & vt princeps Catholicus in Ecclesia sepultus. Cúradinus quoque adolescens quid iudicare in tam arduis negocijs potuit? & si peccauit, tamen cùm poenitendi tempus sufficiens habuerit, quis eum immemorem suæ salutis in extremis iudicabit? Entium verò condemnare, videtur friuolū, quem ipse Antoninus scribit post longam captiuitatem in carcere mortuum, & à Bononiensibus in Ecclesia sancti Dominici sepultū. Proindè vellem, quòd vir cautus in mortuos tam seuerā non tulisset sententiam.

VETVSTISSIMAE VERISSIMAE QVE SVEVORVM LAVDDES.

AT qui mira rerum mutatio, & fluxa generis humani gloria. Sueuorum gens inter priscos Germania populosa fama rerum gestarum & probitate, sinè controuersia illustrior portio fuit: cuiusq; gloria eousque creuisse memoratur, quòd virtute & armis imperiū orbis meruerit, illudque supra vnus seculi spatiū magnificentissimè tenuit ac gubernauit. hæc eadem viduata suis principibus, nescio qua iniquitate fortunæ, nè dicam ignauia, mox substitit, quasi non extet, cuius rei gratia famam suam extèdere, aut quod minus est, tueri possit. Non desunt Sueuis vires, nõ potètia, non denique hominum copia, eorum quorum autoritate & sapiètia publica possit gubernari. Sed vbi vnusq; priuatè potètiæ studet, nemo est qui de rep. benè sentiat, aut quod sentit, ad cõmunem vtilitatè referat. Nihil mirū si in rebus pacis & belli confusa sunt omnia, & cõsideratè nihil fiat, tandemque gloria qua diū floruerūt Sueui, necesse est intereat.

Cùm verò de Sueuia Sueuorumque moribus ad eò multa memorandaq; apud veteres inueniant scripta, scitu & laude dignissima: hæud ab re putauerim, hoc in loco ob patriæ amorem, etsi non oia, illustriora tamen, q̄ sparsim de his mandata sunt literis, & quæ inuenire potui, in vnum redigere, simulque nostrorum temporū ratioem habere: ad quod cùm neminem adhuc animum adiecisse compererim, spero pro rerum gestarum cognitione hunc nostrum laborem nõ fore superuacuum.

Post confusionem linguarū vnaqueque gens possedit terram aliquam. Vnde descendentes de Iaphet filio Noæ, obtinuerunt Europam. ab his simul egressa est & gens Sueuorū, quæ magnam partem Germaniæ à priscis memoratur possedisse. Cor. Tacitus de situ & moribus Germaniæ refert, Sueuos maiorem partem Germaniæ obtinere, proprijs tamen nominibus nationibusque discretos. Et Strabo cõmentar. 7. Sueuorum, inquit, gens amplissima. à Rheno siquidem vsq; ad

ad Albim fluuium peruenit, eorū etiā portio trās Albim loca depascitur. Vnde verò dicti sint Sueui, variāt, vt in pluribus aliarum gētium appellationibus, scriptores. Berofus nanque, qui floruit ante Monarchiam Magni Alexandri, lib. 5. sub Baleo rege xj. Assyriorū: post aliqua, inquit, apud Tuiscones regnat Sueuus, super quo Ioh. Annius Viterbiensis scribens, de Sueuo, inquit, Germanorum rege, non est dubium, esse eum qui Sueuos condidit, quorum meminērūt Plinius in natur. hist. & Cor. Tac. de moribus Germanorum. Et sic secundū Berofum. Sueui non descenderunt à Iaphet, sed à Tuiscone 4. filio Noæ, quem genuit post diluuium, à quo Germani & Sarmatæ originē duxēre. Consentit Cor. Taci. in priori lib. de moribus Germ. Tuisconem canunt deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque.

Concordant satis antiqua scripta in Durego oppido Sueuiæ nobili, quibus habetur, quòd duo reges ibi habitauerint, indè dictum est Duregum, vulgò Zurich, id est, *Zucireich*. concurrunt enim ibi duo regna, Sueuorum & Arelatense, diuiduntur tamen fluuiio. oppidum maius cōdidit Sueuus rex Sueuorum, à quo Sueuia nomen accepisse fertur: minus oppidum condidit Thuricus rex Arelatensium. Alij verò, vt Plinius, Sueuos nuncupatos à Sueuo monte, q̄ ab ortu solis Germaniæ initiū facit, & cum permaximus sit, ad Cimbrum vsq; promontorium tenditur, qui mons & fluuiio nomen indidisse putatur, & dictus est Sueuus: hodiè Odera seu Gutula, fluens ex mōtib; Boëmiæ. Vtrunq; saluari potest, & quòd Sueuus rex author fuerit Sueuorum, à quo & mons dictus fuerit Sueuus, & ab utroq; Sueuia nomen accepit. Et hic mons condeperdet, secundū aliquos, Riphæis & Hyperboreis montibus, & in parte respicit Pannoniam vno cornu, alio pontum Euxinum, & cohæret monti Venedico cōtra Sarmatiam, vbi & Venedicus sinus. Vndè qui habitabant iuxta Venedicum sinum, dicebantur Venedes, id est, Vandali: & habitātes iuxta Sueuum montem, dicebantur Sueui.

Nec miretur quis nos, qui sumus p̄pe Rhenum, à tam distante monte appellari, cum antiquitūs Sueuia à Rheno vsq; ad Albim fluuium & vltra inueniatur protensa fuisse, vt prædictum est. Et sunt qui dicunt, Carpathum mōtem esse Sueuū: quod minimè mihi videtur. ex eo enim monte oritur fluuius Tibiscus, versūs meridiē fluens, & exoneratur in Danubium, vbi demū vrbs Tibiscus. Eamque regionem adhuc tenent Germani, Septemcastrenses dicti. Erat etiā antiquitūs differentia inter Sueuos: aliqui dicebantur Sueui Senones, alteri Sueui Angli, quēadmodū meminit Ptolemæus & Cor. Taci. quorū nomina interiēre, nisi dicere velimus, ex quo terrā Sueuorum ad Albim fluuium & septentrionem in ditionem Saxonum peruenisse narratur, Sueui Angli hodiè in Saxonibus permanent, à quibus Saxonibus Anglis, Britannia postea victa, Anglia fertur dicta.

Sueuia finibus istis ætate nostra descripta est: ab Oriente Boioarijs, ab occasu Alsatensibus & Rheno iungitur, alpium iuga à meridie habet, à septentrione Franconiam. Alemaniam nominant Sueuiam plerique à lacu Lemano, quem hi Lausanensem lacum, à quo nō putārim dictos Sueuos Alemanos, hi Lindomagū fortassè ineptiūs, hi Constantiense flumē scribunt. Cui sententiæ Albertus Magnus Sueuus, in lib. cui titulum fecit, de natura locorum, ad stipulatur. Quarta Occidētales gentes cōtinet, Getas, Thuringos, Herulos, Sarmatas, Marcomannos, Longobardos, Sueuos, Alemanos, qui à Lemano maximo stagno, quod ante radices alpium diffunditur, per cuius medium transit Rhenus, nomē habent. Atq; eo quidem argumēto constat, cur Sueuia sola Alemaniam olim dicta fuerit, vndè & Alemanorū principum, hoc est, Sueuorū frequens est in historia mētio. Sueuia itaq; totius Germaniæ inuenitur esse portio suprema. sola nanq; duobus fluuijs totius Germaniæ clarissimis, Rheno atq; Danubio irrigatur, quorum alter mōdico flexu in Occidētem versus Oceanum miscetur, alter ediuersò in Orientē defluit. de hoc Gotfredus inquit:

EE *R. Faq.*

Sueuiæ limites.

Sola Sueuia Alemaniam.

*Septentrionem

*Altaq̄ Sueuorum depōst & bella canamus.
Fons ibi Danubij primū nanciscitur ortum,
Cui facit Hungaria, Ruthenia, Græcia portū.
Rhenus ab alto cadens, mediæ irrigat inti-
ma terræ.*

Castrorum latè copia multa patet.

Fertilitas
Sueuicæ.

Sueuia hæc partim plana est, partim montosa, ager regionis fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter si quid aut lacus aut mōtes aut syluæ occupāt. Nemora multa, venatio frequens, frumentorū abundātia, pecorū magna vis, cōualles plurimæ perennibus riuus clarissimæ, vndiquè amnes procurrunt, qui se vniuersi in Rhenū Danubiūve exonerant. idque experimento comperitū est mirabile dictū, quod amnes quiq; ex vno etiā aliquandō scaturientes fonte, si Danubio influunt, anguillis carent: si verò Rheno illabuntur, anguillas nutriunt.

Miri quid-
dam.

Tota in sup̄er regio salubritate gaudens, celebratissimis vrbibus, vicis & castellis referta, arces excelsæ, natura & arte munitæ, & quæ ad Christianā religionem spectant, pulcherrimis ac ditissimis templis, collegijs, monasterijs, variorum ordinum sexūs vtriusque, basilicis parochialibusq; Ecclesijs est exornata. Circa montes ferrum habet, argentum procreat ac metalla: gens populosa, fortis, audax & bellicosa, procerō corpore, flauo crine, venustā facie & decora, ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorum à Plutarcho dicta.

Danubius
seu Ister
Sueuicæ flu-
men.

In Sueuia oritur Danubius seu Ister celeberrimum Europæ totius flumen, ab Occiduo fluit in Orientem, primò lentus, dein auctus 60. fluminibus, clarissimas gentes alluens, tandè 7. ostijs mare Ponticum ingreditur. Fontes Danubij sunt haud procū à Rotuila, in villa **Doneschingen** / cui loco à Danubio nomē esse puto. Eius apud scriptores & multa & celebris est mentio. nam Herodotus in Melpomene Istrum ait apud Celtas ortum, totam penè Europam emetiri. Celtarum verò communis appellatio Germanis fuit apud vetustis. scriptores. Solinus in memorabilib⁹. sententiam nostram cōfirmat, cum ait: Ister Germanicis iugis oritur, effusus

mōte qui Rauracos Galliæ adspicit, agrū Basileensem, quæ hæc montana, vnde Danubius orit, adspiciūt. Sexaginta amnes in se recipit, omnes fermè navigabiles, septem ostijs pontum influit. Et Cor. Taci. montem vbi est ortus fluminis, Abnobam appellat. id quod & Pli-
nius scribit capit. 12. quarti.

Aliquandō obscuriūs, & quoad homini Græco licuit, Strabo in primo inq̄, fontes Istri esse à mōtibus supra Adriaticū, fortassis alpes putat, quas Græci ferè post Adriaticū seu Tyrrhenū descriptū incipere putant. Et Strabo alio in loco lib. 4. Apœninū describens, ait: Ister ab hisce montib⁹ in multa diuisus capita, sumit originē. In 7. Cæterum Tiberi⁹ à lacu vnius diei progressus iter, Istri fontes adspexit, et ab eo paululū absunt Rhetij. lacū (credo) putat Constātiensē, à quo vnius diei itinere distāt Rhetij. Atqui Dionysius Byzātius in *perihegesis probè rem exequitur: alpes primū describit, quibus ortum Rheni dedit: post ortum Rheni, siue sub Rheno, id quod re ipsa constat, oriri Istrum inquit. eius hoc carmen est, vt diligentius examinetur poëma:

Ἰστὸν δὲ ἰστέον ἐπιτίθηται ἰσπῶ.

& reliqua. Atque omnia quidem, quæ hoc loco disputata sunt, eò spectant, vt Sueuicæ deberi ortū Danubij seu Istri, etiā vetustissimorū scriptorū auctoritate (nam res constat) intelligatur.

Hic Ister siue Danubius, Sueuiam omnem in duas secat partes, & rectiūs, vt didici, quàm faciant Alpes. in latere meridionali Danubij, superior est Sueuia, in latere verò septentrionali inferior.

Sueuia superior, etiā Rhetia secundū Anshelmum est dicta, de quo illud Pauli Orosij lib. primo: Pannonia, inquit, Noricum & Rhetia habent in Oriente Mœsiam, à meridie Istriam, ab Aphrico Alpes Apœninas, ab occasu Galliam Belgicam, & à circio Danubij fontem, & limitem qui Germaniam à Gallia discernit, à septentrione Danubium & Germaniam: quod non est aliud dicere, quàm quod Rhetia habet ab Oriēte Bauariam, à meridie alpes Apœninas, ab Occidente Galliam Belgicam, à septentrione Danubium. addit & Ger-

Abnoiu

Augu
Vind
Sueui

Rhetia Sur
uia super

*Att. Rheti-
orà Germ.
Cl. Ptolem.
discernere.*

Germaniã, quia olim Danubius limes
erat inter Rhetiam seu superiorem Sue-
uiam, & Germaniã. testis est Corn. Ta-
ci. de situ Germaniæ dum ait: Omnis à
Gallis, Rhetijs & Pannonijs Rheno &
Danubio fluminibus Germania separa-
tur. Concordat satis Cl. Ptolemæus in
cosmographia sua.

Ità & intelligendi sunt Isidorus ac
Bartholomæus, qui dicunt Rhetiã esse
Rhenensem prouinciam, quia eam ab
vna parte Rhenus circumfluit. Consen-
tit Solinus satis, vbi de Gallis mentione
facit: si Thracia sit petenda, excipit ager
Rheticus, optimus frugibus & ferax,
Brigatino lacu nobilis. Cæterum quo-
modo duplex sit Rhetia, Alpestris &
Campestris seu transalpina alia, videri
potest Strabo: & Iustinus quidem ait,
Tuscos duce Rheto, auitis sedib⁹ amif-
sis, Alpes occupasse.

Superior Sueuia olim etiã Rhetia
dicta est, terra habens multas ciuitates
& oppida valde firma, cuius gleba est
fructifera, & vinifera in multis locis,
gens fortis in vita & moribus. sunt in ea
nobilissimæ ciuitates, Augusta Vinde-
lica, & Constantia, quarum vna No-
ricum, altera Gallos seu Heluetios ad-
spectat.

*Augusta
Vindelica
Sueuia vrbs*

Augusta vrbs est inclyta atque vetu-
sta, cuius originem aliqui ostendere vo-
lentes vetustissimam, gentè Sueuorum
à Iaphet descendem, eam primùm in-
habitasse prouinciam scribunt. venien-
tes, aiunt, Sueui ad Rhetiam, locum aptum
considerantes, ad tuendum verò natura
munitum, ob cõcursum duorum rapi-
dissimorum fluuiorum Vindæ & Lici,
hanc vrbs primùm ædificauerunt, eamq;
Vindelica à Vinda & Lico appellabãt:
ea em regio postea vsque ad alpes Vin-
delica dicebatur, vniuersaque montana
pars in Orientem & austrum vergens, à
Rhetis Vindelicisq; tenebatur, vt Stra-
bo ponit. Eam autem more vetusto val-
lo ac fossa cinxerunt.

*Vindia
Licus.*

Non nihil ex huius vrbs monumen-
tis supra cõmemorauit in generali Ger-
manorum descriptione. huic dant ple-
riq; Varianam cladem, etsi Strabo in 7.
in Cheruscis cæsum Quintilium affir-
met, sed ad Augustam ingenti periculo

laboratum esse Romanis, cæforum mo-
numenta indicant, & locus qui Perdita
legio, vulgò *Perleg* dicitur, & *Griechs
Auar*/quod ibi cæsus sit Græcus Auar,
qui Macedonicam legionem ducebat.
epitaphij, quod adhuc visit, supra me-
minimus:

*His nomen terris Bogudis dat regia proles
Græc⁹ Auar, Sueuis pecudis de more litat⁹.*

Et post Quintilij cladem, Tiberius
Drususque annos 3. in Vindelicis reli-
quisque vicinijs egere continuo bello,
dum tandem acceptis in fidem illis, Au-
gustus vrbs Vindelicam Romanis ha-
bitatoribus dedit. vnde Auguste opinor

*Vndè Augu-
stæ nomen.*

ANNO dein salutis 955. Hungari
Germaniam, & præcipuè Sueuiam va-
stantes, Augustam obsident, varijsque
cladibus Noricos, Rhetios & Sueuos
affixerunt. Tum Otho primus impera-
tor aduersus eos pluribus diebus certa-
uit, tandemq; ad internecionem deleuit.
tres quoque in eo bello regulos eorum
captos, à militibus suis, ad eum perdu-
ctos, cum ob clementiam seruare cona-
retur, Sueui eo nolente suspendio neca-
runt. Vltima hæc apud Augustam pu-
gna habita fuit atq; victoria. Fertur au-
tem S. Vdalricus interfuisse, qui postea
in eadem vrbe migrat confessor, ponti-
ficio secundum Deum peracto.

Constantia verò ciuitas, super lacum
per quem trãsit Rhenus, est sita, vrbs nõ
admodum magna, sed opulenta & famo-
sa, in cui⁹ agro finit Sueuia, à qua haud
longè sita est sylua, vulgò *Schwaben*
dicta, nec procul Abnobæ iuga, atq; ad
S. Gallum oppida cum tota Durgaudia,
censentur à plerisq; de Sueuia. hinc in
Sequentia de S. Gallo, *Sueuiã suauem ti-
bi Galle dono patriam.*

Constantia autem dicta inuenitur à
Constantio, Constantini Magni patre,
cum prius Gannodurum nuncuparetur.
Indicat hoc tabula marmorea in Eccle-
sia S. Cunradi in latere, vbi inuenitur
vetustis literis ita conscriptum: *Prope
maena vrbs Rhenus lacu emergens, rur-
sus in alueum redit, amoenissimumque spec-
taculum suū reddit.* Hac cœpit vrbs an-
no salutis 1414. concilium generale ad
schisma tollendum, quod 39. annis du-

*Constantia
Gannodur
seu Vitus
dura.*

Concilium
Constantien.

rauit, Sigismundi Cæsaris iussu & industria congregatum: tres enim fuerant, qui se pro papa gerebant, Iohannes, Gregorius, & Benedictus, quibus per concilium motis, canonicè præficitur Martinus quintus, de quo in generatione dicet 48. migravit hac in vrbe Cûradus episcopus, & inter sanctos est relatus.

Rheni fontes.

Rhenus autè fluuius amœnissimus, Rheticarum alpium inaccessio ac præcipiti vertice ortus, fontes habet in altissimo alpiû iugo. defluit verò ad aquilonem, primùm auidò meatu per conualles & abrupta montium, Curiensemq; percurrens agrum, fines Sueuorum ingreditur, moxq; duos lacus præclaros efficit, Venetum & Acromum, vt Pomp. Mela nominat. hi nunc à loco & dominijs nomen trahunt. superior, quondam Brigantinus seu Podamicus, vulgò *Bodensee* nunc Constantiensis lacus appellatur: inferior verò, ab oppido Cella Rudolphi, Cellensis lacus ab incolis dicitur. ad lacum superiorem Constantia vrbs est sita. Deinde aliquantò post secundum lacû procreans flexuoso littorum anfractu, varijs rupibus saxosisq; incitatus, paulò inferiùs Rauracos, hodiè Basileâ nobilem vrbs, Argentinam, Spirâ, Vormatiam, Moguntiam, Confluentiam, Coloniam, Germaniæ ciuitates alluês, in Oceanum Germanicû multis ostijs effunditur.

Constantien
lacus.

Lacus Constantien omniũ est amœnissimus, multaq; castella, oppida & vicus vndiquaque per ripas habet. aqua est nitida fundo perspicuo, pisces fert varios quidem & multiplices: terra circum iacens, ferax vini triticiq; & arboribus domesticis egregiè est confita: regionis forma suprâ quàm dici potest pulchra, vniuersa læta, vnamq; faciem longè lateq; contexens: taceo nauigia, quibus quoq; adportatur auerunturq; necessaria omnia. Lacus verò inferior, Cellensis dictus, minor prior, aliàs non minori præditus est in se & per gyrum voluptate.

Cellensis
lacus.

Inter Constantiam & Augustâ vrbes, in longum & per transversum itinere trium dierum plùs minùsve, mul-

tæ sunt planities, vrbes crebræ, castella & vici innumerabiles, arces munitæ, riuus, amnesq; plurimi, & nemora ad vsu planè accommoda. Ager qui Danubio irrigatur, & qui Augustam alpesq; Istro adiacentes respicit, & vinctis caret, cætera copiosè profert. Reliqua pars vicinior lacui Constantiensis, vites nutrit: remotior autem, Albo-
goia dicta, ad alpes Rheticas vsque percurrens, longè lateq; palustris & nemorosa est, diues pecorum, lacte & carnibus abundans, linoq; facit quæstum maximum, populus martialis & robustus. Versus occasum à capite Danubij interq; Cellensem lacum, pagus est famosus, vulgò *Hegou* dictus, in quo præter nonnulla oppida & villas, in montium iugis castra sunt & arces plurimæ, natura & arte munitæ, quasi toti Sueuiæ videantur esse propugnacula.

Adiacet quoq; trans Rhenum alter insignis pagus Tigurinus: in eo situm est nobile & antiquissimum oppidum, à duobus regnis Sueuorum & Arelatensium ibidè confinentibus, vt fama est, scriptumq; inuenitur, Duregum nomen accipiens, quòd sit duorum regum. Sunt enim duo oppida vnius nominis. minus, à quodam rege Arelatensium Turico, fertur esse conditum: maius verò, à rege Sueuorum cui nomen erat Sueuus: ideoq; pagus cum oppido, Sueuici iuris est habitus, vt in chronicis ibidè latiùs habetur.

Interior verò Sueuia, Danubio seu Istro flumine à superiori discernitur. Prope fontes eius fluminis, præclara est sylua, incolæ *Schwarzwald* / id est, syluam nigrâ vocant. Hanc caput Hercyniæ syluæ esse volunt. Id quod *Hercingen* pagus prope oppidum *Waldsee* indicat. Sed Hercyniæ syluæ latitudinem nouem esse dierum, author est Iulius Cæsar: longitudo verò sexaginta dierum, teste Pom. Mela, iter occupat. Oritur autem à finibus Heluetiorum, Nemetum & Rauracorum, rectaq; fluminis Danubij regione peruenit ad fines Dacorum atque Auarum: hoc est dicere, quòd oritur à Rheno, qui limes est inter Heluetios, Rauracos, Nemetes & Germanos.

Adsti-

Albo-

Hegou

Nigra sylua
Hercynia
Hercynia

6. bel. Gai

Ad stipulatur Strabo li. 4. Istri, inquit, fontes iuxta Sueuos & Hercyniam syluam sunt. & in 7. lib. Ac, inquit, Hercynia sylua p̄ceris est arboribus, cui quidē & Istri fontes ac rheni proximi sunt, inter vtrunque lacus & effusæ de Rheno paludes. & post pauca: Hercynia sylua magis, quàm Istri fontes, in austrum vergit, adeò vt è Gallia in Hercyniam tendenti, priùs lacum transire opus sit, deinde Istrum, postea iam per faciliora loca montanasque planities ad Hercyniam syluam sunt accessus. Cæterum Tiberius à lacu vnus diei progressus iter, Istri fontes adspexit, ab eo Rhetij paulum absunt. Iste est lacus Constantiensis vel Cellensis, ex verissima coniectura.

Ergò his indicijis constat, veteres appellasse Hercynium saltum, quam modò syluam nigram dicimus. Coniectura ex Istri, Heluetiorum & Rauracorum vicinitate proba est. At Bacenas syluam aliam, quam Hercyniam pleriq; putat, eam scilicet quam diuidere aiut Sueuos à Cheruscis, arbitrati regionē inter nigram syluam & Rhenum, Cheruscorum patriam esse. Atqui longè alia est apud vetustos authores Cheruscorum descriptio. Sunt illi Hermunduris* Chattisq; affines populis: opinor eos dictos, qui Marchiam hodiè habent antiquā, haud procùl à Saxonum ditione. Nam Albim flumen eos olim accoluisse, constat ex Aufonio,

Albim liquere Cherusci.

Cæterum fortissimam gentem scriptores cognominat. Tu Strabonem vide in vij. Itaque crediderim ego, portionem illam inter nigram syluam et Rhenum, quam isti Cheruscorum dicunt, Sueuiæ connumerandam esse, quod & inuenitur apud antiqua monasteria in Brisgaudia. Est enim Sueuia, vt refert Bartol. de propriet. rerum, Rhenensis prouincia, & habet Alsatiam cum Rheno à meridiè. Vndè de rege Alemanorū Ammianus Mar. lib. 15. scribit, quòd eius regis pagi, Rheni ripis vterioribus adhererant, scilicet ex opposito Argentinæ. Hinc Strabo li. vij. Sueuia, inquit, à Rheno vsq; ad Albim fluuiū peruenit. & Got. Viterbien de Sueuia:

Rhenus ab alto cadens, medius rigat intimam terram.

In hanc regionem apud vetustissimos, Heluetios trāsmisisse legim⁹, teste Cor. Tac. qui validiores inquit olim Gallorum res fuisse. Igitur inter Hercyniam syluam rhenumq; & Mœni amnes Heluetij tenuerunt. Verum de Cheruscis & Bacenis nemo adeò meminit, vt veritatem adstruere velit. Et coniectura sæpè fefellit. Vndè Brisgaudiam partē esse Sueuię plurimi asseuerant. Itaque inferior Sueuia supra caput Danubij incipit, Hercyniaque sylua mox sequitur, quæ se in duo brachia expandit: Pars quæ Rhenum adspicit, nigra sylua, caput Hercyniæ dicitur: quæ verò Danubium sequitur, alpes dicuntur, Hercyniæ portio, authore C. Iulio. nam rectè Danubium sequitur, vt ipse ait.

Nigra sylua pinifera est & obscura. Ideò fortè nigra dicta, proceris frequēs arboribus, habet altissimos montes & niuales: habitatur tamē vndiquè, exceptis quibusdam vastissimis iugis montium. Terra amara est, & nisi exusta, in locis plurimis semina perdit. fructiferas arbores & domesticas, nisi in conuallibus, agrè producit. Sed pascua habet creberrima, multaq; pecora. Incolæ ligno & resina plerunquè victitant, in vallibus fontes & riui vberes, circumiacentia irrigates, & præter pisces quos ferunt eximios, aliam commoditatē asferunt hominibus. arbor enim pinus pro sua proceritate ad ædificandum multum est idonea, quam scindunt in varios vsus, ceu rates colligant, amnibus imponunt, & in Danubium aut Rhenum auerunt, ex hoc quæstum faciunt. Sunt & in sylua hac fontes aque calidæ. hinc surgunt duo balnea famosa: in oppido **Baden** illustri, vndè marchiones Badenses nomen trahunt, vnum: alterum in oppido **Wiltspaden** / quod naturale dicitur, longè lateque notum. nō desunt huic syluæ argenti venæ aut fontes salis. Nonnulla habet oppida, vicos plurimos, & per gyrum sunt vrbes, arces, vici & pagi decorantes*. vndè sylua hæc alioquī tristis & aspera, ex his præcommodis, habitantibus non est iniucunda.

Cæsar id Volgis & Teutofagib⁹ 6. bel. G. 10. adscribit.

Istud Cæsari 6. bel. gal. 11. non omnino consonat.

Nigra sylua colitur.

Thermæ naturales.

Alpes Sue-
uicæ.

Alpes verò in latere septentrionali Danubiũ comitatur, mons est ferè perpetuus, haud longè à fontibus Danubij incipiens, in Orientem vergit. Latitudo eius xx. millia passuũ plus minúsve, longitudo verò extra limites prouincię extenditur. Sortitur autem varia nomina: in capite Scherra dicitur, deindè Alpes, postea *Albuch* / postremò *Herfeld* appellatur. superficies harũ alpiũ propè plana est, niualis, saxosa & frigida. in multis locis aquæ penuria. vbiquè tamè habitatur. sunt oppida, sunt vici plurimi. incolæ multa vi exigunt à gleba frumentum, cùm terra adeò saxosa sit, vt nonnunquàm octo aut nouem iuga boum, aratrum vix benè trahant vnum.

Et quod mirum videtur, cùm aliæ gentes ex agris saxa & lapillos cijciãt, veluti impedimenta frugum, hi vbertatis causa conseruant. auena eius terræ optima est, pascua multa, iumenta & pecora plurima. conualles habet nonnullas, & in his lympidissimos amnes, pisces eximios. in capite etiã alpiũ per latera in gyrum arces & castra sunt munitissima. Inter eas & Danubium sunt plurima oppida, villæ innumeræ, insignis vrbs *Ulma*, Magni Alberti natiuus locus *Loingen* / *Vuerda* quoquè Sueuica.

Ulma.

Neccarus
alibi Nice-
rus.

Inter syluam nigram & alpes iam dictas, amnis labitur præclarus *Neccarus*, haud longè à fontibus Istri ortus, & mox in agrum Rotuilenfium delatus decurrit, inferiorem Sueuiam in duas secans partes: ac itinere fermè quinque dierum auctus riuis pluribus, in Rhenũ exoneratur. oppida illustriora per ripas sunt, *Horb* / *Rotenburg* / *Tubingen* / *Eflingen* / *Stutzgarten* / *Hailpron* / *Vuimpina*, *Haidelberga*, supra quod oppidum arx fortis ac nobilis, ædificia habens regia magnificentia digna. sedes est comiti Palatino Rheni, archidapifero sacri imperij, vbi & studium floret generale.

Tubinga.

Pars à dextris *Neccari*, alpes prædictas habet in meridie, ad Orientem *Noricum*, à septentrione *Franconiam*. in ea tres sunt regiones. Prima incipit in capite *Neccari*, quæ ab initio parùm aspera: at vbi descendens paulatim exte-

ditur, ager tum clemens est & eximius, per colles vndiquè vitibus confitus, arboribus domesticis affluens, ferax tritici ac frumenti. crebra sunt oppida, vicorum magna frequentia. sunt nemora, sunt prata, valles, amnes, pecora, & quod maximum virtutis & opulentia specimen est, populo tota regio referta.

Altera regio *Noricum* adspiciens, *Rhetia* est dicta, terra pinguis, diues & propè spherica, diues pecorum atque frugum, palustris tamen, vites non habet. in ea situm est insigne oppidũ *Nortlingen*. Magnam capies voluptatem, si regionis situm adspexeris: ita sanè per gyrum & intrà, oppidis, vicis & castris ceu flosculis exornatur.

Regio tertia ingens sylua est, quæ *Francos* à *Sueuis* disternat. eius latitudo, vnus: longitudo per tractum *Sueuiæ*, trium dierum itinere vix consummatur. Incipit ab *Othonis* sylua, vulgò *Othenwald* / & ascendendo non definit, donec *Rhetiam* prædictam in lateret tangat.

Habet autem quasi pro custodia in hoc loco *Sueuia* duo propugnacula aduersus *Francos*, oppidum illustre *Hallenfense*, in quo sunt fontes salis vberes, & extrà ager *apricus*. At vbi plus ascenderis, occurrit oppidum *Dinckel-sphibel* insigne, cuius ager *Rhetis* est vicinus. licet autem sylua hæc montosa sit & aspera, pascua tamen habet & multa pecora, estque pluribus locis pinifera, ex qua incolæ refinam colligunt, & arborem pinum in varios vsus scindunt.

Quantquam autem vasta sit sylua, à latronibus tamen benè est custodita. Seruant enim incolæ simul & finitimi prisca consuetudinis ligam in parte periculosiore, quam centenariam appellant, qua, etsi sint diuersis subiecti dominijs, patriam tamen mutua ope ab exteris tuentur. sunt non minùs per gyrum & ab intrà oppida nonnulla, villæ plurimæ, & castra permunita.

Pars autem inferioris *Sueuiæ* ad læuã amnis *Neccari* post nigram syluam, cum adiacentibus castris, oppidis, vicis &

& agris, ad pedes habet pagos plurimos per sylvas, montes & riuos distinctos. agri famosiores tres inueniuntur. superior habet à dextris amnem Neccarum, à sinistra syluam *Hagenschies*, ad pedem montem *Heuchelberg*, terra vini ferax & frumenti opulentissima, in nullo impar agro ad dextram Neccari. Ager verò vltra syluam *Hagenschies*, maximus est, & Rhenum adpicit. quàm proximè verò Rhenum Sueuiciuris sit, non contendo, cum prouinciarum limites pro dominantium potentia sæpè varientur.

Tertius ager vltra montē *Heuchelberg* / *Graichgou* vocatur, diues & latè patens. hi agri omnes vino, frumento, plantis, arboribusq; domesticis & syluestribus, omniq; eo quod ad victum pertinet, abundant. sunt præclara oppida, vicorum multitudo, terra plena colonis & irrigua, & quod præcipuum est, aeris salubritate prædita.

Hactenus vacat attingisse generalem Sueuicæ descriptionem, & leuiter quidem, talem scilicet quæ seculo nostro possit intelligi, cõparata cum antiquorum scriptorum monumentis. Et patriæ laudi tantum mihi dandum videtur, vt non solum hac generali notione, nec ea quæ superiori volumine patuit, sed speciatim quibusq; obseruatis, quæ ad Sueuorum gloriam pertinent, proferatur, quando ea natio vel omnium consensu, vt olim, ita hodiè Germaniæ totius est longè celeberrima.

C. Iulius Cæsar in quarto commentar. de his ita scribit: Sueuorum gens longè maxima ac bellicosissima Germanorum omnium. hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa è finibus educunt: reliqui qui domi remanserint, se atq; illos alut. hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. sic nec agricultura, neque ratio atque vsus belli intermittitur. sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neq; longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet: neq; multum frumeto, sed maximam partem lacte atque pecore viuunt, multumque sunt in venationibus, quæ res & cibi genere, &

quotidiana exercitatione, & libertate vitæ, quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omninò cõtra voluntatè faciant, et vires alit, & immani corporis magnitudine homines efficit. atq; in eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis neq; vestitùs præter pelles habeat quicquã, quarum propter exiguitatè magna est corporis pars aperta. & lauatur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus, magis eò, vt quæ bello ceperint, quibus vendant habeant, quàm quò vllam rem ad se importari desiderent. Quin etiã iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæq; impenso parant precio, Germani importatis his non vtuntur. Sed quæ sunt apud eos nata parua atq; deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi vt sint laboris, efficiunt. Equestribus prælijs sæpè de equis desiliunt, ac pedibus præliantur, eosq; eodem remanere vestigio assuefecerunt, ad quos celeritè se, si vsus est, recipiunt. Neq; eorum moribus turpius quicquam aut inertius habetur, quàm ephippijs vti. Itaq; ad quenuis numerum ephippiatorum equitum, quanuis pauci, adire audent. Vinum ad se omninò importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atq; effœminari arbitrantur. Publicè putant esse laudis, q̃ latissimè à suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non posse. Itaq; vna ex parte à Sueuis circitè millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. ad alteram partem succedunt Vbij, quos sibi vectigales fecerunt, vt de hoc infra dicetur. Hæc ille.

At Cor. Tacitus de situ Germaniæ, de Sueuis refert: Maiorè, inquiens, Germaniæ partem obtinet, proprijs adhuc nationibus nominibusq; discreti, quam in communi Sueui vocentur. Insigne, inquit, gentis obliquare crinem, nodoq; substringere. sic Sueui à cæteris Germanis, sic Sueuorum ingenui à seruis separantur. apud eos vsque ad canicem horrentem capillum retrò sequuntur; ac sæpè in ipso solo vertice religant principes, & ornatiorem habent. Et post pauca, Statuto tempore in syluam augurij

EE 4 patrum

Mercatores.

Equites.

Vinum.

Sueuicæ religio.

Græcia.

Abel. gal. 2.

Præci Sueuorum.

patrum & prisca formidine sacrâ, omnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt. Cæsoque publicè homine, celebrant barbari ritus horrèda primordia.

Est & alia luco reuerentia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & potestatem numinis præferens. si fortè prolapsus, attolli & insurgere haud licitum. per humum euoluuntur. eoque omnis superstitione respicit, tanquàm indè initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera subiecta atq; parentia.

Pars quoquè Sueuorum, vt idè Cornelius præmisit, Isidi sacrificat. vndè causa & origo peregrinossacro, parùm cõperi, inquit, nisi quòd signum ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Hæc Cornelius de Sueuis peculiaria, cætera cum Germanis communia. Verùm* enim uerò non solùm apud Sueuos, sed & apud omnes ferè homines mutati sunt mores, quæq; iacturarum pessima est, propè semper in deterius.

At hodiè in omni ferè Sueuia eorum hominum qui in aliquo precio habentur, tria sunt genera: Qui sacris præsumt, Nobiles, & ciuitates imperiales. Qui sacris præsumt Ecclesiastici principes & prælati, multa possident, regalia habent & iurisdictiones tẽporales, quas in suos subiectos, laicos etiàm, passim exercent. ab eis si grauat quis, imperator appellatur. Omnis præterea status ecclesiasticus temporalibus prouisus est, personarum magnus numerus, clerus omnis habitu & incessu honestus, & satis disciplinatus.

Nobilitas gradus habet. sunt enim principes, sunt comites atque barones, sunt et inferioris gradus nobiles. principes non solùm dignitate & generis claritate, sed & potentia antecedunt reliquos. terras habent & dominia latissima. Comites & Barones, ceteriq; nobiles per totam Sueuiam dispersi sunt, regionem veluti flores campos, vndique exornantes.

Et quod mirum videtur, cum principes, comites & barones, quotiès imperij necessitas exigit, obsequia Cæsari tanquàm subiecti præstant, inferioris tamè gradus nobiles, exemptos se dicunt, &

nisi ad stipendium nemini seruiunt, nec suos subiectos seruire sinunt. Et tamen Romanum imperatorem, vt suum naturalem principem, omnes recognoscunt. Hi quoquè prophanari suam dignitatem arbitrantur, si mercaturas aut artes exercent aliquas, si ex ciuibus aut plebe vxorem recipiant, si in vrbibus habitent: consortia vrbiorum perosi, arces & castra in motibus, syluis & rure collocant. curias principum percupidè frequentant, cæterum de patrimonio & redditibus suis vitant. verùm vbi hæc deerunt, aliqua occasione sumpta, prædari non verentur.

Ciuitates autem imperiales eò dicuntur, quòd solùm sint Romano principi subiectæ, potentes sunt in Sueuia, habentq; libertates multas. Mores & instituta earum hæc omnibus communia sunt ferme: singulis annis vnus ex ciuibus suffragio creatur magistratus, apud quem summa potestas cum imperio sit. hic in caput vniuscuiusq; animaduertendi potestatem habet, hoc ordine: si de criminibus agitur, assidet in concilio hi quos sibi ciuitas deputauit. rei ipsi in vinculis adducuntur. accusatoribus & reid defensoribus dicendi copia datur, & auditis omnibus, itur in sententiam, non vt leges censent, sed prout ratio & cõsuetudo iudiciorum dicat. eodè ordine in ciuilibus causis cognoscitur. Cæsar in ciuilibus, si excefferint, appellatur.

Sunt autem in qualibet bona ciuitate duo genera hominum: alij sunt ciues vetustiores, alij plebeij seu populares. Plebeij mercantijs & officinis intendunt, ciues veteribus patrimonijs contenti, redditibus aluntur, equestrem dignitatem imitantes. si quis plebeius ditior factus, ad equestrem locum peruenire tentauerit, repulsam habebit: ita per longa tempora vterque ordo in suis finibus perdurat.

Gubernatio reip. ferè communis est plebeijs & ciuibus, nec ea plebs seruire videtur. sua cuiq; substantia tuta est & libertas, saluis legibus vt velint viuere. In communi verò iustitia per totã Sueuiam administratur ab illiteratis. laici enim imperatorum legibus non vtuntur, sed in singulis vrbibus, oppidis & villis duode-

Cleri Sueuici.

Nobilitas Sueuicæ.

Ciuitates imperiales Sueuicæ.

duodecim viri vitæ integritate ac honestate præcipui eliguntur in iudices, nullo habito respectu, an sciant literas nec ne, qui munus iudicandi necessariò subeant, licet remunerationem seu mercedem inde nullam habeant præter honorem. sed pro bono cõmuni suis posthabitis negocijs, statutis diebus iudicijs intendunt, iurantq; singuli se facturos secundum quod eis visum fuerit iustius atq; melius. & præsentem magistratu loci, causas audiunt, partibusq; ad satisfactionem auditis, sententiam dicunt, nõ ut leges cõsent, quarum nullam notitiam habent, sed prout ratio & consuetudo iudiciorum dicitur.

Nec à sententijs eorum Maiores nostri appellabant, indignum fore putantes, tantorum virorum gratis iudicantium decretis contradicere. Hodie verò passim ab eis appellari cõepit, quod ferendum esset, si iudices appellationis, in iudicando consuetudinem priorum iudicum seruarent. Sed hoc à paucis ponderatur, immò plerunquè sententiæ priorum iudicum, alioqui nullam iniquitatem continentes, ob id solùm, quia contra leges scriptas prolata inveniuntur, retractantur: in quo finè eorum demeritis & iudices primæ instantiæ imperitiæ suggillantur, & victrix pars grauatur. hoc quàm iustum sit, viderint iudicantes. Quis enim nisi insipiēs, ab imperitis legum leges vnquam exigeret? vnde multò sanctius esset, nullos tales iudices præficere, vel si præfeceris, equum esset eorum cõsuetudinem, quæ saltem contra ius gentium non esset, in iudicando seruare. Nescio quoquè, tolerabiliõr ne aut reipublicæ vt ilior fuerit, antiquus mos in iudicando. hoc planè scio, quòd multò minoribus expensis & laboribus Maiores nostri litigabant, nec minus quàm hodiè de administratione iustitiæ contenti fuerant.

Haftenus de his quæ pacis tempore habent: restat nunc quidem scribere, quemadmodum bellicis in rebus se habuerint Sueui. Si quidem ab vrbe condita anno septuagesimo quarto supra trecentessimum Sueuos duce Brenno Italianam legimus ingressos, Romã vastasse. Meminimus Allix cladis & in primo

volumine, vbi locus erat huic rei, & in secundo in generalibus Germaniæ laudibus, vbi Brennum è Sueuorum cognatione, non Britannum, sed Germanum diximus, id quod & Gotfredo probisq; scriptoribus alijs constat. nam Romani eam alluuiem, Gallicam notiore vocabulo appellarunt, quum ante illam cladem nihil cum Germanis egissent, vt ferè Græci etiã scriptores vetustissimi Germanos Celtas dixere.

Insupèr & Germanos fuisse eos, qui tum Italiam vt antea reliquas nationes vastarunt, probè ex Plutarcho patet in Camilli vita. Omitto reliquos, quorum supra meminimus, quibus constat, Senonas Sueuosque eius expeditionis principes fuisse. Quid de Ariouisti gestis dicam, cum quo adeo infeliciter dimicauit Iulius Cæsar, vt aliàs maiore nunquam periculo, ac milite minus audaci nõquam? In quo exercitu præcipua Sueuorum virtus enituit, si Eutropio credimur. Ceterum hi quæ in Germanijs tum egerint, pro fide authorum describã. Cæsar ait: Vbij, quorum fuit ciuitas ampla atq; florens, hos cum Sueui multis sæpè bellis experti, propter amplitudinem grauitatèq; ciuitatis finibus expellere non potuissent, tandem sibi vectigales fecerunt, & multò humiliiores infirmioresq; reddiderunt.

Subiungit: In eadem causa erant Vsi-petes atq; Tencatheri, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuerint, ad extremum agris pulsi, & multis locis Germaniæ vagati, ad Rhenum peruenerunt, quas regiones Menapij incolebãt, & ad vtranq; ripam Rheni agros ædificia, vicosaq; habuerunt, transitoque flumine, Menapios oppresserunt.

Qua causa Cæsar bellum cum Vsi-petibus & Tencatheris gerere cõstituit. quo audito, legatos misisse refert idem Cæsar. Interim is re frumentaria comparata, & hostium abditis secretisq; locis exploratis, vltra processit, aliquanta exercitus parte stipatus, vbi legatos hostium admisit, quorum arrogas oratio fuit in hæc verba: Germanos neq; priores populo Ro. bellum inferre, neq; tamen recusare, si laceffantur, quin armis contendant. hoc tã dicere, venisse inui-

gn. 55. lib. 1.
Gñ. 27. li. 2.

Sueui sub
Ariouisto
militantes.

4. bel. gal. 2.

4. bel. gal. 3.

4. bel. gal. 4.

tos

Judiciorum
in Suevia
cõsuetudo.

66. 36. li. 2.

Allix clades

tos se, à Sueuis eiectos domo, si suã gratiam Romani velint, posse his vtilis esse amicos: vel sibi agros tribuant, vel patiantur eos tenere quos armis possederint: sese vnis Sueuis concedere, quibus ne dij quidẽ immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem superare non possint.

Hac ideo inferere volui, vt qualem tum opinionem de Sueuis haberet etiã Iulius Cæsar, ostenderem, qui etsi laturus auxilium Vbijs, bis Rhenũ transuerit, resq; maximas in Germania gesserit, Sueuorum tamen gentem indomitam reliquit. Et licet Eutropius scribat Cæsarem Rheno transmissio Sueuos superasse, plus tamen credendum est Cæsari, qui manu sua rem gestam describens, nil plus refert, nisi, postquam per Vbios exploratores cõperit Sueuos ad initium syluæ Bacenis cum omnibus copijs expectare aduētum Ro. in syluis, constituit non progredi longius, inopiam frumenti veritus, redijt, nec manum cum Sueuis conseruit. Vndè multum sobriè Suetonius de vita Cæsaris scribès: Germanos, inquit, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit claudibus, Sueuos, tacens, quos nec Cæsar victos tacuisset.

Post Iulium Cæsarem, diuus Octavianus Titum Ennium prætorem cum legione Martia ac alijs ducibus in Vindelicos portioem Sueuorum misisse legitur, in qua Auar Macedo, vt scripsimus, perijt.

Post natum Christum, multa sunt à Romanis acta, cum Sueuis præcipuè, quotiès est in Germanis decertatũ, qui (vt Tacitus ait) triumphati magis sunt quàm victi.

Vanniũ à Druso Cæsare Sueuis præfectum aiunt. Deindè Tiberij tempore Maraboli apud scriptores præclara est memoria, quem aiunt Romam dolo vocatum, non dimissum esse, & Caligulã Eutropius ait Sueuiam ingressum, nihil præclari gessisse.

Sub Claudio Vãnius regno pellitur, prima imperij ætate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, si-

mul domesticis insidijs circumuentus. Authores fuere, Iubilius Hermundorum rex, & Vangio ac Sido, sorore Vãnij geniti.

Nec Claudius, quanquã sæpè oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio per fugium promittens, si pelleretur. Scripsitque P. Attilio Istro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem ipsaque è prouincia lecta auxilia, pro ripa componeret subsidio victis, & terrori aduersus victores, nè fortuna elati, nostram quoque pacem turbarèt, ait Tacitus. Nam vis innumera, Ligij aliæq; gentes aduentabãt fama ditis regni, quod Vãnius 30. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat.

Tandem Vannius hostium multitudine in pugna superatus, cum vulnera aliquot aduersa accepisset, fuga trãs Danubium aufugit. Regnum accepere Vangio & Sido inter se partitum, egressia apud Romanos fide.

Cæterum & apud Plinium & Pomponium Melam legi solet de Sueuis, dedisse eos dono Metello Celeri Galliæ proconsuli Indos quosdam, qui errantes eò per Oceanũ deueniant. quo probè patet, quanta ditio fuerit Sueuici regis, cuius maritimi comæatus fuerint.

Sub Vespasiano reges habuerunt Sueui Sidonem & Italicum. Nec minus celebria sunt, quæ deindè gesserunt in Sueuia Romani principes, quotiès ea commota, magnis Romanos incommodis affecerit.

Atqui sub Valeriano, qui circa annum Domini 259. inijt imperium, Sueui fines suos egressi, Galliam primũ oẽm, deindè maximam Italiæ partem incendijs rapinisque deuastarunt. Deindè & Probi temporibus circa annum Domini 285. fuisse in Germania reges plures, qui Probo imperatori se dedere, id quod eius ad senatum literæ testatur.

Constantinus Cæsar circa salutis annum 300. Alemanos Lingonas obsidentes profligauit, cum ipse antea fortunã in pugna aduersam expertus esset. Constantinus filius aliquantò post in Britania Croci Alemani regis auxilio creatus est imperator. aiunt nonnulli cæsos esse sequentibus annis à Constantino Cæs.

6. b. gal. 12.

Sueuiæ reges.

Vannius.

Marabolus.

Vangio
Sido

Italicum

Croci

Cæs. Francos & Alemanos, eorumque reges bestiis obiectos.

Sub apostata Iuliano in Gallijs Alemanorum rex fuit Sumanus, cuius regis pagi, Rheni ripis vltioribus, id est, lateri* septentrionali adharebant, author Ammianus. Quo tempore Iulianus Cæsar ingentes Alemanorū copias ad Argentoracū fudit, rege Alemanico capto. Gratianus circa annum Dñi 382. apud Argentoracum 30. millia Alemanorum cecidit summis laboribus.

ANNODomini 407. imperate Honorio, Vandali, Burgundiones, Alani, Stiliconis perfidissimi consulis hortatu Gallias irrupere, deinde Sueuos, qui nupèr Galliam aggressi, manebant in Heduis, sibi coniungere, & ad diripiendas Gallias cum maximis Sueuorū copijs profecti, relictis apud Heduos & Vefontiū Burgūdionibus, ipsi in Aquitaniam peruenere.

Quæ clades quanta Gallijs fuerit, è diuo Hieronymo licet intelligere, qui in epistola ad Gerontiam inquit: Innumerales & ferocissimæ nationes vniuersas Gallias occuparūt: quicquid inter alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, *Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & òlugenda respub. hostes Pannonij vastarunt. & reliqua lameta de Mogutiaco, Vangionibus, Tornaco, Nemetibus, Argentoraco & alijs.

At post ea tempora paululùm, dictæ gentes Sueui, Alani, Vandali, patefactis Pyrenæi claustris, Hispanias ingressi, horrendā hominū stragem commiserunt. Tum postquam Vandali in Aphricam Genferico duce transmiserant, Sueui *Callæcos Emerico rege gubernarunt. Is Emeric⁹ rex Sueuorū, annis 33. regnavit in *Callæcis, cui defuncto Rixilla successit, & annis nouē regnavit, *Hemericaq; Hispaniam, Carthaginem ciuitates, & Bæthicam prouinciam armis in potestatem suam redegit, de quo in Annalibus B. Hieronymi. Mortuo Rixilla, Rixarius illi filius successit in regno Sueuorum. imperauit annis nouem. hic habuit vxorem filiam Theodorici regis Gotthorum, iste ad vltimum dum Got-

thi Hispaniam ingrediūtur, occiditur, postquam regnavit nouem annis. Et illi successit in regno Mastrago, qui post eum regnavit annis duob⁹. eo defuncto successit illi Arismundus filius, quo defuncto, successit ei Theodomirus, cui in regno successit Mirus, aliàs Minus, & in illo deletum est regnum Sueuorū in Hispania, & translātū est in Gotthos. Horū regum Hispaniæ suprā mentio facta est. Quorū etiā meminit P. Orosius lib. 7. dicens: Alanorū, Vandalorum, Sueuorūq; reges eodē nobiscū placito mandātes imperatori Honorio: Tu nobiscum pacem habe, obsides accipe, nos nobiscum conflagimus &c.

Deinde aliquanto tempore post annum Domini 570. cum Alboinus Longobardus è Pannonijs in Italiā à Narsete vocaretur, auxilia primò Saxonū 20. millia cognationis causa secum duxit, qui sedes accepturi in Italia, cum vxoribus liberisq; patriam egressi sunt. In ea loca Francorum reges transtulere magnā Sueuorum, q̄ Rhenum accolebāt, multitudinem. Et ingresso Italiam Alboino, ingentes Sueuorū copiæ auxilia-riæ secutæ sunt. Deinde cum & Italiæ magna pars vastata esset, & accepissent Longobardi sedes, Saxones, siue q̄ illorum imperio parere nollēt, siue spe maiorum rerum, adorti Galliam proximè rapinis incendijsq; vastarunt.

Sed cum in ipsis Gallijs medijs debaccharentur, occurrerunt eis Francorū copiæ, quibus congregati timentes, ad Sigebertū Francum, qui tum Austrasiā Metis regebat, deducti sunt, qui foedere pacto, redituros eos in Saxoniam patriā dimisit. Institit rex apud Sueuos, qui iā penè 20. annos coaluerant in Saxonia, vt sedes mutarent: persuasitque eis tandem, vt regionem partiri pateretur, vel lentq; æ quo iure cum Saxonibus habitare assenserunt Sueui. at Saxones non contenti, eam sibi totam ex foedere cum rege inuito postulabāt. Et cum rex cunctatur, tandem Saxones à rege petunt, vt saltē æ quo animo ferat, si armis ipsi patriam recuperent.

Adnitente rege, Sueui inducti sunt, vt duas partes, retenta sibi tertia, Saxonibus restituerent. Sed nullis sollicitationi-

Sueui Alboini auxiliares.

Gallecos Sueuorum in Hispania dominatus. Emeric⁹, Hispaniam.

tionibus Saxones molliri poterāt. atrox prelium commissum est, in quo superatis & magna parte cæsis Saxonibus, mansit regio Sueuis, quorum hodiè, vt coniectura est, in Saxonia remanent reliquiae non contemnendæ, quãquàm de hoc & alia coniectura habeatur, vt supra tactum est.

Ex iam dictis patet, Sueuiam ab antiquo reges habuisse suos, quot autem & qui fuerint, & de interregno eorum, præter supra scripta inuenire nõ potui. vltimi fuerunt, vt existimo, Cunimundus rex, qui cū Ostrogotthis bella gessisse memoratur: Et Marfilius, qui circa annum Domini sexcentimum nonagesimum, vnà cum Pipino maiore domus Franciæ, cõtra Græcos pro Christi fide concertasse memoratur, quem admodum in *Blanchfal* apud monasterium Campidonense in historia Tatonis ac eius gestis plenius inuenitur. Clodoueus quoque rex Francorum, ob victoriam de Sueuis obtentam in prælio, in quo Sueuorum rex occisus narratur, Christianum se fieri pollicebatur, ab eo tempore Sueuia reges non habuit vsque ad Carolum cognomento Crassum, filium Ludouici regis Germanorum. hic enim in diuisione Sueuiam obtinuit, posteaq; rex Ro. factus extitit, & in prouinciæ formã Sueuia redacta fuit. Sueuia verò non multò post duces habuit.

Inuenitur circa annum Domini sexcentimum fuisse dux Sueuiæ Gonso, qui S. Columbanum & S. Gallum è Brigantia expulit, habuitq; sedem in *Iburinga*, id est, *Ubersingen*, posteaq; legitur Gallo obtulisse episcopatum Constanti. quem recusauit, & Iohãnem discipulum suum illuc promouit. Fuerunt postea Bertoldus & Vchi principes Sueuiæ tẽpore Caroli Martelli, post illos Gotfredus & Theobaldus filius illius. Carolus Magnus vxorẽ duxit Hildegarden de genere Gotfridi magni ducis Sueuorum. Ferturq; quòd in castro *Hilermont*, id est, Campidonensi, sedem habuerūt duces Sueuiæ Esuerius, Eruerius, Marfilius, Cunradus, Hildebrandus, Hochuinus, Neb°, Gotfridus, Imanus. Et quòd Hildebrandus pater fuerit Hildegardis, Numerantur etiã à qui-

busdam duces Sueuorum Lanfridus, quem Carolus Martellus superasse dicitur: et Gotfridus, qui cum Odilone duce Bauariæ certauit. Itẽ Richardus dux Sueuiæ & Angliæ rex. Hic fuit nepos Offonis regis Angliæ ex sorore, factusq; fuit rex Angliæ, genuitque ex *Wunna* vxore sua duos filios, Vuilibaldum episcopum *Eisteten* in Bauaria, & S. Vuunibaldum abbatem in *Haidenheim*, & S. Vualpurgem in *Haidenheim* abbatissam, vbi duo fuerūt monasteria, & sepelitur in *Eisteten* in monasterio eius nominis ad sanctam Vualpurgã. ibi stillat oleum valens contra diuersas infirmitates. itã reperitur in præfato monasterio *Haidenheim*, quod hodiè sic est in prouincia Brandenburgensi.

Erat etiã sub Carolo Magno Geraldus dux exercitus Sueuorũ, qui priuilegium Sueuis primorum ordinũ in prælio meruisse dicitur. Post illos duces posteritas Caroli Sueuiam administrauit, sub Arnulpho verò Casare gubernabant Sueuiam Bertoldus & Erckinger duces, qui duo vnà cum Lutfrido sororio postea iussu regis Cunradi primi decollati sunt, pro eo quòd Salomonem episcopũ Constanti ceperāt & male tractauerant.

Sed nõdũm Sueuia in ducatu erat restituta, immò fisco regio parebat, cõtinuò tamen Sueuorum assensu instituitur dux Burckardus illius gentis nobilissimus, & ducatu prædia supradictorum fuerunt incorporata anno Domini 911.

Alij dicũt q; illi successerit Burckardus, qui fuit socer Rudolphi regis Burgundiæ, qui Italiæ tyrannidem inuaserat. illi successit Hermannus, qui habebat fratrem Lupoldũ, qui mortuo Rudigero marchione Orientali sine hærede, per Henricum primum de Marchia inuestitus est anno Domini 948. Hermannus dux huius nominis primus, habuit plures fratres, Lupoldum de quo iã supra, Vtonem qui obiit, Cũradum dictum Sapientem. hic Hermannus morã habuisse fertur in castro Duello, quod nostri *Duiel* nominat. Anno autem Domini 948. vnicam filiam, cùm esset ditissimus, in matrimoniũ locauit Ludolpho

Marfilius.

*Gothos

Duces Sueuiæ.

Hildegardis vxor Caroli è prosapia Sueuica.

dolpho filio Othonis Magni, & filia vocabatur Ida, cui & ducatum Sueuiæ simul reliquit.

Huic Ludolpho successit Burcardus huius nominis 3. amoto Ludolpho propter rebellioem patris, vt aliqui volunt. Et illi successit Henricus Saxonie dux, post illum Otho filius Ludolphi ex Ida vxore cum iam adoleuisset, hic Otho genuit Gregorium quintum, qui vnâ cû Othone 3. electores imperij constituit. Deindè fit dux Cûradus, cui successit Hermannus 2. qui habuit vxorem filiam Cunradi regis Burgundiæ siue Arelateñ Gerburgam, cui successit filius referens nomen patris. Illi successit Ernestus marchio Austria, filius Henrici marchionis. hic ex Gisela nobilissima principe, in castro *Limpurg*, quod postea Cûradus eius nominis 2. imperator in monasteriû S. Benedicti Ordinis transtulit, orta, ex Lothario 4. rege Frâcorum ortum ducens, generauit duos filios Ernestum & Hermânum. Ipse autem Ernestus pater in venatione sagittaperijt. successit ei primogenit⁹ Ernestus filius, quem in prælio succubuisse referunt, cui secundo loco Hermânus frater successit in ducatu anno salutis 1030. Deindè Otho comes Palatinus, de genere (vt fertur) Hermanni ducis per Hêricum Cæsarem anno 1042. vel circitèr de ducatu inuestitur. Deindè Otho de *Schwinsfurt* præficitur ab imperatore, qui marchio fertur fuisse.

Inuenitur apud quosdam, quòd hic duos filios habuerit, Cunradum & Hêricum, qui ambo immatura præuenti morte referuntur. Deindè Rudolphus comes filius Cunonis nobilissimi de *Rhynfelden*, dux præficitur anno 1048. qui postea contra Henricum quartum, à quo ducatum obtinuit, in regè à quibusdam est electus, & à papa confirmatus, ac propterea in bello fuit occisus anno salutis 1080. Bertoldus princeps de *Zâringen*, de ducatu se intromisit, viuente adhuc Rudolpho rege, ac anno 1081. à principibus confirmatus, quem tamen ducatum amisit, Henrico 4. ei infidiante. Sed alij, Rudolfo, inquit, occiso, Bertoldus de *Zâringen* à rege inuestituram petebat. Sed imperator Henricus 4. fili-

am suam Agnetè Friderico de *Stauffen* desponsauit, & Sueuiæ ducatum simul illi contulit. Qui Fridericus Bertoldum pacem petere coëgit. conuenit tamen, quòd Bertoldus Duregû oppidum Sueuiæ à manu imperatoris sibi tenendum reciperet. omnes itaq; duces de *Zâringen*, sinè ducatu Sueuiæ manserunt duces, in alijs tamen rebus & honoribus præpolentes fuerunt.

Fridericus itaq; Henrici 4. Cæs. gratia Sueuiæ ducatum anno Domini 1081. accipiens, filios genuit duos ex vxore Hagna filia Henrici, Cunradum & Fridericum. Cunradus posthac Rom. rex creatus, imperium viribus & prudentia tutatus est egregiè. In Asia pugnauit feliciter, & profecisset, nî fraude Constantinopolitani princ. Emanuelis exercitus perisset. filios habuit duos, Henricum & Fridericum, qui ambo sinè sobole decessere. Frater autem Cunradi regis Fridericus secundo natus, genuit Fridericum Barbarossam postea imperatorem, & Cunradum ex secunda vxore. is Palatinus comes factus est. Fridericus Barbarossa dictus, quinq; habuit filios, Henricum postea imperatorem, Fridericum ducem Sueuiæ, Othonem Burgundiæ comitem, Cunradum Sueuiæ ducem, & Philippum.

Post obitum Friderici Barbarossæ, Henricus fit imperator, & rex vtriusq; Sicilia, & reliquit Fridericû postea imperatorem creatû. hic Fridericus ex regina Aragoniæ generauit Henricû, qui obiit sinè liberis. generauit ex secunda vxore Iole filia regis Ierusalem Cunradum, ex reliquis tres filios, Fridericum quem fecit regè Antiochiæ, Mâfredum quem fecit principem Tarenti, et Entiû què fecit regè Sardinie. Cunradus in vita patris imperator eligitur, successitq; in regno Ierusalè et Siciliæ, & generauit ex filia ducis Bauariæ Cunradinû vltimum ducem Sueuicæ dynastiæ.

In qua principes singuli quantè maiestatis sempèr, quantèq; gloriæ omnibus Germanis fuerint, maximis & mirandis testimonijs ex eorum gestis suprâ exaratis cognoscere possumus. Nâ etsi ex eadem domo successiue prodierint Cæsares plurimi, nihil tamen in vnoquoque

eorum non magnificum, nō excelsum, non admirandum inuenire poteris, quorum omnia opera grauissima fuerūt & regia: quod ita ostenditur:

Cunradus enim primus ex hac gentilitate in imperatorē electus anno salutis nostrę 1138. cū iam Rogerium Sicilia regem declaratum in præiudicium imperij inuenisset, nec id ratum habere vellet, multa impedimenta à fautoribus Rogerij perpeffus est à primordio imperij, quæ tamē gloriosè superauit. Et nisi tantam cladem in terra sancta miseratus fuisset, Rogeriū in pace regno frui nunquam sustinuisset: sed motus religione Christiana, ad instātiā S. Bernardi legati Ro. pontificis, crucē assumpsit. collecta multitudine cruce signatorū, peruenit in Syriam, vbi cū Hierosolymis inuenisset regē Francorū Ludouicum, cōsultē mox deliberāt vrbē obsidere Damascenorū. Vbi in pugna plenis copijs cum infidelibus facta, commissum est egregium facinus ab imperatore. cū enim pedes exerto gladio pugnaret, Turca quidam arētissime à collo eū depræhendit, quem Cūradus tam valido ictu inter collum armumque sinistrum percussit, vt ea parte ad dextram vsque ad actō gladio secuerit. moxque fuga facta est.

Nec is est Cunradus Francus, qui spiritu feruētī in rem Christianā actus, cathedralis Ecclesię Nemetensis ciuitatis ruinas restaurare curauit, atque iactis fundamentis, quæ hodiē cernitur, Ecclesiam ædificare cœpit: deinde vno & eodem die S. Guidonis Spire, & S. Crucis in **Limpurg** famosissimum monasterium Ordinis diui Benedicti, ex castro suo **Limpurg** Ecclesias erigere cœpit. Succesit illi in imperio defuncto Fridericus, Barbarossa cognominatus, vir ingentis animi, cuius si gesta præclara recensere voluerimus, liquidò apparebit, eū in re militari & quicquid ad augendum imperium conducere poterat, nemine inferiorem. Cū enim offendisset imperium apprimē lacerū, iam enim in Italia contra ius fasque iura imperij vsurpārant ciuitates vel tyranni, sicuti rebellare cōsueuerant, iam Ro. pontifices priuilegia de inuestituris

Frid. Barbaross. Cæs. gesta.

prælatorum regni, ab antiquo imperatoribus concessa, reuocauerant.

Ad hæc Rogeriū Sicilia vtriusque inuaforem, in non modicum imperij præiudicium, regē fecerant, & sic nulli sua antiqua facies manebat. Vnde vir tantus ea calamitate imperij permotus, animus ad instaurandum imperium adiecit. quinquies enim in 23. annis validissimis cum exercitibus Italiam intrauit. in primis rebelles castigans, Dertonam destruit, & tandem prædam militibus fecit. breuique, redactis (vt credebatur) ad familitatem subiectis, magna celeritate Romam contendit.

Ab Adriano pontifice imperij corona donatus, redijt in Germaniam. Spoletum in via propter illatas iniurias incendit, & funditus euertit: in Germaniam reuersus, vix respirauit, & Mediolanenses Dertonam reedificauerunt, fidelesque imperij affligere satagunt. redijt propterea Mediolanū obsidens, tandem ditionem eius recepit, obsides imperauit, ciuitates & castella peragrans, pacis leges omnibus sub grauissimis pœnis promulgans. Edicta eius Mediolanenē cōtemnunt, ea propter Cremas Fridericus subuertit, deinde Mediolanum solo æquauit, muros rebellium urbium ac turres destrui fecit.

Moritur interea Adrianus, qui rebellibus fauerat, & duo in discordia eliguntur, Alexāder atque Victor. Et cū Cremas obsideret imperator, ab Alexandro 3. rogatur, vt interposita imperiali auctoritate, seditionē tollat. respōdit bonus princeps, vtrunq; pontificē Papiam ire debere: quod dū recusaret Alexāder, Victor cōcilio habito religiosorum virorum, à Friderico recipitur, Alexāder eū anathematis vinculo fulminat. qua iniuria laceratus imperator, omnes Ecclesię ciuitates præter vrbem veterem & Anagninā, occupat Fridericus, Anconā cepit, deinde Romam venit, media concordia inter pontifices quarit.

Alexander verò noctū abiens, Caietā applicuit. Mediolanum inter hæc restituitur, & Alexātria noua ciuitas collocatur, cum quibus duo maxima concessit imperator prælia, accepitque maxima dāna. Tandem inter papā Alexandrū Venetijs

netijs Fridericumque pax confirmatur. abijt tum in Germaniam imperator. Et anno Domini 1183. indixit Curiam apud Constantiam, & pacta quædam de faciendo seruitio imperatori statuta sunt, vocaturq; pax Constantiæ, quam Baldus commentatus est.

Oppugnabatur postea hierosolyma, & à Saracenis capitur. hanc ob rem Fridericus imperator copias mouit in Christi hostes, multa egregia patrauit facinora: & dum refrigeradi se gratia amne ingreditur, in vndis perijt anno salutis nostræ 1190. cum maxima Christianæ reipub. iactura.

Successit patri optimo Henricus filius, qui duxerat Constantiam Rogerij regis Siciliæ filiã, statimq; regnum dotis nomine repetit: interfectoq; Tãcredo inuasore regni, Siciliam totam in suam potestatem redegit. Seuiuit in quosdam rebelles, diuersis supplicijs interimens. Pace facta, imperij atq; regni negocia magnificentissimè disposuit, vir per omnia magnanimus. Verum immatura morte Panormi obiit, derelicto Friderico infantulo iam rege Romanorum designato, cuius curam Philippo fratri commisit: quo non attento, principes Othonem Saxonie ducem eligunt in regem. fit longa inter eum ac Philippum concertatio.

Tandem mortuo Philippo et Othone priuato, Fridericus de cõsensu omnium ad imperiũ vocatus est: quo nullus, vt refert Pius Aeneas Syluius, magnificentior à Carolo magno imperium tenuit, potentissimus imperator, rex Siciliae, Sardinie, Hierusalẽ, & Sueuiæ dux, vir non animi solũ vigore, sed etiã corporis dotibus excellẽs, quo illa etate nemo virorum fortium ferocior fuit, nemo vnus vir, quo magis innixa fides Christi stare potuisset, si arma quæ in Italos debacchata sunt, in res Asiaticas versa fuissent.

Fridericus totiẽs Italis deficientibus debellatis, factiosis totiẽs domitis, omnibus bellis vix vnã alterãve fortunæ aduersitatem perpeßus, victoriosissimus vita sanctus est, cui si arma in Christi hostes ferre Itali impedimẽto non fuissent, sicq; minũs põtifices inuasisset, iure ma-

ximi imperatoris nomẽ apud Asiaticas etiã gentes obtinuisset. Reliquit tamẽ gloriæ successorẽ Cunradum ex Iole Hierosolymitani regis filia susceptum, ad imperium in vita patris electum, qui secundo quo aduenerat anno, omni potitus Trinacria & Siciliẽ regno, immatura morte obiit, Cunradinum filiũ suum, vt veræ docent historiæ, regnorum suorum hæredem relinquens.

At Manfredus vir acerrimi ingenij, Friderici ex concubina filius, causante pueritia Cunradini, eius regna sub colore tutorio inuasit, qui tamen à Carolo Franco à pontificibus vocato, bello victus est & occisus anno 1267. Hic Carolus Cunradinum illustrem regem, ex imperatoria antiqua prosapia propagatum, regna paterna repetentem, non in prælio, quod iam peractum erat, sed longè post interceptum inermem, post diuturnum carcerem, contra ius omne belli, contra consuetudinem quæ neminẽ regem quẽ armis cepisset, vita priuaret, immanitèr vita & regno spoliavit, cum quo inclytissima ducalis Sueuorum dignitas ab aula recessit.

Sed hoc habet omnis rerum mortalium fortuna, vt cum ad summum peruenit, intelligamus prope exitum esse. gloria enim Sueuorum eousquẽ & fama rerum gestarum & excellentia floruit, vt cæterarum prouinciarum splendorem vincere & antecedere videretur. Hæc eadẽ suis orbata principibus, mox obdormiuit, nec postea peculiare ducẽs habuit, licet Rudolphus comes de **Habsburg**, & Iohãnes filius eius, & post illos Lupoldus, se ducẽs Sueuiæ scripserint. Illis tamen abeuntibus, tota Sueuia in prouinciæ formam redacta fuit.

Et tantum de Sueuia Sueuorumque moribus populisq; dicere potui. Fuerunt enim præter peculiare istos principes haud parũ multi alij proceres, quorum ego suis in locis partim memini, partim acta & gesta habere non valui. Idcirco eos consultò præteriẽs, alijs defusiũs scribendi locum derelinqui. quapropter vndè digressus sum rediens, historiam aliquantispèr intermissam repetere, ac si qua prætermissa sunt, resarcire conabor.

Att. Clemē-
tis equitatē.

ANNO salutis nostrę 1268. Clemēs III. moritur Viterbij, vacauitque sedes annis quasi duobus, cardinalibus quę sua erāt, non quę Iesu Christi, quęrētib. Erat Clemens, vt scribunt nōnulli, humanus, modestus atq; doctus, bona etiām Ecclesię itā accuratē dispensauit, vt plūs Deo quām cōsanguineis tribueret. Duas habuit filias ex vxore ante pōtificatum susceptas, quarū alteri in monasterium collocatę 30. libras Turoneñ paruorum dedit, alteri quę marito suę conditionis nupserat, trecentas libras Turoneñ dotis nomine numerari iussit. Habuit & nepotem clericum, quem vbi cōperit tres prębendas habere, ei optionem dedit, vt quā vellet retineret, duas relinqueret. Verū instantibus amicis, vt nullam prębendam tolleret, sed plura tribueret, respondit, se Deo, non carni & sanguini, acquieturum. delectatus est mirabiliter doctrina Bonauenturę Ordinis Minorum.

Bondegar
Aegyp. Sul-
tanus.

Interea Bódegar Aegypti Sultanus, Christianos in Syria inhabitātes debellat, indeq; hostili animo in Armeniam profectus, idem fecit. Postmodū Antiochiam habitatoribus vacuam inueniens, vniuersam fermē deleuit. Septem postea annis decursis, iteratō Antiochiam inuasit, & cruentissima strage ipsam affecit. Vndē & vniuersum exercitum suum pręda onustum cum 20. millibus captiuorum reduxit in Aegyptum. Deniquē contra Assyrios pugnaturus, vulneratur, ex quo mœstam animam efflauit.

ANNO verò salutis 1269. Ludouicus rex Franciæ, non territus pręteritis laboribus expensisq; quas fecerat, vltra mare iteratō cum duobus filijs, adiuncto sibi rege Nauarrę, & plurimis Ecclesiarū prælatis, pro recuperatione terrę sanctę iter assūpsit. Verū quō hoc facilius fieret, cōsiliati sunt, vt regnum *Tunisiū in Aphrica primitus humiliarent, qui cū portū Tunisijs potenti manu obtinuissent, pestis superuenit, et adeò inualuit, quōd primò regi Francię vnum filium, & postea legatum apostolicum, & demū ipsum regē Christianissimū cum pluribus comitibus & baronib⁹ de medio sustulit. Quām verò fe-

licitè rex Ludouicus vitam terminauerit, rex Nauarrę dño Tusculano card. per literas intimauit. nam in infirmitate sua laudare Dñm nō cessans, illam orationem quandoquē interserebat, dicēs: *Fac nos domine prospera mundi despiciere, & nulla eius aduersa formidare.* Orabat etiām pro populo suo, dicens: *Esto Domine plebi tuę sanctificator & custos.* Et cū appropinquaret ad finem, fertur suspexisse in cælum, dicens: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo domine.* & hoc dicto, obdormiuit, cui Philipp⁹ in exercitu existens, successit. Cū autem de morte regis exercitus turbaretur, & Saraceni lætarentur, Carolus rex Sicilię, quem adhuc viuens frater rex Ludouicus vocārat, nauigio magna cum militia aduenit. & cū multò plures essent Saraceni quām Christiani, nullatenus tamen audebāt apertē cōgredi, sed multa eis incommoda inferebant. Est enim terra fabulosa, vndē Saraceni statuerūt plura millia hominum super vnū montem, Christianis vicinum: & cū ventus flaret, contra Christianos puluerem mouebant & molestabant. Sed tandem puluere per pluuiā depresso, Christiani paratis machinis *Tunisiū per terram et aquā oppugnare curant. Quo viso, Saraceni timore perculsi, pacis mentionem fecerunt, pactaq; ineunt, inter quę præcipua fuerunt, vt omnes Christiani in regno illo captiui, dimitterentur liberi, & quōd in monasterijs ad honorem Christi constructis, in omnibus ciuitatib⁹ regni fides Christi per fratres Prædicatores & Minores & per alios liberè prædicari possiet. Et volētes baptizari, non impedirentur, & solutis expensis regibus ibi factis, tributum annuum rex Sicilia regi Tunisijs imposuit, quotannis persoluendum.

Superuenit tū Eduardus regis Anglię frater cum multitudine Frisonum: superuenerunt & alij peregrini, quōd circa ducenta millia pugnatorū crederentur, & speraretur, q̄ non solūm terram sanctam, sed etiām totam Saracenicam subiugare possent. Sed peccatis nostris exigētibus, incassum venerūt. nam legatus Papæ qui eos dirigere deberet, sub-
tractus

plato

S. Lud. de ciuitate

Greg. papa

Tunisijs occupata

Eduardus Anglię

tractus erat. Terra autem sancta ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum carebat, quia & patriarcha defunctus fuerat: sedes etiam Apostolica quae utrobique prouidere debuerat, tunc vacabat.

Rex Nauarræ infirmus, Africa decedens, in Sicilia moritur. Carolus ipse venit in Italiam cum magna procerum manu. nam & Philippus Ludouici filius post obitum patris regnum suscepit, & alia procerum multitudo Carolum secuta, per Italiam transiit. Hi etiam discordes patrum animos, scilicet cardinalium, & sedem vacuum offenderunt. Tanta quidem erat pertinacia, ut eos neque Dei metus, neque hominum preces, neque Christianorum querelae a certamine dimouerent. Ad extremum post longas expectationes, quia inter se conuenire non poterant, extra collegium respicientes, Theobaldum episcopum Placentinum, per id tempus in Syria commorantem, elegerunt Romae pontificem.

ANNO igitur Domini 1270. Theobaldus episcopus Placentinus, post longam vacationem creatus est papa, et vocatus est Gregorius decimus. Euocatus est Syria in qua erat, venit Viterbium, & ibi coronatur. sedit annis quatuor. erat autem fidei magnus zelator ac pacis amator. Unde subito animum induxit ad reductionem Graecorum ad obedientiam sedis Ap. ac etiam ad recuperationem terrae sanctae, propter quae concilium generale indixit Lugduni, ad quod et personaliter accessit.

Contulit verò se ad id concilium Michael Palaeologus Graecorum imperator cum magna comitiua. Tertiadecimaque vice in sententiam Rom. Ecclesiae Graecos toties deficientes, pertraxit. auxilio enim Genuensium imperator simul cum patriarcha Constantinopolitano ad unitatem fidei sunt reducti, confitentes quod spiritus sanctus procedit non solum a patre, sed etiam a filio, & in omnibus submiserunt se Romanae Ecc. Sicque Gregorius illi confirmauit imperium, pro eo potissimum, ut adiutorium haberet a Graecis ad terram sanctam recuperandam. Carolus verò rex Siciliae id egerit, indignatus quia Balduinus iniuria impe-

rio erat deiectus, cui Carolus promiserat adiutorium de eius recuperatione.

ANNO salutis 1273. in mense Octobri post longam vacationem imperij, eligitur in regem Ro. Rudolphus comes de **Habsburg** / vir in armis strenuus, prudens atque famatus, regnauit annis 19. alias 18. De cuius electione ita scriptum comperi: Post mortem Friderici II. Alexander papa III. requisituit electores, ut aduocatum Ecclesiae eligerent. Iam enim & Cúradus obiérat. Cónuenientes itaque electores in **Frankfurt** diuiserunt se in duos, tresque elegerunt Richardum Cornubiæ comitem, reliqui Alphonsum principem Castellae. Oritur inde schisma, & durat annis multis. Rex verò Boemiae & ipse adspirabat ad imperium.

Tandem Gregorius X. pontifex precipit electoribus ecclesiasticis sub poena priuationis officij, secularibus verò principibus sub poena excommunicationis, ut sine cunctatione se resolverent, & Ecclesiae aduocatum darent, alioquin ipse hoc faceret. Obiérat autem iam Richardus comes Cornubiæ, & supererat adhuc Alphonsus rex Castellae. Sed id dicebatur modò ob stare, ut aliqui coniectant, volentes quod etiam electio imperatoris non solum actiue, sed et passiuè sit apud Germanos dütaxat, hoc est, quod etiam electus debet esse Germanus. Post hanc Gregorij requisitione dies dicta est ad Francofordiam: illuc venerunt nuncij Alphonsi non sine muneribus. Verum non quieuit Othocarus rex Boemiae. Interè enim ut durauit discordia inter praedictos electos, ipse sibi aliquos de electoribus conciliauit: vnde quasi certò de imperio, ad Francofordiam suos destinauit nuncios, episcopum Secouiensis, & Cómendatorem ordinis Teutonicorum, & cum his duos barones. Hi omnes cum magna fiducia expectabant regis sui promotionem.

Triduo igitur tractatu prehabito, electores unanimiter in regem Ro. elegerunt Rudolphum comitem de **Habsburg** absentem. Quo ex more publicato, nuncij Alphonsi ac regis Boemiae cum magna confusione abiérunt vacui ad eos qui se miserunt. vocatus itaque solennibus nuncijs Rudolphus, vna cum consorti sua Anna, comitis de **Heigerlach**

FF 3 filia,

Rudolphus
IMP. C.

Rudolphi
confirmatio.

Gregorius
papa X.

filia, descendit cum principibus Aquigranum, ibiq; regio diademate exornatur cum coniuge sua, iuxta morem antiquitatis obseruatum.

Eodem anno Rudolphus rex in concilio Lugdunensi à Gregorio papa est confirmatus, ea tamen conditione, vt sequenti anno Romã pacificus veniret ad coronam vnctionemq; accipiendam. Itã Itali scriptores referunt. in gestis tamen Rudolphi metro inuenitur hoc modo:

*Bis sexcenti septuaginta tresq; steterè
Anni, Lausanae dum rex es papa fuere.*

Ex quo apparet q; papæ occurrerit Lausanã, vnde paulò post Gregorius venit in Italiam concilio absoluto. & cum venisset (vt scribit Blondus) Bellocadorum, expectantem ibi Alphonsum regẽ Castellę audiuit, qui multis est questus, põtificem ipsum malè & perperam electionem Rudolphi cõfirmasse, & quòd nullã, vt debuerat, habuisset electionis suæ ad imperium rationem: eum verò pontifex tam multis placauit ratiõibus, vt prætesum ius nouo imperatori designato cedere consenserit.

In Lugdunensi concilio põtifex pro expensis transitus ad terrã sanctã, imposuit decimam à Christianis per sex annos soluendam, prædicari fecit crucem, concedens plenariam remissionem & indulgentiam assumentibus crucem, & euntibus vel saltem mittentibus vnum vel plures bellatores.

ANNO Dñi 1274. rex Rudolphus curiã Norinbergẽ indixit, factusq; est maximus principũ conuentus, qui se regis ditioni subiecerunt. Aberãt rex Boemię Othocarus, necnon Bauarię dux Henricus, qui postea ad Augustã solennitèr sunt citati. Adueniẽte termino, rex magna principum corona curiã celebrans, expectauit si quid rex Boemię & dux Bauarię in excusationem suę inobediẽtię dicere vellent. Henricus dux satis se submisit. comparuerunt tum regis Boemię nũcij, Bernardus Secouien episcopus, veniaq; petita, episcopus pleno mandato suffultus, proposuit electionẽ de Rudolpho nõ valere, vtputã factã ab execratis, & de execrato: ideò Rudolpho tanq; regi obediendum non esse. Addidit nonnulla alia sermone Latino,

Cui rex: Episcope, inquit, si habetis causam aduersus clericũ, agatis sermone Latino coram episcopo: sin verò contra me vel contra iura imperij, proponatis more solito. Sed nec papã fucatis vestris sermonibus contra me prouocabitis. Inter loquendũ electores laici intelligentes episcopum electionem in dubium reuocare, vix manus abstinerunt. Itaq; episcopus trepidè abiit, vt saluum conductum à rege repetens, cõfusus ad propria remeãrit.

Continuò de consilio principum rex destinauit illustrem Hericum Burggrauium Norinbergẽ, virum prudentissimũ, ad regem Boemię, requirens vt ducatus Austrię atq; Stirię regno restitueret, à quo eos in feudũ nõ recognouisset, petijt quoq; Carinthiã & Carniolã, aliaq; ad imperiũ pertinẽtia bona. Venit itaq; Burggrauus ad regẽ Othocarum cum mädatis, sed nil præter cõtemptum impetrauit. Affirmabat enim rex nullã se Rudolpho obediẽtiã facturum, nec aliquid ab eo recogniturum.

Paulò antè, anno scilicet Dñi 1270. Stephanus Vngarię rex Othocarum cum exercitu in Vngariam venientem, pugna vicit atq; fugauit. Præterea regẽ Bulgarorum, vt sibi seruiret, compulit. Obijt autem breui, cui successit Ladislaus filius in regno.

ANNO Domini 1275. mortuus est Gregorius in Aretio, & electus est pro eo Petrus de Tarantasia ordinis Prædicatorum, vocatus Innocentius V. sedit menses sex. Innocentio successit papa Othobonus de Flisco, vocat' Adrianus V. sedit diebus 39. Adriano mortuo anno domini 1276. electus est magister Petrus Hispanus cardinalis, et vocatus Iohannes XXI. Sedit tantum octo menses, hic etsi doctissimus fuerit, tamẽ ignorantia rerum gerendarum et morũ iniquitate, plus detrimenti quàm honoris põtificatui attulit. Pollicebatur sibi homo longã vitam, sed ecce dum hoc prædicat, camera quædã noua, quam in palatio Viterbiensi extruxerat, subito corruit, atq; inter ligna & lapides inuẽtus papa, sexta post die acceptis Ecclesię sacramentis, mortuus est.

Eodẽ anno Rudolphus rex persecutus

Rudolphi
comitia.

Boemię
inobediẽtiã

Innocentius
v. papa.

Adrianus
papa.

Iohannes
papa.

Rudol. C.

marchionē
de Baden
persequitur
 tus est marchionem de Baden rebellē,
 auxilio comitis Palatini Ludouici &
 multorum aliorum, ipsum & nonnul-
 los complices suos in Sueuia, Franco-
 nia & Alsatia, * aliarumque prouincia-
 rum, qui bona regni violentē sibi vsur-
 pauerāt post exclusionem Friderici se-
 cundi & posterorum suorum. Ciuita-
 tes quas subiugârunt titulo censuali,
 deiecit, & ad pristinam iurisdictionem
 quantum valuit, multis laboribus re-
 duxit.

Austria Boē
mia crepta.
 Cū autem iam dudū rex Boēmię
 Othocarus, qui tunc principatus Au-
 strię, Stirię, Carinthię, Carniolę, por-
 tūs Naōnis, plūs quā vigintis sex annis
 occupāset, rebellis iudicatus esset, cū
 vocatus cōtumacitē venire recusaret,
 immō quosdam nūcios ad portas sus-
 pendisset, Rudolphus rex tandē in-
 genti exercitu Ratisponā venit: ducēq;
 Bauarię qui Othocaro adhæserat, po-
 tentē deuincens, ad Austriam prope-
 rauit: Et licet Australes Othocaro iu-
 rāssent, à quib⁹ etiā plures habuit ob-
 sides, tamen Rudolphus veniens hono-
 rificē est suscept⁹: relictoq; Othocaro,
 per informationem Prędicatorū ac fra-
 trum Minorum & totius cleri, qui au-
 thoritate Papę tollebant iuramentorū
 scelera, omnes regem Rudolphū in do-
 minum receperunt.

Interim rex Othocarus collecto ma-
 gno exercitu, in Austriā venit. tum Ru-
 dolphus Viennam obsedit per quinque
 septimanas, vbi rex Vngarię in subsidiū
 regis Rudolphi venit. Tandē per ar-
 bitros inter eos sinē marte concordatū
 fuit, quod rex Ro. regem Othocarum
 Boēmia & Morauia tantummodō in-
 feudaret, & q̄ rex Boēmię residuas se-
 ptem terras resignaret. Quod itā factum
 est. Nam rex Othocarus publicē flexis
 genibus, terras suas suscipiens, iurauit
 more solito.

Tunc Vienna ad resignationem re-
 gis Othocari, regi Rom. est aperta rur-
 sum, vt olim Friderico II. rex etiā Ru-
 dolphus regem Vngarię reconciliauit
 regi Boēmię, restituitque rex Boēmię
 regi Vngarię omnes ciuitates quas ei
 abstulerat, item & obsides omnes, pro-
 misit etiā regi Vngarię omnes the-

fauros reddere, quos amita eius regina
 absportauerat, videlicet duas coronas
 aureas, sceptrā regalia, amphoram au-
 ream nobilissimis gemmis ornatam, &
 alia complura clenodia, quę à tempore
 regis Attilę & alijs successoribus fue-
 rant conseruata.

ANNO Domini 1277. rex Otho-
 carus ductus est pœnitentia, similiter
 regina Boēmię, grauitē ferens, ac fre-
 quentē eum increpans, quod terras
 prædictas resignauerat, quod obsides
 ministerialium Australium & ciuium,
 diademata quoque & alia promissa, sic-
 ut per arbitros diffinitum erat, resti-
 tuere deberet. Erat enim in concordia
 etiā actum, quod rex Rom. filio re-
 gis Boēmię filiam vxorem daret, 20.
 millibus marcarum dotis nomine assi-
 gnatis.

Videns autem Othocarū pactis non
 satisfacere, partem Austrię quam regi
 Boēmię sub obligatione pro dote assi-
 gnauerat, rex reassumpsit: quapropter
 rex Boēmię copijs contractis, omnes
 munitiones nouis quibusdam instru-
 mentis, quę cati vocantur, expugnauit:
 itā bellum grauissimum est ortum. Eo-
 dem anno rex Rudolphus & rex Vngarię
 colloquium habuēte, vbi rex Ru-
 dolphus regem Vngarię adoptauit in
 filium.

ANNO Domini 1278. inclytus dux
 Iuliacē ad expeditionem regis Ro. ve-
 niens, Aquisgrani exactionē à rege Ro.
 impositam petiuit, vbi subito cum duo-
 bus filijs ac ducentis militibus, & ferē
 mille alijs in Quadragesima ante eccle-
 siam B. Marię virginis est occisus. Eo-
 dem tempore videns rex Boēmię sibi
 non succedere, restituit obsides, dia-
 demata verò regi Vngarię reddere no-
 luit, dicens, quod iuueni regi Vngarię
 adhuc puero, ea vellet propter li-
 neam consanguinitatis cōseruare, qui
 vocabatur Ladislaus III. filius Step-
 hani. Deindē cū grādi exercitu exiuit Pra-
 gam, comitatusq; processione ab omni
 clero & populo, in Austriam vertit,
 adhærente sibi duce Henrico Baua-
 ro pecunia corrupto, quanuis lite-
 ras diffidationis regi Romano non mi-
 sisset.

Othoc. Boē
mi perfidia.

Dux Iulia-
cēn.

At Rudolphus rex cum Australibus & Stirensibus & paucis Sueuis, presenterege Vngariæ, cum tamen vix vnum contra duos haberet, vij. Kalen. Septemb. anni 1278. feria sexta post festum S. Bartholomæi, in campo qui dicitur **Nider-sprug**/ordinatis aciebus, Christum pro signo habens, quod nomen semper antea à Comanis & Vngaris pro nihilo fuit reputatum, acriter pugnavit. Igitur hac die ab omnibus repetitis vicibus, **CHRISTVS**, alta voce proclamatur, eratq; Praga signum Boëmorum & alba stola. Itaque commissa pugna, exercitus Boëmiæ superatur, terga vertunt Boëmi, pars trucidatur, pars in flumine submersa est. Rex Boëmiæ à dapifero de **Emerwerck** Bertoldo, ab equo deijcitur, & trāsfixus gladio moritur. Illa autem die rex Boëmiæ inuētus est nudus, sicut egressus est de utero matris, plastroque superpositus ducitur in Vienne, ibique ad Scotos ponitur. manē cum toto clero & religiosis sub silentio nullis campanis pulsatis, ad domū fratrum Minorum deportatur, ibique nuda facie omnibus ostenditur, tandem reconditur, nullis exequijs celebratis.

Othocarū
Boëmū Ru-
dolphus
vicit.

Venientes autē Boëmi, cadaver abtransportauerunt, & fratribus in Zuima assignauerunt, vbi iacet tumulatus. Meritoque diuino operante iudicio, sepultura illi negatur, vt qui plures occidit, eisque sepulturam negauit, pœna multaretur eadem. Ipse enim antepaucos annos regnum Hungariæ inuasit, inhumaniter nemini parcens, nec ætati, nec sexui, nec sacris, nec prophanis, confugientes ad ecclesias extrahi faciens, ac trucidari mandans.

Reliquit autem Othocarus filium, cui filia regis Ro. desponsata erat. Hic regio more educatus, marchioni Brandenburgen commendatus est. Vocabatur autem filia regis Iutha, filius autem Othocari Vuēcesslaus, qui in regno patri successit. Ferunt eius coronatione ducenta equitum millia apud Pragam ex regia curia cibos accepisse.

Nicolaus 3.
papa.

A N N O Domini 1278. Nicolaus tertius patria Roman^o, ex familia Vrsina, Iohannes Caietanus antea vocatus, pontifex creatur, protracta in sex men-

ses electione non finē magna cardinalium contētionē, quorum conclauī Carolus senator & rex Siciliae præfuit, qui admodum instabat, vt vnus ex natione Gallica eligeretur. Sedit Nicolaus annos duos, menses octo. Erat vir dotibus animi corporisque ornatissimus, adeo vt multa fecerit, plurima intenuerit, suam prudētiam & animi magnitudinem ostendentia. amator & cultor doctorum erat virorum. ædes apud S. Petrum per commodē construxit, quas postea Nicolaus quintus magna impensa restituit.

Scribunt historici quidam, neminem ante ipsum sacrificare religiosius visum, cum semper dum solennia ageret, lachrymas funderet. erat enim religionis obseruantissimus, vacantibus ecclesijs nullus pōtifex celerius ac maturius consuluit, notarios & tabellarios, vt potē sanguine pauperum & litigantiū viuentes, à se vt pestiferos reiecit. Non caruit tamen repræhensione. Suos em ita amasse dicit, vt aliundē raperet quod eis condonaret. Simonia per eos satis discurrebat, septem Cardinales creauit Romanos, & pro maiori parte sibi atinentes.

A N N O Domini 1280. Hartmanus comes de **Wirtemberg**/ qui habitationem suam habuit in **Groningen** oppido Sueuiæ, tertio Kalend. Octob. in castro **Asperg** captiuus obiit. Erat autē comitat^o ipse in tres partes diuisus: vna pars Stutgardia obtinuit, altera **Brach**, tertia **Groningen**: & secundum oppida partium, ipsi comites appellabantur, licet vnus essent stipitis.

A N N O Domini 1280. oppidum **Rotenburg** ad littus Neccari fluminis Sueuiæ situm, quod nup̄ terræ motu funditus corruerat, consilio & impensis Alberti comitis de **Hohenberg**/ iactis fundamentis atque repositis ad pristinum decorem ædificijs, pulchrē admodum restituitur.

A N N O Domini 1281. Rudolphus rex Austriam intrando, regnum Bohemiæ Vuenceslao filio Othocari, quem iam pridem in bello occiderat, cui filia suam vxorem dedit, administrandū reliquit. Deindē Norinbergā profectus, ad

De comi-
bus de
Wirttemberg.

Rotenburg
restaurat.

ad **Frankfurt** vbi conuentum fieri voluit principum, descendit. Eo aut conuentu tractabatur, vt prædonum latibula, qui multa per regnum mala faciebant, destruerentur. Vndè Rudolphus contractis principum regni auxiliarijs copijs, multa eorum latibula funditus euertit.

Dein expeditionem in Burgundiones mouit: nam Heduarum procurator siue Admiralus, iugum imperij conabatur excutere, suoq; Burgundiam subiugare dominio, qui regis ad se cū iusto exercitu aduentum animaduertens, obuiam illi venit: fit congressus belli, certatur vtrinque, sed gubernator cum suis vincitur, atque ad obedientiam regis & imperij etiã * volens reducitur. A Burgundionibus autem in Alsatiæ fines reuersus, * quosdam munitionū ciues in disfidium conspirasse offendit, contra quorum temeritatē copias mouens, in deditioem breui capita cōspirationis, **Hagenau**/ **Colmarium**, **Duregum** & * **Beronā** subegit. Vndè princeps factionis capi, atque supplicio capitali animaduerti iussit.

Eodem anno ciues imperiales oppidi **Eslingen** in Sueuia, castellum **Raltental** obsidione forti vallarunt, contra quos **Eberardus** comes de **Wirtemberg** dictus illustris, exiens, obsidionem soluit, ciuium copias fudit, ac plerosq; occidit, reliquis in fugam conuersis.

Eodem item anno **Hartmannus** Rudolphi regis filius, cum quibusdam alijs in fluuio rheno 20. die mensis Decemb. submersus perijt, **Basileæ** Rauracorum oppido sepultus. Referunt quoque in supradicto imperiali oppido **Eslingen** 17. die mensis Martij, mulierem quandam partum edidisse monstruosum, ab umbilico vsque ad pectus continuatū, quatuor habens brachia se inuicem cōplectentia, duo similiter capita se mutuo respicientia, & membra verecūdiōra duplicata: verum non tam diu vixit.

ANNO 1282. Rudolphus comes prædonum duas munitiones ad flumē **Rheni** sitas, **Richenstain** & **Schoneck** funditus destruxit, atque ipsos prædones, vt meriti erant, aut laqueo suspendi, aut capite truncari fecit.

At **Nicolaus** regi **Carolo** offensus, quod nupèr vacante sede, præsidens conclauis, Gallicos patres contra Italos fouerat, ex quo magna & cleri & plebis contraxit odia. Ea igitur indignatione accensus pontifex, simulq; quia maiorem potentioemq; esse putabat, quàm libertati expediret ad diminuendam regis potestatem multa molitus est. vicariatum enim **Hetruriæ** ei abstulit, quod diceret Rudolphum imperatorem egrè ferre, quem simulauit opem **Hierosolymæ** rebus allaturum, requisitumque respondisse, id à se nec fieri posse nec debere, nisi usurpatā in **Hetruscis** auctoritatem **Carolus** dimitteret. quā simulationem (vt refert **Blondus**) vtrinque continuauit. Rudolphus enim hoc ipso quod **Hetruriam** pontifex à **Carolo** liberauit, delinitus, **Romandiola** & **Rauenatatem** exarchatum pontifici & ecclesiæ reddidit. Nanq; post fractas apud **Foruiliuim Bononiensium** **Florentinorum**que copias, vbi ad octo millia hominum amiserunt, **Romandiola** imperatorias secuta erat partes, & Rudolphus tum minimo tributo contentus, eo priuilegio sub imperij titulo liberos esse dixit, cuius rei gesta **Blondus** in **Foroliuiensium** monumentis extare vidisse se refert.

Ex hoc habeo, quod non solum pro absoluteione, vt scribunt nonnulli, cum voto crucis non satisfaciens, excommunicatus fertur, sed hac etiã de causa **Romandiola** à Rudolpho ad Ecclesiam peruenit.

Nicolaus itaq; Pont. **Bertoldo** **Vrsino** nepote, **Romandiolæ** comite declarato, cum nuncijs & literis Rudolphi missis, omnem **Romandiola** pro Ecclesia recepit. Cui & **Bononia** tunc fuit pariter dedita. Venerat tamen circa pontificis mortem in **Hetruriam** vicarius à Rudolpho missus, quē vtrum pontifex fuerit admissurus, mors eius incertum fecit. senatoriam vrbis potestatem, quam ad eam diem **Carolus** rex continuauerat, ei abstulit. Constitutionem insuper edidit, nè cuiquam regi aut regia stirpe oriundo, senatoriam aliãve dignitatem **Romæ** habere liceret.

Scribit

Attēde quō
Romandiola
ad pontificē
redierit.

Burgundio-
nes imperij
pars.

* quarundā

* Bernam

Monstrum.

Scribit quoque Bertoldus Lucensis, Nicolaum pont. nisi eius consilia mors præoccupasset, voluisse duos reges creare, vtrunque Vrsinum, quorum alterum Hetruriæ, alterum Lombardiæ præficeret, qui inde Teutonicos partim alpes incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolitanum tenentes, armis in officio continerent. Ut verò id facere posset facilius, Petro Aragonum regi persuaserat, ut iure hæreditario Constantiæ vxori suæ regnum Siciliæ repetere anniteretur, quæ erat Manfredi filia & neptis Cunradini, & hoc Iohannis Prochyta opera.

Erat autem causa principalis, regimen lasciuum & tyrannicum Gallorū, qui gubernabant regnū. Accessit quoque occasio ad hæc non parua. nam Carolus rex Siciliæ & Hierusalem, vicariatu imperij ac senatoria destitutus dignitate, dum esset valde potens, ad instantiam Balduini generi sui, qui deiectus fuerat ab imperio Constantinopolitano, decreuit magno apparatu & classe eò pergere, Palæologum expellere, & Balduinum restituere: considerans etiam, quia eo obtento, facile esset postmodum regnum Hierosolymorum sibi acquirere, & ad hoc opus armari fecit centum galeas & 20. naues magnas, & multa ad rem necessaria cum adiutorio regis Franciæ & Venetorum: & nulli dubium quin ei ad vota successisset, nisi rebellio Siciliæ impediisset, & multi Græci parati iam erant ad rebellionem: sed humiliavit Deus superbiam Fræcorum, qui de victoria Caroli nimis erant elati: & iam plerique incolæ de regno recedebant, non valentes iniurias eorū sustinere.

Inter cæteros autem fuit iste Iohannes, vocatus de insula Prochyta miles, dominus dictæ insulæ. hic proficiscitur ad Palæologum imperatorem Constantinopolitanum, ostenditque ipsi imminere periculum amissionis imperij: Verum vbi suis acquiesceret consilijs, nec pecunijs parcere vellet, nauaturum se pro viribus operam, ut Carolum ab incepto vel reuocaret, vel impediret. Ut autem hæc commodè fierent, adiutorio regis Aragonum usus est. Perrexit quo-

que Iohannes Prochyta in habitu triformato (fratrum scilicet Minorum) ad urbem, & secretè locutus Nicolao Papæ tunc existenti in arce Soriani, aperuit ei negocium. Nicolaus autè indignatus erat contra Carolum multis ex causis, & præcipuè quia (ut aliqui asserunt) Carolus assentire noluit, ut suus con-

Caroli Ed-
regis Sicilia
conatus

sanguineus contraheret cum consanguineis pontificis. Ad hoc autem nihil operatus est Gaianus, qui secretas literas accepit à Nicolao ad regem Aragonū vnde profectus est cum literis imperatoris Græcorum & Papæ ac baronum Siciliæ, offerentiū illi regnum Siciliæ: acquieuitq; rex Aragonū, remittens in Siciliam dominum Gaianum ad ordinandam rebellionem.

Interim tamen idem pontifex in castello Soriani, cibi & poti continentissimus, subita morte correptus, tertio sui pontificatus anno, mense octauo moritur: quam mortem prædixisse quædam ferunt, notato per excrementum Tiberis vaticinio, eiusq; corpus Romam delatum, in basilica S. Petri sepelitur.

Nicolao tertio ex humanis sublato, cum de successore eligendo inter patres ageretur, assumpti nupèr à Nicolao cardinales, Italicum, altera verò factio à rege Carolo subleuata atq; impulsæ, Gallicum cupiebat. aliquot menses certantes, cum de pontifice conuenire nõ possent, Viterbiensibus Vrsino generi ex superiore dominatu, seditione facta, ad arma coierunt, nouosque magistratus, pulsis veteribus, creauerunt. Inde furore conclaue quo patres conclusi erant, irruentes, duos Vrsinos cardinales per vim detractos, priuato carceri manciparunt, quod factum dicitur de voluntate regis Caroli, qui quærebat habere pontificem Gallicum, & propter hoc audita morte pontificis, Viterbium accessit.

Demum post vacationem sedis quimestrem, electus fuit in Papam Martinus 4. natione Gallicus, etli non nobilis genere, à cupiditate tamen pro se vel suis alienus, anno Domini 1281. vixit in pontificatu annis quatuor & mensibus duobus. Electus Martinus, Viterbij coronari noluit, quod ei ciuitati ob impetum

Martinus
4. papa.

petum in cardinales factum, interdictū à sacris putabat. Urbem itaque veterem petens, quod Oruietum vocant, eo loci omnia solennia peregit. resurrectionis autem die sex cardinales creauit.

Hoc anno in vigilia Matthæi apostoli obiit regina domina Anna vxor regis Rudolphi in ciuitate Viēna, qui deinde post annos ferme tres duxit vxorē filiam ducis Burgundionum.

Igitur Martinus regem Carolum ad se venientem, non modò perbenignè suscepit, verùm eidē senatoriam dignitatem, qua à Nicolao priuatus fuerat, restituit: quod non ità ab omnibus probatum est, cū ea res excitatura videretur magnas in vrbe seditiones.

Iam & Caroli opera Palæologus Græcus princeps, quod pacta in concilio non serualet, excommunicatus est, quæ res materiam dedit Palæologo confirmandarum virium, & pauco post tempore Petrus Arago à Paleologo inuitatus, Sicilia regnum occupauit titulis vxoris suæ Constantiæ Manfredi filii: quod armis repetens Carolus, priusquam quidquam re tanta dignū gessisset, vita defunctus est, & filius Carolus captus, Constantiæ reginæ prudentia seruatus est. mansit Caroli z. integer status Neapoli, fide & studio legati cardinalis.

ANNO Domini 1281. Rudolphus vicarium suum in Italiā misit, qui apud Miniante oppidum à principio se continens, pertentatos ad Nicolai pontificis mortem, quæ nupèr audita erat, Florēti nos Lucensesque, imperatori omninò rebelles repperit. quare Germanorū equitatu, sed paruo, fretus, Florentinos & Lucenses grauissimis incurſionibus vexabat, vnde renouata sunt in Heturia Guelphorum inter se foedera. Demum compositione facta & pace cum Florētinis, vicarius reuersus est ad propria.

ANNO Domini 1282. Rudolphus rex curiam fecit apud Augustam ciuitatem Sueuiæ ante natiuitatem Domini, & ibidē filium suum Albertum in ducem Austriæ instituit, de consensu principū. Similitèr eidem Stiriam, Carinthiam, portum Naonis, Carniolāq;

concessit mense Decembri, & ab eo moderni duces habuerunt exordium.

De Rudolphi regis genealogia modò dicendum esset, cū & magnifica eius gesta describuntur. sed de tam varia scriptorum opinione nō est quod iudicem, summi principis autoritatē à gestis rebus petere licet, non à natione, quanquā & hæc fortassis est quædam virtutis imago.

Originem comitibus de *Habsburg*, à Perleonibus comitibus romanis ciuitibus deducūt, ex Auentino monte splendida nobilitate, freti (opinor) nō omninò malis authoribus, apud quos eius rei fides esto. nos, quis vir Rudolphus fuerit, tanti hæres imperij, studiosiùs exequemur. Fuit is inclyt^o comes de *Habsburg* & Lantgravius Alſatiæ, vir ingētis animi, celebratus armis, prudens & magnificus, propter quas suas virtutes, cū vacasset imperium 23. annis, à principibus ad quos electio dignoscitur pertinere, concorditèr electus est. Et licet post exclusionem Friderici 2. vsque ad ipsū, quatuor se de imperio intromiserint, Henricus Lantgravius de Thuringia, qui in obsidione Ulmensis oppidi sagitta perijt, deinde Guilielm^o Hollandus qui apud Frisones extinctus est, electique duo in discordia, Alphonſus rex Castellæ, Richardus quoque comes Cornubiæ frater regis Angliæ, sed nullus ex his in catalogo imperatorum poni meruit.

Rudolphus verò non solū electus, sed & à Gregorio x. est confirmatus, quomox rebelles imperio ex diutina vacatione factos in Sueuia, Fræconia & Alſatia, necnon aliarum prouinciārum, humiliare cœpit, regē Bohemię Othocarum potentissimum bello vicit & occidit, Austriam & nonnullos alios ducatus imperio recuperauit. in Erdſordia conuentum habens, plūs quā lxx. castra destruxit, plures ex rebellibus decollari fecit, nihilque quod magnificum principem decebat, obmisit. Italos autē de industria in factionibus suis reliquit. vnde aliquandò interrogatus à suis, cur nō iret Romam, fertur apologo respondisse, inuitata fuisse animalia quondā diuersi generis à leone, vt luam

Rudolphi
vxor.

Arago Siciliam occupauit.

Imp. vicarij
in Heturia.

Origo ducū
Austriæ.

Summa gestorum Rudolphi.

suam adirent regiam, tempore constituto venerunt, ac montem in quo habitabat leo, intrauerunt: sola vulpes cum redire nullū ex eis animaduertisset, pedem retulit, dicens, vt Horatius scribit,

*Quia me vestigia terrent
Oīa, te aduersum spectata, nulla retrorsum.*
Ex hac conclusit fabula, multos ante se reges intrasse Italiam, paucos verò, vt intrauerant, reuersos.

Et quia Rudolphus Ro. rex ex filio Alberto comite, ducem creauit, & de cōsensu principum illum de ducibus Austriae, Stiriae, Carinthiae, de portu Naonis & Carniolae inuestiuit, & vassallum imperij fecit, pertinens esse videtur, de principibus Austriae scribere. Verum omissis antiquissimis possessoribus Marchiae Orientalis, hoc est, Austriae: sub Henrico primo, cognomento Aucupe, rege Ro. ex ducibus Saxoniae & Brunsvic/ circa annum Domini nonagesimum trigesimalum sextū, defunctus legitur sine legitimo haerede Rudigerus de Pechlary, marchio Austriae: quam ob rem rex Henricus de eadem marchia inuestiuit Lupoldum ducē Sueviae. hic Lupoldus castellū *Mellic bello quaesuit, & in eodem collegium xij. canonicorum fundauit, vbi & sepultus est vnā cū vxore sua Richartin, sorore regis Henrici de Brunsvic.

Succesit marchio 2. Lupoldi primogenitus Henricus, quo in tempore S. Colmannus ex prosapia regum Suediae, martyrium est passus. Henricus reliquit duos filios Albertum & Ernestū. Henrico succesit 3. marchio Albertus, cognomento Victoriosus. hic vnā cum filio suo Lupoldo recuperauit marchiam imperio, à rege Hungariae occupatam, duxitque vxorem Adelheidam, Petri regis Hungariae filiam. reliquit ex ea duos filios Lupoldum & Ernestum. Alter Henrici filius Ernestus, Sueviae dux fuit, è Gisela vxore geminos suscepit Ernestum & Hermannum, qui sine liberis decessere, & pater Ernestus in venatione ab Alberto comite de Babenberg sagitta petitus concidit. quo defuncto, vxor Gisela Cunrado Franciae duci nupsit. Is est, qui imperator postea lectus, Cunradus 2. à nobis di-

ctus est, imperium. circa annum Domini 1020. tenuit, vt generatione 35. diximus, vbi & Giselae mentionem fecimus, & generatione 34. in genealogia diui Henrici leges Arnulphum maritum illi fuisse, quem sic scriptores quidam, nos Ernestū dicimus Sueviae principē.

Lupoldus Alberti marchionis primogenitus, succesit in marchia, moritur ante patrem, ideò non numeratur, nec etiā reliquit prolem post se. Ideò Ernestus, cognomento Strenuus, Alberti Victoriosi 2. filius, defuncto patre, 4. marchio succesit, & regere coepit anno 1056. huic Ernesto Henricus 4. confirmauit omnia priuilegia praedecessoribus suis in marchia à Iulio Caesare, & à Nerone imperatoribus concessa. hic Henricus imperator praedictum Ernestum pro animi sui magnitudine, Priorem Ro. imperij nominauit. hic occisus est in Saxonia in praelio partiū Henrici, reliquitque duos filios Lupoldum & Albertum, & filiam nomine Iuditham. sepeliuntur in Mellico. Lupoldus iste, cognomento Pulcher, V. loco marchiam obtinuit, iste pro canonicis in *Melich introduxit monachos circa annum 1075. habuitque lites cum fratre Alberto. tandem compositi sunt, itaque Lupoldus marchiam ab eodem Alberto recognosceret.

Lupoldus reliquit duos filios Lupoldum & *Popam. Lupoldus iste succesit patri in marchia, praefuit 40. annis vir iustus, marchio sextus, vite sanctae, vxorem duxit Hagnen Henrici 4. filiam, relictam quondam Friderici ducis Sueviae, quae Hagna ex Friderico iam dicto habuerat duos filios, Fridericum & Cunradum postea regem Ro. Eadem Hagna ex Lupoldo genuit octo filios & decem filias. mortuus Lupoldus, reliquit sex filios & quinque filias, & postea sub Friderico 3. canonizatus est ab Innocentio 8. anno Domini 1485.

Popo frater Lupoldi, in Treuire archiepiscopus fuit sublimatus. Lupoldus praedicti Lupoldi tertius filius, à patre praelatus fuit. 7. marchio praefuit septem annis. Cui defuncto succesit frater suus Henricus anno Domini 1142. mar-

Marchie Orientalis seu Austriae marchiones.

Attende de Gisela Cunradi 2. vxor.

Prior Rom imperij.

* Poponca

Huic sua partia multum debet.

marchio 8. & vltimus, huic cōtulit Cunradus 3. rex Rom. dux Sueuiæ, frater ex parte matris, ducatum Bauariæ, vacantem ex priuatione Henrici ducis, dicti Superbi, ob rebellioem. Durauit in eo annis ferè tredecim. Et cum in itinere esset cum dicto Cunrado rege ad terram sanctam, mortua prima vxore, duxit Theodoram filiam Emanuelis Constantinopolitani imperatoris.

Suborta autem sunt occasione ducatus maxima bella. tadem verò Cunrado mortuo, & Friderico primo electo, Fridericus prædictum Henricum & filium Henrici Superbi amicabiliter cōposuit, ita vt quicquid marchiones antea cis Oceanum fluuii à ducatu Bauariæ recognoscabant, decæterò nullo iuris beneficio ducatu subiectum esset. fecitq; ex marchia ducatum, & de eodẽ Henricum inuestiuit, ducemq; creauit: ducatum autem Bauariæ, Henrico filio Henrici Superbi restituit.

Successit Henrico duci Austriae Lupoldus, cognomento Virtuosus, anno 1177. Hic de equo cadens, fregit crus: & ingressus religionem, reliquit duos filios, Fridericum & Lupoldum.

Lupoldo Virtuoso successit tertius dux Fridericus primogenitus anno 1193. Hic assumpta cruce sub Henrico 6. intrauit terram sanctam, & ibi mortuus est. Corpus eius inde translatum fuit in Austriam, in monasterio S. Crucis sepelitur.

Deinde frater eius Lupoldus præesse cepit dux 4. Austriae anno 1199. magnifica fecit. cōposuit auxilio aliorum principum Gregorium nonum cum Friderico 2. Moritur in Italia. Ossa eius relata sunt in monasterium *Lilienfeld* in Austria, dum rexisset ducatum annis 31. obiit anno 1230. Huic successit in ducatu Fridericus filius anno Dñi 1246. in die S. Viti perit in bello, quod habuit cum rege Hungariæ.

Et quia ex virili sexu genus defecerat, intromisit se de ducatu Vladislaus marchio Morauiae, eò quod vxorem habuit de domo Austriae. sed eo breui defuncto, immiscuit se Hermannus marchio de *Baden*, qui habuit de eadem domo Hagnem filiam Henrici quondam ducis.

Supererat adhuc soror Friderici vlti-

mi ducis Austriae, relicta Henrici ducis Sueuiæ, quã duxit Othocarus filius regis Bohemiae, quam tamen postea repudiavit, & filiam regis Hungariae superinduxit. hunc Othocarum Rudolphus rex Ro. anno Domini 1278. bello occidit, & filium suum primogenitum Albertum de ducatu Austriae ducem creans inuestiuit anno 1282. Habuit etiam Rudolphus duos alios filios, Hartmannum qui perijt in vndis, & Rudolphum: hic genuit Iohannem, qui postea Albertum regem factum interfecit. Albertus de progenie *Habsburg* Ro. rex, reliquit ex Elizabeth filia ducis Carinthiae & comitis Tirolis sex filios, Fridericum, Lupoldum, Albertum, Henricum, Othonem, & Rudolphum. Fridericus postea in regem Ro. eligitur in discordia: verum bello victus, cessasse inuenitur, obiit sine ple. ita etiam defuncti sunt Lupoldus, Henricus, Otho & Rudolphus sine descendantibus, licet vxores inueniantur habuisse.

Albertus verò etiam filius regis Alberti, duxit vxorem filiam comitis de *Pfurt*, ex qua genuit quinque filios, Henricum, Rudolphum, Albertum, Fridericum & Lupoldum. Henricus & Albertus obiierunt sine descendantibus, Rudolphus similiter, sed is acquisiuit comitatum Tirolis. Ipse enim circa annum Domini 1355. intrauit in Pontinam & *Innsbruck* ad Ludouicum ducem Bauariæ, qui comitatum Tirolis possidebat. is huc comitatum obligauit duci Austriae ad regendum pro nongentis millibus marcarum.

Postea autem anno 1360. Menardus ex Margareta comitissa Tirolis filius Ludouici, propter odium quod habuit in patruos suos Bauaros, comitatum reliquit duci Austriae Alberti filio. qui & matrem ipsius duxit vxorem, dictam vulgò *Multesch*, & sic is comitatus mansit ducibus Austriae. Fridericus verò ex Alberto & comitissa de *Pfurt*, duxit vxorem filiam ducis Hollandiae, & ex ea pcreauit Albertum postea regem Rom. ex quo & vxore sua Elizabeth filia Sigismundi imperatoris, pcreatus est Ladislaus Hungariae & Bohemiae rex, dux Austriae, qui obiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo

GG Pra-

Frid. Barba-
rolla è mar-
chia Austriae
ducatus fecit

De comita-
tu Tirolis.

Interrupta
dues ducatus
Austriae.

Sigismundus
Caesar.

Pragæ. Habuit etiã sororẽ Annã, quã duxit rex Polonia. Lupoldus verò prædicti Alberti ex comitissa de *Wfurt*, duxit vxorem filiam ducis Mediolani, & ex ea progeniuit 5. filios, Albertum, Guilielmum, Lupoldum, Fridericum, Ernestum, Albertus ex* ducissa Hollandiã reliquit filium Albertum, sed non remãsit. Ex Guilielmo qui duxit filiam Caroli regis Apuliã, non manserunt descendentes, neq; ex Lupoldo qui duxit filiam ducis Burgundiã.

Fridericus verò ex ducissa Brunsvicken, genuit Sigismundum archiducem, q obijt etiã sinè descendentibus. Ernestus aut̃ quint^o Lupoldi filius, ex regina Polonia genuit 5. filios, Rudolphum, Lupoldum, Ernestũ, Albertum & Fridericum: ex quatuor prioribus non manserunt descendentes. Fridericus autem postea imperator Ro. ex Leonora Portugalliẽ regis filia procreauit tres filios, Christophorum, Iohannem et Maximilianum Imperatorem Romanum, qui natus fuit in cœna Dñi, & in die S. Paschæ baptizatus est anno 1459. duxit vxorẽ Mariã filiã ducis Burgundiã, ex ea genuit Philippũ filiũ et Margaretã filiã. sororẽ verò regis Maximiliani duxit Albert^o dux Bauariã, ex qua suscepit plures liberos.

Fridericus
3. Cæsar.

Maximilianus
Imp.

Philip. Fran-
cus contra
Arag.

ANNO Domini 1285. Philippus rex Frãciẽ pro Martini pont. mandato Aragonum regnum inuadit, Gerũdam obsidet, cui succursurus rex Petrus Arago, cũ Frãcis cõgressus, vulneratusq; eo p̃lio et paulò post defunctus. Igit̃ rex Frãciã audita victoria suorum cõtra Aragonenses, & simul regis vulnus durius, Gerundam vrget, cuius ciues per defectum victualium ac regis morte contriti, dederũt ciuitatem cum pacto, vt personã saluã forent, & quicquid secum absportare possent. Sed Aragonis Admiraldi opa recepta est ciuitas postea, et frãci cõsi, rexq; Philipp^o mœrore febrim incidit, vndè pauco post tẽpore vita decessit. Post hæc Philipp^o regis filius primogenit^o, coronat^o est rex Frãciẽ Rhemis in die Epiphaniẽ cum vxore sua Iohãna filia regis Nauarre, anno Dñi 1286. cætera de regno Sicilia dicẽtur infra.

Anno Dñi 1285. p̃otifex Martinus tot

curis circunuentus, Perusium p̃ficiscitur: vbi lenta febris vexatus, tandem moritur, sepeliturq; in cathedrali basilica, ad cuius sepulcrũ (scribit Platina) multi valetudinarij delati, multi cæci perducti, muti & claudi pristinam valetudinem meritis ipsius à Deo receperunt.

ANNO Domini 1286. Honorius 4. ^{Honorius 4. papa} patria Romanus, è gẽte Sabella nobilissima, Iacobus antea vocatus, pontifex creatus est, fratre suo Pandulpho senatoriam dignitatẽ gerente: habitauit hic in Auentino apud S. Sabinam, sedit annos duos.

Eodem anno Honorius papa ordinauit, vt Pinziualla de Flisco de comitibus lanuen, de Langarna, fieret vicarius generalis imperij, qui & in Alemanniã statim profectus ad Rudolphum imperatorem electum, fecit sibi confirmari dictum vicariatũ. Verũ postquam in Tusciã vt vicarius imperatoris venisset, vtq; iura recuperaret impij, Florentiã ingressus, in domib^o Mozanis vltra Arnũ prope ecclesiã Gregorianã residentiã fecisset, vocatis Florentinis, Lucanis, Pistorien, Senensibus, ac aliarum ciuitatum ciuib^o partis Guelphẽ, exigebat ab eis fidelitatis & obedientiã iuramentum imperio Rom. quod nullo pacto facere voluerunt. Vndè iratus recessit, & in pœnã inobediẽtiã condemnauit Florentinos 60. millibus marcarum argenti, & similiter alias ciuitates proportionabiliter. Indè perrexit Aretium, ordinauitque vt Florentini exilio mitterentur, amissis substantijs eorum, & cũ paruam haberet obedientiam, propter factionem Guelpham, Gibelini quoque suspectum eum habebant, quia erat ex progenie Guelphorum: eapropter reuersus in Alemanniã, sinè honore ad Rudolphum peruenit.

Rudolphus autem comparãdã pecuniam studiosus, cancellarium suum è gente Flisca in Italiã misit, qui populos in Hetruria omnes liberos faceret, & eos potissimũ qui se pecunia redimere curarent: Persoluere autem obeam rem Lucenses xij. millia nummũ auri, Florentini verò sex millia, qui statim liberi omninò facti, magistratũ quẽ Priorem arcium vocant, addito vexillifero

Honorius 4. papa

De Tuscia vicario

Rud rex, bepp, se va

Libertus empta lre liz.

ro iustitiæ, creauere. Nō displicuit hæc venditio Honorio, licet indigna tanto principe videretur, quod ea ratione Ecclesiastica ditio futura securior videbatur, cum non amplius imperatori liceret liberas ciuitates vexare.

ANNO Domini 1287. Honorius 4. misit in Alemaniã legatum à latere cardinalem Tusculanum, qui in Herbipoli præfente rege Rudolpho vocauit concilium. Et quartam partem omnium prouertuum per quatuor annos postulauit. Multis ergo archiepiscopis, episcopis, & prælatis tremantibus, surrexit Probus episcopus Tullenfis ordinis fratrum minorum de Tubinga oriundus, & stas sup baptisterium nouiter in ecclesia Herbipoleñ ædificatum, pro omnibus appellauit. Idq; factum est in medio quadragesimæ. Affuit in ea conuocatione prepositus ecclesiæ S. Martini in *Sundelungē*, qui nomine capituli in expensum contumpsit xv. libras Hall. Idē quoque Probus postea ab episcopatu deiectus est, & in ordinem suum retrusus.

ANNO Domini 1286. Eberardus comes de *Wirtemberg*, regis Rudolphi mandatis diutius reluctando, iram in se regis concitauit: vnde contractis tam equitum quam peditum copijs, comitatum prædictum armata manu ingreditur, & omnia que potuit hostili deuastatione demolitur. Videns autē comes Eberardus tanta se multitudini resistere non posse, ad tutiora loca confugit. Quod cernens rex et animositatem comitis, Sturgardiam vallauit obsidione, arietibus muros oppidi fortiter concutiens. Verum comes cum suis qui intus erant, fortius rem aggredientes, maiore (vt referunt) regis damno quam comodo sese ab hostibus defendunt. Ad vltimum archiepiscopus Moguntinus temeritatem comitis ac pariter suorum viriles animos considerans, vices suas interponere disposuit, ac post concussum oppidi murum, post incēdia vicorum & villarum, post denique terræ desolationem & plurima spolia, in regis gratiam comitem reduxit, concordiam & pacem inter partes reformando. Quibus peractis, Rudolphum comes vt regem recognouit, iuramentum fidelitatis præstando, deinde 22. die mensis Fe-

bruarij rex eundem comitem cum ciuibus Eslingenē composuit.

ANNO Domini 1286. comes Eberardus de *Wirtemberg*, propter diffidationem ciuitatum imperialium per Sueuiam, quibus Comes Albertus de *Ucheln*, Comes de *Teck* & alius quidam de *Teck* subsidia ministrabat, eisdem comites persecutus est, eorumque villas & agros tum igne tum ferro deuastans, cum rapinis cædes non modicas fecit. Verum Rudolphus rex aduersus prædictum comitem Eberardum exercitum ducens, cum plurima illi per terras suas damna intulisset, tandem reconciliatus in oppido imperiali *Eslingen*, prædictum Eberardum, ac comites Albertum de *Ucheln* & alium de *Teck*, cum eorum complicitibus in integrum restituit, pacem inter partes reformando. Nam cœmeterium quoddam ipsi comites obsederant, quibus rex Rudolphus per mandatum iussit, vt soluta obsidione, ad propria reuerterentur. Verum soluta obsidione, Rudolphus ad decimumseptimum Kalend. Octobris ipsum cœmeterium destrui fecit.

Quod animaduertens comes Eberardus, in furorē denuo accensus, regi rebellare instituit. Interuenientes tamē amici, pax prius inter regē & comitem reformata, suo in robore vt cōsisteret, impetrarunt.

Nec superfuit his rebus diu Honorius quartus bonus pontifex, qui ordinem Carmelitarum restituit, & reliquos nonnullos probauit, quo etiã tempore cum Aragonibus non admodum feliciter Franci pugnauerunt.

Et defuncto quidem Honorio, vacat sedes decem menses. nam cum apud sanctam Sabinam conclaue haberetur, multi Cardinales repentina ægritudine sunt correpti. Hanc ob causam in aliud tempus reijcit electio. Anno verò Domini 1288. Nicolaus 4. patria Asculanus, Hieronymus antè vocatus, ordinis Minorum, presbyter cardinalis apud S. Sabinam eligit, collocaturq; in sede S. Petri Reate: deinde ob seditiones Romam profectus, sedit annis quatuor & mense vno.

Eodem anno Carolus princeps Salernitanus, qui captus tenebatur, liberatus fuit à captiuitate, procurante Eduardo rege Angliæ, his pactis, quod Caro-

Attende de
Aragonia.

lus promisit Iacobo Aragonum regi iuxta posse suum dare operam, quod Carolus de Valesio germanus regis Franciæ, renunciaret cum voluntate Papæ priuilegio & iuri regni Aragoniæ: Et (vt Blondus refert) idē Carolus suis impetraret sumptibus, Iacobum Aragonē à pontifice Romano, sicut Carolus genitor suus fuit, feudatarium Trinaciæ regem institui & coronari: quod si triennio non impetrasset, in carcerem redire promisit. Et ad confirmationem dictorum, dimisit dictus Carolus tres ex suis filijs, scilicet Robertum, Raimundum & Iohannem, vel secundum alios Carolum & Ludouicū, obsides, quinquaginta milites prouinciales, & insuper dedit xxx. millia marcarum in carlinis, & sic dimissus fuit.

ANNO Domini 1289. Carolus 2. princeps, liberatus à carceribus Aragoniæ, redijt per Florentiam, vbi acceptus est honorificè. Post triduum autem iter suum prosequi cupiēs, Aretini cum Gibelinis cum intercipere tentant, quod Florentini cum rescissent, missis octingentis equitibus & peditum tribus milibus, Carolum armata manu ad urbem deducūt, vbi cum magno honore receptus est à nicolao papa ac cardinalibus, & die 28. Maij coronam accepit regni Siciliae & Apuliae magna solennitate. Deindē collatis sibi multis iocalibus & gratijs ab ecclesia, & subsidijs decimarū in adiutorium ad recuperandam Siciliam, postmodum indē recedens, Apuliam ingressus est.

Burgravius
Norinberg.

Circa hæc tempora rex Rudolphus, vacante burgraviatu Norinbergen, eūdem comiti de **Zollern** contulit sororio suo, à quo descenderunt burgrauij vsq; ad Fridericum, qui in concilio Constantiē à Sigismūdo Ro. impatore in marchionem Brandēburgen creatus, de eodem fuit inuestitus, cessauerūt enim in eodem Friderico burgrauij Norinbergen, & marchiones Brandēburgen hodie appellantur.

Albertus
Magnus.

ANNO Domini 1264. Albertus Magnus natione Sueuus, Ratisponen episcopus, ordinis Prædicatorū professor, his tēporibus clarissimus, homo admirabilis doctrinæ habet, qui cum diū

philosophiæ ac theologiæ scholas tenuisset Coloniae, moritur, octogesimum ætatis suæ annum agens.

Thomas etiā Aquinas, Alberti Magni discipulus, ordinis Prædicatorum, hunc scientissimum virum, ex insigni Comitum familia apud apuliam originem duxisse tradunt. Tantum Colonię profecit, quod post aliquot annos apud Parisios primum locum in doctrina teneret. Romā deindē ab Urbano 4. accessit, spretis dignitatibus quæ ei offerebantur, totū se studio dedit. Nā & scholam Romę restaurauit. tādē cum apud Cassinū montē fuisset, vocatusq; à Gregorio x. ad Lugduñ conciliū, infirmat in via morit. Et à quibusdā chronographis dictum fuit, quod veneno fuerit extinctus à quodam familiari regis Caroli, vt ei complaceret, quia de familia erat S. Thomas Aquinorū comitū, qui fuerant Carolo rebelles, timens nē fortē, si ad cardinalatum assumeretur, foret ei contrarius. hoc tamen (vt refert Antō.) non clarè habetur. obiit anno 1274. cuius vita & doctrina probata est ab Ecclesia.

ANNO Domini 1278. in ponte super Mosam in Traiecto superiori, ducenti homines chorea ludentes, xv. Kalend. Iulij, & cum corpus Christi per sacerdotem portaretur ad infirmum, nolebāt cessare donēc transisset sacerdos. Igitur mox trāsito pōte à presbytero, pons cecidit, & omnes in fluuio præter vnum submersi fuere.

Circa hæc tempora fuit Nicolaus de Lyra doctor theologiæ Parisijs, quem quidem natione Iudæum referunt, sed conuersus, valdè profecit in ordine Minorum. alij dicunt eum Brabantinum fuisse, ex Christianis parentibus natum: atque hoc magis creditu possibile.

ANNO Domini 1288. in Alemania & diocesi Leodiē, in villa Erckel quædam puella vixit sinè cibo & potu vltra 30. annos, cuius villæ plebanus obtulit ei oblatā nō consecratā pro consecrata, quā non potuit deglutire: sed resumpta illa, dedit cōsecratā quā sumpsit: ex hoc liquet, quod corporalem cibū non expectabat, sed magis spiritualem.

An-

ANNO Domini 1261, facta est magna contentio inter Henricum episcopum Argentinensem de **Stabeles** & inter ciuitatem Argentinensem, super quibusdam iuribus, intantum quod episcopus omnem clerum mandabat exire ciuitatem sub priuatione Beneficiorum: & cum totus clerus exiisset, posuit episcopus interdictum arctissimum, prohibens sacerdotibus quibuscumque, ne pueros ciuium baptizarent, aut cuiquam sacramenta administrarent.

His non obstantibus, inuenerunt ciues tres sacerdotes, qui contra interdictum episcopi celebrauerunt, & omnia sacramenta incolis administrauerunt.

Interea episcopus contra actus vndique copijs, ciuitatem obsedit, post multas tamen vastationes extra ipsam factas, quo in tempore leues quaedam pugnae plures commissae sunt: tandem ciues sese mutuo cohortantes, in toto consilio, post multam stragem exercitus episcopi victus est: ipse vero episcopus fuga vitam saluauit. Occisi fuerunt autem de exercitu episcopi, lx. nobiles, inter quos fuerat **Hermannus de Geroldseck** frater episcopi, & vnus de **Tierstain**: populares vero multi: Capti vero & in ciuitate ducti fuere 76. deinde multa dana hinc & illinc commissa sunt. tandem rex **Richardus de Anglia**, in regem **RO.** a quibusdam electus, quaeuit partes componere, sed nihil egit. postremo mortuus est episcopus. quo defuncto, reformata est pax.

De usu primariarum precum, quae etiam tempore Rudolphi fuerit, inuenit forma talis: **Rudolphus DEI gratia Rex & semper Augustus, honorabili in CHRISTO deuoto Abbati &c. gratiam suam & omne bonum.**

Cum ex antiqua & approbata, ac a diuis Imperatoribus & Regibus in christiana recordationis nostris antecessoribus usque ad nos producta consuetudine, qualibet Ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet Collatio, super vnus Collatione Beneficij Precum nostrarum primarias admittere teneatur: Deuotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Ecclesiastico Beneficio, quod ad tuam Collationem spectat, ob Reuerentiam sacri Imperij & nostram, si quod vacat in praesens, vel quam primum vacauerit, studeas liberaliter prouidere: taliter facies, quod Deuotionem

tuam nostram Serenitas debeat merito commendare, & ad tua iusta desideria facilis inueniri. Datum Regni nostri anno primo.

Tu vide Specul. tit. de legato. s. Nunc tractemus. vers. Sed nunquid legatus. Et Doc. de Prebend. in c. Si cui. lib. 6. hoc esse priuilegium.

GENERATIO 44.

ANNO Domini 1290, sub Nicolao 4. anno eius 3. Rudolpho rege **RO.** existente, inceptit 44. generatio. Eo autem anno insigne miraculum accidit **Parisijs**. nam cum quidam Iudaeus mutuasset cuidam mulieri super veste pecuniam ante festum Paschae, mulier carere bona veste, petiuit a Iudaeo, ut vestem sibi per diem concederet. Ad qua Iudaeus: **Porta**, inquit, mihi Corpus **CHRISTI**, quod dicitis esse in hostia, & ego tibi vestem gratis restituam. Mulier cupiditate deuita, sumens Sacramentum & secrete extrahens ab ore, Iudaeo praesentauit: qui vestem ei restituit, & Sacramentum in patellam cum aqua misit. Verum in aqua bullienti cum Sacramentum illesum mansisset, ille gladio percussit **HOSTIAM**, moxque **SANGVIS** exiuit, quo aqua tincta est & rubea effecta. Christianis autem superuenientibus, & ad usuram petentibus, **HOSTIA** euolat super tabulam in eorum conspectu. Captus est Iudaeus, & pro confesso scelere combustus, indeque Sacramentum cum processione ductum est ad Ecclesiam, & ex domo Iudaei fabricata est Ecclesia Saluatoris.

Circa initium istius generationis Christiani ferè totam terram sanctam perdidderunt. Sultanus enim Aegypti paulo ante cum maximo exercitu equitum & peditum venit in Syriam, & obsedit ciuitatem Tripolim & vi cepit, occisis plurimis Christianis: ciuitatem expoliata, quae plena erat iocalibus & preciosis rebus, diruerunt usque ad solum, excepto quodam castello, in quo posuerunt suos: paremque fortunam Sidon & Berytus pertulerunt cum Tyro, & earum vrbiu oppidis. Is itaque Sultanus astu eque ut prudentia pollens, ne ea clade accepta Christiani principes Occidentis in Asiam traicerent, Christianis Ptolemaidem habitatoribus inducias 2. annorum concessit.

Pontifex autem Nicolaus crucem p-

Ep. Argent. à ciuitate fidelit.

De usu primariarum precum.

Epistolae Rudolphi Precaria formula.

Iudaei Parisiensi crudeliscelus,

Gravis in Oriente Christianorum clades,

dicari iussit p auxilio Ptolemaidē, mille insup̄ & 500. milites suo ere conduxit, quos multi sinē imperatore secuti sunt, qui Ptolemaidam venientes nullo regimine, multa intulerunt damna Christianis ac Saracenis. Sultan⁹ sēp̄ questus est, & per nuncios prædā repetijt, denegataq; exitiū cōminat⁹ est. Erat de Ptolemaidē regimine magna cōcertatio. nā patriarcha Hierosolymitanus illud & Tēplarij, Hospitalarij & Teutonici, & rex Cypri, et rex Siciliae, et Pisani q̄rebāt.

Interea etiā pontifex Nicolaus, vt refert Blódus, Carolo 2. gratificari cupiens, pacem interrupit, quam ille & Iacobus Aragoniæ rex constituerant, & inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ reges nouum exortum est bellum, quæ res in Asia Christianos pturbauit. Sultanus enim Babylonix centū quinquaginta millia pugnatorum aduersus Ptolemaidam misit, filio duce copiarum instituto, cū ipse egrotaret. Ducta est obsidio 2. mensibus. interim mortuo Sultano, filius suffectus est, qui acrius urbem impugnans, promissa militibus præda, fossatis completis materia ac virgultis, ad mœnia vsque pugnando peruenit. At vna die erumpentibus Christianis, magna occisione Sultanus in castra repulsus est. deinde fit discordia in vrbe. placuit, imbellē multitudinem propter victūs defectum emittere per noctem: cum qua multi desertores effecti sunt. deinde 12. millibus ad defensionem vrbis dimissis, reliquos abire permiserunt. Manserunt autem ex primoribus rex Cypri & patriarcha Hierosolymitanus & Hospitalis ac Templariorum magistri, reliqui omnes abierunt. Sed rex Cypri perfidia vsus, desertores secutus est, cuius exemplo multi etiā post eū fuga lapsi sunt. Postremò omniū hierosolymē patriarcha magistrisq; cognita Sultani oppugnatione, quæ maior quàm solita parabatur, dromone ad id seruato portu delapsi, secūda primū nauigatione sunt vsi, sed vento post parū in validam tempestatem mutato, sub ipsam Cypri plagam naufragio perierunt.

Prolemais
seu Acapo-

Itaq; Sultanus post eadē die à paucis, quos nauigij carentia detinuerat, Chri-

stianis malē defensionem urbem vi cepit, & mortalibus in ea repertis ad vnum celsis, præda sumpta, supponunt ignem, mœnibus vrbis parietibusq; passim solo eq̄tis, duriore Saracenus miles Sultani impio est onerat⁹, q̄ fundamēta vbiq; ita confodi, dissipariq; iussit, vt nullū post hanc vrbis edificij vestigiū appareret. Salutis erat annus 1290. Itaq; eadē reliquas amissim⁹, post victoriā Gotfredi annis 196. Cyprus tamē insula & Armenia minor, Cilicia prius dicta, i Christianorū fide manserunt. iterū Nicolaus prædicari fecit crucem & indulgentias.

Anno dñi 1291. rex Rudolph⁹ in vigilia diuisionis Apostolorū venit ad Spirā, & cū illo regina ac filij & filia, vxor regis Boemiæ, dux Ludouic⁹ de Bauaria, & multi barōes cū eo. ipsa verò die diuisionis apostolorū obiit rex, & die crastina gloriosè sepult⁹ est in ecclesia cathedrali apud sepulturā regū, ppe sepulcrū regis Philippi. de quo refert Anto. q̄ semper conat⁹ fuerit dñum suū & potentiā augere in Alemania, nec visus est curare de Italia. vnde nō ingressus est eā, sed studij sui fuit, procurare filijs terras & diuitias. vnde & acq̄sivit sibi ducatum Austriæ, & partē magnā Sueuię. Hæc ille.

Quòd ducatu Austrię cū nōnullis alijs ducatib. atq; dñijs posteritati suę reliquerit, nobiliss. q; dignitatū titulis insigniuit, nemini mirū videri debet. nā etsi fuerit gñe parū, cōsilio tñ atq; prudētia fuit clar⁹, & in omni gñe armorū p̄iceps exercitat⁹, ac i bello victoriosus. vnde veniēs ad impiū post exclusionē Friderici 2. post diurnā vacationē, quoslibet rebelles i Sueuia, Fræconia, Alsatia, necnō aliarū puinciarū multis laborib. hūiliauit, regē Boemię i bello supat atq; occidit, comites i Wirtēberg p̄potētes, vastata eorū terra, subiugauit, q̄q; vnico anno, salutis s. 1290. Er̄fordiā veniēs, plus q̄ 70. castra destruxit. Sed Italiā ideò nō curauit, q̄a eos p̄ maiore parte rebelles fore notauit. vnde i suis factiōib. eos reliq̄t.

Eodē anno Michaël Palæologus Cōstātinop. Impator obiit, quē sacerdotes & monachi sepultura sacra phibuerūt, eò q̄ Occidētali ecclesię i Lugduñ cōcilio cōsensisset. Successit ei Androic⁹ filius in impio, regnauit annis 15. vnde Andronicus

Michael Palæologus.

Andronicus

nie ob eā cōtumeliā libētèr Latīnè cecleſiæ fuiſſet vnitus, ſi auxilium habuit, quod poſteà ſempèr reſuſcitauit.

Anno Dñi 1292. Nicolao papa 4. vita ſuncto, Sc. Ap. vacauit 2. annis & mēſib⁹ 3. ex diſcordia cardinaliū. nā Vrſini petebāt fieri aliquē ad cōplacentiā regis Caroli, alia pars Colūnenſiū aliū fieri cupiebāt. Eodē anno rudolpho mortuo, p̄ncipes ad quos ſpectat electio impatoris, elegerūt Adolphū comitē de Naſſau apud **Frāckfurt**, q̄ reg. annis 6 valdè fidelis impio. ī nullo ſuos liberos de reb⁹ imp̄ditauit, ſed imperiū ampliare diſpoſuit. totū em̄ principatū Miſnēſem cōem̄it, & impio incorporauit, quē vſq; ad mortē ſuā getē tenuit, ſed ſucceſſor ſu⁹ rex Albert⁹ totū pdidit. Ipſe quoq; Colūmbariā ī Alſatia obſedit & cepit, & p̄fectū oppidi ſecū ī curru captiuū duxit, baronē quoq; de **Kapellſtain** vinctū ducēs, liberos eius obſides accepit. de hui⁹ electioe reliq; gestis paulò plura infrā.

Anno Dñi 1293. rex Adolphus venit ad **Eſplingē** Sueuię oppidū, vbi congregati fuerāt oēs barones ac potētes Sueuię, q̄ oēs pacē iurauerūt, p̄ter comitē de **Wirtemberg**. Nec his annis quietū fuit Frāciæ regnum. nam Philippus Pulcher primis regni ſui initijs ex Angli Eduardi p̄ſidia multa paſſus incommoda, Aquitaniam atque alia recepit.

Anno Dñi 1290. Hūgarię rex Ladislaus à Comanis, quibus diū adheſerat, occiſus eſt, filiū ſucceſſorē nō habens. poſt cuius mortē Andreas de Venetijs dict⁹, coronat⁹, q̄ viuēte adhuc Ladislaō rege, adductus in Vngariam fuerat, de cuius ortu itā habetur: Cū rex Andreas 2. mortua vxore, mare ad pugnādum pro terra ſancta tranſiſſet, victorq̄ rediens in Italiā applicuiſſet, magnificē à marchione Eſtenſi ſuſceptus eſt: viditq̄ filiam marchionis vnā virginum omnium ſpeciōſiſſimam, quam matrimonio duxit: mortuo verò paulò poſt rege, vidua iſta deſiderans viſitare parentes, vocatis p̄latis ac regni proceribus, ſe grauidam oſtendit, & eorum voluntate ad patrem redijt, ibiq; puerum maſculum peperit Stephanū nomine. Hic Stephanus vt adoleuit, marchionatum vſurpare volens, reſuſcitatus, fugit ad Iacobum

Aragonię regē, cū iā Vngarię regnū alij le p̄ximiores tenerēt. Habebat autē vxorē rex Aragoniæ filiā regis Andreæ, quæ erat ſibi ex patre ſoror, cum qua aliquandiū moratus, tandē in Italiam redijt. Et cū itā vagus ac p̄fugus terrā circumiret, duxit filiam cuiuſdam ciuis Veneti potentiffimi, ex qua habuit filiū iſtum Andream, qui auxilio ſuorum viuentē adhuc rege Ladislaō venit in Vngariam, & ſic occiſo Ladislaō, in regem ſurrogatur.

Verū, vt ſolēt, quidam proceres Vngarię poſt aliquot annos in p̄iudiciū illius, à Papa Bonifacio 8. regem petierunt Carolum puerum, Sicilia regis filium, anno videlicet 1299. cuius origo talis erat: Rex Stephanus 5. habuit filiam nomine Mariam, quam Carolo Claudio filio Caroli aui, qui contra duces Sueuię regnum Sicilia obtinuit, deſponſauit, qui Carolus Claudus ex filia Stephani genuit Carolum Martellum, Carolus verò Martellus ex Clemētia filia imperatoris Rudolphi, genuit filium Carolorobertum, ſed in Vngaria Carolus vocabatur. Vndē in p̄iudiciū (vt tactum eſt) regis Andreæ, Papa miſit legatū de latere: ſed nihil agens, ad p̄pria redijt. verū poſteà anno 1301. idem rex Andreas in pace quieuit.

At mortuo Andrea, barones regni ſe diuidunt. aliqui enim Carolum exoptant, nonnulli verò regem Boēmię Vuenceſlaum inuitant: & hoc idē, q̄ rex Othocar⁹ nup̄er in p̄lio occiſus, de filia Belæ regis Vngarorum genuit Vuenceſlaū dū eſſet Boēmię rex. verū Vuenceſlaus venire in Vngariā noluit, ſed filium ſuum ex filia imperatoris genitū, Rudolphi ſ. qui & habebat nomē ſuū, Vuenceſlaū, eis tradidit in regē Vngarię coronandum. hic venit ad Albam regalem, & ibi ab archiepiſcopo *Coloſenſi in p̄ſentia epiſcoporum & procerum fuit coronatus.

Eodem tempore frater Nicolaus epiſcopus Oſtienſis, legatus à latere miſſus in Vngariā p̄ Carolo venit, qui Budā interdixit, & redijt. & q̄ pars magna Carolo adheſit, vidēs Vuenceſlaus rex Boēmię filiū nomine ſolū regē fore, eum reduxit vnā cum corona in Boēmiā.

Adolphus
de Naſſau
Caſ. 101.

Philippus
Pulcher
Franc. rex.

Andreas de
Venerijs
Vngar. rex.

De Carolo
Siculo.

Vuenceſlaus
Vng. rex.

Otho Bauarus Vngar. rex.

Interea consentiente Vuenceslao, p-
ceres quidam regni Othonem ducem
Bauarię subintroducunt in regem Vn-
garię, qui veniens, coronā regni à Vuē-
ceslao ablatam secum ferens, à Benedi-
cto episcopo Versprimien, ac episcopo
Antonio Canadiensi rex est vnctus, &
sacra coronatus corona. Indē Budam
veniens, in die solenni coronatus ince-
sit, paulò tamen post Ladislaus Vaiuo-
da Transsylvanus eum cepit, & castro
suo vinculatū tenuit, vnde postea elap-
sus est, & sine regno ad propria reme-
auit.

ANNO Domini 1309. cardinalis S.
Martini in montibus presbyter card. in
Hungariā missus, nobiles regni anathe-
mate notauit, * diuino vniuersis inter-
dixit, quapropter Carolū vniuersi Hū-
gari regem suscipiunt atque coronant.

Carolus Si-
culus Vnga-
rex.

Hic Carolus tres successiue vxores ha-
buit, & ex vltima, filia Ladislai regis Po-
lonorū Elizabeth, Ludouicū atq; An-
dreā filios generauit. Fertur autē quòd
anno Domini 1339. Casimirus rex Polo-
nię ad Albam regalem venerit, et de vo-
luntate procerū ac p̄latorum regni, Lu-
douico filio Caroli Polonorum regnū
resignauerit: erat em̄ filius sororis suę,
& decessit sine liberis, de quo post obi-
tum Casimiri coronatus fuit. Mortuus
est autem Carolus post multa gloriosa
facinora anno 1342. vir laude dignissi-
mus. Et ei in regno successit Ludouic-
us, de quo & fratre Andrea dicetur
vberius, si locus alibi fuerit: Nam ma-
gna pars eorum quę iam dicta sunt an-
ticipatione, aliò referenda sunt.

ANNO Domini 1294. post longā
vacationem Ro. sedis, Perusij in hoc tā-
dē conuenerunt cardinales, non eli-
gere aliquem de collegio. vnde elegerūt
sanctum virum fratrem Petrum de Mur-
rone, qui eremiticam vitam ducebat, &
qui multa monasteria instituit: tan-
demq; solitudinem amans, habitationē
sibi in mōtib; Murronis elegit, quem
Cælestinum quintum nominabant.

Cælestinus
5. papa.

Electus est autem Carolo rege & Lati-
no cardinale instātibus. Aquilam itaq;
post creationem suam profectus, eò sta-
tū cardinales omnes ad se vocat. omnes
igitur profecti, Cælestinum ipsum vt ve-

rum pontificem adorant. eius autem co-
ronationi interfuisse 200. millia homi-
num scribitur, sedit anno vno, mensibus
5. profectus est cū curia sua Neapolim.

Verū cū à priori vita ob ponti-
ficatum nequaquam declinaret, adeò
benignus & facilis omnibus petentibus
erat, vt eadem diuersis concederet, vnde
& contemptus dignitatis oriebatur.
hanc ob rem de abrogatione eius men-
tio fieri cœpta est. Et instantibus acri-
tè Cardinalibus quibusdam, maxime
verò Benedicto Caietano viro in iure
civili & canonico peritissimo, vt id q̄-
primū agat, proposito Reipublicę
Christianę discrimine, quod sua impe-
ritia imminere omniū ceruicibus osten-
debant, affirmantes omnia mala acci-
dentia in die iudicij sibi imputatum iri.

Motus his verbis vir sanctus & sim-
plex, futurum se in eorum potestate di-
xit, modò id iure fieri posset. quare con-
stitutio omnium consensu facta est licē-
re pontifici abdicare se magistratu: quā
constitutionem Bonifacius octauus,
postea in librum sextum retulit. Vnde
statim. resignauit papatum, pontifi-
catūs sui mense sexto, atque Benedictus
Caietanus extitit electus, qui Cælesti-
num ad eremum abeuntem, ex itinere
ad se retraxit. Eundemq; præfecto ar-
cis Fumonis custodiendum tradit, hac
ratione motus, vt ipse dicebat, nē au-
thores seditionum aliquam calamitatē,
hoc duce, Ecclesię Dei inferrent, licet
reuerā hominis sanctitatem admiraren-
tur. Vt cunq; sit, constat hominē ma-
gnę ingratitude & calliditatis fuisse,
quippe qui ambiōis causa & virum
sanctū decepit, & captū, vitam eremiti-
cam appetentem, in carcere dolore ani-
mi ante tempus mori cōegerit.

ANNO igitur Domini 1295. vacā-
te sede, secundū chronicā Floren, Be-
neditus cardinalis sollicitus erat pro
papatu, non expectans vt vocaretur
velut Aaron: vnde & nocte quadā cum
modica comitiua accessit ad palatium
Caroli, offerens ipsi omne auxilium
Ecclesię in recuperatione regni Sici-
lię, si operā daret vt eligeretur in Papā.
Rex autē hac spe inductus, effecit vt car-
dinales noti, posthabitis alijs, ipsum eli-
ge-

geret. Cum igitur essent in cōclauī Neapoli, dominus Mattheus de Vrfinis, & dñs Iacobus de Columna capita partium, perpendentes factum, primi vocem dederunt p̄fato Benedicto, quos alij secuti sunt, sicq; creatur Rom. antistes in vigilia Natiuitatis Dñicæ, anno quo supra, sedit annos 8. mēses 9. vocatus est Bonifacius 8. qui librum sextum anno salutis 1297. edidit.

ANNO Dñi 1296. pax facta est inter regem Aragonum & regem Carolum, cum rex Aragoniæ nup̄er migrasset ab hoc seculo, Dangianus germanus eius, qui se fecerat coronari de regno Siciliæ, & illud possidebat, quæsiuit facere pacem cum ecclesia, & cum Carolo secundo tūc rege Apuliæ: mediatoreq; Bonifacio papa, pax in hunc modum conclusa est, Quod rex Aragonum Dangianus, vxorem duceret filiam regis Caroli, & ipse Dangianus renunciaret & dimitteret Sicilia, ac etiā obsides quos dimiserat præfatus Carolus in Aragonia filios suos & milites cum illis. Et papa Bonifacius vnā cum Carolo promisit, Carolum Martellum germanū regis Franciæ, renunciaturum priuilegio, p̄ quod Martinus tradiderat ipsi regnum Aragoniæ. Et vt ad hoc præberet assensum, dedit ipsi comitatum seu ducatū Andegauicæ, & filiam in vxorem: Carolusque rex Apuliæ personalit̄er accessit in Franciam, & concordatis partibus, liberatus est cum filijs suis à detentione eorum in Aragonia.

Cum autem transiret per Florētiam cum comitiua sua, inuenit ibidem Carolum Martellum filium suum, Regem Hungariæ creatum, cum ducentis militibus Francigenis Prouincialibus & de partibus regni, permansitque in Florentia dieb⁹ viginti, pater cum filio, honore magnificè sibi impensō à Florentinis, nam ibi erat etiā marchio Montisferati, cui promissa fuit filia Caroli in cōiugium. deinde ad curiam Romanam venit, & ibi firmata pace per Ro. p̄t̄ificem cum prædictis cōditionibus, ex curia Neapolim est reuersus, & Dāgianus q̄ possedit Sicilia, dimissa Sicilia, reuersus est in Aragoniā, ibiq; se coronari fecit.

Sed cum Carolus crederet se Sicilia

recipere quietē secūdum cōuentionem post recessum Dāgiani, tum ecc̄e Fridericus germanus Dangiani Siciliam sibi vsurpauit, & in regem eius se fecit coronari de voluntate Siculorum contra ordinationē ecclesiæ. Quapropter p̄t̄ifex multum indignatus est cōtra regē Aragonum & frat̄e eius Fridericū, fecitq; eos ad curiam citari. Et rex Dangianus cōparuit coram Apostolico, secū ducēs reginā Constātiā, matrē suam, ac etiā Rogeriū de Loria suum Admiraldū: Papa autē honorificè suscepit eos, & execratos ecclesiæ reconciliauit. excusauit autem se Dangianus rex, quod gesta fratris nō essent de voluntate sua, & hoc iurando expressit in manibus papæ, ac in præsentia regis Caroli: obtulitque exire in bellum ad regis Caroli adiutoriū cōtra germanū suum omni conatu etiā personalit̄er, ad obtinendum Siciliæ dominium.

ANNO Dñi 1297. cum rex Carolus parasset classem 4. galearū, præficit Rogeriū, vt proficisceretur cōtra Siciliam. requisitū ē p̄t̄ificis decreto ad hoc etiā Dāgianum regem, vt simul cum suis copijs congregaretur bello contra Fridericum. Qui properē venit cum 30. galeis, coniunxitque eas galeis Caroli. Fridericus autem sciens tātā classem contra se venire, armauit 60. galeas, & occurrit eis. Post asperam verò pugnam in mari diutiū habitam, superati sunt Siculi, & capta 6. millia hominum & 22. galeæ, per quod rex Dangianus fidem suam ostendit. dicitur tamen à quibusdam, quod si voluisset, poterat dare Fridericū captum in manibus Caroli, quia galea in qua erat, deuenit ad manus eius. sed parū hoc referre crediderim, dummodò nec itā Carolus Sicilia potit̄us sit.

In hæc tempora referunt gesta à Tartaris in Syria sub Chagano principis: sic em̄ puto nominādū potiū q̄ Chafanum, posteaquā indē amissa Ptolemaide, cum reliqua omni ditione decesserant Franci. Atq; is quidem Tartarus sacris Syriæ locis piē visitatis, Christi fidei addictus est. Quæ cum per legatos Bonifaci⁹ papa accepisset, ingētī spe hierosolymę rebus consultum iri ratus est,

De Tartaro
Chagano.

Bonifacius
8. papa.

Dangiani &
Caroli de
Sicilia pa-
tis.

Frid. Ara-
gonus Sici-
liā occupat.

est, sed interuenterunt eius sententiã in-
testinã nostrorum seditiones.

Guido Flan-
drus. ANNO domini MCCXCVI. Flan-
driæ comes Guido, inita cum Eduardo
Anglo societate, filiam ei despondit, sed
à Philippo re cognita, in Franciam vo-
catus, aliquandiũ seruatus est. tãdem li-
bertati pmissus, Frãco rebellauit. Quod
cum is rescisset, infestis copijs aduersus
Guidonẽ profectus, Flãdriam vastauit.

Adolphus Ce-
far Anglo
iunctus. ANNO domini 1296. rex Angliẽ Edu-
ardus cum Adolpho rege Romanorum
colligatus est, misitque ei multa millia
floreorum, vt veniret cum magnis co-
pijs in Flandriam, quò se rex Angliã eti-
am personalitẽ constituit venturum. p-
misit autem Adolphus multos milites
Teutonicos ante se ad stipendium Flan-
drensiũ, qui simul iuncti, occurrerũt
comiti Arthẽsi, qui victoria potitus, oc-
cidit ex Flandrensibus & Teutonicis ad
tria millia, & post illam victoriã comes
Arthensis accepit loca quãdam in par-
tibus maritimis omnibus.

Interea rex Angliã Eduardus magna
classe & mille bellicosissimis militib⁹, & mul-
tis peditibus descendit in Flandriã, pro-
ut promiserat ex cõuentione inita cum
rege Romanorum & comite Flandriã,
& subito Brugas oppidum in deditiõne
accepit: quod derelictum erat à Gallis,
quia muris & fossis immunitum. Et
Brugenses deuoti satis videbantur Regi
Franciã: vnde non confidebat ibi re-
sideret rex Angliã, in Gandauo autẽ sub-
sistebat comes Flandriã, Adolphum re-
gem Alemaniã, qui venire promiserat,
expectans. Sed frustra. Nam rex ille non
venit, siue corruptus pecunia, siue quòd
tunc motum fuit ei bellum ab Alberto
duce Austriã, qui hoc fecit ad instanti-
am regis Franciã. Eduardus igitur cum
magna festinatione reuersus est in An-
gliam, derelinquens comitem Flandriã
malè prouisum.

Per id tẽpus Carolus rex Apuliã ve-
nit in Franciam ex commissiõne summi
pontificis, in fauorẽ regis Angliã, vt pa-
cem cõponeret inter reges. ideoq; quo-
niam hyems erat, rex Franciã reuersus
in Franciã, dimisit p̄sidia in terris ac-
quisitis, & cum magno honore suscepit
regem Carolũ, qui dedit operã ad com-

ponendã pacem. Et vt res sortiretur esse
ctum, fecit treugas fieri per biẽnium cũ
pactis, quòd regi Franciã sinẽ contradi-
ctione remaneret Brugã, & aliã villã
Flandriã, q̄ iam erant occupatã à rege:
& dispensante Bonifacio papa, rex An-
gliã duxit vxorẽ filiã regis Francorum
Isabelem, & sic pax est firmata. Huius-
modi autem treugis comes Flandriã in-
clusus fuerat.

ANNO deindẽ domini 1298. princi-
pes Alemaniã priuauerunt Moguntia
Adolphum imperatorem iure imperia-
li, ratiõne suã infidelitatis. Recepti enim
centũ millia marcarum argenti, vt qui-
dam scribunt, à rege Angliã pro succur-
su contra regem Frãciã. Debuit autem
hanc summam diuidere inter principes
Germaniã, quod nõ fecit, sed emit in-
dẽ Comitatum quendam. Ex eo recusa-
uerunt ire principes cũ eo, idẽ scanda-
lum grande admisit, quia iuuare regem
Angliã non potuit. Orta siquidem est
inter eum & quosdam de imperio con-
certatio, itã q̄ ipse damnificauit Argen-
tinã & episcopũ ac totã Alsatiã, permi-
sitq; in omni Alemania lites & bella: qua-
rẽ depositus est ab electoribus per sentẽ-
tiam, quoniam remissus & inutilis erat.
& electus Albertus dux Austriã fili⁹ Ru-
dolphi quondã regis germanorũ. quo
facto, nouũ suscitatur bellũ inter Adol-
phum & Albertum, ad idem cooperan-
te rege Angliã, qui pecuniã obtulit ma-
gnam Alberto, vt vindictam faceret in
Adolphum proditiõis factã in eum. ac-
cessit p̄missis, quòd Adolphus multo-
rum p̄cipum amisit iam dudum fauo-
rem. Nam vt quidam chronographi scri-
bunt, Gerardus archiepiscopus Mogun-
tiã, Cunradus episcopus Argentiã, Al-
bertus dux Austriã, Albertus comes de
Haigerloch/ comes de Lyningen/ comes
de Zwaibrucken/ Otho de Schenstain/
in mortem Adolphi omnes iurãrũt. Pau-
lò post contractis copijs, venit Albertus
contra Adolphum, & ad duo millia
prope Vormatiã occurrit illi. Adolphus
autem multò minorib⁹ copijs, fiduciam
ponens in dextra, bellum cum Alberto
inijt. sed pugna facta, cũ multis militib⁹
est occisus. Durãsse fertur p̄lium ad di-
midiũ diẽ, de quo sunt Versus sequẽtes: *Adolphus
interitus*

Anno

Anno millesimo trecentis bis minus annis,
In Julio mense rex Adolphus cadit ense.

Fertur autem, nullum ex coniuratis
his recta morte defunctū. Nam inter pri-
mos comes Albertus de *Haigerloch* in
itinere à duce Othone de Bauaria ge-
neris regis occisus est. comes de *Ochsen-
stein* vulneratus in conflictu obiit, *Ge-
rardus* archiepiscopus postea inuentus
est mortuus, sedens in sella seu cathedra.
Comes de *Zwenbruck* fluuio submer-
sus, Comes de *Lyningen* insanus factus
est, Episcopus Argentinenſis à quodam
rustico apud *Fridburg* confoditur. Al-
bertus postea Imperator à Iohanne fra-
trueli suo occisus inuenitur.

Scribit etiam Iacobus de Mogun-
tia, quòd Electores Imperij primùm
in *Frankfurt* elegerunt ducem Alber-
tum concorditèr in regem absentem, &
vocato Alberto comite de *Haigerloch*/
ei tradiderunt literas, quas præsentaret
duci Alberto. ijs cõtinebatur, q̄ esset ele-
ctus, vt veniret sinè mora ad Francofor-
diam, pro cõplemento electionis, q̄ rece-
ptis literis in Vienna, collecto exercitu
digno, ascendit: & cum ppe Francofor-
diam veniret ad oppidū *Winheim*, *Ge-
rardus* Moguntinensium precibus iam indu-
xerat coelectores, vt cõcorditèr eligeret
Adolphum suum consanguineum, virū
corpore compositū, virtuosum, litera-
tum, & in armis strenuum: quo electo
& publicato, venit nuncius qui retulit
Adolphū esse publicatum: ad quod in-
dignatus dux Albertus, multis cum que-
relis reuersus est in Austriam: & postea
bello exorto inter regē Franciæ & An-
gliæ, cum Adolphus à rege Angliæ rece-
pisset pecuniam, vt eum inuaret contra
regem Franciæ, id valdè indignè ferebāt
principes. Ex quo & alijs causis, autho-
re præfato archiepiscopo Gerardo, de-
positus fuit, qui obiecit regi periurium,
& quòd stipendium contra Fracum re-
cepisset, quòd cuderet falsam monetā, q̄
fecisset sacerdotem decollari, quòd mā-
daret ecclesiasticos spoliari. An verò cau-
sæ allegatę oēs fuerint verę, Deus q̄ no-
uit omnia, dijudicet. Hoc vnum veritas
docuit, Adolphum à regno depositum,
bello succubuisse.

ANNO Dñi 1298. cum Colūneñ in

pluribus contristassent papā, ducti ma-
gnitudine nobilitatis & potentie, qui
etiā in electione Papæ ab initio visi
sunt resistere, adauxit turbationem,
quòd cum curiæ suæ mutaret residen-
tiam papa, Sarra quidam multa orna-
menta & thesaurum ecclesiæ in via præ-
datus est: propter quod papa execrauit
omnes illos de Columna clericos & lai-
cos, vt fautores sceleris: priuauit etiā
clericos beneficijs & dignitatibus: insu-
per tam clericorum q̄ laicorū destrui fe-
cit palatia, resq̄ue quas in vrbe posside-
bant, subuertit. Hinc magna Columnē-
ses damna et suarum detrimenta substā-
tiarum recipientes, se tunc ex toto sub-
traxerūt ab obedientia papæ, & bellū in-
choatū est cum eis: habuerunt enim bo-
nas ciuitates & castella satis munita. pō-
tifex xerò concessit plenariam indulgē-
tiam omnibus sumētibus crucem cõtra
ipſos, in quo bello multi sunt mortui.

ANNO autem Domini 1299. in-
teruenientibus amicis & bonis viris, ve-
niētes clerici & laici dom⁹ Columnenſi
ad Reatinā ciuitatem, vbi tunc erat cu-
ria, prostrati ad pedes pōtificis, veniam
petitam receperunt, atque à vinculo ex-
ecrationis absoluti hoc pacto, quòd ci-
uitatem Prænestinam quam occupaue-
rant, ecclēsię restituerent: quòd & fece-
runt. Licet autē papa promiserit eos re-
ponere in statum pristinum, non tamen
seruauit, sed ipsam ciuitatem Prænesti-
nā inexpugnabilē, dirui fecit, quæ erat
in eminenti, & aliā edificari cõstituit in
plano, vocari faciens ciuitatem Papæ.

Eapropter Columnenses videntes se
deceptos, q̄ quæ papa iuxta conditum
pacis capitula violasset, Prænestinam
ciuitatem destruendo, rebellauerunt ab
ecclesia, inimici papæ facti. Ob quæ pa-
pa denuò execrauit eos, & fulminauit
graues processus contra eos, qui nè ca-
perentur, dispersi sunt in diuersas regi-
ones. Et cardinales duo Iacobus & Pe-
trus exulârunt, quos papa cardinalatu
priuauit, & schismaticos iudicauit. Ex-
tat constitutio de supèr in sexto de schi-
smat. quæ incipit, Ad succidendum. Sci-
endū tamē, q̄ Benedictus successor Bo-
nifacij, hâc sententiã reuocauit p extra-
uagantē, exceptis tribus, s. depositione à

Cardinalatu, & inhabilitatione ad papatum, & beneficijs ecclesiasticis & confiscatione bonorum, exindè per Clementè s. resumpti ad cardinalatum, vni-
tiq; Ecclesiæ pietati, vita defuncti sunt.

Eo anno occiso Adolpho, vt dictū est, in **Strāctfurt** postea corā electoribus cōparuit Albertus dux, & primè pollicitationi renūciauit. Verūm vacāte imperio ex morte regis Adolphi, principes concorditè eūdem in regē Germanorū in die B. Pantaleonis elegerunt, qui postea Aquisgrani solēniter est coronatus cū coniuge sua filia comitis de Tirolis, regnauitque annos x. Hic Albertus erat vnoculus, ad spectu trux, & auarus. curabat enim ditari liberos. nam sex habuit filios, Rudolphū primogenitum, qui postea fact⁹ rex Boemiæ, decessit sine liberis, Fridericū, Rudolphum, Henricū, Albertum & Othonem, vnamq; filiam Hagnen natu maiorē, Andreæ regi copulauit Vngariæ, aliā filiam Elizabeth dedit duci Lotharingiæ, tertiam filiam dedit Goldemaro marchioni in Brandenburg. habuit & soror Alberti Carolum regem Siciliæ maritum. Paulò post Albertus aliquoties confirmationem à Bonifacio postulauit, cui Bonifacius respondisse fertur, ipsum indignum imperio, qui occiderit dominum suum Adolphum in prælio, & tenentem coronam in capite, ac spatam ad latus, dicentē, Ego sum Cæsar. postea tamen in odium regis Franciæ confirmatus est.

Anno Dñi 1300. Bonifacius publicari fecit iubileū, quo plenā delictorū omnium remissionē his præstabat, qui limina apostolorū visitāssent, ad exēplū testamenti veteris, eundē quoq; de 100. in 100. annū seruari mādauit. ob hanc rem eo anno tāta vndiquē multitudo Romam venit, vt vix incedere per urbem liceret.

Præterea transactis treugis inter regē Franciæ & comitem Flandriæ, rex misit in Flandriam Carolum Valesianum germanum suum ad bellum resumendum, qui discurret, peruastans omnia, breui in deditioem accipiēs omnes ciuitates maritimas, excepto Gādauo, vbi comes erat Flādriæ cū filijs suis Roberto & Guilielmo ab oībus derelictus. quappter de pace actum est, itā vt se in ma-

nus regis traderet, pmittente tñ Carolo q̄ ipsum regi reconciliaret, restituendo ipsum & filios in statum pristinū, quapropter datum est Gandauū: Carolus autem ingressus Gandauum, comitem Guidonem ac filios duos cepit, & contra promissa fidē fregit. postea cepit totum comitatum Flandriæ, cui præfecit Iacobum fratrem comitis S. Pauli, & redijt in Franciam.

Interim Iacobus grauare cœpit populum, multa adinueniēs vt pecuniam extorqueret. Quæ ciuiliū seditio-
nū tanta causa fuit, vt neglecto Franciæ rege, ad suos comites Brugēses defecerint, Guilielmum quendam accipientes, e comitum de Flandria profapia oriundum, cui præfectus Brugis adolescens Guido comitis filius se iungit, terramq; Gallicam paratis viribus vastat. Quare rex Frāciæ destinauit Arthensem comitem auunculum suum cum 7. millibus equitum, & 40. millibus peditum.

Eo autem tempore rex falsificari fecit monetam, ex qua re multi depauperati sunt, et exercitus abominabilis est fact⁹: castrametati sunt autem apud oppidum Coltracum. ac strenuus Guido vocato Guilielmo cū copijs, deliberāt. Et quoniā cōgressum plij vitare non poterant, exeūt cum xx. millibus, stationē faciētes in planitie aduersus hostes, habētes ante se fossatum aquarum viuentiū, quod non erat omnibus notum. Fuerunt aut plerique inermes, habentes venabula ac veruta & contos in manibus. augebat aut eis desperatio vires, statueruntq; oēs mori satius esse q̄ fugere. Cœptumq; est prælium acerrimum, & cū regij venissent ad prædictum fossatum, ignorantes cadebant in illud cateruatim, nec vltimi videre poterant periculum, propter pulueris conspersi densitatem. sicq; comes Arthensis, Conestabulus, ac Francorum exercitus superati, ad sex millia equitum & peditum sine numero cum multis ducibus, comitibus et baronibus ceciderunt. Post prædictam verò victoriam non remansit villa, non oppidum in Flandria, quod in deditioem non acceperit dictus Guido dux exercitūs.

Cū autem noua hæc peruenissent in Franciā, nō fuit ferè domus, quæ nō sum-

Albertus
Caf. 102.

De Iubileo.

Flandriæ
victoria.

sumpserit lamētum, & multæ viduę factæ sunt. rex autem Franciæ dolorē dissimulans, præconizari fecit per totum regnum bellum contra Flandriam sibi rebellem, falsificari denuò cupiens monetam auream & argenteam, vt haberet in stipendia. Insupèr vocauit Carolum Valesianum de Italia, quem venientem fecit capitaneum. Rex cum 80. armatorum millibus egressus de Atrebatu, venit in Flandriam. verum quia patria est plena paludib⁹, & erat in Octobri, quo tempore eo loci non potest commodè belligerari, capropter rex bellum intercipere coactus, treugas in annum fecit, & abiit.

Bonifacius etiã papa, vt erat homo in promittendo largus, Carolum Valesium fratrem regis Franciæ, ad se Romã vocat, promittens eum imperatorē velle constituere, Alberto reprobato. Venit aut̃ Carolus Valesianus Romã, qui filiam Balduini vltimi Imp. Constantinop. Aecaterinam vxorē duxerat: à Bonifacio que impetrauerat, vt socero suo liceret imperium repetere, à quo depulsus fuerat. Fecerat id quidem libentèr pontifex, quòd ei in animo erat, horum principum auxilio exercitum in Asiam transmittere, vt Hierosolymam recuperaret.

Interea verò dum res ipsæ componerentur, Carolum ipsum patrimonio S. Petri cum omni potestate præfecit, per quod tēpus in Pistorio Cancellarij gens ditissima, numero multiplicata, in duas partes diuisa est: & altera quidem Albi vocati sunt, altera Nigri, magnis inter se contētionibus agētes. secuti sunt Florentini, ac eadē nomina paritèr receperunt. legato igitur apostolico missio nil agente, missus est illò & Carolus Valesius, qui obstare nō potuit, quò minùs Albi pellerētur è Florentia, qui tum reliquã factionis partē superare & numero contendebant & belli potentia. nam Albi tunc Gibellini appellati sunt.

At Bonifacius Hierosolymitanã expeditionē parans, Ariminenē episcopum ad Philippū regem Francorū mittit, qui hominē ad eã rem cohortaretur. is itaq; eò profectus, quū precibus nil obtinere potuisset, minas addidit. Sed par fuit il-

lius arrogantia regis leuitas. hominem enim subitò in carcerē conijcit, ex quo rex indignationem Papæ acquisiuit, vt Blondus & sequaces referunt. tamē alij causas inuidiæ inter papã & regem assignant, quòd rex Francorum quendam episcopū in Francia capere fecit, opponens ei quòd esset Paterinus hereticus, eum priuans episcopatu & bonis suis, vacates episcopatus diripiebat spolijs, & inuesturas eorum facere volebat.

Quam ob rem Bonifacius vt magnanimus, cœpit contra eū agere, tanquã contra inimicum Ecclesiæ. Et ad id efficacius procedens, vocauit omnes episcopos & prælatos Franciæ ad urbē, ad celebrandum conciliū: sed rex nō permisit eis accessum. vndè papa magis turbatus, cum inuenisset ex quibusdã decretis, regem Franciæ à sede Ap. debere recognoscere etiã in tēporalibus regnū, destinauit archidiaconum Narbonensem, mandans regi recognitionem regni facere Sedi Apostolicæ: aliã cum execraret, & terram suã interdicto supponeret.

Postquã ergò ille applicuit Parisios, rex nō permisit bullas publicari: immò familiares regis, literas Apostolicas ei abstulerunt, ipsum de ciuitate eiiciētes & regno. comes autem Arthēsis qui adhuc in humanis fuerat, literas in ignē proiecit. exindè rex custodiri fecit omnes vias, per quas esse posset ingressus ad regnum Franciæ, propter hoc Papa execrauit regē. Igitur rex Franciæ congregari fecit Parisijs omnes prælatos Franciæ, necnon barones, & factò concilio pro sui iustificatione, appellauit ab illa sententia, se excusando, & contra Bonifacium inuehendo, plura scelera, scilicet heresis, Simoię, homicidij & aliorum, illi improperando, idè de iure deponendum esse à papatu.

Orta igitur maxima dissensione inter eos, Bonifacius vtroque gladio utebatur, execrationes & alios processus terribiles contra regem fulminans. protestatus etiã fuerat archidiacon⁹ Narbonenē, regnum Franciæ ad Romanam spectare Ecclesiam, regemq; admonuit, vt à regalibus abstinens, à regno se abdicaret: quinetiã adstantes prælatos

HH prin-

Papæ & regis Francorū diffidium.

principesque ac ceteram nobilitatem à iuramento fidelitatis, quo regi fuerant obligati, absoluens, iussit vt se Romam ad pontificem conferrent.

Alberti Cæsaris confirmatio.

Interea temporis pontifex Philippum regno Franciæ per sententiã priuat, eiusque regnum Alberto imperatori subijcit, quem initio sui pontificatus repulerat. Nunc autem confirmatum in regem Ro. ad sumendum coronam imperij sollicitat. Nam de Alberto sic scribit Iacobus Moguntinus, quod Bonifacius eum in odium regis Franciæ approbauerit: & cum eum papa contra regem Franciæ incitaret, ille se hoc non facturum respondit, nisi sibi & heredibus suis regnum & imperium confirmaret: de quo cum multum tractaretur per Sedem Ap. in contrarium, tandem resedit concilium. siquidem dixisse papam referunt, Non fiet istud viuente Iezabele: denotans reginam, quæ ex matre soror fuit quondam Cunradini ducis Sueuorum.

Et Bonifacij quidem arrogantiam iniquo animo ferens Philippus, Anagninam, quod se pontifex receperat, Sarram à Columnensium familia cum Nogaretio equite Franco mittit, ob causam insinuandæ prouocationis, qua aduersus Bonifacij iniurias de regni depositione Philippus sese tuebatur. Erat huic obnoxius Sarra, quippe quem ex Italia fugientem, & à piratis captum, rex redemerat. Itaque Sarra, mutata veste, nè ab Italis agnosceretur, quot potest amicos colligit, & conductis CC. è militia Valesij, Nogaretium præmittit, qui auxiliũ rei, quam tacitus secum statuerat, afferret. Sarra noctu Anagninam ingressus, Guibelinorum ope Bonifacium in domo paterna capit: inde Romam ductum, post quintum & trigessimum diem mors abstulit. Sunt qui putant Nogaretium Sarramque in mandatis habuisse, pontificem ad Philippum perducere, sed sanctitatis pontificiæ reuerentia deterritos, partim Anagninensium occursum prohibitos, cœpto destitisse.

De Bonifacij interitu.

Moritur Bonifacius, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibusque terrorem potius quam religionem iniicere conabatur, quiq; dare regna et auferre, pelleret homines & reducere pro ar-

bitrio animi conabatur. cõsanguineos nimis dilexit et exaltauit, duos enim nepotes fecit cardinales satis iuuenes, similiter & auunculum suum: XX. numero ex suis consanguineis & amicis episcopos & archiepiscopos instituit, laicos comites fecit, magnum thesaurum eis reliquit. vnde et mortem eius, conductis stipendiarijs, vindicare conati sunt. gratias à Cælestino concessas reuocauit, quasi non fuissent effectum consecutæ. Gibelinos omnes vno odio persequebatur. Notum est illud, quod Procheto dixit Genuen archiepiscopo, ad pedes eius cinerum prodeunti. nam vbi dici à sacerdote solet, *Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuertèris*: dixit mutatis verbis, *Memento homo quia Gibelinus es, & cum Gibelinis in cinerem reuertèris*: in eiusque oculos cinerem coniecit, eumque ob factionem archiepiscopatu priuauit, licet postea in integrum restituerit.

Vuenceslaus Othocari filius in hac generatione obiit, & pro sancto habetur. De hoc Aeneas Syluius Senen episcopus in historia Boemorum ita scribit, Vuenceslaum Othocari filium post obitum patris septem annos natum, ab Othone Brandenburgensi marchione in Fracconiam abductum, tutorio nomine ab eo quinque annis gubernatum, reuersum puerum sub imperio matris fuisse, illam Zauisum quendam ex baronibus potestatem amasse, cuius nuptias adeptam, multas regni opes ad eum contulisse. Sed ipsa breui morbo extincta, Zauisum captum necique traditum esse, regnum deinde ex Vuenceslai arbitrio ordinatum, anno Domini 1290. Praga igne prius consumpta, reparata est.

Interea mortuo Rudolpho rege, Albertus filius successerat imperator. hinc non minores inimicitia cum Vuenceslao, quam inter parentes eorum fuerant. hos Iutha Vuenceslai coniunx, mulier viro cautior, Alberti soror, magno labore diremit. Vuenceslaus iste imperium sibi oblatum fertur respuisse. subiecit sibi Polonos, à quibus inuitatus diadema suscepit. filium quoque sui nominis, XIII. annos natum, petentibus Vngaris regem dedit. Sed cum Bonifacius potifex max. Carolum adolescentem Caro-

bonifacii temeritas

Suiter origo

Edulo ut erro

Alberti & Vuenceslai diffidium

Caroli regis Siciliae filium eò misisset, & Vngarorum animi mutarentur, filium Albę coronatum ad se reuocasse dicitur, deinde 33. ætatis suæ anno ex tabe obiit, mortem eius Boëmis magno mœrore profecutis. Nam ad tumulum eius insignis latro cum accessisset, exprobrās mortuo vitam, lapideæ statuæ supra sepulcrum iacēti colaphum incussit, nec mora, cęcitate percussus, impietatis suæ pœnam dedit. reliqua suæ sanctitatis miracula sciēs prætereo, breuitati consulturus.

Circa annum domini M.CCC. Suintenses famari cœperūt, licet origo gentis multò sit vetustior, de quo scribit quidam, inuenisse se Chronicam in vrbe Romana, quę referat quòd tempore Sigiberti Suedorum regis, et Christophori comitis Austrofrisonum, fame compulsi fuerint aliqui eas regiones exire, & alias sedes quærere per sortem, quòd exiuerint ex Suedis sex millia hominū, ex Frisonibus mille ducēti, præter mulieres & pueros: peruenerintq; ad Rhenū, vbi à Priamo & Petro de paludibus Francorum ducibus impediti, vi & armis sibi viam faciunt multis occisis. Deinde spolijs diuisis, per ripas Rheni ascendentes, parumq; declinantes, inter alpes, colles & lacus, ad locū fracti montis ducatus Austriae diuerterint, deserta ibi ex licentia comitis de **Habsburg** eligunt, spinas euellūt, lapidibus purgāt, terram ad culturam redigentes. Habebant autem tres duces, Suicerum, Rhemum & Vuadislauum. Suicerus cū Rhemo terras fracti montis & alpes Longobardiam adspiciētes suscipiūt, Vuadislauus vallem prope Ararim fluuium occupat.

Factum est autē quòd tum Archadio & Honorio imperatoribus, Nicolao & post ipsum Zosimo Ro. pontificibus, Romani auxilio cuiusdā Eugenij apostatæ rebellabāt. His Alaricus rex Gothorum cum imperatoribus & papa resistere volentes, prædictos duces Suicerum, Rhemū & Vuadislauum, iam bellicis rebus instructos, bellicosos & feroces homines, auxilij gratia inuitauerūt, stipendia promittentes. Confestim duces ij cum copijs arma sumūt, & signati

cruce cum Alarico rege Romā perueniunt. Obsidetur vrbs, Suicerusq; & sui ciuitatem Leoninam expugnant, cæsis innumeris paganis. Eugenius postea cū maxima romanorū multitudine obtritus est. Victoria itaq; de inimicis obtēta, papa imperatoresq; Ro. volētes Suicerū ac socios remunerare stipendijs, id recusabant, dicētes, pro Deo & fide tutanda se venisse, nihilque aliud petere q̄ terram quam occupauerunt, habitabilemque fecerunt, retinere, & quòd immunes deinceps à tributo, nulliq; præter imperatorem subiecti essent, daretur eis quoque vexillum rubeū, Christi stigmata signatum, quæ omnia obtinuerunt, & cū benedictione papali ad propria reuersi sunt, nihilominus auro & argento donati.

Hæc & multò plura refert quidam Eulogius se in eadē chronica inuenisse, Plinium atq; Franciscum Petrarcham allegans, quę breuitatis causa obmitto. relatu enim digna non sunt, cum colore veritatis non habeant. Quis enim mihi crederet, si dicerem sub Archadio & Honorio ducatum Austriae fuisse, & quòd Alaricus Gotthorum rex, Honorio & Archadio imperatoribus, Zosimoq; papę auxilia contra Ro. apostatas & rebelles præstiterit, cum Alaricus imperatoribus & papa renitentibus urbem ingressus sit atq; ceperit, hostis quoque & aduersarius fuerit? nec ante Zosimū aliquis Nicola⁹ papa inuenitur, ex quibus conuincitur scriptor iste historias minimè intellexisse, sed prorsus aberrare.

Vndè veriùs videtur sentire, qui scribunt Carolum Magnum anno Domini 806. deuictis Saxonibus, ferociores ex eis ad x. millia virorum cum vxoribus & liberis deportasse, & per diuersas Gallia ac Germaniæ prouincias relegasse. Causa huius fuit, quòd gens ista sæpè ad fidem Christianam conuersa, toties apostatauit, & in vicinos crudeliter se uiuit, vndè maximam ipsorum partē in Vngariam Septemcastrorum, vbi modò degūt, destinauerit, aliquos verò ad comitatum Valesiæ Sedunensē diœcesis collocauit, aliquos ultra montem Iouis in Lógobardia prope Augustam Taurinorum in dominio nūc ducis Medio-

lani, habentes adhuc linguam Teutonicam, vt & Septemcastrenses in Hungaria. alios transtulit ad vallem Vranie & arctam, vbi villa est eiusdem nominis Constan diocesis, montibus altissimis & lacubus munita, vt ibidem federent pro custodibus, & dum ipse Carolus in Italiam iturus esset, liberum haberet ingressum & regressum, fertur obligasse. Qui vbi cōfederāt, Saxonica lingua feruntur dixisse, *Hiewollent wir Schwitte* / id est, hic volumus sudare, aut in sudore terminos custodire: à quo verbo Saxonico *switten*, aut Alemanico *schwizen*, *Swizer* aut *Schwizer* dicti sunt. Et quia pro hac custodia sanguineum sudorē emissuros se professi sunt, arma acceperunt pro signo aut vexillo penitus sanguinei coloris, nullo alio colore admixto.

Swizen.

Inueniuntur autē Suitenses controuersiam habuisse primū cum comitibus de *Ryburg*, postea cum comitibus de *Habsburg*, vltimō cum ducibus Austriae. Fertur enim quōd comes quidam de *Habsburg* habuerit castellanum in castro vallis arctę officialem. hunc duo fratres de sorore sua suspectum habentes de re carnis, interfecerūt: quos dum comes punire disponderet, alij duo cognati illorum contra dominum coniurant. Deindē illis alij decem iuncti, & postea xx. tādē habitatores totius vallis rebellant, castrum prædictum inuadunt, capiunt atque vastant. paulō post vallis Vranie accessit, & post illos Vnderwaldenses, causantes omnes prægruari se vltra debitū tributis, angarijs & perangarijs, & quōd sinē omni respectu honestatis tractarentur à locorum præfectis.

ANNO igitur Domini 1306, percusserunt fœdus adinuicem seu ligam primam fecerūt *Suis/Bre/& Underwalden* cum protestatione tamē, vt fertur, quōd sinē præiudicio ducum Austriae fieret, quātū ad census & redditus. Post multas autem & varias conflictationes anno Domini 1315. Lupoldus dux Austriae, congregato exercitu, vallem Suitensium ingredi parabat, & de liberationē habuit cum cōsiliarijs suis, conclusumq; est, quōd nisi ab vna parte

saluus ingredi posset. dat^o insuper modus, quo obseruato, paruo negotio sese in vallem proriperent. Procedit exercitus. verūm interea nobilis quidam de *Hunenberg*, conscius earum rerum, sagittam è balista in vallem mittit, cui inscriptum erat, *Caue in tali loco: quam cum accepissent, literas inueniūt, mox insidias eo loco ponunt, opportunē superuenientes inuadunt, maximamque stragem edunt, reliquos in fugam vertunt. Deniquē post illam stragem quieverunt aliquantispër duces, vt dicitur in generatione 46.*

Hæc à nobis recitatiuē potius quàm affirmatiuē posita, lectorem ad latiora & vetustiora, dummodò rei omnimodā veritatem scire voluerit, perlustrādo remittentes, quoniam talem his fidem damus, qualem ex historijs affirmare possumus. nunc ad incepta proseguēda reuertamur.

Itaque anno Domini 1303. Bonifacio ex humanis exēpto, Benedictus XI. eligitur canonicē in Petri successorē *Kalen Nouemb.* sedit menses 9. Hic antē Nicolaus vocabatur de Taruisio, vilis conditionis, Venetijs paupertatis gratia pueros grammaticam docens. deindē ingressus Ordinem Prædicatorum, virtutibus & scientiæ operā dedit, postea in Generalem electus, & deindē cardinalis factus, demū cathedram Petri meruit.

Subitō autē post coronationem suam ad pacem vbiq; componendā animū suū adiecit. Vndē & regem Fræciæ Ecclesiæ reconciliauit, Iohannem & Iacobum cardinales Columnenses, quos ingenti odio Bonifacius persecutus fuerat, in gratiam recepit, ac his bona restituit, à galero tamē rubro ad breue tempus abstinerere iussit. Nogaretium & Sarram, omnesque Anagninos cum his in capiēdo Bonifacio sentientes, citatos ad iudicium, nec comparentes, grauiori anathemate notauit. multa autem bona facere disponens, in sicubus recentibus sibi presentatis, vt refert Antoninus, per abbatissam S. Petronellæ dicitur toxicatus, hoc per alios procurato. hic Perusij est sepult^o. eo mortuo, 11. menses vacauit papatus.

Præ-

Predictis temporibus Carolus Valefianus veniens Neapolim, ibi inuenit classem paratam à Carolo 2. rege Siciliae, centum propè galeas, & alia diuersa nauigia ad recuperandam Siciliam. Ingressus igitur mare Valefianus, secū duxit Robertum ducem Calabriae & regis filium. Considerans Fridericus Arago, qui tenebat adhuc Siciliam, se potentiae illorum non posse resistere, quādo & nupèr graui affectus erat clade, cautè fugit de loco in locum, & aliquādo impediuit comeatum victualium, nec tamè congregari volebat, demūm contactus fuit Carolus recedere. Vt tamen sine pudore abiret, ordinauit cum dicto Friderico simulatam pacem sine scitu Caroli regis Apuliae, videlicet quòd Fridericus acciperet in vxorem filiam regis Neapolitani, & quòd eum focer ac ecclesia iuuaret in acquisitione alicuius alterius regni, & quòd interim retineret Fridericus Siciliam nomine dotis vxoris. Ac post mortem suam & filiorū Siciliam dimitteret Carolo & eius heredibus, dando ei C. millia vncias auri. quibus pactis initis & iuratis, reuersus est Carolus Valefianus Neapolim, & filia Caroli regis sine conuentione desponsata fuit Friderico, sed alia promissa minimè impleta fuere. Vnde natum est prouerbiū: Carolus Valefianus intrauit Tusciam, vt eam pacificaret, & non pacatam, sed belligerantem dimisit: transiit in Siciliam vt bello vastaret, & pacem fecit despectam, deindè in Galliam est reuersus.

Varia tum fuere bella inter Albos & Nigros, Gibelinos & Guelfos in Italia. Verū anno iam dicto Flandrenses contractis copijs, hostilitèr discurrerunt per patriam Arthesem, deuastantes omnia. armigeri autem qui erant in oppido S. Mieri ad tria millia equitum, & pedestrium magna certè copia, posuerunt Flandrensibus insidias, vbi ex eis ad tria millia sunt occisi.

Eodem anno Philippus filius comitis Flandrensi cum esset in Apulia, & haberet comitatum in feudum pro dote vxoris, vt succurreret patri & suis, renunciauit Carolo comitatum, eligens potius in patriam redire pauper, quàm

ibi esse diues. Veniens igitur in Flandriā, & intellecta ei charitate ad patriā, belli capitaneus instituitur. Hic mox cū Flādrensibus destruxit patriā Arthen vsq; ad maritima, & post multas vastationes duxerūt ad ciuitatem Tornacen, quam fortitèr impugnabāt. Erant in ea Lombardi & Tusci pro rege, qui eam virilitèr defendebant.

Interea durante obsidione, rex Franciae treugas postulauit in annum: quibus compositis, comes Guido de Flandria, de carcere est emissus cum cautione iuratoria & aliquorum obsidum, vt post certū tempus reuerteretur ad carceres. Qui liberatus, etsi senex, lætus venit in patriam, congratulando quòd liberam inueniret à dominio Francorum, ac dixit: Nunc lætus moriar, visa liberatione patriae. Et reuersus tempore determinato ad locum carceris, ibi moritur in domino iam octogenarius. corpus eius reductum est in Flādriam.

Circa annum Domini 1305. Clemens V. papa lectus est post multam contentionem cardinalium, qui factionū sententijs diuisis, hunc elegerunt episcopum Burdegalen, Francorum rege intercedente. nam rex priusquam in huius electione consensisset, magna sibi quædam ab episcopo, si deligeretur papa, polliceri voluit, vt ad ecclesiae statum integrè reciperetur, vt quinquenio decimas Galliae ipse acciperet, vt Bonifacii acta quaedam cassarentur, vt Iacobo & Petro cardd. Columnensibus, honos facerè restitueretur, & reliqua, quibus facilem se fore is promittit, eoq; modo pontifex est designatus Clemens 5. sedit annos octo, menses x. Lugduni coronatus in cardinalium & regum Franciae, Angliae & Aragoniae, reliquorumque principum Germaniae & Galliae praesentia.

Tum in Gallia primū pontificia sedes tralata est, magno cum omnis Christianae Reipublic. malo, tum vrbs Romae praesertim incōmodo. nam cū duraret haec absentia annos penè lxx. coepta sunt & sacra negligi, & ciuilitas Romana. Caeterū creatis aliquot cardinalibus, & restitutis Columnensibus Iacobo Petroq; tres misit ex pa-

Flandrensi
vindicata
libertas.

Clemens 5.
papa.

Tralatio se-
dis Ap. in
Galliam.

tribus senatoria potestate Romã, quorum autoritate Italia vrbsque ipsa gubernaretur.

ANNO Domini 1306. Clemens, quod regi promiserat, obseruauit. nam eum ecclesie reconciliatũ, restituit omni honori & dignitati, largitus quoque est ipsi per quinquenniũ decimas. Concessitque vt Ecclesias sacerdote vel ministro destitutas, sibi seruientibus clericis atque benemerenti familie conferre posset, & etiã decimæ ius donauit. Hæc ille.

Regi Caiano Aragoni priuilegium à Bonifacio collatum cõfirmavit, de regno scilicet Sardinie. Quibus peractis, Papa cum omni curia profectus est Burdegalam, vbi omnes Italici cardinales et alij fuerunt inuisi Guasconibus, & minus dignè tractati. totam enim curiam gubernabant Guascones & Gallici. Tũ & satisfieri voluit petitionis sue summæ, vt Bonifacij memoria tolleretur, eiusque improbarentur acta. quam rem Clemens, Pratenfis cardinalis consilio, ad conuentum proximè celebrandum distulit.

Fraticello-
rũ hæresis.

Eodem anno in comitatu Nouariensi prouinciæ Lombardiæ exorta est quædam hæresis pessima, cuius author fuit quidam dictus Dulcinus, & vxor sua Margarita, qui erat lupus sub pelle religionis, seminans zizaniã errorum multorum, quod omnia deberent esse communia, etiã mulieres ad commixtionem, quod peccatum non esset, sed actus charitatis. Per duos autem annos durauit hæc hæresis. nã tædio viti paupertatis & incommodorũ, multi ex eis reuersi sunt ad fidẽ. demũ captus ipse hæresiarcha cũ Margarita socia sui erroris, per Nouarienses cõbusti fuerunt, cum multis huius sectæ pertinacibus. Ex his remanseretamen reliquiæ sceleratis. in annos aliquot, origo Boemice maculæ.

Sub hoc Clemente Lugdunum ciuitas ad regem & regnum Francie peruenit. in generali enim concilio Viennensi Philippus rex obtinuit Lugdunũ integrè, data archiepiscopo cõpensatione in redditibus pro iure quod sibi ecclesia in Lugduno vendicabat. Super quo

prius Clemens per archiepiscopũ consultus, consensum nõ præbuit, nec dissentium, sed reliquit archiepiscopum in manu consilij sui. Ipse etiã Clemens apud Auinionem in publico cõsistorio Philippum regem excusauit de his, quæ dudum egerat contra Bonifacium papam, fueratque pronunciatum, quod rex ea quæ fecit, bono zelo & bona intentione egerit. Clementi enim fuit totum negociũ cõmissum: absolutus etiã fuit it cæcellarius regis ab execratione, ppter Bonifacij captionẽ imposita pœnitentiã.

Mortuo S. Vuenceslao in Boemia regno, vt suprã dictum est, filius eius Vuenceslaus successit, quanuis eodem nomine, moribus tamen valdè impar, & cùm ebrietati & torpori dies noctesque indulgeret, & aliorum vxoribus illuderet, in quadam Morauie ciuitate dum solus in domo Decani pontificalis ædis perambulat, tribus vulneribus confossus, duodeuiginti natus annos, interijt. ignoratº est necis author. Cunradus tamẽ eques Thuringus, cruentum gestans pugionem exire regiam visus fuerat, qui crimen falsus, populari tumultu cæsus est.

Venerat fortè eo tempore Pragam dux Carinthie & comes Tirolis Henricus, cui ex sororibus regis altera, Anna natu maior, iã pridem nupserat. Huc Boemi regem sibi deligunt. Id ægrè fert Albertus imp. qui repètè coactis copijs, Boemiam ingressus, Henricum regno deturbat, Rudolphumque filium suũ regem cõstituit. Verũ Elizabeth senioris Vuenceslai relicta, in matrimonium ei traditur, quo regnum eius solidius subsisteret, qui cùm magna Boemorum spe regnare cœpisset, subitaneo morbo correptus, primo regni sui anno absque liberis decessit.

Post obitum Rudolphi dissidetes inter se Boemi, alij Fridericum Rudolphi fratrem, alij Henricũ quem deiecerant, petierunt. Vicit Henrici factio, trucidatis alterius partis authoribus. & quanuis Albertus imperator cũ magnis copijs Boemiam ingressus, regionem longè lateque affligerit, Henricum tamen regno deicere non potuit, prius à nepote, vt dicetur, occisus.

Hoc

Albertus
parat Henricũ
cũ Boemia
deturbat.

Hoc tempore Clemente V. auctore, Templariorum religio impietatis accusata, omnis deleta est, facultates direptæ quæ erant splēdidissimæ. Sunt qui simulacrum eis fuisse ferant indutum humana pelle, cui ordinem ingressi, rationem vitæ professi fuerint, sacrificia crudeliss. humano sanguine, quo potest se ad tanti sceleris pertinaciã adhortati sunt, ambigui coitus, & alia quædam scelestæ, quæ hac tempestate prodita sunt, maxime quod Hierosolymæ ditio eorū fraude Turcæ cessisse diceretur. Cōcidit hæc lues simul magno totius Galliæ seruore, in Germanijs postea Clemētis literis eodem fato perijt.

Atqui video scriptores quosdam nō tam improbare funestam Templariorū religionem, q̄ Frāci regis auaritiã, cuius causa dicunt hanc ortã esse factionem. Denique papa Clemens bona Templariorū applicauit mansioni S. Iohannis seu Hospitalis. Sed quia iam occupata fuerant à rege & diuersis alijs principibus, oportuit ea redimi multa pecunia. Multa autē aduersa passus est postea rex cum filijs suis, quæ creditum est eis accidisse propter iniustitias suas. multi etiã estimãtes illos iniuste passos, vt martyres venerati sunt, tollētes deuotè corpora eorum & ossa.

Præterea Iacobus de Moguntia, scribens de istis temporibus, refert q̄ cum Clemēs V. ordinem Templariorum reprobasset, & executionem contra aliquos fratres in Germania Moguntino archiepiscopo cōmississet missis processibus, couocauit idem archiepiscopus synodum, & dum esset in domo capitulari Moguntia cum clero sibi subiecto, volens publicare processus, subintravit potētēr religiosus vir Hugo comes Syluestris, vulgò **Wiltgraff**, qui morabatur in castello **Grunbach** p̄pe **Weisenheim**, cum 20. militibus cōfratribus ordinis, induti albis pallijs more Teutonorum fratrum cum signo crucis rubeo. erant autē omnes sub pallijs armati. Assurrexit ei archiepiscop⁹, ac innuit manu vt secum sederet. At comes stans, ait: Domine archiepiscope, fertur publicè q̄ hodiè velitis me & fratres meos militiae templi hīc mecum stātes, denūciare

execratos, quod nō* placeret nobis, sed petimus vt appellationem à nobis interpositã ad futurum papam, velitis clero præsentī publicare. Nulla autē facultas erat archiepiscopo recedendi à loco præ tumultu armorum. vndè respōdit mansuetè, id fieri debere p̄cessu papæ publicato. statimq̄; sinè interuallo appellationem comitis cum causis Templariorū legi & publicari mandabat.

Acta cū Templarijs in Germania.

Inter alia autem quæ in appellatione continebantur, vna causa legebatur, q̄ fratres militiae tēpli, quos papa cremari mandasset, dixerunt se immunes de criminibus impositis, & in signum miraculi suæ innocētiæ pallia ipsorum cum signo crucis exustionem nullam senserunt, nec corruptionem.

Ad quem archiepiscopus: Sitis bonæ mētis, inquit, ego aliqua bona scribam pro vobis papæ. Et ita factum est. ad scripta em̄ archiepiscopi rescripsit papa, & commisit ei inquisitionem fieri. Ex qua commissiōe processit archiepiscopus, & de cōsilio & assensu cōepiscoporū prouinciæ, qui conuenerāt secundum formam literarum apostolicarum, constituto de innocētia fratrum, ipsos duxit absoluentos. Hæc acta referūtur Moguntia anno 1311. Kalend. Iulij.

ANNO Domini 1308. Iohannes dux fratruelis Alberti regis, quæ rex in curia cum filijs suis educauerat, asseruit munitiones dñij de **Ryburg** ad ipsum pertinere nomine matris suæ. Instabat autem vt saltē aliquid sibi assignaret. ad quod rex induci nō potuit. Tandem Iohānes cū baronib⁹ Rudolpho de **Wart**, Vualthero de **Eschelbach**, & Vlrico de Palma, regē interficere cogitauit. Haud longè post equitate rege per satã, colloquēte sibi de Castel milite, accesserunt Iohānes dux & sui cōsortes, primusq̄; Rudolphus dixit: Quam diū cadauer istud equitare permittimus? & accedēs Iohānes dux, cultrum collo regis infixit, Rudolphus verò de **Wart** gladio cōfodit, Vlric⁹ de Palma gladio caput dissecuit. Sicq̄; Albertus rex in ppria terra sua anno p̄dicto Kalen. Maij in meridie est occisus, in quo loco monasterium **Kingsueid** est fundatū, corpus verò eius Spirã delatum, atq; honorificè sepultum.

Alberti Cesaris caedes.

Verùm occisores regis, fugati: Vlricus enim de Palma, obsessus per Lupoldum filiū regis in **Altpuren** obiit, in quo castro decapitati sunt L. viri. Castra Vualtheri de **Eschelbach** occupata, ipse in terra comitis de **Wirtemberg** pastor pecorum est factus annis 35. in morte sepandēs, honorificè est sepultus. Rudolphus de **Warr**, volens ire ad sedem Ap. proditus capitur, & iuxta locum occisionis ductus, ad mortem est adiudicatus. vnde ad caudam equi ligatus & distractus, postea super rotam est positus. Iohannes verò dux post multas latebras tandem in forma beghardi venit Pisas, ibi ab imp. Henrico captus, atq; in ordinem fratrum Eremitarum S. Augustini intrusus, post imperatoris mortem pluribus annis in eodem manens, tandem ibi sepultus.

Itaq; interfecto Alberto secundum chronicam Florentinam anno 1308. electores imperij erant in magna altercatione de eligendo. Rex autem Philippus audita vacatiōe imperij, cogitavit quomodo imperium ad se reduceret: & id quidem facile fieri existimabat, si petitionem contra Bonifacium postulata, de qua supra, in illam commutaret. Igitur secretum desuper habebat cōsiliū cum Carolo de Valesio fratre suo, & consiliarijs suis. Quod omnibus placuit, qualibuscunq; expēsis id fieri posset. vnde dictus Carolus ad pontificem, qui tunc erat cum curia Avinione, iturus: se preparavit pro rege ad sollicitandum, quod Bonifacij memoria condemnaretur, re autem vera ad obtinēdum imperium, ordinaverat autem illò ducere sex millia armigerorum, vt nullus auderet se opponere postulatis.

Sed Deo providente, etsi consilium secretissimum de ea re habitum fuerat, tamen vnus ex concilio intimavit secretò pontifici rem conclusam. Mox pontifex id intimavit cardinali Ostiēsi, Pratenfi scilicet. At cardinalis qui iam indignationem contra regem conceperat propter postulationes inordinatas, inquit: Pater sancte, hic non est aliud remedium ad obviandū, nē Ecclesia subijciatur regi Franciæ, nisi illud quod finē mora significetur electoribus impe-

rij, quod procedat ad electionem, alioquin imperium deuoluatur in Galliam: & id, ait, totū expediri potest antequam rex veniat.

Placuit pontifici consilium, & simul cum cardinali nominant etiā electoribus comitem de **Lucenburg**, virū magnanimum, industriū atq; catholicū, Pratesi tum benè notum. placuit etiā vt secretò omnia fierent, nē alij cardinales quicquam de hoc aduerterent. Hoc totum impletum est, & missis literis electoribusq; redditis, postquam applicuit nunciū, intra octo dies cōgregati principes in **Rens**, nemine discrepante, elegerunt in regem Rom. Henricum comitem Lucenburgi, qui fuit Henricus 7. Henricus 7.
Lucenburg.
imp. Cillo admoniti enim erant per cardinalē Pratensem, & de omnibus regis Franciæ calidius commentis informati.

Facta igitur electione, mox curabatur diuulgari in curia Papæ & regis Franciæ. Quibus auditis, rex Franciæ qui se præparauerat ad iter, spe sua frustratus, intelligens se delusum, Papæ inimicus factus, rem haud æquo animo tolerare potuit: quin potiùs vindicare iniuriam, vt credebat, sibi à Papa illatam, anxius cogitabat.

Electus igitur Henricus de Lucenburg in regem Ro. regnavit annis sex, Aquisgrani à Coloniēsi archiepiscopo corona magnifica Caroli Magni cum coniuge coronatus. Verùm peracta solenni de more coronatione regis, missi fuere ad papam Clementem 5. dux Bavariciæ cognatus regis, & Guido de Namurco frater comitis Flandriæ pro electi regis confirmatione, quibus à papa & cardinalibus susceptis, patefacta electione confirmatus est Henricus, atque per pontificem ordinatum, vt duo ex cardinalibus, scilicet dominus de Flisca Ianuēsis, & Nicolaus Patreñ legati mitterentur in Italiam, atq; in regis societatem iungerentur, quū citra montes imperator proficisceretur. Denique cardinales acceperunt in mādatis, vt vniuersis mandarent, quò iam dictum Henricum reciperent, & ei in omnibus obedi-
rent: quod & factum est.

ANNO Domini 1309. Henricus imperator Elizabeth alteram Vuenceslai
soro-

fororem 18. annos natam, clam iussam ad se venire, apud Spiram Iohanni filio suo quatuor annis minori, matrimonio coniunxit, eumque; mox de regno inuestiuit, ac Pragæ in regem coronari fecit per archiepiscopum Moguntinum, ad quem spectat.

Eodem quoque tempore tribus sibi comparatis exercitibus, rex vnus ipse in Italiam duxit, Longobardos omnes in potestatem accipiens, alterum aduersus comites de **Wirtemberg** direxit, sacro imperio rebelles. Tertium exercitum ex Fræconibus Boioarijsque; comparatum, duce Petro archiepiscopo moguntino, cum filio in Boemia misit. Et pugnatum est in Boemia pluribus locis, cum alij Boemorum Iohannem regnare cuperent, alij Hærico Carinthio studerent, qui cum tribus imperatorum filijs de regno contederat. Obfessa est denique Praga diuque; oppugnata, cum Henricus & marchio Misnensis haud impigre moenia tuerentur. Ad extremum prodicione Iohanni tradita, hostis in arcem sese recepit, Hæricus in Carinthiam fugit. Ita Boemia in potestate Lucemburgensium venit.

Tum Germaniæ motibus consulturus Henricus, cum principes reliqui in regis fidem conuenissent, comes Vuirtembergensium Eberardus rebellionem meditatus est. aiunt in causa fuisse, quod cum imperij ciuitatibus egisset multa temere, quæ sub Rudolpho Imp. nuper ereptæ fuerant dominio Vuirtembergensi, post Cunradini interitum grauer vexata aliquot annos vsque; ad Rudolphum. Itaque; Hæricus ciuitatum fidem accepturus, accepit que; in illas commisisset comes Vuirtembergensium. Spiram adiit, quod mox & Eberardus comes ducetis equitibus stipatus venit. Sed cum agi nihil inter Hæricum Cæsarem & Eberardum comitem concordie causa posset, comes indignanter recessit, contra quem rex grandem exercitum vocauit. erat enim comes, vt scribit Iacobus Moguntinus, de domo Guelphorum seu Camera Franciæ, & aliorum Tusciæ ac Lombardiæ Guelphorum originem trahens. hunc rex per principes, barones & ciuitates imperiales, oppidis suis & castris ferè omnibus aut destructis omnino, aut

captis depauperauit, vt ex 80. munitissimis castellis & oppidis duo & 70. expugnata ademerit, vbi & castrum **Wirtemberg** extitit destructum. Itaque belli angustia vndique pressus, ad castrum **Asperg** munitissimum fugit, quo obfesso, fugientem Rudolphus marchio de **Baden** sororius suus in oppido **Bes**

Besika

sifen recepit.

Verum post mortem Hærici Cæsaris idem comes omnia deperdita recuperauit, & plura alia, ita vt ditior et potetior factus fuerit quam prius erat. Sed tamen, vt scribit Hermannus, ille beneficii marchionis oblitus, castrum illorum **Nischenberg** obsedit, de quo per marchiones & eorum auxiliares ignominiose repulsus fuit, & præ dolore rediens Sturgardiam, impœnitens obiit, sepultus ibidem.

Nischenberg.

De hoc quod impœnitens obiit, nimis temere scripsit Hermannus, quum in Ecclesia Christi vt fidelis, sepultus inueniatur. De castro autem **Nischenberg** memini me literas legisse, quod hoc castrum dotis nomine cum filia marchionis de **Baden** comiti in **Wirtemberg** datum sit his pactis, vt nisi daretur certa summa pecuniæ, perpetuo apud domum de **Wirtemberg** maneret: & sunt literæ de antiquiore data.

Eodem quoque tempore idem Henricus comitem Cunradum de **Oettingen**, dictum **Schrimppff**, proscripsit, & intantum depopulatus est, vt quasi mendicus veniret in monasterium **Raisheim** ordinis Cisterciensium, vbi panem tribulationis vsque; ad mortem comedisset fertur.

Comit. de Oettingen.

Eodem anno defunctus est Carolus II. rex Apuliæ, successit autem ei in regno Robertus primogenitus eius, qui cum magna comitiua veniens ad Clemetem V. ab eo coronam accepit regni Apuliæ & Siciliæ. Eodem anno dum Spiræ Henricus rex moras ageret, filios quondam Alberti regis ducis Austriæ per editum ad se vocauit, quos venientes quesitum multo medijs, si posset, eos Austriæ ducatu mouere, dicens quinq; reges propter ducatum Austriæ occisos. Cui Fridericus vnus ex liberis iam abiturus, per nuncium respondisse dicitur: Hic si à paterna hæreditate modo noluerit absti-

abstinere, (denotando Henricum regē) poterit esse sextus. Tādē rex precibus deuictus, ipsos liberos quōdā Alberti de ipso ducatu & alijs depēdentibus inuestiuit, actumque fuit quōd ipsi duces dicto regi vltra montes cum ducētis galeatis seruire deberent.

Italica Hen-
rici VII. ex-
peditio.

ANNO Domini 1311. regni Henrici secundo, quoniam hac lege idem rex à pontifice fuerat confirmatus, vt intra biennium coronam Romæ habiturus, Italiam ingrederetur, quod quidem nō ob aliam rem fecisse pontificem tradūt, quā vt eius aduentu motus Italici cōprimerentur. Imperator satisfacere volens pollicitis, oratores in Italiā ad populos & principes mittit, maximè verò ad Florentinos qui tum Aretinos vexabant: petitq; vt sibi & exercitui suo hospitium in vrbe pararent, ac vexare Aretinos desinerent. Respondēre tum Florentini, tantum principem imprudentē agere, qui barbaros in Italiam ducere conaretur, quam ipse imperij causa à barbaris tueri deberet. Aretipis præterea imperatorem ipsum non benè consulere, quos sciret Guelphos quidem ciues suos expulisse, exules autem ab imperatore restitui consueuisse. Habebant & Florentini exercitum grandem apud Aretium.

Accepto igitur respōso oratores Aretium profecti, antequā vrbe intrarent, in castra Florentinorum peruenerunt. Ibiq; ex principis autoritate cum eadem præcepissent, tantum abfuit vt dicto pareretur, vt etiā in ipsorū oculis solitò infestius cuncta hostilia contra vrbe intentarent. Oratores Henrici ad hæc abiēre. Ferunt tum Dantem Florentinos cæcos appellasse, quōd imperatori tam insulsè respondissent. sed animos eis dabāt Roberti regis pmissa.

Imperator autem ad Taurinos alpes trāsgressus adiutorio comitis Sabaudie & marchiois Mōtisferrati socii sui, in plana descendēs, omnes ferè ciuitatum principes honoris causa obuios habuit.

Duæ tum præerant Mediolani factiones, quarum altera Turrianorum, altera Vicecomitū habebatur. Guelphis præerat Guido Turrianus, Gibelinis verò Maphæus Vicecomes. Guido sua po-

tentia, vt exules, tenebat extra ciuitatem Vicecomites, & alios Gibelinos cum Archiepiscopo, & in liga erat cum Florentinis Guelphis. Hic resistere nitebatur imperatori, sed non valuit, quoniā confortes sui cum cardinali de Flisca operam dederunt, quōd Guidone inuito, imperator intraret Mediolanum.

Quo potius Hēricus, in vigilia Epiphaniæ coronatus fuit ab archiepiscopo Mediolanē corona ferrea in Ecclesia S. Ambrosij cum vxore sua, præsentibus oratoribus penè omnium ciuitatū Italiæ, exceptis Florētinis cum colligatis suis, qui imperator Maphæum de Vicecomitibus, Archiepiscopum, & ferè omnes exules reuocauit ad ciuitatem. Omnes autem penè ciuitates & domini earum imperatori obedientiā fecerunt, excepta Padua & Bononia, quæ colligata erāt Florentinis, offerētes magnā pecuniæ quantitatem.

Mouit deindē in Cremonē & Cremonenses, quos Henricus ideò ad supplicium vocat, quōd Gibelinos eiecerant. Sed libera Cremonensium deditio Henricum mitiorem reddidit. in Cremonenses aliquantulum sæuitum est, & eorum mœnia funditus euersa sunt. Parmenses autem timore perculsi, imperatoris vicarium recipiunt. Tutati sunt aliquandiu se Brixiani, verum cum acriter ab Henrico oppugnarentur, noctū ad montana cōfugientes, vacuā vrbe reliquēre.

Ingressi itaq; Germani, vrbis mœnia confestim demoliuntur. Horum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenses, Vincētini, Patauini, Taruisini, Veneti, mandata imperatoris statim fecēre. Placentini insupèr, pulso Alberto Scoto duce Guelphorum, imperatoris præfectum suscipiunt.

Compositis itaque hoc modo Cisalpina Gallia, vt isti dicunt, rebus, imperator Amedeo Sabaudia comite, Pisano Genuensiumq; oratoribus subsequētib; per Placentinos iter faciēs, Genuam proficiscitur. Quò etiā non ita multò post applicuēre legati Roberti Neapolitani & Friderici Siculi regum. Hic simulatam, ille veram amicitia præ se ferebat. nam Robertus rex duo millia equi-

Henr. VII.
Mediolan.
coronatus

Att. toties
liā se Henr.
co dōderat

equitum in Hetruriam misit, qui Floré-
tinis & Lucensibus cōtra imperatorem
opem ferrent.

In hac expeditione Héricus duo ma-
la tulit. nam in oppugnatione Cremonæ
comes Vualramus regis frater periit, &
discelsura à Genua Augusta Cæsaris
coniunx grauida, vita defuncta est, Ge-
nuæq; sepulta. His etsi moueretur rex, vt
homo, nō eo minùs iter prosequitur, vt
uir constans atq; fortis, venitq; Pisas vr-
bē imperatoribus adeò deuotā, vbi tanq̃
pater patrię magnificentissimè est rece-
ptus, quo in loco dū pausaret, venerunt
solennes nuncij Ro. eumq; vt Clementi
pontifici placuit, inuitarunt.

ANNO 1312. Pisis egressus rex, iuxta
littus inferi maris Romā versus, Viter-
biū tandē ingreditur, pulsa diuersa fa-
ctiōe, Romę quoquē seditiōes et tumul-
tus augebantur. Robertū em̃ Siciliae re-
gē magna pars ciuū sectabatur, p̃cipuè
Vrsini opibus & gratia potētissimi. mi-
serat em̃ eò Robertus Iohannē fratrem
suū cum copijs, qui Vrsinis ceterisq; fa-
ctiōis ei⁹ cōiuncti, Capitolio & Ianicu-
lo & Adriani mole, cunctisq; trans Ti-
berim locis occupatis, arcere Henricum
ab ingressu constituerāt. altera verò fa-
ctiō imperatori fautrix, ducibus Colu-
mnēsibus, Auentinum, Celiū & Quiri-
nalē montes ac totas Exquilias cum Vi-
minali & Suburra tenebat, crebraq; in-
ter eos praelia committebantur.

Romam verò ingressus, ab Hānibal-
dis, Columnensibus, alijsque Romano
imperio deuotis, gloriosissimè fuit rece-
ptus ad S. Iohannem in Laterano, mul-
tis tamen conflictibus cū Vrsinis & eius
factionis trans Tiberim habitis. Quibus
opem prestabat Rupertus rex Apuliae,
qui, vt pleriq; scribunt, cōtra iuramen-
tum suum imperatori resistebat, pro eo
quòd Genuæ inuestiturā suorum feu-
dorum ab Imp. Hérico per nuncios pe-
tentē, imperator inuestire distulit, quo-
usquē veniret Romam. ea etiā factio-
ne non poterat Henricus recta via in-
gredi, sed per pontem Miluium tradu-
ctis copijs, porta Flaminia ingressus est.
Venerunt etiā in adiutorium dicto
principi Petrus rex Aragoniæ, & Fride-
ricus rex Siciliae.

Itaq; ingressus Romā, honoratusq;
ab urbana multitudine perbenignè sus-
cipitur. Cūq; in basilica S. Petri rex non
potuerit coronationem suscipere, Vrsi-
nis & adhærentibus, trans Tiberim re-
bellantibus, cardinalibus etiā corona-
tionem differentibus, depræhensosq; (vt
aiūt) quodā cum literis papalibus, qui-
bus Clemens ipsis cardinalibus corona-
tionem regis interdixit. Pœnituit enim
Clementē Papam facti, dum videret po-
tentia principis, & rancorem inter Ru-
pertum & ipsum principem, immò &
Philippum regem Franciae. Cardinales
autem in prædicta Ecclesia S. Ioh. Late-
rani Kalen. Augusti regi vnctiōis & co-
ronationis imperialis insignia impēde-
bant. Erant autē alba eius omnia indu-
menta, eo die quoquē more principum
Ro. legem edidit de summa Trinitate &
fide catholica. Deindē cōsummatis om̃i-
bus alijs solennibus pro regia maiestate
adhibere solitis, gloriosissimus princeps
ab vrbe diuertēs, adiit Tibur, & ibidem
pacem diū violatam inter illos de Colu-
mna & Vrsinos reformauit, sponsali-
bus hincindē contractis.

Redijt deindē Pisas, in qua fixerat
ancoram spei suæ, & ibi alias duas con-
didit leges: primam de reis criminis læ-
sæ maiestatis: secundam, qui debeāt re-
putari rebelles imperio, quas leges sub
debitis rubricis Codici inferi mandauit,
suoq; signo confirmauit. Itā scribit Ia-
cobus Moguntinus. Blondus autem &
post eum Platina, sequentes Ptolemæ-
um, scribunt Henricum Romam venisse,
coronatum indē à tribus cardinali-
bus, Romanos omnes in verba sua, vt
mos est, iurare compulisse, edito ingen-
ti conuiuio, cui omnes ciuitatis proce-
res, exceptis duntaxat Vrsinis, interfuere.
Et nē tumultus oriretur, milites suos
in theatris, thermis, locisq; munitis pro
statione collocauit.

Quibus præsidijs adeò confisus est,
vt ausus sit etiā tributum insuetum à
populo exigere, qua ex re omnes vtriuf-
que factionis ciues ad Vrsinos confu-
giunt, qui ædes suas prope Tiberim &
Adriani molem sitas validis præsidijs
communiērāt. Tum verò imperator ira
percitus, Pisanos sagittarios haud longe
ab

Hen. VII.
cōstitutiōes.

Hen. vrben
Romam in-
greditur.

Hen. VII.
coronatur
Romæ.

ab vrbe pro se missos vocari facit. verum intercepti ab aduersarijs, Iohanne scilicet Ruperti regis fratre, qui suas nauales copias sub Auétino collocauerat, in fugam sunt conuersi. Deindè intromisso equitatu, haud longè à statiuis collocato, populo Ro. adiuuante, imperatorem ipsum Tibur abire coëgit.

Idem Iacobus scribit, quòd post recessum imperatoris Stephanus de Colúna cum Hugone comite de Buchef/ quem imperator cum trecentis reliquerat galeatis, vrbem S. Petri diuersis habitis conflictibus acquisierunt. ANNO Domini 1313. Cæsar castrametatus est super Florentiam in monte imperiali, quod castrum sumptuosè reedificauit, in quibus castris sponsalia fuerunt inita inter filiam Cæsaris & filium Friderici regis Siciliae, cum pactis hincindè auxiliarijs.

Cæsar tum Florentiam cum paruis copijs obsedit, cum in ea essent ex factione Guelpha congregati ad centum milia armatorum, in qua quidem obsidione habitis diuersis conflictibus, pars Cæsaris semper victoriosissimè triumphauit. Erant tum in magnis angustijs Florentini, timentes de captione ciuitatis.

Interca Cæsar Pisas rediens, citato Ruperto rege Apuliae, & habitis debitis processibus in eum, tanquam maiestatis lese crimine reum ac proditorem & hostem imperij, processit. Eo verò non comparète, nec causas legitimas defensionis afferente, priuationis omnium dominiorum & decapitationis, si vnquam veniret in ditionem imperij, sententiam promulgauit, quam tamen sententiam post mortem imperatoris Clemens papa predictus reuocauit, prout de hoc in Clementin. Constituerat, vt scribit Iacobus Monguntin.

Cæsar contractis copijs ducere in Apuliam cum adiutorio Friderici regis Siciliae, in quo proposito dum esset, venerunt ei inopinata noua de terra Apuliae, & precipuè de ciuitate Neapolitana, quæ scripsit vt omnibus posthabitis iter arriperet, veniretq; nam terram sine resistentia haberet. Et Rupertum regem Apuliae nomine, quem aliàs meritis suis exigentibus legitime, vtputa diuinis &

humanis legibus rebellantem, deposuerat ac priuarat, iuxta condignum multaret: quibus nouis perceptis, expediebat iter cum imperij deuotis.

Cæsar itaq; iter arripies versus Apuliam, venit ad castrum quod dicitur, Bonconuentum, in vigilia Assumptionis Mariæ virginis, vbi propter festi solennitatem illa die quieuit. Disposuerat autem se per aliquot dies ieiunio ac bonis operibus, intendens Sacramentum Christi corporis ac sanguinis in festo sumere. Qua die Tridentinus episcopus confessor suus & vicecancellarius ab erat, missus ad Clementem V. vnde quidam Iacobinus de ordine B. Dominici subornatus, vt aiunt, præmijs & pollicitationibus, nec sine suspicione Florentinorum, qui tunc coram imperatore celebrabat, venenum sub sacramenti specie dedit, vertens calicem vitæ in calicem mortis.

Sedit mox imperator mortem adesse, fertur tamen dixisse completa Missa: O Domine, recedatis. nam si percipiunt nostri deuoti malum quod nobis fecistis, morte miserabili moriemini: Deus vobis ignoscat.

Superante autem morbo, hoc in loco è vita migravit in medio cursu rerum, certè Ruperto regi adeò formidatus: quippe Friderici copiarum iam in regnum eius traductæ, Rhegiu vrbem occupauerant, duæ insuper validissimæ classes tota littora complebant. Sed bellorum euentus nemo sapiens prædixerit. magni enim sæpè terrores, paruis momentis in irritum reciderunt.

Corpus igitur Henrici magno suorum luctu Pisas relatū est, & ibi in tumba argentea super quatuor columnis fixa preciosissimè extitit sepultum, cum obsequijs regalibus.

Dicitur tamen Ordo Prædicatorum habere literas, testantes fratrem prædictum fuisse innocentem, & totum esse confictum. Itaq; ad curam salutis propriæ, mortuo imperatore, quiq; conuersi, exercitus omnis dissolutus est: classis Genuensium & Friderici iam traductæ copiarum, audita imperatoris morte, domum irritæ redierunt.

Successerunt Henrico VII. ex pontificis

De inter Henrici v. IMP.

F. Iacobinus Ord. Prædicat.

De Bo si por

Libet

ficis Clementis mandato primùm omnia prosperè, dominatumq; Italiæ feliciter occupauit. Quarè eius vires veritus pontifex, & insidias moliri, & apertè iam odisse cœpit: & magno rursus incommodo fuisset orbi nostro, si superuixisset uterque non Reipub. salutem, sed dissidio & internecioni. Aliquantò post Henrici Cæsaris interitum, Pisani Florentinos pugna superârunt. Florentinis dux erat Apuliæ rex Rupertus. In quo conflictu regis Ruperti frater cæsus est, eius cædis causa comes Niger Pisanus, vt quidam scribunt, auro insignitus est miles, cum post Cûradini necem ex istis comitibus hætenus præter hunc vindicem, nemo aliter quàm vltro sui principis casu, cingulo militari ornari voluisset.

Reuertor ad Clementem V. qui anno Domini 1311. concilium generale indixerat Viennæ in Burgundia, in quo plûs quàm 300. episcopi conuenerant, & ibi Clemès de eo quod petiuerat Philippus Francorum rex, vt scilicet deleteret memoriam Bonifacij, cum prælatis tractans, quia rex illum hæreticû fuisse probare volebat, Conciliû nullo modo assentire voluit, sed contrarium declarauit, scilicet ipsum fuisse catholicum & indubitatum pontificem.

Verùm quia ipse Bonifacius fecerat processus contra regem Franciæ, hos ad satisfaciendum ipsi iniustos fuisse declarauit, firmavitque Concilium decreto, quòd ex quacunq; causa rex offensus fuisset Bonifaciû aut Ecclesiam, id nullo vnquam tempore regi aut hæredibus eius deberet nocere, quo rex cogebatur contentus esse.

Edidit etiàm Clementinarum librû, quem tamen (vt aliqui scribunt) propter multos laqueos in fine poenitens reuocasse, & comburi mandasse fertur: sed Iohannes Papa successor suus denuò confirmauit. Anno deindè Domini 1313. Clemens iter agens versùs vrbe Burdegalam, in via infirmatus, diem clausit extremum. Vacat tum sedes annis duobus, mensibus tribus.

ANNO Domini 1314. apparuit cometes versùs aquilonem, durauitq; per sex hebdomadas, quo mense Nouemb.

de hac luce migravit rex Franciæ Philippus. Reliquit autem tres filios, Ludouicum regem Nauarræ, Philippum comitem Pietauien, & Carolum comitem Marchiæ, omnes hi tres fuerunt in modico tempore reges Franciæ successiuè.

Eodem anno vacate imperio ex morte imperatoris Hèrici, Petrus Moguntinensis archiepiscopus vocauit electores, Balduinum Treueren, Henricum Colonien archiepiscopos, Iohannè regem Boëmiæ, (sunt qui Henricum Carinthiæ ducem pro Boëmo affuisse dicant) Rudolphû ducem Saxonie, Volcomarum marchionè Brandenburgen, Rudolphum ducem Bauariæ & comitem Palatinum.

Conuenientes autem in **Frankfurt** pro electione futuri regis celebranda, venère quoquè principes Frideric^o dux Austriæ, & fratres sui Lupoldus ac Albertus pro imperio laborantes. Contrarij autem illis erant Archiepiscopus Moguntinensis, Treueren, & Boëmiæ rex. Quod Fridericus intelligens, conuenit Rudolphum & Ludouicum duces Bauariæ fratres, vt sibi assisteret, qui se Friderici seruitio adstrinxerut, vt scribit Iacobus Moguntinen.

Videntes autem Moguntinensis, Treuerensis, & Boëmiæ rex, quòd Fridericus eligi vellet, induxerunt Ludouicum ducem Bauariæ, vt se cõtra Fridericum eligi permetteret, quòd in promissione per eum facta Friderico, persona loquens intelligeretur excepta. His verbis adiunxit se miles Brandenburgensis marchionis, qui habebat mandatum à principe suo in genere, qui similiter elegit Ludouicum, vt dicitur, contra domini sui voluntatem.

Electi sunt igitur in discordia in die B. Lucæ Euangelistæ Ludouicus dux Bauariæ, à Moguntinensi & Treuerensi Archiepiscopis, rege Boëmiæ, & Volcomaro marchione Brandenburgen: & Fridericus dux Austriæ à Colonien archiepiscopo, Rudolpho duce Bauariæ Palatino Rheni, & à Rudolpho duce Saxonie.

Post hæc Petrus Moguntinen cum Ludouico electo iuit in **Spyenheim** ciuitatem imperialè, quâ archiepiscopus

in pignus habebat ab Henrico quondam imperatore, præcepit tamen ciuibus vt Ludouico obedirent. Igitur Ludouico rege per aliquot dies in **Oppenheim** paufante, aduerfarij fui in oppido **Haidelberg**, quod fuerat Rudolphi fratris Ludouici, subornârunt militem dictum Truchfes de Altzeia, vt parua balifta sub chlamyde prouifus & fagitta venenata, iret in **Oppenheim** feq; affimilaret effe de parte Ludouici, donèc opportunitate data eum fagitta occideret. Sed Deo prouidente, ab Haidelberga Ludouicus monetur, & forma subornatiõis detegitur. altera die venit miles ifte, intendens promiffa perficere. captus eft, & ad Ludouicum ductus, leuatoq; pallio balifta inuenta eft, & totum machinationis factum detectum. hunc Ludouicus lógo tempore biga ligatum, pro fpectaculo fecum duxit. tãdèm ad caudam equi ligatus, et per ciuitatem tractus, primò rotatus, deindè in quatuor partes fuerat partitus.

Ifte Ludouicus prodigus ante imperium fuit, vt quidam fcribunt, & bona fua dilapidauit. Ideò duxit filiam cuiusdam comitis propter dotem magnam, cum qua non habuit liberos: ea mortua, duxit filiam ducis Poloniae, ex qua procreauit Ludouicum & Stephanum. ea defuncta, ex comitiffa Flandriae genuit Guilielmum, Albertum, Ludouicum Romanum & Othonem.

Abbas verò de **Spanheim** fcribit, quòd Ludouicus vxorè habuerit Margaritam filiam Guilielmi Hollãdiã comitis, quæ peperit ei fex filios, Ludouicum poftèa marchionè Brandèburgen, Stephanum ducem Bauarię, poftèa in **Landshtut** Albertú, poftèa in **Straubingen** Guilielmum, poftèa* ducem Hollãdiã Ludouicum dictum Romanum, & Othonem, & fortè hoc verius.

ANNO Domini 1315. venit Ludouicus Aquisgranú, & ibi cum magna pòpa in fefto Epiphaniã ab archiepifcopis Moguntinè & Treueren extitit coronatus: poft quem Fridericus abiit Bonnam, vbi ab Archiepifcopo Coloniensifuit coronatus. ficq; Ludouicus in loco quo debuit, fed non in loco quo debuit Fridericus, fuit coronati. Sedit autem

Cæfarú coronatio.

Ludouicus annis 33. poft coronationem eorum omnes ciuitates inferiores vfq; ad Argentinam receperút Ludouicum in regem: fed superiores per Heluetiam &* lacum, Fridericú, excepta Berna & Solodora: aliã verò per Sueuiam ferè omnes receperunt Ludouicum, excepta Vlma, & paucis cum ea.

ANNO eodem Ludouicus Spira præfidem dedit Georgium comitem de **Weldens**, & ei oppidum **Germersheim** pro habitatione deputauit. Fridericus autem pro præfide nobilem virum de **Ochsenstain** constituit, & **Landou** fibi pro oppido assignauit. Argentina etiã Fridericú pro rege recepit. Qui & Sueuiam fua dominatui conatus adijcere, quarundã ciuitatú fauore Eslingã obfedit: vndè pauco pòft tẽpore vires aucturus difceffit, & fequenti anno oppidum repetens, occupato interim apud fuos Ludouico, obfidionem magnis copijs communit. Tum Ludouicus auxilijs Boëmi regis & epifcopi Treuiri, hofti occurrit. Inita pugna ad flumè Neccarum, vterq; exercitus magna incommoda paffus eft.

ANNO Domini 1316. cùm vacãffet Ecclefia poft mortem Clemētis V. duobus annis propter difcordiam cardinaliú ad quos fpectabat electio, qui Auiatione cõgregati erãt, nam multi cardinales erant Guafcones, & hi quærebãt habere Guafconem, alijs alitèr fentiētibus: demùm in hoc omnes conuenerút Lugduni, vt Iacobus Portuensis cardinalis vice omnium eligeret vnum. Sed fefellit eos opinio. nã neq; ex vna parte, neq; ex altera elegit, fed de cõfilio Neapolitani cardinalis de Vrfinis, feipfum elegit. Et quanuis in alijs electionibus quis feipfum eligere non valeat, tamen in electione Papę non prohibetur, cùm fibi committitur electio. Hic autem fuit natione Gallicus, pauper fubftantia tẽporali, fed diues fcientia, paruus corpore, fed magnus animo, qui et regis cancellarius fuit antea. Et quanuis Robertus cùm efferet in minoribus, eum non multùm diligeret, tamen poftquã efferet ad Papatú affumptus, alter alterúm multùm dilexit. Ipfe papa Iohãnes 22. efferet & pmulgauit Clemētinas. fedit autem annis

Schiffen
qui Geop
nici

Monu
do.

Origo
dijnt
& Ioh.

Iohan. pp
XXII.

annos decem et nouem, mēses quatuor.

Eo autem tempore quo promulgauit Clementinas, ortus est intolerabilis error, propter hoc quòd multi malè intelligentes Cle. primā de reli. do. & Cle. ad nostram de hæreti. coegerunt plurimas Beginas in regno Alemaniae depone habitum, & matrimonium contrahere. Hic Iohannes Ecclesiam Tolosanā, quā vnice dilexit, ad archiepiscopatum transtulit. ad eò præterea rebus nouis studuit, vt & simplices episcopatus bifariam diuideret, ac diuisos in vnū redegerit, & abbatias in episcopatus, & episcopatus in abbatias vicissim transtulerit, ac constituta prius, in aliam formā transtulerit. Cæsaraugustanam Ecclesiam similiter in metropolitanam erexit. Instituit & nouum ordinem militum, qui militare sub Christo dicerentur in Lusitania, quæ Portugallia dicitur, qui Saracenis resisterent, Bæthicā & Aphricam incolentibus: militibusq; omnia bona Templariorū, annuente rege Portugallie, concessa sunt, cuius monasterij ceter est abbas alcoasianus Vlyssiponensis diocesis, qui & cōscribendi & exauthoradi militē facultatem habet. Deinde Thomam Aquinatem in sanctos retulit. creauit inde septem cardinales.

Iohannes primo pontificatus sui anno requisitus Ludouicū Bauariæ ducē confirmare, recusauit, dicens q̄ præter admissum in consobriño secum in controuersia electo scelus, multa præsumpserat facere & concedere, imperatoris Rom. legitimè instituti excedentia potestatem. Eodem anno Lupoldus dux Austriae grandi exercitu versus Spiram descendit. tum Argentinenē Ludouicum admiserunt, qui eis priuilegia sua confirmauit, licet prius Fridericum recepissent. Deinde venit etiā Fridericus, & coniunctis copijs cum Lupoldo fratre suo, accelerauit ad Rhenum, ueniens* Rinagiam. Renuit tamen Ludouicus illi occurrere, quanuis cum illo congregari statuit. Videbat enim fortunā conuenire Fridericum, quapropter in bellum exire contra hostem noluit.

ANNO Domini 1317. Papa Iohannes inducias inter Robertum regē Apulie, & Sicilie principem Fridericum in-

staurauit, cū aliquot incōmodis iam affectus esset Fridericus.

ANNO 1318. Ludouicus regni sui quinto in Bauariam redijt, vbi Rudolphum fratrem suum persequitur, eò quòd Friderico aduersario suo adhesit, ipsumque Rudolphum à medietate fere terræ suæ eiecit cum coniuge sua, filia Adolphi quondam regis, qui ad terram Austriae se receperunt, in qua tanquam exules mansere vsque ad mortem Rudolphi ducis. Verum alij dicūt, Rudolphum fuisse proscriptum à Ludouico in Angliam, vbi vsq; ad vitæ terminum in magna paupertate manens moritur. Rudolpho autē mortuo, vxor eius nomine Metza, cum filijs ad Haidelbergā oppidum declinauit. Ludouicus verò filijs, quia minores erant, tutor in Bauaria factus est.

ANNO Domini 1319. mense Iulio obiit Goldemaricus marchio Brandenburgensis absque liberis. Sed quia marchionatus ad imperium fuerat deuolutus, rex de marchionatu Ludouico filio suo primogenito prouidit, & eum retinuit. Huic rex Daciae filiam in vxorem dedit.

Tempore prædicto propter discordiam duorum regum, multi latrones in publicis stratis, vllis & nemorib⁹ emerferunt, ita quòd nemo securè ambularet. Eò tunc ciuitates Argentinenfis, Spirenfis, Vuormatiensfis, Moguntinenfis, ligam fecerunt, ordinantes stipendiatos, qui terram securam facerent, qui stipendiati saluos in itinere & mercatores ac alios duxerunt.

In hac generatione ordo Cælestinorum à Cælestino papa V. eius auctore cognominatus, sub regula S. Benedicti initium & mirum incrementum sumpsit, eò quòd ipso sanctissimo viro in carcere defuncto, ppter eius crebra miracula multi nobiles & clari viri, spretis seculi pompis, ordinem sunt ingressi.

ANNO Domini 1308. Rhodus insula in potestatem Christianorum deueniens per fratres Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani obtenta est. Hi nēpe cū Hierosolyma omninò deperdita esset, & Templarij fuissent extincti, procuratis magnis priuilegijs indulgentiarum

Rudol. Pal. proscriptus.

De marchionibus Brandenburgens.

Cælestini.

Rhodus à Christianis recepta.

tiarum à Clemente Papa V. erga porrigentes manus adiutrices, discurrentes per Italiam cum indulgentijs, multam pecuniam congregauerunt, quibus suffultus magnus Magister, cum classe ex Neapoli mouens, mari transito, prælio deiectis Turcis, obtinuit cum magno Saracenorum & Græcorum damno insulam, & urbem penè dirutam Christianorum suffragijs instaurauit. Deindè naualia reformans, Cyprijs & peregrinis magno esse auxilio cœpit, quorum virtute, quicquid Christianæ religionis in Asia est, probè CHRISTO reseruatum fateri licet, quibus pro maiori parte Templariorum bona addita sunt. Postmodum illi deuotiõe permoti, etiã regulam B. Augustini profiteri voluerunt: quarè multis beneficijs ab Ecclesia sunt dotati.

Circa annum Domini 1294. tanta siccitas in æstate fuit, quòd fontibus & riuus aqua defecit, & gramina in pratis exaruerunt, intantum quòd iumenta straminibus nutriebantur. Eo anno fruges filiginis messæ fuerunt ante festum natiuitatis Iohannis, & vina collecta circa natiuitatem Marię virginis.

Hoc tempore in Francia Ludouico Hutino mortuo, Philippus Longus regni administrationem suscepit, qui initio regni Flamingos rebelles in fidem accepit, intercedente Iohanne pontifice 22. huic Carolus successit. Quo etiã tempore Anglis regnauit Eduardus VI. eius filius, cuius iam aliquoties mentionem fecimus.

De Turcis. Plerique scriptorum temporariorum, summis Turcarum viribus, hoc est, Othomanorum imperio initia statuunt his temporibus* circiter annum Domini 1300. & de Turcis quidem alijs in locis multa satis diximus, quæ gentis origo, qui progressus, quæ incrementa. Sed ex authoribus quos sanè multos secuti sumus, vel Pium pontificem præcipuum sequi libet, apud quem ex Othonis autoritate legitur, quòd imperantibus Græcis, & regnante apud Francos Pipino, gens Turcarum Caucafeas egressa portas, cum Auaribus conflixerit ingentibus utrobique viribus. Quanquam nolim etiã

derogare fidè his, qui ex Caspijs egressam gentem arbitrentur, quando non vna gens, Turcarum alluies fuit, & vtraq; fauces perrupisse videtur, & Plinio Melæq; supra Caspias portas hæc gens refertur.

Quæ gesserit in Media, Perside, totaq; Asia, non nihil suis locis attigimus, vbi non vnum quendam principem, sed alios alij duces & varia auspicia per factiones secuti, magnis viribus tyrannidem sibi stabilierunt.

At circa 1300. annum salutis Othomanus quidam exigui census, milite per seditiones non ingenti manu confiato, grassari passim, ac non solum reliquias Christianas vexare, verum etiã homines suæ gentis petere & subdere, cuius conatibus orta inter principes discordia felicè cursum præbuit. Othomanus enim, dum illi selaniant, accitis omnibus præde cupidus, autoritatem breui & nomè adeptus, oppida non pauca in suam redegit potestatem. Huic successit Orhanes, qui rem inchoatam à patre, lógè lateq; propagauit, quem secutus Amurathes, qui duobus in Græcia de imperio decertantibus, ab altero in auxilium accersitus, ex Asia transiit in Græciam circa annum Domini 1380. is vita functus, duos reliquit filios Solimanum & Pazaitem, quem Tamerlanes in pugna cepit. Pazaites dimissus à Tamerlane, nihil memoria dignum egit, mortemq; in Asia inglorius obiit, cuius filij capto patre, in potestatem Græcorum venere.

Calapinus tamen natus maior emissus à Græcis, regnum obtinuit: quo vita functo, Orchani filio teneræ ætatis, quorundam principum regnum occupare volentium conatibus Moises patruus occurrit, qui à Græcis dimissus antè fuerat, & ipse adolescentem oppressit dolo. Deindè nullo superstitio filio decessit, quem Mahumetes frater tertius ex Pazaitæ filijs subsequutus, regnum obtinuit: huic successit Amurathes filius, qui in Thraciam volens ex Asia trajcere, imperatoris Græcorum maritimo apparatu prohibitus est. Et Muscaphas natorum Pazaitæ reliquus, vt rerum potiretur, à Græcis liberatus et adiutus, tamen

mé pugna occiditur. Amurathes victor vniuersum regnum obtinuit. hic fuit Mahumetis pater. Adeò hodiè Turcarù nomen auctum est, vt quæ olim Asia vocabatur, nunc Turciã vocitent. Vniuersa enim à Turcis possidetur. habent quidem Armenij aliqui suum ducem in Asia qui Christù sequitur, reliqui omnes Turcarù potestati subiecti sunt Othomanorum. Nam & Caramanus Ciliciæ dominus, qui magnam Cappadociæ partem obtinet, & Afambecus qui prope Euphratem dominatur, & alij nonnulli reguli ab origine Turci, cum Othomani progenie diù de regni possessione certarunt. Caramanus inter Mahumetem Turcarum imperatorem & Sultanam Aegypti dominum medius, Christianorum amicus odio Mahumetis, tempore Pij fuit. cetera de Turcis infra. Sequitur

GENERATIO XLV.

ANNO Domini 1220. Ludouico Bauariæ & Friderico Austriæ ducibus iâ pridem in discordia electis, adhuc de imperio concertantibus, sub Iohanne 22. Rom. pont. anno eius quarto incepit 45. generatio. Circa quæ tempora in Italia contentio ita creuit, vt nõ Ligures modò, sed tota Cisalpina Gallia studio partiũ scinderetur, ac Hetruria mox eundem motũ secuta, bella grauissima integraret. Admiscuit se quoquè his certaminibus Iohannes papa 22. q. cum regi Roberto suisq; faueret, litè antiquã contra fautores imperij renouauit. Facta tum est etiã magna liga Gibelinorum in Longobardia. exules tunc erant à Ianua Orientales & Spinolæ, factione Gibelina, cum suis sequacibus moram trahentibus in littore Ianuæ in possessionibus suis.

Præfuit eodem tẽpore Maphæus Vicecomes Mediolanensibus, cum quo & filijs eius & cum tota liga Lombardiæ partis imperialis & Gibelinæ, tractabãt hi exules. Erat tunc Canis Scaliger, cognomento Magnus, Veronæ sibi dominium vendicans, capitaneus: eodẽ modo Castrucius vir strenuus Lucensibus dominans de parte Gibelina: factumq; est vt Marcus Maphæi filius, cum magnis copijs Teutonicorum & Lombardorum

& cum exilibus Ianuënsibus Ianuam obsideret.

Tum Ianuenses habito cõmuni parlamento, concesserunt ciuitatis Ianuëni dominium & custodiam littoris eius Ioh. papæ & regi Roberto per annos decem, secundum certa capitula contra imperiales.

Ea de re Robertus rex Apuliæ venit Ianuã, sed rex Siciliae Fridericus & marchio Montisferrati, & plures domini in Lombardia zelantes partẽ imperij, contra steterunt. Et post multas vastationes atque conflictus, cum papa Ioh. 22. vnã cum Ecclesia, pluriès mandãssset Maphæo & filijs eius de Vicecomitibus Mediolani, vt recederet ab obsidione Ianuæ, cum dominium eius tũc spectaret ad Ecclesiam & Robertum regẽ: illi autem obedire recusarent, excusantes se, cum ad hoc mandatum non tenerentur, quia Ianua esset imperialis, non Ecclesiæ: demum processus fulminauit execrationis contra personas principales, et interdicto supposuit Mediolanũ, Placentiam, & alias vrbes Lombardiæ quas Vicecomes possidebat.

Insupèr ordinauit quòd Philippus Valesianus nepos regis Franciæ, vicarius Ecclesiæ, proficisceretur in Lombardiam, qui iuit cum multis comitibus & baronibus cõductus à Papa & rege Roberto. Papa etiã legatum misit cum exercitu valido. Veniens autem Philippus, castrametatus est inter Nouariam & Vercellas, maioresq; expectabat copias. Maphæus verò etsi tyrannicè, tamen cum filijs suis dominabatur Mediolani, Papiæ, Placentiæ, Cremonæ, Bergomi, Nouariæ, Vercellis, Dertonæ, Alexandriæ, is cum copijs Teutonicis & alijs econtra castrametatus, belli euentum cum hoste experiri tentauit.

Intereã Galeatius & Marcus filij Maphæi per medias tractauerunt personas cum Philippo, quòd parati essent super quæstionibus inter ipsos & Ecclesiam stare iudicio regis Franciæ, qui cernens periculum suum, quòd aduersa pars tum erat potentior, suscipit condiciones, & reuersus est ad sua finè honore: domum verò reuersus, prætendebat in sui excusationem, quòd nec

Turcia quæ olim Asia.

Caramanus? Afambecus.

Guelphorum & Gibelinorum dissidia.

Philippus Valesianus.

copiae, nec pecuniae iuxta constitutum fuissent missae, interea tamen durabat obsidio Ianuae.

ANNO autem 1322. Johannes 22. attendens quod Maphæus ac filij eius Vicecomites, ab obsidione Ianuae nec mandatis eius, nec censuris ecclesiasticis moti recederent, prædicari statuit crucem contra eos, tanquam contra hæreticos & persecutores Ecclesie, largiendo plenariam indulgentiam bellantibus contra illos. Sed & cum tractatu regis Roberti requisivit Fridericum ducem Austriæ, electum Germanorum regem, licet in lite, ut præstaret auxilium, promittens ei, quod si destinaret copias suas ex Alemania ad expellendos dictos rebelles Ecclesie & execratos, eum confirmare vellet imperatorem, & germanum eius clericum promovere in Archiepiscopum Moguntin. erant enim tunc Vicecomites cum Ludouico imperatore concordēs.

Attēd. Frid. Austriū à papa vocatū.

Fridericus vero ut audiuit promissa Papæ, misit quingentos bellatores validos in Lombardiā cum fratre suo Henrico. Superuenerunt & alij multi crucesignati ex Alemania, facientes numerum duorum millium equitum Teutonorum. Hoc animaduertens Maphæus, misit xij. viros ex Mediolano oratores ad Pontificium legatum, ut tractarent de cōcordia. Interea alios oratores misit ad Fridericum ducem Austriæ, declarās quomodo illud quod egerat, erat contra imperium & cōtra semetipsum, mittendo copias, quia hoc modo ecclesia & Robertus rex obtinerēt Mediolanū, tum & faciliē subijcerent sibi omnes Lombardiæ ciuitates, & omnes fideles imperij in Hetruria, propter quod nunquam spem habere posset intrandi Italiam pro corona imperij, obtuleruntque munera non modica.

Frid. copias in Italiam misit.

Adhæc Fridericus habito consilio suorum, acquieuit petitis: scripsitque fratri, ut occasione sumpta rediret in Alemaniā. Hæricus igitur noluit egredi cum Papalibus, nisi Brixia sibi prius in dominium traderetur. quod Brixien facere non potuerunt, quia vacante imperio, se tradiderant regi Roberto. Ex hoc indignatus, recessit cum omnibus copijs,

venitque Veronam, qui à Cane Scaligero honorificè est susceptus, & ex eo loco abiit in Alemaniā. deinde Fridericus ut excusaret se de habitu fratris, misit oratores ad legatum pont. ut saltem concordaret Ecclesiam & filios Maphæi, sed post habitos varios tractatus nihil egerunt, licet ob id treuge facte sunt.

Per id tempus Papa Iohannes treugas fecit inter Robertum regem Apuliæ & Fridericum regem Sicilia. Petebat autem Fridericus Rhegium urbem, & aliqua quæ acquiserat manu armata in Calabria, reposita in manus Papæ, sibi restitui, cum Papa de facto illa tradidisset regi Roberto. propter quod asserens se deceptum à Papa, & quia non fuit exauditus, diffidauit regem Robertum. Indignatus itaque papa, cum cardinalibus execrauit Fridericum, sed in contemptum huius, Fridericus coronam regni Siciliae filio suo primogenito Petro imposuit post eum.

Petrus Friderici filius.

Longum esset enarrare hoc in loco, per singulas vrbes Hetruriæ atque Lombardiæ, vnus ex* moenij quotiens Gibelinos Guelphi, atque Guelphos Gibelini eiiciunt, expellunt in exilium: taceo contra iusurandum, defectiones ac dominiorum mutationes ita frequentes, ut non sapientes, quales se videri volunt, sed stulti, re ipsa docente, immo potius insani inueniantur.

ANNO Domini 1323. in mense Septembri, Fridericus & Henricus duces Austriæ cum duobus millibus & ducentis galeatis, & quatuor millibus Hungarorum & gentiliū, missis à rege Hungariæ, & de Sueuia Lupoldus frater eorum cum octingentis galeatorum electis, duxerunt in superiorem Bauariam. Tardante autem Lupoldo, Ludouicus imperator cui aderant Iohannes rex Bohemiæ, & archiepiscopus Treuirensis cum mille quingentis galeatis & xxx. millibus peditum, Friderico occurrit. aderant etiam Burggrauus Norimbergens, duo comites de **Detingen**, multique alij comites & barones. Non detrectauit pugnam Fridericus, etsi Lupoldus frater cum suo exercitu nodum venisset. Concurrunt strenue acies, bellumque ab ortu solis vsque ad occasum fertur.

Congressus Ludouici & Friderici Cesar.

fertur continuatum, & ita asperum ac horridū fuit certamen, quod ultra quatuor millia equitum hincindē occisa sint. demū victor euasit Ludouic^o rex, & Fridericus rex & germanus eius Henricus capti sunt cum multis proceribus. dux autem Lupoldus hęc intelligens esse peracta, dolentē retrocessit, miratus multū quod rex Romanus in discordia captus, per suum aduersarium non fuit occisus.

Fridericus rex Austriæ dux, in castrū **Trinsneck** ducitur, in quo per tres annos carceri mancipat: frater ipsius Henricus dux regi Bohemiæ traditur. Lupoldus verò ut potuit, Ludouicū vexabat, & liberationem fratris quærebat.

Ludouicus rex cum Fridericum deuicisset, & in custodia teneret, à multis qui prius Friderico adheferant, receptus est. Tum etiā Galeatius Vicecomes regimen Mediolani à Ludouico recognouit. Interim autem Lupoldus ad Iohannem 22. recurrit, rege Franciæ cooperante, qui tum erat Carolus, vnus ex tribus fratribus superstes.

Vndē anno 1323. Ioh. Papa in publico consistorio Auinione protulit sententiam execrationis in Ludouicū Bavarum ex eo, quod miserat iam copias suas in adiutorium Galeatij & fratrum eius, qui tyrannicē dominabantur Mediolani, opponendo eidem Ludouico, quod non erat ei licitum uti officio imperatoris, quousquē erat confirmatus ab Ecclesia: deditque ei terminum trium mensium, infra quem renunciare deberet electioni de se factæ, & quod veniret personalitē, si vellet se excusare de eo, quod fauorem præstiterat hæreticis, schismaticis & rebellibus Ecclesiæ. Insup̄ priuauit omnes clericos, qui ei præstarent consilium, auxilium & fauorem.

Ludouicus autē rex habito consilio, appellauit ad ipsum Papam malē informatum, benē informādum, & etiā ad concilium generale quādō esset Romæ in sede Petri: misitque solennes oratores, qui se de prædictis excusarent, promittens Ecclesiæ non contrarium se fore. Postea verò Ludouico non comparente, papa execrauit eum, ac de hæresi cō-

demnauit, contra adhærentes durissimos processus fulminās, à quibus omnibus Ludouicus appellauit.

Isti processus, ut scribit frater Hermānus, qui tunc temporis vixit, à quibusdam strictissimē seruabantur, à multis verò inualidi reputabantur: quia dicuntur examinati à doctoribus vtriusque iuris, qui iudicabant eos penitus non valere. Immò Iohannem papam magni & multi theologi scientia & vita probati dogmatizabāt esse hæreticum, propter errores certos, quos tamen die obitus sui dicitur tepidē reuocasse, et successor suus Benedictus eos errores fertur publicē damnasse. At propter processus in Ludouicum, graue schisma ortū, quod durauit plūs quā xxx. annis.

ANNO Domini 1325. conuenerūt rex Franciæ & Lupoldus dux Austriæ, annuente papa Iohanne, qui hoc per nuncios suos egit, & diū tractauerūt de Franco promouendo in imperatorem, sed nil actum extitit. Tractabatur autē sæpē de liberatione Friderici, & impediebat liberationem eius, quod Lupoldus insignia imperij, lanceam scilicet & alia imperialia, noluit resignare. Exortus est indē clamor à suis, quod nollet fratrem liberare: quibus ipse motus, tradidit mediatoribus insignia, prædicens, quod etiā traditione facta frater non liberaretur, sicut & factum est. Ipse tamē Lupoldus Ludouicum adeo infestauit, quod tandem cū Friderico, quodā fratre Carthusiensi eorum confessione audiente, & ambos sacramēto communicāte, iuramentis interpositis atque pactis conuenerit, atque miserit eundē, quibus nō obstātibus, Lupoldus aduersari Ludouico non destitit, sed paulō post Spirenses vastans atque inquietans, & demdē reuersus Argentinam, insanire cepit, & ibidem diem extremum clausit.

De Friderico Austriæ liberato.

Lupoldi exitus.

Per idem tempus Florentini Carolum Roberti regis filium vocant, ac ciuitatis imperiū tradere ad tempus constituunt. erant enim in magno timore. sed & Iohannes papa 22. legatum in Hetruriam misit Iohannem Vrsinum cardinalem. Veniunt legatus & Carolus magna cum pompa Florentiam. His conterriti imperiales diuersæ

factionis, auctore Galeatio Vicecomite, Ludouicum imperatorem electum in Italiam euocare conati sunt.

ANNO verò Domini 1326. scripserunt senatores vr̄bis Romæ & Romani literas, quas miserunt per suos oratores Iohanni Papæ, supplicantes deuotius, deindè comminantes eidem, quatenus ipse ad vr̄bem se transferret ad residendum ibidem, sicut alij pontifices sancti prædecessores sui fecissent: alioquì Sedi Apostolicæ prout necessitas exegerit, & vniuersali Ecclesiæ expedièrit, de summo pontifice, loco & tempore congruis, quantum foret in eis, prouiderent. ad quæ scripta pontifex paucis respondit se excusando.

Eodem tẽpore senatores vr̄bis & Romani scripserunt Ludouico regi, quatenus dignaretur ad vr̄bem venire: quibus literis & nuncijs receptis gauisus est, & de aduentu suo certum dedit responsum, remissis nuncijs valdè contentis. Deindè Ludouicus rex mox Spiram vocauit principes ad tractandum de itinere, conclusitque de consilio eorum de tempore.

Ludouicus
Bauarus Italia
ingredit.

ANNO igitur Domini 1327. anno regni ei' xiiij. dispositis in Alemania bellicosis apparatusibus, iter assumpsit Italiã versus: ac superatis alpibus, Tridentum peruenit. Tridenti quoquẽ indicto conuentu, Mediolanensium, Mantuanorum, Veronensium, alijque ex Lombardia & Hetruria eius factionis principes conuenerunt, magnisque pollicitationibus effecerunt, vt Italiam peruadat, & Romam visitet. Igitur contractis copijs Tridento mouens, Brixiam primò, deindè Mediolanum peruenit, ibiq; in Ecclesia S. Ambrosij ab archiepiscopo Mediolanẽ, in festo Pentecostes cù Margarita vxore sua corona ferrea coronatus est.

Post coronationẽ longior mora fuit in comparandis pecunijs, quarum causa Galeatium ferũ ducatu spoliatum, id quod maximè improbatum est à plerisque Cæsari, quòd cuius opera in Italiam venerit, à quo summo cum honore Mediolani receptus sit, dominatu tamen eum spoliãrit, & in carcerem trufferit cum alijs Vicecomitibus, imposito

Mediolanẽ nouo præside ex sua gente, & xxiiij. ciuibus in consilio adiuctis, qui rempub. administrarent. Exegit deindè grandem pecuniam. Ipse tamẽ Ludouicus postea Castrucij precibus motus, Vicecomites omnes incolumes dimisit, dum Lucæ essent, vbi imperator à Lucensibus magna cù benignitate susceptus est. antè tamẽ Pisas obsidione cingens, pactione ingressus fuerat. Indè verò Luca abiens, comitante eum cù mille & quingentis equitibus Castrucio, Romam proficiscitur.

Romani tum aduentante Ludouico, seditione grauissima vexabatur, & præualebat factio regis pontifici contraria. vndè veniens, à Romano clero & venerabilibus senatoribus occursum laudabili & populo gaudente cum magno apparatu receptus est, ibique rex atq; regina 17. die mensis Ianuarij Dominica qua cantatur, Omnis terra, ex parte totius Rom. populi, iussuque cleri, apud ædes Lateranẽ à Stephano Columna sunt coronati. Prætenderant enim vr̄bi hoc eis competere, papa etiã nolente, præsertim cùm senatores prius papã requisissent, vt ad vr̄bem veniens resideret.

Coronatus imperator consilio senatus, vt Iacobus scribit, creauit papã Petrum de Corbaria, fratrem ordinis Minorum ex Reatino agro oriundum, hominem humili loco natum, sed doctũ, & ad res agẽdas aptissimum. Habuit hic primò vxorem, qua renuente ac reclamante, religionem S. Francisci suscepit. Creatus itaque pseudopontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his qui cum eo aderant, vt verus Christi vicarius consalutatur. creauit is quoquẽ cardinales & episcopos.

ANNO Domini 1328. dum in vr̄be manet Ludouicus, imperatrix peperit puerum masculum, quem princeps nominauit Ludouicum Romanum, eò quod in vr̄be Roma natus esset. Voluit autem Ludouicus præmissis tractatu cum rege Sicilia, Apuliam terram Roberti regis ingredi, ferturque quòd Robertus collectis omnibus bonis, terram relinquere statuerit, & in prouinciam se transferre, si Cæsar accelerasset iter: sed quasi ociosus

Motus L. gob. Lud. compo.

Lud. Agg. sus. Rom. coronat.

Antipap.

ociosus terebat tēpus in vrbe, itā vt in-
tereā Castrucius alijque partis suæ abi-
re, & se aduersus factionē alterā Guel-
phorum defendere coacti sint. Ludo-
uicus itaq; frustra tentato contra re-
gem Robertum progressu, tandē deli-
berat abire & sibi prospicere.

ANNO igitur salutis 1329. Ludo-
uicus imperator ab vrbe diuertere vo-
lens, præstitisse fertur iuramētum sena-
toribus vrbs, quod sedatis in Germa-
nia motibus, quorū gratia abiērat, re-
uerteretur: & ob hoc senatores duos ex
suis venerabiles viros, qui principem se-
querentur, elegerunt. Egressus est ergo
vrbe cum exercitu per Perusinum agrū,
venitq; Aretium, indē paratus Florenti-
am ducere. Intereā Castrucius Pistori-
um amiserat: & rursū recuperauerat,
quem tamen paulò post mors oppressit.

Obijt eodem ferē tempore Galeati-
us Vicecomes. post hæc Ludouicus Pi-
sas aduenit, atque cum gratulatione
maxima est à ciuib⁹ receptus: filijs quo-
quē Castrucij Luca pulsus, adueniens
præfidem imposuit, quo tempore Ca-
rolus Roberti filius mortuus diceba-
tur.

Relicto itaque Pisis antipapa Nico-
lao, Ludouicus abiit in Germaniā. In-
terim Nicolaus recognouit errorem su-
um, quem Bonifacius Pisanus comes,
rem gratam Iohāni pontifici facturū,
Aunionem perducit, & abiurata hære-
si ac schismate, in perpetuum carcerem
deputatus est.

ANNO eodem, Philippus Valesi-
us Caroli Valesij comitis quondam fi-
lius, qui erat frater regis Franciæ, post
mortem trium regum, Ludouici, Phi-
lippi & Caroli fratrum, regnare cœpit
in Frācia, & 22. annis regnavit. Ex quo
infinita mala sunt secuta. nam Eduar-
dus rex Angliæ proximior ex matre Isa-
bele, dicebat regnum ad se spectare, de
quo dicitur infra.

Hoc eodem anno Philippo Franco-
rum rege instante, Iohannes pontifex
generalem in Saracenos Hierosoly-
mam tenentes expeditionem sacrosan-
cto de more decreto edixit, Philippusq;
eius expeditionis dux declaratus est, cui
pontifex fructuum regni Franciæ ec-

clesiasticorum decimam partem ea re-
seruauit ratione, vt expeditionis impē-
dio sufficere posset. sed & sibi pontifex
cæterorum orbis Christiani fructuum
ecclesiasticorum decimam paritèr por-
tionem voluit reseruari.

ANNO 1330. post egressum Ludo-
uici de Italia, Iohannes rex Bohemiæ
cum consensu Cæsaris ingreditur Ita-
liam. Cœperant obsidere tum Lucam
Florentini, at Iohannes rex à Brixianis
domestica seditione aduocatus est. Et
deindē Parmam, Rhegium & Mutinam
sese vtrò dedentes accepit. ad hunc Lu-
censes mittunt oratores, quibus opem
ferre pollicitus est. quare scribit Florē-
tini Lucā sui iuris esse, postulatq; ob-
sisionem dissolui. Quod cum negatum
sibi fuit, contractis copijs contra Flo-
rentinos ducit. at vbi appropinquare
præfectus regis nunciatus est cū copijs,
obmissa obsidione recedunt. Tum Io-
hannes rex successorem se imperatoris
ac pacificatorem Italiæ scribens, Papæ
& Imperatori complacere cupiens, am-
bobus displicere cœpit.

At legatus Bononiē* Ostiē, licet
Parmā, Mutinam ac Rhegium pro ec-
clesia sollicitasset, tamen non indignè
ferebat, quod sese Iohanni Bohemo de-
derunt, quod etiā conscio Iohanne
pontifice factum apparuit, cū is Bo-
hemo regi nulla in re postea fuerit ad-
uersatus: mutataque est exindē rerum
in Italia conditio, vt quibus pontifex
Rom. rexque Bohemus aduersarentur,
eosdemque Robertus rex & Florenti-
ni fouerent, qui ex tota Lombardia
multos attraxerant in socios, in quos
omnes pontifex Romanus censuras ec-
clesiæ promulgauit, ex quo etiā rex
Iohannes Carolo filio cum copijs Par-
mæ, Rhegij & Mutinæ urbium custodię
relictō, in Germaniam se contulit, ma-
iores copias contracturus.

ANNO Domini 1331. Ludouicus
imperator in Germaniā reuersus, iuit in
Bauariam, deindē sequenti anno collo-
quiū principum in Norinberga habuit,
deindē Spiram venit, & senatores de vr-
be cum eo, qui ibi stabant, tædio affecti,
& sollicitantes principem de reuersione
ad urbem, vt pollicitus fuerat. Quibus
respon-

Ioh. rex Bo-
hemus va-
stat Italiam.

respondit, quòd ipsi duo possent reuer-
ti cum bona pace, quia nondùm dispo-
situs esset ad regressum, neque imperij
negocia disposuisset, prout ad oculù vi-
derent, petebatque ut ipsum apud vrbi-
cos haberent excusatum, qui licetia ha-
bita abièrunt.

Tum & Máturæ dominatus in Gon-
zagarum familiam venit, & in domum
Austriæ Carinthiæ ducatus: quod ma-
teriam grauibus insidijs dedit inter regè
Bohemix Iohannem & Ludouicù Cæ-
sarem. volebat Bohemus filium Iohan-
nem ducatus Carinthiæ præfici quasi
hæredem. Nam duos habuit filios, Ca-
rolum Morauix marchionem, cui vxor
erat Franci Philippi soror, & Iohánem,
qui habuit vxorem Margaritam filiam
ducis Carinthij Henrici. ad hæc specta-
re ducatus aiebat, mortuo Henrico Ca-
rinthio sinè masculino hærede. Sed Lu-
douicus Cæsar ducatum Carinthiæ ti-
tulis Austrijs adscripsit, fore ratus im-
perio obsequetiores Carinthios, si Au-
strix ducibus parerent.

Hinc Iohannes rex Bohemix perse-
qui cœpit Ludouicum, & factionibus
quibusdam impedire. Verùm & filio Ioh-
anni Bohemo comitatus Tirolis ces-
sit, quem iste Henricus Carinthius ha-
buerat, eò postea deiectus est dolo vxor-
is Margaritæ, quæ in Bauari Cæsaris
gratiam, Ludouicum marchionè Bran-
denburgensem in accipiendo comitatu
Tirolis iuuit, ei que nupsit, relicto Ioh-
anne Bohemo per diuortium. Quem
comitatum Brandenburgensis Ludou-
icus posthac Austrijo Alberto, uti dice-
mus, commendauit.

ANNO Domini 1334. Iohânes pon-
tifex Ro. è vita migravit Auinione. re-
liquit autem in thesauris ingentem vim
auri & argenti, milliès viginti quinque
millia aureorum. Hic Iohânes Papa ali-
quandò interrogatus*, qui foret à veri-
tate* remotus, respondit: Vulgi senten-
tia. nam quidquid laudat, vituperio di-
gnum est: quidquid cogitat, vanum:
quidquid loquitur, falsum: quidquid
improbat, bonum: quidquid extollit,
infame est.

ANNO deindè salutis nostræ 1335.
Iohanne 22. defuncto, successit in sede

Petri Benedictus xij. infimæ cõditionis
in seculo, sed moribus ac sciëtia clarus,
seditq; annos septem. Fuit autem patria
Tolosanus, Iacobus antea vocatus, S.
Priscæ presbyter cardinalis ordinis Ci-
sterciën. coronatus verò, statim pro re-
formatione Ecclesiæ S. Petri in vrbem
misit quinquaginta millia florenorum.

Circa initia pontificatus Benedicti
xij. Philippus rex Francorum nonnul-
la contra Ecclesiæ libertatem conatus
est, id quod probis illorum constat hi-
storijs, & sunt qui dicunt voluisse re-
gem, ut Italiæ præficeretur, & postulã-
se quasdam decimarum partes in Hie-
rosolymitanæ expeditionis sumptus.
Quæ cum pontifex accepisset, territus
ad Ludouicum Bauarum Rom. impera-
torem confugere statuit. quare is ami-
corum literis hortatus, sinè mora papæ
& cardinalibus oratores solennes de-
stinavit.

Erant autem oratores, duo comites
de *Detingen*, & Rudolphus prepositus
Augusten ac Marcouardus de *Xandee*
canonicus Bâbergen, & protonotarius
principis magister Hêricus. & petito in
publico cõsistorio per dictum Marco-
uardum ex parte principis absolutio-
nis & restitutionis beneficio, Papa gratio-
sum dedit responsum, se ac fratres suos
curatù ire, quòd nobilis iste ramus Ec-
clesiæ, qui iam ab arbore separari cœpe-
rat, eidem arbori redintegraretur. addi-
dit quoque se plurimùm gratulari, cõ-
mendans Alemaniam & dominum Lu-
douicum, quem nobiliorem mundi di-
cebat.

Conquerente verò Papa, Italiam per
tyrannos, ac terram sanctam per Sara-
cenos propter imperatoris carentiã mul-
ta perpeti, sperabant oratores post tam
benignum põtificis responsum, absolu-
tionem impetrãsse. Verùm rex Franciæ
& Rupertus rex Apuliæ omnia pertur-
babant, à quibus iam missi aderant duo
archiepiscopi, duo comites, proponen-
tes Papam cauere debere, nè fautor he-
reticorum dicatur. Ad quos Benedi-
ctus: Voluntne domini vestri quòd nõ
sit imperium? Non, inquit, sancte pa-
ter cõtra imperium loquimur, sed con-
tra personam Ludouici damnatam, ad-
ijcien-

Carinthia
Austrijs da-
ta.

De comita-
tu Tirolis.

*Quid
*remotius

Benedictus
xij. papa.

Lud. ingra-
tiam recipi-
petit.

Ated
kregi
anar
nolan

ijcientes qualia contra Ecclesiam fecit. Quibus papa: Immò nos fecimus contra eum. ipse enim cum baculo venisset ad pedes prædecessoris nostri, si voluisset ipsum in gratiam recipere: & quod fecit, prouocatus fecit. Verùm papa nihil profecit. Nec multò post rex Franciæ in terra sua bona & redditus cardinalium interdixit.

Scripserunt etiã illis diebus Iohannes rex Bohemiæ & Henricus dux Bavarix gener eius, quòd de auxilio Hungariæ & Cracouię regum, vellent constituere regem Rom. & sic Cardinales papam pro tunc ab absolutione principis retraxerunt, acceptoque responso suspensiuo, oratores Cæsaris redierunt ad sua.

ANNO Domini 1336. reuersis oratoribus, Ludouicus imperator conuocauit principes ad Spiram: Conueneruntq; archiepiscopus Moguntiñ, Henricus de **Biernberg**, Argentinenñ, Augustenñ, Eichstetenñ, Curienñ, & quidam alij Moguntinenñ prouinciæ episcopi. Hii miserunt oratores ad papam pro absolutione principis impetranda. Quos cum papa Benedictus benignè recepisset, (erant enim viri insignes Gerlacus comes de **Nassau** & episcopus Curienñ.) manè diei sequentis Papa quasi flens illis conquerebatur, quòd principi Ludouico esset inclinatus: sed rex Franciæ sibi scripserit, si eum sinè eius voluntate absolueret, peiora expectare deberet, quàm Bonifacius accepisset. hoc responso accepto, intelligentes simul quòd iter eorum tutum non fuerat, ad rogatum Papæ per Delphinum vsq; ad Lauisanam perduci sunt salui.

ANNO 1337. in die S. Georgij Eduardus rex Anglię, conuocatis principibus ac baronibus, dominabusque regni ad spectaculum, vbi inter delicias propositum fuit per vnã ex dominabus, quo modo regnum Franciæ quod occuparet Philippus Valesianus, spectaret hæreditario iure ad dominum Eduardum regem suum: subintulit ea, magnam esse regis & suorum vecordiã, quòd tantum regnum non vendicaret. Erat autem res subornata per dominum Robertum de Artoys sororiũ regis Phi-

lippi, qui Philippus iam pridem indignatus erat contra Robertum, ita quòd ipse Robertus aufugit Hannoniam ad ducem, propter quòd rex vxorem & liberos Roberti detinuit, ac ducem Hannoniæ diffidauit.

Iste Robertus venit ad Eduardum regem Angliæ, suadens ei vt regnum sibi debitum vendicaret, cum Isabela mater ipsius fuisset Philippi quòsdam regis Francorum filia, & Caroli vltimi regis soror, Philippus verò Valesius patruelis ipsius. Propositione autem facta, in illo die tyrones persuasi per Robertum, suadederunt vota dominabus, quòd nunquam desisterent donèc Franciæ regnũ animo illud quærendi intrassent.

Missi sunt euestigiò milites ad ducem Hannoniæ, qui consultus multum diffusasit. Sciebat enim quòd mortuo Carolo vltimo rege, pares Franciæ elegerunt Philippum de Valois, obmissis Isabela & rege Eduardo, asserentes Carolum morientem commisisse, vt iudicio Paritum eligeretur idoneus in regem, & quòd postea Philippus vocauit regem Eduardũ vt veniret, & Aquitaniæ ducatum ab eo recognosceret: venisseque Eduardum ad Ambiensẽ ciuitatem, vbi Philippus rex erat, associatis regibus Bohemiæ, Nauarræ & Maioricarum, quo in loco rex Eduardus homagium fecerat regi Philippo ratione ducatus Aquitaniæ, quanquam in iuramento addiderit, se iurare iuxta formam ad quam teneri reperiretur, quòd tamen postea dicitur literis firmasse. Nihilominus dux Hannoniæ magis fauens Eduardo, dixit cõsulendos ducem Brabantix & nonnullos alios.

Venerunt iam dicti milites ipsorum aliqui cum vno oculo, alij aliter, ad ducem Brabantix, episcopũ Leodiensẽ, archiepiscopum Colonienñ, ducem Geleriæ, marchionem Iuliacensẽ, & ceteros à quibus reportarunt votium responsum. Cùm autem plerique ex eis essent vasalli regis Franciæ, putabant id non posse fieri cum honore, idè inuenta est via, quòd rex Angliæ fieret vicarius imperij, cui essent omnes tanquam ligij subiecti. Ecce rex Anglię medio

Regnũ Frã.
Eduardus
infectat.

dio quorundam venit ad imperatorem in villa *Xens* super Rhenum, ubi homagio ab eo recepto, imperator regem Anglię generalē vicarium imperij per Germaniam deputavit. Restabant adhuc Flandrēses rebus accōmodi, qui omnino negauerunt metu pœnæ consentire per Ecclesiam illis impositā, vt si minùs grata regi vnquàm facerent, pœnæ execrationis & ducētorum millium florenorum subiacerent. vndè consilio cuiusdam inuentum est, vt rex Anglię reciperet titulum regis Francię, & postea illis tanquàm rex Francię præciperet: quod & factum est.

Ludouici
ad Francum
scripta.

His peractis, scripsit Ludouicus imperator regi Francię, quem Philippum de Valois nominavit, quod ab occupatione terrarum imperij desisteret, ac fidei imperio Eduardo regi Anglię super querelis suis iustitiam faceret corā ipso. alioquē cū ipse Philippus feuda quę teneret, ab imperio non recognouisset, nec homagium sibi fecisset, regi Anglię assistere vellet, ad quod etiā ipsum diffidaret. Quo postmodum diffidato, præmissi omnes principes regi Anglię sunt colligati, de qua diffidatione papa Benedictus erat benè contētus, vt scribit Iacobus Moguntinus.

Deindè inter hos reges varij habiti sunt apparatus anno Domini 1337. rex Anglię cum omnibus principibus dictis ac Flandrēn copias contrahens, Ludouico imperatori pecuniā promissam aliquot diebus post terminum statutū in oppido *Frācosurt* destinavit, desiderās eum secum in propria persona transitarum. Princeps autē præ tendens lapsum terminum, infra quem iuxta pacta non fuit pecunia missa, remisit eādē pecuniam. Nam & à suis etiā, quod nō deceret Rom. imperatorem ab aliquo stipendium recipere, fuit informatus, præ tendens etiā quod nō solūm cū quingentis galeatis, vt rex petiuerat, sed cum duobus millibus in expen. regis iuxta conuenta asseruīt se, prout etiā imperatorem deceret, venturum.

At interim Ludouicus rebus suis intentus, nihil Angli causa egit, paulopōst dum sibi mutuò rex Anglię atq; Francię occurrere parant, relicta comitis

Hollandię, soror regis Frācię, monialis, treugas ad triēnium inter eos impetrauit. Aquitania Eduardo restituitur, & Flandrēn reconciliantur.

Rex Francię Philippus, vt auerteret Ludouicum, misit solennes nuncios imperatrici filiæ sororis suæ, quæ cunquæ ea fuit, vocans eam dominam Alemanię: petiuitque vt sibi imperatorem pacificaret, multa promittens. Qua interueniente, hincindè principes oratores suos mittebant. tandē contracta est inter eos liga perpetua, literis & iuramentis firmata, iurauitque rex Francię, quod Ludouicum cum Apostolico vellet concordare, & sic Ludouicus deinceps per regnum Francię imperator scriptus est & nominatus.

Quo facto, Ludouicus regem Anglię absoluit à vicariatu imperij, & extunc ipse Ludouicus prosperitatē nunquàm habuit, & rex Francię qui corporale præstiterat iuramentum, quod eum papæ reconciliaret, nihil fecit. Hęc Iacobus Moguntiñ.

Postea misit imperator oratores ad regem Francię, qui suos quosque oratores vnà cum imperialibus ad Benedictum destinavit, petentes reconciliari imperatorem: quibus papa respondisse fertur, Nunquid Ludouicum ad arbitrium regis nunc hæreticum, nunc verò Christianissimum habere deberet? & protracto varijs tractatibus negotio, Francus (vt credebatur) quod noluit, simulauit se velle: Benedictus verò papa quod voluit, simulauit se nolle. * vtique nil actum fuit.

A N N O deindè salutis nostræ 1338. die octauo mensis Augusti, Ludouicus imperator in *Frācosurt* vocata solenni curia, decretum quoddam de consilio quorundam fratrum Minorum, sub sigillo suo contra processum quondam Iohannis papę promulgauit. Incipit autem:

Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, vniuersis & singulis regib; Christianorum, ac patriarchis, archiepiscopis, episcopis, presbyteris, quocunq; honoris præfulgeant culmine, & cæteris ecclesiarum prælatis, necnon secularibus prin-

Concordia
Ludouici &
Frāci regis.

principibus, marchionibus, ducibus, comitibus, baronibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, iudicibus, puincialibus ciuitatum, terrarum Romano imperio subiectarum, & ipsarum cuiuslibet incolis & habitatoribus, ac omnibus & singulis Christi fidelibus tam Ecclesiasticis quam secularibus, gratiam suam & omne bonum:

Fidem catholicam, quam sancta mater Ecclesia docet & tenet, firmiter credentes, fideliter confitentes, & ipsius Ecclesie Doctrinam in sacris canonibus traditam sequi volentes, quibusdam allegationibus, impugnationibus & oppositionibus, quae contra nos & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis imperialis, & contra imperialem auctoritatem & dignitatem opponuntur, ne simplicium corda possint inficere, duximus in his scriptis respondendum.

In primis contra nos & imperialem auctoritatem, dignitatem, potestatem, & ius imperij allegatur, quod potestas & auctoritas imperialis est à Papa, & electus in regem Ro. ex sola electione non est nec dici potest verus imperator, nec habet potestatem iurisdictionis, & antequam inungatur, consecratur & coronetur, Papa in temporalibus etiam habet plenitudinem potestatis.

Ad quod respondemus, hanc oppositionem sacris canonibus, iuri ac rationi obuiare, sicut expressè patet in c. cum ad verum, &c. Si imperator 96. dist. vbi habetur, quod nec imperator iura pontificatus, nec pontifex iura imperij sibi usurpare debet. vbi glo. dicit, quod istae potestates sunt distinctae, & quod neutra dependet ab altera. Imperator enim non habet imperium à Papa, sed à solo Deo, 93. dist. c. legimus, vbi tex. quod exercitus facit imperatorem. Et glo. ibi dicit eum verum imperatorem, antequam à Papa confirmatur, probatur idè in c. Quonia. x. di. quem tex. ponit in longum. Infert quod papa non habet vtrunq; gladium: alioqui si imperium haberetur à Papa, in temporalibus ad Papam posset appellari, quod prohibet Alexander papa, dicens illa temporalia habere suam iurisdictionem, de appel. Si duobus. c. Cau-

sam hi quæ. si. sunt le. ibi glo. facit, & tex. in c. quo iure, 8. dist. & c. Nouit. de iudi. ex quibus concludit, quod potestas imperialis est immediatè à Deo, & imperator ex sola electione, antequam inungatur aut coronetur, habet potestatem imperialem, nec Papa habet in temporalibus dictam potestatis plenitudinem.

Secundò obijcitur nobis, quod Ioh. 22. per suos processus cassauit ac annullauit electionem de nobis factam, & nos postea administrare non potuisse iura imperij, sed administratio ad ipsum papam pertinebat de iure: quæ omnia sunt contra iura imperij, & contra iura & libertates eorum, ad quos vacante impio pertinet electio, & contra iura ac libertates principum Alemanie & subditorum imperij, contra consuetudines ab antiquo rónabiliter introductas. Insuper per processus suos, bullas aut literas, quas dicitur per mundum direxisse, in quibus asserit se totam Italiã ab imperio & regno Alemanie separasse. insinuãs quod papa est dominus vniuersalis, nõ solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus: ad quæ omnia duximus respondendum, Quod dicti omnes sui processus, assertiones & literæ, & circa prædicta gesta, sunt atq; fuerunt nulli & nulla, nulli roboris vel momenti, rationibus infra scriptis.

Prima ratio, quod Papa quantumcunque legitimus, talem potestatem in temporalibus, maximè super iura imperij, non habeat, clarè determinant iura suprã allegata. Vndè quicquid dictus Ioh. 22. fecit in prædictis, tanquam à nõ suo iudice factum, nullius fuit roboris vel momenti. 2. q. i. c. in primis, de iudi. at si clerici cum similibus.

Secunda ratio, ex eo quod dicti processus, immò veriùs excessus, contra nos & in præiudicium enorme nostri & illorum qui nos elegerunt, & aliorum principum Alemanie, ac totius imperij, ex notoriè falsis causis, & nullo iuris ordine seruato, nobis & alijs quorum intererat absentibus, & nullo modo legitime citatis, emanarunt: sunt idcirco inualidi, nulli, nulli roboris vel momenti. 3. q. 9. p. totum. vbi dicitur quod omnia quæ contra absentes in omni negotio aut loco aguntur, irrita erunt, nec aliquam obtinent firmitatem.

KK Non

de processu
Io. 22. contra
Ludouicũ.

Ludouici
Caesaris ad
uersus pon-
tificis bulla.

In Imper.
non confu-
tionem
Papa iura

Non obstat autem, si dicatur dictus Iohannes Auinione existens cum sua curia, per literas quas dicitur ad fores Ecclesie publicasse et absentes citasse, quoniam talis citatio in simili negotio est nulla, nec dicenda legitima, rationibus infrascriptis:

Prima, quia secundum iura, ad hoc ut citatio dicatur legitima, necesse est quod citandus personaliter citetur, si inuenitur, aut publicetur ad domum: alias contra ipsum non potest procedi: probatur 4. q. 5. c. quisquis de do. & contu. causam, de cle. non re. ex tuæ. cum vulgaris iuribus.

Secunda ratio, quia ad hoc ut citatio ardeat ad veniendum, necesse est ut assignetur citato terminus et locus ad comparandum securus, prout probatur c. ex parte, de app. 3. q. 9. hortamur, ut lit. non cont. accedens. ff. de iudi. Si locum. Sed notorium est, quod dictus Iohannes tam nos quam nostri imperij fideles & amicos odio capitali & etiam hostili exercitu persecutus est. Ciuitas verò Auinioneñ, & ipse Papa ac dominus ciuitatis, nos & Romanum imperium habebat odio ex antiquo. Quare desiperet qui diceret talē citationē aliquo modo fuisse canonicā, immò irrita fuit & nulla.

Tertia ratio, quia nullus in propria causa debet esse iudex, vel ius sibi dicere, 23. q. 4. inter querelas. C. nē quis in propria causa in rubro & nigro. Sed notorium est, quod dictus Ioh. contendebat se etiam in temporalibus, & in nos ac in totum imperium habere plenitudinē potestatis. Et quod contra nos ac iura imperij de facto mouebat, & iura imperij usurpare conabatur, & ut hostis persequi curabat. Vnde & contra eum tanquam aduersarium & hostem nostrum & imperij pro defensione nostra & fidelium nostrorum appellauimus ad futurum generale concilium, in loco tuto & securo celebrandum, igitur &c.

Tertio obijcitur contra nos, quod dictus Ioh. 22. tam in nos quam in omnes sequaces & fideles nostros, habentes & tenentes nos pro imperatore vero & legitimo, & nobis tanquam imperatori reuerentiam exhibentes, & in omnes admittentes nos ad diuina seu participantes no-

biscum &c. fulminauit execrationis sententias, & interdictum in vniuersitates. Et dicitur, quod sententia pastoris siue sit iusta, siue iniusta, seruanda est & reuocanda. Ad quæ respondemus, quod secundum sacros canones sententię & processus huiusmodi fuerunt & sunt nulli, & nullius momenti: quod probatur rationibus:

Prima ratio, certum est quod cum platus ecclesie in suo mandato excedit formam & potestatem à sacris canonibus sibi traditam, in contrarium facientes non incurrunt sententias &c. probatur per c. Cum ad quorundam, de excess. prela. Nam sacri canones & Ecclesia prohibent ea, & non concedunt Papæ ius imperij & potestatem in temporalibus. Sed Ioh. 22. ius & potestatem imperij sibi usurpare nitentur, ergo &c. Et hic est vnus ex casibus, in quibus execrationis sententia non est aliquatenus timenda nec obseruanda.

Secunda ratio, certum est de iure, ubi error est expressus in sententia vel mandato, sententia est ipso iure nulla: puta precipit subdito, ut non obediat suo superiori, vel precipit aliquid contra Deum, vel contra sacram scripturam, pro quo xj. q. 3. Si is qui cum duobus. Et idem est, ubicunque sententia est ipso iure nulla, probatur in c. per tuas. de sen. exc. de pcur. in nostra presentia. cum si. Sed manifestum est, quod dictus Iohannes mandauit ut non obediat nobis, cui omnes subiecti impio, obedire et reuerentiam exhibere secundum diuina & humana iura debent. Et quod hoc fecit, volendo sibi ius impij in temporalibus usurpare, quod est contra Deum et omnem iustitiam, ergo &c.

Tertia ratio, manifestum est quando sententia execrationis vel interdicti fertur post appellationem legitimam, quod tunc est nulla, nec timenda, nec obseruanda: probatur de off. dele. cum abbas. de sen. ex. per tuas. & in glo. Sed manifestum est, quod nos contra dictum Iohannem & processum eius contra Deum & iustitiam in nos fulminatos, appellauimus ad futurum generale concilium, & ad sanctam catholicam ecclesiam, quæ appellatio fuit ad ipsius Iohannis notitiam deducta, prout constat legitime, & quod ipse

postea contra dicta appellationem promulgauit contra nos, fideles nostros, & nobis consilium, fauorem aut auxilium praestantes, ergo &c.

Nec obstat si dicitur, quod papa non habet superiorem, & sic non ab ipso appellari, quoniam manifestum est secundum doctrinam catholicam, quod Papa ubi de fide agitur, subest concilijs, 16. di. sicut in tex. & in glo. 27. q. 2. sunt quida 19. di. Anastasius 40. di. Si papa. Idem ubi de iure diuino agitur, Concilium est supra Papam, iuribus alleg. Cum autem pro defensione iuris imperij, quod a iure diuino & fide catholica pedet, appellauerim, sequitur quod appellatio nostra interposita fuit ad superiorem, i. ad concilium generale contra aduersantes nobis, & nos ac imperium & fidem catholicam, quam sancta Ro tenet Ecclesia, impugnantes.

Quamobrem de concilio ac consensu praelatorum omnium & principum Alemannie congregatorum in oppido nostro **Francofurt**, denunciamus & decernimus processus huiusmodi nullos esse, & nullius roboris aut momenti. Ac vniuersis & singulis sub nostro degentibus imperio, cuiuscunque status & conditionis fuerint, districtè praecipimus & mandamus, quatenus nulla singularis persona aut comunitas dictas sententias execrationis aut interdicti praesumant obseruare. Quicumque autem contra fecerit, eos omnibus feudis quae tenent ab imperio, & omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus & emunitatibus priuamus. In quorum omnium testimonium praesentes literas fieri fecimus, & nostrae imperialis maiestatis bulla iussimus communi. Dat. in oppido **Francofurt**, praefatis placis ac principibus ibidem nobis assistentibus, die 8. mensis Augusti, anno domini 1338. Indictione 6. regni nostri anno 24. Imperij verò xj.

Ex his & alijs supra positis magna turbatio secuta est per imperium & partes Alemanniae, maximè autem Sueviae in comitatu Vuirtembergensi. Nam post publicationem huiusmodi processuum, die sequenti fecit Praedicatorum in **Frackfurt** expelli: manserunt tamen aliqui mandata imperatoris obseruantes. Spi-

ram postea veniens imperator, praedicatorum tertia iam vice expulit. Et ego meminisse me legisse, quod comes quidam de **Wirtemberg** mandato imperatoris in oppido **Xuilingen** die constituto fecerit preconizari, vt qui interdictum seruare vellent, expellerentur. Et quod Iudaeis qui exosi fuerant quibusdam, sicut caeteris hominibus, victualia & alia necessaria vedebantur: ita permixta fuerunt omnia.

Circa tempus istud floruit Dantes ^{Dantes} Florentinus poeta, qui inter caetera composuit librum de monarchia, ubi vult probare monarchiam esse in imperio Ro. & rege Rom. quod nullam dependentiam habeat a Papa, sed a solo DEO, nisi in spiritualibus. & in hoc, vt refert Antoninus in 3. parte ti. 21. c. 5. §. 2. errauit. Quae errorem, secundum ipsum, magis diffusè profecutus est Okam ^{Okam} ordinis Minorum, quasi ad nihilum deducens potestatem Papae & praelatorum in temporali dominio. Quamobrem multi viri doctissimi tunc Quaestiones disputabant de potestate Ecclesiastica. Et Bar. dicit in l. i. ff. de requi. re. Dantem propter illam opinionem quasi fuisse heresi damnatum.

ANNO Domini millesimo trecentesimo trigessimono, publicata constitutione Cle. 5. Ex graui. de vsuris Iudaei multum fuerunt inquietati, quia conueniebantur in iudicio super restitutione vsurarum: & nisi essent sorte contenti, ac vsuras restituerent, fideiussores iudicialiter absoluebantur, instrumenta & obligationes super vsuris dandis cassabantur. Fuerat magna discordia inter aliquos magnates pro defensione Iudeorum, ita vt tandem Emicho episcopus Spirensis prohibuerit, ne deinceps Iudaei pro vsuris inquietarentur.

Circa haec tempora in ciuitate Mentensi solennis curia habebatur, a principibus fiebant torneamenta, hastiludia ac parlameta. ibi Vlricus comes de **Wirtemberg** honorifice tenebatur, quem ^{De Vdalrico Vuirtemberg. com.} redeuntem iuxta oppidum **Bonsfeld** per insidias, miles de **Vinsting** captiuauit, nil tale metuentem, neque diffidatum, eudemque alijs dimissis captiuum ad partes suas duxit, ubi comes pro liberatione

sua centies mille marcas argenti persoluit.

ANNO Domini 1338. cum iam pontifex Senatui populoq; Romano persuasisset, vt senatoriam dignitatem suis & ecclesie auspicijs administrarent, & Stephanum Columnensem postea ad se Auinionem vocasset, Vrsus Angularia comes, Stephani Columnen collegæ, Franciscum Petrarcham virum eloquentissimum, maximè autem rhythmis vulgaribus, corona poetica in Capitolio donauit.

Franc. Petrarca.

Pontifex eodem tempore veritus, nè vacante imperio Italia ab aliquo externo hoste inuaderetur, Luchinum vicecomitem Iohannemq; eius fratrem archiepiscopum Mediolanensem, Mediolani aliarumq; urbium quas possidebant, vicarios instituit. Eandem quoque potestatem Mascino Scalæ Veronæ ac Vincetiæ, Philippo Gonzagæ Mantuæ & Regij, Estensi Ferrariæ ac Mutinæ, Albertino Patauij, suo iure (vt ipse dicebat) tribuit, q; vacante imperio, omnis eius potestas in pontificem recidat. Ludouicum enim impatorem, pro nullo ducebat. moritur aut potificatus sui anno 7. mense 3.

Clemens 6. papa.

ANNO Domini 1342. Benedicto vita functo, Clemens 6. cathedram Petri ascendit, sedit annos penè xj. Hic Clemens iubileum quem Bonifacius 8. anno 1300. celebrauit, & de centenariio in centenarium declarauit obseruandum, reduxit ad numerum quinquagenarium, & publicari fecit per orbem, et licet curia tunc esset Auinione, tamen in vrbe posita est indulgentia.

Hic pontifex accepta dignitate sacra, vt ante semper in sensus Ludouico Bauaro Casari, modò in gratiam Franci regis Excommunicationis sententiam in Bauarum latam confirmat. & vt eius viribus obicem opponeret in Italia, Vicecomitum dominatum confirmauit, vt Ludouico, siquid rei noue oriretur, resisterent: reliquos duces tumultu Italia complètes reliquit. Sed Ludouicus pari reddens, vicissim in ditione Ecclesiastica multos vicarios impiali auctoritate confirmauit.

ANNO Domini 1343. scripsit imperator Ludouicus regi Francorù, cum

certum esset papam ad nutum suum regi, ideò siquid contra se fieret, putaret se ab ipso habere, rogabatq; vt ex pmissio absolutionem sibi impetraret. Ad quæ rex Francie respondit, eum tanq; Ro. imperij præfectum & sed. Ap. tutorem, nunquam vt imperatorem & subditum bene decuisset, gratiam petiuisse ac absolutionem. nuncijs autem Ludouici dicentibus, se mandatum concipere posse secundum formam Papæ placentem, habebat enim faciendi potestatem quicquid placeret, vnde petebant procuratores, quòd daretur eis forma placens papæ. conceptumq; est procuratorium turpissimum & rigidissimum, quod Ludouicus etiã in carcere detentus non sigillasset, in quo mādato dabatur potestas Humberto Delphini auunculo principis, item Augusten & Bambergensem ecclesiarum præpositis, & magistro Henrico archicancellario suo insolidum, confitendi omnes errores & hæreses sibi impositas, item resignandi imperium, nec resumendi nisi de gratia Papæ, & se suosq; liberos ac bona in manus Papæ ponendi: adijciebatur etiã aliqua statum imperij tangentia. hoc mandatum ambasiatores præfati non solum sigillârunt, sed etiã seruãda omnia ad sancta sanctorum per eosdem iurârunt.

Acc. dolo
Legationem
Ludouici

Verum his articulis imperatori præsentatis, ipse eorum copiam vniuersis principibus & præsertim electoribus ac ciuitatibus transmisit, omnes eos & reliquos totius Alemanie ad parlamentum publicum super hoc factum ad *Franksfurt* vocauit. Et scribunt aliqui ipsum imperatorem dedisse pergamentum sigillatum ambasiatoribus prædictis, in quo formam papæ placentem concipere possent, consilium de eorum fidelitate, qui postea, vt dictum est, scribi consenserunt.

ANNO 1343. ortæ sunt lites inter domum Austriæ, comitem Eberardum de *Wirtemberg*, & comitè de *Scheffling*, propter oppidum *Chingen*, quod dux Austriæ à Comite de *Scheffling* comparauerat certis conditionibus, & *Mengen* oppidum fuit deualstatum per comites de *Wirtemberg*, non sine damno partis vtriusque. Nam comes suo.

Eberardus
Comes de
Wirtemberg

suorum suppetijs adiutus, comitē exercitu iusto petijt, cui quā obuiam venire non potuit, apud **Mengē** resedit. quod animaduertēs comes Eberardus, vt erat vir animo imperterritus, castra obsedit, ac tandē in deditiōem accipiēns deuastauit.

ANNO Domini 1344. die 17. mensis Septembris, conuenientibus in **Francia** furt principibus ac nuncijs aliquorum, ciuitatumq; surgens **Vuickerus** archiepiscopi **Treuirensis** ptonotarius, in præsētia principis iussus dicebat:

Serenissimē D. Imperator, principes Electores & alij imperij fideles, recentēs articulos reformationis vestræ, quos Papa requirit, ac in his residet, cōcorditē articulos illos decreuerunt in perniciem & destruētionem imperij esse conceptos, & quod nec vos, nec ipsi virtute iuramenti imperio præsiti annuere valeatis: intenduntque Oratores suos ad Papam mittere, nec non ad collegium cardinaliū, cum petitione quod desistant. Et si recusārint, iam deliberauerunt quod in **Rhenus** super Rhenum conueniēt, vobiscum deliberaturi qualitē huiusmodi conatibus resistatur.

Quo dicto, quæ fuit ipse an ita esset. & ita esse & sibi placere, omnes responderunt, ac talia facere promiserūt. Mittuntur nunciij principum, qui papæ cōtradictiōem articulorum referret, nec tractādi de aliquo mandatum haberēt. Papa cogitans se delusum, & maiori inuidia contra principem permouebatur: vndē postea cum Iohanne rege **Boëmiæ** & **Carolo** filio eius, qui læsi fuerant ab imperatore, & cum **Treuirensi** archiepiscopo eorum patruo, ad perpetuū principis exterminium deliberauit, vt infra latius clarebit.

Eodem anno **Eduardus** Angliæ rex scribit papæ & cardinalibus, se **Fraciæ** ac Angliæ regem, & dominum **Hyberniæ**, & qualitē **Philippus** de **Valesio** occupator regni **Francorum**, pacē et trēugas per **Sed. Ap.** quasi extortas infregit, occidendo aliquos **Anglicos** ac terris spoliando. Et quod ipse **Philippus** ac sedes apostolica sæpē per se requisiti super reformatione attentatorum, aliud non fecerint, nisi quod legati **Sed. Apo.**

auertere aliquos fideles suos à seruitio ipsius, operam dabant: quare dicebat, se pacem sibi non seruatam, seruare non posse, sed cogitaret se & suos defendere: ipsum ergo diffidauit, statimq; cum magno exercitu comitem **Flandriæ** à terris **Flandriæ** eiecit.

ANNO Domini 1345. rex **Apuliæ** **Andreas** in lecto dormiens cum vxore sua, strangulatus est: quod contigit hoc modo: **Carolus 2.** rex **Apuliæ**, inter cæteros filios habuit **Carolus** & **Robertum**. Decessit tunc rex **Vngariæ** sine liberis. Vndē **Carolus** iste 3. obtinuit regnum **Vngariæ** ex hæreditate materna. **Robertus** postea mortuo patre, factus est rex **Apuliæ**. Hic **Robertus** orbatus liberis, misit ad **Vngariam**, vbi **Carolus** frater suus reliquit duos filios **Ludouicum** & **Andream**: & **Andream** vocauit, & eundem **Iohannæ** nepti suæ ex filio suo mortuo maritum dedit, ac vnā cum illo regnare testamento constituit, & comitatum **Prouinciæ** simul reliquit.

Sed cum **Andreas** postea & vxor **Iohannæ** non satis conuenirent, per fautores reginæ noctū laqueo, cōscia vxore, strangulatus est. Auxit autem infamiā mulieris, quod ipsa nupsit **Ludouico** **Tarenti** principi, qui **Ludouicus** fuit filius **Philippi** **Tarenti** principis, fratris quōdā **Roberti**. conata tamen est scelus suum apud **Ludouicum** **Vngariæ** regem ignoratiōe expurgare, cuius literis epistolam **Ludouicus** **Vngariæ** rex rescripsit in hæc verba:

Inordinata vita præcedens, retentio potestatis in regno, neglecta vindicta, actio subsequens, necis viri tui te probat participem fuisse & consortem.

Quare **Ludouicus** **Vngarus** contractis vndiquē copijs in **Apuliam** duxit, vindicaturus fratris necem. Ad quod regina metu exterrita, in **Narbonensem** aufugit prouinciā, nec multo post eam secutus nouus coniunx. Ingressus igitur regnum **Ludouicus**, aduersantibus omnibus vel fugatis vel captis aut occisis, omni regno est potitus. Pestis interim valida vniuersum penè orbem & inprimis **Italiam** depascebatur, nec erat alibi aut cessatio, aut imparitas mortis.

Quamobrem Ludouicus rex, relictis praesidio regni Vngaris, ipse in Vngaria 3. mense quod aduenerat, est reuersus. verum post aliquatulum Clemens Ludouicum Tarëti principem corona regni Neapolitani insigniri fecit, eumque, utcumque cum Ludouico Vngariae pacificauit.

ANNO Domini 1346. in coena Domini Clemens papa contra Ludouicum crudelem facit sermonem, omnes processus Iohannis innouans, ipsumque haereticum & schismaticum declaras. Monuit deinde electores principes imperij, ut regem eligerent idoneum in impatore, infra certum tempus expressum, ne ecclesia diu aduocato careret: alioqui circa haec sedes Apostolica prouideret. cause autem in praedicto sermone allegatae a Clemente potiores, erant haec: Prima, haeresis: ipse enim (inquit Clemens) asseruit, determinationem de paupertate Christi & Apostolorum per Ioh. 22. factam, esse haereticam, et iurauit se credere contrarium. Item asseruit ad imperatorem pertinere, deponere Papam et instituere. Item quia citatus super haeresi, & propter contumaciam execratus, in dicta execratione ferè per x. annos mansit. Item Iohannem de Landemo haeresiartham secum tenuit. Item episcopos constituit, interdictum violat, & illos qui nolunt violare, de beneficijs expellit: matrimonia solennizata in facie Ecclesiae separat, & in gradibus prohibitis coniungit. forte vult, quia Ludouicum filium suum desponsauit comitissae Tirolis, viuente adhuc marito Iohanne filio regis Boemiae, pro eo quod dixerunt eum impotentem, & cum hoc, ipsa Ludouico in gradu prohibito erat iuncta. Item subiungit Clemens, idolum (inquit) in Ecclesia constituit antipapam, & papam de facto deposuit.

Illis etiam temporibus idem Clemens deposuit Henricum de **Diernberg** archiepiscopum Moguntin, qui Ludouico adhaeserat et ipsi fauebat, propter quod execratus fuerat, & in execratione pluribus annis perdurauerat, ac in officio, ut prius, ministrauerat. Allegantur etiam periurium & alia quaedam, ut de hoc in alio sermone. ibi Clemens in fine ait: Et ne dicta ecclesia incommoda suae viduationis deploret, autoritate dei &c. Ger-

lacum filium comitis de **Nassaw**, capellanum nostrum, Decanum dictae ecclesiae praeficimus archiepiscopum, ut cum principibus sedeat, & folium gloriae teneat. vnde postea multa secuta sunt scadala.

ANNO eodem Gerlacus de **Nassaw** prouisus Moguntin, ad feriam quartam post Margaritae, volens mandato Apostolico obedire ad eligendum regem, ad **Rens** principes conuocauit, ubi conuenientes Balduinus Lucemburgensis Treuirensis, Vualramus de Iuliaco Coloniensis, & ipse Gerlacus prouisus Moguntin, archiepiscopi, Rudolphus dux Saxoniae, & Iohannes rex Boemiae, qui confidentes, & imperium diu vacasse decernentes, Carolum Moraviae marchionem, filium regis Boemiae, regem Ro. elegerunt. praefuit hic annis 31.

Pro quo factum, ut fertur, praedicti Coloniensis archiepiscopus & dux Saxoniae, magna sunt pecunia corrupti. Intenderat autem idem Carolus mox ire Aquisgranum pro coronatione, cui tamen alij resisterunt. Licet autem scriptum fuisset Ludouico de praedictis electoribus, quod terminum statuisserint, credere noluit de archiepiscopo Treuirensi & duce Saxoniae, quouique plane intellexit.

Eodem anno 1346. die 26. mensis Augusti prelium fuit inter Francos & Anglicos: venientibus enim rege Boemiae ac Carolo filio iam electo Treuerim, venerunt ei noua de transitu regis Angliae in Franciam. Rex Franciae eisdem in auxilium trahit. rex Angliae Normanniam ingrediens, aliquibus ciuitatibus victis vel destructis, omnia vastat. Post haec ad ciuitatem Parisiensem duccens, sed ob inopiam victus non diu permanens, *Ambigensium ciuitatem applicuit. Secutus eum Philippus Francus, & congressus, victus est. Caei sunt rex Boemiae Iohannes, rex Maioricarum, dux Lotharingiae, frater regis Franciae, comes Flandriae, comes Naumen, *Boemus de **Rosenberg**, comes de Artois, comes de Saline, comes de **Montpelgart**, Magnus presbyter Franciae, pluresque alij Comites & barones, & rex Franciae vix fuga saluatus est. Carolus vero iam electus, cum armis regalibus fugiens, vitae seruatus est.

Causa reiecti seu repudiati Ludouici imp.

Henric. de Diernberg Moguntin.

Anno eodē venerūt Flagellatores, homines diuersarum conditionum in Alemaniā, qui cœperunt se flagellare, transeuntes de loco in locum. Venerūt & Spiram 200. de Sueuia, habentes inter se vnum principem & duos magistros, quorum mandatis parebant. Illi autem ante monasterium Spiræ circa horam primā circulū faciētes, ac depositis vestimētis, habētes in modū *bracche camifias à femore ad talos protensas, in modum crucifixi se singulatim prostrauerunt, flagellantes se, ac cantantes & inuocantes Dominum: corrueruntque in facies, orantes pro se & omnibus benefactoribus & malefactoribus. Fuerunt autē inter eos sacerdotes aliq. & literati, nobiles ac ignobiles, mulieres & pueri.

Tantus erat, vt scribit Iacobus qui hęc vidit, Spiræ ad eos homines affectus, q̄ citò omnibus inuitatis, non inueniebatur qui inuitari posset. nō enim recipiebant elemosynam, sed inuitati ad mēsam, de licentia magistrorum suorum ibant vocati. Flagellabant autem se bis in die, & semel quilibet clam in nocte. non loquebātur mulieribus, omnes gestabant cruces antē & retrò in veste & pileo, habentes flagella vestibus appensa, nec in vna parochia ultra noctē māserunt, in quorum societatem ingressi sunt ex vrbe Spira supra centum.

Nullus autem recipiebatur, nisi pmitteret seruare prædicta, & nisi haberet expendere de suo in die octo hallenses, nē mendicarent, & nisi promitteret se esse confessum & contritum, & remississe omnem iniuriam inimicis, & de licentia vxoris suæ. In ciuitate autē Argentiniā tanta confluebat multitudo eorum, quòd nemo poterat numerare. Vbi per Carolum fratres mendicantes & sacerdotes coacti fuerunt desistere. tandem ex deuotione Auinionē, vbi curia Pape erat, profecti sunt: & cum se flagellassent in ecclesia S. Petri, Clemens 6. volebat eos incarcerare, sed quidam cardinales eos excusabant. tūc Papa sub pœna execrationis latæ sententiæ, ipsis & omnibus Christi fidelibus prohibuit, nē decætero publicis flagellationibus vterentur, sed pœnitens, clam se posset flagellare.

A N N O eodem Dominica ante Martini, papa electionem Caroli in cōsistorio publicè approbavit, qui, quum cum Aquenses ac Coloni non recepissent, in Bona ab archiepiscopo Coloni, Dominica ante festum Andreae extitit coronatus, à quo Coloni, Treuirens, Gerlacus prouisus Moguntiē, archiepiscopi, item Monasteriens, Metens, Leodiens, Virodun, episcopi, de suis sunt regalibus inuestiti.

Conuocatis tum ciuitatibus imperialibus Spiræ, Ludouicus ipsas in sua deuotione reperit feruētes, ita quòd nulla earum Rheni, Sueuię vel Franco-niæ electionem Caroli, nec processus Papæ curauit, nec quisquam illarum partium aliquos contra principem publicare processus audebat. Non enim omnibus electorū imperij Carolus placebat, quare multa mala & variæ deuastationes inter Carolum & Ludouicū, eorumque adhærentes patrabantur.

In ecclesia Moguntiē schisma exortum est inter Henricum archiepiscopū iam à papa depositum, & Gerlacum prouisum. Quo tempore de consensu Ludouici principis & voluntate Henrici archiepiscopi, assignatis eidem redditibus mille marcarum argenti, commissa est administratio archiepiscopatus tribus canonicis de capitulo. Tum iudices Gerlaci Moguntia, & iudices Henrici in Alta villa iudicabant, processusque apostolici seruabantur à quibusdam, ab alijs verò minimè. tandem vni soli administratio ecclesię Moguntiē, à principe, & ab Henrico commissa est Cunrado de Ryrchfel, cui munitiones & gētes obedierūt. Hic statim omnes redditus præpositurę ecclesię Moguntiē, abstulit Ioh. de Columna cardinalis, qui vt ppositus eam tenuit. redditusq; omnium prælatorum, Henrico non obedientiū, occupauit.

Anno Dñi 1347. Romæ creandorum senatorum ex autoritate Apostolica cōmutata ratione, Nicolaus ciuis Romanus publicus scriba, vir erecti ad libertatem excelliq; animi, occupato armis Capitolio, tantum sibi beneuolentię & autoritatis apud omnes comparauit, vt facillè quòd veller, mentem populi Ro-

Carolus 4.
Bonæ no-
ronatur.

De schisma
Moguntiē.

Nicolai Ro-
senatoris
supplicia

flesteret. Is autem quò magis animos hominù moueret, hoc titulo vsus est: Nicolaus seuerus & clemens, libertatis, pacis, iustitięq; tribunus, ac sacrę Romanę reipub. liberator illustris. Hęc autem verborum pompa tãtam admirationem & opinionem concitauit, vt omnes Itali nominis per legatos pacem amicitiamq; ab eo petierint. sed paululùm durauit fucata gloria. Nam idem tribunus scripsit Clementi Papę, quòd nisi infra annum rediret ad urbem, & resideret in ea, se cum Romanis alium papam creaturam. Scripsit etiã Ludouico & Carolo imperatoribus, citando eos in forma quę sequitur:

Ad honorem & gloriam summi Dei, Patris & Filij & Spiritus sancti, beatorù apostolorum Petri & Pauli, S. Iohannis Bap. in cuius sacratissimo templo militarem accepimus gloriam, necnò ad reuerentiam & honorem S. Romanę Ecclesię, & dñi nostri summi pòtifcis statum prosperum, ac augmētum S. Rom. vrbis, sacrę Italiae, & totius fidei Christianę: Nos candidus Spiritus sancti miles Nicolaus, seuerus & clemens liberator vrbis, zelator Italię, tribunus Augustus, volentes & desiderãtes donum Spiritus sancti, & liberatores antiquos Ro. principes, quantum nobis permittitur, imitari: notum facimus vniuersis, quòd quidẽ à nobis post assumptũ tribunatũ officium, Rom. populus de cõsilio omnium & singulorũ iudicũ, sapientũ & aduocatorũ vrbis, recognouit se adhuc illam habere auctoritatem potestatemq; atque iurisdictionem in toto orbe terrarum, quam habuit in principio & summo augmento vrbis præfata. Et omnia priuilegia, facta in præiudicium auctoritatis & potestatis & iurisdictionis huiusmodi, ad se reuocauit expressè. NOS itaque auctoritatem, potestatem & iurisdictionem antiquam nobis cõcessam à populo Rom. in publico parlamēto, & nup̄r à domino nostro summo pontifice, vt patet per Apostolicas bullas ei⁹, nè videamur de dono & Spiritus sancti gratia & sacri Ro. populi fauorib⁹ ingrati, iure & forma quibus meliù possumus & debemus, decernimus, declaramus & pronunciamus, Romanam urbem caput

orbis, & fundamētum totius fidei Christianę, ac omnes & singulas ciuitates Italiae liberas esse censemus. Et ex nunc oēs præfatos populos ac ciues ciuitatũ Italiae, facimus, declaramus & pronunciamus, ciues esse Romanos, quos & Romana libertate volumus gaudere. Eadem auctoritate & gratia DEI & Spiritus sancti ac Romani populi dicimus, p̄fitemur, ac etiã declaramus, Romanũ imperium, iurisdictionem, ac etiã monarchiam totius sacri Imperij ad ipsam almam Urbem, ac eius populum, necnò ad vniuersam Italiam pertinere, & eadem fore legitimè deuolutas, multis rationibus & causis, quas suo loco & tempore declarari faciemus, dantes & præfigentes in his scriptis omnibus & singulis prælatis, Imperatoribus, electis, Electoribus, regibus, ducibus, principibus, comitibus, marchionibus, populis, vniuersitatibus, & quibuscunq; alijs in genere & in specie, cuiuscunq; provincie, statũs & cõditionis existant, & contradicere volētibus, seu in electione præfata ac ipso imperio iurisdictionem, potestatem & auctoritatem prætendentibus quoquo modo, terminum hinc ad festum Pentecostes proximè futurum, itã quòd infra prædictum terminum in ipsa alma vrbe & sacrosanta Laterana ecclesia coram nobis & alijs Officialibus domini nostri Papę & Ro. populi debeant cum eorum iuribus comparere: alioqui à dicto termino in antea procedet, prout de iure fuerit procedendum. & nihilo minùs ad prædicta omnia in specie citari facimus illustres Principes Ludouicum ducem Bauarię, & Carolum regem Boemię, qui se asserunt imperatores ad Imperium electos, ducẽ Saxonie, marchionem Brãdenburg. archiepiscopos moguntinũ, Treuirenũ, & Colonũ, qui in dictis termino & loco comparere debet coram nobis & alijs Ro. populi Officialibus personalitèr: alioqui in eorũ contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante. Dat.

Eo tempore Eduardus Anglię rex continuabat obsidionem Kales, quam post victoriam de qua supra, incepit obsidere. Cinxerat eam vndiquẽ, q̄ nec introitus nec exitus patebat. tandem Francus

cus contractis copijs in principio Augusti appropinquavit Anglicis ad vnā leucam. erant ibi de parte regis Angliæ Flandrenses. qui etiã nolēte rege, Kales ad gratiam receperunt ipsius regis.

Quod cernens rex Franciæ, retrorsum abiit. rex autem Angliæ eiectis incolis & occupatis thesauris, ciuitatem Kales Anglicis inhabitandam dedit. Hoc facto, data sunt ei per sed. Ap. aut potius regem Franciæ 80. millia marcarum argenti, quod inducias concessit.

Eodē anno, scilicet 1347. quinto Idus Octo. obiit Ludouic⁹ 4. Ro. Imp. anno regni sui 33. hoc modo: Iohanna ducissa Austriae, ex Sueuia reuersura in Austriam, voluit Ludouicum imperatorem visitare, qua die princeps cupiens cum ipsa relicta quondam Alberti ducis Austriae spectaculum habere apud Monachium, & omnibus cum hilaritate consummatis, cum ex eodem poculo princeps à ducissa porrecto biberet, statim sensit se grauatum. Vndē accepta occasione & exercitij gratia, exiuit venatū, paralyti dein percussus, de equo in terram corruit, et mox expirauit. quo mortuo, fama volauit quod de poculo intoxicatus esset: quod tamē non fuit clarum, vndē sepultus est in oppido Monachio in Ecclesia parochiali B. Mariæ virginis iuxta Beatricem coniugem suam.

Mortuo Ludouico, Carolus de Boemia cum magno equitatu in Bauariam Ratisponam perrexit, vbi tanquam rex Ro. ilicō est receptus, deindē venit Norinbergam, ac grauib⁹ factis promissionibus, à Burggrauiō ibidē in Norinberg est receptus. hoc modo fecerunt pro maiori parte ciuitates Imperiales.

Defuncto iam Ludouico, spondit Carolus relaxationem processuum contra Ludouicum fulminatorum se impetraturum. attamen hæredes Ludouici quondam & Henricus archiepiscopus Moguntin⁹, & Palatinus Rheni, Henricusq; dux Saxoniae, eum noluerunt recipere quasi non canonicē electum.

A N N O Domini 1348. venit rex Carolus Basileam, vbi interdictum papale diū seruatum fuit. noluerunt autē eum

Basileam recipere, nisi diuinorum celebritas restitueretur. Tum venit Marquardus de Randeck præpositus Babenbergen⁹, de curia Auinione⁹, ferens commissionem factam Babenbergen⁹ episcopo de absolutionibus & relaxationibus impendendis, & vnā clausam bullā regi Carolo missam. Inclusa autē bulla hortabatur papa Carolū, vt auerteret Carolū regē Vngariæ generū suum, nē se colligaret cum Nicolao vrbis tribuno.

Summa autem commissionis erat: Cū multi contra processus & sententias Iohannis papæ agentes, adhærentes quondam Ludouico de Bauaria hæretico, redire cupiant ad vnitatem Ecclesiæ, committimus tibi, vt qui confessi fuerint errores suos et pœnas quas inciderunt explicitē vel implicitē, & iurauerint deinceps fidem catholicam tenere, & nulli deinceps hæretico vel schismatico fauere & credere, & quod non spectat ad imperatorem, papam deponere & alium creare, sed hoc hæresim esse damnatam, & quod nullum imperatorem habebūt, nisi per sedem Ap. approbatum, nec relicta & liberis ipsius Ludouici fauebunt, nisi cum Ecclesia refoventur, & Carolo Ro. regi per Ecclesiam approbato parebunt, ab huiusmodi sententijs & pœnis absoluas, ita quod si in aliquo contrauerint, in sententijs & pœnas pristinas relabantur.

Visa autem forma huiusmodi dura, aliqui consuluerunt eam non acceptandam per regem, sed occultandam, et pro alia forma scribendum. Sed quia timor erat, Basileam nō iuratos regi, nisi reformarent diuina, rescriptū est exhibitū. Cū autē ciues nec errores vellēt fateri, nec secundum formā iurare, clerus aut quasi pœnitēs q̄ cessauit, ecce venerūt magistri & cōsules ad præsentia regis corā multis Ecclesiasticis & secularibus, & Cunradus de Berensfels magister ciuitatis, noīe vniuersitatis p̄posuit coram tabellione in hæc verba: Dñe Babenbergen⁹, sciatis q̄ nec fateri nec credere volumus, q̄ dñs noster Ludouicus Ro. Imp. vnquam fuerit hæreticus, quēcunq; etiã dederint nobis principes & domini electores, vel maior pars p̄ Ro. impatore, illū p̄ tali habebimus, etiã

forma absolut. ad hæreticum Ludouico.

Basilei Carolum excipiunt.

Ludouic⁹ in Anglos & Francos.

Lud. Bauar. imp. erat.

si nūquam Papam requireret, nec quicquam faciemus quod sit cōtra ius imperij quoquo modo: sed si habetis potestatem à papa, & vultis nobis remittere peccata nostra, placet nobis.

Et conuersus ad adstantes, Datísne mihi, inquit, potestatem petendi absolutionē pro vobis? Mox dixerunt, Placet, damus. Et sic hi duo, Magister ciuiū & Cunradus iurauerūt secūdum formam verbalis mādati. sicque relaxatis processibus à Secretario Papæ Iohanne de Pistorio, diuina publicè sunt resumpta, ciuesque regi solitū præstiterūt iuramentum. Et sic in die natiuitatis CHRISTI, Carolus in Ecclesia Basileensi communicatus fuit, legitq; in Missa circa galli cantum alta voce euāgelium, habens in manu euaginatū gladium, Exijt edictū à Cæsare &c.

Luc. 2.

In Vormatiā postea veniens rex cum episcopo Bambergensi, & ibi propter populi tumultum sine omni iuramento absolutio dicta est.

Per hæc tēpora maxima fuit tribulatio in Sueuia & circuniacentibus punicis, propter cēsuras Ecclesiasticas in adherentes Ludouico Imperatori. Et ego legi & vidi literas, per quas absoluti fuerunt à censuris Præpositus, Capitulum & Canonici in *Sindelfingen* ab episcopo Vlrīco Constantiensi, ex commissione. Et iterum, q; plures tūc ex adherentibus, sepulti fuerunt in campis & extra cœmeteria: & plures interdicti, fuerunt sepulti in ecclesijs & cœmeterijs, q; postea fuerunt reconciliati, habito testimonio, quòd in extremis signa pœnitentiæ ostenderunt. similes literas habemus adhuc in nostris scrinijs.

De Nicolao tribuno.

At hoc tempore, quæ nupèr in Vrbe Roma sub Nicolao tribuno coeperat factio, desijt. Tribunus enim cū tyrannidem cogitās, partē hanc populi foueret, illi aduersus esset, noctū coactus est vrbe secedere. Ad Boemū Carolum venit, qui eum pōtifici misit Auinionem, vbi vsque ad Innocentij tempora seruatus est.

ANNO Domini 1348. quinta feria ante Epiphaniam Dñi, Henricus Moguntin' archiepiscopus. Ludouicus marchio Brandenburg. Rupertus Palatinus Rheni, &

dux Saxonie qui de nouo successit, concordarunt de eligendo rege, electionem Caroli irritam iudicantes: missisque solennibus nuncijs ad Eduardum Anglie regem, eum ad imperium inuitabāt. Sed ipse eam electiōem recusauit, gratias referens. deinde Fridericum marchionem Misnensem vocant, & quòd Beatricem relictā Ludouici imperatoris ducat, ac vt electionē in regem assumat, inuitant: qui postea receptis à rege Carolo decem millibus marcarum argenti, sibi homagium fecit, & abstinuit.

Eo tempore ingens pestilentie vis in omni Europa defæuijt, nec talem omnibus historiaram monumentis computatam ferūt: tot vrbes, tot monasteria, tot insulas deuastauit: & in Italia quidem aliquanto tempore pestis causa ius reditum non est. Ferūt solatio fuisse huic tātò luctui, quòd pueri innocētes morturi, pleriq; & iubilando & gaudendo laudes Dei dixerint: peccatores, prius q; sentiret vim pestilentie, totis animis pœnituisse, adeo vt etiā vltro mortem expeterent.

De hac peste infamati fuerunt Iudæi, quòd eam fecerint fontibus infectis, & propter hoc cremati sunt, à mari vsq; in Alemaniā præter Auinionē, vbi ipsos Papa præseruauit. Habitus fuerat depèr tractatus in *Wensfeld* Alsatia oppido, et vt dicebatur, quidam ex Iudæis inuenti fuerant quasi omnium maleficiorum commississe genera, & in Hispania de veneficijs cōcūnisse. Itē de nece multorum puerorum, de falsificatiōe super debitis instrumentorū & monetæ. Verū maiores & potentiōres nitebantur eos defendere, sed plebs furens omnes traxit ad supplicium. Cremati sunt in multis locis Iudæi, & quum euadere se nō posse viderent, incluserunt se in domibus, & seipsos cremauerūt vnā cum locis cinis. Dicitur etiā tantus fuisse ignis Moguntia, quòd magna campana ciuitatis in Ecclesia sancti Quintini & preciosa fenestra ex igne defluerint.

Scribitur etiā, quòd maiores Iudæorum ad excidium christianitatis puteos & fontes toxicauerūt, & inuēti sunt sacculi in fontibus veneno pleni. vnde fontes & putei clauderentur: sed aqua fluuiali

Alia imperatoris electio.

erudelis pestilentia.

Ant. clar. cont.

Iudæorum supplicium.

viali aut pluuia homines vtebatur. Multi etiam ex Iudæis vtriusque sexus baptizati sunt, pauci amore DEI, sed potius timore magnæ pœnæ. Ciuitates Imperiales domos Iudæorum frugerunt, & cum lapidibus earum & cœmeteriorum suorum, turres & muros cõstruxerunt, inuentiq; sunt thesauri plures, ac alia innumera bona.

Fuerunt etiam nonnulli principes, nobiles & potentes, & præsertim Rupertus comes Palatinus Rheni, pro pecunia (vt dicebatur) Iudæos recipientes: contra quos cõuenerunt nobiles & ignobiles, in Iudæorum fautores se vindicare parates. Non defuerunt etiam, qui dicerent, pestem ex aëris indispositione ita inuasuisse, atque Iudæos per hoc iudicabant innocentes fuisse. Sed quoniam ambigua sunt, nos nihil affirmare contendimus.

Eodem anno F. Iohannes de Tambaco Ordin. Prædicatorum, doctor in theologia, coram Clemente Papa & cardinalibus publicè ad petitionem Caroli Rom. regis & episcopi Pragen, supplicauit propter processum cõtra Ludouicum & adherentes, declaratoriam dari cõstitutionem, quòd nullus Clericus vel laicus quemcũque ligatum per sententiã excommunicationis, suspensionis vel interdicti latam in genere, ab homine vel à iure siue per modum statuti, qualitercunquè teneatur ratione sententiarum huiusmodi, quòlibet, pterq; in crimine, vitare, aut quæcunq; interdicta eodem modo seruare, quousq; de locis & psonis aut vniuersitatib. per sententiã huiusmodi directè cõpræhensis, noiatim fuerit denunciatio sublecuta. Talis enim (vt asseruit) cõstitutio esset vniuersis Christianis ad salutem animæ necessaria, essetq; à multis erroribus pseruatiua, esset quoquè censura Ecclesiastica conseruatiua: pterea fortassis nullius iuris textui aduersatiua, sed consona multis iuribus: insuper amica cõsuetudinis, conformis Doctõrum sententijs, ambiguitatis & scandali exclusiua, & vniformis obseruatiæ causatiua, cleri ab occisiõe & alijs damnificatione defensiua, fauoris ad ecclesiam reformatiua, charitatis exercendæ impediua, iræ & vindiçtæ DEI auersiua, diui-

ni cultus magis quàm Monasteriorum fundatio meritoria.

Quam supplicationem Papa recipiens, dixit se velle deliberare. Fuerant tamen postea in breui tempore, quo ad Vniuersalem Ecclesiã, processus Apostolici, qui tunc dicebantur barbari, in totum cum effectu sublatis & reuocatis. Hæc Iacobus de Moguntia.

Anno verò 1334. conuenerunt pluri-
mi leprosi in regno Fraciæ, atque Iudæorum hortatu coniurauerunt, quòd veneno ad hoc parato fontes omnes in regno inficerent, videlicet vt vtetes fontali aqua, lepram cõtraherent: & ita tandem multitudine infecta, possent ad gubernacula regaliũ dignitatum adspirare, nec se solos miseros fore: super quo tandem produntur regi, & innumeri capiuntur. nocentes occisi sunt omnes, nonnulli verò re ipsam ignorantes, clausi fuere in habitatiõibus suis, & sic euaserunt.

ANNO Domini 1349. Hunibertus delphinus de Vienna, induit habitum sancti Dominici, & vendidit delphinatum regi Fraciæ, qui iuris Imperij est, de septem prouincijs regni Arelatenfis. Conscisit postea Carolus quartus, ita tamẽ, quòd primogenitus regis, tanquam vassallus, teneret eundem ab imperio. Iste Hunibertus postea factus est Cardinalis.

Per idem tempus Philippus rex tributum salis instituit, ingeniosum inuentum, quo nemo à tributo liber est. vnde ingens regibus quotannis pecunia penditur.

In hac generatione in Constantino-politano imperio variè tumultuatum est, & eo Andronicum auum iunior Andronicus deturbauit. Hoc ferè tempore Ordinis Teutonici fratres cum *Litouijs *Liuonijs non infeliciter, Magistro Ordinis Sueuo, dimicauerunt.

ANNO Domini MCCCXXXVI. Sultanus Babylonie commisit custodiam sepulcri Dominici in Hierusalẽ, fratribus minoribus, quorum octo ibidem de consensu Papæ morantur.

Mortuo Carolo Vngarorum rege anno 1342. regni scepra suscepit filius Ludouicus. Incepit autem Carolus regnare anno Domini MCCCX. & sic regnavit annis 32. de eo per anticipationem scri-

De leprosis,

De Delphi.
natus.Ante de.
claratoriam
sententiã.

*Liuonijs

Carolus Vn-
garie rex.

psi supra generatiōe quadragesima quarta. Habuit autē Carolus tres vxores: prima vocata est Maria filia Kasimiri ducis Poloniae. alteram duxit anno Dñi 1318. Beatricem filiam regis ROM. sororem regis Boemię, de terra Lucēburgensi, quę in reuolutiōe eiusdem anni mortua est. Deindē anno Dñi 1320. accepit in vxorē idem Carolus filiā Ladislai regis Polonorum, Elizabeth nomine, de qua anno millesimo trecentesimo vigesimoprimo habuit rex filium nomine Carolum, qui eodem anno defunctus est. Deindē anno 1324. generauit filiū nomine Ladislaū.

ANNO Domini 1326. natus est illi filius Ludouicus iste, de quo agimus. Eodem anno expleto cū dimidio, natus est ei alter filius, Andreas vocatus. sequenti anno mortuus est Ladislaus prim⁹ fili⁹.

Caroli aduersus casus scribitur, videlicet quōd 15. kalen. Maij, dum in castro in suburbio **Wisgrad** sito, cum vxore & filijs Ludouico ac Andrea prāderet, quidam nomine Felicianus, quem Rex diligens regio fauore prosequēbat, euaginato gladio iugulare attentauit regē, reginamque cum filijs duobus. primū in regem vibrans gladium, manum illius dextrā leuiter vulnerauit, & mox reginæ dextræ manū quatuor digitos partinū amputauit: & cū etiā pueros regios vellet occidere, pædagogi puero-
rum se interponētes, lætaliter vulnerati sunt, & pueri euaserunt. mox tamen vicedapifer reginæ in latronem irruens, inter collum & scapulam transfixit. Occurrūt mox milites regis, ac membratim miserum dilaniāt: vindictaque sumpta, in filios & filias illi⁹, mortis supplicium fuit promulgatum.

Latronis au-
dax scelus.

ANNO Domini 1339. rex Kasimirus Polonus venit in **Wisgrad** ad Carolū regem cum episcopis & baronib⁹ regni sui, & de volūtate regnicolarum Polonię, liberē resignauit Ludouico filio regis Caroli & sororis suę, eō quōd non haberet filiū, regnū Poloniae, de quo fecit euidentis instrumentum.

GENERATIO 46.

ANNO Domini M.CCC.L. sub Clemente sexto et Carolo Romanorum rege quarto, in anno Iubileo incepit 46. generatio.

Eodem anno Guntherus comes de **Zwarzenburg** ex Thuringia, vir strenuus & bellicolus, qui plures cōflictus sperē absoluit, à principibus Carolo cōtrarijs, vt se intromittat de regno, rogatus, reuuit. Tādē eo pacto annuit, si in Francofordia daretur sententia à principibus, regnum vacare.

Conuenientibus igitur Francofordiæ quatuor ex electoribus & multis proceribus, datur sententia ab his, Imperium vacare, & eisdem quatuor ius eligendi cōpetere. vndē in die Purificationis **MARIAE** eodem anno per Henricū archiepiscopum Moguntinensem, Ludouicū marchionem in **Brandenburg**, Rudolphum comitem Palatinū Rheni, & Henricum iuniorem ducem Saxonie, elect⁹ est prædictus Guntherus in regem Germanorum. Cumq; idem Gūtherus cum exercitu, vt moris est, per sex septimanas castra tenuisset apud Francofordiam, vt rex electus, nulloque cōtradiatore comparente, in urbem intromissus est, et pro rege receptus. Cūq; Carolus tum Guntherū præ potentia sua ac sibi adherentiū aggredi nollet, indixit colloquium Spiræ ad Dominicam **LAETARE**.

Cōuenientibus igitur Balduino Treuirensi, & Gerlaco Mogūtiniensi archiepiscopis, comite de **Wirtemberg**, multisque proceribus et ciuitatum nuncijs, Guntherus castrum Friburg obsedit, & tandē expugnauit. Deindē Carolus conuocato exercitu ad ciuitatem Moguntinam, (ciues enim Mogūtini in odium Henrici archiepiscopi depositi, qui eos læserat, Carolo adheferunt) quid potissimum fieret, præhabito cōcilio, inquisiuit.

Interea Guntherus cœpit infirmari, cui erat medicus Fridancus, qui potionem regi præparabat: qua sumpta, cœpit habere deterius: & quia medicus iussu regis eam pregustauit, infra triduum mortuus est. Gūtherus deindē inflatur, eratque fama, quōd famulus medici venenū addidisset. Venit Ludouic⁹ marchio Brandenburgensis ad Guntherum tunc in alta villa cum Henrico Moguntino decubentem: qui cū vidisset eum inualidum, coassumptis quibusdā, constituit se mediatorem inter Carolum & Gun-

Guntherus
Comes de
Zwarzen-
burg elect⁹
aus Cæsar.

Guntherum, atq; in hunc modum compositionem fecit, ut Carolus Gunthero pro renunciatione iuris sui daret sex milia marcarum argenti, & duo oppida imperialia in Thuringia pro tempore vite sua.

Pauco post tempore obiit idem Guntherus, & in parochiali ecclesia Francoforden presentate Carolo rege Ro. extitit sepultus. Carolus tamen civibus in Francofurt nundinas & omnia eorum privilegia ut verus rex confirmavit. Carolus postea circa finem mensis Iulij cum inclita vxore sua Anna regina descendit Aquisgranum, sed pra multitudine peregrinorum & flagellatorum ibi recipi non poterat, sed in oppido Bonna moratus, ubi ab archiepiscopo Colonienfi coronatur. Aquensibus etiam ad eum venientibus, privilegia plura dedit, & vetera confirmavit.

ANNO eodem Philippus rex Franciae in mense Augusto apud Nogentum regis obiit, & Iohannes filius illi successit. Sequenti anno Iohannes rex in curiam papae venit, & duodecim cardinales creati procuravit. Verum rex Angliae super promotione unius scribens, nihil obtinuit: inde exasperatus, omnes in regno suo per Papam promotos ad beneficia, expulit, & sub poena submersiois praecipit, ne quis inibi literas apostolicas exequeretur quascunque. Gessit bella cum Anglo Iohannes aliquot inito regno infelicissima. Eodem anno natus est Carolo imperatori filio ex ducis Suedi filia vxore tertia, qui vocatus est Vuenceslaus.

ANNO Domini 1351. Carolus rex iuivit marchionem Ludouicum Brandeburgen contra occupatores Marchiae, quos omnes bannivit. vicissim autem marchio lanceam, clavos, partem crucis, & alia insignia imperialia penes Ludouicum imperatorem patrem suum relicta, Carolo regi praesentavit, cautione recepta, quod vel in Francofordia vel Norinberga haec reponeret.

ANNO 1352. Ludouicus marchio Brandenburgensis, Bauari filius, sororem suam Elizabeth speciosissimam desponsavit filio Mascini Canis Scaligeri Veronensi, plurimos cum eodem habens

filios, quae mortuo marito postea anno Domini 1362. Vdalrico comiti in Wirtemberg nupsit, ex eoq; Eberardum cognomento Pium generavit. Vdalricus vero praedictus in acie prelij apud oppidum imperiale Vuila est occisus, ut inferius dicitur. Et ipsa aliquando post mortur, ac in ecclesia collegiata S. Crucis in oppido Stutgardien, maximo cum honore sepelitur, in qua & beneficiu fundavit. Idem Ludouicus marchio Brandenburgens, fertur Marchiam Brandenburgens vendidisse Carolo regi Boemiae & Ro. imperatori, qui eam reliquit filio suo Sigismundo, qui postea imperator factus, Fridericu Burgraviu Norinbergen, de ea inuestiuit in concilio Constantien. ubi de hoc plenius. Iste Ludouic^o ex Margarita filia ducis Carinthiae & comitis Tirolis, genuit Menardum, qui sine prole obiit.

Eodem anno mortuo Clemente & Auinione sepulto, eo in loco 16. Kalen. Decembris creatus est Innocentius 6. patri Lemouicena. Stephanus ante vocatus, procurator primo, mox episcopus Clarimontanus, deinde cardinalis, nunc summus pontifex factus. sedit annis x. vir integerrimae vitae, qui post coronatione multas reservationes a Clemente factas reuocavit, & mandavit sub anathematis poena, ut beneficiati ad Ecclesias suas proficiscerentur. dicebat enim oues a proprio pastore custodiri debere. Impesam domesticam tam sibi quam cardinalibus moderatus est. Praeterea sacri palatij auditoribus salaria instituit, ne muneribus corrumperebantur.

Huius pontificis temporibus dominatum urbis Romae arripuit Franciscus Barocellus, quem pauco quidem tempore tenuit, caesus pontificis auctoritate ciuiumq; factione. Hic papa composuit *historiam de clavis & laeae Christi, ad petitionem regis Ro. Caroli, & magna indulgentiam dedit celebrantibus & peragentibus in regno Boemiae.

ANNO praescripto Carolus rex Germanorum futurus imperator, circa festu S. Michaelis archangeli conuentu principum regni celebrauit in Vormatia, ubi nuncius aderat solennis, archiepiscopus quidam imperatoris Graecorum,

Vdalric^o comes Vuirtembergens.

Sigismundus marchio Bradeburg.

Innocentius 6. papa.

rum, qui Carolo munera obtulit, & pacem optauit.

Ad Iohannem regem Franciæ redeo, qui inuenitur habuisse duas vxores. generauit autem Carolum, quæ fecit ducem Nortmāniæ: genuit & Ludouicū, quem creauit ducē Andegauix. Iohannem quoque ducem Barri, & Philippū postea ducem Burgundiæ. Priores duos suscepit ex Bona filia Caroli imperatoris, posteriores ex Iohanna filia comitis de Bolognia. Genuit ex eadem Iohanna ducissam Mediolani Iohānam, quæ genuit Galeatium Mediolani postea ducem. Iohannes autem iste rex capitur in bello à rege Angliæ, de quo dicitur infra.

De ducibus Aurelianis. Ex hoc Iohanne Aurelianorum ducū ordo est. nam mortuo Iohanne, Carolus filius cognomento Sapiens, rex Franciæ, genuit Ludouicum ducē postea Aurelianeñ. Hic Ludouicus duxit vxorem sororem Galeatij ducis Mediolani, & genuit ex ea Carolum ducem Aurelianeñ. iste Ludouicus occisus est Parisijs opera (vt dicitur) ducis Burgundiæ Iohannis. Carolus prædictus duxit vxorem Isabelem filiā Caroli regis Frāciæ Beneamati, relictam regis Angliæ, genuitq; ex ea filium qui duxit vxorem filiam ducis Cleuensis, ex qua natus est dux hic Ludouic⁹ Aurelianeñ vltimus.

Burgundiæ ducis. Fuere ex eadem natione & Burgundiæ ducis, Philippus filius Iohannis regis Franciæ, factus est Burgundiæ dux anno 1364. hic genuit Philippum comitem de Nyueres, Antonium ducē Brabantix, & Iohannem ducem Burgundiæ. iste Iohannes antequam esset dux, duxit copias aduersus Turcum, et commisso prælio captus, tandem liberatus redijt. Mortuo patre dux factus, occidit Parisijs ducem Aurelianeñ, & ipse postea occisus est anno Domini 1407. Reliquit autē filias, ducissam Austriæ, ducissam Subaudiæ, comitissam Hollādiæ, & Philippum ducem Burgundiæ. Hic Philippus fuit valens in armis, prudens, & à suis sanctè amatus: quo mortuo, successit ei Carolus, qui occisus est in prælio prope Nansen oppidum Lotharingiæ, vt dicitur. Reliquit filiam Mariam, quæ matrimonio socia-

ta fuit Maximiliano archiduci Austriæ, Friderici Imp. filio, Imperatori nūc Ro-

Hinc & Andegauix ducis numeratur: Iohannes rex Franciæ ex Bona vxore genuit Ludouicum ducem Andegauix, qui Ludouicus duxit vxorem filiā Roberti regis Siciliæ, ex qua genuit Ludouicum postea regem Siciliæ. Ludouicus iste genuit Ludouicum ducem Andegauix, & Mariam vxorem Caroli Beneamati, & Carolum comitē de Mayne. iste Carolus habuit filiā ducissam de Nemonis, & Renatū filium comitē de Mayne, regem Siciliæ. Ludouicus quoque genuit Renatum regem Siciliæ, is genuit Margaritam vxorem regis Angliæ, & Iohannem ducem Calabriæ. habuit & filiam nomine Iolandem, quæ fuit maritata comiti de **Widemont** vnde descendit modernus dux Lotharingiæ Renatus & rex Siciliæ.

Rediturus ad historiæ seriem, Suiten primam conspirationem exequar. coniuncta sunt his nonnulla eius rei, quæ posteriorib⁹ annis gesta sunt, vt lector, etsi *την ιστορίαν προλαμβανόμενος*, integriore narratione rem accipiat.

Circa hæc tempora Lucerneñ rebelantes, se Suitensibus adiungunt, quibus paulò post cum Suitensibus Zug, vallis Vranix, sed & Glareñ vallis atq; Berneñ, pari voto confœderantur. Demùm Thuriceñ cum his fœdera ineunt, saluo tamen iure imperiali, cum ciuitas sit imperialis, & Thuriceñ ipsi comitem vnum de **Habsburg** pridem occiderant, quem filius tuus Iohannes de **Habsburg** vindicare statuit.

Igitur in vnum coadunati, qui noctū Duregum comiti tradere sunt polliciti, ciuitati nocte clanculūm appropinquarunt. At Thuriceñ præmoniti, præparatis insidijs, multis militibus occisis, comitem capiunt, proditoresq; etsi non potuerint exequi promissa, tamen rotati sunt.

Igitur anno 1352. Albertus dux Austriæ obsedit Duregū, habuitque, vt refert Iac. de Mog. in obsidione duo millia galeatorum & 20. millia peditum, ex suis auxiliaribusq; copijs comitem de **Wirtemberg** de **Hohenberg**, & episcoporum Argentijn & Batileñ, necnon ciui-

ciuitatum Friburgē & Bernē. In parte verò Thuricē confœderati erāt Suitenses, vallis Vranix, **Vnderualden** & Lucerne. Post lōgam obsidionē compositio interuenit, quòd Thuricē deberent relaxare comitem Iohannem de carcere, & liberum emittere, duciq; restituere vallem Glareñ, Lucernam & Zug, quæ quidem pax à partibus iurata est, atque obsidio soluta.

Verùm postea maiorem fecere ligam inter se Thuricē, Bernē, Suiteñ, Lucernē, Zug, **Vnderualden**, valles Glariæ & Vranie, propter quæ anno 1357. venit in Alsatiam Carolus rex Ro. ad querelas ducis Austriæ. indè profectus Duregum intrauit, eosq; à dicta liga reuocare tentauit. Respondebant autem Thuricē, paratos se quidē facere quicquid de iure possent, vellent tamen à confœderatis suis nō separari. Ait Carolus rex Thuricē, quòd de imperio essent, nec talem ligam facere rege inconsulto possent. hi asserēbant, se iuramenta semel præstira seruaturus.

Quare cū rex aliud nō posset, tractare cœpit cum ducibus Austriæ, si viderē vellent Lucernam, Zug, & Glaris imperio. Sed dux Austriæ qui tum præfens erat, ira percitus, dicebat se potius emere velle aliquid à Cæsare, quàm sua à ducatu alienare: quòdque Cæsar pro bono pacis excogitauerat, duci displicuit. Imperator tamen nō minùs requisit imperiales ciuitates, contractisq; copijs vnà cum duce obsedit Duregum, omnia ferè vastans. accidit autē die quadam, dum pugnandum foret, quòd episcopus Constantiensis diceret Sueuos debere exercitū præcedere, cui dux contradicebat. amaricati ob hoc Sueui, euestigiò recesserūt. deindè Cæsar. demùm dux compositionem iniit, obsidionem soluens.

Verùm de ducib⁹ Austriæ & Suiteñ, eorumque confœderatis, refert Eberardus Muller, quòd anno 1375. fecerūt confœderati ligam cum duce Austriæ Lupoldo, quòd durare deberet 12. annos, in qua tamen liga non erant Suitenses cōprehensi. Deindè anno 82. supra 1300. venit Duregū præfatus dux Lupoldus, & honorificè est susceptus, quem ciues

vsque ad **Kapersfyl** conduxerunt, quòd etiàm Suitenses venerunt, rogantes ducem vt telonium in **Kapersfyl** ipsis remittere dignaretur. Nam per villā **Suis** ex dicto oppido iter est ad Longobardos: quibus tum dux assensit, indè recedens: eisq; terras suas commendans, rogat vt officialibus suis & terræ se absente in necessitatibus adesse vellēt quousque repedaret: quòd & se fidelitèr promiserunt facturos. Mandauit quoque subditis suis dux, vt confœderatis placita facerent, & ligam ac pacem cum eis fidelitèr obseruarent, & hac bona cum spe recessit.

Deindè in vigilia S. Thomæ eiusdem anni deliberauerunt Thuricēses per insidias capere oppidum **Kapersfyl**. erant enim eo die nūdinæ. Vndè aliqui Thuricenses sub colore vendendi & emendi intrauerunt oppidum: erant & nōnulli proscripti à Durego in **Kapersfyl**/ quos oppidani suspectos non habebāt. Sed Deo volente insidiæ detectæ fuere, ità quòd nil attentare ausi sunt. Thuricenses autem paulatim vt quisq; venit, ità abire sensim curauit.

ANNO Domini 1382. in die Innocentii Lucernenses præter spem omnē, clam ingressi sunt oppidum **Kotenberg** ea hora, qua Hermannus de **Gronenberg** & oppidani in parochiali Ecclesia officijs diuinis intererant. erat enim parochia extra muros sita. facta autē sunt hæc pace & liga durante, & cū rumor peruenisset ad Ecclesiam, fit concursus ad oppidum, quod Lucerne clauserat. Tandem muros oppidi vastat, castrūq; ad solum vsque destruunt.

Hoc ex facto pace sic per insidias rupta, sequuntur ab vtraq; parte cædes, incendia, vastationes miseræ & lamentabiles. Paulopost defecerunt illi de **Entlibuch** de dominio ducū Austriæ, & facti sunt ciues in Lucerna. Similitèr defecerunt à suo principe Austriæ duce illi de **Sempach**, & facti sunt ciues Lucernenses. idem fecerunt Maienbergen, ità quòd Lucernenses dominia ducum Austriæ præ cæteris vsurpare curauerunt, contra Deum & iustitiam: postea conuenerunt confœderati in oppido **Maienberg**, venitq; aduocatus ducis cū

exercitu, volens, si posset, vindictā face-
re. Quo viso, ex confœderatis excurrunt
tumultuariè, ex quibus interfecti sunt
centum & 80. viri, reliqui aufugientes
in oppidum, suspiciōne contra oppida-
nos concipiunt, atq; incendunt oppi-
dum, vicissimq; vastauerunt ducales, &
incendia prædasq; fecerunt, totaq; pro-
uincia conflagratur. ad modicum de-
indè treuge facte sunt, sed malè seruatē.

ANNO domini 1385. iterum lis ori-
tur inter Lupoldum ducem Austriæ &
Thuricenses, eorumq; confœderatos.
prætedebat dux quod suos homines re-
cepissent contra promissa, & quod ali-
quas terras suas occupassent. Contradi-
cebant confœderati, asserentes se priui-
legiatos, quod possent quoslibet homi-
nes in ciues recipere. conquerebantur
autem, quod officiales ducis eos multis
affecissent iniurijs.

Durāte itaq; bello, cōfœderati cepe-
runt **Zug/Sempach/Notenberg/Ent-
libuch/ Glaris**, & nōnulla alia loca, va-
stauerunt insupèr terrā ducis sinè cessa-
tione. Qua de re dux cōgregauit ex exci-
tū septingentorū lanceatorum, eumq;
duxit aduersus oppidum **Sempach**/in
cuius præsidio multi ex cōfœderatis ex-
pectabāt. Superuenerunt etiā illis aliæ
auxiliares copiae, vt haberent duo millia
pugnatorū, vndè sinè cūctatione egre-
diuntur, & hostibus copiam suā faciūt.

His visis, descenderunt nobiles in ex-
ercitu ducis de equis, & sinè ordine ag-
gressi sunt occurrentes. erant in parte
ducis multi adolescētes inexperti, quod
nō parua iacturæ causam præstitit. pu-
gna enim facta, calore solis & armis fa-
tigati nobiles, dum ad equos redire ten-
tabant, frustrā tamen, serè omnes occisi
sunt, & nemo captus. Dux etiā ipse
Lupoldus in acie perijt, & cum eo Io-
hannes de **Schfenstain**/ Otho marchio
de **Hochberg**/ Iohannes comes de **Surz-
stenberg**/ duo comites de **Tierstain**/ Io-
hānes & Vldaricus de **Hasenburg**/ Ni-
ger comes de **Zollern**/ Vualterus de **Ge-
rolsbeck**/ Fridericus de **Monstral**/ & plu-
res alij nobiles. Ex Sueuia Othmarus
Truchses de **Waldburg**/ Albertus de
Nechberg/ Cunradus vom **Stain**/ &
nōnulli alij quorū nomina nō constāt,

Successit Lupoldo duci filius referēs
nomen patris, vindicare volens patrem,
fitq; bellum atrox anno salutis nostræ
1388. At dum Iohannes comes de **Wer-
denberg**/ & Donatus comes de **Zoffen-
burg**/ habētes tria millia pugnatorum,
quodam die vallem ingrediuntur **Glarensen-**
sem, vastantes ac proterētes vniuer-
sa, intereā conuenēre Glarenses & Sui-
tenses vsq; ad mille viros, viriliter inua-
dentes hostes hincindè palatos, & ex eis
mille & ducentos interficiūt, obtinue-
runtq; duodecim vexilla. ex rusticis ve-
rò vix centum cæsi sunt. insupèr victo-
ria potiti, expugnant oppidum **Brisc**/
vbi fugatis militibus, inuenerunt arma
eorum omnia.

ANNO Domini 1355. rex Carolus
cum principibus Alemanie & Boemæ,
& cum inclyta vxore sua, in mense la-
nuario iter arripuit in Italiam ingenti
Italorū fauore, atq; à Carrariē, Gon-
zagis, Vicecomitibusq; perbenignè ex-
tigit susceptus. Mediolani verò cū con-
iuge sua, allata corona ferrea, quæ est
in Ecclesia Modocensi, apud sanctum
Ambrosium per Mediolanensem archi-
episcopum coronatus est, vbi illi Vice-
comites debitam iurauerunt fidelitatē.
Indè Pisas abiens, honorificè est susce-
ptus, in qua ciuitate per totum Februa-
rium pausauit, ibique legatos Senensū,
Volaterranorū, totiusq; serè Hetruriæ
obuios habuit, veneruntq; Florentini,
eidem fidelitatem quam imperatori de-
bebant, præstātes, vt & Iacobus scribit,
supra cētum millia florenorum propi-
nārunt. Quandiu autem Carolus Pisas
stabat, clauēs omnium portarum in sua
habuit potestate.

Deindè Pisas relinquens, ad vrbe[m]
tendit, approximans vrbi, senatoribus,
consulibus & populo Ro. in Capitolio
cōgregatis, vnus ex senatoribus oratio-
nem habuit ad populum: Eccè, inquit,
rex tuus venit &c. Et hortabatur popu-
lum, vt regem debitis obsequijs recipe-
rēt. Rex verò ante portas vrbis equo de-
scendens, pedes ingreditur, nobili comi-
tante caterua. Obuiabant enim il-
li senatores, consules & Romanus po-
pulus, & tanquā deuoti imperij re-
gem ac reginam gloriosissimè recepe-
runt.

Lupoldus
Sempach
obsidet.

Lupoldi in-
teritus.

Lupoldus
strag.

Carolus in
Italia ingre-
ditur.

runt. deinde in die S. Paschæ infra Mis-
sarum solennia rex ipse cum coniuge
sua coronatus est ab Ostiensi cardina-
li, & altero quodam ab Innocentio Pa-
pa misso, præstato solito iuramento,
& vt refert Blondus sequacesque, quòd
hac conditione admissus sit, vt neq; Ro-
mæ, neque in Italia diutiùs moraretur.

Quod quidem Franciscus Petrarca
ad Nerium Foroliuiensem, imperialem
tunc notarium, sic scribit: Omnis pote-
stas impatiens consortis erit, cuius rei si
qua antiqua non sufficerent, vereor nè
recens nobis exemplum casus attulerit,
nè iam pontifex Ro. principem Roma-
num Romæ esse vetuerit, quod fama
loquitur, is nunc diademate contètum
ac imperij Rom. titulo, non solùm pa-
titur, sed iubet: & quem dici imperato-
rem finit, imperare nullo modo siturus
est. ad ipsum verò Carolum Petrarca
sic dicit: Nescio quid Ro. pontifici pol-
licitus, iureiurando interposito, quasi
muro valido seu monte inuio, eo ma-
nè vrbs aditu prohiberis. Quænam ista
superbia est, principem Ro. publicæ li-
bertatis authorem, libertate priuare?
cuius esse deberent omnia, ipse non sit
suus?

Eodem die Paschæ ad vespèras Cæsar
fieri fecit cœnam magnam infra septa
Ecclesiæ Lateranensis: qua cœna fini-
ta, cum suis exiuit ad campum iuxta S.
Laurentium, & ibi pausauit feria secun-
da Paschæ, colloquiaq; habuit cum se-
natoribus ac Romanis secreta. feria ve-
rò tertia profectus est ad ciuitatem Ti-
bartinam, ab illo loco venit Senas, de-
indè Pisas, reuersus postremò in Ger-
maniam.

Fuit his temporibus in Italia Aegidi-
us Hispalensis præsul cardinalis à Pont.
Max. Innocentio componendæ Italiæ
Constantinopoleosq; causa missus. Re-
cepit is oppida Caroli Imp. auxilio in
Romandiola multa, à tyrannis nupèr
oppressa. Et ex Italia egressum Carolù,
aiunt non nihil esse passum mali à Vice-
comitibus, qui, siue Galeatiù, siue Ber-
nabouem putes, post hæc tempora latè
dominatum suum prorogârunt.

ANNO 1356. facta est eclipsis solis &
lunæ, secuta est magna mortalitas, ter-

ræ motusq; maximus, ità vt in partibus
Rheni plura castra, turres & domus cor-
ruerent. ciuitas Basileens, & eius Eccle-
sia vehementèr concussæ sunt.

Post hæc tempora iudicabatur Spi-
ræ beghardus Bertoldus de **Rorbach**/
hic antea in Herbipoli quosdam articu-
los reclamauerat, videlicet quòd Chri-
stus in passione sua sic fuerit à patre de-
relictus, quòd præ nimio dolore dubita-
uerit, saluari ne anima sua deberet. Se-
cundus articulus, quòd Christus in cru-
ce propter nimiam passionem & dolo-
rem, maledixerit beatæ Mariæ virgini.
Tertius, quòd maledixerit terræ quæ
suscepit eius sanguinè de cruce. propter
præmissa fugiens, ad diocèsim Spirens
venit, vbi articulos hos veros asseruit.
addidit etiàm, qd homo in hac vita intã-
tùm p̄ficere possit, quòd nec orare, nec
ieiunare eũ oporteret. Item quòd laicus
illuminatus possit plùs proficere in do-
cendo, & plùs sit sibi credendum, quàm
euãgelio, aut doctoribus sacræ scriptu-
ræ. Item quòd homo deuotus in perce-
ptione cibi communis possit percipere
tantam gratiam ac si acciperet euchi-
ristiæ sacramentum. & quia relapsus, tra-
debatur curiæ seculari, & est incine-
ratus.

ANNO Domini 1360. Eberardus
comes de **Wirtemberg**, præses Sueuiæ
seu aduocatus prouincialis super 24. ci-
uitates imperiales à Carolo & anteces-
soribus suis imperatoribus constitutus,
cepit easdem ciuitates illicitis exactio-
nibus prægrauare, super quo ciuitates
apud imperatorem remedium quærūt.
quarè imperator de his excessibus & nõ-
nullis alijs comitem redarguit, & quòd
cessaret, ei præcepit. Quæ omnia comes
contemnens, ligam cum ducibus Au-
striæ sinè exceptione imperatoris fecit.
durate itaq; rancore, multi se principes
interposuère, quærentes partes compo-
nere, sed nil profecerunt. tandèm ciui-
tates per Sueuiam orabant imperatorè,
vt ipsis capitaneum daret, & suis expen-
sis se vellent vindicare.

Tunc imperator dedit eis ducè Ru-
pertum Bauarù, & præcepit nihilomi-
nùs ciuitatibus in ripa Rheni, illis au-
xilia mittere. Vndè ante festum Assum-

Errores
Bertoldi
Rorbaceni.

Eberardus
co. Vuirte-
bergen bel-
lo à Carolo
4. petitus.

ptionis B. Marię virginis, imperator cōtractis copijs, cum regibus Vngarię & Lituanię, & pluribus alijs fidelibus & infidelibus venit Norinbergam, ducens in exercitu supra tria millia galeatorū, cum quibus descēdit, & oppidum **Alen** obsedit, quod olim comites de **Detingen** pro 20. millibus florenorum comiti de **Wirtemberg** impignorārant. Quo eucto, ad **Eslingen** profectus est. intereā Rudolphus dux Bauarię cum ciuitatibus super Rhenum ascendit per vallem comitis **Zabergau** dictam, quędam castra destruens, & 30. villas exoliatas igne ferroque vastauit. Marchio verò Baden, à Carolo vocatus, venire recusauit, asserens consanguineum suū nolle impugnare.

Refert Chronica S. Blasij, quòd Carolus imperator in die S. Augustini obsederit oppidum **Schorndorff**/dux verò Rupertus comes Palatinus obsederit oppidū **Groningen**. Augustenses, Constātiens, & alię ciuitates obsidione cinxerunt oppidum **Goppingen**. tandē pacis mentio facta est. episcopi eū Augustensis, Argentinenfis, & Spirēsis, coassumptis idoneis hominibus, concordiam in hunc, qui sequitur, modum fecerunt: Quòd scilicet comites de **Wirtemberg** ligam quam fecerunt cum ducibus Austrię, cassarent, & eidem renūciarent, quam imperator dicebat cōtra se factam, quodq; resignaret imperatori aduocatiā imperialem siue prouincialem ciuitatum imperij per Sueuiam, cum omnibus iuribus suis & munimētis. Item quòd omnibus imperio subditis, corā imperatore vel iudice ab eo deputato de iustitia responderet. Hoc modo deberent etiā stipendiati ab eis & auxiliaries facere. Itē quòd non deberet comites, barones, nobiles aut ministeriales imperij contra imperium cōducere. Itē comes de **Teck** & Pincerna de **Limburg**, & omnes alij partium comitis, deberent gratiam imperatoris plenam habere, ducibus Austrię dūtaxat exceptis: econtrā omnes partium Imperatoris comites deberent saluos atque securos dicere, & quòd vniuersi captiui ab vtraque parte detenti, deberēt indemnes dimitti. Item castra & munitiones comi-

tum ac seruitorū suorum cuietā, deberent sine cunctatione restitui, excepto oppido **Alen** cum attinentijs, quod deberet cum imperio manere. Nonnulla quoque alia deberēt resignare, de quibus omnibus refert chronica ad S. Blasium, eas resignationes verbo, non autē re, factas.

Nam postea anno 1373. dictus comes nomine Caroli imperatoris, à ciuitatibus imperij per Sueuiā grandem exegit pecuniā. et cum recusarent dare, cōgregato grandi exercitu ciuitates multis damnis affecit. tandē concordia nonnulla cum comite facientes, pecuniā se daturas promiserunt. nam **Vlmē** dederūt 52. millia florenorum, **Esslingen** 15. millia, **Rotuil** 10. millia, **Rutlingen** 15. millia **Lindou** sex millia, **Constātia** 40. millia, impetratis quibusdam priuilegijs.

Volebant tunc nonnulli imperatorem illis comitibus solatij ac recompensę causā exactam omnem pecuniam dimississe secundum eandem Chronicam. fama enim erat, vt Iacobus Moguntin. refert, comites ex resignatione aduocatię prouincialis aliorumq; necnon castrorum & terrarum vastatione annuatim in 30. millibus florenorum fuisse damnificatos.

Eodem quoque tempore, vt fertur, aduocatiā monasterij **Mulbroñ**, comites ipsi resignare coacti sunt, quā postea comes Palatinus obtinuit, & hodiē possidet, anno tamen 1504. bello recuperatum est sub rege Maximiliano à duce **Vrico de Wirtemberg**, quęadmodum plenius dicetur suo loco.

Postea imperator coadunato exercitu, parabat ducere contra ducem Austrię iam in concordia exceptum. hoc comperto, dux per mediatores se amicalitē composuit certis capitulis, inter quę vnum erat, quòd dux omnem ligam in qua non esset exceptum sacrum imperium, deberet abolere, salua liga quę inter ipsum imperatorem & regem Vngarię ac ducem Austrię dudum contracta erat ad defendendum terras eorum & limites. Item idem dux deberet imperio facere & habere omnem reuerentiam, obedientiam & subiectionem, prout sui progenitores fecisse dinoscuntur. Item si imperator ad partes Lombardię

Schorndorff.

Hala oppidum.

Mulbroñ monasterium.

bardiæ proficisci vel aliquos mittere vellet, omnes passus, strata & viæ deberent eis esse aperta, omnisque securitas adesse. Item dux deberet omnes comites, barones, nobiles & ministeriales sacri imperij ab omnibus legibus, promissis, iuramentis & obligatiõibus liberare, & ad imperiũ remittere. Nec episcopos vltos aut abbates aduersus imperij iura inter suos referre, etiã si tales libera voluntate se vellēt subijcere. Itē dedit literas, in quibus recognouit se in Sueuia et Alsatia ducē non esse, & in Palatinatu Rheni nullum penitus ius habere.

ANNO Domini 1359. Carolus Imp. in ciuitate Moguntina cū archiepiscopis Moguntiñ, Treueren, & Colonien, habuit colloquium. misit enim Innocētius papa legatũ suũ episcopum Caluačen pro subsidio Camerę, et dedit ei potestatem dispēlandi cum clericis ad beneficia curata vel sine cura, ad dignitates aut officia, quę minũs canonicē haberent aut fuissent adepti, cum fructibus inde perceptis. Erāt ibi etiã Saxonię & Bauarię duces, vocauitq; imperator legatum, et audiuit eundem super commissis. Quo facto, dixit imperator: Domine legate, Papa misit vos ad Germaniam, in qua magnam exigitis pecuniã, sed in clero nihil reformatis. Adstabat autem propē Cuno de **Falkenstein** canonicus Ecclesię Moguntinentis, cū capitiõ precioso, auro & aureis atq; sericis ligaturis consuto. Cui imperator: Presta mihi capitiũ tuũ. & deposito suo capitiõ, imperator induebat capitiũ Cunonis, suumq; vilius Cunoni dedit, dicens principibus: An non in capitiõ Cunonis, similis sum plũs militi q̃ clerico? deindē restituit capitiũ Cunoni, vertitq; se ad Gerlacũ archiepiscopum Moguntiñ, & ait: Domine archiepiscoppe, vobis præcipim⁹ sub ea fidelitate, qua nobis adstringimini, quaten⁹ reformatis clerum vestrum, vt ab usum in vestibus, calceis, capillis ac vitæ vsu tollant. Quod si non fecerint, mandetis fructus beneficiorum suorũ occupari, & fisco nostro præsentari, quos cum voluntate papæ in honestos cõuertem⁹ vsus. quib⁹ verbis ita finitis, paulò post legatus papæ nauē intrauit, & sine mora quasi su-

gitans, ad ciuitatē Colonien nauigauit.

ANNO Domini 1360. circa festum S. Martini Innocētius Papa per literas suas cõmisit collectionē medietatis omnium fructuum, beneficiorum vacantium & vacaturorum in ciuitate & diocesi Spirensi, Iohanni de **Saluero** canonico Spirensi, per biennium ad Cameram Apostolicam referendorum.

Carolus Imp. clarus habitus est, nisi quod, vt aliqui scribunt, Boēmici regni gloriam magis quã Ro. imperij quæsiuit. Fuit enim vir magnorum operũ, qui regnum Boēmici tum religionis cultu, tum legum ac bonorum morum disciplina illustrauit. Nam schola liberaliũ artium ab eo in Praga erecta est, noua ciuitas mœnibus cincta, palatiũ regium magnificentissimè exedificatũ, monasteria multa fundata, arces constructæ mirabiles, corpus S. Viti detulit Pragã, Ecclesiam Pragensẽ ad metropolitanicum decus erexit, cū antea Moguti-no pontifici subiecta fuisset.

Pragæ
schola.

Caroli tẽpore seditio magna orta est Norinbergę: adherentibus em̃ consiliarijs et optimatibus Carolo plebeia concio contrarium sensit. Erant factionis huius authores quidam de collegio fabricorũ Capribarbæ, vulgò **Geisbãrt** dicti. industria tamẽ Caroli sedata est hæc factio. Depositis enim conuenticulis & collegijs artificum, quę vulgò **Zunften** appellant, tanq̃ monopolium leuantibus, in meliorẽ politiam vrbem reduxit. Macellariorũ aut collegiũ, quia Carolo consiliarijsq; adhesit, perpetuo quodã ludo carnis priuilegiauit. Carolus grauitè tulit auũ suum Henricũ 7. qui Robertũ regem Sicilia iustè persequebatur, fuisse ludibrio habitũ. cita-uerat em̃ Robertũ super pertinentibus ad imperium, & eum non cõparentem condemnauit, q̃ sententia cassã legitur in Cle. pastoral. de sen. & re iu. quam declarationē et omnia alia, quę sedes Apostolica cõtra prædictũ Henricum Imp. & in præiudicium imperij attētauit, voluit imperator q̃ Innocētius Papa reuocaret, et q̃ definita per suum auũ maneat in vigore, & super his duos solēnes nũcios mittere decreuit, videlicet archiepiscopum Pragen, & Ioh. de **Siechtenberg**

Notinber-
gen seditio.

episcopum Argentineñ. qui nunciij reportabant imperatori respõsum ad Norinbergam à papa, qui scripsit quòd ipse vellet cum principe dies suos ducere in pace, & in omnibus se votis eius cõformare. Hæc Iacobus de Moguntia. tamẽ constitutio mansit.

ANNO Domini 1361. Eberardus comes in **Wirtemberg**, magnum habuit in Stutgardia parlamentum in torneamento ac hastiludijs alijsq; spectaculis, pro eo quòd filiam suam Sophiam duci Lotharingiæ copulauit. fuerat in nuptijs Albertus dux Austriæ ac alij principes, comites, barões, & nobiles, eratq; fons arte factus, vinum largitèr fundès. Inuitauerat autem idem comes imperatorem, qui etsi voluntarium se obtulerit, postea tamen audito quòd tantam hominum congregationem faceret, venire (vt fertur) formidabat.

ANNO 1363. Innocentio 6. mortuo, Urbanus quintus, patria Lemouicèsis, Guilielmus antè dictus, Abbas S. Victoris Massiliensis ex diui Benedicti ordine, absens & apud Vicecomites in Italia legatus degens, suffectus est. Sedit annis octo & mensibus quinq;. Vocatus itaque Auinionem, pontificatum iniens, vir singularis virtutis, ingentis animi, statim ad libertatem Ecclesiasticam animum adijcit. Aegidium enim Hispanum, virum præstantem, in Italiam iteratò cum summa autoritate legatum mittit, qui ita Ludouicum Gonzagam, Nicolaum Estensem, Franciscũ Carrarium, initis fœderibus in Vicecomitem Bernaboué, qui iam in Lõgobardis grassabatur, concitauit, vt in prælio ab his superatus & saucius ægrè aufugerit, amisso in bello filio, multisq; suarum copiarum captis ducibus.

Permoti autem calamitate Vicecomitum, Franciæ, Angliæ ac Cypri reges, legatos ad Aegidium misere rogatum, vt Vicecomitibus pacem redderet. Quod factũ est, nec diuturna pax fuit. Itã tamen vincente Ecclesia, defecti rediẽre ad obedientiam, ea cùm essent Urbano nunciata, Italiam inuisere constituit. Venit ergò quarto Pon. sui anno, quem in itinere Aegidius adiit, prouincijsq; & vrbibus ac arcibus traditis, le-

gatione (vt petijt) est dimissus. Et cùm pontificem Lateranum vsq; cõduxisset, Viterbium reuersus est, vbi tertio post mense obiit.

Per idem tempus Brigitta vidua ^{S. Brigitta} germana Suediæ prouinciæ, ad Urbanum Pont. venit pro confirmatione noue religionis quam instituit, mulierum atq; virorum. venit autem cum religioso & honestissimo apparatu ad Urbanum, à quo est benignissimè suscepta ob eius sanctitatẽ atq; prophetiam, regulamq; eius confirmauit. Huiusmodi tamen religionis primum authorem Basilium dicunt, quam religionem Brigitta spiritu sancto inspirata hoc modo instaurare ^{Brigitani ordinis descriptio.} nisa est, vt scilicet virorum edificia conexa haberentur, habitationes tamẽ itã seiunctæ, vt de vna ad aliam nisi vrgẽte necessitate transiri non possit. Earum tamen basilicam censuit esse communẽ, itã vt fratres in inferiori parte, sorores seorsum in superiori officium exolerent. Quorum monasteriorum principalem curam Abbatissæ esse voluit, fratribus diuina monasterij assignauit, quorum vnus esset cõfessor & Prior appellaretur. Ea monasteria possessiones & prouentus habere statuit, omnium verò victum & vestitum ad Abbatissam spectare decreuit, nec huiusmodi fratres aut sorores monasteriũ egredi deberent. Hi autem religiosi tam scemina quam mares, griseis vti vestimentis iubentur cum chlamyde grisea et rubea cruce desuper. carnibus vtuntur, & diui Augustini regulam profitentur, additis Brigittæ constitutionibus, quæ omnia ipsa sibi à Deo reuelata asseruit. Fuit autem canonizata à Bonifacio nono.

ANNO Domini 1368. Urbanus cõpositis Pisanis atq; Florentinis, vocauit Carolum Imp. in Italiam, quo Bernabouem Ecclesiæ hostem vlcisceretur. ^{De Bernabou.} Quod Carolus promississe fertur. Verum cùm id nõ posset, pacem secum fecit, vt sequitur. Interea ad petitionẽ Urbani missi sunt quatuor Florètini, quos pontifex hortatus est, vt in belli societatem aduersus Bernabouem irent. Florentini autem consultatione habita, id negarunt ea de causa, quòd pax ciuitati cum Bernabouẽ esset. Quod respõsum nec

Sophia filia
co. Vuirtemberg.

Urbanus 5.
papa.

nec pontifici, nec Carolo gratum fuit. quamobrè Imperator qui bellù Bernaboui minaretur, haud multò post imperatò pacem cum illo fecit, quod papa displicuit.

Carolo intrante Italiã, Florétini obuiam mittunt, exploraturi qua mente veniret, ac Carolus vxorem secum ducès & filios, fecit per Paduam & Bononiam iter, & dum Pisis ageret, Lucã Pisanis & Miniatem Florentinis rebelles, in deditiõnem pro imperio accepit, nõ nihilq; pecuniarú extorsit à Florétinis. Pisanis verò præfidebat Iohannes cognomèto Agnellus. Is Lucam ad Carolù profectus est. Carolus verò Romã veniens, intra tertium mensem quàm aduenerat, Italia excessit. Senis autem cum esset, in suspicionem venit, quasi urbem esset traditurus. quamobrè tumultu populi repentè exorto, penè oppressus est, multisque suorum amissis, Lucam petijt, dein Galliã, mox in Germaniam transijt.

ANNO 1366. in vigilia annunciatiõnis B. Mariæ comes Aego per insidias voluit Friburgú capere. Friburgeni auiati, impediuerunt. mox post festum Paschæ Friburgeni habètes secú in liga Basileenses, Brisacú & Neuenburgeni, destruxerunt castrum in môte, deindè obsederunt oppidum **Endingen**.

Intereà comes cõtractis copijs quingentarum lancearum, obsessis auxilium laturus aduolat. Quo audito, Friburgeni dimissa obsidiõne ad pugná se accingunt, habentes trecentas láceas et quinque millia peditum. Pugna autem facta, ex eis mille occisi sunt, & quadringenti perièrunt in Rheno, trecenti capti fuère.

Posteà anno 1367. pace facta, Friburgenes liberauerunt se à comite suo domino, certo precio dato, & receperunt ducem Austriæ in dominum, qui eis aliquantam pecuniam redemptionis præstitisse fertur.

ANNO 1370. Carolus Vuèceslaum filium natu maiorem, Cæsarem facit, sicq; cum patre imperauit annis octo. Promisit tunc, vt refert Papa Pius, cuiq; electorum cétum millia aureorum pro consensu: quæ cum soluere non posset,

obligauit illis telonia & vectigalia imperialia, oppida, proprietates & iura, titulo pignoris. & surgit disputatio gradis: Vna enim positio probare contendit, q non liceat neq; expediat exossare imperium: alia asseruit rationabiliter hoc factum, nè ipsorum electorú regiones grauentur à potentioribus. Videre liqua mox infra de morte patris.

ANNO salutis 1364. Iohannes rex Franciæ, vt gesserat cum Anglo multa bella infelicitèr, captiuus decessit, quo tempore Carolus filius eius veteri regú more sacratu est, & Sapiens dictus. Hic Carolus patre adhuc in captiuo in Angliam ducto. Parisijs conuentú de eius liberatione habuit, vbi magna discordia emerfa est. Nam præpositus mercatorú congregatis plebeijs, cum Carolus eorum decretis non acquiesceret, in eius cõspectu 12. illi familiares interfecit. Ad quem cum Carolus inquit pauefactus, conserua Carolú: Nihil metuas, inquit præpositus, accipe capitolum meum, & nemo te offendet. Erat em̄ insigne tum ciuium. Ad hæc regem Nauarræ, qui ob conpirationem in Carolum ducem à Iohanne paulò antè positus erat in carcerem, liberatum Carolo reconciliauit impunitate concessa.

Verùm nacta opportunitate Carolus vrbe elapsus, præpositum mercatorum cù sua societate diffidauit, & post multa damna illata, populus serò recognouit ducem suú naturalem dominú esse, & quòd rex Nauarræ ad regnú adspirauerit, præpositum cum suis complicibus interfecit, successitq; reconciliatio ciuium, & Carolus regé Nauarræ recepit in gratiã. Tum concepta fuerunt puncta super liberatiõne Iohannis, sed iniquè visæ sunt cõcordiæ leges, ideò communi decreto bellù Anglis indictum est. Vndè post multas cædes tandem conuenit, vt omnis Pictauiã, Santoneñ cù multis prouincijs Anglo obuenirent, eiq; trigessès cétena millia aureorum statutis diebus soluerent. Hinc ambo reges venerunt Calesium, vbi pũcta pacis iurata sunt, & rex Iohãnes dedit obsides filios Ludouicum Andegauix & Iohannem Bituricensẽm ducem, cum quibusdam alijs.

Carolus Io.
Fráci filius.

Rex

Friburgum
Austriæ ducem
occupat.

Vuèceslaus
Andegauix

Rexigitur Angliæ cū obsidibus mox redijt in Angliã, & Iohannes rex Franciæ Parisios venit, cuius aduentus mirabili cum exultatiõe susceptus est. Deindè in Angliam reuersus, obsides pro se liberat. At correptus infirmitate, moritur. Igitur vita apud Lódonum Iohanne defuncto, Carolus Rhemis sacratuſ est, cui cognomen erat Sapiens, regnauitq; annis 16. Indè cū Parisios reuertisset, Philippo Burgúditionum duce defuncto sine liberis, Carolus fratri suo iuniori Philippo Burgúdiam donat ex ordinatione patris.

Philippus
Burg. dux.

ANNO 1369. Philippus Burgundiæ dux & comes, Caroli frater, Gádauum profectus, Margaritam Ludouici Flamingorum comitis filiam, vxorem accipit his conditionibus: Tenuerant reges Franciæ tria secus Flandriam oppida, Insulam, Duacum & Orchiam, & Ludouicus Flandrensis deberi sibi ex pacto dicebat librarum millia decem annui censûs, & cētum scutorum millia, quæ Franci reges non absoluisſent. Conuenit igitur, vt tria ista oppida memorati censûs nomine sub regis fide & principatu comes perpetuò possideret, eiq; cētena quæ diximus scutorum millia imprimis soluerentur, & si sine liberis masculis moreretur, supradicta oppida ad Margaritam eius filiam transfirent.

Arelatense
regnum.

Carolus quoque regnum Arelatense trāstulit in Ludouicum ducem Andegauensem. regnum id Arelatense iuris Ro. imperij est, quod Otho magnus adiecit, priuando Bosonem regem, suis exigentibus demeritis, quē tōsum monachum fecit. Anno Domini 1371. dispositis rebus Italicis, Vrbanus crucē prædicari fecit contra Turcos, & passagium ordinauit: in Gallias dein proficiscitur, Massilię moritur, vel vt alij volunt, Auinione.

Gregorius
XI papa.

Eodem anno creatus est pōtifex Gregorius II. Auinione, antea Petrus vocatus, Mariæ nouæ diaconus card. sedit annos septem, menses quinque, qui statim in Italiam misit, vt res Ecclesiasticas recenseret. Inita autem cum Bernaboue pace, erant enim omnes præter Venetos Vicecomitibus inimici, propter quod multa mala surrexere, vrbis iniurias

vindicare statuit. Nam vrbis Romę tum custodiam ac administrationem Bandereñ habuere, qui ita nominatur Germanico vocabulo à vexillis. Singule enī decurię internoscebantur signo suo. Capita regionum nunc vocantur, qui vrbis tribubus præſunt.

ANNO Domini 1372. comes Vlrucus de *Helffenstain* occisus est in castro *Nyberg*: deindè ciuitates imperij quæ plures mortem vlciſci cupiētes, in quadam villa propè succubuerūt, per Eberardum comitem Vuirtembergensem deuicti.

ANNO Domini 1375. Florentini aduersari Ecclesiæ cœperunt. Fuerat enim curia papę iam ad septuaginta annos in Gallia, & pontifices per legatos ciuitatem Ro. & subiectos gubernabāt. Dominatus eorum superbus erat & penè intolerabilis: studia eorum non pacis, sed belli: externorum hominū plena erat Italia: inuisi ipsi subiectis, vicinis graues atq; suspecti, sterilitas annonæ maxima. Rogabatur à Florentinis sapē legatus, vt pro amicitia & foedere frumenti facultatem faceret, sed ille negabat. Accessit quòd Perusini in libertate se vendicantes, legato rebellant, arcem in vrbe expugnant, ad quod Florentini auxilia misere. Rebellātibus postea Bononiens, auxilia eis è Florentia non defuere. Interea Gregorius audita Bononiens defectione, quò ruentem Ecclesiæ statum repararet, sex millia equitum, quatuor millia peditum Britonū in Italiam misit, censuras etiã ac pœnas cōtra Florentinos promulgauit.

Eodem anno societas quædam ex Gentiu alijs nationibus congregata ad centum millia hominū, venit ad partes Rheni, rumor erat, quòd contemplatione domini de Dufin principaliter venissent, qui dicebat Hegoia totam ad se iure spectare hereditario antiquo. Erant secundum communem æstimationem supra centū millia equitum & peditum, vndè nemo ausus fuit tantæ multitudini congregari. Sed dux Austriæ Lupoldus cōsuluit, quòd omnia oppida bene custodirentur, & infirmiora firmarentur: fecitq; omnes villas per Alsatiam vsq; in Hegoiam cremari, arboresq;

boresq; domesticas excindi, populariq; terram in rure, ita vt non inuenire possent victum aut mansionem: non enim poterant oppida capere, cum non haberent machinas, aut instrumenta opportuna: & cum victum non inuenissent, & oppida omnia clausa tenerentur, tandem circa festum Hilarij paulatim abiierunt, nec vnum quidem oppidum expugnare poterant. Erat enim frigus, ita qd diutius manere non valebant. Abiierunt, vt fertur, dimissis equis multis & armis, pars autem versus Bernam iter fecerat, & dum nocte vna in monasterio vulgo **Frauenbrun** dicto, pausare vellent, Bernensium monasterium incenderunt, & in fuga ad centum ex eis interfecerunt. similia cum nonnullis alijs peracta sunt, donec omnis Germania vacua facta est ab eis.

Per hec tempora ferunt Imp. plures a Gregorio papa fuisse exhortatum, vt expeditionem contra infideles faceret, ac terram sanctam recuperaret. Cui respondisse dicunt, se gratia dei satis posse expeditionem ducere: sed quia consideraret, quod sine multorum Christi fidelium strage terram sanctam recuperare non valeret, nec etiam si actu eam recuperasset, eandem manu tenere posse consideret, ideo frustra se ingerere, temeritatis magis putaret quam rationis fore.

At Florentini in his angustijs, miserunt oratores duos ad Pont. Ro. in Gallias, vbi copia fandi data, primum conquirebantur Ro. pontificum ab Italia absentiam, & legatorum Sed. Ap. qui ad gubernandum mitterentur populum, tyrannidem accusabant. Verum pontificem tanta opera placare Florentini non poterant, breuique post damnantur, & ciuitas interdicto subijcitur. Ferunt ibi cum a legatis multa dicerentur, temere quendam ad Dei Opt. Max. effigiem conuersum, exclamasse: deus bone, nos legati Florentini populi ab hac sententia vicarij tui lata, ad te tuamque equitate appellamus: tu qui falli non potes, nec ira flecteris, Florentino populo libertatem tuenti subuenies, erisque protector propicius. Interim & in Italia Britonum barbarie sequente, patrie consulturus papa, Italiam adire constituit.

ANNO igitur 1376. existimans Gregorius pontifex hec omnia mala sua ab-

sentia fieri, de perfectione ad Italiam diu multumque cogitare cepit. Sed hominem maxime permouit cuiusdam episcopi responsum, qui interrogatus a Pont. dum simul inambularent, cur non rediret ad Ecclesiam suam, que sine pastore contra æquum relinqueretur. Cur, inquit ille, tu summe Pont. cæteris exemplum daturus, tuum episcopatum non repetis, Ecclesiamque Romanam?

Motus his verbis Pontif. paratisque in Rhodano triremibus, (aliò se iturum simulans, ne a Gallis retineretur, si se ad urbem profecturum sensissent, ipsam namque curiam in Gallia manere curabatur) secundo flumine in mare descendit: Genuam autem primo, inde Cornetum contendit, vnde terrestri itinere Romam peruenit Idibus Ian. migrantis Romanæ curiæ in Franciam anno septuagesimo. Quo autem apparatu & lætitia a populo Romano susceptus sit, non attinet dicere, cum vultu, gestu, acclamationibus omnem lætitiæ speciem effuderit. nam & mœnia et basilicæ ac priuata edificia vbique ruinam minabantur.

ANNO 1377. feria quinta post sacrum diem Pentecostes apud oppidum **Neutlingen** occisi sunt complures comites, barones, milites ac nobiles de familiaribus stipendiatisque comitum de **Wirtemberg**. Narraturque factum hoc modo ab oppidanis de **Neutlingen** & ita scripserunt rem gestam ciuitatibus socijs: Bello existente inter comites de **Wirtemberg** et ciuitates imperiales, quinta feria prædicta in nocte exiuerunt ciues oppidi cum socijs quingenti numero, & mane facto pecora apud oppidum **Brach** & **Tetingen** prædam abegerunt, villam **Tetingen** incenderunt & exusserunt, deinde ducentes prædam, peruenierunt prope oppidum suum **Neutlingen**, ibi illis obuiam venerunt socij.

His intellectis, Vlricus iunior comes de **Wirtemberg** cum satis iusto exercitu equitum, pretendens eos opprimere antequam se ad oppidum reciperent, occurrit. Verum ciues in oppido per vnâ portam solito clausam, via facta excurrunt: sic comes cum suis circumdatus ab hostibus, qui pedites aduersus comitem & equites suos pugnantes, eos vt pecora interfecerunt. Occisi sunt ex nobilitate qui

Strages comitis Vuirtembergensium apud Neutlingen.

qui annotati sunt, Fridericus comes de **Zollern**/Vdalricus comes Palatinus de **Tubingen**, Iohannes comes de **Swarzenberg**, Dominus Gotfridus **Schoderer** de **Winshen** miles, qui tenuerat vexillum eo die, Suigerus de **Gundelsingē** baro, Reinhardus de **Nyberg** miles, Iohannes de **Seldeneck** miles, Longus de **Ererlschen** miles, Bernardus de **Sachsenheim** miles, Fridericus filius, Vendus Franco miles, Vuolfo de **Stamshen** magister curiæ comitis de **Wirttemberg**, duo Burckardi **Sturmfeder**/Benzo **Reib** de **Hohenstain**, Iohannes de **Rudenberg**/Iohannes de **Lustnou**/Sifridus de **Belsenberg**/Cunradus de **Höfingen**/Cunradus **Kyfer**/Vualtherus de **Hohēfels**/Suigerus de **Gemingen**/Scharbo de **Bernhusen**/Sifridus **Waler** & Henricus **Waler**/Kyrchher in Holman, Cuno Truchses de **Buchshusen**, Albertus de **Killer**/Eberardus de **Stoffeln** & **Boulan**. Eberardus de **Sternfels** aduocatus Zabergouæ, Henzo de **Liechtneck**/Iohannes de **Sperberseck**/Andreas de **Gyflingen**/Vlricus de **Liechtneck**/Diopoldus de **Nydingen**/Cunzo de **Stähen**/Vuolfo de **Pfauhusen**/Vuolfo de **Jungingen**, Vualtherus **Spet** de **Esterē**, Héricus **Mager**, Sifridus Frāco de **Erdbach**, Hermānus de **Katboce** Frāco, Iohānes de **Grūbach** Frāco, Cuns de **Heidekem**/Kase de **Liechtstain**/Vuolfo de **Brnhofen**/Volcklinus de **Kruschem**/Iohan. de **Grunbach**/Iohānes de **Winshem** Franco, Guilielmus **Durer** de **Kraishem** Frāco, Cūradus de **Limpach** Franco, Hermānus de **Vocnstain** Franco, **Stainsfeld** Franco, Andreas **Jobel** Franco, Rupertus de **Gebhydēl** Franco, Iohannes **Esel** de **Lor.** prædicti omnes fuerunt de nobilitate. Ex famulis nobilium periērunt 13. Omnes, vt supra scriptum est, spoliati sunt armis ab ipsis de **Keutlingen** victoribus, et ad preces cadauera corū permissa sunt & alibi sepeliri. Comes verò de **Wirttemberg** iunior Vldricus Eberardi filius vulneratus, cum nonnullis euasit, & ad arcem **Acheln** se recepit, sub qua **Keutlingen** oppidum est situm.

ANNO præcedenti Carolus Imp. obsedit Vlmam, adhæsitque sibi comes

Eberardus de **Wirttemberg**, sed nihil obtinuerunt.

Eodem anno Lupoldus dux Austriæ acquisiuit oppidum **Feldkyrch** cum adiacenti dominio à comite Rudolpho de **Werdenberg**, deditque preciū auri xxxvj. millia florenorū, paulò post emit à comite Alberto de **Werdenberg** **Bludens** & Sanctum Montem.

ANNO salutis 1378. Carolus Imperator moritur, & reliquit duos filios Vuenceslaum natu maiorem, & Sigismundū. natu maiorem ante obitum suum Cæsarem appellauit. Hic Vuenceslaus quū iam cū patre regnasset annis octo, post obitum patris confirmatus, imperauit annis 22. quāuis imperij corona caruerit, vir quidem ignauus & patri dissimilis. Sub eo orta est hæresis **Hulfitarū**, eo tamen iam ab imperio amoto.

Eodem anno Gregorius in Italiam veniens, legatos ad Florentinos misit, eosque adhortatur, vt equas pacis conditiones in negotio dissidij nō detrectet. Verū vt Anto. scribit, alia erat mens pontificis, factam scilicet missionem illam * ad pacē, sed seditionē atque discordiam ciuium spectare. oratores eū misit, qui ad populum, nō ad magistratus mandata promerent. Verū populus omnia ad magistratus remisit. Itā deteriorē potius rem oratores quā meliorem fecerunt. Quarē paulò post contempto interdicto, quod illuc vsque seruatum fuerat, celebrare per urbē agrūque cunctis in templis sacerdotes iussi sunt: quod qui fecerunt, crimē nequaquam euaserunt. Et legitur in chronicis, quod habito super his consilio à canonistis, consultum fuit super eo per eosdem, ciuitatem non teneri ad obseruationem censurarum à papa prolatarum, quia ex odio & inimicitia ad eos mouebatur. Id tamen videtur potius adulatorium fuisse, quia secundūm Gregorium, sententia pastoris siue iusta, siue iniusta, timenda est & seruanda, nisi contineat intolerabilem errorem, quod ibi non fuit.

Interea pontifex cōciliatis prius Bononiensibus, ad arma conuersus est, variisque strages hinc inde factæ. Post multa animaduertens suos conatus non habere prosperos successus, Florentinosque obstinatis

Vuenceslaus
Cels. CV.

Gregorius in
Italia gessit.

* non ad

natis animis cœpta persequi, et quæ pecunie obediunt omnia, mitigata eius animositate, de pace cœpit cogitare. Mittuntur hinc inde legati, fuissentque; Florétini data pecunia ad pacem inclinati, protracta tamen est cõuentio, ita quod pontifex antè sit defunctus, quàm conclusa esset pax. Non inuenitur post mortem papæ magnam secutam fuisse vindictam, forte propter schisma mox exortum.

Refert tamen Anto. censuras postea ab Urbano relaxatas. Ego reperio in Chronica S. Blasij, quod Gregorius 11. anno 1372. misit legatum ad Alemaniam Heliam de Verdone, cum mandato ad exigendam decimam omnium fructuum Ecclesiasticorum, & eius mandato episcopus Constan' fulminavit aduersus resistentes processus. Totus autem clerus sub dominio Vuirtembergens', & plures alij, maiorque; pars totius diocesis formaerunt appellationem ad Papam, expressis causis, quod non possent soluere. collector decimarum primus fuit episcopus Vormatiens', deinde Augustens'. Clerus verò de Brisgavia & circa lacum, non resisterunt, & sic schisma fuit in clero. Aliqui enim contra processus celebrabant diuina, aliqui non: deinde legatus compositionem accepit, et de quatuor marcis dabatur quinque; floreni Rhene' vice duarum procuratorum. Dux autem Albertus suis literis mandauit in terra sua omni clero sibi subiecto, quod dictam decimam solueret.

ANNO Domini 1378. quinto Kal. Aprilis Gregorius accuratè agens omnia, quæ ad pontificem pertinent, intolerabili vesica dolore moritur, sui pontificatus anno septimo, mense quinto. sepelitur in Basilica B. Mariæ Nouæ. Gregorius hic positus in extremis, habens in manibus sacrum Christi corpus, protestatus est coram omnibus, ut cauerent ab hominibus, siue viris siue mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones sui capitis: quia per tales ipse seductus, dimisso suorū rationabili consilio, se traxerat & Ecclesiam ad discrimen schismatis imminentis.

Hæc Gerson lib. de examinatione doc. secunda parte, tertia cõsideratione, ubi etiam ponitur, quod hic papa in Auinione per Accaterinam de Senis, inductus est

quod se Romam transtulit, cæteris cardinalibus dissuadentibus. Ex quo paulò post subortum est schisma in Ecclesia, hoc anno mortuo pontifice, quod diutius durauit, quàm aliud quodcumque; annos videlicet circiter triginta. & demum sublatum est in concilio Cõstan', ut patebit.

Schisma ita initium sumpsit: Mortuo Gregorio & eius exequijs ex more celebratis, clerus populusque; Ro. cardinales obnixè rogauerunt, ut Italicum eligerent qui Ecclesiam Ro. & Rempub. gubernaret, alioquin de Christiano nomine actum esset. Ideò autem Italicum petebant, ne si Gallicus deligeretur, Romana curia iterum in Galliam migraret. Quibus cardinales benignè respondentes, se pro posse eorum votis obtemperaturos promiserunt, iubentque; bono animo essent. Gallici autem quærebant facere Gallicum. Intranses patres conclauæ, Bartholomæum Neapolitanum Barensem archiepiscopum, ad deliniendos Romanos deligere statuerunt, ut postmodum tutiori in loco alium subrogaret. At verò unus cardinalium ex gente Vrsina, qui ad id toto animo adspirabat ut pontifex fieret, statim ab extrâ Romanis nunciat Gallum esse electum: quod cum vulgus audisset, conclauæ euestigiò multo tumultu effregit, minisque; et terroribus patres concussit. Sed cum didicisset Italicum, id est, Barensem creatum, cõquieuit. alius, ut Leonardus, ad terrorè Ro. plebis scribit Barensem Italicum creatum, Urbanumque; 6. appellatum.

Hæc electio celebrata fuit anno Domini 1378. in Iulio mense. Huc Urbanus 6. cardinales posteris diebus principibus & ciuitatibus per orbem, ut moris est, literis intimauerunt canonicè electum in Rom. pont. Fuit autem in homine natura inquieta & dura. Post mensem verò tertium in calores urbanos Galli culpam reijcientes, à pontifice petunt, ut sibi proficisci Anagninam cum bona eius venia liceat aeris mutandi gratia. Sed reuerà feueritatem Urbani reueriti, abièrunt. nam semel atque; iterum eos ad se vocatos admonuit, ut nec dona nec munera acciperent dum causas agunt, vel dum patrocinium suum præstarent, interminatus

se acerrimè puniturū in simonia depræhensos, aut iniustas causas fouētes. Atque Papa ostendit sibi placere & ità velle, vt pompam dimitterent familiarium & equorum, quia in tales sumptus cōsumerent pauperibus debitum ac basilicis restituendis. Et quia sentiebat cardinales Gallos de reditu curiæ in Galliam, mentionem facere, apertè ostendit se Romæ mansurum, quam dicebat fundamentum Ecclesiæ vniuersalis.

His itaque rationibus moti cardinales Gallici, qui pro arbitrio animi omnia prius agebant, Anagninam primò pergūt, & indè mox ad ciuitatem Fundos. Regina em̄ Apuliæ Iohanna, suspectum habens Vrbanum, nè sibi aduersaretur, cūm percepisset cardinales malè contentos de electione facta per eos, significauit eis (vt dicitur) secretò, quòd ad ciuitates regni sui tutò possent accedere, & alitè disponere. Vndè & de securitate confisi, illuc accesserunt, primò in Vrbanum vt falsum pontificem inuecti, quòd dicerent papam vi creatum, cūm electio illa & coronatio in loco minimè tuto sit habita, in qua libera deberent esse suffragia. Ipsi enim à populo Rom. coacti sunt Italicum potius quàm Gallicū eligere. Has ob causas sede vacante, vt ipsi dicebāt, octo cardinales, Iohanna regina fauente, Gebennensem cardinalem, pontificem deligūt in Septembri, Clementem 7. appellantes, qui sedit annis xv.

Vrbano Italia, Germania & Pannonia, Clemēti verò Gallia, Hispania, Cathalania & Britannia adhæserunt. Asserebant obediētiales Clementis, suum esse verum papam ex electione libera, Vrbanum apostaticum & antipapam, scribentes sequaces ipsius schismaticos & execratos. Contrà, obediētes Vrbano, Clementem affirmabant apostaticum, cūm electio Urbani fuerit canonica, & hoc protestati fuerūt etiā ipsi qui Clementem elegerunt. nam Vrbanum vnà cum alijs cardinalibus canonicè electū per vniuersum orbē publicauerūt: etsi etiā fuisset illatus metus, tamè postea nō reclamauerunt, sed eum venerati sunt per integrum mensem vt Petri successorem & Christi vicarium,

& ideò schismaticos & execratos Clementis sequaces.

Multæ disputationes exortæ sunt, vtraq; obediētia habuit religiosissimos viros, & quod maius est, etiā miraculis fulgentes, nec vnquàm potuit questio hæc decidi, quin māserit apud plurimos dubia. nam etsi necessarium esset credere vnicum vicarium Christi, sicut vnicam Ecclesiam, tamè si cōtingit plures per schisma creari summos pōtiffices vno & eodem tēpore, nō videtur de necessitate salutis, credere istum esse vel illum, sed alterum eorum qui scilicet fuerit canonicè assumptus. Quis autè fuerit canonicè electus, non tenetur quis scire, sicut nec ius canonicū, sed in hoc populi sequi possunt Maiores suos seu p̄latos, secūdum Anton. Clemens ille cum obedientia sua in curiam reuersus Gallicam, Auinione residētiam statuit. Vrbanus verò Romæ sedēs, multos cardinales instituit. multiplicauit & Clemens cardinales. Vrbanus per hæc etiā tempora interdictum & alias censuras prolatas à Gregorio xj. contra Florentinos, relaxauit, & pacem cum eis fecit. Et tum Genuenses classe aduersus Venetos instructa, veterū iniuriarum memores, hostem egregiè sunt vlti, in qua tamen expeditione multis affecti sunt incommodis.

GENERATIO XLVII.

ANNODomini 1380. in schismate inter Vrbanum 6. & Clementem 7. sub Vuenceslao Romanorū rege, 47. incepit generatio. Cūm itaq; Vrbanus Romæ, & Clemens Auinione præfiderent, Britones pro Clemente in ciuitate Fundorum cum comite ibidè ac comiticibus ex Campania in agrum Romanum excurrunt. occisi sunt quadam die 80. Romani. subitò in vrbe vlulatus auditus. Tum mox Romani in curiales vltromontanorum vertunt, non parcentes sexui vel ætati, multos clericos percusserunt, plerosq; in carcerem trusos, bona eorum diripientes spoliāt. Alemanis tamen minùs erāt infensi, hostes verò vastabant agros.

Commotus Vrbanus contra Iohannam, quæ locum schismati præbuerat, & propter alias causas supradictas, eam regno

Schismatis
grauiss. origo.

Clemens 7.
papa.

Actōde
schismate
dubia.

regno priuauit, ad Ludouicum regem Hungariæ misit, exhortando vt Carolus, qui bellum aduersus Venetos ductarat, sibi cum decenti exercitu mitteret, tunc eum regem Siciliae faceret. Idem Carolus dux tunc iuuenis & pauper, de sanguine regum Hungariæ, & reginæ Iohannæ consanguineus, quæ etiã Margaritam vxorem Caroli nutriuerat, inuitus onus agnouit. Et dum trãfret Carolus in Hungariam, remanserat vxor eius cum liberis apud reginam. Ludouicus verò rex gauisus, tum quòd vindicaret necem fratris sui, tum etiã vt Carolus filias suas in regno Hũgariæ non impediret, Carolum in Iohannam concitauit, qui adiutus à Ludouico rege, intrauit Italiam, ducẽs septem millia Hungarorum & aliquot Italicos.

Misisse fertur ad Florentinos oratores qui dicerent, ad Carolũ ex concessione Ludouici regis & pontificis decreto regnum pertinere, quandoquidẽ Iohanna regina multis se alioqui sceleribus & postremò schismate coinquinauerat. Venisse ergò se in Italiam, vt regnum sibi debitum, ab iniusto possessore vindicaret: idcirco petere Florẽtinos, fœdus secũ ineant, & viribus pecunijsq; foueant. Ad hæc Florentini neutrà partem se velle offendere respondent, & cum intelligerent respõsum hoc Carolo displicere, ad placandũ eũ dono mittunt Ariminum xv. millia florenorum, quam tamen pecuniã Carolus recipere noluit. Hæc reiectio pecuniæ animos Florentinorum fregit, auxitq; timorem quòd Aretini dominium ciuitatis suæ tradiderunt. Vndè Florẽtini Carolo xl. millia auri pondo dare paciscuntur, vt copias abduceret, nec exules eorum foueret, nec eos offenderet.

ANNO Domini 1381. Carolus Hũgarus Romã veniens, benignè ab Vrbanò susceptus, & rex Siciliae coronatus est, prius tamen cõcessit ad voluntatem papæ, Francisco Batillo nepoti Vrbanì Capuanũ & Amalifatanum ducatus, et multos nobiles comitatus in Sicilia. Et quia Carolus carebat pecunijs, eapropter Vrbanus papa proprietates & iura Ecclesiarum ac monasteriorum vrbis in magna parte Romanis ciuibus vendidit

vltra summam valoris lxxx. milliũ florenorum, aureos etiã & argenteos calices, cruces & imagines sanctorũ alienat, & cum ea pecunia rex Carolus modicis copijs ingressus est regnũ Neapolitanum.

Cum autem appropinquasset Neapoli, facilè eam per fraudem ciuium accepit. acclamatum est illi, Viuat rex. Erat tunc regina Iohanna in castro nouo. illaq; mortuo Tarentino principe, iam duxerat maritum Othonem ducẽ Brunsvigẽ principem probatissimum, qui ante electionem Clementis accessisse fertur Vrbanum bonozelo, & laborauerat concordare eum cum cardinalibus, sed non fuit auditus. infecta re abiit, & tamen Vrbanum ad finem vitæ suæ pro vero põtifice habuit, cum quo regina non consensit. Sed quò tutior esset, ipsa Ludouicum Andegauẽ ducẽ, Caroli regis Franciæ fratrem, in filium adoptauit, qui nondũ aduenerat. Receptus autem Carolus in vrbe, obsidione mox vallauit castrum nouũ, in quo erat regina cũ baronibus suis, & ita cinxit, vt nullus ingredi aut egredi posset, nisi à parte maris.

Tum Otho vxorẽ non deserens, ciuitatem obsedit ab extrã manu valida: & cum certo die parasset se ad ingressũ ciuitatis per vim, occurrit illi Carolus: & pugna facta, equus Othonis cecidit, vndè & captus fuit, et exercitus eius dissipatus est.

Refert scriptor quidam de familia papæ, à quo etiã aliqua quæ prædixi & quæ sequentur, accepi: Cum, inquit, obsessus à duce Othone Carolus, videret se in periculo esse, ad alia se conuertit ingenia. ciues enim ac Carolus corruerunt militem Neapolitanũ, Othoni & reginẽ intimũ amicum, ille secretũ sigillũ reginæ falsificari fecit, ac nomine reginæ scripsit Othoni secreto nuncio, vt cum sex charissimis noctũ & certo loco literis designato veniret, auditurus consiliũ capiendæ vrbis. nã penuriã victũs ipsa ac sui laboraret. credulus Otho, venit ad locum designatum, ducens secum marchionem Montisferati, fratrem suũ Baltazarẽ, & tres nobiles viros, & dum locũ contingunt, per

insidias in fossatum cadunt. ibi marchio cum duobus alijs occisus est, Otho captus, ac frater eius elapsus, qui tamen postea capitur, & exoculatur. ducitur Otho ad Carolum, qui sibi improperabat cur regnum suum infestaret: ad quod ille, regnū nō esse Caroli, sed Iohannē cōiugis suę, & nec caput nec genua flexit. vndē ductus est in carcerem. His ita peractis, obsidio soluta est.

Cernens autem Iohanna se euadere non posse, cū nec aduentū Ludouici Andegauē sciret, & de auxilio desperaret, postulauit colloquiū tutum cū Carolo, & concessum est illi. In hortū ergo castri aduocato Carolo, Iohanna ad Carolū: Ego te, inquit, habui hucusquē in filium: modō ex quo ita Deo placet, te recognosco in dominum, do me & recomendo tibi honorem meum ac maritum Othonē. cætera tui iuris sunt. Cui Carolus: Ego te dilexi vt matrem, & ita facere intēdo in posterum, honorem tuum ac Othonem commendatos habebō. moxq; Iohanna educa de castro ad alium locum, honorificē associata custodiæ datur, & postea, vt fertur, dum orasset, missis satellitibus extitit strangulata, barones multi capti sunt, totumq; regnum sub dominio Caroli factum, Deo magis operante quā humana virtute. Iohanna defuncta, cardinalis S. Georgij legatus cum Carolo per Vrbanum ad regnum missus, archiepiscopos, episcopos, abbates & presbyteros qui reginæ adhæserant, crudeliter afflictos, bonis & titulis priuauit, in quorum locum Vrbanus alios substituit.

ANNO 1380. Carolus rex Franciæ, Sapiens dictus, vbi se mala valetudine grauatum sensit, liberos duos Carolum & Ludouicum impuberes, Burgundiæ ducis Philippi, & Ludouici Borboniorum tutelę commisit, regni verò gubernacula Ludouicum Andegauorum ducem moderari cōstituit, donec Carolus primogenitus annum xiiij. exegisset. his actis moritur: cor principis Rothomagi, reliquum corpus apud S. Dionysium sepelitur.

Carolo mortuo succedit filius Carolus 6. sed cū ætatē non haberet, vocā-

tur proceres regni: cōueniunt, Carolū sacrandum esse & regem appellandum, suoq; nomine agenda gerendaq; omnia, adolescentes Carolū & Ludouicū curę & prouidentię Burgundorum & Borboniorum ducum credendos, erariū regis ac supellectilem Ludouico Andegauē committēdam, qui interim dum rex adulesceret, Regentis nomine vteretur. coronatus est rex ac inunctus Rhemis more Maiorum suorum.

ANNO 1382. Ludouicus rex Hūgarorum obiit, & sepultus est in Alba regali, in capella quam ipse construxit in ecclesia collegiata B. Marię virginis. regnauit 40. annis, mense vno. Verū antequā decederet, duas filias habēs, Sigismundo Caroli regis Rom. filio alteram, Heduigen desponsauit Guilielmo duci Austriæ, pactioibus vt Sigismundus regnum Hungariæ, & Guilielmus regnum Poloniæ haberet. erat em̄ vtriusque regni dominus. paulō post traducta est Heduigis, et in arce ciuitatis Cracouicē Guilielmo duci ritu Ecclesiæ copulata, vbi aliquantispēr coniugio vacarunt. sed post spoliatur ipse, prout dicitur.

Interea Ludouic⁹ Andegauus à Clemente 7. regni Neapolitani diademate suscepto, prouinciā armis occupat. adiuutus à rege, in Italiam duxit, non magis vt Carolum repelleret, quā vt Vrbanum per arma eiccto, pōtificatus Clemētī cederet. Venit ergo in Italiā, suprā xxx. millibus equitum stipatus, contra Carolum & Vrbanum, cuius aduētus maxime Florentinos & Aretinos terruit, quod Aretini Carolo parerent, & Florentini etiā obsequerentur. In Lombardiā itaq; primū descendētes, à Bernaboue Vicecomite per benignē & comitē suscipiuntur, dux deinde per Hertruriam iter capit, ab exulibus Aretinis pulsus vocatus, vbi post multas cedes vrbem Aretinam de manibus Caroli extorsit, & militibus diripiendam dedit. Arx autē vrbis defendebatur Guelphorū p̄sidio, quæ diebus xl. oppugnata, in Gallorum potestatem non venit. Superuenerunt adhuc equitum xij. millia duci. tum Aretio Gibelinis cōcesso, abiens & per Marfos iter faciens, ad Cassinensem

Iohanna
strangulata.

Ludouicus
Hungarus.

Lud. Andegauus
Apu-
lic rex.

Carolus 6.
Franc. rex.

ensem saltum peruenerat. Et quia Florentini Urbano & Carolo parebāt, que res ducem vehementer offendit, scripsit in Galliam, vt bonis eorum manus iniicerentur.

Regni autem fines cum exercitu ingressus, magnos continuo motus suscitauit. nam principes quidam & populi qui erga reginam iam defunctā afficiebantur, frequentes ad eum tanquam ad successorem legitimū defecerūt, vt Carolo difficilima regni defensio redderetur. Cepit Ludouicus Tarentum & Barensem ciuitates, & victor credebatur, ni morte præuentus fuisset. Et scribunt quidam, illum & multos nobiles viros secum, qui vsi sunt aqua fontana veneno infecta, mortuos biennio postquam ingressi sunt Italiā. defuncto duce, Andegauēses milites dissipati, cōsilio & duce carentes, expoliati potius quam inermes, longitudinem Italiæ sunt emensis, in patriam redeūtes. Qui verò Aretium Ludouici nomine possederunt, intellecta ducis morte, Aretium Florētinis vendiderunt pro xl. millibus florenorum. p̄fectus autē regis Caroli vt redderet arcē, recepit xvij. millia florenorū. quod totum Carolus ratū habuit, super quo Florentiæ habitum est festum.

Per id tempus Flandriæ comes moritur, & successit illi Philippus Burgundiæ dux, eius gener. Non multo post Carolus rex Franciæ Isabelam Bauariducis filiam, vxorem duxit.

Tempore quodā venit in curiā regis Franciæ vir austerę religiōis. hic regem affari cum peteret, ab aulicis sep̄ prohibitus: perseueranter tamen agens, ad regem introducit, cui se desuper admonitum esse dixit, vt illū de vectigalibus tributisq; tollendis conueniret: ni faciat, Dei iram in proximo esse, sed neq; liberos habiturum. his cōminationibus rex perterritus, obsequi cogitauit: sed vtroq; patriele Biturige & Burgundo dehortantibus, abstinuit.

Rhemis deinde conuentu habito, visum est cōsiliij assessoribus, ex reipu. cōmodo fore, si vno principe regnum gubernaretur. igitur ad Carolum omnia relata sunt. Biturix atq; Burgūdiæ duces, magnis donati muneribus, Carolo va-

ledicentes, alter in linguam Occitanā, alter in Burgundiam profectus est. Rex verò Parisios petens, veteres regni institutiones reformari iubet.

Emerfit paulò post causa, qua rex exasperatus est in ducem Britonum: vnde consilio cum suis capto, arma parat, patriuelesq; suos Biturigem atq; Burgundū accersit, causam indicās belli in Britonem suscepti. Illi repentinum motum, admirati, æ grē ferunt, quod ipsis absentibus tam difficilē expeditionē quis ausus esset. Non posthabebat Carolus expeditionē in Britōes. Quo cognito, Brito oratores ad eum mittens, se pariturū mandatis offert. Erat tum Carolo mens non sana: nullo igitur dato Britonibus responso, furia actus, in liberum campum paucis comitantibus egressus, obuium habet pannosum hominem mendico similem, qui Carolum intuitus: Quò, inquit, ò rex progredieris? caue vltra pergas, proditus es, & in potestatem hostis te tradituri sunt domestici tui. Ad hanc vocem Carolus huc illuc cursare cœpit, districtoq; gladio obuios quosque percutiens, quatuor interemit. cōfestum compræhensus, ad diuersorium perducitur, vbi ad mortem vsque decubuit. atque ita patriueles sui Biturix & Burgundio, regni administrationem sibi vendicârunt.

Posthac pacis componendæ gratia Caroli filia Isabelam, desponsata est Richardo Anglo, & cōfirmatę sunt induciæ inter reges xxx. annorū, mox traducta filia impubere in Angliam.

Ortis paulopost in Anglia propter ducis Senclastriæ necem seditionibus, Héricus eius ducis nepos, cum in suspicionem aduersus Richardum coniurationis venisset, in Franciā se recepit, & à Carolo honorificè est habitus. Deinde cum Richardus rex copias in Vuallias ducit, non pauci ex nobilitate in eum conspirant. Sebitiōe Anglorum cognita, Héricus de **Berwick** clam ad Anglos properat, fecitq; tantū in populo, quod fecit se regem contra Richardum. Richardus autem multos suę factiōis fecit Londoni decapitari, præsertim comites de **Larut**/de **Salbercy**/de **Sanforde** & **Wintingen**. Nō multo post & Richar-

duc occiditur, & Henricus potentè regnat, & vt Anglici suę factionis iniquitatem palliant, Cantuarien archiepiscopus phialam promit liquoris plenā, quam ad diuum Thomam ad sacrandos reges Anglos celo allatam asseuerat. eā phialam postea Henricus nuncijs, quos ad eum Carolus misit, ostendebat. Remissa est ad petitionē Caroli Isabela filia q̄ honorificentissimè. Carolo non conualescente, duces Ludouicus Aurelian, Biturix & Burgundus, de administrandis regni negocijs similtates exercebant, quę tamen vtcūquē pacatę fuerunt. moritur non multò post Burgūdus, cui successit Iohannes filius.

Paulò antè in Aquitania auditas esse ferunt per cęlum voces & armorū strepitus velut præliantium hominum.

Postquàm autē (vt suprā dictum est) Ludouicus Andegauen decessit, Carolus potentè cœpit dominari in Apulia. At papa Vrbanus nepotē suū creari ducem Capuanum contendit, quod denegatū minis & violētia à rege adnifus est obtinere, adeò vt rex custodijs adhibitis per aliquot dies, nè malignaretur papa, prodire in publicum nequiret. dissimulata tamē iniuria, pontifex acerrimi ingenij à rege impetrauit Nuceriam vrbe per æstatis caumata sibi & curiæ inhabitandam cōcedi, in qua ilicò præsidijs cōmunita cardinales novos creat. Obtulit tunc, vt aliqui scribunt, tribus archiepiscopis electoribus imperij & pluribus Alemanis cardinalatum, sed ipsi acceptare noluerunt.

Guilielmus
dux Austrię.

Per hæc tēpora Guilielmus dux Austrię, cui sublata fuit vxor filia regis Ludouici Hūgari Polona, & traducta Lituanio duci: ea mortua, Guilielmus sororem Ladislai, Caroli filiā, duxit vxorem, Iohānam dictā. sed paulò post moritur, & ipsa redijt in regnum.

Vuēceslaus
Vrbano ad-
hæret.

Vuēceslaus rex Ro. nupèr à patre in cōsortium adscitus, inuitabatur ab Vrbano, similtèr & Sigismundus, cui desponsata erat filia Ludouici regis Hungarię. Hos iuuenes sibi Vrbanus recōcilijuit per nuncios, qui enixè pro eo laborabant, mittentes nuncios ad Clementē, q̄ missos dehonestauit, immò aliquos honestos clericos inter eos, velut

latrones, equuleo torfit & carceri mācipauit. idè ad partes Vrbani hi principes totalitèr se dederunt.

De bacchatus interea Vrbanus infania, processus in regem Carolum priuationis præuios inchoauit, dum esset in Nuceria, præmissa de more citatione. Cui rex facilius, sicut dixit, vt respōderet, contractis copijs Nuceriam circumfedit, dilutur⁹ obiecta nō verbis modò, verum etiā armis.

Constitutus in his aduersitatibus papa, scripsit per fideles duci genuen, promisitq; multa castra Ro. Ecclesię ab imperatoribus donata, vt eum tutò duceret Genuam. Scribit is qui familiaris papæ tum erat, quòd quidam capitaneus Teutonicus Lothar de Sueuia oriūdus, armata manu eduxerit papam salutū: & cum papa non haberet aliud, non nihil auri illi in præmium persoluit. Alij scribunt, quòd Raimūdu Balcianus è gente Vrsina, indignatione vel potius pecunia motus, suis copijs quas sub rege Carolo ductauerat, Vrbanum cum tota curia ad proximum littus deductum, Genuensium nauibus ad id instructis imposuit, atq; Genuam transportauit, vbi Vrbanus quinque ex cardinalibus Nucerię captis, inuolutos saccis, in mari dimergi curauit.

Et cum Genuę Vrbanus aliquandiu moram traheret, duo ex Cardinalibus suis Rauennās & Galeotus, recesserunt clam ab eo, accedentes Clementem, à quo honorificè fuerunt suscepti, ab Vrbano verò execrati & priuati. Otho Iohāna maritus

Otho Iohāna maritus
dux de Brunswig post triennium euasit de carcere, tum captus à Britonibus Auinionem ducitur: relaxatus postea, venit in Trinacriā: indè in Apuliam reuersus, Carolo absente, adiutus ab amicis Neapolitanis, vi Neapolim cepit. Margarita regina cum Ladislao & Iohanna Caietam fugit, breuè Otho moritur.

Inter hæc mortuo Ludouico rege Hungarię, Carolū inuitabant proceres ad regnum enixiūs: ille profecturus, vt soluere possset stipendia, prædari fecit omnes mercatores, qui erant Neapoli & in omnibus terris suis, Florentinos duntaxat ad summam 45. millium florenorum,

norum, & interrogatus causam, respōdit aliam non esse nisi necessitatem suam, vt posset secum armatos ducere. Suscepit autē Carolus iam dudum ex vxore Margarita duos pueros, marem Ladislaum nomine, & sœmellam Iohannam vocatam. gubernationē igitur regni Apuliæ, vxori reginæ dimisit cum consiliarijs suis & amicis, & infantulos ab eis educandos: & licet regina multis lachrymis niteretur maritum retinere, ipse tamē nulla ratione poterat persuaderi, abijtq; vt constituerat.

Post recessum verò regis, Neapolitani tumultu factò obtinuerunt à regina amotionem quorundam grauaminum, & instituerunt sex gubernatores in ciuitate, suspicatumque est hoc processisse ab Urbano papa. plures etiã ex Neapolitanis papã sollicitabant ad proficiscendum illuc, offerentes ei dominiam ciuitatis, quod quidem primùm facere disposuit, sed maturiori consilio ductus, propositum mutauit.

In Hungaria itã se res tum habebat: reliquerat Ludouicus rex duas filias dūtaxat, ac duo regna, Hungariæ & Poloniæ. filiam alteram, nomine Heidui- gen, desponsarat Guilielmo duci Austriæ, cui in dotem reliquit regnum Poloniæ: secundam, Mariam vocatam, im- puberem desponsauit Sigismundo filio Caroli imp. ac regis Bohemiæ, qui tum puer erat, & ideò nutriendum eum in Hungaria receperat, ac Hungariæ regnum ipsi in dotem assignauerat. Verùm mortuo rege Ludouico, quia Sigismundus nondum pubertatis annos attigerat, principes Hungarię qui in Sigismundum consenserant, Mariam regis filiam communi voto regali diademate coronant.

Erat huic puellæ superstes mater Elizabeth, mulier ingeniosa & sagax, hæc in principatu & regimine vices filię gerebat. vsã est autem in omnibus consilio Palatini de Gara, principis sapientia & potentia clari, celsique animi. hic se totum reginæ obsequijs dedicabat, hanc ipse etiã suis consilijs dirigebat. Tu, inquit, huius regni moderaris habenas: proceres tuos vt te vereantur cura: elatos castiga: illi qui re-

bellis est, tolle quæ habet vt impotens sit: obsequentibus dona. itã sexum fragilem ad vota perduxit sua. quod dum primores regni sensere, crudelis discordia emerfa est. plebs scinditur omnis, proceresque regni extimantes se contemni, per factionem in Apuliam ad regē Carolum episcopum Zagabrien mitterentes, eum ad regnum inuitabant: ad quod eundem electum idem episcopus literis & sigillis regi Carolo ostendebat. Super quo habita deliberatione, rex postulatis obsequitur, regina Apulię sola dissuadente.

Rex Carolus ordinatis (vt prædictū est) regni negocijs, conscensis nauibus, vela ventis permisit, vbiquè fortuna obsequente, ad urbem Zagabrien peruenit, ibi permagnificè susceptus est, ac mora facta, alios suafione, alios muneribus ac pollicitis in suam potestatem trahebat. Cùm hæc noua ad reginam peruolant, & ipse Carolus cum exercitu appropinquat, Sigismundus qui fide paritè & toro iam nuptias firmauerat, perfidia Hungarorum territus, nè insidijs tyranni circūueniretur, consultò aufugit. Regina verò properè obstupescata nuncio, præmittit ad Carolum, hospes veniat an hostis, sciscitata. Qui blandè respondit, vt regnū componat, discordantes regni proceres vniat, & pacatam plebem sorori reddat, se venire.

Fictam igitur gratiam inire volēs regina, dissimulare pro tempore statuit omnia, quanuis mœstitia ac timore vehementè perculsa. Suscipitur tamen pōpa nobili & regali Carolus, magnificeque tractatur. verùm mox vt Carolus ipse procerum vacationem intellexit, eorum consilio reginæ significat, ab administratione regni deceterò abstineat, se regno præfuturum. Ad hæc reginæ mater & filia permotæ, lætali fauciata vulnere, quid respondeant nõ habent: tandem mater, se Carolo iam antea super ea re loqui destinasse.

Abeuntibus nuncijs, reginæ in lachrymas resoluuntur, tandem multos post mœrores regina senior filiam consolatur nè desperet, iubet Deum inuocare: Prædo, inquit, vt vides, regna

Oratio re-
ginæ Hun-
gariæ ad
Carolus,

tenet. dissimulemus adhuc, nè nostrum effunderè innoxium quærat cruorem. Et his dictis, Carolû regem petit, eumq; iucundo sermone salutatur: Hungariam, inquit, superbam & gentem effrenem foeminea nequit regere manus, tua regna cape. nos verò, vt decet, tuebere. Cui Carolus: Secura esto, nihil vobis deerit me viuo. Euestigiò tota ciuitas, quòd reginæ regno cesserint, est repleta.

Coronatur paulò pòst in Alba regali rex à Strigoniè præfule, qui voce tèr leuata, de more plebem interrogat: Si Carolus placet rex coronari, alijs fautorum suggestu, alijs metu placere acclamantibus, illum in regem vngit, laudibus sacris resonantibus. Sed ò mirares, quæ priùs omnibus placere noscebat coronatio, cùm finè haberet optatum, nemini placere visa est. nam mox vulgus spoliatis reginis miseretur, primoresq; sceleris authores compuncti conscientia rodi videbatur. Nec defuere ostenta. nam insigne S. Stephani regis vexillum, illum præcedens, dum templum egreditur, testudine valuæ tactû, in partes frangitur. spes indicata primum rei auspiciandæ feliciter, non perficiendæ.

Inter hæc regina Elizabeth tanto de vertice eiecta, maiestate perditâ, rem tectis reparare insidijs parabat. Nec Palatini Garenensis suggestio defuit. mouebat huc suarum pietas reginarum, habebat hic hominem nobilem in clientela sua pariter & audacem, nomen ei Blasius **Forbach**, hunc in necem Caroli armât, quo in loco & quid fieri deberet, inuicem componunt.

ANNO igitur Domini 1385. cùm regina die purificationis B. Mariæ circa occasum à marchione Sigismundo genero suo nouas literas allatas, Carolo regi intimauit, rogâs ipsum vt suam descenderet in domum, literas simulq; occulta quæ secum haberet conferre, audiret. Infelix Carolus cubili ab alto descendens, Italicis comitatus aulicis, reginæ adiit hospitium. Eadem & Palatinus Garenensis hora, plurimâ trahens cohortem, intrauit. Regina igitur & Palatino ad regis latera sedentibus, Italicis spontè concilio cedunt, per castrumq;

vagantur. inter loquendum irruit in regem Blasius, lætaliter vulnerat & auferit. exportatur rex, vnde breui moritur. Carolus des.

Quo factò, Palatinus arces Hungaricis reparat armis, Italicis verò omnia occupata videntes, fuga præfidium quærunt. Regina mox Sigismundo fata regis nunciat, et cùm paulò pòst nulla infidiarum suspiciòe graderetur per campos, Iohannes de **Norwach** Banus prepotens, irruit ex insidijs. super duces reginarum. ibi Blasius **Forbach** capitur, & in oculis reginarum decollatur. Garenensis autem Palatinus equo defiliens, reginarum iunctus curru, & gladio defendens, simul deiectus trucidatur. Deinde deletis comitibus, reginas simul & earum puellas, sine venia sexûs aut ætatis, curribus extrahunt, & multis contumelijs afficiunt. inter has regina Elizabeth genibus puoluta, supplices manus eleuat: Parce, inquit, Bane memor beneficiorum Ludouici regis, & in nam tam sæuire noli: ipsa sceleris sum causa, sed non deliqui absque causa. Quid plura? Regina Elizabeth mox seruatis faucibus in aquis mersa suffocatur, regina iunior captiua versùs Croatiam ducitur atque custoditur. Iohannes Norwach.

Interim Sigismundus contractis maximis copijs, in Hungariâ properat. hoc audito, Iohannè **Norwach** Banum poenitere cœpit commissi, reginam adiit, & si iuramētum præster, nunquàm se vindicturam genitricis mortem, relaxare eam velit. Illa non tantùm iuramētum præstare, verùm etiã quia vitam illius seruauit, vt patrem semper venerari permittit. ad sanctas reliquias iurat. ad hoc dimissa, regaliter ad Budam perducitur ciuitatem.

Alij scribunt, per proceres eam Hungariæ fuisse è carceribus liberatam. Adueniente Budam regina, simul adest Sigismundus, exhilaratisq; coniugibus, fauente & applaudente feliciter cœtu Hungarorum, Sigismundus sine mora properat, atq; Banum toto regno persequitur. euasit vno ex castro, Stephano Vuaiuoda * connitente, tandem in fuga comprehenditur, equi pedibus fune nexus & circûlatus, deinde ignitis forcipibus cipibus

A NATO CHRISTO

GENERATIO XLVII.

cipibus fatigatus, tandem quadripartitus & ad quatuor portas ciuitatis est appesus. Episcopus verò Zagabrieñ, quauis multis complicibus necatis, non sit interfectus, in sedem tamen suam postea non est restitutus.

ANNO salutis nostræ 1385. Iohannes Galeatius vicecomes Virtutum dictus, patre iam antè defuncto, cù Bernaboue patruo Mediolanum tenebat. is insidias sibi strui ab vxore sua filia Bernabouis intelligens, vt præueniret ipse, simulata causâ ex Papia Mediolanum ad ipsum Bernabouem visitandi gratia adire se finxit, & obuium sibi factum Bernabouem patrum ac focerum interceptit, & captum in Tricij arce vsq; ad mortem custodiri præcepit, eoq; capto, & filijs suis omnibus fugatis, vniuersum Mediolanense regnum obtinuit, factusq; potens est ac formidabilis omnibus. Vndè cùm postea Antonius Scaliger & Franciscus Carrariensis inter se decertarent, adiuit Carrariensem: & victo Scaligero, Veronam ac Vincentiam in suam potestatem redegit. paulò post in Franciscum etiã ducens, Patauinam urbem vnâ cum ipso Francisco præhendit, & illum in carcerem misit, vbi & vitam finiuit.

Post hæc Bononiam renitentem, & auxilia Florentinorum multorumq; confœderatorum habentem, strage hostium magna commissa, sibi subiecit, captaq; Bononia, Iohannes Bentiuolus qui dominabatur vrbi, in frustra ab exilibus concisus est. Paulò post Senenses, Perusini, Assisij, Pisani & alij multi Hetrusci, trepidâtes sese vltro illius potestati tradidère. Obsidens etiã postea Florentiam, eam haud dubiè subiugâset, si non morte præuentus fuisset.

Fuerat autem Iohannes Galeatius clarissimus princeps, statura procerus, literas doctus, eloquentia clarus, ingenio callidus ac sagax. duas vxores habuit, Elizabetham Boëmiæ regis filiam, ex qua Valentinam genuit, quam Carolo Francorum regi matrimonio copulauit. aliã ea defuncta duxit* Aecaterinam filiam Bernabouis patru, ex qua Iohannem Mariam, Angelum &

Philippum Mariam duces suscepit. hic em̄ cùm sub titulo comitatûs Virtutû triginta annis imperâset, anno Domini 1395. archiepiscopo Mediolañ oratore misso, ducatus titulum à Vuenceslao imperatore centum millibus florenorum datis obtinuit: & tanta erat animi magnitudine, quòd ad imperium adspirauerit.

ANNO Domini 1387. mense Augusto, cùm præpararet se Vrbanus ad eundem Perusiam, accepit quomodò iam rex Carolus esset occisus, & plurimæ nouitates in regno Apuliæ fierent. Multæ enim ciuitates rebellare inceperant, aliæ verò per se vsurpabant dominia, & multiplicati sunt tyrâni, paucissimæ verò permanserunt cum regina Margarita & pueris eius fideles. vndè etiam mense Septembri Vrbanus prædicari fecit crucem contra Othonem de Brunswig. qui nupèr in Apuliam redierat, & Thomã de S. Seuerino, qui Neapolim occupauerant, concedens indulgentiam datam his, qui pergunt ad recuperandam terram sanctam.

Nouembri subsequenti Clemes antipapa destinauit ab Auinione solenes oratores Florêtiam, magistratus aut habuerunt consilium cù Ludouico Marfilio ordinis Eremitarum peritissimo viro, vtrumne liceret illos legatos audire. Qui respondit, licitè fieri posse, tractando rem vtilem Christianitati. nam si aliud proponerent, possent eos licentiarè à ciuitate.

Conclusio aut oratorum erat, quòd communitas Florentina operam daret vt fieret concilium vniuersale, in quo determinaretur quis è duobus esset verus pontifex: & si in cõcilio determinaret Clementè verum esse apostolicû, decernebat Vrbanû facere cardinalem suum: si autè Vrbanus determinaretur legitimus, se totum ponebat in manibus eius. multaq; promiserunt legati Florêtinis. Florentini matura deliberatione præhabita, responderunt in primis, quia non spectaret ad eos de concilio tractare, sed ad maiores: quâtum verò ad obedientiam faciendam Clementi, responderunt se nõ recedere ab Urbano, quousque ecclesia aliud determinaret.

Ducû Mediolani origo.

Att. laboratû pro concilio.

Circa

Jo. Galeatius in Italia dominatus.

Circa idem tempus Ludouicus Andegauia dux, prioris Ludouici filius, à Clemente rex Apuliae designatus, misit quinque galeas armatas Neapolim, in subsidium eorum qui ciuitatem pro eo iam tenebant. vt autem applicuerunt, ceperunt duas galeas, quas regina Margarita mater Ladislai tenebat ad impugmandum Neapolim. Clemens verò Auiatione residens, licentiam dedit his qui Neapolim pro duce tenebant, vt venderent vasa argentea & aurea ecclesiarum conflata, vnde stipendia possent prestari militibus. Rex insuper Francie denunciavit Florétinis, quod Ludouicus dux rex Ierusalem & Siciliae, vnà cum matre sua veniebat in Italiam: quapropter postulabat vt eis auxilium presteret. at Florentini oratoribus responderunt, nulli se partium exhibituros adiutorium, sed concordiam eorum optare.

Mariam Hungariae reginam cum accepisset vxorem Sigismundus, regni concilium apud Budam actum est. in eo regina perfidiam regulorum, id est, procerum regni accusat, qui se regno spoliare conati erant, de quo predictum est. Tum Sigismundus vnà cum iudicibus causa cognita, 32. regulos securi percussit, vt scribit Aeneas Syluius. Alij verò historiam ita tradunt, quod nobiles illos Sigismundus in se & reginas grauitèr delinquentes, aut grata sibi fidelitate conciliare, aut morte afficere satagebat. Illi verò pertinaces, mori potius quàm ingrato sub principe (vt dicebant) viuere praoptarunt. isti proceres dum vagarentur per regni climata, regi que Sigismundo id non parum opprobrij generaret, Georgij Vuaiuode industria simul & manu intercepti, ad Budam sunt ducti.

Contulerunt autem nihilominus inter se, dum ducebantur, etiam si veniret in regis praesentiam, non tamen illum aliqua salutatione deberet venerari, quod & factum est. Nam cum rex Sigismundus regnicolarum cinctus corona medius federet, ex adductis nullus in salutationem illius os aperuit, nec capitis aut genuum curuatione aliquem illi honorem exhibuit. quapropter furore rex percitus, omnes illos in ciuitate Budensi fecit de-

capitari. Cum autem spatharius Stephani Runth viri praestantissimi filius, dissolutus in lachrymas, visa morte principis sui vacaret, rex illi dixisse fertur: Sicca lachrymas, ego ipse Dominus tuus, qui tibi plura donare potes sum, quam qui decollatus est. Ad quae puer, Ego, inquit, tibi porco Boemiali seruiturus sum nunquam. Qui tandem iussu regis pariter capite truncatus extitit. Horum procerum mors, multorum laborum & discriminum causa fuit, ipse enim Sigismundus à suis postea captus, & carceri mancipatus, mortem vix euasit.

Interea pontifices Vrbanus atque Clemens de papatu contententes, alter alterum diebus solennibus execratum pronunciabat vt schismaticum cum sequacibus suis. dabaturque magna occasio hominibus delinquendi. nam cum prelati aliquis committebat excessum, de obedientia vnus transibat ad alterum, quasi abdicans schisma. quo fiebat, quod non solum non puniebatur excessus, sed commendabatur vt pius.

ANNO Domini 1388. conflictus maximus inter illustres comites de **Wirttemberg** & ciuitates imperiales apud **Vuillam** est habitus. contigit autem hoc modo: Post conflictum apud **Neutlingen** habitum anno 1377. in quo de parte comitis tres comites perierunt, comes vnus de **Swarsenberg** vnus de **Zollern** tertius comes palatinus de **Tubingen** & cum eis 72. nobiles, inter quos fuerunt barones aliqui & nonnulli milites. Et licet bellum istud postea 2. anno fuerit concordia finitum, tamen ex hac victoria audaciores factae sunt ciuitates, & principes ipsi debiliores. Non diu durauit pax. vnde ciuitates Sueviae ligam fecerunt cum ciuitatibus Rheni, & vicissim duces Bauariae & comites de **Wirttemberg**, adiunctis quibusdam episcopis foedus iniierunt, factaeque sunt praedae & direptiones, vastationes, caedes, incendia, plurimaeque hinc inde mala.

Contigit autem quod ciuitates praemissa contractis copijs praedas & incendia agentes, obsederunt munitionem seu coemeterium in villa **Tossingen** prope oppidum **Wyl** quae villa erat de dominio comitum de **Wirttemberg**. de quo certior factus

Sigismundus
rex Hunga.
cedit Hüg.
principes,

factus comes Eberardus de **Wirtemberg**, congregatis tumultuariè copijs, illos in vigilia diui Bartholomæi anni præscripti inuasit, initoque conflictu, in prima acie comes Vdalricus prædicti Eberardi filius cum nonnullis alijs occisus extitit. Inter quos fuerat comes de Monte Leonis. Ea strage territæ copię comitis, quod aduertens senior comes Eberardus, fertur exclamâsse ad suos: **Quid** trepidatis? state virilitèr, eccè fugâ: hac voce reuocati sui, & pars aduersa respiciendo si quis fugeret, sicque pausando sunt victi.

In eo conflictu de parte Ciuitatensium mille & ampliùs ceciderunt, capti sunt 600. reliqui verò fuga saluati. Ex parte autem comitis perièrunt comes Vdalricus de **Wirtemberg**, comes de **Seuenstain**/ comes de **Zollern**/ comes de **Werdenberg**/ & cum his ad 60. nobiles ac milites. habuisse feruntur Ciuitateñ octingentas lanceas, comites verò sexcentas, peditum verò duo millia.

ANNO Domini 1389. controuersia orta est inter urbem Romam & Urbanum, quòd Urbanus elegit senatorè populo nõ placentem, sed concordia facta est. Eodem anno moritur Urbanus, veneno (vt creditur) extinctus, paucis eius mortem, vtpotè hominis rustici & inexorabilis, flentibus.

ANNO eodem Bonifacius 9. patria Neapolitanus, Petrus antè vocatus, Romæ cardinalium omniù consensu pontifex creatur. hic etfi annorum circitèr 30. esset, ità tamen deinceps vixit in tam florida ætate, vt nulla ei libido obijci posset. Et licèt esset scientię minùs peritus, magnæ tamen fuit prudentiæ, & prætereà tanti animi fuit, vt primus populi Ro. vim omnem in pontificè transulerit, creatis suo nutu magistratibus omnibus, munita S. Angeli arce & pontibus, seditque annis 15.

Tempore tamè eius valdè infamis curia habebatur de labe Simoniaca, vt beneficia non tam meritis quàm pecuniã offerentibus darentur, & repleuit orbem terrarum indulgētij plenarijs, ità vt paruæ ecclesiæ in suis festiuitatibus paruo eas obtinerent pro subsidio ipsi

porrigendo. Easdem tamen ipse circa finem sui pontificatùs omnes quas contulerat, reuocauit sub eo prætextu, vt potiùs eleemosynæ, quæ pro huiusmodi fiebant ecclesijs, conuerterentur ad reparationem tectorù Ecclesiæ S. Pauli quæ corruerant. ipse tres habuit germanos, quos multùm exaltauit, quorum tamen filij ad extremã deuenerunt paupertatem.

ANNO autem Domini 1390. Bonifacius destinauit Caietam, quæ sola in fide permansit, cardinalem Florentinum Angelum legatum, ad coronandum Ladislaum filium Caroli quòdã in regem Ierusalè & Sicilia, qui rex duxit vxorem filiam Manfredi de Claremonte de Sicilia, recepta ab eo maxima dote, qua satis indigebat. Sed eodè anno Ludouicus dux Andegauie, qui anno præcedente fuerat coronatus à Clemente, ad instantiam regis Franciæ dictis regnis & regno Apuliæ magna classe cum matre sua peruenit Neapolim, associatis multis baronibus & gentibus, vbi receptus est cum magno gaudio à populo & nobilib' suæ partis. Sed multi ex principibus regni obediebant Ladislaò. ingressus autè Neapolim, quæ priùs tenebatur pro eo, cepit postea arcem S. Erasmi & castra reliqua.

ANNO Domini 1392. per legatos Florentinos initum est fœdus colligationis, & publicatum inter Pontif. & Florentinos, qui hætenùs plurimis affecti erāt in commodis externorum hostium viribus, hac conuentione, vt pro communi tutela statuum suorum pontifex 5. millia equitum, Florētini 6. millia tenerent.

ANNO Domini 1394. mense Maio Romæ insurrexerunt Bandarenfes simul cum populo contra Bonifacium Pont. aded enim succensi erant, vt crederetur quòd manus in Pont. iniectissent, nec vitæ eius pepercissent, sed obuiatum est. nam rex Ladislaus ab eo iam coronatus, cùm tunc Romæ adesset pro quibusdam gratijs impetrandis, armis correptis eum defensauit, & demùm inter eos concordiam fecit. populus enim volebat totum urbis dominiũ vsurpare.

Eodem

Benedictus
13. papa Gal-
licus.

Eodem anno mēse Septembri migrauit à seculo Clemens antipapa Auinio-
ne, cui per electionem cardinalium ibi
existentium successit Petrus de Luna,
consanguineus regis Aragonum. voca-
tus est Benedictus 13. mansit vsq; ad con-
cilium Constantiē. licet enim cūm es-
set electus, mox per orbem suis literis si-
gnificasset se paratum renunciare iuri
papatūs ad tollendum schisma, tamen
contrarium fecit, immò obstinato ani-
mo, vocatus ad concilium Constantiē
venire reuult, vt dicitur.

ANNO Domini 1395. missi sunt
oratores regis Franciæ, Angliæ & alio-
rum principum ad Benedictum, exhor-
tantes vt renunciaret, si & ille qui Ro-
mæ erat, renunciaret ad auferendū schi-
sma: qui habito consilio, respondit se
hoc facturū, dummodò Romanus prius
cederet, aliter se non velle renunciare:
& sic redierunt oratores sine fructu.

Motus in
Vuirtembergē
comi-
tatu.
* comes

Eodem anno ferè omnes nobiles in
provincia comitū de **Wirttemberg**/ cō-
spirauerunt contra ipsos*, & elegerunt
ex se quatuor capitaneos quos appella-
bant reges: factaq; est magna trepidatio
in toto territorio comitum. habebant
enim nobiles ipsi multas munitiones &
castra. Et cūm quadam die dicti nobiles
congregationem haberent in oppido
Heimsheu/ comes Vuirtembergē no-
ctū cōtractis ex oppidis & villis suis co-
pijs, prima luce oppidū obsidione cin-
xit. Videntes autem obsessi, propter im-
missum ignem quo flagrare cœpit op-
pidum, se non posse euadere, nec tum
resistere aut hostem propulsare, dede-
runt oppidum & se ipsos in gratiam.

Pazaites
Turca Bul-
garos infe-
stat.

Incidit in hac annorum spatia me-
morabilis illa Christianæ reip. clades,
qua Turcæ primūm proximos imperio
nostro fines aggressi sunt. successerat
enim Amurathæ Pazaita filius ingenti
spiritu Turca, qui cūm omnē Thraciā
cū Macedonia Thessaliaque subegisset,
& Bulgaros adiit. Erant illi sub Sigis-
mundi regis Hungari ditione, qui ad
Pazaiten suos nuncios misit, vtque ab
inuadendo regno suo desisteret, mo-
nuit. Responsum Turcus differt, do-
nec tota Bulgaria potitus est. tandem
caduceatoribus regis arma ostendens,

respondit, se ius armorum auxilio suf-
ficiens habere, hæc regi vestro renun-
ciate.

Iritatus his responsis rex, regni sui de-
cimo, Dominicæ autem incarnationis
1396. anno, belli apparatus maximum
conflauit, missis etiā oratoribus ad Ca-
rolum regem Fraciæ, suppliciter orauit,
à quo missi sunt cum ingentibus copijs
Philippus Arthesiē conestabilis, Iohā-
nes Niuerneñ, Philippi Audacis ducis
Burgundiæ filius, & alij Francæ nobi-
litate procures, armorum bellique non
expertes.

Transmisso duce Gualtero de Rupi-
bus ad Hungarum regem, Franci perit
qd illos cōmodius facere liceret, quòve
itinere in Turcas ducerent. Sigismun-
dus, cui Francorū mores cogniti erant,
timens nè per arrogātiā temerè quic-
quam committerent, Turcarū in bello
gerendo conditiones modumq; Gual-
tero explanat, Nihil festinandum esse,
Hungaros qui proximè Turcas incole-
rent, se assuetos habere, quos primò ho-
sti obijcere oporteret. Franci, regis con-
siliū parui habētes, primas sibi pugna-
do partes arrogant, & lubrici per omnes
voluptates vino ludoque indulgentes,
bonis omnibus horrore erant, ita vt di-
cere illis incolæ non dubitarent, malè
illis aliquandò propter eorum iniqui-
tatem successurum.

Erat tum exercitus Christianorū 35.
millia equitum, Turcarū autē ultra 200.
millia. & cūm Turciam per multa mil-
liaria nostri vastarent, tandem obsede-
runt Nicopolim ciuitatē, quo in loco
Turcus contractis copijs fecit tres cū-
neos, cum vno solo se ostendens. Tum
Sigismundus rex conuocatis primori-
bus, rogabat, Hungaris primum con-
cederent pugnādi locum, & quòd mo-
res Turcarum nōssent, & audaciores
fore dum Francos post se pugnatos
confiderent, neque terga duros, me-
tuentes à Francis sequentibus cogi, &
licet alij præcedere se debere dicerent,
Franci verò magis instabant, quòd à re-
motis venissent.

Inter hæc disceptationē vidētes Fran-
ci Turcarum cuneū primum, mox sinè
ordine in illū prorumpunt viriliter, &
pugna

pugna coegerunt hostes retrocedere: quo in loco successit cuneus secundus. defilientes Franci ab equis, vt eorū mos habet, pedites certaturi, irruunt in turmas. diro itaq; bello hostes inter vtroque vigente, priusquam vniuersæ regales copiae ex ordine instruxissent acies, cum Hungari sellatos Francorū equos cursu transuerso regia castra repetere conspiciunt, illos omninò hostili manu extinctos fore credentes, multitudi-
 ne gentium territi, fugam ineunt. strages fit maxima, inter Francos Angli, Poloni, Sueui, Bauari mixti multi ceciderunt, & nisi rex nauis ministerio euassisset, obrutus esset. captiuos Turcus mox occidi iussit. Iohanni Niuerneñ cū alijs 22. proceribus parcitum est. redemptio 200. millium aureorum nummūm fuit. Tum perijt etiā illustris comes Henricus de Montepelligardo, ataus illustris ducis Vuirtébergi Vdalrici. de exercitu Christianorum occisa referuntur 20. millia, de Turcis 60. millia. Gestata feruntur hæc anno Domini 1396.

Nec longè post eam cladé Valachia, Transsylvaniaque, Mondauia & omnis trās Danubium regio, Stephano Vuaiuoda duce, rebellauit. Verūm armis Sigismundi tandē compulsus Vaiuoda, veniam petijt: & cū moliri maiora videretur, apud Sigismundum regem conuentu comparens, cæsus est. terebatur is pellexisse Pazaitæ pestilentem alluuiem in Bulgariam vsque.

ANNO Domini 1399. mirabilis in Italia motus emerfit. Ex alpihus nante descendit in Italiam presbyter cum magna hominum multitudine. is quidem albo indutus panno, tantam modestiam vultu ac verbis præ se ferebat, vt ab omnibus sanctus haberetur: magnam virorum ac mulierum multitudinem in sententiam suam deduxit. linteis albis circunvoluti omnes, sine discrimine mares an foeminae, rustici an ciues, serui an liberi essent, passim veluti pecora, vbi nox oppressisset, dormiebant: publicè in vicis epulabantur, perlatis vndiquè quasi ad sacra epulis. Crucifixum sacerdos ipse præ se ferebat, quem lachrymari ob hominum errata dictitabat. id quotiès accidisset,

fulclamabant omnes, veniam à Deo petentes. laudes B. Virginis canebat euntes & stantes, hymnis ad id compositis, putà, *Stabat mater dolorosa iuxta crucem lachrymosa dum pendeat filius &c.* Ex eo confluxu, inquit Antoninus, diuina clementia quandam præparationē hominibus præparauit. multi enim & magni & obdurati peccatores, conuersi sunt ad pœnitentiam. Dum hæc religio tenuit animos, nil de belli periculis cogitabatur.

Substitit autem hic sacerdos Viterbij cum magna multitudine, labore itineris fessus, vt refert Platina, Romam ad visenda loca sancta sanctorumque venturus. Sed Bonifacius fraudem veritus, quòd diceret hominem superstiosum pontificatum appetere, adiuvante illa multitudine, milites aliquot præmittit, qui hominem comprehensum ad se perducant. Sunt qui scribunt huius fraudem quæstione detectam fuisse, hominemque in tanto facinore deprehensum, exustum fuisse. Sunt etiā qui dicunt nil fraudis subfuisse, sed id fictum à pontifice abolendo rumori, quo hominem per inuidiam captum & necatum affirmabant.

Appropinquante verò Iubilei anno, legati Rom. pontificem adeunt, rogantes vt Alfisio Romam proficisceretur, ^{Iubileus sub Bonifacio} 9. qui etsi id magnoperè cuperet, tamen dissimulato desiderio facturum se negabat, quòd diceret eos noluisse recipere senatores ex nobilitate externa, secundum consuetudinem & instituta pontificum, quodque Camerae conseruatores suo opte ingenio elegissent, homines quidem parum idoneos, & quorum licentia Bandaresijs omnia liceret.

Tum verò Romani, vt rem gratam pontifici facerent, & Bandaresios tollunt, & Malatestam Pandulphi filium Pisfaurensē, virum doctum, pontificis nomine senatorem recipiunt. pecunias insuper Bonifacio dant, quò ei proficisci ad urbem liceret. Urbem itaq; ingressus, munita mole Adriani, dominatu urbis potitus est.

ANNO igitur 1400. Iubileus in vrbe celebratus est, quò innumera hominum multitudo religionis causa venerat.

NN nerat.

Stephano
Vuaiuoda.

Stephanus
Vuaiuoda.

Albatorum
fata.

nerat. Tum etiã Bonifacius, siue Vicecomitum potẽtiã veritus, siue augenda ditionis ecclesiasticę cupidus, annatarũ vsũ beneficijs Ecclesiasticis primus imposuit, hac cõditione, vt qui beneficium consequeretur, dimidium annui prouentũ fisco apostolico persolueret. Sunt tamen qui hoc inuentũ Ioh. 22. adscribunt. hanc autẽ consuetudinẽ omnes admisere, præter Anglos, qui id de solis episcopatibus cõcessere. Ego video q; nec in Germania de alijs beneficijs Papæ datur annata, nisi prelaturæ sint immediatè eidẽ subiectę & exẽptæ.

Vuencesla⁹
imperio de
iectus,

Eo anno cùm regnũ Ro. per multos annos Vuenceslaus tenuisset, nullaq; illius actio cerneret principatu digna, cùm neq; in Italiam transire, nec cætera munera imperij obire curaret, duarq; tantummodò artes essent, vna voluptatibus se dẽdere, altera cumulationi pecuniarum intendere, cætera verò omnia negligere, segniter atq; dissolutè se gerere: fertur etiã quòd venerabiles prelatos & honestos presbyteros, nec non religiosos occiderit, submerserit & faculis cremauerit, sinè causã saltem iusta, multaq; crudeliter peregerit: hæc cùm diutiùs faceret, & nomẽ ac auctoritas imperij in illo deperirẽt, ab electoribus imperij approbante Ro. pontifice, ab imperio deiectus, domi torpẽs illaudatus egit æuum. Rupertus enim Palatinus Rheni, animaduertẽs hominis foecordiam & imperij dignitatẽ, zelo comotus, illum deponi curauit.

Iodoc⁹ mar
chio Mo-
rauiæ,

Refertur, quòd ipse renitẽs, suffectus extitit, & quòd Iodocus marchio Morauia, deposito Vuenceslao, à Moguntinũ & Colon archiepiscopis rex Rom. fuerit electus. sed is breui tempore mortuus, in Bruna vrbe Morauia sub regali sceptro sepelitur. Is cùm Vuenceslaũ patrum suum visitaret, vocatus in penitiores aedes, itã compellatus est: Et si satis sciam nõ esse dignitatis meæ, quòd electores imperij me regno abdicarunt, solatio tamen mihi est, quòd ex familia nostra hoc decus non excidit: ego te libens, volensq; successorem mihi datum accipio. Territo ex hoc Iodoco, cùm ignarus rerum esset, Pone metum, inq; nepos, nam neq; imperium inuitus de-

pono, neque si retinere cuperem, iurã sanguinis violarem: suscipe imperium, meq; & meis vttere, vt libet. lætum itaq; nepotem dimisit, qui tamen sex tantum menses postea vixit.

Vuenceslaus hic duas vxores successiue habuit. secunda, de domo Bauaria, nomine Sophia lögẽ viro prestãtor. & quia (vt prædicitur) totum tempus vitæ suę in ocio & libidinibus cõsumpsit, ob eam rem captus à baronibus, 17. hebdomadas in custodia habitus est. Iohannes dux Lusatia & Procopi⁹ Morauie, magno reip. malo eum libertati reddidẽre. Captus est & secũdò per Sigismundum Hungaria regẽ fratrem suũ, & Alberto duci Austria in custodiã datus, custodia eius in egregijs aedibus Viẽnæ habitata, quibus exindẽ cognomẽ Praga datũ, quòd eas rex Pragẽsis incolũisset, sed cũ parũ diligetẽ custodiretur, fugã arripuit, regnoq; rursũ potitus est.

Per idem tempus Pragenses populari tumultu Iudæorum domos inuadunt, eorum bona diripiũt, domos incendũt, ac inter duas horas non sexui, non xati parcentes, gentem infelicẽ gladio cadunt, perijsse aliquot millia ferũtur. seruati complurimi infantes misericordia bonorum ciuium, baptismi gratiã receperunt. calamitosum genus hominum Iudæi inter Christianos agentes, qui vbi paulũ abundare creduntur, mox tantã Christianæ fidei contemptores, bona & vitam amittunt. *flagrum hoc impunè relictũ est, qã rex inutilis erat.

Sub Vuenceslao iam ab imperio amoto, perfida Hussitarum insania ortum habuit, quæ pestis neque adhuc extinta est. Rexerant scholã Pragensẽ vsq; in ea tempora Teutones. id molestissimũ Boemis fuit, hominibus natura ferocibus. ex quibus vir quidã genere nobilis, ex domo quam Putridi Piscis vocant, apud Oxoniam Anglię ciuitatem literis studens, cùm Iohannis Wickliffi libros offendisset, quib⁹ de realibus vniuersalibus titulus inscribitur, magno perẽ illis delectatus, exemplaria secum tulit. Inter quę de ciuili iure, de diuino, de ecclesia, de diuersis quæstionibus cõtra clerum pleraq; volumina veluti preciosum thesaurum patriæ suæ intulit.

Imbu-

Vuencesla⁹
captus.

* Flagitium

Hussitarum
pestis.

Wickliffi

Imbutus iam ipse Vuicleffitarū veneno, ad nocendum paratus, virus in ciues suos euomuit. commodauit autem scripta quæ attulerat, his potissimè qui Teutonicorum odio tenebantur, inter quos eminuit obscuro loco natus Iohannes ex villa Hus, quod anserem significat: hic cum esset ingenio peracri & lingua disertus, multumq; dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auidè admodum Vuicleffitarum doctrinam arripuit, eaq; Teutonicos vexare cœpit, sperans eo modo confusos, scholas relicturos.

Quod cum succederet, à Vuenceslao rege impetratum est, vt Pragense gymnasium ritu Parisiensis gubernaretur. ea res magistratū scholæ Teutonibus abstulit. Quam ob causam commoti magistri ac discipuli Teutonici generis, iurando adacti, vno die supra duo milia apud Lipsig Misnæ ciuitatem trium dierum itinere à Praga distantem, vniuersale studium erexere. Boëmis scholæ gubernatio liberè patuit, quorum princeps est habitus Iohannes Hus, lingua potens, & mundioris vitæ opinione clarus: qui vbi satis fidei comparatū sibi existimauit, venenū quod iam pridem occultè conceperat, palàm euomuit.

Fundauerat opulentus quidā in vrbe sub nomine sanctorum Matthiæ & Matthei haud ignobile templum, quod Bethleem appellauit, redditibus additis, ex quibus duo prædicatores alerentur, qui festis profestisque diebus verbū Dei Boëmico sermone plebibus insinuerent. Horum alter Iohannes assumptus est, qui cum se libentè audiri animaduerteteret, multa de libris Iohannis Vuicleff in medium attulit, asserens in eis omnem veritatem cōtineri, adiiciensq; crebrò inter prædicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quæ Vuicleffi anima perfecta esset, quæ virum fuisse bonū, sanctum, cæloque dignum non dubitaret.

Sequebantur Iohannem clerici ferè omnes ære alieno grauati, sceleribus ac seditionibus insignes: his & nonnulli doctrina celebres iuncti erāt, q̄ cum in Ecclesia cōsequi dignitatē nō potuissent,

iniquo animo ferebant sacerdotia maiorum censuum his committi, qui quāuis nobilitate præirent, scientia tamen viderentur inferiores. Excauit eos inuidia, proruperunt in blasphemias. & cum aliquibus ignaris fortassè ac vitiosis maledicere possent, in omnes latrare sacerdotes cœpère: ab Ecclesia catholica recedentes, impiam Vualdensium sectam amplexi sunt.

Vualdensium errores.

Huius pestiferæ & iā pridem damnatæ factionis dogmata sunt, Romanum præfulem reliquis episcopis parem esse, inter sacerdotes nullum discrimen, presbyterum non dignitatē, sed vitæ meritū efficere potiorē: animas corporibus excedētes, aut in æternas euestigiō pœnas mergi, aut perpetua consequi gaudia: purgatorium non inueniri, vanum esse orare pro mortuis, & auaritiæ sacerdotalis inuentū, Dei & sanctorum imagines delēdas, aquarum palmarumque benedictiones irridendas, mendicantiū religiones malos demones inuenisse, sacerdotes pauperes esse debere, sola contentos eleemosyna, liberam cuiq; prædicationem verbi Dei patere: nullū capitale peccatū, quantumuis maioris mali vitandi gratia, tolerandū: qui mortalis culpe reus sit, eum neq; seculari, neq; ecclesiastica dignitate potiri, neq; parēdum ei: confirmationem & extremā vnditionem, inter ecclesiæ sacramenta minimè teneri, auricularem confessionē nugacem esse, sufficere sua quenq; Deo in cubili suo confiteri peccata: baptisma fluuiialis vndæ, nulla interiecta sacri olei mixtura, recipiendum: cœmeteriorum inanē vsum, quæstūs causa repperitum: quacunque tegatur tellure humana corpora, nil distare: templum Dei latè patens, ipsum mundum esse: coartare maiestatem eius, qui ecclesias, monasteria, oratoriaq; construunt: sacerdotales vestes, altariū ornāmēta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasa huiusmodi nil habere momenti: sacerdotē quocunq; loco, quocunq; tempore sacrum Christi corpus conficere posse, petentibus ministrare: sufficere, si verba sacramentalia tantum dicat: suffragia sanctorum in cælis cum Christo regnantium impetrari, in canonicis ho-

*patenas,

ris cantandis dicendisque frustra tempus teri: nulla die ab opere cessandum, nisi quæ Dominica nunc appellatur: celebritates sanctorum reiiciendas, ieiunijs quoque ab Ecclesia institutis nihil inesse meriti.

Ep̄s Pragen̄

Tum episcopus Pragen̄, consilio & animo illustris, orienti calamitati obuiam ire cupiēs, priusquam amplius debaccharetur, libros Iohannis **Wicleff** ad se ferri, omnesque doctorum cōsilio adhibito, publicè concremari iussit, supra ducenta volumina plerunque auro tecta. Iohanni Hus prædicatio interdicta, & adiectæ minæ. Ipse propterea Praga excedens, apud villã vndè natus erat, permittente loci domino, plebem docere non destitit, multa in ecclesiasticos maledicta congerens, utq; populũ conciliaret, decimas haud aliter quàm elemosynas sacerdotibus debitas adstruit, dominos prædiorum ad dandũ eas nullo iure cogi posse.

**Dresen̄.*

Deindè attulit nouam pestẽ Petrus **Trecen̄**, qui patria pulsus, velut hæreticorum asyllum Pragam repetijt. apud ecclesiam S. Michaëlis prædicabat Iacobellus quidam Misnensis. hunc Petrus aggressus, mirari se ait, doctum vitum errorem illum nõ animaduertisse communionis eucharistiæ sub vna specie, cum apud Iohan. Euãg. sub duplici specie panis viniq; iubeatur, dicente saluatore: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Petrus Trecensis.

Commotus est his Iacobellus. cumq; apud S. Dionysium & S. Cyprianum communionem calicis laudari inuenisset, post prohibitionem etiã in templo S. Martini publicè ***commouere** populum cœpit, nè deinceps communionem calicis, sinè qua saluari nemo posset, negligenter. huic omnes hæretici consenserunt, gaudentes quòd articulum inuenissent in euangelica lege fundatum, per quẽ Romanę sedis vel ignorantia, vel nequitia argui posset.

**cõmonerẽ*

Odioso quanuis animo Vuenceslaus hæc audiret, desidia tamen & inertia impunè debacchari sinebat hæreticos. Pragen̄ episcopus vbi nullum ad-

uersus tantum malum inuenisset præsidium, ad Sigismundum Vngarię regem confugit, obsecrans negligentiam fratris emendet. dat fidem Sigismũdus. sed cum dies in diem deducitur, archiepiscopus apud Vngariam moritur, & Albicus ei sufficitur Boëmus, arte medicus, extremæ auaritiæ barathrum.

Contigit post hæc vt infestaret Ladislaus rex Apulię ecclesiam, aduersus quem Iohannes papa 23. bellum decernens, plenariam peccatorum remissionem indulgit his, qui ad tuendam ecclesiam arma induerent. recitabatur in ecclesia Pragen̄ decretũ pontificis, quod cum quidam sordidæ artis homines audiissent, Iohannem papam antichristũ esse magna voce clamauerunt, qui crucem contra Christianos decerneret. eos propterea senatus in carcerem rapi iussit, populus verò susceptis armis, dimitti eos petijt. sed placatus oratione senatus, suam quisque domum redijt. de illis clam supplicium sumptũ est. at cum sanguis extra prætorij ianuam defluens, indicium necis fecisset, iterum occurrens populus interemptorum corpora rapuit, & aureo circunuoluta panno, per omnes vrbes Ecclesias detulit, clamantibus eiusdem sectæ sacerdotibus: Isti sunt sancti qui pro testamento Dei sua corpora tradiderũt. huius rei mentionem faciemus infra in temporibus Constantien̄ concilij.

ANNO Domini 1400. Vuenceslao rege Ro. tanquam inutili, imperio priuato, Rupertus Bauarię dux ac comes Palatinus Rheni, ab electoribus Imperator electus, Colonia ab archiepiscopo Coloñ corona decoratus fuit, homo sanè Christianissimus, iustitię cultor, à Bonifacio Pontif. exiit confirmatus. imperauit annis x. Hic ex vxore Elizabeth filia Burggrauij Norinbergen̄ multos hæredes genuit. Rupertus & Fridericus ante patrem obiierunt, superstites reliquit Ludouicum, Stephanũ, Iohãnem & Othonẽ inlytos duces, filias quoque 3. vna duci Austrię Friderico de Athesi, alia comiti ***Cleuię**, quẽ Sigismũdus rex postea ducẽ fecit, tertia Margareta duci Lotharingi matrimonio iuncte fuerunt. genitor autem

Rupertus Imp. 1406.

**Cleuię*

autem cum filijs sub obediētia Grego-
rij papæ permansit, concilio Pisano ha-
bito. tādē anno Domini 1410. in *Dy-
penheim* obiit, & in Haidelberga ad S.
Spiritus sepelitur.

Tamerlanes per hęc tempora vita ex-
cessit, magnus Tartarorum seu Partho-
rum rex, qui apud Tartaros humili lō-
co natus, cū gregarius miles factus es-
set, adeo inter suos excelluit, vt breui
multarum gentium fieret dux. Partho-
rum etiā imperio potitus, haud mul-
tō post Scythas, Iberos, Albanos, Per-
sas, Medos, ac alias plurimas gentes &
nationes sibi subegit. Indē Mesopota-
miam atque Armeniam inuasit, transi-
toq; Euphrate cum 400. equitum mil-
libus & 600. peditum millibus, omnem
Asiam minorē obtinuit, regemq; omni-
um potentissimum Pazaitē Turcarum
dominum, cum pari equitum numero
& magnis peditum copijs fines suorum
tutantem, apud Armenos prælio supe-
rauit, & interfectis aliquot suorū mil-
libus ipsum cepit, & catenis aureis vin-
ctum, curru quo vehebatur, quasi tri-
umphans adiunxit.

Refertur in cauca in modum ferē in-
clusus Pazaita, per omnem Asiam cir-
cūductus, egregium & admirandū hu-
manarum rerum spectaculum. prandēs,
quasi canem sub mensa sua, comedere
iussit: ascensus equum, eo tanquā
scabellis vsus est. Post cladem autē Pazai-
tæ, filij eius qui complures erant, in po-
testatem Græcorum venēre, eūm peri-
culum euasuri, in Thraciā trajcere cō-
tenderent. *Calpinus autem natu ma-
ior, à Græcis emissus, patrium regnum
obtinuit.

Tamerlanes à Tanai fluuio vsque ad
Aegyptum vniuersam Asiā percurrens,
Smyrnam, Antiochiam, Sebasten, Tri-
polim, Damascum, multasq; validas vr-
bes cepit & incendit. Sultanum etiā
Aegyptiorum principem bello supera-
tum, vltra Pelusium repulit. Cumq; Da-
mascum cepisset, & arcis antiq; expu-
gnatio difficilis esset, cōstructa eregio-
nē altera altiore, illam tādē cepit. Ca-
pham quoque urbem, Genuensium tūc
coloniam, expugnauit. hic belli artibus
insignis, quę alijs ardua videbātur, prō-

ptius obire tentabat. Et in obsidionibus
vrbū primo die albo utebatur tētorio,
secunda rubro, tertia nigro. & si se da-
bant in albo sedenti, salutem conseque-
bantur: rubeus autē color mortem indi-
cabat: niger verò, ciuitatis excidium &
omnia in cinerem conuertenda. Et in-
ter alia ferunt quandam populosam ci-
uitatem, quę prima die cū ditionē
neglexisset, pueros puellasq; in candida
vesteramos oliuæ detulisse obuiam, vt
iram eius lenirēt, qui pueros statim ius-
sit equis conculcari, deindē urbem ca-
ptam incendio deleri. Interrogatur ob
hoc aliquādō ab homine Genuensi, qui
ei familiaris erat, cur tanta crudelitate
vteretur. Cui turbata facie respōdit: Tu
me hominem arbitraris, sed falleris. ira
etē Dei sum ego & orbis vastitas. Qui-
bus ille terrefactus, maximē quia dixit,
Caueto nē posthac mihi occurras, sta-
tim abiit.

Ferebant qui Tamerlanem viderūt,
ipsum cum Annibale Pœno comparan-
dum. nam deletis multis regionibus at-
que vastatis, onustum & ditatum exer-
citus in patriam reduxit, & Marchan-
tem urbem condidit, quam varij generis
captiuis repleuit, & hostium spolijs ex-
ornauit, in qua se sepeliri fecit. regnum
autem suum duobus filijs reliquit, qui
discordia laborantes, effecerūt, nē Par-
thorum regnum rursus emergeret.

Sunt qui Rupertum regem Ro. cum
exercitu in Italiam ad integrandam im-
perialem dignitatem venisse scribāt, sed
iter suum nō peregrisse. quōd itā cōtigit:
Florētini Galeatium Mediolani ducē,
à ditione sua auertere molientes, ma-
gnitudine potentię eius ac multitudine
copiarum deterriti, auxiliatorē sibi Ru-
pertum nup̄ in imperatorē electū, vo-
care statuerunt, sperantes per illius ad-
uentum in Italiam, Mediolanē ducis
potentiam vel omnem vel maximam
perituram. nam & odia inter regem ac
ducem erant acerba, & veneno se à Ga-
leatio duce, medico subornato, petitū
Rupertus publicē regibus ac ciuitati-
bus significauerat. Credo, timebat Ga-
leatius dux, nē fortē rex Rupertus ratū
habere non vellet, quōd Vuencellaus
eum de ducatu inuestiuerat.

Insignis cru-
delitas.Rupertus
Italiam in-
gressus.

In hac spe constituti Florentini magna pecuniarum largitione aduentum imperatoris in Italiam paciscuntur. ducenta enim florenorum millia polliciti sunt. huius summæ partē, priusquam domo proficisceretur, dare illi conueniant, reliquam verò partem cum in Italiam venisset, ac hostiliter solum Galeatij introisset.

Iam per Italiã fama vulgauerat, magnos exercitus circa Rhenũ parari nouo cum imperatore in Italiam transituros, erectique cunctorũ animi in expectationem erant. Nec minor apud Mediolanũ cura, equites parare & pecunias congerere, ciuitatesq; munire. Verũm Ruperti aduentus, vt plerunque euenire solet, tardior fuit quàm crederetur. per extremum enim autumnus Tridentũ venit, & quo celerius pecuniæ soluendæ conditionem impleret, Brixiensem agrum cum exercitu ingressus est, quæ vrbs à Galeatio tenebatur. Sunt autem finitimæ vrbes Tridentum & Brixia, maximè circa Benacum lacum territoria commiscentes.

In his locis cum esset imperator, duces Galeatij cum ingentibus copijs aduersus illum conueniunt. Habebat Galeatius optimum equitatum ex Italicis confectum. Postquam contra Germanos equites constiterunt, ac leuia prælia iniri cœpta sunt, Germani frenis vsu leuibus, quæ ad cursum aptiora, ad flexendum in gyrum equos sunt inutilia: frena Italicorũ talia, vt laceffere hostes, & redire ad suos, & ex medio cursu deflecti facile possint: præterea Italicis armati & protecti, Germani non ita benè armati: ob hæc Germani citò sprete ab Italicis. tãdem verò maiori vi cõcurrentes, Germani multis suorũ amissis, cedere demũ et retrò signa referre cogunt.

Ita prostratis suorũ animis ac metu deiectis, Tridentum imperator suos reduxit. Et quoniam res malè succedere videbatur, Colonien præsul & Lupoldus dux Austriæ ab imperatore abeuntes, cum maxima copiarum parte domũ reuersi sunt. Imperator ipse Tridenti relictus, pudore tenebatur. nam redire dedecus, remanere verò vanum existimabat.

Inter hæc Franciscus Carrariens, & alij quidã proceres spem adhuc magnarum rerum superesse ei ostendentes, Tridento relicto, ipse profectus Taruisiũ, deindè Patauiũ accessit, vbi erat noua Florentinorũ legatio. Et cum de reparandis rebus tractaretur, imperator inquit, neq; sibi, neq; Florentinis tantas esse vires, vt sufficere aduersario possint. quare pontificẽ Ro. & Venetos in societatem belli attrahendos necessarium putabat, pecunias etiã maximas à Florentinis postulabat. Legati Florentinorum redeunt Florentiam ac referunt, debilitantur ex eo Florentinorum mētēs. nã facere quod postulabat imperator, impossibile quasi videbatur: at si imperator abiret, manifestum periculũ imminebat.

Dere igitur discussiõne habita, decreuerunt omnia pro imperatore in Italia retinendo. Itaq; per legatos magna auxilia Italici equitatus, & magnam insuper pecuniam polliciti sunt, vt per hyemem quacunq; posset bellum inferret, promitteretque nec concordiam vllam cũ hoste facere, nec inducias, nisi prius requisito & cõsentiente Florentino populo: curaturos se interea, vt pōtifex ac Veneti iungerentur.

Hæc imperatori cum nunciarent legati, tractatus varios apud illũ habuerunt. nam se his obligare non satis honestum videbatur, & erant alioqui difficulta factu. Oriebantur ad hæc quædam controuersia pro pecunijs in aduentu suo promissis, & pro parte non datis, ad summam nonaginta millium florenorum, quã ante omnia deberent: postea verò de nouis conuentionibus agendum fore.

Florentini promissas pecunias sub conditione dicebãt: quæ conditio cum ab imperatore completa non sit, neque pecunias deberi, dimidiam partem pecunię promissam, reliquam verò esse solutam: solui debere, cum in terram hostilem Galeatij cum exercitu introierit: id non esse impletum, cum nec venisse dicatur qui non stetit, neque cum potenti exercitu venit, nec etiã Florentinus populus tantã pecuniã pmisit, vt tacto protinus hostili solo, recederet.

Actum

Equitatus
Germanicus.

Equitatus
Italicus.

Quæ gestæ
sunt in Italia
Rupertus.

Actū hoc est Venetijs, vndè imperator abijt. postea tamè reuocatus spe cōcordiæ, deindè Patavium redijt, et quod reliquum erat hyemis, in ea vrbe cōsumpsit: ac modò expectatiōem dedit, quasi Romam petiturus, modò ademit. Tandem verò cū neq; pontifex Ro. neq; Veneti in auxiliū eius palàm descenderent, differre factum in aliud tēpus cōstituit: atq; ità mēse Aprili Patavio mouens, in Germaniam redijt.

Vicecomes dux Mediolani, redeunte in Germaniā imperatore, copias Alberico ad opprimendum Ioh. Bentiuolum misit, qui Bononiā urbem in suam redegit potestatem, vbi in conflictu postea Bētiuolus obruncatus est. quo defuncto, Albericus nullo resistēte, Bononia potitus est. qua vrbe subiecta, dux Galeatius iam sibi Florentiæ despondit imperium, arrepturus Italiæ regnū. at diuina prouidentia defecit. Nā tertia die Septembris anno Domini 1402. ex febris pestilentiali subtrahtus est.

Ex testamēto ei successit prior filius Iohānes Maria in ducatu Mediolan, insuper in dominio Bononiæ, Senarum, Perusij, Assisijq; secundo filio, scilicet Philippo Mariæ, Papia, Verona, Vincētia, relicta: quæ distributio prudentibus visa est inspiētē facta. non em̄ sibi promittere debuit, vt per vim obtenta hēredibus suis stabilita manerēt, & vt de alijs taceatur, nunquā ea quæ iuris Ecclesiastici erant, firmare poterat.

Ducissa Mediolani, Galeatij relicta, tyrannidē exercens in ciues, pauco post tempore veneno est extincta, nec longè superfuit Iohannes Maria ferox adolescens & assuetus tyrannidi, sub matris imperio domestica factione cæsus. Successit huic frater Philippus Maria, qui cū & dominatum Mediolani non sine labore arripuisset, difficultè annos aliquot tenuit.

Sigismundum his temporibus regem Hungariæ, mortua iam Maria vxore, repudiare regni proceres, quorū antè vel parentes vel agnatos propinquos ve occidi mandauerat. Et conspiratione facta anno 1401. regem capiunt, ac duobus adolescētibus cognomēto Garijs, quorum pater ab eo neci traditus

fuit, custodiendum permittunt, donèc omni conspiratorum iudicio in eū animaduertetur. Quos adolescentes Sigismundus sæpè vt se dimitterent, multis pollicitis frustra tentauit. Quodam verò die, vidua matre eorū vocata: Scio, inquit Sigismundus, viri tui mortem tibi acerbissimā fuisse, teq; mihi tanquā auctori eius infensam. Verūm ego per superos iuro, inuitus feci. regina em̄ eū atq; alios accusauit, cōuenerunt regni proceres, atq; in reos sententiam mortis tulere. ignarus ego factionum vestrarū, nouus ad regnum veneram. quod regulorum maior pars decreuit, id executus sum. esto tamen, virum tuum sciens volensq; neci dederim, cruciandū me obijcies me iracūdis? & quis, obsecro, fructus? non defunt mihi consanguinei & amici, qui meum sanguinem vlciscātur. nec, crede mihi, apud futurū regem acceptus est, qui manus suas regio sanguine cruentauit. quòd si me missum feceris, ex filiabus Hermanni comitis Ciliæ necessarij tui vxorem ducam, filios tuos inprimis charos habebō, efficiamq; vt omis posteritas tua hoc factum sibi fructuosum sentiat. hoc ego cū liberis tuis egi, sed non capit etas quantum necesse est. te quæ plus sapis, & illis & tibi consulere oportet.

Persuaasa mulier, regem dimisit, qui mox Barbaram Ciliæ comitis filiam in matrimonium suscepit. promissoque satisfaciens, Garios iuuenes super omnes regulos exaltauit.

Interea Ladislaus Apuliæ rex, priusquam regni Neapolitani fundamenta confirmasset, à maiore parte procerum Hungariæ in regē extitit vocatus. cupidus regnandi, magnis contractis copijs, Ladislaus in Sclauoniā profectus, ibi à multis episcopis ac regni procerib⁹ coronatus est in regem. Interea verò Sigismundus liberatus, amicos sibi fecit nouos, qui etiā alios qui vocauerunt Ladislaū in regem, ad idem induxerunt, vt mutato proposito, Sigismundo adhererent. eam ob rem Ladislaus cernēs se deceptum, quam possidebat ciuitatem in Sclauonia, Venetis cētum millibus florenorum vendidit, ac possessiōem vrbs dedit contra volūtatē ciuiū, quorum

Sigismundus
à princ. Hū
ga. captus.

Ladisla⁹ rex
Apuliæ vo-
catus in Hū
gariam.

Philippus
Maria.

multi eam deseruerunt, alias sedes quarrentes, & ipse Neapolim est reuersus.

ANNO Domini 1404. Bonifacius moritur, quo subtracto, populus Ro. ad arma concurrat, per ciuitatem seditiones ac homicidia perpetrās. Cardinales autē intrantes conclauē, elegerūt Cosmā de Sulmone cardinalem Bononiē, & **Innocentius 7. papa.** vocatus est Innocentius 7. sedit ferē annis duobus. ante electionem iurauerūt cardinales, quod quicumq; eligeretur, operam daret ad schisma tollēdum possibilem.

Venit ad urbem Ladislaus rex gratulandi, vt dixerat, nouo pontifici causa, licet aliud prætenderet. disseminare enim cœpit inter pontificem ac ciues clam discordiā, vtriq; fauorosum se simulās, itā vt mediatorē se inter pontificem ac Romanos faceret. tandē eosdē ad concordiam reducens hoc modo, vt gubernatio vrbis in tēporalibus penēs populum resideret: pars autem quę antiquitūs dicebatur Leonina, scilicet circa S. Petrum, pontifici remaneret cum castro S. Angeli: senator verō vrbis, de pontificis voluntate ac consensu populi assumeretur.

Eodem tēpore oratores regis Frācię Genuam venerunt, & tantum operati sunt, vt communitas ipsa Genuē cum archiepiscopo suo, & cū cardinali de Flisco qui ibi erat, pro Romano pōt. omnes subtraherent se ab obediētia Innocentij, & adhererent Benedicto vt vero pōtifici, quod ad leuitatem eis imputatū est. Idem fecerunt oratores apud Pisanos. vndē diuulgatum est per totū territorium, obedientiam ablatā esse ab Innocentio, & Benedicto tributam.

Benedictus intelligens Genuā ad deuotionem suā cōuersam esse, illuc profectus est cum curia sua ampliandę iurisdictionis suę causa, qui honorificē à Genuē susceptus atq; venerat⁹ est. Sed & papa Innocentius, vt magis firmaret statum suum, Romę xj. creauit cardinales, penē Italicos omnes. **ANNO Domini 1405.** in vrbe Roma tantę inter pontificem populumq; excitatę sunt turbę, vt pontifex vrbe coactus fuerit secedere. Cū autem moraretur pontifex Viterbij, Romani pœnitentia

ducti, urbem pontifici reddiderunt, ac multis legationibus missis, pontificem reuocārunt. Non antē tamen, quā Paulus Vrsinus pontificis mādato cum turmarum præfectis in pratis Neronianis Ioh. Columnam factionis ciuilibus auctorem, & reliquam Ladislai militiam fudisset. hęc obrem Romani multis incommodis circumuenti, cū & homines eorum & pecora abigerētur, sedata etiā ira iam antē concepta, *pontificem precibus impetrant, vt ad urbē rediret præmissa reconciliatione.

Verona vetustissima ciuitas hoc anno 6. Kalen. Iulij à Carrariēsis occupata, in manus Venetorum deuenit. Ille enim Franciscus Carrariē, qui in Buariam Galeatium Vicecomitem fugerat, sollicitatibus Florentinis & fauentibus Venetis, mutata veste Patauium veniens, urbem & arcem tandē quę obtinuit.

Sublato autē è medio Galeatio Vicecomite, in magnā spem erectus, Guilielmum Scaligerum cum filijs suis Veronam reduxit, eisq; urbē subiecit: quibus cōfirmatis, paulō pōst Guilielmum veneno extinxit, filios in carcerem coniecit, Verona potit⁹ est. relicto Veronę Iacobo fratre, in Vincentinos exercitū duxit. Cui statim Veneti, nē Vincentinos vectigales sibi & subditos suos bello attingat, alioqui senatum Venetum haberet inimicum. sed Franciscus probris & minis inuectus, in vicinos durius crudescere cœpit, mirari respōdit se impotentiam Venetorum, qui cū nullo ius in continenti habeant, leges tamen meritō imperatibus velint præscribere: irent, & æstuarijs se ac paludibus continerent.

Indignati Veneti, legatos suos qui in via erant, admonēt vt fœdus & societatem cum Francisco Gonzaga ineant, eumq; primū copiarum suarum ducem deligant, addita pecuniarū summa, quę ei stipendij nōmine quotannis daretur. Tum verō Gonzaga isto fœdere maturandum ratus, conscripto magno militum numero, Veronenses ad eā partem adoritur, qua ad Mantuanos vergunt. Idem faciunt Veneti, ex Vincentinis eō mouētes. quo impetu Veronē perter-

riti,

*à pontifice

Status quorundā Italicę ciuitatum.

Veronam Veneti accipiunt.

riti, cum nulla spes auxiliij subesset, deditionem fecere. Oderat etiam Veronæ ciues Carrariensem, qui Guilielmum Scalam veneno necasset, eiusq; filios in carcerem coniecisset.

Dum urbem verò instructæ acies ingrediuntur, nè qua fraus ab hostibus subesset, Iacobus Carrariens præsidio relictus, Hostiliam profugit, sed cum Padum trajicit, captus Venetias mittitur. munita autem arctissimo præsidio urbe, inde cum copijs Veneti Patavium mouentes, urbem eam præ altis muris & profunda fossa munita, defensamq; firmo præsidio, obfident, et tandem ob victus penuriam in deditionem accipiunt.

Nec multo post tempore Franciscus Carrariens à senatu Veneto stragulatus est, filij qua morte perierint, incertum est. & sic anno 1406. Veneti etiam Patavium obtinuerunt, & duæ illustriſsimæ familiae, Scaligerorum scilicet & Carrariensis, propter domestica dissidia vno quasi tempore finem acceperunt, & in Venetorum manus peruenerunt. Quibus obtentis, Venetorum nomen supra modum excreuit.

Pisæ item potentissima ciuitas Heretruræ, Florentini populi emula, per ea tempora durissima obsidione domita, in potestatem Florentinorum peruenit, et nunc supra septuaginta annos iugum ipsorum humiliter pertulit. Galeatius enim Vicecomes Mediolani quondam dux, eandem urbem à Gerardo Apiano multo precio emerat, hic moriens, ipsam Gabrieli ex pellice filio in testamento reliquerat, qui cum illam aliquandiu possessam se tueri diffideret, grâdi pecunia vendidit Florentinis.

Pisani hoc videntes, cum Florentinos exosos haberent, in furore versi, impetu facto Florentinos urbe eiecerunt, & in libertatem, ipsam deduxerunt. Florentini autem ignominiam non ferentes, magno cõgregato exercitu, bellum confestim Pisani intulerunt implacabile: & cõmeatibus interclusis, urbem acerrimè obsederunt, q̄ post aliquot menses fame crudelissima laboras, proditore Iohanne Gambacurta, iugum accepit.

Innocentius, vt dictum est, Romam reuersus, plures cardinales delegit. Ludovicum verò nepotem suum, agri Piceni marchionem creat, principemq; constituit. Ipse dein Romæ moritur, sepeliturq; in basilica S. Petri anno 1406. mense Nouemb.

Post honorabiles* exequias cardinales conuenientes, se omnes obligauerunt sub grauissimis iuramentis & solennibus, quod quicumq; esset electus, laboraret ad tollendum schisma, & vnionem Ecclesiæ procurandam. Ingressi cõclauæ, elegerunt patriarcham Aquilegiensem natione Venetum, qui vocatus est

Gregorius xij. vir à pueritia magnæ sanctitatis & sapientiæ, hic electus, de nouo iurauit omnia facere sibi possibilia ad vnionem Ecclesiæ dandam, de quo principes quique plurimum exhilarati sunt.

Gregorius statim aduersario Benedicto scripsit, benignè illum ad pacem inuitans, & ad abdicationem mutuam. Benedictus verò eisdem ferè syllabis rescripsit, eademque inuitatio fuit. Tractatur de loco ubi cõueniant, placet ciuitas Saona, quasi in medio constituta, & vt sequi videatur effectus, anno sequenti incipiunt appropinquare. Nam Gregorius non tam comitiorum causa, quæ erant dicta tollendo schismati, quam urbis factionibus compulsus urbe secessit. Adspirans enim ad dominatum, Ladislai regis auxilio, Columnen Iohannes, sæpè Romam commouerat. Itaque Gregorius Senas profectus, hinc Lucam adiit, Benedictus verò Genuam.

Interea patefactæ sunt Gregorio infidiæ sibi paratæ Saonæ à Benedicto, quod & ciuitas illa pro Gallico esset munita. Quare Gregorius accipiens Benedictum nõ verè vnionem querere, mutauit propositum: miserunt nihilominus nuncios alter ad alterum, tractates de alio loco, sed conuenire non potuerunt. Benedictus vt magis simularet intentionem suam, adhuc ad Gregorium magis appropinquauit, ad portum Veneris veniens. Gregorius autem Lucæ permansit plures menses, ibique creauit quatuor cardinales. Oratores principum plurimum suaserunt Gregorio, vt iret Saonam, & præcipuè regis Franciæ, qui merito suspecti habebantur. alij

Gregorius
xij. papa
Italicus.

contrarium suaferunt, vt Ladislaus rex Apulię & alij amici. Et cum post multa de loco conuenire non possent, creauit Gregori° alios plures cardinales, quod etiã conturbauit suos cardinales antiquos.

Platina scribit, Gallia plures principes admonuisse Benedictum, vt sicut iurauerat, vnionem quæreret: quorum colloquia & cõsultationes Benedictus veritus, Auinioni existēs, ædes pontificias armis & cõmeatu muniērit, in quibus aliquot menses obsessus, tãdẽ paratis ad fugam triremibus, per Rhodanũ in Cathalaniam vndẽ oriũdus erat, nauigauit. Sunt qui scribũt principes Gallicos id molitos, instantibus cardinalibus qui oderant eum, q̃ alterius natiõis esset, & non Gallicæ. vtcunquẽ sit, Genuam venit, vt est dictum.

Dum vtriusque pontificis tam ambigua sunt cõcepta, cardinales taciti conueniunt, generali concilio patrum locũ aliquem dicendum esse, vbi qui põtifex auctoritatem ecclesiasticam vnus debeat tueri, æ quis votis constet. Et inter illos hæc res acta est tãtis p̃er, dum Romæ absente Gregorio, non minor calamitas accidit. Nam anno 1408. rex Apulus Ladislaus, vexata Romana ditione urbẽ cepit, occupatis etiã alijs Ecclesiæ ciuitatibus. Cardinales verò Gregorij & Benedicti (vt est prædictum) conuenientes & conferentes, decreuerunt ciuitatem Pisanam, vt locum aptiorẽ pro concilio generali celebrando, cui rei Florẽtini consenserunt. vndẽ per nuncios & literas vocauerunt ad cõcilium celebrandum Pisis omnes episcopos, p̃elatos, & principes & communitates, exhortãtes ad mittendũ oratores suos, ac vt subtraherent obedientiã põtificibus illis, quos etiã citauerunt ad veniendum illuc.

Quibus peractis, paulatim coeperunt principes & communitates obediẽtiam illis auferre de territorijs suis, remansit aut in obedientia & reuerentia Gregorij rex Ladislaus, ac etiã quedam ciuitates Italię. Benedictus aut penẽ à cũctis derelictus, nisi fortẽ à rege Aragonum. Gregorius ex Luca Senas, deindẽ ad urbem reuersus est, execrans & pileo & omni dignitate & beneficijs priuans

omnes cardinales, qui contra eum conspirauerant, dicēs hereticos & schismaticos, ac etiã per orbẽ significans regiibus et principibus de cõiuratione eorũ indebita, & quod eis non crederent. quia verò vrbs erat in magnis seditionibus & rixis, Gregorius cum curia sua de beneplacito regis Ladislai profectus est Caietam, vbi aliquandiũ moram traxit.

Congregatione igitur facta pro concilio Pisis tẽpore statuto de diuersis nationibus, & relatione omnibus facta de scandalo quod inferebant duo pontifices, colludentes adinuicẽ, & nolẽtes vnionem Ecclesiæ quærere, prout promiserant, decretum est, vt oratores mitterentur ad vtrũq;: quod factũ est, quorum operam Benedictus derisit, dicens, controuersiã fore de iure papatũs inter se & Gregoriũ, & nihil ad eos spectare de re ipsa. Gregorius verò respondit, nõ ad eos pertinere congregationem concilij, sed ad ipsum vt pontificẽ Ro. quod & celebrare volebat nõ Pisis, sed in alio loco, videlicet in Foro Iulij circa Aquilegiam, ipsosq; cardinales eum sequi debere. Vndẽ Gregorius cum paucis quos habuit, ex nuperimẽ creatis cardinalibus, ad Forum Iulij publicatione præmissa accessit, ibiq; expleuerunt quæ visa sunt eis expedienda. ex quo loco Gregorio redeũte Ariminum, infidię factæ sunt ad capiẽdum eum. sed auisatus, habitu transformato cum alijs processit vt priuatus, aliusque secutus in apparatu Papali, captus: sed cognitus, nõ sinẽ iniurijs est dimissus. in tot autem aduersis fixus erat in his quæ sibi conscientia dictabat, vt nullus eũ posset à suo proposito reuocare.

ANNO igitur 1409. Pisis inceperũt processum facere, & post legitimas modo suo citationes non comparentes, sed contumaces, contra ambos pontifices sententiam depositionis & priuationis protulerunt, Gregorium & Benedictũ vt hereticos & schismaticos, prohibẽtes Christicolis cũctis, nè quem eorum papam nominarent, aut ei tanquã Ro. pontifici obedirent. His peractis, ad electionem alterius processerunt. Vndẽ more solito intrantes cõclaue cardinales,

Vrbs Roma
capta.

Agit de Pi-
sano cõcilio

les, elegerunt presulem summum Petrum Cretensem, cardinalem Mediolanum, Ordinis Minorum. hunc nominabant Alexandrum 5. qui annum circiter unum sedit. Hic Alexander admodum munificus erat in pauperes, ut nil sibi reliquerit. unde per iocum dicere solebat, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, medicum pontificem esse.

Quo tempore cum audisset Ludovicus dux Andegauie, filius Ludouici prioris, dissensiones quas Ladislaus habuerat cum Florentinis, & quomodo se immiscuerat rebus Ecclesie ac urbis dominio, misit oratores ad Florentinos, petens colligationem facere cum eis: fuitque foedus initum inter Florentinos, Senensium, & legatum Bononiam, & Ludouicum ducem: quo facto, idem dux Pisas, ubi concilium habebatur, accessit, Alexandrum papam 5. adorauit.

Ab ipso igitur Alexandro Ludouicus Andegauenlis postulauit sibi concedi regnum Siciliae, qui cum cardinalibus habito tractatu, postulata concessit, cum si vacaret dictum regnum, & ad Ecclesiam deuolutum esset: & quia alias per Benedictum fuerat de dicto regno Auinione coronatus, non est eis visum congruum illud reiterare. Et decretum est ut Ludouicus ac Malatesta & legatus cum copijs proficiscerentur versus Romam contra Ladislaum qui eum usurpauerat.

Fecit Andegauus praecipua legatorum opera, ut ex Romanis optimos sibi potestissimosque conciliaret, qui a Ladislao deficietes, urbis Romae dominium accepturo Andegauo sunt coniuncti, estque is conatus quamprimum, ut Romanos in Alexandri pontificis fide acciperet. Alexander inter haec iuit Bononiam, quo Ro. oratores miserunt & ad Florentinos, ut adiuuarent apud pontificem quod Romam applicaret. & quanuis id quoque pluribus cardinalibus placuisset, persuasione tamen legati Bononiam Balthazaris decreuit tunc non ire, sed misit cardinalem, dicens se postmodum breui venturum. Gregorius tamen erat Caietae. sed quia in collatione beneficiorum & episcopatum Gregorius, ut iustus, nolebat regi Ladislao obedire frequenter iniusta petenti, demum excedens regno, per mare

transiit cum curia sua ad Ariminum, ubi a Carolo domino Ariminensi cum omni honore & gaudio receptus, qui solus perseverauit cum suis in obedientia eius.

Super depositione vero pontificum in Pisano concilio praetensa, diutius est disputatum, & praesertim per Laurentium de Rudolphis vtriusque iuris doctorem, cathedram tenentem Florentiae: Vtrum praesupposito pro constanti, quod ambo pontifices scandalizarent Ecclesiam ex violatione manifesta iuramentorum & voti fiendae unionis Ecclesiae, cum non darerent ad hoc operam, sed simularent colludentes ad inuicem, sitque pessimum schisma valde Ecclesiae nocuum, possint ne cardinales conuocare concilium, & citato utroque ad veniendum ad concilium, non comparentes, sed in contumacia persistentes, an possint deponi, & an ad alterius electionem procedi possit. Vbi post longam disputationem in praesentia plurimorum theologiae atque vtriusque iuris doctorum, nemine contradicente, sed omnibus annuentibus, determinatum fuit, ad licite & canonicè fieri posse, sed probandum erat, praesuppositum esse verum, nam si verum credi aut iudicari posset ex parte Benedicti, viri callidi et ambitiosi, quod postmodum declarauit euentus, quia semper contumax permansit, tamen de Gregorio non idem apparuit, licet vulgus ex diuulgatione cardinalium & aliquorum hoc sentiret, scilicet quod colluderet vel dissimularet. quinimmo contrarium ostensum est: nam concilium Constantiae celebrandum ipse approbavit, suos cardinales misit: & quia decrepatus erat, ire non valens, procuratorem misit Carolum Malatestam ad renunciandum: nec transgressor iuramenti vel voti iudicari debuit, si non debito modo agere potuit quod promisit, alio ei infidante, ut non dum clarificatus de iure suo, id sibi soli usurparet. Super hac conclusione fundatur concilium Constantienum.

Alexander papa in fine anni primi sui pontificatus grauiter aegrotare coepit, & cum sentiret mortem sibi imminere, cardinales ad se vocat, testatusque est per eam mortem, quam ante oculos se continuo cernere dicebat, nec

refor-

Alexander
papa.

Lud. Andegauus
contra
Ladislaum.

Roma pro
Alexandro
recepta.

Attende, co-
cilio Pisano
quale robur

reformidare, conscientia benè actæ vite motus, se existimare & credere, quæ in concilio Pisano decreta fuissent, rectè atq; integrè facta esse omnia sinè dolo malo fraudève. Cùm hæc dixisset, lachrymantibus omnibus qui aderât, illud saluatoris verbum ægrè proferens, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, statim moritur Bononiæ, sepeliturq; in Ecclesia fratrum Minorum.

Ioh. 14.

Abbacellensium rebellio.

Circa annum 1397. Abbacellenses defectiõis suæ materiem quæsiere. isti Abbacelleni fuerunt homines ipsius monasterij, sed (vt prædictum est) ab eo defecerunt, recusaueruntq; abbati & monasterio solita & consueta præstare seruitia: sed nec sturâ, cæsus aut redditus debitos soluere curabât, prætendentes se prægrauatos & indebitè tractatos. Vndè abbas vt rebellioem eorum domaret, ligã fecit cum* septè ciuitatibus imperialibus circa lacum, Constãtia s. Oberlingen / Lindou / Nauenspurg / Wangen / & ad S. Gallum. Cum his abbas ducês aduersus hos rusticos, qui confugientes ad montana, & lapidibus vsi, de môte celeri cursu descendentes, in fugam verterunt exercitum abbatis & ciuitatû dictarû, interfeceruntq; CCL. ex eis.

*sex

Hac victoriâ potiti, ligam fecerunt cum Suitensibus & Glarissis, inuaseruntq; vicinos nobiles, quorû subditos induxerunt ad rebellionem, ita quòd pari modo seruitia, census aut redditus debitos præstare recusauerunt, nec finem fecerunt. Vndè coacti nobiles, inuocabant duces Austriae, vt eis succurreret, attento quòd pro maiori parte sui essent ministeriales.

Erat rebellio hæc satis molesta principi, & libentè abstinuisse, sciens quæ antea passus fuerat à suis proprijs hominibus, adhæseruntq; multi Abbacellenses. Tandem tamen victus prece nobilium & ciuitatû prædictarû, anno 1415. in vigilia corporis Christi duxit exercitum iustû contra oppidû S. Galli, quod fouet partes Abbacellensium, & dum vastare coepisset agrû, ac sinè ordine hinc inde palarentur Austrij milites, excurrentes Abbacellenses occiderunt aliquot notabiles viros ex eis, comitè Hermannum de Tierstein / de Landenberg milite,

Hermannum de Klingenberg militem, Hermannum de Halupf, & nonnullos alios. Cùm his rusticis confederabat se Rudolphus comes de Werdenberg, qui sinè armis & equo pedes sequebatur rusticos. Nam dux Austriae Fridericus eundè paulò antè fugarat è patria.

Ordinavit autem idem dux mille ducentos viros ex suis nobilibus & ciuitatibus ligæ, qui Abbatiscellam expugnare debebant. hi cùm venirent ad clusam, eam aperiunt, & ingrediuntur. hoc videntes Abbacelleni, qui fuerunt vix quadringenti numero, de præcipiti monte cursim descendunt aduersus ascendentes, & eos lapidibus missis lacessunt, ex eisq; in fuga occisi sunt treceti & quinquaginta ad minus.

In istis diebus habebant confederati ligã iuratam cum duce Austriae, & nihilominus assistentiã fecerunt Abbacelleni, glossantes quòd singulares aliqui ad istos declinarèt non iussu aut permissu ligæ. Sed excusare se non poterant, quia terras & alia de domo Austriae ab ipsis Abbacellensibus recipiebant.

Circa hæc tẽpora duxerunt Abbacellenses in Marcam, quæ erat ducis Austriae, et eã oppressam dono dabant Suitensibus, à quo tempore tota Marca defecit ab Austriae domo, cùm antea per multa tempora Suitensibus restitissent.

ANNO igitur 1406. prædicti Abbacellenses multas iniurias Austriae intulerunt principibus. Eodem anno Abbacellenses* xxxv. castrametati sunt contra duces Austriae, regnabâtq; in magna superbia, ptendentes omnium supplãtare dominia. Placuit hoc vicinis rusticis, ex quibus multi deficientes à suis dominis, illis adhæserunt. Tunc tota vallis Rheni cum Abbacellensibus coniurabant.

Videntes hoc nobiles nonnulli, se ciues fecerunt Duregi, relicto duce Austriae, quæ tamen precibus antea induxerant, vt belligerare contra prædictos rusticos cœperit. Et quanuis ipse dux contemplatione nobilitatis tutandæ onus belli agnouerat, ipsi tamè nobiles hoc nõ atteto, stipendia ab eodè duce ad opus prædictum exigebât, put hoc in longû describit materna lingua Eberardus Miller miles & Scultetus Thuriceni.

In

Suitenses Abbacellensibus auxilium contra facerent.

In illis diebus oppidani de **Winterthür**, ciues facti sunt in Durego. Fertur tamé id falsò peractum, nam Hermánus comes de **Sulz**, prouincię Austrię aduocatus, propterea Scultetum in **Winterthür** submersit in flumine.

Circa annum Domini 1406. obsederunt **Abbacellen** Brigantiam, prętendentes, vt ferebatur, q̄ expugnatis Brigantinis, non vellent quiescere donèc omem extirparét per totã Sueuiã nobilitatem. nam ciuitates imperiales illis (vt p̄dictus **Eberardus** scribit) plurimùm fauebant. Erat tum in castro Brigantino **Guilielmus** eiusdem loci comes. Vndè cõueniunt episcop⁹ **Constantien**, comes **Rudolphus** de **Monteforti**, & militia de vicinia, cū satis iusto exercitu, ducebantq; contra obsidentes pro liberatione obsessorum. facta pugna, in fugam vertuntur rustici, dimissis tormentis, machinis & impedimentis suis.

Deindè anno 1408. in die S. Hilarij cū esset frigus intesum, obsidēt **Abbacellen** rursùs Brigantiã, quos tamé indè fugarunt auxiliares comitis **Guilielmi**, occisis ferè omnibus, de quo latius sequitur.

ANNO 1408. **Abbacellen** cū multa castra nobiliũ destruxissent, obsederunt in mense Ianuario castrũ **Brigatię**, vbi quasi omes gladio sunt extincti per **Guilielmũ** comitẽ **Brigatinum** & auxiliares suos. Et ecce **Berengarius** nobilis vir de **Landenberg**, magna voce clamasse fertur: Interficiamus mulieres cū paruulis suis, nè fortè viuendo repullulent in perniciẽ nobilitatis, quæ per cõtinuum septennium grauissima damna ab his fuisset perpeffa.

ANNO 1411. in mense Maio duxerunt **Thuricen**, **Lucerne**, **vallis Vranie**, **Valesiani inferiores**, **Suite**, in **Longobardiam**, & occupauerunt **Thun**, quod erat de dominio **Mediolanen**. cremauerunt turrim in valle **Eschent**. Verùm ab eũtib⁹ ipsis, defecit rursùs **Thun** ad dominiũ **Mediolani**. vndè moti, nõnunquam ingressi sunt **Longobardiã**, vastantes & damnificantes eiusdem dominia, occupauerunt etiã aliqua castra, obtinuerunt & oppidũ **Bellens** & arcẽ, quã aliquãtò post dominus **Mediolani** recuperat.

uit, quod molestè ferebāt confœderati.

Ideò anno 1422. circa festum **Vdalrici** exierunt **Lucern**, **Zug**, **Bassauallenses** & **vallis Vranie**, & requisierunt cõfœderatos oēs, & obsederunt oppidũ **Bellens**. Erat in oppido quidam capitaneus cum nõnullis armate militiã, qui tantum tenebat silentiũ, q̄ confœderati putabāt eos timore oppidũ deseruisse. Verũ manè quodam capitaneus cum sibi adiũctis exiuit oppidũ, videre volēs quẽadmodũ se locassent. quos cū vidisset finè ordine, mox inuasit eos. Sunt eodie ex confœderatis circitè mille & cẽtum desiderati, quia nolebant se captiuos dare, sed potiùs mori.

Bellens.

GENERATIO XLVIII.

ANNO Domini 1410. inceptit 48.

A generatio, in qua emerfit imperij **Ro.** necnon **Apostolicę** sedis vacatio. Defuncto **Alexãdro 5.** **Bononię**, cardinales in cõclau ordinati, elegerunt **Ro.** pontificem **Balthazarem Coslam** card. diaconũ **S. Eustathij**. vocatus est in sua obedientia **Iohannes 23.** vir quidem fuit in tẽporalibus magnus, in spiritualibus verò nullus & ineptus, vt scribit **Leonardus Aretinus**.

Iohannes 23. papa.

Sunt autẽ qui dicant nõ probè liberam fuisse electionem, q̄ & legatus **Bononię** esset, & armatos milites tum in vrbe, tum in agris pro statione habuerat, vt si precariò id obtinere nõ posset, minis & armis tandẽm consequeretur. Armis vsũ crediderim ad tuendũ **Flaminiã** statũ, è qua recepit in fidẽ oppida, q̄ nupèr **Italię** tumultibus descierant. Verũ cū nouem annos lōga pace ciuitatẽ **Bononiã** mirũ in modũ auxisset, grãdemq; pecuniam sibi comparasset, mortuo **Alexandro** largitione vsus, maximè verò erga cardinales à **Gregorio** creatos, pauperes adhuc, pontifex creatur. Quo factò, oratores statim ad electores imperij misit oratũ, vt **Sigismundũ Hũgarorum** regem, imperatorem crearēt, virũ strenuũ & ad omnia fortitè agenda promptissimum. hac enim ratiõẽ hominis gratiam aucupabatur.

Sigismundus igitur **Caroli 4. Ro.** imperatoris filius, natione **Bohemus**, origine **Teutonicus**, **Hũgarie** & **Bohemie** rex, defuncto **Ruperto Rom.** rege anno

Sigismundus Imp. 107.

IOH. NAVC. CHRONOG. VOLVMEN TERT.

salutis 1410. Francofordiæ ab electoribus Cæsar electus est. imperavit annos 27. princeps singulari prudentia, magnitudine animi, beneficentia & liberalitate insignis, corporis quoque maiestate ac decore illustris. erat clara facie inclytus, specioso ac robusto corpore. Is suscepto regno statim cum comitatu maximo uniuersam ferme Galliã Cispalinã sedandi belli causa percurrit. & cum multa eius egregia facinora memoriæ prodita sunt, inter ea illud præclarissimum, quod Ecclesiã catholicã in tres partes diuisam, coactò apud Constantiã Sueuię urbẽ generali concilio, ad unitatem redegit, ut paulò post dicitur, Italia, Gallia, Hispania, Anglia eius rei causa peragratis, post et Basileensi concilio satis adhæsit.

Iohannes verò pontifex post creationem suam Bononiæ ferè per annũ conuersatus est cum curia, Romam tandem petere statuit. fuerat enim illa iam aliquantulum de regis Ladislai manibus extorta, ut dictum est, iter eius per agrũ Florentinum & Senensem, inde in urbẽ fuit. post hæc apparatus facti, missæ aduersus Ladislaũ copię. duces militię erant Paulus Ursin⁹ & Sphorcia, aderat quoque Ludouicus Andegauensis, cui possessio regni querebatur, iã pridem ab Alexandro rex appellatus. ab his commissio in finibus regni proelio, Ladislaus profligatur: quod si duces militię pro parte pontificis & Andegauensis uti victoria sciuisent, actum fuisset de regno. sed morando ac tempus terendo, reparandi exercitus facultatem victo dederunt. vox postea fuit Ladislai, qua die profligatus est, & sui corporis & totius regni potestatem in manibus hostiũ fuisse: secunda verò die corporis sui potestatem amisisse, regni tamen adhuc dominos esse potuisse, si profecuti victoriam fuissent: tertia verò die nec iam sui corporis, nec regni capiendi habuisse potestatem, aduersus illorum vim seremedia comparasse.

Post hæc varia fortuna fuit, ut modò pax inter pontificem & regẽ, modò bellum vigeret. Cum autem nõ multò post pontifex pacem fecisset cum rege, præstitit ei rex obedientiã, dimisso Gregorio cui prius adhæserat. Et licet nõ multum de eo consideret pontifex, sciens de

facili fractorem esse fidei, non tamẽ credebatur pro tunc contra eum aliquid attemptare. Nam etsi audiebat regem versus Romã accedere, alias tamen causas prætendebat: sed reuerã dominium intēdebat urbis resumere, ad quod Romani cum exules excitabant.

Quodã manẽ fractis mœnibus in aliqua parte, rex ingressus est urbem. quod audiens Iohannes Pont. & intelligens eum hostẽ, aufugit cum curia, cum non haberet defensorem. Rex autem urbem capiens, in primis mercatores Florentinos spoliavit dolosè. nam cum sua mercimonia & alia preciosiora occultasset paulò antè hoc timentes, præconizari fecit oēs tutos esse & substantias eorum, propter quod illi securos se rati, occultata prodiderunt: quo facto, eos & bona eorum non ut rex, sed ut pirata pessimus, prædatus est.

Venit pontifex Iohannes Florentinam, sed factiones per id tempus in Florentinis vigeant, alijs pontifici, alijs regi fauentibus. ob eas factiones pontifex intra urbem inuitatus non est, sed in suburbano episcopi resedit, curia autẽ intra urbẽ recepta. Rex igitur præfatus per hæc ipsa tẽpora urbem Romam & alias omnes vrbes usque ad fines Senensium Florentinorumque occupauit, qui cum terribilis ac potens esset, lateque per Italiã dominaretur, nec vlla resistendi cerneret spes, Iohannem Pont. compulit ad extrema transalpinaque auxilia respicere.

Multa inter hæc de schismate tollendo Sigismundus sollicitasse fertur, adhuc Iohannes Pont. duos ex cardinalibus Rom. Ecclesiæ legatos misit, iã pridem tamen agitata re inter eos literis & nuncijs. unicum quippe remedium & imperatori & pontifici videbatur, generale concilium aduocari. Sed erant circa hæc ipsa constitueda permulta, ceu locus & tempus & modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum legati. horum missio legatorum, ruinæ pontificis initium fuit: sed amotionis schismatis & unionis fiendæ, non modica pars.

Qua dere non videtur prætereundum, inquit Leonardus Aretinus, mirabile quiddam quod tunc accidit, ut omnia cœlitus gubernari cognoscamus, Cõmunicat.

Laus Sigismundi.

Ladislaus clades.

Romã Ladislaus occupat.

Agit de concilio Constantiensi

nicauerat, ait, mecum pōtifex arcanè (se-
cretarius enim eius ^{eram} erat) mētem cogi-
tationēq; suam, dicens: In loco concilij
totum est, nec alicubi esse volo ubi im-
perator plūs possit. Legatis igitur istis
qui à me mittentur, mandata amplissi-
ma ad honestatis speciem dabo, quæ pa-
lām ostentare possint: secretò autē man-
datum restringam ad loca certa, & ipsa
enumerauit. Cū in hoc pposito mul-
tis diebus fuisset, tempus aduenit quo
legatos proficisci oportebat. tunc remo-
tis cæteris præter me vnum, inquit Leo-
nardus, legatos secretò allocut⁹ est, mul-
tisq; verbis cohortatus ad munus lega-
tionis diligentissimè obeundum, quāti-
pōderis illa res esset, cuius rei gratia mit-
terentur. Deindè conuersus ad beneuo-
lentiā, eorū prudentiam fidemq; lauda-
uit, ac meliūs illos cognoscere quid fa-
cto opus esset, q̄ se ipsum, dixit. dum ista
cōmemorat atq; inculcat, affectus ipse
propositum diū cogitatū momento tē-
poris immutauit. Decreueram, dicens
pōtifex, loca quædam nominare, à qui-
bus nullo modo discederetis: sed in hoc
temporis puncto sententiā mutò, ac ve-
stræ prudentiæ permitto. vos quid mihi
tutū, quid formidandū, cogitetis. char-
tulamq; in qua ea loca scripta erant, in
eorum præsentia lacerauit, absq; vlla
alicuius loci nominatione.

Legati igitur ad Sigismūdum profe-
cti, Constantiam pro loco concilij ele-
gerūt, urbē imperatori subiectam, quod
imperatori multū placuit. Sed ubi in-
tellexit Iohannes Pontif. incredibile est
quātūm doluerit, se ipsum & fortunam
suam detestatus. sed voluntati Dei resi-
stere nemo potest. iam enim decreuerat
Deus vt fieret vnū ouile & vnus pastor.

Iohannes igitur principio hyemis è
Florentia Bononiam adiit, nec multò
post congressum Sigismundi petens, in
Galliam profectus est Cisalpinam. Ma-
tuam petijt, ubi splendide & magnificè
à Iohanne Frācisco Gonzaga susceptus
est, quem indè abiens cum magna parte
copiarum Laudam, quò venturum Si-
gismundum sciebat, secum duxit. mul-
tūm em̄ huic principi fidebat. Cū ita-
que pōtifex & rex haudquaquam se tu-
tos Laudæ arbitrarentur, Iohannē Frā-

ciscum Mantuam, quò se velle ire dice-
bant, ad parandos commeatus disponē-
damq; urbem properè mittunt, qui bre-
uè paratis rebus omnibus, Cremonam,
quò iam peruenisse pōtificem ac regem
intellexerat, redijt. Hos indè Mantuam
abducens, populo omni ferè obuiam ef-
fuso, opinionem omnium benignitate
& gratia superauit. His verò conueniē-
tibus Laudæ, Cremonæ, Mantuæ sunt
habiti sermones de pellendo ex Latio,
Vmbria, Etruria Ladislao, qui Romam
& multa Ecclesiæ oppida occupauerat.

Iohannes relicto apud Cremonā im-
peratore, Mantuam petijt, exacta post
hyeme Bononiam redijt. Ea æstate cū
Bononiæ resideret, Ladislaus rex Apu-
liæ præter spem omnium moritur. cū
enim exercitu maximo Perusiā venisset,
Florentini conterriti, relicta pontificis
societate, per se ipsos receperunt pacem
data grādi pecunia. Crotonio deuicto,
retrocedens rex non bona valetudine,
Neapolim redijt, ibi post paucos dies è
vita migravit anno 1413.

Mortuo Ladislao, Iohāna soror eius
in regnum successit Apuliæ. Romæ tūc
ad arma & libertatem cōclamatū est.
affuit mox pōtificius legatus, cui⁹ ope-
ra breuè pacata est ciuitas, sumpto de ci-
uibus supplicio, qui noui motūs fue-
rant authores.

Sequenti anno Bracchius Monto-
nius Romam cum exercitū veniens, vr-
be potitus, oppugnare arcem S. Angeli
adortus est, quæ firmo Iohannæ reginæ
presidio tenebatur. verūm superueniēte
Sphorcia militum reginæ duce, non so-
lūm Bracchiū ab oppugnatione dimo-
uit, sed etiā hominē vrbe expulit, Ro-
manis in neutrá partem inclinantibus.

Metuens autem regina regnum sibi
auferri vel à pontifice, vel à duce Ande-
gauriæ, qui (vt prædictū est) de regno
erat inuestitus, in auxilium vocauit Al-
phonsum regem Aragonum satis iuue-
nem, ad regni consortiū illum adoptās
in filium, instituens hæredem, qui ha-
bito consilio suorum, cū ei suaderent
abstinendum, respondisse fertur, Graue
bellum suscepturos nos esse fateor, ve-
rūm eo præclarior futurum, finē enim
labore & periculo nemo gloriam con-

fecutus est, nos reginæ afflictæ opem feremus. moxq; cum decenti apparatu ad eam Neapolim accedens, de immenso munere magnificè gratias agēs, se offerens ad omnia, quibus solet filius tãtam & talem matrem venerari.

Ferdinãdus
rex Hispan.

De origine Alphonsi regis sciendum, quòd Ferdinandus Hispaniæ vltioris & citerioris seu Aragoniæ ac Siciliae & Sardinie rex, Iohannis vltioris Hispaniæ regis filius, rex quidem fide & sanctitate memorandus: hic regum filius et frater & socer ac tutor fuit, quia Iohãnes pater eius, vltioris dütaxat Hispaniæ rex erat, & cùm decessisset, Henricũ & hunc Ferdinandũ filios reliquit. Hæricus natu maior patri successit, in iuuetute decedens, filiũ reliquit puerum Iohannem nomine: huic Ferdinandus tutor factus, statim contra regem Mauro-rum Granatæ bellum suscepit, & multis cum regem attriuit, ciuitatibus quibusdã ereptis, ipsum puero Iohanni tributarium fecit.

Interea contigit Martinũ iuniore Siciliæ regẽ mori, & paulò post eius pater Martinus citerioris Hispaniæ rex, vitæ finem fecit, nullo regnorum hærede relicto: quibus defunctis, regna ipsa magnis motibus iactari cœperũt, cùm multi principes pro suo iure contendebant, principes regni tãdem de eligendo rege consilium iniêrũt. Et quoniã Hispaniæ regnum vniuersum in tres ordines partitum erat, s. procerum, sacerdotum & plebis, ex his magistratus ad eligendum regẽ suscepti sunt, qui Ferdinandũ tanq̃ nobiliorem & potentiorẽ apud Valentinam vrben anno 1412. Aragoniæ seu citerioris Hispaniæ regẽ declarauerunt: quo creato, confestum totius Occidẽtis legati ad gratulandũ illi missi sunt. Factus magnus Ferdinandus, latiũs eidem extendẽdi regni cupiditas creuit, & Balearium insularum regi bello indicto, mox illum deuicit, & regnum suæ ditioni adiecit. Deindẽ in Sardinia mouēs, illam breuibus prælijs domuit, ac sic intra paucos dies trium regnorum nobilium Ferdinandus, vir quidem Christianissimus, potiũs bonitate suã quã bello possessor fuit. Hic filiam vnicã Iohãni nepoti suo regi vltioris Hispaniæ,

cuius tutor erat, in vxorem collocarat. moriens deniquẽ hic Ferdinãdus, quatuor mares reliquit, Alphonsum in regno successorem, Iohannem Lusitanie regem, Henricum S. Iacobi magistrum, & Petrum natu minimum.

Alphonsus autem Ferdinandi regis Aragoniæ filius, regnum paternum obtinuit adolescens, & bellicarum rerum gloriam paucis pacis laudibus præferēs, ad regnum Siciliæ oculos adiecit.

Regina Iohãna, postq̃ is in Apuliam acceptus erat, ignominia affecta ab eo, omnẽ adoptionem factam annullauit: & propter vitiũ ingratitudinis, eum regni exheredẽ fecit, at loco eius in filium adoptauit primogenitum ducis Andegauia Ludouici illius, qui cũ Ladislao diũ certauerat, ius in regno prætedens, qui & ipse Ludouicus dictus, cum magna comitiua accedens, honorificè & affectuosissimè susceptus est in ciuitate Auerfana. Nam Neapolim occupabat Alphonsus, quam tamen postea infidijs Philippi Mariæ ex prodicione amisit, & plures alias ciuitates regni, itã vt modica sibi portione relicta, ad Siciliam declinaret, & regina Neapolim reuersa cum curia sua & adoptiuo filio Ludouico, cui ex tunc ducatu Calabriæ concessit, heredem regni instituens. Ex quo postea Alphonsus etiã à Martino abrogatus regno extitit, & cùm culparet pontificem, responsum accepit, Ludouicum Andegauẽ ducem, ab Alexandro 5. regem Apuliæ declaratum, priuato Ladislao, approbante Pisano concilio: hoc idem à Ioh. 23. cõfirmatum esse, reijceret eam omnem culpam in reginã. Iohanna itaq; simul & Ludouicus cum Alphõso vario Marte certabant vsq; ad annum Domini 1434. Anno verò Domini 1414. Concilium generale Constantiæ (quẽ Sueuorum vrbs est) ad schisma tollendũ, quod supra 30. annos durauerat, Sigismundi Cæsaris iussu & industria, Ioh. quoquẽ 23. auctoritate cœptum est celebrari. Tertia itaq; die ante festum Assumptionis B. Mariæ virginis venit illuc Iordanus cardinalis Ostiẽñ episcopus, sequebatur eum nõ multò post Iohannes Papa, admonentibus quibusdã nõ id faceret, quòd vereretur

Alphonsus
rex,

Lud. Ande-
gauus.

Concilium
Constantiense

Concilium
Constantiense

nè cum pontifex accederet, priuatus rediret.

Verùm his posthabitis, circa Octobrem Bononia moués, per Veroneſi, Tridentinumq; agrum transmiſſis alpibus accedens, procedésq; in vigilia, Simonis & Iude Constantiã applicuit, & prima nocte in cœnobio **Creuslingen** dicto, extra portas vrbis mansit, vbi pro dono abbatem inſulatũ fecit. Manè factò, obuiã illi venit clerus totius vrbis solennitè congregatus, in processione cum reliquijs quã deuotiſſ. potuit, totaq; ciuitas effusa est, ducens eum honorificentissimè in palatium episcopale. subsequitur eum nouem cardinales, deinde ciuitas dona obtulit p more patriæ, scyphum ex argento deauratum quinque marcarum, vinum Italicum, Alsaticum ac prouinciale, & 40. maldra auenæ. sequenti feria 6. venerunt 6. cardinales de eius obediẽtia. Dominica ante festũ Martini cõgregari fecit Iohãnes papa curiã. aderant oës cardinales, duo patriarchæ, archiepiscopi & episcopi plures. in vigilia S. Martini episcopi fecit processionem solennem. venerunt iterum quinque cardinales de obedientia eius.

Sigismundus Ro. rex nõdũm aderat, is verò in vigilia Natiuitatis Domini venit in **Ubertingen**, quod oppidũ distat milliare Alemanicum à Constantia. sequebatur regem regina, inde rex certior fecit papam de aduentu suo, rogabatq; vt cum missis aduetum suum præstolari dignaretur. noctũ itaque ascendentes naues, Constantiam circa mediam noctem aduecti sunt rex ipse cũ Barbara regina, Ciliæ comitissa, sequebatur eam regina Bosnensis Elizabeth, & Anna comitissa de **Wirtemberg** ex Burgauijs Norinbergẽsibus nata. associatus regi dux Saxonie Ludouicus. Erat autem frigus, vnde ductæ sunt mulieres in æstuarium, vt calefacerent se ad horam. Deinde cum faculis ardentibus intrauerunt Ecclesiam cathedralem, in qua papa Iohannes cantauit primam Missam. Rex verò legit euangelium, *Exijt edictum à Casare Augusto*, in habitu diaconorum. Eo quoque die papa reliquas ipse duas cãtauit Missas, & solennitè benedixit populum.

Circa nouum annum venit ad conciliũ Ludouicus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ cum 400. equis, secutus est eũ paulò post Ludouicus dux Slesie cum 200. equis. secuti sunt illos innumeri principes tum ecclesiastici tũ seculares. Incredibiliq; frequentia principum prælatorumq; cœpit in principio anni Domini 1415. concilium celebrari, itã vt essent quandoquẽ in eo loco equorum supra 30. millia.

ANNO Domini 1415. in die purificationis B. Mariæ virginis ad instantiam oratorum regnorum Suedie, Dacie & Noruegie, Iohannes papa canonizauit S. Brigittam, & benedixit luminaria. in-
S. Brigitta
canonizata.
 terfuerunt quatuor patriarchæ, cardinales 29. archiepiscopi 47. episcopi 160. secularium verò principũ, comitũ, baronum ac nobilium multitudo.

Deinde feria sexta post purificationem, accesserunt tres cardinales de obedientia Gregorij, cardinalis Ragusinus Iohannes ordinis Prædicatorum, qui vt legatus missus à Gregorio, confirmauit concilium eius autoritate, tresq; alij cardinales Gregorij, Gabriel qui post Martinum electus, dictus est Eugenius, Anton. Carbonensis, & adhuc alius, mox superuenerunt: & ex illis duab' obediẽtijs, scilicet Iohannis & Gregorij, factum est vnum ouile.

Circa hæc tempora Vuenceslaus rex Boemie requisitus à concilio, misit Iohannem Hus ad Constantiam cum sal-
Iohan. Hus
Constantiã
vocatus.
 uo conductu Sigismundi regis. hic cum vidisset concilium attendere facta sua, timore percussus aufugere parat, clãq; ascendit currum rusticanum, & straminibus tectus, exiuit ciuitatem. Innotuit hoc magistro ciuium, qui conuocatis satellitibus, insecutus est eum. deprehensum in fuga reduxit. fit cõkursus populi ad spectaculum, & turbatione facta, inter manus reducẽtium elabatur, latibula querens: sed mox deprehenditur, ac Ioh. papæ traditur, qui eũ in palatio tenuit 8. diebus, deinde custodia micipatur apud Prædicatores.

Per hæc tempora & Hieronymus venit Constantiã cum vno clerico. Auditus est Iohannes Hus in confesso patrũ, ætate maior & autoritate habitus, li-

cet doctrina & facundia superior esset Hieronymus. lecti ex omni natione patres diuini atq; humani iuris doctores, sæpè cū his colloquia habuere, dogmata eorum à lege diuina aliena esse monstrarunt, neq; bonis cōducere moribus, rogauerūt nè plūs sapere q̄ Ecclesia vellet, peregrinas opiniones relinquerēt, ingenia sua Vuicklefforum infania nō macularent: eloquentiā, qua præditi essent, in corroborandis Ecclesię institutis, non euertendis, exercerent: posse eos in conspectu Dei & in militanti Ecclesia sublimem consequi locum.

Stetere in proposito pertinaces, neq; victi rationibus, vinci voluerunt, se veraces, se S. Euangelij imitatores, se discipulos Christi esse. Romanam Ecclesiā ceterasq; per orbem dispersas, à traditionibus apostolorū abijisse, quę opes atq; delicias sectarentur, dominatum in populis & primos in conuiujs accubitus exquirent, canes & equos alerent, ecclesiarum bona quę Christi pauperibus deberentur, per lasciuiam luxumq; consumerent, aut nescire prorsus diuina mandata, aut scientes contemnere.

Primores magnę synodi, vbi pertinaciā & immutabiles animos perditorum hominū aduerterūt, mēbra Ecclesię putrida, quę sanari non poterant, nè reliquū corpus inficerent, resecanda cēsuerunt. lata est in confesso patrum aduersus pertinaces sententia, cremandos esse qui doctrinā Ecclesię respuerēt: condemnataq; simul est heresis **Wickleff**.

Prior itaq; Iohānes Hus cōbustus est sexta feria post festū S. Vdalrici, Hieronymus diū post in vinculis habitus, cū respiscere nollet, pari supplicio affectus, sabbato ante Exaltationē S. Crucis anno 1416. Pertulerunt ambo cōstanti animo necem, & quasi ad epulas inuitati, ad incendiū properabāt, nullam emittētes vocem, quę miseri animi posset facere indicium. vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. cineres exustorum, nè raperentur à Boëmis, in lacū proiecti sunt. discipuli verò eorū, ex eo solo terram abstulere, in qua ignis fuit, eamq; veluti sacram secū attulere in patriam. Iohannes ac Hieron. apud

Boëmos martyrum honores meruerūt, nec minores quā Petrus & Paulus apud Romanos.

Intellectis his in Boëmia, quę Constantiæ gesta fuere de Iohanne & Hieron. discipuli eorum sequacesq; omnes in vnum conuenientes, in primis memoriam defunctorum consecrant, celebrandamq; quotannis decernunt. Exin per amicos nonnullas Ecclesias à rege sibi tradi extorquent, in quibus suę plebi prædicare, sacramentaq; ministrare liberè possent. Neq; contenti, apud Stationiam nobile monasterium fratrum prædicatorum extra muros, à fundamentis dericiunt, eaq; prima ecclesiarū ruina in Hussitarū nouitate facta. mox decurritur, & Ecclesię monasteriaq; passim nobilissima ferro atq; igne vastantur. nullum regnum tum totius Europæ, tam frequentibus, tam augustis, tam ornatis templis ditatū fuisse, quā Boëmia fertur.

Fuit inter cætera monasterium aula regię apud ripam Maltauię, quæ Mosā fluuius illi iungitur, sitū, in quo regum erant corpora, singularis excellētiæ: in latere ambitus vetus nouūq; testamentū literis maiusculis in tabulis scriptum cōtinebatur. Sed hoc decus post Vuenceslai mortem Hussitarū rabies deleuit, qui postquā Ecclesias plurimas deicerunt, monasteria incēderunt, castellum petētes, cui **Behingne** nomē, 8. ferè milliario ab oppido, quod nūc Thabor appellant, 30. millia hominū cōuenere, atq; ibi 300. mensas in patentibus cāpis erexere, ex quibus populo sacramētum calicis ministrare.

Terruit ea congregatio Vuenceslai regem, verentem nè arma in se verterēt, nec periculo caruit Vuenceslaus. ei saluti fuit Coranda, singulari facundia presbyter in plebibus auditus, qui dum populum de rep. admoneret, inter cetera: **Quanquā**, inquit, **viri** fratres in certem sortiti regem sumus, si tamen ceteros expendimus, nemo est quem nostro regi anteferamus: est quietus, benignus, nostri amans. nam quis eo regnante nos laceffere audeat? licet nobis ex voto viuere nostro, non est eadem sibi, quę nobis, de religione sentētia. ritum nostrum

Wickleff
disciplina
damnata.

Boëmicę
Ecclesię
ritas.

Oratiō
sacerdotis
Hussitici
p
rege suo
Vuenceslao.

nostrum neque ipse perturbat, neque alios perturbare finit. par est ut preces pro eo fundamus, utque singuli ei vitam rogemus, cuius defidia, nostra salus, nostra quies est. Quod cum ab exploratoribus rex cognouisset, quieto animo fuit: & factus ex tepido frigidus, Corandam inter amicos habuit.

Ad concilium redeo: anno 1415. prima die Martij papa Iohannes, quod sequitur, decretum publicari fecit.

Iohannes episcopus servus servorum Dei, uniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem: Vniuersitati & vestrum singulis innotescat, quod propter quietem totius populi Christiani, profiteor, promitto, spondeo, voueo & iuro Deo & ecclesie & huic sacro concilio, sponte & liberè dare potestatem ipsi ecclesie per viam meam simplicis cessionis papatus, & etiam facere & implere cum effectu iuxta deliberationem presentis concilij: si & quando Petrus de Luna Benedictus 13. & Angelus Corarius Gregorius 12. in suis obediencijs nuncupati, papatu quem pretendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant: & etiam in quocumque casu cessionis vel decessus, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari unio ecclesie ad extirpationem presentis schismatis. Acta sunt hæc in Constantia anno Domini 1415. prima die Martij, pontificatus nostri anno 5.

Postea Dominica Lætare celebrauit papa Iohannes Missam, & benedixit rosam, quam dedit regi Ro. hæc rosam donauit rex B. Mariæ in summo. papa inuitauit regem, principes ecclesiasticos & seculares eo die.

Secunda feria post Lætare, consultatio facta est sessione publica, quod unus papa ecclesie præficeretur. tum surgens archiepiscopus Moguntinus, protestabatur, nisi Ioh. 23. eligeretur, quod nunquam alteri obedientiam præstaret. Verum dum in concilio facta esset omnibus dicendi copia, multa crimina, et quidem grauissima, obiecta sunt Iohanni. vadè paulò post discordie inter eum & Sigismundum oriri cœperunt. itaque secunda feria post Dominicam Passionis

papa Iohannes considerans intentionem concilij, cœpit pœnitere, dicens se ac suos non esse securos, nec se liberè posse agere.

Innotuit hoc Cæsari, qui papam accessit. intelligo, inquit, pater sancte querelas vestras, quod sanctitas vestra non fit hic secura. adsumus, & vobis dabimus plenam securitatem, & si utique vultis alio in loco esse, conducemus, & saluum conductum dabimus plenissimum. intellexit quoque rex Fridericum ducem Austriæ de abducendo papa tractare. vnde vocauit eum, & nè talia præsumeret monuit. verum dux omnia negauit.

His non attentis, Iohannes papa clam abire constituit, veritus nè papatui cedere cogere, adiutus ad hoc, & planè inuitatus factione Moguntini archiepiscopi & Friderici ducis Austriæ: qui cum imperatori aduersarentur, crescere eius authoritatem ex oppressione pontificis verebantur.

Iohan. itaque 20. die Martij hora post meridiem, equum ascendit, indutus grisea chlamyde & cappa grisea incognitus, ciuitatem exiit. postea ascendit nauiculam, prout dux præordinauerat, & in oppidum Schaffhusen peruenit. Cardinalium nemo fuit conscius. Secuti sunt tamen postea plerique sub specie reducendi reconciliandi que, qui cum nihil proficerent, verentes Constantiam redire, nè fortè suis dignitatibus priuarentur. Altera verò die Cæsar proclamari fecit fugam papæ, & quod nemo curaret, sciret enim quo pacto reduceretur. Vnde altera post Benedicti diem conuocari fecit principes, & accusauit Fridericum ducem Austriæ, quod author atque adiutor papæ in fugiendo fuerit, in concilij iniuriam Christianeque reip. periculum maximum, adiecit, dictum ducem offendisse etiam priuatos plurimos. Citatur itaque Fridericus publicè in concilio pro abductione papæ. Cæsar verò eundem per edictum citari in Diuina Quasi modò, curauit, & eius citationis virtute Cæsar absoluit omnes subditos Friderici ab obedientia eius: priuauit eum feudis & omnibus bonis, corpore & bona illi exposuit omnibus, sine mora quoque rex occupari fecit oppida ducis

Ioh. papæ fuga.

Fridericus Austriæ dux

ducis, *Stain/Frauenfeld*/ quidam alij occupauerunt oppidum *Feldhrych & Curualshen*, Suintenses & Vualdenses cū suis confœderatis occupauerunt oppida & munitiones in terra dicta *Ergoia*/ quæ hodiè est in potestate eorum, *Baden/Mellingen/Premgarten/Wallstat/Diessenhofen*.

Interea papa in *Schaffhusen* territ^o, in parasceue post meridiem abiit, ac in oppidum *Lofenberg* peruenit, ab eo loco in *Friburgum* confugit, iturus indè, si tutò fieri posset, ad *Burgundiæ* ducem. Scripsit autem ex *Friburgo* concilio in hæc verba: *Iohā. episcopus seruus seruorum Dei: Vniuersis innotescat, q̄ cūm propter metum qui cadere potuit in cōstantē virum, de ciuitate Constanti recesserimus, nè hac occasione Petrus de Luna & Angelus Corarius in suis obedientijs nominati, allegātes impressionem nobis factā, se quouis modo ab accessione retraherent, & sic protraheretur effectus pacis & vnionis ecclesiæ, ad quorum effectum desideria nostra tendunt. Ex Friburgo &c.*

Interim *Constantiæ* mediatoribus principibus inter regem & ducem *Fridericum* cōpositio facta est, vigore cuius dux *Frid.* personalitèr in manus *Cæsaris* se & sua omnia bona resignās, sub hæc forma desupèr literas tradidit: *Nos Fridericus Dei gratia dux Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ &c. Fatemur nos indignationem regiæ maiestatis incurrisse, eapropter nos & nostra in manus suæ maiestatis tradimus &c. in bona forma. Datum 27. die Martij mensis, anno 1415.*

Eodè tempore cōsistoriū prouinciale in *Turgoia* *Cæsar* p̄ certa pecuniarū quantitate impignorauit *Constantiensibus*. Duxq̄ *Frid.* scripto omnes sibi subditas ciuitates absoluit, qua gratia venerunt ciues de *Schaffhusen/Rusdoltzell/Diessenhofen/Newenburg/Brisach*/ & pleræque aliæ ciuitates, dedentes se *Cæsari* pro imperio acceptanti. Iurauit etiā dux ipse papam *Iohannem* concilio representare. fecit in eo quātūm potuit, & eundem *Iohānem* vique ad *Cellam Rudolphi* perduxit. nunciauit indè concilio, quod nisi

vi adhibita non posset eum vltra perducere. hæc scripsi ex actis concilij.

Curante post hæc concilio, *Iohānes* capitur, & in insula *S. Marci* p̄pe *Constantiam*, vulgò *Richnam*/carceri mancipatur. Causam fugæ disquirere concilium tum cœpit, certosq̄ iudices viros grauissimos delegit, qui criminā homini obiecta discuterent, eademq̄ ex ordine referrent. ad 40. capitula contra hominem probata sunt. Venientibusq̄ omnibus in eandem sententiā, *Iohānes* meritò pontificatu eiectus, sententiā in se latā approbat: p̄tificatu, siue sp̄tè, siue inuitus, se abdicauit. quo factò, statim ad *Ludouicum* comitem *Palatinū* custodiendus mittitur, donèc aliud decerneretur, ac in *Manhem* oppido trienio sinè cubiculario famulove *Italico* diligentèr asseruatus est. *Teutonici* erāt custodes omnes, quibus cum *Iohannes* nutu et signis loquebatur, cūm nec ipse linguam *Teutonicam*, nec illi vicissim *Italicam* scirent.

Concilium itaque, vt abrogationem à se factam, veram & integram^r indicaret, synodicum decretum promulgauit, quo affirmabat concilium generale legitime congregatum, habere à *Christo* potestatem, hoc quidem fundamento, ipsum etiā pontificem concilio subiecit.

Quarè *Gregorio 12.* necesse fuit, suadente etiā *Cæsare*, aliquem ad concilium mittere, cūm ipse proficisci recusaret, qui suo nomine concilij sententiā approbaret. Missus itaq̄ *Carolus Malatesta*, vir certè insignis, cūm videret omnes in hanc sententiā venire, vt *Gregorius* quoque p̄tificatu se abdicaret, in publicū prodiens, ac in sede *Gregorij* non alitèr extructa, ac si ipse adesset, collocatur: perlectaq̄; renunciandi facultate, *Gregoriū* pontificatu abdicat, què statim conuentus omnis pro tam libera abdicacione, *gri Piceni* legatum creat. nō multò post *Gregorius Recaneti* moritur, dolore animi, vt aiunt, propter subitam abrogationem ante constitutum tempus à *Carolo* factam. in longū em̄ rem protrahi volebat, in mora spem aliquā ponēs. mortuus itaq̄; in *Recanenti* ecclesia sepelitur. eius aut̄ resignatio

tio facta est in die S. Vdalrici, 4. die mē-
sis Iulij, cū antehac in vigilia Corporis
Christi condemnatus esset Iohānes
23. anno Domini 1415.

Lentum deindē concilium fuit, cū
& corrigere in Ecclesia multa, ac tolle-
re penitus schisma niteretur, quæ mul-
to tempore egebant. varia negocia in-
terpellabāt, ocij interea nullus erat lo-
cus. Sublatis enim duobus pōtificibus,
tertius, in quo abrogando maior diffi-
cultas apparebat, restabat, Petr^o de Lu-
na, Benedictus 13. appellatus. Post mul-
tos labores in concilio habitos, Imp. Si-
gismundus vnā cum oratoribus concilij
anno 1416. in mense Iulio iter ad re-
ges Franciæ, Angliæ ac Aragoniæ ce-
pit, rectoque itinere ad reges Franciæ
& Angliæ peruenit, eos adhortatus, vt
pro salute Christiani nominis iam ob
schisma periclitantis, in abrogando Be-
nedito, sublatis alijs duobus, eius se-
querentur sententiam.

Grato autem responso accepto, indē
Narbonā properat ad Ferdinandū Ara-
gonum regem, cui^o populi magna pars
Benedicto obtemperabat: quo cum in-
ter alia capitula pactus est, vt Benedictū
rationibus moneret ea facere, quæ Gre-
gorius & Iohannes in concilio egissent:
id verò si facere recusaret, populos co-
geret ab eo ad concilium Constantiē
deficere. Benedictus autē in castello Pe-
ninsulæ loco munitissimo se cōtinens,
moueri suasionibus à sententia sua non
poterat, quòd diceret se verum Christi
vicarium esse, & Constantiam non esse
locum libertati Ecclesiasticæ conveniē-
tē, cū Iohānes 23. ab his etiā abdicare
pontificatu coactus fuerit, qui partes
suas antea sequebantur. Tum verò prin-
cipes Hispaniæ cernētes pertinaciā Be-
nediti, cōcilij opinionem secuti, in re-
liquorum sententiā peruenēre. Scripsit
continuò Sigismundus concilio, quòd
omnes reges & principes dimisissent Be-
neditum, sequerenturq; concilium.

ANNO igitur Domini 1417. circa
festum Purificationis Mariæ reuersus
est rex Constantiam, cum gaudio ma-
gno susceptus. agebatur res in concilio
quinque nationum suffragijs. quic-
quid autem decernebatur, id ratū erat

& pro curia enunciabatur, si omnium
consensu postea confirmatum fuisset.
Qua quidem authoritate Benedictus,
discussa aliquandiū re, 18. die Martij ac-
cēsis candelis & pulsatis campanis, ana-
thematizatur, reiectisq; rationibus eo-
rum qui cum eo sentiebāt, pontificatu
priuatur, & vt hæreticus ac schismaticus
à cunctis habendus declaratur.

In octaua Paschæ Fridericus Burg-
grau^o Norinbergē, marchio Brandē-
burgen creatus est, & paulò post Adol-
phus comes de Cleue, dux factus est.

Frid. Burg-
Nortinber-
gen.

Deindē in Boēmia surrexit post Io-
hannem Hus, alius pseudosacerdos Io-
hannes quidam ex ordine Præmonstra-
tē impius monachus, ad omne scelus
audax, qui cū predicaret Pragē apud
S. Stephanum, neque venē sapere vide-
retur, officio motus est per episcopum.
monasterium hinc Carmelitarū inua-
sit, tum singulis ferē diebus sacram
eucharistiam per suas ecclesias circunue-
ctabant hæretici: quas cū paucas esse
dicerent, ductore Nicolao viro eius lo-
ci domino, vndē Iohannem Hus origi-
nem trahere diximus, in regiam tumultu-
ariè prorumpentes, Vuenceslauū ora-
uēre, vt daret sibi ampliores Ecclesias,
qui iam populi maiorem partem obti-
nerent. audiuit rex benignē Nicolaum
pro multitudine loquentem, vtq; in po-
sterum diem rediret, iussit.

Deindē misso populo, ad Nicolaum
qui manserat, cōuersus: Tu, inquit, qua
nos è regno eijceres, orditus es telam: at
ego laqueum indē efficiā, quo te postea
strangulem. Ille abiēs, populares magis
ac magis accendit. Rex in arcē Vi-
segradensem vrbi vicinam sese recepit,
missis ad fratrem Sigismundum orato-
ribus, qui eius auxiliū imploraret: con-
sulibus autem nouæ ciuitatis Pragen,
nē vltiūs ab hæreticis Dominicū cor-
pus in pompa deferri sinerēt, imperauit.

At hæretici post hæc apud Eccle-
siam Carmelitarum convenientes, ad
ædem S. Stephani eucharistiam per plu-
rimas plateas atque Ecclesias armati
circuntulere, ibique domum sacerdo-
tis, suis ineptijs non consentientis, di-
ripuere: & sublato clamore ingenti,
furentes prætorium petiere. Consules
vnde.

Boēmica
furis.

vndecim metu pculsi, fuga saluati sunt: septem qui remanserant, & cum his iudex vrbis, atque alij nonnulli ciues, raptim intercepti, ex altissimis fenestris in forū præcipitati, lanceis ac veribus irati populi excepti, dirum spectaculū præbuere, stante in foro Iohāne monacho, sacrum Christi corpus sanguinario populo ministrante.

Camerarius regni, qui cū 300. equitibus ad sedandum tumultum occurrerat, vbi furētem plebē animaduertit, de sua vita sollicitus, fuga sibi cōsuluit. Ea cū regi renūciarentur, cunctiq; circūstantes attoniti facinus detestaretur: At ego, inquit pincerna, futura hæc p̄sciēram. quem rex indignatus correptum, repente in pedes suos prostrauit, & arrepto pugione conat⁹ est interficere. sed impeditus à circumstātib; ægrè illi vitam dimisit. Nec mora, paralyfi correptus ægrotare coepit, atque intra 8. & 10. dies, signatis nominibus hereticorū, quos neci destinauerat, fratrem assidue vocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, antè vita excessit, quàm vocati principes adessent.

Vuenceclai
interitus.

Delatum est cadauer ad Ecclesiam S. Viti in arce, & indè ad aulam regiam, ibiq; conditū in sepulcro quod sibi delegerat. Sed postea cū monasterium ipsum ab hereticis diriperetur, & sepulcra regum effringerentur, cadaueraque eijcerentur, quidam pisciculos vendere solitus, regis quē amauerat, corp⁹ clam collegit, & in loculo apud se domi condidit. Interiecto deindè tempore, rebus in meliorē fortunam delatis, cū Vuenceclai corpus quæreretur, acceptis 20. aureis, illud reddidit. mortuus est autē rex Vuenceclaus anno 1418.

At incinerationem Iohannis Hus & Hieronymi ferunt imperatorem non ex quo animo tulisse, propter saluū conductum eis datum. respondit ei sacrosancta synodus, eum argui non posse de fide mentita, quia concilium ipsum nō dederat eis saluum conductum, & concilium maius est imperatore: & ideò nō potuisse contra voluntatem concilij id concedere, præcipuè in factis fidei. cui determinationi, vt bonus filius ecclesie, acquieuit.

Rebus hoc modo compositis, cū de restituenda ecclesia, emendandisq; moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non posse existimāunt vacante sede. Vndè de eligendo nouo pōtifice sermo est habitus. ordinatū est spiritus sancto suggerente, quod aliās non putatur seruatum, & hoc ad maiorem concordiam, vt vltra voces cardinaliū qui erāt de triplici obedientia, scilicet Gregorij, Iohannis & Benedicti, adderentur ex qualibet natione quinque prælati, qui vocē cum cardinalibus in electione fienda haberent.

Conclauē igitur intrantibus, infra paucos dies electus est ab omnibus post aliquam discussionem & vocū variationem vnanimiter & concorditer Otho cardinalis de Colūna, vocatusq; Martinus quintus, anno 1417. mensē Novemb. Effusus nimio gaudio imperator, nullo habito dignitatis suæ discrimine, conclauē ingressus, gratias omnibus egit qui tantum virum & tam necessariū reip. Christianæ propè extinctæ delegissent: & ante pōtificem prostratus, cū summa veneratione eius pedes osculatus est, quem contrā pontifex amplexus, non secūs ac fratrem in precio habuit, gratias egit quòd sua opera & industria pax tandem Ecclesie Dei reddita est. vocari autem Martinus voluit, quia electio in diui Martini celebritate habitata fuisset.

Verūm ad tollendum omnem scrupulum circa beneficia olim collata, & gratias cōcessas, & ordinationes factas & alienationes, quia quilibet illorū trium asseruerat se verum & indubitatum Romanæ ecclesie pontificem: sanctissime statutū est, vt quodcunq; fuisset factum in partibus obedientie alicuius illorum, id esset ratum, firmum & stabile. Episcopi verò facti & cardinales à Gregorio & Iohanne & Benedicto ante depositionē vel renunciationem alicuius eorum, remanserūt in sua dignitate & honore. Et omnes censuræ quas aliqui contraxissent in tali ambiguo, ablatae sunt: & qui simplicitate ducti ex laicis, credentes in istum vel in illum, Maiorū vestigia sequentes, iudicantur excusati. Sed qui causa honoris & tēporalitatis alicui

Censurariū
modus è
Concilio.

alicui eorum adhæferat contra conscientiam, non excusabatur. Et ad cautelam fuit facta quædam relaxatio generalis omnium censurarum, quas quicumque iucurrissent ratione dicti schismatis, ac etiam omnes indulgentiæ plenariæ positi in quibuscumque locis ad instar alterius indulgentiæ positi alicubi, annullatæ sunt.

Dicitur etiam, bullas solennes regni Apuliæ adeudi & possidendi, fuisse concessas per concilium duci Andegaueni Ludouico & successoribus suis.

In ipso etiã concilio editæ sunt quedam constitutiones: vna contra simoniacos, quod electiones, postulationes, confirmationes, provisionesve simoniacæ, nullæ sint ipso iure: simoniacè prouisi, fructus suos non faciunt, sed ad illorum restitutionem teneantur: & quod dantes & recipientes, sententiã execrationis incurrant. Item alia constitutio contra mendicantes transcutes ad alias religiones sine dispensatione papæ, excepto, si transeant ad Carthusienses. excratur ipso facto & recipientes eosdem: absolutionem Sedi Ap. reseruat, annullat nihilominus contrafactum.

Insuper constitutionem edidit concilium, quæ incipit, Ad euitandum scandala, quod nemo teneatur à comunione alicuius prætextu censuræ ecclesiasticæ abstinere, aut interdictum ecclesiasticum seruare ante denunciationem expressam, & specialitèr excipit notorie excommunicatũ pro iniectioe manuum in clericum.

ANNO 1417. Martinus natione Romanus, ex familia Columneſi eligitur. sedit annis 14. Is à teneris annis cura parentum moribus & literis imbutus, iuri pontificio Perusij operam dedit. diaconus cardinalis postea ab Innocetio VI. creatus, nec ob eã rem à natura sua defecit. humanior em quam antea factus, patrocinium suum omnibus prestabat, ita tamen, quod rebus publicis nõ multum se immiscebat. Nam in conuentu Constan multæ in vtranque partem altercationes cum haberentur, ipse medium quoddam tenuit, quo in alterutra partem inclinare nullo modo videbatur, comuni vtilitati consulens, hanc ob rem

imperatori & cardinalibus gratus pontifex creatur. eius sermo plenus sententijs erat. excidebat nullũ verbũ tam crebro, quàm iustitiæ nomen. ad suos persepe conuersus, his verbis utebatur: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Sap. 1.

Adeptus magistratũ, cum restare adhuc caput renascentis hydræ cerneret schismatis, Benedictum seu Petrum de Luna cũ aliquot cardd. & prelatis, Peninsulæ tanquàm in arce schismatis se continentẽ, quibusdã Aragoniæ populis, in vtranque partem inclinarent, adhuc titubantibus, approbante concilio, Othomarum virũ doctissimum patria Florentinũ, S. Eusebij presbyterum card. legatum è latere suo in Aragoniam mittit, qui sub pœnis & censura ecclesiastica Petrum de Luna admoneret, vt se pontificatu abdicaret. Cardinales autẽ qui cum Petro sentiebãt, intelligentes vltimam concilij & pontificis sententiã, Petrum ipsum adeunt, rogantque vt de Ecclesia Dei tandẽ omne schisma tollat, quo iã multis annis Christiana resp. magnis calamitatibus afflicta erat, id quod ob salutem Ecclesiæ Gregorius & Iohannes fecissent. respõdit Benedictus id sibi nequaquàm integrum esse, cum Martino verò cõuenturũ, si vera essent quæ de hominis integritate dicerentur: finerent sibi id negocij, nec ampliũ ea de re solliciti essent. Ex quatuor cardd. duo pertinaciã hominis cõspicientes, ab eo ad Martinũ statim defecere. qui māsere secum, anticardinales sunt habiti.

Martini quoque auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non multo post Scoti & Armeniaci, atque ita vna resp. Christiana, Peninsula duntaxat excepta, Martinum secuta est.

ANNO Domini 1412. Henricus Henricus 5. rex Angliæ 4. moritur, & filius eius Henricus 5. succedit in regno.

ANNO deinde 1415. Henricus 5. rex Angliæ venit in Franciam cum exercitu, cepit Harfleum. tum ducens exercitũ per Picardiam, apud Blangiu Franci cũ eo pugnantibus, victi sunt. Scribit Aeneas Syluius, quod Henricus iste fuit cum exercitu suo circũuentus à Fracis, ita quod dimittere voluit quicumque obtinisset in Fran-

Fràcia, si cum suis incolumis abire permitteretur. negantibus Gallicis, noctù (itã enim impetrauerat inducias) vocatis ducibus, Neq; fugere, inquit, cõmitones, neq; pacẽ ex hostibus consequi possumus, quãuis cedere regno Galliaẽ voluerim. sola nos arma tueri possunt. non est cur tantum exercitum formidetis. iustam causam iustus Deus adiuuabit. ite, & alter alteri peccata vestra confitemini, pusillumq; terrã ob memoriã sacramenti Eucharistiã saluatoris alter alteri porrigite. crastina die liberabit nos Dominus ex manibus inimicorum. sic dimissa concione, peractis quẽ iusserat, curare milites corpora præcepit.

Orto die, commissum est prælium. ceciderunt Francorum millia quatuor genere illustri, Anglorum quadringenti cum duce Eboracẽ regis fratre. in Anglorum potestatem viui venerunt Aurelianus & Borboni duces, comes Vindoniceñ, comes de **Richmont** / Marcellus Bossicardus, quos omnes in Angliam Henricus captiuos duxit. rex Frãciã prælio non affuit.

A N N O Domini 1416. Sigismundus Imp. venit Parisios, & post in Angliam animo faciendã pacis, qui postea cum rege Henrico venit Calesum, vbi cum duce Burgundiã secretò collocti sunt, nec rex Angliã pacem admisit. Nec multo post tempore Burgudi Philippi opera adiutus Henricus v. Parisios & alia quãdam Galliaẽ loca accepit, & inter reges pactio intercessit Aecaterinã Caroli filiaẽ nomine, quam Anglus vxorem duxit.

De Philippo Maria.

A N N O Domini 1415. Philippus Maria tertius Mediolaneñ dux, Iohannis Galeatij filius, in paternum ducatu restitutus, imperauit annis 32. vir magnanimus & sapientissimus. Is Mediolanu principio adeptus, cum omnes suẽ ditionis ciuitates à tyrannis occuparentur, Beatricem consilio procerum suorum Canis Facini relictam annosam, duxit vxorem, à qua ingentem vim auri atque argenti suscipiens, mox exercitus magnos conscripsit, & Matthæo quodam Teutonico & Criminola ducibus, sua recuperauit, addiditque ad paternã dominationem Genuam potentiss. vr-

bem. fuit Martino V. amicissimus, Iohannam Apuliaẽ reginam, ab Alfonso rege pulsam, sua virtute & potentia restituit in regnum. Tandem post innumera gesta cæcus factus anno Christi 1447. profluuiio ventris correptus, decessit non relictis liberis, nisi Blanca Maria illegitima. nam habuit secundam vxorem Amedei ducis Sabaudiorum filiam, quam virginẽ dimisisse fertur. scribunt etiã aliqui, quod primam vxorem suspicione damnatam, interire fecerit.

Durãrat Constantiẽ concilium hætenus circiter annos quatuor, vbi cum vnita esset resp. Christiana, schismatisq; authores abrogati, cautum est, nè vnquam tãtis schismatibus turbaretur res Christiana, vt Conciliorum frequentia intercideret. Placuitq; vt posthã concilia agerentur generalia: Primum à fine huius in quinquenium proximum, secundum verò ab illius fine in septennium, deinceps de decennio in decennium. quãque Generale Concilium conuocetur in locis, quẽ pontifex Max. per mensem ante finem cuiusque concilij, approbantibus patribus, deputarit. terminum conuētus, vt & locum, ex causa poterit pontifex breuiorem, nõ longiorem, statuere. Estque deputata proximo concilio Papiã. acta sunt hæc anno Domini 1417. quo, cum peracta essent cuius causa conuenerant Europã proceres, concilium solutum est.

Martinus abiens Constantia, per Sabaudiam iter faciens, Mediolanum peruenit, vbi à Philippo maria duce per benignẽ suscipitur. Mantuam deinde, Ferrariam, ac demum per Flaminiam iter faciens, Florẽtiam inuisit, vitata de industria Bononia, quã posteaquã intellexerat Iohannem coactum abdicare se pontificatu, pulsus ecclesiã magistratibus, in libertatem se vindicauerat.

Martinus Florentiã veniens, offendit Brachium Montonium virum in re militari præstantem, Perusium, ducatu Spoletinu, & magnam patrimoniij partem occupasse, conductis mercede quibusdam tyrãnis circũ quãquẽ positis, vt ipse tutò proficisci Romam non posset.

Cum

Finis ecclie
lij Constantiẽ.

Cum verò admonitus Brachius redire ad sanitatem nollet, interdictum est sacerdotibus, omnibus his qui Brachium suscipere, aut ei parerent, ea occasione Florentini agunt, ut Brachius ad pedes pontificis prouolutus veniam peteret, quod & fecit, oppidaque aliquot ecclesie redderet, utque stipendijs pontificis militans, Bononiam rebellem in Martini potestatem redigeret, cui bello Gabriel Codelmerius cardinalis & legatus profuit, cuius industria & Brachij virtute Bononia in potestatem Ecclesie breui redijt.

Interim verò quatuor illi cardinales, qui olim cum Petro Luna adulterino pontifice senserant, Florentiam ad Martinum venientes cum honorificentissimo comitatu, publico consistorio suscepti, dignitatem suorum titulorum retinere. Et Balfassarem Cossam, Iohannem 23. dictum, aiunt tum è Palatini carcere liberatum, ad pontificem Martinum venisse supplicem, à quo benignè exceptus, in cardinalium numerum adscitus, episcopus Tusculanus est creatus. Equidem & Sigismundi & Ludouici Palatini precibus permotum Martinum crediderim, hunc, anteaquam Italiam adierit, Palatino carcere eduxisse, id quod pape ad vtrūque literę testant: & in Italia Cosmę Medicis opera, suę dignitatē restituisse, nec superfuit his rebus Cossam diu, vita ex animi (ut aiunt) dolore excedens.

Græcorum imperatoris tunc legati veniunt ad pontificem, pollicentes grecos, quò ad fidem attinet, velle in sententiam Latinorum venire, si æquæ conditiones proponerentur. hos per benignè pontifex suscepit, & legatum è latere creauit Petrum Fonsicium, S. Angeli cardinalem Hispanum, doctissimum hominem Constantinopolim mittit ad res componendas, quò & antè missus erat Antonius Massanus ordinis Minorum generalis, qui Imperatoris & Græcorum exploraret sententiam. Tum instantibus Romanis, pontifex cum bona Florentinorum gratia discessurus, ciuitatē honore metropolitico exornauit, antea enim episcopum solum habuit. abiens itaque Romam tandem peruenit. effusa obuiam turba, effusis principibus vrbis quod hominē haud

secus ac quoddam salutare sidus expectant. diem illum in fastis annotauere Romani. x. Kalend. Octob. anno Domini 1421. urbem Romam adeò direptam et vastam inuenit, ut nulla ciuitatis facies in ea videretur, ad quam rursum exornandam animum adiecit.

ANNO Domini 1422. Henricus rex Anglię Corbolij decumbens, non multis post diebus defunctus est, post quem Carolus cognomento Beneamatus rex Francię, vltima quoque naturę persoluit, apud S. Dionysium sepelitur. Carolus Caroli 6. filius, Francię rex appellatus est. Henricus Anglus patre Henrico defuncto, regium Francię nomen usurpabat, Francię Anglięque regem se publicis priuatisque literis & forensi sigillo monetaque, quam nouam cudit, appellans. In causa erat: nam dum Aecaterina Caroli 6. filia, captis (ut diximus) Parisijs, Henrico huius Henrici patri nubit, hæc matrimonio leges dictę sunt, si præ Henrico vita defungeretur, Francię regnum Henricus adiret: sin contrā, & ex Henrico virilis proles superstes foret Carolo deficiente, Henrici filius Francię principatum adipisceretur, nulla de Caroli legitimo hærede mentione habita.

Mortuo itaque Carolo 6. insurgit turbatio per totum regnum maxima, nam hinc à Burgundionibus, inde ab Anglis, mox ab his qui se rebus consulere dicebant, ita tumultuabatur, ut dicere difficile esset, hostisne an Francus plus dāni miserabili populo importaret. multa prelia, multę seditiones in Francia fiunt, & nulla partium videtur alteri cedere velle. vincuntur tamē Franci apud Vernolium prelio, occisi ad numerum quatuor millium, inter quos duces & comites plurimi capti fuerunt.

ANNO 1419. Vuēceslao defuncto, Iohānes Zifcha nobilis genere, in curia Zifcha Hungarię regis à puero enutritus, & bellicis rebus exercitatus, altero carens oculo, quem in pugna amiserat, infectus Hussitarum veneno & rapinarum auidus, collecta perditorum hominum multitudine, in Ecclesias quę restabant, impetum fecit, simulacra sanctorum & imagines magni Dei cofregit, monasterium Carthusiense Pragę vicinum inuasit, monachos

PP eius

Carolus 7.
Francię rex.

Henricus
Anglorum
rex.

ita.

eius Ordinis tanquam populo inutiles, migrare aliò iussit.

Venère per idem tempus ex montibus Pragæ quadringenti circiter viri, lepra Hussitarum infecti cum mulieribus: atque in foro sedentes, cibum à magistratibus petière. Consulatus metu plebis quæ aduenarum miserabatur, cibaria eis publicitus ministravit. Zischa hos sibi adiunxit, & arcem * Vilsgraden negligenter custoditam inuadere cupiēs, ad locum quem Crucem appellant, profectus est. ibi supra 40. millia virorum ex hereticis conuenère, qui suam multitudinem conspicati, animum ad omne facinus adiecère. multa ibi aduersus Sigismundum Cæsarem, quem regium heredem, suis conatibus infensum nōrant, excogitata atque decreta. Sophia interim anxiosa, crebris nūcijs ac literis Sigismundum vocare, vicinorum consilia petere.

Sigismundum malo vsu consilio, in Turcos qui se iam pridem castris exuerant, arma prius mouere, quàm Boemiā petere libido incessit. At dum Turcos laessere parat, Boemiā amisit, & Vngariā nō defendit. eapropter cum seruum esset eius auxilium, ex thesauro regis copias comparans, arcem Pragen & minorem ciuitatem quæ arci adiacet, præsidio firmavit. heretici passim per regnum conuentus agitare, sollicitare populos minis & blāditijs, implere nouam ciuitatē suis hominibus parant.

Cum hic esset rerum status, legati Sigismundi superuenère, qui regni gubernationem accipientes, cum ciuitate Pragen ea lege inducias fecère, vt arce Vilsgraden reddita, liceret ciuibus ad Sigismundum oratores mittere, de quere sua cum eo transigere, Zischa quæ occupauerat loca restitueret. Conditionibus acceptis atque completis, externi heretici urbem reliquere, consulatus ex prisco more gubernationē iniit. quietiore reddita ciuitate, nondum catholici qui excesserant, redire ausi, expectabant Sigismundi aduentum. sed interruperunt spem literæ ab eo missæ, in quibus scriptum erat, ipsum breui venturum, regnumque eo modo gubernaturum, quo pater Carolus prouinciā

gubernasset. quib⁹ ex verbis heretici intellexerunt, sectā suam excludi debere.

Sigismundus ad festum Natiuitatis Brunnam, quod est Morauie oppidū, petijt, ibiq; Pragē sibus veniā petētibus, ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, suos magistratus acciperent. Paruit attonita ciuitas. eleuatis in celū manibus, primores gratulabundi aduentum noui regis expectabant. Nec dubium videbatur, quin tota Boemia labes Hussitarum excessisset, si ex Brunna Sigismundus recta via Pragam venisset, sed Vratislaviā Slesie caput accessit, quo in loco populus urbanus non diū antea consulatū à Vuceslao fratre illius constitutum, per seditionem obtruncauerat, cuius sceleris auctores securi percussit. quod vbi Pragæ renunciatū est, diffisi de venia ciues, hoc exemplū veriti, manifestò descuerunt, & allecto Chécone, qui arci Prageni præerat, in totū regnū literas dedere, nè quis Sigismundo aditum præberet, q nō alia cura teneret quàm regni perdendi, qui antiquam Prutenorum ciuitatē ordini iure pignoris obligasset, Brandenburgenses à corona Boemica alienasset, Iohannem ac Hieronymum in cōsilio Cōstantien cremari nō solum permisisset, verum etiā pcurasset: dogmata quæ ipsi sequeretur, totis conatibus impugnaret. Vsus prosperis adō

successibus Zischa, ciuitatem condidit dictam Thabor, sectatores Thaboritas, fraudē sacro nomine vsurpato obtegēs.

Inter hæc apud Boemos nefanda emerfit heresis. Picardus quidā ex Gallia, transmissio Rheno, in Boemiā venit, qui præstigijs quibusdam fidem sibi concilians, breui tempore non paruam mulierum virorumq; plebē ad se traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit, author omnis licētię. Venus publica & mixta, reliq; horrenda auditu crimina hoc duce cœperāt. occurrit eis Zischa, factionēq; penè omnē extinxit.

Fuit & alia in Boemia hereticorum factio, fratrum Orebitarū duce Morauo sacerdote appellata, quæ territorium Grecense vicinasque gentes magnis affecit cladibus, pestifera atque immanis, nec Thaboritarum crudelitate vlla

Sigismundi
legati in Boemiā
pfi-
ciscantur.

Thaboritas

Adamitas

Orebitas

ex parte inferior, aduersus quam Martinus V. nominatim crucē decreuit, neq; tamen in plures annos extirpari potuit. Huius sectæ homines quotiēs sacerdotēs nostros interceptē, aut igne cremauerūt, aut nudos rigatē hyeme sup glaciē dimiserūt: quos parui momēti existimārūt, defectis virilib⁹ abire pmiserūt.

Sigismundus imperator multa conatus vt regnum acciperet, sed eō perfidiæ indiēs magis ac magis inuoluti sunt, vt passim catholici cum hæreticis rebellare curarent. Pragēses enim quō facilius tueri se aduersus regē suum possent, in auxilium Zischam vocauēre, qui apud Pragenses ex consilio suorum sacerdotum omnes sanctorum basilicas delere adortus est. neq; enim fas esse dicebant, alteri quā soli Deo tēpla sacrari. hinc plurima monasteria & nobiles Ecclesię vno impetu disiectæ, ex quo dissēsiō inter eū & Pragenses facta est, & Zischa cum suis ad Thaboritas reuersus est, vbi multis prælijs contra Catholicos gestis semp victor euasit, captis oppidis sacerdotes Catholicumq; populū vbiq; cremauit, Sigismūdi exercitum strauit aliquotiēs. Post multa Sigismundus vbi Zischæ cuncta ex sententia cedere animaduertit, & illum esse vnum ex quō res Boëmicæ penderent, cōciliare eum sibi statuit, multa pollicens, suscepit cōditionem homo, & dum cōuenta completurus Sigismundum petit, inter eundem apud castellū Priscoiam peste tactus expirauit.

Zischa mortuo, ingēs mœror inuasit exercitum. nec mora, duæ factiones exortæ, atq; Thaboritæ in duos exercitus diuisi sunt: alij vetus nomen tenuēre, alij Orphanorum, ob mortē ducis, inditum nomen: qui etsi aliquandō inter se dissentirent, vbi tamē extrinsecus vis ingruit, iūctis viribus se defendebāt: egrediebātur ad vicinos, prædā agentes. At Martinus Pōtifex maximus vbi Boëmicam hæresim crescere animaduertit, priusquā lōgius serperet, cardinalem Vinctoniensem Anglicum, regia stirpe natū, in Germaniā proficisci iussit, qui cōtra Boëmicā labē vicinos in arma cōtineret, cui & Imperator adiumento fuit.

Erant tres exercitus: Saxonix duces

& stagnales ciuitates primum duxēre, secundum Francones marchione Brandenburghensi duce, tertiu Otho Treuerensis Archiepiscopus, quem Rhenēses secuti sunt, Boiarij & ciuitates Sueuorum imperiales.

Ingressi Boëmiā tribus locis, postquam syluam trāsire, iuncti simul ante *Missam castrametati sunt. At hæretici collecto raptim milite contrā tendūt. nostri attoniti, non viso hoste fugerūt, instrumentaq; bellica cum præda dimiserunt. occurrens catholicis cardinalis, vt in hostem redirent, hortatur. quod cum frustra niteretur, turpis fugæ comes factus est. hostes præda potiti sunt maxima: nec prius Teutones fugere, q̄ Boëmi persequi, destitēre.

Sigismundus his cognitis, Norinbergam properat, noua principum auxilia cōparat. Martinus quoque Pont. max. Iulianum cardinalem S. Angeli cum ea legatione mittit, vt Boëmis bellum inferat. Is Germaniam ingressus, ad Sigismundum diuertit. Decreta est noua in Boëmos expeditio. dux belli Fridericus marchio Brandenburghensis declaratus, ingressus est Boëmiā per viam quæ ducit ad Teplam. in ea expeditione Albertus & Christophorus Bauariæ, & Fridericus Saxonix duces, Iohannes & Albertus Brandenburghenses principes, Herbipolensis, Babenbergensis, Eistetensis episcopi, societas Sueuorum quam S. Georgij vocant, imperiales ciuitates, Moguntinensis, Treuirensis, & Colonienfis, archiepiscopi auxilia miserunt. suprà xl. millia equitū fuisse tradūtur, peditū minor numerus erat. Renatus Lotharingie dux, impeditus bello cōtra comitē Vuidemōt, nō aderat, neq; Palatinus Rheni, qui illi adiutor erat.

Ingressus Boëmiā Cardinalis, numerosam expeditionem ductans, multas hæreticorum villas incendit, oppida diripit, in quibus non avaritia tantum, verum crudelitas etiā militum grassata est: quosque obuios passim necauēre, nec ætatis nec sexus habita ratione. Boëmi q̄ iam pridem hostem affuturum acceperant, expeditas legiones coegerant. Inter hæc siue proditio in exercitu fidelū fuit, quod plurimi pu-

Sigismundi
contra Huf-
sitas expedi-
tio.

Germanici
exercitus
fuga.

tauerè, siue inanis mentes eorum pa-
uor inuasit, totis castris trepidatū est:
& priusquam hostis visus, foedissima
coepta fuga. Mirari Iulianus vnde hic ti-
mor, quæ causa fugæ tanti exercitūs,
hortatur quosque forti animo hostem
expectent: de vita, de religione Christi-
ana bellum geri: turpe Germanis, quos
totus orbis concelebrat, hosti nondum
viso cedere. sed frustra erat cohortatio
apud eos, quorū pudorē met^o euicerat.
ablata sunt raptim signa, multi etiā pi-
iectis armis, ac si à tergo instaretur, rapi-
do cursu fugam maturauere. Quib^o &
Cardinalis inuitus se comitē dedit. ho-
stis ex alieno metu audax factus, affuit,
impedimentisq; oibus, quibus per syl-
uam non erat facilis exitus, & ingenti
præda potitus est.

Papien^o cō-
cilij trās-
latio,

Martinus Papa iuxta decretum Cō-
stantiense, sentientibus etiā itā cardina-
libus, Concilium Papiæ inchoauit. is
enim locus ad eam rem erat deputatus.
missi eò Petrus Donatus episcopus Cre-
tens, Iacobus episcopus Spoletinus, Pe-
trus Roseus abbas & nonnulli alij. expe-
ctabantur nationes. sed ecce dum expe-
ctant, tanta repente pestis Papiam inua-
sit, vt præsidentes concilij mutare locū
& tempus sint coacti. placuit itaq; omi-
bus ex sententia pontificis Senas migra-
re, quò maior ex omni natione multitu-
do quam Papiam peruenit.

Senense cō-
cilium.

Alphonſus autem Aragonum rex
Martino inſensus, qui titulum regni Si-
ciliæ & Neapolis habere nequiuerat,
cum Alouisio regis Ludouici filio ora-
torem ad concilium mittit, qui & con-
cilium in longū duceret, & causam Pe-
tri Lunæ adhuc in Peninsula superſti-
tis restitueret, largitiōe pollicitationi-
busq; ambiēdo vnumquenq; ex his qui
in concilio authoritatem haberet. hanc
ob rem Martinus non ignarus, quan-
tam calamitatem ea res Ecclesiæ Rom.
allatura esset, mandauit concilium sta-
tim dissolui, approbatis decretis in con-
cilio habitis quæ ad fidem pertinebant.
Et nè subterfugere conuentum Chri-
stianorū videretur, insequēs septenniū
adiudicauit, infra quod in Basilea cele-
braret, atq; hoc modo schismatis & dis-
cordiarum semina à quibusdam iacta,

sublata hominis prudentia sunt. habitū
est concilium Senis circa annum 1424.

Post aliqua verò tēpora mortuus est
Petrus de Luna in Peninsula, tū nè ali-
quid deesset quod ecclesiā vexaret, duo
anticardinales, Alphonſo suadente, Aeg-
gidium canonicum Barchinonē, pon-
tificem deligunt, Clementemque octa-
uum appellant, qui statim & Cardina-
les creauit. Verū cū Alphonſus in
gratiam redisset cum Martino, Aegidi-
us Alphonſo iubente statim omnia pō-
tificatūs iura deposuit. Cardinales autē
ab Aegidio creati, spontē Cardinalatu
se abdicarunt. priores duo cardinales in
carcerem coniecti sunt à legato pōtifi-
cis ad hoc missio, & sic schisma vndique
sublatum est.

Clementis
antipapa

Annō 1430. Martinus papa cardinalē
Iulianum Basileam misit pro cōcilio &
cōtra Boēmos, intra q̄ Martin^o Papa in
omni vita integer demū pontificatūs
sui anno 14. mense tertio Romę apople-
xia morit, & in basilica Constantiniana
ante capita Apostolorum sepelitur, co-
mitante Rom. populo ac clero non ali-
tēr flente, quā si vrbs Roma optimo
parente orbata esset.

Anno Domini 1428. venit ad regem
Carolū in Franciam quædam puella
plebeia ex Lotharingia, quæ afferuit se
missam à Deo, vt per ipsam dictum re-
gnum, quo rex erat ferè destitutus, ad
cuius obedientiam reducatur. Erat raso
capite ad modum viri, & volens ad tur-
multus bellicos exire, vestibus & armis
virilibus induebatur. rediens autem de
bello, habitum muliebrem reassumpsit.
Rex in tanta perturbatione faciliter cre-
dulus, Mareſcalcum & nonnullos alios
sibi adiunxit, auxilium laturus Aurelia-
nis obsessis, vbi puella Anglicos ab obsi-
dione repulit, & quædam magnum An-
glia capitaneum occidit.

Aurelianis liberatis, Anglicos Frāci
insequuntur duce puella, & oppidum
Gergeum capiunt, Anglos trucidant,
deindē Talabotum capitaneum supre-
mum abeuntē insequuntur. & commis-
so prælio territi Anglici, fugiūt ac ster-
nunt. Rex Carolus deindē multo nobi-
liū & baronū comitatu stipat^o, ingreditē
Rhemos, & illic coronat, in regemq; in-
un-

Joh ann
puella apud
Carolū

ungitur. post coronatiōem Soiffon castrum Tierrī & alia loca vsq; ad S. Dionysium in Franciam per Anglos occupata, ad obedientiam reducit. nam dux de Gotford pro Anglicis locum tenens, iuerat Rothomagū pro muniēda Nortmannia. Itaq; rex etiā S. Dionysū recuperat. & tūc fuit lēsa puella iuxta Parisios, rex deindē ibat versū Bituriges.

Eodē tēpore princeps de Arange, partes Philippi ducis Burgūdiæ tenēs, fuit profigatus in Delphinatu, occisis nobilibus suis.

ANNO domini 1430. obsessio Compendio, capta est puella supradicta per quendam Picardum, qui vendidit eam Anglicis, & Anglici eam Rothomagi occiderunt, incineratam.

ANNO Domini 1431. quinto Nonas Martij Eugenius 4. patria Venetus, familia Condemeria, patre Angelo natus, pontifex creatur. sedit annos 15. statim ad S. Petrum comitante populo & clero perducitur, accepta deindē corona pontificia de more, inuisaq; basilica S. Ioh. Lateranēn, in Vaticanum rediēs, consistorium generale proposuit indicta die, qua certē tanta multitudo affuit, vt cum trabes deficerent eius loci, trepidatum sit adeo tumultuosē, vt in ipsa fuga Senogalliæ episcopus ciuis Romae obritus periērit, dimisso consistorio, Eugenius tumultus deinceps ex industria vitauit. Primū creatus pontifex, Iulianum Cæsarium cardinalem S. Angeli, quem Martinus prædecessor eius legatum destinauerat in Basileā, ad celebrandum ibi concilium eius auctoritate, maximē ad extirpandam hæresim Hussitarum, confirmauit.

Instabant tunc delatores quidam, dicentes Martinum maximos reliquisse thesauros, idq; sciturū Eugeniū ex martini familiarib' nepotibusq; eodē vesaniæ hominem perpulere, vt Martini vicecamerarium cōpræhendi iusserit, idq; negocium Stephano Columnæ dederit, quem copijs suis præfecerat. ab alijs em̄ Columnensibus dissentiebat, cardinali Vrsino & cardinali Comitum insaniā hominis adiuuantibus. Mādauerat Eugenius, vt vicecamerarius ad se sinē vllō tumultu aut ignominia perduceretur,

quod cōtrā à Stephano factum est. nam & eius bona à militibus direpta sunt, & ipse vi tāquā latro ad pontificem tractus est.

Hac indignitate motus Eugenius, Stephano succensuit, eiq; interminatus est, quod & camerarium & Episcopum Tiburtinum, olim cubicularium, itā indecentē ad se traxisset. Veritus itaque Stephanus Eugenij iram, Præneste ad principem Columnam cōfugit, eumq; hortatus est, suas opes pollicitus, vt Eugenium vrbe pelleret, q̄ diceret pōtifici in animo esse nomen Columnēn extinguere, id se optimē scire, eiusq; consiliorum participem fuisse, & ob eam rem aufugisse.

Motus his verbis princeps & eorum calamitatibus qui Martinū amauerāt, sumptis properē armis, pontificem aggredi instituit. substitit tñ aliquandiu, donēc adesset. Prosper frater diaconus Cardinalis, quē admonuit vt vrbe discederet. Viso fratre, à Præneste Romam in Eugenium mouens, occupata per Iohannem Baptistam porta Appia, vrbe armato milite sinē vllō maleficio primō ingreditur. Iam peruenerant ad S. Marcum, vbi subito eis obuiam facti sunt pontificis milites, magna populi parte adiuuātē. Pugnatum est in vrbe aliquandiu, qua in pugna multi vtrinq; cecidere atq; capti sunt. Quare Columnēs, cum viderent populū Ro. aduersum cedere ex vrbe, inuadentes omnia passim rapiunt, pecora abigunt, homines abducunt. talionem his reddidēre pontificis milites, Ro. populo mixti. Nam Prosperi cardinalis & Columnensium omniū ac familiarium Martini domos hostilē in modum diripiunt & vastant.

Iritatis hoc modo vtrinque *amicis, *animis, etiā proditionibus res cōcepta est, non solum aperto Marte. Capitur archiepiscopus Beneuentanus Columnensis, ac quidā Masius frater, qui falsus est quæstione adhibita, sibi in animo fuisse, arcem S. Angeli dolo capere, interfecto arcis præfecto, qua occupata, & pontifex & Vrsinus vrbe pellerentur. De Masio sacerdotio abrogato, est supplicium sumptum in campo Floræ, eiusq; corpus quadrifariam sub furca diuisum, ad

Columnēs Romam inuadunt,

quatuor vrbis celeberrimas vias suspensum est. At verò cum Eugenius in ægritudine incidisset, vel dolore animi, vel veneno, agere de pace cum Columnensibus cœpit, curante eam rem Angelo Fosco, postea cardinali facto. divulgata itaq; pace, quies facta est, & opinor hæc morbo pontificem non nihil leuauit, cui firmandæ imperatoris aduentus profuit.

Per id tempus Sigismundus Imperat. ad coronam imperij suscipiendam adijt Italiam. hoc audito, Eugenius nepotè Franciscum Camerarium instituit, huic viros præstantes addidit, quorum consilijs vteretur in gubernanda ecclesiastica ditione. Tum Florentini aduentum imperatoris in Italiam veriti, quòd Philippi Mariæ rebus fauere videretur, Nerio cuius negotium dant, vt quibus rationibus possit, Eugenio ostendat & persuadeat, aduētum imperatoris in urbem, non minùs Sedi Apost. quàm Florentinis perniciem minari, ideò prohiberi debere Sigismundum, nè Arnum trãseat ad Senesles cum Germano equitatu.

Venerat in eandem sententiam Eugenius. Sed his non obstantibus, Sigismundus, etiã inuitis Florentinis Eugenioq;, Senas venerat, & cum sex mensibus Senis substitisset, ad Eugenum cõuersus, inito cum eo foedere, Romam profectus, per benignè à pontifice populoq; Rom. susceptus, corona impij donatur. Verùm dum à Vaticano vbi coronam acceperat, ad Lateranum proficiscitur, in pòte Adriani (vt mos est) multos tũ Italos tũ Germanos in equestre ordinem adsciuit. abiès deindè cum bona Eugenij gratia Imperator, per Picentes & Flaminiam iter faciens, Ferrariã atq; Mantuam peruenit: vbi aliquot dies immoratus, & Iohannem Franciscũ Mantuæ dominum marchionali dignitate & Imperij signis exornauit. Et Barbaram Iohãnis Marchiõis Brandenburgensis filiã, Ludouico Iohãnis Francisci filio despõdit vxorem, ex qua postea nata est Barbara, illustri comiti Eberardo de Wirtemberg. postea Duci domino meo, matrimonio iuncta.

ANNODñi 1433, bello durante in-

ter Venetos Florentinosq; & Philippũ duces Mediolan, Eugenius visus est fauere Venetis, vnde & multa aduersa à Philippo ei procurata sunt. Hoc anno facta est inter partes pax, Eugenio annuente. pace autem ita facta, subito omnis belli vis in Eugeniũ cõuersa est. Nam Philippus Frãiscum Sphorciam cum magnis copijs in Flaminiam misit, quasi contra Alphonsum qui Siculum regnum infestabat, iturum. Is per Picentes & Umbros iter faciès, oppida illa ex improuiso adortus, breui in potestate suam redegit. Non hoc contentus Philippus, Nicolaum Fortebrachiũ virum ingenio & manu promptũ, cũ equitatu in Eugeniũ misit adeò celeriter, vt priùs pontem Miluium & portam Flaminiam occupauerit, quàm aduentare hostem sit cognitum.

Militauerat sub Eugenio priùs Nicolaus, & eius nomine præfectum vici Vetralla & ciuitate veteri spoliauerat, adiuuantibus Venetorum triremibus. Verùm cum postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugeniũ, tantũ prædæ ex castellis præfecti eũ auexisse, vt ei pro stipendio satis esset. quamobrem indignatus Nicolaus, agrum Romanum ingressus, tantũ tumultus concitauit ingenti præda hominum & pecorum abacta, vt Eugeniũ aliquandiu incertus manserit quorsũ iret.

Concurrebant Romani ciues ad Eugeniũ, questũ de illatis iniurijs, quos pontifex ad Frãiscum camerarium remittebat, qui ocio & voluptatibus deditus, nil aliud respondit cõquerentibus de præda pecorũ, quàm eos nimiam spem in pecoribus collocasse, Venetos quidè sine gregibus & iumentis longè vrbaniorem vitam ducere. Indignati hoc responso, cum iam Nicolaus oppida aliquot cepisset, traxissetque in partes suas Columnenses, sublato clamore, ad arma et libertatem conclamatum est, pulsis omnibus Eugenij magistratibus, ac capto Francisco, nouos ipsi magistratus creant. septem fuere è ciuibus Romanis gubernatores, penès quos vitæ ac necis hominum potestas erat.

At Eugeniũ in tanta rerum perturbatione incertus quid faceret, de fuga ga-

Sigismundus
Imp Romæ
coronatus.

Barb. Mantuæ
domina.

Eugenij
fuga
ga.
co.

cogitavit. mutato itaque habitu, sumptoq; monastico cucullo, vnà cum Arsenio monacho nauiculam ingressus, Tiberi Ostiam vehebatur: cùm subito Romani quidam, cognita hominis fuga, eum lapidibus sagittisq; incessunt.

Abeunte Eugenio Pisas, ac deinde Florentiam triremibus delato, Romani oppugnare arcem S. Angeli satagunt. At verò præfectus arcis subornat militem, qui captus à Ro. fidem illis præstitit, se ductore arcem posse capi. creduli nimium, mercedem pmittunt. remissus iste, vestes præfecti arcis & caligas, addita etiã capitis forma, suspedit, annuitq; ingrediendum. Ingrediuntur Romani, & statim priores rapiuntur, clausa reliquis est ianua. Romani igitur de captiuis redimendis cogitantes, camerariũ Eugenij nepotẽ, quẽ in vinculis habebãt, dimittunt, suos qui in arce erant, recepturi. Et demum in potestãtẽ Eugenij redeunt, quãto post libertatẽ adeptã mense. creati rursus magistratũ ecclesię noie.

Tum verò p̄t̄ifex ancipiti cura distractus, & q̄ bellis vndiquẽ premeretur, & q̄ Basileense concilium iam antea inchoatũ Martini decreto, augeri indies cerneret, concurrentibus eò Hispaniã, Galliã, Germaniã, Pannoniã principibus, qui communem reipub. Christianã causam in arbitrio concilij reponabant. Eugenius nitebatur transferre concilium à Basilea ad Bononienses. Sed imperator alijq; principes & plati qui tum Basileã erant, non modò pontifici non obtemperarunt, verum etiã eum bis terq; monuerunt, vt Basileam idoneum à Martino pro concilio locũ delectum, vnã cum cardinalibus proficeretur: aliter se in eum acturos, vt in præuaricatorem & contumacem.

Motus istorum verbis Eugenius, Basileensẽ concilium literis apostolicis confirmavit, facta cuiq; abeundi copia. Inciderunt hæc in annum 1434. cùm Basileã conuentus cœpisse dicatur, vt supra scripsimus, anno 1431.

Per id tempus scripsit Sigismundus Imp. Boëmis, cœptũ esse iã sua opa Basileense cõciliũ, hortari eos qui se audiri dereligionẽ cuperent, eò proficisci, auditurum benignẽ conuentum rationes

eorum: tantum operam dent, vt cum synodo dereligionẽ conueniant, sibiq; regnum referuent, cuius pater, frater, auus apud eos regnauerint.

Scripsit & Basileensẽ synodus Boëmis, vt legatos mitterent qui fidei suã rationem ostenderent, securitatem itineris, & quã vellent dicendi libertatem promittens. Fuerunt inter Boëmos duæ sententiã, Orphani & Thaboritã: plebs fermẽ omnis negabat eundem esse, Iohannis Hus & Hieronymi exemplum afferens, qui Constantiam ad synodum profecti, sub fide Sigismundi publicẽ combusti sint. Nobilitas verò Mainardum secuta, principem Nouã domũ, virum cordatum, petendum esse concilium aiebat, nec tolerãdos videri qui nouas peregrinasq; sententiã de fide, nouumq; ritum religionis inuenissent, nisi dictorum factorũq; rationem vniuersali ecclesiã redderent.

Voentur
Boëmi Basileam.

Vicit hæc sententiã. legatio 300. equum Basileam missa, cuius principes fuerunt, Guilielmus non tam equestri dignitate quã Ecclesiarum direptione insignis, Procopius cognomento Rarus, magnis sceleribus nobilitatus, Iohannes Rochezana, Nicolaus Galecus Thaboritarum sacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus, solis elenchis in disputando confidens. effuso extra mœnia populo, ex synodo quoquẽ complures aduentum fortissimã gentis portis expectauere.

Rochezana oppidum est Pragensẽ ecclesiã, ex hoc loco obscuris parentibus natus est Iohannes Rochezana dictus. cùm adoleuisset, nobilis cuiusdam pueri pædagogus factus est: & cùm valeret lingua, in collegio pauperum Pragæ receptus, auditor Iacobelli fuit. postremò presbyter ordinatus, prædicare cœpit Pragensibus, & iam nomine & autoritate valebat, cùm Zischa Pragã obsideret. hic erat ad concilium, vt dictum est, missus.

Rochezana.

Exceptos Boëmorum legatos hospitalitẽ, postridiẽ in concione accersitos, Iulianus cardinalis benignẽ allocutus, luculenta oratione ad ea quã pacis & vnionis erant, cohortatus, ecclesiam Christi sp̄sam oim fidelũ ma-

De Conci.
Basileensẽ.

rem esse dicens, clauē ligādi & soluedi habere: qui eam contempserit, alienum, prophanum: conciliorum statuta, placita ecclesie censeri: concilijs nō minus, quā euangelijs, credi oportere: Boemos, qui se filios ecclesie dicerēt, vocem matris audire debere. Hæc & his similia ubi dixit, Boemi pauca respōdere, quibus par facundia nō esset, se neq; concilia neq; ecclesiam contempserit, aduersus inauditos sententiam Constantie latam, incorruptam apud se patrum auctoritatem manere: quodcūq; Boemi asserant, sacris literis atq; euangelio confirmari: venisse, vt innocentiam suam patefaciant vniuersali ecclesie, petereq; publicam audientiam, in qua laici quoque sint, neq; id negatum est.

Boemorum errores.

Interrogati, quanam illa essent, in quibus à Romana ecclesia dissenirent, quatuor articulos proposuere, de communione diuinæ eucharistie, quā sub specie panis & vini sumendam his, qui salui esse velint, necessariò affirmabant: de ciuili dominio, quod clericis interdictum diuina lege dicebant: de prædicatione verbi Dei, quā liberam permisamq; passim omnibus arbitrabantur: de publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, etiā maioris mali vitandi gratia. hæc tueri se tantummodo posse arbitrati sunt, eaq; regni nomine dicta.

Verum cum legatus alia de Boemis accepisse se affirmaret, quæ Christianas aures offenderent, inter quæ esset illud, religiones mendicantium inuentū diabolicum prædicari, assurgens Procopius: Neq; hoc falsum est, inquit, nam si neq; Moyses & ante ipsum patriarche, nec post eum propheta, neq; in noua lege Christus dominus neq; apostoli mendicantes instituere, quis non intelligit diaboli tenebrarumq; opus esse? Excepta est ingenti cachinno Procopij vox. Legatus verò placidè argumenta indocti hominis soluit: neq; enim prophetarū patriarcharūq; placita & quæ Christus instituit, quæ sanxerunt apostoli, duntaxat à Deo esse docuit, verum ecclesie quoque decreta, quæ sancto dirigente spiritu ducitur, opera Dei esse monstrauit, quæ & mendicantium vi-

ta ex euangelio sumpta videri possit. Selegerūt Boemi quatuor magistros, qui suos articulos ex diuina lege sumptos ostenderēt: & qui eos confutarēt, ex patribus totidē assumpti præstantes viri. disputatū est quinquaginta diebus, postremò cum victa Hussitarū perfidia, vinci nollet, ad tractatus ventū. tentatum, si fortassè amicè trahi possent, missi & oratores in Boemiā ex concilio viri doctissimi, & qui gentis versutiam nō sentent. multa cum Boemis agitata, nunc pacis spes facta, nunc belli metus.

Dum hæc aguntur, Thaborita & Orphani Mainardo ceterisque nobilibus offensi esse cœperunt, eorumq; suspectas actiones habere, tanquam concilio auscultarent, neq; vana opinio. conuenire nanq; sæpè inter se barones errorem suum recognoscere, miseros se dicere, qui cum regis imperium abdicauerint, Procopij iugum ferant: illum dñm esse, pro suo arbitrio tributa exigere, delectum habere, exercitum quò velit ducere, rapere, spoliare, occidere, nobiles atq; ignobiles ei mancipia esse, excutiedum tandem tyranni iugum: placet accersire publicè conuentum procerū & ciuitatum, in quo regni status reformetur: deligendum aiunt vnum esse ex nobilitate ducē, cuius potestas annua sit, nonnullosq; ei adiungendos, quorum consilio repub. administret. Nè verò vsurpare sibi barones regnum videantur, ex media nobilitate assumendū ducem consulunt. Itum est in sententiam: Alscio Risemburgen, antiquæ nobilitatis homo, dux gentis declaratus est, quem capitaneum vocauerunt. Cæterum maiestatis insignia apud eum fuere, auctoritas apud Mainardum extitit.

Procopius his cognitis, Orphanos & Thaboritas in expeditionem ducens, ad urbem Peliznam quam fideles incolabant, castra ponit, atq; xj. mensibus obsidione & crebris oppugnationibus vrget. Oppidani extrema passi, ac iam fame percutes, ad synodum Basileensem miserè oratū, nè fidelem urbem in manus hæreticorum venire sinerent. Patres ex priuato argento symbolū dederūt, auri octo millia nummum Mainardo mittentes, q̄ collecto exercitu subueniret obsessis.

Per

Dissent Boemi.

Alscio Boemorum fidelium p̄p̄.

Per idem tempus ea pars Pragæ, quæ noua ciuitas appellatur, ab Orphanis imposito præsidio tenebatur, cui præfectus erat presbyter Lupus Rochezanæ infensus, aduersus quem prædicando plebem incitabat. Ille in veteri ciuitate apud ædē S. Mariæ Lupum vicissim maledictis lacerabat. ob quam rem crescentibus odijs, clauerūt Orphani aditus veteris ciuitatis in nouam, turresq; ligneas erexerunt, vt missilibus oppidanos in veteri vrbe infestarent.

Ea occasione vsus Alscio, conuocata nobilitate, nihil esse imperium suum dicit, quod Thaboritæ & Orphani cōtemnant, regnum maturè periturum, nisi magistratibus pareatur. Placet omnibus cum ea manu militum quam Mainardus comparauerat, Pragam peti: nec morati, veterem ciuitatem ingrediunt, ligneas turres amoueri, parereq; omnes Alscioni iubent. negant Orphani ducem esse, quem nec ipsi neq; Thaboritæ suscepissent. fit tumultus, cōmittitur in vrbe bellū. disiectæ sunt turres ciuitatis omnes, in potestatem Alscionis factæ.

Peliznenses re cognita, Procopio è muris eludere, stultum esse qui sua tueri nequeat, infestare aliena: venturos breui qui obsidionem soluāt. Is vbi certum nuncium de gestis Pragensibus accepit, soluta obsidione, cum oībus copijs versus Pragam cōtendit. properanti oēs amici occurrunt, de pace inter eū & nobiles agunt. Procopius ita demum se pacem habiturū respondit, si noua Praga sibi restituaat. Pelizna in eo statu reponatur, in quo fuit ante dissolutā obsidionem. Nobiles magis armis decertare cōstituunt. Relicta itaq; ciuitate, obuiam hosti pergunt, in agris latè patentibus currus contra currus concurrūt. Deceuerat Procopius haud quaquam pugnae copiam facere, nisi progiatiam videret. erat ei animus, recta via Pragā petere, certo de noua ciuitate sibi tradenda. at equitatus nobiliū ptergressus, vltimā partem apertā videns, raptim ingreditur, cædem magnam facit. trepidatur vbiq; castris, cedunt passim pedites. fit fuga, instant nobiles, sternunt fugiētes.

Procopius vbi suos retinere non potest, inter cōfertissimos hostes dilapsus,

cum cohorte aliquantispèr hostis impetum tulit, multisq; cæsis, circumuentus multitudine equitum, telo in incertum misso cōfoditur. Pari modo & alter Procopius, qui minorè appellari se volebat, in eodē globo fortiter pugnās occubuit. sic Thaboritarum & Orphanorum scelerati exercitus inuicti prius, victi ac deleti sunt. Coapho è prælio fuga dilapsus, cum magna parte equitatus in Coloniam sese recepit.

Thaboritarum clades.

Cōfecto bello, cum multa millia captiuorum essent, Mainardus concilio procerum accersito, perdere pessimā plebem statuit, quæ nutrita in armis, oēm ætatem in castris egerat, rapinis, cædibus atq; adulterijs afflueta. Sed veritus nè simul innocentes interficeret, qui ex agris coacti, ad pugnam venerant, voce præconia edici iubet, nõdum bellū peractum esse, fugisse Coaphonem, Coloniam expugnari oportere, vicinasq; gentes armis domandas, ad eam rem necessarios qui sub Procopio militassent, viros exercitatos, decretumq; est eis ex publico stipendiū, donèc regnū pacaretur. Proindè oēs qui stipendia facere vellēt, in horrea sese proxima reciperēt. Caerent nè rudes inexpertosq; belli secum admitterent, illos sua rura suosq; lares repetere posse. Introiērunt horrea pleraq; thaboritarū Orphanorūq; millia, homines nigri, ad solem & ventū indurati, ad spectu tetri atq; horribiles; & q; circa fumū in castris vixissent, aquilinis oculis, impexo crine. clausa sunt cōfestim ostia, & ignis immissus, quo illa hominū colluies post multa patrata scelera exusta, contemptæ demum religionis pœnas dedit.

Sigismundus cum esset in Italia, audissetq; patres Basileæ coactos, Eugeniū papā deponere statuisse, podagra laborans, itineri se cōmisit: tantaq; celeritate aduectus est, vt antè in cōcilio sit visus, q̄ eò venturus audiret. dissidioq; patrū, quod tūc erat cū Eugenio, ad tēpus sedato, Vlmam se contulit. Hic audita Thaboritarū Orphanorumq; clade, legatos in Boëmiam mittit, regni proceres pro hoc facto commēdat, hortatur vt sese regem suscipiant, què fratri successorem ius gentium dederat. Illi ma-

Sigismundus Impe. Basileam venit.

gno

gno numero apud Ratisponā conueniunt, regemq; suum salutant. Venerunt seorsum etiā Coapho & Iohannes Rochezana, de suis rebus acturi. Legati quoque Basileen Concilij qui Pragā fuerant, & cū Boëmis certo modo conuenerant, eò se contulere.

Sigismundus auditis quæ de religione in communi placuerant, conuenta probauit, eaq; seruari mandauit. Exin poscentibus Vngaris, nauibus per Danubium vectus, Budam petijt, vbi reformato rerū statu, vocatis ad se Boëmorum principib⁹, in Alba regali sexaginta millia nummū inter eos distribuit, pecorumq; maximum numerum.

Dicta die qua vellet Boëmiā ingredi, non moratus, Iglariam venit, vbi concilio cum Boëmis habito, conuenta legatorum concilij iterum probauit. Ea huiusmodi fuere: Boëmis & Morauis Ecclesiasticam vnitatem pacemq; complectentibus, seq; in cæteris omnibus præterquam in vsu communionis vtriusq; speciei, vniuersalis ecclesiæ fidei ac ritui cõformantibus, auctoritate dñi nostri Iesu Christi & ecclesiæ, sub duplici specie, panis s. ac vini, his q; consuissent, diuinæ eucharistiæ cõmunicare licebit. An verò ex præcepto Dei id fieri debeat, generale conciliū in Basilea diffiniet: & quid vtilitati fidelium salutiq; cõgruat, lege in perpetuum vilitura cõstituet. Quo factò, si perseuerauerint Boëmi in huiusmodi cõmunionis desiderio, idq; missa legatione petierint, sacer cõuentus Boëmiæ & Morauis sacerdotibus communicandi sub vtraq; specie personas sibi subiectas, & in annis discretionis cõstitutas, & quæ id reuerentèr postulauerint, libertatem impartietur, cõmonitione interiecta, vt inter cõmunicandū plebem publicè instruant, non sub specie panis carnem Christi tantum, nec sub specie vini solū sanguinè, sed sub qualibet specie totum & integrum contineri Christum.

Breuis cõcordiæ notula, verum tot sententiæ, quot verba: & quod ecclesiā vniuersalis credit, quod seruat, genti Boëmorum credendum seruandumq; præcipitur.

Cæterum inter imperatorem & Boë-

mos aliæ pactiões interuenere, quibus ecclesiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta sunt, donèc certa pecunia leuarentur. Religiosis vtriusq; sexus quibus adempta monasteria essent, exulibus quoque spes reditus datur. Rochezana Pragensis præsulatus promissus, de disponendo ecclesiarum Boëmicarū regimine, summo pontifici facultas oblata.

His sic constitutis, Rochezana cum alijs quatuor presbyteris, nomine totius cleri sibi adhærentis, sedente Sigismundo pro tribunali in foro ciuitatis, assistente Alberto genero duce Austriæ, magnaq; procerum & oratorum circumstante corona, obedientiam Ro. ecclesiæ sese præstare professus est. Sequenti die haud absimili solennitate absoluti sunt ab anathemate cæterisq; censuris hæretici, & in ecclesiam per legatos concilij introducti. Vbi cū diuina celebrarentur, Rochezana perfidiæ suæ non immemor, altare accedens, diuina re peracta, vbi quem iusserat adesse, sacramentum ex calice dedit. Et quauis alter ex legatis, in aliena ecclesia id sibi non licere assereret, in proposito tamen persistit. ob quam rem penè in irritum conuenta cecidere. Composita tamen lis est ex eo cõuentiõis capite, quo sancitum est, nè pacis pacto violato, communis concordia rumperetur.

His compositis, Sigismundus nona Septembris, anno 1436. ab ortu saluatoris Pragā venit, vbi qui paulò antè Boëmorum hostis, ex adulterio natus, antichristi filius cõsebatur, extremis honoribus exceptus est, barones ac ciuitates in eius verba iurauerunt. Philibertus episcopus Constantien, natione Gallicus, & collegæ sui ex Basilea missi, ecclesiasticos introducere ritus, sacerdotes instituire, sanctorum imagines reducere, aquam benedictam in ædibus sacris reponere, baptismatis fontes, altaria consecrare, spurcitiam omnem abolere. Paruere complurimi, Rochezanæ verò cõplices resistere, obloqui, blasphemare, plebem modis omnibus auertere. Ipse quoque inceptor malorum, ex parochia S. Mariæ ante lætam curiā, quam propria temeritate inuaserat, amoueri mini-

absolutus Boëmi.

Sigismundus Pragā vultu.

minimè potuit, neq; laniare inter prædicandum Ro. Ecclesiam sermonibus suis prætermisit, legatisq; sæpè necem per insidias machinatus est.

Sigismundus autè cum ecclesias polutas intrare nollet, templum S. Iacobi quod fratrum minorum fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum seruabantur, restitui sibi poposcit. Annuuit ciuitas, & aliqui monachi introducti sunt qui verbum Dei prædicarēt. Id olim nè Zischasubuerteret, armati carnifices defenderant, sepulcris maiorum consulentes. Redierunt & alij mendicantes, tum Castellini, S. Mariæ Teutones, Hierosolymitani, & nonnullorum monasteriorum abbates, sacerdos quoque S. Georgij in arte Pragenfi, qui principis honore fungitur, & baculo pastorali utitur, sacris præfectus virginibus, ab exilio remeauit.

Hic ex veteri more quotannis in celebritate S. Viti, nouum regi panem offerre tenetur. restituti sunt & cathedralis ecclesiæ canonici, vicarij, & mansionarij: diuinumq; officium instauratur. Legati Basileam missi, qui declarationem super articulo communionis ex peterent.

Cum verò nulli essent ecclesiæ redditus, ex quibus ali templorum ministri possent, iussit imperator ex fisco regio per singula canonicorum capita quibusq; hebdomadis aureum nummum distribui, minoribus clericis dimidium dari. Ea res anno aureorum sex millia absumpsit. In alia quoque templa donaria collocata, noua facies urbis, nouus populus, quibus ex rebus liquet, imperatorem, quæ fœdera cum hæreticis percussit, necessitate magis admisisse, quam voluntate, voluisse autem sensim ad veram religionem prouinciam reducere.

Thaboritæ qui superioribus cladibus superfuerat, in oppido conseruati, ea lege in gratiam recepti, ut quinquennio toto suis moribus viuerent, religionis cultum mutare non cogentur, iura ciuitatis haberent, tributum nomine singulis annis sexagenas decem penderent. Sed cum nefandas eorum consuetudines Sigismundus accepisset, quinquenniū haud expectaturum se dixit, Rochezanam hortari, Ro. ecclesiæ se subijceret,

fic posse pontificatum sibi committi: superbienti, & aliena de fide sentienti, de dignitate desperandum esse: ille mente superba & opinione sua inflatus, peior effici, monachorum reditum ægerrimè ferre, quorum sermones non minus, quam suos, acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter prædicandum sermone de monachis: Venerunt, inquit, noui ad vos demones quos monachos vocat, his studium est deijcere nos à veritate. At si viri sumus, prius sanguinem effundamus. Id Sigismundus ubi accepit, immò nos, inquit, Rochezanæ sanguinem non inuiti ante aras libabimus. Notauit Rochezanam sermo imperatoris, qui admonitus clam aufugit. eius ecclesia Papustano bono & docto viro commissa, quem nos, inquit Aeneas, postea exulem, perturbatis iterum rebus, in noua domo vidimus.

Iohannes Roacius nobili loco natus, ingenio pessimo, non longè à motibus Tuthinis, in edito colle intra syluas castellum ædificauit, vocauitq; montem Sion, asserens ex eo loco veritatem aliquando exituram, quæ gentem Boemicam libertate donet. euntibus ad Iglariam cæteris nobilibus, imperatorem suscepturis, ipse domi manens, vicinis infestus prædas agit. Sigismundum quoque lacessit, armenta quæ illi aduehebantur ex Vngaria, rapit, neq; à purpuratis regibus manus abstinet.

Sigismundus Henricum Talsconem qui hominem corripit, cum exercitu mittit, obsidet castellum munitissimū. Capitur tandem Roacius, arx quoque vi rumpitur, latronibus qui eò confugerat interceptis, sacerdotibusq; Hussitarum infamie participi indita vincula. ducti omnes Pragam, suspendio vitam finire. furcarum triplex facta differentia, sublimiore Roacius pepedit, imam tenere latrones circiter nonaginta, media sacerdotem arripuit.

Aegrotare interea Sigismundus cepit, senio quoque confectus. Barbara imperatrix de retinendo imperio sollicita, Henricum Talsconem, Sterenbergium, Georgium Pogebracium, & alios plerosq; barones clanculum vocat, Sigismundum breui moriturum asserit, fu-

turas

Rochezana
fuga.

Iohannes
Roacius.

Sigismundus
Pragen-
sem ecclesiam
instaurat.

turas in regno turbationes, nisi rei suae consulant: quietis vnicam viam, si se viduam rex Poloniae ducat uxorem. Id ei suavis facile, duo regna acceptanti, comites Ciliae, alterum fratrem, alterum nepotem, auxilia praebituros. Placet Boemis imperatricis consilium. mulier iam anus, nouum coniugium complexa, filiam quae in spem regni creuerat, & Alberto duci Austriae nupsit, ex animo dimouet. Non latuit imperatorem furentis foeminae conatus, qui postquam ex medicis adesse vitae finem cognouit, primoribus Vngarorum clam vocatis, Chari mihi filij, inquit, sine vitae adesse arbitror, si vero hic morte prauectus fuero, timeo ne Boemi, qui me & vos semper odio habuerunt, in vos irruant. Vestra igitur salutis memor, viam inueni salubrem. cras enim barba & capillis meis adornatis, locate me imperialiter in feretro, & mediam per ciuitatem vna mecum transeuntes, me & vos e medio illorum, qui vestrum sitiunt sanguinem, educite.

Placuit Vngaris imperialis prouidentia. quamobrem subsequente nocte Vngari vniuersis ad viam necessarijs praeparatis, omnia iuxta imperatoris consilium fecerunt. Et tum senex princeps veneranda caniciem ornatus, mediam ferebatur per urbem, fit concursus vtriusque sexus, hinc lachrymae, illinc plausus. gemunt plerique, quasi illum amplius non visuri, genuum curuatione iucundoque salutationis oraculo eum venerantur. Ille circumquaque oculis depastis, eisdem inclinatione capitis respondebat. Egressus igitur Pragense ciuitate, venire ad patriam nequiuit, in Morauia se vehi iussit, visurus filiam priusquam vita excederet. Illa cum viro duce Alberto ad eum in ciuitatem Znomiam venit. Ibi mox Barbara virum secuta, custodiae traditur. Vlricus Ciliae comes praemonitus, fugam arripuit.

Demum imperator vocatis in cubiculum Vngariae atque Boemiae primoribus, qui se secuti fuerant, aduentasse solutionem sui corporis aiebat: ceterum priusquam oculos claudat, de salubri statu regnorum suorum velle cum eis agere, Albertum Austriae ducem, generum suum esse & virtute praestantem, eum se

successorem nominare, rogare supremam voluntatem suam exequatur, beatum id regnum futurum, cui Albertus imperauerit. Exin legatos noiat, qui se mortuo Boemiam petentes, in conuentu procerum testamentum suum patefaciant. paulo post obiit anno salutis 1437. in festo conceptionis B. Mariae virginis, aetatis suae septuagesimo, regnorum autem suorum Vngariae quinquagesimo primo, Romanorum 27. imperij vero anno quinto, Boemiae 17.9 postmodum in Vngariam deportatus, in ecclesia Varadiensi honorifice est sepultus. praecesserunt optimi principis interitum prodigia quaedam, malorum quae secuta sunt, indicia.

Albertum, qui aderant barones ex Vngaria & Boemia, concordibus animis regem salutauere. Ipse missus in Boemiam suis & Sigismundi legatis, versus Posoniū iter flexit, miserabile spectaculum & humanarum rerum singulare documentum. Imperatrix captiua, & imperatoris cadauer vna vehitur. Occurrunt lugubres Vngari, nec tenere lachrymas in tanta rerum nouitate possunt. hinc defuncti regis corpus fletum elicit, inde reginae vincula commiserationem excitant. Solatur tamen miseros noui regis electio, cuius virtutis monimenta extabant, iuxta defuncti regis persoluta. Albertus in Alba regali cum coniuge sua Elizabeth sequentis anni kalendas Ianuarii summo consensu & applausu populi coronatus est.

Legati in Boemiam profecti, vulgato Sigismundi testamento, Albertum vicinum, nobilem, potentem, virtute praestantem, Boemis amicum, regem assumi petunt, Iohannis, Caroli, Vuenceslai & Sigismundi erga regnum merita commemorant, nata ex eorum sanguine Elizabeth, inter Boemiae reges & Austriae principes scelus extare, procerum consensu & imperiali autoritate firmatum, ut deficientibus in altera domo masculis haeredibus, altera regnum accipiat, Vngari quae cupidem regem acceperunt, Boemis haud aspernandum. flectitur his Boemorum conuentus, Albertus pridem notus Maias rex designatur.

Verum proceres qui cum Barbara conspirauerant, non alio pacto in Albertum consen-

Diui Sigif.
Imp. interitus.

Albertus Austriae
dux Boemiae & Vngariae
rex defunctus

consentiunt, quam si postulatis suis mos geratur, sed frustra laborabant. Alscio & Tasco certiores de hoc facti, accersitis ex factione sua primoribus, quorum pars potior hæretica fuit,* Casmirũ regis Poloniae germanum, 13. annos natũ, regem appellant, missisque oratoribus auxilia petunt, quibus regnum ei conseruari possit.

Interea Barbara, dimissis quæ possidebat in Vngaria inexpugnabilibus castellis, libertati reddita est. mulier erat inexhausta libidinis, quæ inter cõcubinos illaudatum eum publicè agitando, sepius viros petijt quàm peteretur, neq; Christianæ neq; alteri cuiquam religioni adstricta, quippe q̄ superos inferosq; villos esse negabat. Ferunt eam ancillas suas sæpè orantes ieiunantesve increpasse, quòd corpus suũ frustra macerarent, fictumq; celi numen placare verbis crederent. Viuendũ suauitèr dum vita superat, fruendumq; voluptatibus suasit, id tantum homini datum, cuius corpus cum anima simul extingueretur. Moritur hæc tandem apud Græcium: corpus eius quanuis infidelis sceminae, Boemi Pragam tulere, peractoque funere, in sepulcro regio condidit.

Alberto rege facto in Vngaria, primo anno in Budensi ciuitate ingens seditio emerfit. Cũ enim ipsa ciuitas ex bino populo, Vngarico scilicet & Teutonico, habeat incolatũ, Teutoni Vngaros omninò subdere tum parabant, consuetudinem olim obseruatam, quòd videlicet altero annorum Vngarus, altero verò Teuto iudex præficretur, abolere satagentes.

Erat in ciuitate Vngarus vir præstas, nomine Iohannes Euthueus, qui solus Vngariæ plebis opprobrium grauitèr ferebat. hic à Teutonis captus, alligatus saxo, in Danubiũ clàm dimergitur, cuius cadauer post aliquot dies pondere lapidis solutum, emerfit. Id videntes Hungari, magno impetu irruunt in Teutones, vindictam de eis sumentes: & cùm authores inuenire sceleris non potuissent, bona Teutonicorum diripiunt. nec finis prædæ ac direptionis fuit, donèc aliquid rerum superfuisset.

Ad Eugenium post Sigismundi glo-

riofissimi imperatoris fata redeo, qui cùm animaduertisset Basileæ congregatos non vacare reformationi Ecclesiæ, propter quam cõcilium fuerat ordinatum, sed deformationi & conspirationi contra se deponendum, tãquàm fautorem bellorum, bonorum ecclesiæ dilapidatorem, ac virum sanguinum, vnde & ecclesiam scandalizantè. Sed nè schisma oriret, ipse destinauit solennes oratores ecclesiæ prælatos Basileam, inter quos fuit abbas de Sicilia, tunc Panormitanus episcopus, moniturus illos in Basilea, vt desisterent ab inceptis rationibus, quòd ei rei pontificia autoritas deesset. nam dudum Eugenius Florentia discedens, Bononiæ circa annũ Domini 1436. Basileense concilium Ferrariam transtulerat, quòd diceret ibi conuenturam cum Romana synodo Græcam Ecclesiam.

Hac translatione nõ obstante, patres Basileæ cõgregati, vt refert Anto. obturauerunt aures suas, non audientes vocẽ domini, autoritate suæ temerariè presumptionis cõperunt Eugenium ad concilium citare, sollicitante ad hoc Philippo Maria duce Mediolani, ægrè pontificatũ illius ferente. Visus enim fuit fauere Venetis. Sigismundus tum Imp. omninò sub excommunicatione hoc prohibuerat, cùm schisma nupèr præteritũ maximo labore fuerit ablatũ. Cardinalis etiã S. Crucis ordinis Carthusien, qui à Martino legatus fuerat in Franciam missus ad pacem inter regem & Burgundiæ ducem componendam, superuenit ad obuiandum malis, idem omninò dissuadebat. Veneti quoquẽ se mediatores constituerunt, ad reconciliandum cardinales cũ Eugenio, qui eo peractò indè abeũtes, reuerfi ad Eugenium, benignè recepti sunt, & in dignitatibus suis permiffi, exceptis Arelatenfi & Hispano, qui in Basilea remanserunt. Editæ sunt interim Basileæ constitutiones quædam, quarum exempla in actis concilij relata sunt.

ANNO dein 1439. Eugenio quarto publicis decretis abrogato, pontificẽ conuentus designauit Felicẽ quintum. Amedeus hic erat, primus dux Allobrogum, sic olim dicti, qui nũc circa Rhodanum

De Ferrariæ concilio.

Felix V. papa.

danum Sabaudienſes appellantur. vix-
rat is annos circiter quadraginta in flo-
rentiſſimo principatu, ſubijt indè rerum
humanarum tædium, inſtituitq; ere-
miticam vitam: ſumpſit & pallium ere-
miticum, per quæ magnû erat nomen ſan-
ctitatis adeptus. Tum ad honoris huius
culmen adſpirans, Baſileam cum filijs
duobus profectus eſt. Pallio & barba de-
poſitis, ſeculari ſe reddidit religiõ. pon-
tiffex Felix V. creatus, annos ſedit nouẽ.

De hoc Felice Aeneas Syluius: Felix
inquit, poſt aliquot annos filiam præ-
ſtantem Friderico 3. regi Rom. in matri-
monium obtulit, ſimulq; dotis nomine
auri nummum ducenta millia, ſi Euge-
nio relicto, ſe Petri ſucceſſorem appel-
laret. Horruit Cæſar, minimeque ſacra-
mento ſuo Eccleſiæ ſacramenta ſœdare
voluit, atque ad ſuos conuerſus: Ven-
dere, inquit, alij pontifficalia ſolent, hic
libentè emat, ſi reperiatur venditorem.

Id qualiter actum ſit, Deus nouit.
Audiui ego à quodam prælato, qui con-
cilio interfuit, reuiſſe Felicẽ dotis tan-
tum dare, licet concilium omninò dan-
dum ſuaſerit.

Iohãnes Segouienſis, homo Hiſpanus,
moribus & doctrina illuſtris, qui Ame-
deo pontifice cardinalatûs præeminen-
tiam acceperat, & deindè vnioni con-
ſentiens, à Nicolao Pont. Max. dimiſſo
cardinalatûs titulo, Cæſareñ eccleſiæ
præfectus fuit, monaſterio contentus
modico, hic vocatis ex Hiſpania legis
Arabicæ magiſtris, Alcoranum Mahu-
meti in noſtram linguam de nouo con-
uertit, & mendacia eius viuis rationi-
bus & argumentis exploſit.

At cum publicatû fuiſſet ab Euge-
nio concilium Ferrariæ celebrandû, il-
luc ipſe Eugenius cum ſua curia profe-
ctus è Bononia eſt. Ex Conſtantino-
poli autè patriarcha & Imperator Con-
ſtantinopolitanus cum fratre ſuo & ma-
gno comitatu ferè quingentorû ſe mo-
uentes, Venetias applicuere. Ibi perci-
pientes cõcilium generale Baſileæ con-
gregatum, diſſentire ab Eugenio, ali-
quandiũ ſubfederunt. ſolicitabãt Græ-
cos hi qui Baſileæ erant, vt ad ſe accede-
rẽt. præualuit authoritas Eugenij, vt ad
præſentiam ſuam ſe conferrent. Verùm

quia peſtis Ferrariã inuaſit, tranſlatum
eſt conciliũ, aſſentientibus cũctis, Flo-
rentiam. Secutus eſt Eugenium illuc
patriarcha cum imperatore Græco, vbi
paulò poſt patriarcha vir plenus die-
rum, in fide Rom. eccleſiæ migravit ad
Dominum.

Deindè Latinis Græciſq; conueniẽ-
tibus, diſputatio aliquot menſes exijt.
Græcorum principes, præter Ephelinũ
epiſcopum, plerique pietati ſe Romanę
addixerunt. Et Florentiæ anno 1439.
vnita eſt, Eugenio pontifice Ro. quarto
& Iohanne Palæologo Conſtantino-
poli imperatore, Græca eccleſiæ Romanę,
promulgatis vnionis decretis, a cõtiſque
publicè Deo Opt. Max. gratijs. Bullæ
vnionis exemplum, eſt apud Antoninũ
hiſtoricum. Ea de re circa hæc tempora,
plura ſunt alijs in locis acta.

Errabant Græci in tribus. Primò, q̃
ſpiritus ſanctus procederet à patre, ſed
non à filio: ſecundò, quòd nõ eſſet Pur-
gatorium poſt hanc vitam: terciò, quòd
Eccleſia orientalis & Conſtantino-
politana non eſſet ſub eccleſia Ro. nec pa-
triarcha Conſtantinopolitanus eſſet in-
ferior Ro. pontifice. horum quodlibet
eſt hæreticum. In alijs ritibus ſuis per-
miſſi ſunt manere, vt quòd celebrent in
fermentato, quòd baptizet ſub alia for-
ma, videlicet, Baptizetur ſeruus Dei N.
in nomine patris & filij et ſpiritus ſancti,
amen. Item quòd ordinati in ſacris, vtã-
tur matrimonio contracto ante ſuſce-
ptionem ordinum ſacrorũ. Item quòd
nutriant barbam. Item dant ſacramen-
tum eucharitiæ ſub vtraq; ſpecie omni-
bus etiã paruulis, & multa alia.

Inſupèr & Armeni, quorum ſepè ſu-
prà mentionem fecimus, conſtantes fi-
dei Chriſtianæ aſſertores, & aliqui ex
India, miſerunt oratores ſuos Florenti-
am ad Eugenium, poſtulantes & ſup-
plicantes inſtrui & erudiri in his quæ
ſunt fidei, à Ro. eccleſia, & vniri cum ea
in charitate Chriſti: qui examinati, in
paucis reperti ſunt diſſentire à catholi-
ca fide, & in illis ſubiecerũt ſe correcti-
oni Apoſt. ſedis, quæ de conſilio præla-
torũ decreuit, eos ritibus ſuis qui non
ſunt contra veritatem fidei, permitten-
dos, vt & Græcos, licet diſſimiles ſint
à mo-

Alcoran
Mahumeti
lex.

Concilium
Ferrariẽ.

Græci eccle-
ſia Romanę
vnita.

Albe-
ria
108.

à moribus Latinæ Ecclesiæ. Quibus verò à fide vera discrepabant, his prohiberi debere, vt quòd sacramentum confirmationis non habebant in vsu conferendi illi nationi, declarato eis, quòd illud sicut cætera sacramenta debeât accipere, credere & cõferre, & aliqua alia quibus acquieuerunt.

Interim Basileense concilium aliquandò apud Lausanam finiri placuit, cui tot principes viri præter Germanicos, rex Franciæ, rex Angliæ, princeps Mediolani & reliqui totis viribus fauebãt, neglecta Eugenij pont. autoritate, qui Florentino cõuentui præerat. Tumultuatum est quibusdã in locis hoc seculo grauitèr. nam aliquot annos Henricus Angliæ rex, qui Parisijs Franciæ regem se coronari fecerat, miserè Galliam vastauit, donèc regnũ ingenti labore Carolus 7. recepit. Bonus princeps, qui circa annum Domini 1438. apud Bituriges comitijs publicis Pragmaticam sanctionem edixit, Basileensis concilij placita sectatus. Fuit hoc etiã tempore Lotharigo Renato cum Alphonso Aragonensi certamen de Neapolitano regno, in quod adscitus Renatus nupèr à Iohãna 2. id, regina mortua, tueri non potuit.

ANNO Domini 1438. Albertus Austriæ dux, Hungariæ atq; Bohemiæ rex, xiiij. Kalen. April. imperator post Sigismundum creatus, regnavit annis fere duobus, vir optimus. Is primò apud Albam regalem cum coniuge sua Elizabeth Kalend. Ianuar. coronatus est rex Hungariæ. Indè pridie Nonas Maij rex Bohemiæ designatur. Inter hæc electores apud **Frankfurt** Rom. imperium ei commendauerunt. at illi iniussu baronum regni Hungariæ, imperium acceptare haudquaquam licebat, quibus haud ex vsu videbatur suum regem Teutonibus imperare, dum Sigismundus Romanæ rei cõsulturus, Italiã, Germaniã, ceterasq; prouincias peragrans, Hungariã Turcarum direptioni reliquisset, atq; ob eam causam Albertum iureiurando obligarunt, nè suo iniussu vacans imperiũ acceptaret. vocati tamen ad regem, qui tunc Viennæ fuit, Hungari, multa in vtranq; partè tractarunt. vicij precibus

tandem Friderici ducis Austriæ adolescentis, assensum dedere, & imperiũ summa cum gratulatione Germanorum ab Alberto susceptum est.

Albertus rex Ro. Hungariæ & Bohemiæ, à quibusdam Bohemis refutatus est. Conspirauerant enim Alscio, Sterenbergius & Tasco cum Barbara relicta Sigismundi, & Casimirum fratrem regis Poloniæ xiiij. annos natum, regem vocarant. verum sanior pars Albertum in regem accipiẽs, legatos mittunt ad regem Poloniæ, oratum nè fratrem turbare regnum Bohemiæ patiatur, meminerit inter Polonos & Bohemos veteris amicitie, Albertum ex testamento Sigismundi & prouincialium decreto dictum regem, non posse paucos ius regni ad alterum trãferre. Polonus ad ea Bohemos sibi amicos esse fatetur, cupere benevolentiam perpetuò stare, ac fratri quem primarij barones regem vocauerint, ius auferre non posse, Polonis ac Bohemis vnam esse linguam, vnam originẽ gentis, cum Teutonicis nihil esse Bohemis cõmune, nihil prouincialibus incõmodius, quàm sui regis vocẽ non intelligere. proindè orare, vt fratrem suum suscipiant potiùs, quàm ipsi ab eo recipiantur. donatosq; preciosis pellibus, vt mos gentis est, oratores dimisit.

Albertus medio tempore petit Italiã, quo in loco Tasco per nuncios eũ rogat, nè priùs regnũ ingrediatur, quàm sibi factioniq; suæ faciat satis. neque em passurum se regem esse, quem ipse non delegisset. vicissim Albertus ei, vt rex, respondit. adijt Pragam, vbi ei frequens populus occurrit, deindè 3. Kalen. Iulij solenni pompa coronatus est.

Tasco Coloniam & alias suæ factionis ciuitates impigrè muniuit, cumque equitum duo millia ex Polonis ad eum venissent, populari agros cõcepit. Albertus etsi auxilia ex Austria Hungariãq; adsciuerat, non expectatis his, hosti pugnandi copiam facit. quam Poloni detrectantes, ad Thaboritas sese contulerunt. Albertus hostem insequitur, pugnam singulis diebus est in cãpo, qui medius inter bina castra iacebat. Erant in castris Alberti Christophorus Bauariæ princeps, Fridericus Saxonũ dux, Al-

bertus marchio Brandéburgen. xxx. milia militum Alberto parebant, Polonis xiiij. millia, quibus adiumento Thabor erat. Albertus verò, cum expugnari Thaboritæ aliter, quàm fame nequirent, soluta obsidione Pragam redijt. non multò post actum est de concordia, inducię belli dicte, trahitur itaq; dissensio.

Inter hæc Gregorius Strigonię pōtifex diem obiit, qui coronam regni, ditemque regum supellectilem in arce seruauerat. qua re cognita, Albertus eò se confert, arx reginæ deditur, quę dum thesaurum regni coram baronibus ad eam rem selectis recognoscit, coronam S. Stephani regis, quam sacrosanctā putant, clam subripuit, anuique custodiendam tradit, cætera obsignatis claudit arcis. Profugerat tum in Hūgarię fines Despota Seruiæ, Rasciæ principem dicunt, Turcarum metu, quorum ubique iam arma grassabantur, stupētibus adhuc nostris è clade, quam superioribus annis Sigismundi temporibus acceperant. Obsederat Turca Sinderouiam Rasciæ ciuitatem, cui tutandæ relictus erat filius Despota, vocabaturque auxiliij causa rex Albertus. sed obsessa ciuitas prius est amissa, quàm ad locum rex perueniret. Despota filius oculis priuatus.

Despota
Seruiæ.

Postea Albertus copijs Hungaricis contractis, exercitum contra Amuratē Turcarum imperatorem ducit. Turca Albertum in regni defensionem sufficientibus militum copijs prouisum audiens, omni penè Rascię agro suę potentia subiecto, omne robur sui exercitus in Græcos conuertit, & illam amplissimam Thessalonicensem ciuitatem vicepit, & penitus diripuit: deinde Epirū & Aetoliam prouincias aggressus, eas in deditionem accepit.

Hungari inter hæc qui in expeditione erāt, tedio affecti, maximè cum multo ex eis sanguinis fluxu grauarētur, inuito rege dispersi, relictis castris abiērunt. Reuersus inde rex, venit Budā, vbi infirmitate correptus est: & cum in animo Viennā venire haberet, suę minimè parcēs debilitati, continuat iter. cumq; iam Strigoniū præterisset, & magis ac magis dysenteria laboraret, relicta vx-

re pregnante, obsignatoque testamento, in villa quæ Longa dicitur, 6. Kalen. Nouemb. è vita discessit anno Domini 1439. in Alba Regali, suorum prædecessorum ad instar, pompa regali est funeratus luctu celebri suorum.

In hac generatione sub Sigismundo imperatore, in regno Hūgarię duoru-
sticana bella, authoribus duobus rusticis, altero Antonio, altero Martino, cœpere. Antonius in Transsylvanis regni partibus, Martinus postea in terra *Nit & Zamoskeng*, magna rusticorū uicollecta, & nomine regio assumpto, vexillis eleuatis, ingentibus velut inundatio quædam erupētes viribus, regnū ipsum subijcere cupientes, huc illucque ferebantur, nobilesque vniuersos sibi occurrentes interficiebant. ad villas verò & oppida vt illis adhærent, nuncios cum sanguinolentis gladijs mittebant: nolentes verò inclinari, prædæ pariter & morti exponebant. Et intantum rusticana hæc potentia creuerat, quòd & armati illos pauitabant. Tandem multa procerum expeditione contriti & debilitati sunt, regibus ipsis morte multatis. cæteros qui euadere nequibāt, alios oculis, alios naso & labijs, alios verò manibus truncare.

In hac generatiōe anno domini 1417. Burgrauus
in concilio Constantiē Sigismundus
rex, Friderico burgrauio Norinbergē
marchionatum Brandenburgensem pro
se ac successoribus suis dono dedit, quē
et de eodem marchionatu in octaua Pasche ante prandium cum maxima pompa inuestiuit, hoc ordine: Mane facta, quidam comites, barones ac nobiles cæteruatim equitabant per ciuitatem tēr, ducentes duo vexilla, tubis latitię signa sonantibus. His quasi præludijs habitis, conuenerunt omnes principes ad habitationem Burgrauij, deferentes minuta vexilla armis futuri principis insignita, conduxeruntq; Fridericum Burgrauium ad forum vsque. Erant in foro tabulata, in quæ conscendit Cæsar, coronā in capite gestans, at vbi in throno consedisset, electores imperij qui aderant, in suis habitibus à dextris partim & à sinistris in officio stabant. postea ascendit Burgrauus, ducens secum duos

Alberti
sa. in rebus

Facies
sticane in
Hungaria

Burgrauus
Norin. marchio
factus.

Frid.
cuius
debat

duos milites, vexilla Marchiæ ac Burgrauiatûs tenentes in manibus, prouolutus genibus imperatoris Burgrauius, petebat se Marchionem creari, atque de Marchia inuestiri. mox lectæ sunt literæ, iuxta quarum tenorem deberet iurare. Prestito vt sic iuramento, creatus est Fridericus in Marchionem Brandeburgensem, de Marchiaq; iuxta morem curiæ extitit inuestitus. Dedit illi rex primò vexillum Marchiæ in manus, postea pomum & sceptrum, quæ gestabat comes Palatinus Rheni, accinxitque eum gladio, consuetis adhibitis solennitatibus. Et sic iste Frideric⁹ dignitatem electoratûs imperij primus in familiã Burgrauiorum Norinbergensẽ adduxit.

In eodem concilio Constantiensi rex Sigismundus comitatû Cleuensẽ erexit in ducatum, ipsumque Adolphum comitem eius domûs, creauit ducem.

In hac quoque generatiõe Fridericus Marchio Brandeburgensẽ (vt scribit Aeneas Syluius, postea Pius dictus) cõditurus testamentum, quatuor ad se filios euocauit, Iohannem, Fridericum, Albertum, & alium Fridericum. Iohannemque, quia natu maior esset, in hunc modum allocutus fertur: Primus ego, vt nõsti, dignitatem electoratûs imperij in nostram familiam adduxi. nunc vocat me suprema necessitas. curæ mihi est, nè tantum decus in domo nostra vilescat. tibi, vt video, quietis & voluptatis vnicum studium. in electoratu præter curam & assiduum laborem nihil inuenies. Eam ob causam si tua voluntate id possum, Marchionatum Brandeburgensẽ, cui ius eligendi Cæsarem est concessum, Friderico qui tibi etate succedit, quiq; & vigilantior & ad labores durior, quàm tu, videtur esse, testamento relinquam. tibi Fontlandiam, Alberto quidquid Francõici iuris possideo, & alteri Friderico partem Misnæ dabo. Cui Iohannes: Existimauit pater ante hunc diem, chariorem tibi multò quàm me, Fridericum esse, cum illi sæpius blandirere, neq; id ferre non egre potui: nunc sententiam muto, & te pater amo coloque, quòd mihi ocium, illi negociû suprema volûtate dimittis.

In hac generatione erant in cõcilio

Constañ duo duces Bauariæ, Ludouicus & Henricus, ambo principes clarissimi, discordes tamen. Ea de re dum Ludouicus dux quarta feria post festum S. Galli ex cœnobio Augustinensium redire ad suum hospitium vellet, essetque in itinere, tunc occurrit illi Henricus dux qui eum obseruabat, inflatoq; vulnere graui, mox fugam iniit, fit tumultus in vrbe, ad iussumque Cæsaris plures Henricum insecuti sunt, omnium tamẽ ipse manus euasit. factum est hoc anno Domini 1417.

Contigit & in hac generatiõe, quòd Bauarus Ludouicus Ludouici filius gibbosus, impia contra patrem bella suscepit, venerandumque senem & auctoritate insignem, qui quondam regnum Franciæ gubernasset, in arce munitissima obsedit. Sed superis vltionem tanti sceleris petentibus, prius sebre occubuit, quàm patris animam in suam traheret sententiam. Ille in potestatem Henrici ducis postea factus, breui tempore vitam finiuit, nec Henricus diu superuixit: qui cum prohibuisset subditos suos in anno quinquagesimo Romam petere, veritus nè prouincia pecunia euacuaretur, eodem anno migravit è seculo. Hęc Pius papa.

Successit Henrico Ludouicus filius ex sorore Alberti Cæsaris, qui mox Iudeos omnes è suis terminis eliminauit, vxorem ex Saxonix ducibus fatam duxit, ex qua natus est Georgius Bauariæ dux cum sorore sua Margarita, Philippo Palatino Rheni toro iuncta.

ANNO Domini 1439. obiit Fridericus dux Austriæ, reliquit filium Sigismundum ex domina Anna de Brunswig vxore natum. reliquit thesaurum maximum, quem corrosisse dicitur, vt omnia dominia domûs impignorata redimerentur. Hunc principem Sigismundum vnà cum thesauro patruelis suus Fridericus tutorio nomine in Austriam duxit, vbi pluribus annis adolescens remansit, donec à Tirolonensib⁹, quorû princeps erat, reposcitur.

In hac etiã generatione Albertus dux Bauariæ, puellam quandam balneatoris filiam, perditè amabat, ita vt in spem matrimonij eam susciperet. illam

propter

De ducibus
Bauariæ.

Sigismund⁹
Aust. dux.

Albertus Ba
uariæ dux.

propterea pater eius Ernestus apud **Strasbourg** Danubij fluentis dimersit. Hic Albertus cum diu vitam moerore egisset, tandem luctu peracto uxorem de domo ducum Brunsvigensium duxit, ex qua sobolem pulcherrimam sustulit, Sigismundum, Christophorum, * Vuolfgangum, Albertum, seculares principes. Albertus autem genitor sub imperio Frederici tertij podagra laborans, sepositis ceteris curis, secutus musicos, assiduis cantibus ac sonis animum oblectauit. Interdum & venationi operam dedit. Post illius obitum varia inter fratres * conventiones habitae sunt. Tandem Albertus prudens princeps, fratrum suorum utcumque tolerantia, solus imperium ducatus gubernat. duxit in uxorem diui Frederici imperatoris filiam, ac Maximilianam Roman. Caesaris sororem, cordatam mulierem & nobilissimam.

GENERATIO XLIX.

A Nno salutis nostrae 1440. sub Eugenio & Felice, durante adhuc concilio Basileensi, incepit 49. generatio. Erat tum schisma in ecclesia non contemnendum.

Eodem anno Fredericus eius nominis 3. imperator, Ernesti ducis Austriae filius, Austriae, Stiriae, Carinthiae dux, & comes Tirolis, Alberto Rom. rege e vita sublato, 3. Kalend. Aprilis communi voto Caesar electus, inde coronam regni Germanici apud ciuitatem Aquensem summo honore suscepit, & imperauit annis 53. Iuit Hierosolymam priusquam imperaret, felicemque reditu cum gloria habuit. Fuit enim princeps catholicus & pius, etate florida, quam sapientia, grauitas & vitae integritas, comitabatur, corpore strenuus, vegetus ac robustus, sobrietatis cultor precipuus.

At defuncto rege Alberto, ut dictum est, regina Elizabetha pregnantem utero ab illo relicta, de se deque regno cogitans, moestos ducebat dies. Vocatis itaque Hungaris proceribus, eos paucis alloquitur: Viri, de rebus regni non minus vobis quam mihi incumbit. ipsa sum, ut nostis, haeres regni, sed meas ad dirigendas regni habenas manus sufficere non arbitror. si prolem nascendam ex-

pectatis, foemellam parere me reor. que rite igitur vobis principem, qui ad portandas regni curas me magis idoneus sit, me tamen regno meo expertem non faciatis. His dictis, simul obortis lacrymis, resedit.

Ad haec verbi regni proceres consilio ducti, de nouo rege tractauerunt. erat tunc Polonorum regis Casimiri germanus Lituaniae dux Vladislaus, placuit ille pro morum suorum festiuitate regnicolis: quapropter viri in regno excellentes legati mittuntur, hi nondum iter perferant, cum renunciatum illis est, reginam filium peperisse, & ne exequerentur commissa, admonentur. Illi autem quia Cracouiam venerant, & regi Casimiro ac duci Vladislao commissa ad plenum perferant, mutare nihil poterant. Post aduocationem princeps iuuenis ambitione regni captus est, nec differt, comiteaque preparato, competenti milite stipatus venit in Hungariam, & a multis regni proceribus in Buda ad regiam velut Hungariae rex introductus est.

Regina interea & nonnulli principes se cohortantes, Albam regalem petunt, ibique in festo pentecostes Ladislaum heredem regni qui nondum menses quatuor compleuerat, per manum archiepiscopi Strigonien, inungi & sacro demate coronari solenniter procurant. aderant & Versprimensis & Iaurien ecclesiarum episcopi. affuit Vlricus comes Ciliae consanguineus regis, qui pro puero coronato sacramentum solitum a regibus Hungariae praestari, rite iurauit atque praestitit. Quo facto, regina Elizabetha Hungarorum inconstantiam verita, qui ad Poloniae regem defecerant, ad imperatorem Fredericum cum filio & corona diuertit, & utrunque tum filium pro educatione, tum coronam pro conseruatione illi tradidit.

His peractis, regina a rege Romano. rediens in regnum, ubi etsi multos haberet fautores, plures tamen e regno aduersabatur eidem. Conuocantur regnicolae ad Budam, & illuc sub saluo conductu venerunt fautores Ladislai ac reginae, Dionysius archiepiscopus & cardinalis su-

Frid. 3. Aust.
Imp. 109.

Elizabeth
Alberti re-
cta.

Ladislaum
Alberti filium

hi regale castrum ingredientes, clausi sunt quoad nouo regi fidelitatem promiserunt. Ad hæc Banus non est dimissus, donè arcem Vifegradensem, quæ pro rege infanti susceperat, Vladislao dimiserat. In eadem arce corona quæ sita est & nõ inuenta, qm̄ eam regina (vt antè dictum est) clam abstulerat. fit turbatio non parua. mox fautores Vladislai simul cum ipso Albam contendunt, & eundem pro corona reliquijs S. Stephani miro opere magno cum tripudio coronârunt.

Tota inter hæc plebs scinditur, hi Vladislaum sequebantur, illi reginam cum filio præferre conabatur. vndè nõ modica in regno damna emersere. sequuntur cædes hominũ, pugnae ac direptiones. præualuerunt tamè in his zelâtes p̄ Vladislao. Quid tñ Vlricus Cilie comes auunculus Ladislai, vindictæ operatus sit, senes regni Sclauoniae nouerunt. Quid deniquè & quatum Iskra homo Bohemus, pro Ladislao egerit, Hungaria non ignorat. Vladislaus & sui plerunquè triumphant.

Inter hæc Amurates Turcarũ princeps, qui sub Alberto quondam omne Seruiae regnum, quod Rasciam vocant, suo dño subdiderat, audiens regnũ diuisum, illud inuasit. Cùm autem postea Ioh. Huniades castro Nandoralbenfi capitaneus esset, ac partes regni Hungariæ inferioris, tota Sclauonia, ac cunctus ager inter Sauum & Drauum flumina circa Turcarum rabie vastarentur, Turca quidam Isaac adiacentem castro regione aggressus est. Occurrit illi Ioh. Huniades. pugna facta, Turcæ tandem terga vertunt ac sternuntur. Interea alter Turcarum exercitus in Transsyluana regione grassatur, illuc properat cõgregatis militibus Ioh. Huniades, hostibus obuiam factus, post maximam pugnam multorumq; cædem Turcæ fugam inuenit, sternunturq; paucis fugæ p̄sidio saluatis: cuius victoriæ fama hanc regno attulit vtilitatem, vt Transsyluanæ partes & Mundauia, quæ præteritis temporibus à regno ad Turcam defecerant, aut Ioh. Vuaiuodæ cõsilio inducti, aut metu concussi, in pristinam redirent fidelitatem, obsequia consueta regi Vla-

dislao exhibere iurciurãdo promittentes.

Paulò post Amurates Turca lxxx. millia pugnatorum exercitum duxit in Transyluanos, occurrit illi Ioh. Huniades. fit prælium atrox. multi cadunt latere ab vtroq; tandè Turcæ campum deserunt, insequuntur Hungari, sternunt, p̄terunt, ac thesauros ex hoste reportat.

Non segnius Bohemi, audita morte regis sui Alberti, conuenientes, vnum corpus in regno efficiunt, atq; ad eligendum nouum regem ad Kalen Maij anno 1440. diem statuunt. Rochezana, qui dudũ apud Greciũ exulauerat, domum reuertitur, suoque more insanians, Ro. ecclesiam, cardinalesq; cæterosq; p̄ orbem episcopos execratus, apud solos Bohemos incorruptæ veritatis inueniri sacramenta aiebat, preciosissimum Christi sanguinem paruulis ac dementibus p̄bet, sacerdotes suæ temeritati aduersantes domo pellit, popularibus cõmunõem sub specie vini recusantibus, ecclesiastica sepultura interdicat, redeunt damnata tempora.

Regina Elizabeth iam filium ex Alberto pepererat, Ladislaum noie. mittuntur ad eam legati, qui dicat ad eligendum regem diem statutã. regina legatos accipiens, proferri diem postulat. quod vix obtinet, plato die, legati reginae venerant. fit frequens conuentus, scindunturq; Bohemi in duo. expectari alij Ladislaum, donè adoleseat, volunt: contradicunt alij, satis esse Ladislao, si post 24. annos vocetur ad regnũ. vicit hæc sententia, regem eligendũ sibi statuunt. Conueniunt aut in Albertum Bauariæ ducem, & ad hunc mittuntur regni primores, sed quibus ea res videbatur indigna, hi Procopium ad Fridericum Cesarẽ clam ire iubent, cui Elizabeth Ladislaum commiserat educandum.

Fridericus audito Procopio, missis ad Albertum Boioariæ ducem nuncijs, hortatur nè regnũ alij debitũ vsurpet. venientibus ad se Bohemis Albertus egit gratias, quòd tam nobile regnum sibi offerrent, multa se idcirco debere Bohemis. at cùm regis Alberti soboles extet, principem nè foris assumant, fidem seruent, principem suo regno nè spoliarent monet. Bohemi ab Alberto repulsi,

iterum

Vladislaum
Voloni nõ
p̄ coronat.

Ioh. Hunia-
des aduersus
Turcam vi-
toris.

Bohemorũ
de eligendo
rege discer-
ptatio.

iterum conueniunt. legatos ad Cæsare mittunt, petentes tutorio nomine vti regnum accipiat. seorsum Tasco potens ex Bohemis, Friderico suadet, se ex fœdere, quod inter regnum & Austriam habetur, regem faciat. Sed recusat hoc Cæsar, neq; orphani se, cuius tutelam gerat, hæreditatē vsurpare dignum putat, sed nec tutorio nomine regnum gubernare se posse respondit: gubernatores eligant, ac per se prouinciā regant, donec pupillus adoleseat.

Illo domum reuerso, Bohemi gubernatores eligunt, inter quos Tasco & Mainardus priores habiti. stetit aliquandiu concordia discors. alter em, Mainardus scilicet, catholicorum tutor: alter, Tasco Rochezanæ amicus habebatur. verum Tascone vi morbi repetē extincto, Mainardi potestas aucta est. id ægrè ferentes heretici, ad Georgiū Pogebraciū se contulerunt. ac per factionem coniuratione facta, excitatur de industria incendium in vrbe. concurritur. interea Georgius murū inuadit, peditores portas aperit: extollitur clamor, & capta vrbe trucidantur passim. Mainardus in eo tumultu captus, in arcem coniectus, ibi tandem obiit, siue tædio diutini carceris, siue veneno. Ex illo tempore sine controuersia Praga in potestate Georgij fuit. nam & quibus non placuit, tamen dissimulare cœperunt, atq; homini blandiri, cui resistere non poterant.

Georg. Pogebraciū.

Ad Hungaros redeo. Iohannes Huniades iam per arma clarus, sæpè cū exercitū Seruiam ingressus, plurimis claudibus Turcas affecit. verum quanuis Seruiæ magnam partē recuperauit, non tamen Georgio Despotæ cuncta restituit, multa sibi retinuit & amicis dedit, neq; iniuria, cū & ipse sua virtute repulisset hostes, & Georgij suspecta fides esset, qui medios inter Húngaros & Turcas, nunc hos, nūc illos sefellisset: in his verò quæ religionis essent, neq; Ro. ecclesiæ auscultaret, neq; Mahumeti legem sequeretur.

Anno 1443. vel circiter, cū variæ disceptationes in Hungaria inter reginam Elizabeth & regem Vladislaum essent, partes enim regis tenebat Ioh. Huniades iam bellis clarissimus, pro regina

ac Ladislao zelabat Bohemus Isramorum gloria clarus, qui partes reginæ defendebat, cū rex Poloniae regnum inuasisset, pædones sæpè acies fu-derat, Iohannem Huniadem bis castris exuerat, rebellantes Hungaros magnis claudibus affecerat. Quare Eugenius pont. max. Iulianum Cæsarinum cardinalem legatum in Hungariam de latere ad componendam pacem inter partes prædictas miserat, hic dum pro pace laborabat, regis Vladislai & reginæ Elizabeth cordibus non parū ad concordiam inclinatis, pace nondum composita, regina ipsa carnis debitū persoluit, cuius mors Vladislao hac ex parte magnam procerum sequelam adiecit. Iulianus verò cardinalis non minùs aduersus Turcam Hungarorum extulit animos, & arma sumere persuasit. exercitus Christianus vsque ad arcum magnum contra Turcam profectus est.

Per id tempus cum centum millibus pugnatorum intrauit Hungariam Turca. obtinisset regionem planè, nisi comatus per eius anni penuriam defuissent. Ibi Iohannes Huniades sæpè cum Turcis prosperè dimicauit, quare regione excedere coacti sunt. Congregato postea non paruo numero, Turcæ cum Christianis confligere non dubitabant, superati tamen virtute Hungarica, multis cæsis, terga dedere. Hungari de magnis maiora tradentes, imperatori Friderico superatos bello Turcas scripsere, xxx. millia hostium cæsa, captaq; multo plura. Card. S. Angeli sex millia duntaxat hostium in eo prælio cecidisse scribit, signa militaria nouem capta, Iohannem Huniadem non tam ducem quàm militem in pugna egisse. Turcis ea Christianorum victoria plus pauoris quàm damni attulit, non Hungaricas tantum vires, sed Germanicas quoque in se commotas arbitrantibus. Sicq; Ioh. Huniades exercitum ingenti hominum rerumq; præda onustum regia ad castra reduxit, in signūq; victoriæ, multa hostium signa regi obtulit.

Ex his tot illustribus triumphis princeps Turcarum tremefactus, perinde ac totus Occidens coniurasset, missis caduceatoribus pacē petijt. Hungari qui

Iulianus card. in Hung. missus.

Pacem Turcæ petunt.

suas vires non ignorarent, nec tam potentie sue quam casui victoriam imputarent, periculosum existimantes sepius tentare fortunam, oblatas vltro conditiones pacis non recusarunt. Inducie belli in decem annos, iurandum per sua sacra ambæ partes prestiterunt. Bassa Nataliensis Turcæ dimittitur, Despotæ Seruicæ quæ bello amiserat, reddita.

Molesta ea res Iuliano fuit, cui prosequenda victoria videbatur. Eugenio quoque pontifici nihil molestius nunciari potuit, cuius meti nulla maior cura insedit, quæ Christianæ fidei propugnanda. Scripsit igitur cardinali nullum valere foedus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussus esset, Vladislao regi Poloniae qui Hungariam occuparat, ut conuenta solueret imperavit, iuramenta remisit, nouum instaurari bellum precibus tum minis extorsit, & (ut aliqui volunt) ad facinus impulit.

Vladislaus à principibus Christianis auxilia petijt, præter Philippum tamen Burgundiae ducem, neminem Christianæ religionis zelus commouit. hic solus classem instruxit, quæ vsq; in Hellespontum profecta, Turcis ex Asia transitum prohibere in Europam conata est. Franciscus card. Venetiarum, Eugenij nepos, cum plerisque triremibus eodem missus, classi præfuit. Vladislao qui alienum regnum inuasisset, è resua visum est, solitudinem belli provincialibus non deesse.

Accersitis igitur ex Polonia ac Bohemia ceterisque vicinis gentibus auxilijs, coactisque; ex Hungaria copijs, Turcas inuadere statuit. Iohanni Huniadi castrorum cura commissa, xl. circiter equitum millia fuisse traduntur, plerique dimidio minorem numerum tradidere. Reguli Hungariæ pontificesque; quamplurimi interfuerunt. Iulianus S. Angeli card. milites cruce signatos non paucos secum duxit, iter per Valachiam receptum. deinde transito Danubio, in Mysiam veterem, ut per planam in Romaniam transirent.

Amurates hostium cognito aduentu, cum grecis & Turcis in Europa manentibus non satis confideret, exercitum ex Asiaticis militibus comparauit. sed agebat animum traiciendi freti cura. anxio & multa volenti Genuenses qui-

dam curas ademere, qui suis nauibus, accepta pecunia, transportare copias promiserunt.

Locus est, vbi non amplius quam stadia quinque; latitudo freti continet inter Propontidem & Euxinum pelagus. tantum est spatium, quod Europam Asiaticamque; determinat, Bosphorum Thracium dixerent maiores, à Byzatio xl. ferme stadijs distantem. hic Amuratis exercitus trauectus est, aureo nummo vectoribus per capita traditus. quæ, si vera est fama, centum millia fuisse feruntur.

Iam Christiani locum attigerant, cui Varna est nomen, quum aduentare innumerabiles hostium copias nunciatum est, cedendum Vladislao cardinalique; videbatur, & ne circumueniri ab hoste possent, munitum montanumque; locum petendum. At Huniades aduersari, Turcarum se nosse vires dicere, quod si Turcæ omnes adsint, Hungaris tamen impares fore, illos aurea & discolori veste, Hungaros ferro atque ære fulgere, Christianum agmen & stare paratum, & sequi: si iam fugiat exercitus Christianus, quem rex Hungariæ ducit, in quo legatus apostolicus adest, in quo tot nobilissimi proceres militat, nunquam deinceps Hungaris contra Turcas futurum animum. vicit Huniades sententia. expectati hostes. Postera die visus, maioris exercitus speciem præbuerunt, quæ fama ipsa vulgauerat. Territus Huniades eo conspecto, tum primum periculum animo voluens, de fuga regem admonuit. ille serum consilium arguens, perniciosam magis fugam quam pugnam dixit, Deum quoque respicere meliorem causam: magna verba Iohannis pridie dicta, plenus irarum, exprobrauit: iussisque; omnibus arma capere, prælium expectauit.

ANNO igitur Domini 1444. die x. mensis Nouemb. Amurates in proximo colle confederat, ex quo suos atque hostes contempleri poterat. dato belli signo, xv. millia equitum qui pugnam prouocarent, facto globo in Christianos impetum fecere. Non detrectauerunt Christiani certamen. itum est ferocibus in pugnam animis. superior acies nostra, Turcas in fugam vertit, quamplurimis primo impetu prostratis. Propulsio perculit magno metu

metu Amuratē, fugissetq; protinus, nisi circumstantes satrapę compræhēso eius equi freno, ignominiam eius increpāscent, fugienti comminati necem. perstitit inuitus, iussisq; fortissimis arma sumere, prælium instaurauit.

Pugnatum est summa contentione, plurimis nunc Christianis, nunc Turcis cęsis, cadebant hinc atq; inde, plures ex turcis, quorū corpora *facile tecta* erat. postremò cum nou⁹ in horas hostis succederet, & sauciorū loca integri occuparent, non tam virtute q̄ numero superati Hungari, referre pedem cœpēre.

Vladislaus cum globo suorū ex Polonia, vt hostes ex acie victores diuerteret, Christianisq; animū redderet, in tumulum quem tenuisse Amuratē diximus, circumiectosq; vndiquē currus impetū fecit. ibi noua pugna commissa, nouus iniectus Amurati pauor, trepidatū totis castris, nec iam consistendi animus aderat. Quòd si Huniadi par animus à regi fuisset, & aridēti fortunæ dedisset manus, haud dubium quin ea dies & Amurati vitam, & posteris eius imperium abstulisset.

Verū ipse vt primū cedere Christiana signa conspexit, cum decem milibus Hungaris ac Valachis ex acie se subtraxit, atq; in salutato rege, nutante adhuc victoria, fugam arripuit. fortasē rei militaris perito, nulla in pugna salus visa, & saluare aliquos quàm perire omnes maluit, etsi in eum Poloni fortunam reiiciant.

Vladislaus suę sorti dimissus, dū fortiter pugnat, equo deiectus, obruncatus est. caput eius hastæ infixū, per Græciam atq; Asiam in signum victorię populis ostensum. Poloni ad vnū cęsi oēs, direpta castra, episcopi & proceres Hungarię qui aderāt, oppressi. Iulianus cardinalis dum fugit amisso prælio, cū iam hostes euasisset, Hungarorū perfidiam euadere non potuit. potū equo dantem stagno fortē reperto, latrūculi quidam nouēre, arbitrati pecuniam apud eum esse, eiectum equo necauēre, & ablati vestimētis, nudum cadauer dimisēre. hic exitus tanti viri.

Huniadem fugiētem Despota cepit, & quasi hostē coniecit in vincula, nec

prius dimisit, q̄ oppida suæ ditiōis ab eo occupata recepit. Hęc Aeneas Syluius de fuga Huniadis, captiuitateq; & morte cardinalis Iuliani. Ioh. H. H. des cap.

Scriptor verò Hungaricus refert, q̄ occiso Vladislao, Hūgari castris relictis, in fugā sunt versi, aderat nox, qua nonnulli rerum adhuc ad plenum non certi ducebāt anxij. luce verò facta, Turcę de fuga hostis dubij, compositis agminibus castra Hungarica visa sibi deserta inuadunt, cū cętis in eis repertis aut captis, aut occisis, vbi & Iulianus cardinalis multiq; alij religiosi viri vltima soluisse debita feruntur.

De captiuitate verò Huniadis ita inquit: Vuaiuoda Iohannes dum redeūdo in partes peruenit transalpinas, incidit in hostem nō prouisum. Nam Dracones deducendi hospitis causa à Vuaiuoda petitis, in eum violentas manus iniecit atq; incarcerationi. Tandem cum Dracones Huniadem capere sibi non licuisse reminisceretur, post dies paucos multis eum muneribus, vt ipse sperabat, placatum, traduxit in regnum, qui Iohannes, Huniades scilicet, paulò post in gubernatorem regni electus, anno 1445. copias suas duxit contra Draconem, transiensq; alpibus, se ingessit in illius dominium, vniuersoq; agro perdomito eundem cepit, simulq; cum filio decollari fecit. Non desunt qui dicant Draconem propter thesaurum grandem oppressum, & sic à Despota Huniades id temporis captus non fuit, sed postea, vt dicitur.

Poloni regem suū Vladislaum, hoc peracto bello, plurib⁹ annis viuere crediderunt, captum, non interfectum, arbitantes. cardinali Venetiarum cladis eius culpa magna in parte imputata est. diū enim fretum, vt par fuerat, non custodiuit, neq; transuectos hostes Christianis ducibus nūciauit, quod ad suum spectabat officium. De numero caesorū minimè constat. illud exploratum est, lōgè plures ex Turcarum acie cecidisse. cæterum pro numero copiarum, longè maius damnum Christianis illatum.

Victor Amurates neq; fugientes hostes infecutus est, neq; gloriabūdas inter suos magnifica verba iactauit, neq;

ante assueuerat, hilarem vultu ostendit. Interrogatus quidnam tristior esset, cur non victis hostibus exultaret: Nollem, inquit, hoc modo sapius vincere. iubensque vasa colligi, copiasque superfluerant, domum remisit. Ipse Adrianopolim reuersus, deo suo que pro victoria fecerat, vota persoluit. Exinde voluens animo regni curas, inconstantiam quoque fortune veritus, accersitis prouinciarum Maioribus, Mahumetem ex liberis suis natu maiorem, pro se regem constituit. ipse priuatam deligens vitam, in Asiam profectus, religioni cuidam solitariae sese addixit.

Calibassa inter satrapas Turcorum, opibus & autoritate maior, Mahumeti, qui non per aetatem aptus esset imperio, gubernator datus: reliqui regis filij, ne quas regno turbas excitarent, more gentis necati sunt, felicius apud Turcos priuatis quam regibus liberi nascuntur. effluxit abinde non paruum tempus, in quo nec Turci Vngaros, nec Hungari Turcos armis laceessere tentauerunt: adeo cruentissima Varnensis pugna vires vtriusque partis eliserat.

Vladislaus ubi fortiter pugnans obtruncatus est, in conuentu deinde ciuitatum procerumque; per Vngariam Ladislaus rex appellatur. missa legatio ad Fridericum ex regni primoribus, decretum electionis exposuit, Ladislaum in Hungariam mitti coronandum postulauit. Responsum est, recte Vngaros egisse, qui regem tandem suum recognouerint, electione inde haudquaquam opus fuisse ei, que eius gentium dedisset regem, neque coronandum esse qui semel coronatus sit. Puerum adhuc egere tutore, nullius tutelam salubriorem ei esse, quam Friderici imperatoris: expectarent aetatem regno idoneam. Tum inter Vngaros & Imperatorem ob negatum regem inimicitiae fuerunt, & armis quoque tentata res est. Iohannes Huniades ab Hungaris gubernator electus, infestis copiis Aultriam ingressus, quanuis ferro & igne agros vastauerat, regem tamen coronamque a regina Elizabeth absportata & que repetebat in Vngaria castella, obtinere non potuit. ob quam rem vacuus redijt.

Iohannes Huniades gubernator regni

quarto suae gubernationis anno Turcas aggredi cogitauit. ignominiam enim Varnae acceptam aboliturus, resarcire dana meditabatur. Coactis in tempore copiis ex Hungaria ac Boemia, ducere in Turcos statuit, quos prius aggredi volebat quam mouisse ex Vngaria nunciaretur, adeo celeriter cuncta componens. Consilium eius Georgius Despota Seruiae, Turcarum ducibus patefecit, magnum gēti periculum imminere, percussi eo nuncio Turci, quid agerent non satis intelligebant. Amurates iam senior religioni addictus, regni curas abiecerat. Mahumetes etate minor, tantam belli mole posse ferre non arbitrabatur. Calibassa defuturam obedientiam putabant. quid plura? missi legati, Amurates reuocauerunt, qui comparato mox exercitu, in hostem profectus, non aliter quam si ad praedam pergerent, alacres milites duxit.

Iam Huniades cum copiis Sauum transierat, prostratisque locorum praefectis, agros late populatus est. loco qui Basilia vocatur, castra posuerat. Cum aduētare Amuratis copiae nunciarentur, non expectauit Huniades prouocari, prior ipse pugnam iniit. commisso praelio, anceps diu certamen mansit. Qua parte pugnauit Huniades, fusi hostes terga dedere: pari modo & Amurates in cornu suo Vngaros fudit. Postremo non tulerunt Christiani Turcorum impetum, numero superati, non tam victi quam fessi, compulsi sunt cedere. Huniades ubi suos neque minis neque precibus sistere potest, cum paucis ex bello profugit. multi Vngariae proceres, & nonnulli ecclesiarum episcopi in eo praelio ceciderunt. empta multo sanguine victoria, Amurates domum redijt. Et postea relicto Mahumeti regno, quemadmodum prius destinauerat, mortem obiit.

Mahumetes igitur defuncto Amurate, gubernacula regni ex voto adeptus, ararium locupletauit, noua vectigalia excogitauit, in proceres & aulicos lauire coepit. Fugientem ex hac pugna Ioh. Huniadem Sinderouiam venisse ierunt, quem cum Georgius Despota ibi esse cognouit, immemor beneficiorum, detineri illum iussit, & quasi hostem in vincula coiecit: nec prius dimittere

Altera victoria Amurata.

tere

Amurates
Turco se im-
peto abdi-
cit.

Ladislaum
Hungari re-
gen petiit.

tere voluit, donèc filium suū Laudislaū pro obside locauit. Paulò post ingrati- tudinem non minùs quàm captiuitatis calamitatè ponderans gubernator, cò- tractis copijs agrū Despotæ vastare cœ- pit, omnibusq; castris & dominijs illius quæ regni Hūgariæ ambitus cingebat, illum spoliauit, ampliusq; profligasset, nisi Despota illi filium Ladislaum obsi- dem incolumem restituisset. Dum hi motus in regnis pluribus flagrarèt, eti- àm Germani suis armis inquieti fuère. Suitenses intestinas seditiones concitã- runt, aggressi *Duricenses fœderis negle- glecti causa rem gestam hoc modo scri- bunt: Olim anno Domini 1371. prædicti Suiteñ cū multis sibi cõfœderatis, inie- runt cõfœderationis ligam cum *Du- ricensibus perpetuò duraturam, & ta- litèr extitit prouisum à partibus, q̄ inue- niri non posset modus, quo prædicta cõfœderatio valeret dirumpi. Erãt hæc patentibus chirographis & necessarijs cautelis partiumq̄ue sigillis confirmata atq; iurata. Fuit autem in hac cõfœde- ratione expresse cautum, vt quælibet pars seorsum cõfœderare se posset, sal- uo prioris cõfœderationis ligamine, cum quibuscunq; principibus, ciuita- tibus aut vniuersitatibus. Exceptū erat, vel saltem excipi debuerat, imperium & imperator, maximè cum *Duricensium ciuitas sit imperialis. Hac liga per 100. & amplius annos continuata, subortæ sunt inter eos discordiæ haud contènendæ. quamobrè ciues *Duriceñ circa an- num Dñi 1430. se cū illustrissima domo ducum Austriæ, salua tamen priori cõ- fœderatione, perpetuò colligãrunt.

His ità conclusis, Suitenses cæteri- que cõfœderati cœperunt indignari *Du- ricensibus, quos & requisierunt vt nouã cõfœderationis sponsonem dimitte- rent, vel super ea coram ipsis iuri starent. Non obstante Duricensiū exceptiõe le- gitima, asserētium q̄ contra eorū ligam non fecissent, & id cõstaret ex literis pa- tentibus, quibus cauebatur q̄ quælibet partium ligæ se liberè cum alijs quibus- cunq; & quãdocunq; cõfœderare pos- set, salua prioris cõfœderatiõis obliga- tione, (prout & Berneses nupèr cum ci- uitate Basileen, & quondam cum duce

Sabaudiæ se colligauère) Obtulerunt se quoquè ijdẽ *Duriceñ ad standum iuri corã Bernensibus & Solodoreñ, eorun- dem Suitensium cõfœderatis, & pluri- bus alijs principibus & vniuersitatibus. Nihilominus Suitenses ipsi minùs con- tenti de his oblationibus, & nisi coram suæ vniuersitatis tribunali iuri starent, bella sunt comminati.

Intereã illustrissimus princeps Alber- tus dux Austriæ, pro parte suæ domus & ducum Austriæ, petiuit terram quæ dicitur Ergoia, cū multis castris ac op- pidis, per dictos cõfœderatos antè per annos multos violèter occupatã, quam terram cõfœderati nec restituere, nec coram competenti iudice super his iuri stare voluerunt. gladio, inquit, ques- uimus, nec nisi gladio cõpulsis restitu- erimus. Quid plura? Suitenses cum suis cõ- fœderatis oēs ad arma habiles feruntur iurasse, q̄ quãtùm per ipsos staret, q̄ bel- la atq; lites contra principem Austriæ, nec non ciues *Duricenses non antè fini- rent, nisi prius p̄dictos *Duriceñ ad di- missionem cõfœderationis cum dicto principe & domo Austriæ nupèr cõfir- mata, & ad restitutionem chirographi super cõfœderatione cõfecti, & ad stã- dum iuri coram eis compulissent.

Ferores populi, mox cum suis cõfœ- deratis, seclusis tamè Berneñ & Solodo- reñ, in *Duricenses, quòd ab eorum liga desciuissent, comparato exercitu, in eo- rum agrum cuncta deuastantes exiurè anno Domini 1443. Quibus cum *Du- ricenses prælio congregi p̄sumpsissent, vsq; ad internecionem cœsi sunt ab ipsis Suitensibus. Id factū est prope capellam S. Iacobi leproforum extra muros *Du- ricenses. ibi enim vt aliqui referunt, ci- ues cum suis pausabant deliberabantq; Extũc 400. viri per Suiteñ ordinati, præ- currètes signo, quo nobiles ac *duriceñ, videlicet rubea cruce, utebantur, falso assumpto, tanq̄ amici illis permixti sunt: initaq; pugna hi fugam faciunt, secũq; ad fugam multos trahunt. At vbi eis op- portunum visum fuit, improuisos in- tra capellam & extra manentes cru- delitèr occidunt. Tanta verò in victos crudelitas ac rabies fuit, sicut refert Aeneas Syluius, vt eo in loco partæ victo-

*Duregen-
ses

Suitensium
Duricensi-
umq; mot.

Duricenses à
Suiteñ caeli.

victoria epulantes, congestis necatorum corporibus, mensas ac sedilia ex illis apparauerint, & aperientes hostium cadauera, cruorem biberunt, corda dentibus lacerantes. Nonnulli tamé ex illis anno sequenti, hoc est, 1444. iuxta leprosorium S. Iacobi extra portas Basileenses, eius crudelitatis (vt creditum est à quibusdam) pœnas soluerunt, de quo mox dicetur.

Circa annû Dñi 1440. Friderico III. reipresgnante, ars impressoria excudendorum librorum stanneis formulis, apud Moguntia Germaniæ ciuitatem primùm cœpit, quod inuentû nescio an vnum supra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia sua, vel vtilitate efferat. Tot extât hodiè trium principalium linguarû authores, tot fidei Christianæ monumenta, tot instaurati huius inuèti gratia libri, vt planè diuinitus datum munus reipub. crediderim. Debent Germaniæ literæ, debent authores boni, quibus hoc opere immortalitas est parata, quam obrè Philippus Beroaldus, & egregiè doctus homo, & Germaniæ præcipuè studiosus, in illius laudem ait:

*O Germania muneris reperitrix,
Quo nihil vtilius dedit vetustas,
Libros scribere qua doces premeudo.*

Sed fato Germanicis ingenijs datû putârim, vt in ære tractando nostri inprimis excellât: quod cum multis alijs patet, tum hoc præsertim impressoriarum formularû stannæ, ac alio inuento, bombardæ s. bellici tormenti genus est hoc, à sono sic appellatum. tale id est, vt Salmoena nihil ampliùs mirari soleamus, Germanicû inuentum, aliquânto quàm sit impressoria ars, vetustius, à plerisque scriptoribus impediò doctis celebratû.

ANNO 1442. Philippus Maria filiâ suâ Blancam desponsauit Francisco Sphorciæ, qui antea ei aduersabatur. dedit illi Cremonam cum agro Cremonensî & Pontremulum in dotè. Cõposita est pax inter Venetos & Philippum, hanc pacis conditionè agrè Eugenius ferens, q̄ Francisco cæteris socijs, se posthabito, de amissis restituendis cauisset, æstimatione non facta, quòd Pice-ninus Bononiam occupauerat, abire Florètia Romam instituit.

Eugenius itaq; anno Dñi 1443. Florètinis frustra eum retinere nitentibus, Româ veniens, die 28. Septemb. effusa obuiam vrbana turbè multitudine, nullo nõ genere honoris adhibito, ad portam Flaminiâ noctû diuertit. Sequenti verò die ad S. Petrû iturus, paratis de more supplicationibus, pontificio habitu vrbem incedens, tumultuari populum audit, ob duplicatum tributû vectigalq; nouum vino impositum. hanc ob-

rem factò silètio, audientibus omnibus, exactionè illam minorauit. quo factò, statim succlamatum est ab omnibus, Viuat Eugenius: cum antea clamassent, Moriantur noua vectigalia, eorumq; inuētores.

Paulò post beatum virum Nicolaum de Tolentino, ordinis Eremitarû, qui per plurimos annos antè obièrat, cû claruisset multis miraculis, sanctorum catalogo de communi consilio cardinalium & prælatorum adscripsit.

Anno 1444. factæ sunt treugæ inter reges Franciæ & Angliæ vsq; ad 18. menses, & filia regis Renati fuit promissa regi Angliæ, & quòd treugæ istæ meliùs seruari possent, conclusum est, quòd omnes gentes armorum tam Francorum quàm Anglorum, sub Delphino irent in Germaniam: quod & factum est.

Delphinus Ludouicus nomine, venit p hos dies cum magno exercitu intra limites Delphinus imperij, oppidum Montispeligardi comitû Germaniæ de Vuirtemberg obsidione cinxit. ibi cû adijt.

aliquãdiù maneret, castellanus pactis ad certum tempus oppidum tradidit, quo lapsò, liberè id restitueret. Postquàm autem loco potitus est, fama vndiq; aduentû suum publicauit. aliqui illum in auxiliû nobilitatis venisse prædicabant, apud alios vocatum se dicebat per Rom. regem Fridericû contra Suitenses.

Itali scribunt, Eugenium composita priùs inter reges pace, Delphinum cum equitatu in Basileen concitasse, vt illic dissiparet conuentum. Nonnullis ipse Delphinus se velle vendicare iura domûs Franciæ asseuerabat, quæ vsq; ad Rhenum protendi dicebat. Ex hac causa vrbem Argentinâ obsessurum se affirmabat. dicebat & se propter ducem Sigismundum venisse, & hoc non q̄ ità esset, sed q̄ fauorem ob eam causam sese putabat habiturum.

De eius exercitu varia dicta fuère, qui minora pbant, 25. millia fuisse censent. Cõcordatum est inter Delphinum & Alfatien, 25. millia suorum per hyemem in oppidis Alfatia recipi debere. Veniebant iam Delphini gentes, vulgò tum dicti Armeniaci, & cû iam in agrum Basileen omnem fermè militiâ Gallicam eduxissent, ingentemque Armeniaci. metum ciuibus incussissent, Suiten ex fœdere sociæ ciuitati 4. millia militû lectissimè iuuetutis auxilio misere, quos cû Delphinus appropinquare animaduertisset, medium inter Basileam & Suiten se opposuit, nec detrectauère illi certamen, quanuis pedibus pugnatu cõtra 30. millia equitum: pergunt, & priores Armeniaci turmas incidunt, plurimosq; neci dant. Armeniaci re-

trò cedentes, ad maiorem se exercitum recipiūt, illi sanguinis cupidi & auidi victoriæ, dum gloriã quærūt, propriam salutem amittunt.

Ventum est ad hospitale S. Iacobi, quod vix stadijs 4. à Basilea distat. ibi vniuersa multitudo Armeniacorum in Suiteñ irrui, nonnullis ante portas Basilecñ positis, qui exeuntes obseruarent cederentq;. Committitur atrox præliū, caduntq; ex vtraq; parte plurimi. præliū à principio diei vsq; ad finem protractum est, ad extremum nõ victi Suiteñ, sed vincendo fatigati, victoriam lugubrem Armeniacis reliquere: campusq; liber eis mansit, nõ virtute, sed multitudine superantibus. magna cedes equorum fuit. plures Teutones dum Suitenses vlcisci volunt, vitam amittunt. Suiteses ad vnum occisi feruntur.

Dum hæc agunt, rex Rom. oratores ad Delphinū mittit episcopū Augusteñ, & Iohannē de *Misch* Doctore, nonnullosq; milites, perscrutatū quid causã sit, q̄ imperium cū exercitu sit ingressus. redeunt oratores, & Delphinus oratores suos adiunxit 5. viros præstantes. Interim ex parte concilij Basilecñ cardinal. 2. Arelateñ & S. Callisti, pluresq; alij doctores Delphinū aduēt, & cum his ciues Basileenses, deprecanturq; nõ concilio vel orbí noceat. Is rursū suos Basileam nuncios mittit, qui habuerūt diuersos tractatus. nã & oratores Felicis papæ Amedei, totiusq; Suiteñ factiõis illuc cõueniant. oratores Delphini dicebāt se vocatu regis contra Suiteñ venisse. Tandem post deuastationem Alsatia, nõ sinè suorū strage maxima, reuersi sunt ad propria anno 1444.

Certū ego habeo, quòd Delphinus arcē & oppidū Môtispeligardi dn̄is comitibus de Vuirtemberg iuxta promissa restituit. audiui à portario arcis, dixisse Delphinū, dū fuerat intromissus, primū suspēdi debere castellanū, qui oppidū tradidisset tanta arce munitū. Interea Carolus rex pater Delphini exercitū duxit in Lotharingiam, & Metensem obsedit ciuitatem per 5. menses. tandem abijt per compositionem.

ANNO dn̄i 1442. Alphonsus Ferdinãdi regis Aragoniæ filius, qui Ferdinandus fuit regis Hispaniæ vltioris gnatus, qui currentis equi lapsu exhalatus fuerat, Renato Andegauenfi superato, vt prædictum est, & pulso, in regnum Neapolitanum succedens, regnavit annis fermè vigintidubus, cum diū antè regnasset in Aragonia, Sardinia & Hispania.

ANNO Dn̄i 1445. misit in Germaniam Eugenius papa legatos & concilij dissipã-

di causa, & vnionis Ecclesiasticæ restituendæ noīe, qui cū Basileæ diū nihil egissent, Romam reuersi sunt, quorundã principum obedientiam declarantes. Nam interim dum ipsi legatione fungerent, Germaniæ principes aliquoties conuenere: primū in * Noribergo, deindè in Francofordia, demū in Oschoffenburgo, cuiñ sese addicerent, agentes. Eratq; Basileo cõuentui magna spes obtinendæ obedientiæ pro Felice, quòd in hancsententiam principes electores sex cõuenissent, vt nisi Eugenius eorū postulatis annueret, fore vt Felicem Sabaudieñ sectarentur. postulata principū à Pont. quæcūq; ea fuerint, difficilima prodūtur, sed eorum conatus, optimus piētissimusq; princeps rex Fridericus præuertit, Eugenij mandata fouens.

ANNO 1445. Cōstantinus Palæologus vltimus ex ipsa familia Græcorum imperator, hoc anno lohãne eius Germano Impatore sinè filio defuncto, in imperium succedens, imperauit annis 8. vir quidem à principio ingentis animi, qui cū primò Peloponesi rex esset, cum Turcis sæpius confli- gens, eos sæpissimè fudit: ac etiã fines suos exiens, hostium agros persepè populari ausus fuit, multa eorum oppida vi & armis expugnare nõ extimuit, cui rei causa Draconis cognomentum suscepit. Sed postmodum Heraclea oppido munitissimo ab Amurate Turca sibi ablato, & muro q̄ grecos à Turco seruabat illæso, demolito, ad eò illi animus decidit, vt & gestorum præteritorū omninò immemor, nullum deinceps clarum facinus agere visus sit. quapropter timore perculsum, Amurate deindè mortuo, mahumetus eius filius tributis non contentus, multauit nõ modò impio & Constantinopoli, sed & vita adæpta.

Anno eodem Ludouicus Gonzaga secundus Mantuanorum marchio, patre Iohanne Francisco marchione defuncto, successit. imperauit annis 33. vir quidem fortis & iustus, literis adprimè eruditus. Sed & militadi scienciã ab ineunte etate ab ipso patre suo exercitando didicit. deindè exactis adolescētisq; annis sub Philippo duce mediolani, cum Nicolao Picenino militare curauit. Postea cū Frãscisco Sphorcia integer factus socialia bella pegit, cū quibus militas, sæpè hostiles acies fregit. In Aragonijs castris multas terras gentesq; expugnauit, ppter quod apud multos cognomēto turca dictus est. Ad eò aut̄ pmissi fidelis est habitus, vt nullis blãdimētis, nullis muneribus, nullis terroribus à pmissa fide distrahi posset. Et ppter eã ipsum Philippus dux filius, Franciscus Sphorcia fratrem, & deniq; Ga-

De oppido Montispeligardi.

Metis.

Ar. de h. licis obedientia.

Constantinus vltimus Græcorum Imp.

Lud. Mā. tur. marchio.

leatius ipsum patrem appellare consueverunt: cuius tanta dignitas fuit, ut totius Infubriae iustus arbiter sit appellatus.

Tandem anno 1478. mense Junio leui genere mortis obiit, filijs 5. ex Barbara Ioh. Bradenburgen Marchionis filia susceptis. Fridericus illi successit, Franciscus Ro. Ec. cardinalis fuit, filiam ipsius Barbaram inclytus dominus meus comes Eberardus de Wirtemberg duxit uxorem.

ANNO 1446. ut ferè omnes, sed ut ex supputatione successoris sui colligitur, anno 7. moritur Eugenius papa, pontificatus sui anno 16. Kalend. Martij, vir ingenio & gestis rebus insignis, & in B. Petri basilica sepelitur sepulcro marmoreo. vacat sedes dies 12. ut refert Platina.

Anno nostri saluatoris 1447. pridie Nonas Martias in Ro. pontificem creatus est Thomas * Sarfanus, humili loco & familia nat^{us}, matre Andreola, patre Bartholomæo physico, Nicolaus 5. vocatus. sedit annis 8. vir certè tanto principatu dignissimus, ad eò tamen modestus, ut tanto se magistratu indignum arbitratus, rogauerit cardinales omnes, supplex etiàm, ut ecclesie Dei maturius consulere. Verùm Tarentino cardinali eum adhortate, nè cursum S. Spiritus impediret, collu tanto oneri subiecit. Interrogatus, ut sit, cardinalis Portugaleñ, à conclau prodiens, quem pontificem creassent: respòdit, Non nos Nicolaù, sed Deus pontificem designauit. Vno itaq; & eodem anno Thomas Sarfanus & episcopatu Bononieñ, & cardinalis dignitatem, & pontificatum adeptus est, cum maxima totius cleri populiq; lætitia.

Laudatur autem Nicolai liberalitas, qua in omnes vsus est, maximè erga literatos, quos & officijs & beneficijs mirificè iuuuit, eos præmijs ad componendum & ad vertèdos Græcos authores in Latinum ita perpulit, ut literæ Græcæ & Latinæ, quæ 600. ià annis in situ et tenebris iacuerat, demù splendorè aliquè adeptæ sint. Nicola^{us} cum pòtificatù inijisset, pter omniù spem, mudi principes, cum esset còsilio & virtute illustris, in oibus habuit fauorabiles: at pacis & qetis amator, celebrata de more coronatione, mox factis ingèti apparatu litanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalè Morineñ Ferrarià mittit còponèdæ pacis causa, quò legati interuentu & autoritate ad pacè magis impelleretur animi partiù, missi eò, pperè Alphonso, Philippi, Venetorù, Florentinorùq; legati, q post longà disceptationè hác Philippo optionè dedère, ut vel inducias in quinquenniù à Venetis Florentinisq; acciperet, vtraq; parte possidète

quæ tenebat, vel pacè pmutatis quibusdà oppidis. verù mors Philippi impedimèto fuit vtriq; optioi. Nam cum hæc ageretur, Philippus maria primùm aduersam valetudinè oculis cap^{to} incidit, vitæ tædio & languore simul pfluuiò vètris corrept^{us}, sexto Idus Augusti anno 1447. obiit, Alphonso rege hærede instituto.

Populus cognita ducis Philippi morte, Mediolani in libertatè sese pclamauit, 12. viris electis q remp. administrarèt, castrum portè Iouis instar excellèntissimæ regie, captu ac dirutu est, & testamètu Philippi dilaniatu. Ad dominiù Mediolanense multi adspirauère, sed qui coloratis vteretur titulis, quatuor fuère. Fridericus imperator deuolutu ad se principatu, Philippo sinè liberis legitimis vita subtracto cõtendebat. Alphòsus rex testamèto hæreditatè petebat, Carolus dux Aurel. ex sanguine vicecomitù nat^{us}, ab intestato id sibi deberi aiebat. Fraciscus Sphorcìa vicecomes, coniugè suã quæ Philippi filia fuerat, hæreditatè patris suscepturã aiebat. Audiatæ sunt legationes omniù in senatu Mediolanèñ, quaru aliqua sermone directo dominiù petière, aliq; per simulationè oblatis còtra Venetos auxiliij insinuare se populo satagebat. Sed ciuitati q iam libertate gaudebat, nulla còditio placuit, qua iugù susciperet: obtulit tamè impatori cèssum quotannis aureum poculu, si libera suis legib^{us} dimitteret. dilaniabat interea Philippi hæreditas, Veneti Placentiã, Cremã, Laudã occupauère: dux Sabaudie Ludouicus Valentia & Còfluentiam inuasit, & alij alia.

Philippi gener Fracisc^{us} Sphorcìa eo ipso anno ex Piceno pulsus, cum intelligeret Venetos oia occupare, celeri cursu cù vniuerso exercitu Cremonã venit, & pfidijs in ea positis, statim à Papièñ vocatus, vrbè eã in suã potestatè recepit. Quib^{us} gestis, à Mediolanèñ summo oim còsensu copiaru dux còtra Venetos delect^{us} est. Quibus cù sepè feliciter cògressus est, quare auctis viribus tm conat^{us}, ut breui tpe Mediolanèñ ducatu occuparit. Mediolanu vrbè restituit inde, multaq; cum Alphòso bella gessit.

Nicolaus pòtifex audientia in principio nimia oibus dabat die noctuq; ut requiem sibi opportunã subtraheret, & quasi còtract^{us} fieret, sed postmodum tardã & rarã audientia pstitit. Visitat^{us} est à principibus & còmunitatibus multis Christianis, cògratulationibus eidè, etsi Sabaudie duces non nihil resisterent.

Amedeus post 2. annos vel circiter à Friderico Impatore ac alijs nonnullis exhortatus, per pcuratores suos corã ipso Nico-

Philippi
Maria in-
teritus.

Franciscus
Sphorcìa
dux medi-
olani.

Nicolaus
papa.

Franciscus
Sphorcìa
dux medi-
olani.

Felix pō-
tificatu
abdicatus.

lao renūciauit omni iuri, quod haberet vel habere p̄tenderet in papatu, certis cōuētionib⁹ adhibitis, videlicet vt cardinalis remaneret ac legat⁹ in Germania & regione sua. cardinales etiā aliq ex suis, in dignitatib⁹ suis remaneret, q̄ doctissimi viri erāt, & alij p̄lati in sedibus suis. Quibus om̄ibus Nicola⁹ Pont. cū cardinalib⁹ accegit p̄ bono pacis & amotione schismatis Basileē. Sed & impator principesq; Germaniæ in Oschoffenburgo cōueniētes, declarauerūt se p̄ Nicolao, mādanitq; impator oībus p̄ Germaniā cōstitutis, nicolaū p̄ vero & indubitato Ro. Pōt. venerari debere, & Basileē sib⁹ vt cōciliū d̄mitterēt, nec vltra festū S. Martini retinerēt, quod publicatū est anno Domini 1447. circa festū S. Michaelis.

Renūciatio Felicis facta est anno 1449. qua cōcordia non solū letat⁹ est populus Ro. sed etiā tot⁹ mūdus à tāta seditione liberat⁹. Et Nicola⁹ app̄bauit acta in cōcilio Basileē. extāt literæ incipientes, Nicolaus &c. ad perpetuā rei memoriā. vt pacis. q̄ data sunt anno Dominicę incarnationis 1449. docimo Kalend. Iulij. Impressæ sunt cum actis cōcilij Basileensis in fine actorū, quæ tamē sanē intelligendæ sunt.

ANNO 1448. rex Francię Carolus fecit ordinariū regno, vt deinceps p̄petuō vnacq;q; parochia haberet vnū armatū, qui vt melius illi rei inferuire posset, cōstituit vt esset liber ab omni exactione.

Sequenti anno rex Carolus cepit totam Nortmanniā, quā antē tenebāt Anglici, & in gratiarū actionē instituit p̄petuis tēporib⁹ fieri p̄ regnū suū. p̄cessiōes 12. die Augusti, in quo cepit vltimū locū p̄sidio Anglorū munitū. Pari modo anno pōst sequēti reduxit in suā potestātē Aquitaniā, redditatum est regi Burdegala & tota Aquitania.

ANNO 1448. Iohan. de *Westernach*, p̄positus & antecessor me⁹ ecclesię collegiatæ S. Crucis in *Stuttgarten* Constañ diocesis, iussu illustrium fratrum Ludouici & Vdalrici comitum *Vuirtembergæ* & *Mōtispeligardi*, impetrauit priuilegium à Nicolao 5. quōd ipsi comites ac subditi liberè tēpore quadragesimali vti possint lacticiuijs, durante carentia oliuarum ac piscium. hoc priuilegium magister Iohan. *Spēlin*, medicinæ & theologiæ doctor & p̄positus in *Serrenberg*, impugnavit, asserēs malè fuisse narratum: tandē examinātū est negociū ab episcopo loci, & admissum est priuilegium.

In hac generatione dux Ludouicus comes Palatinus Rheni, princeps clarissimus, duxit vxorē dominā Margaritā Ludouici

regis Siciliae relicta, filiā Amedei ducis Sabaudia, q̄ in papā à cōcilio Basileē elect⁹ fuit & Felix dictus. Erat mulier forma & moribus p̄clara, annorū circiter 20. ex ea genuit Ludouicus dux Philippum, & pat̄lō pōst moritur, nōdūm matura ætate, bonis oīb⁹ p̄ dolore & desiderio hominis lugētibus. reliquit autē sobolē Philippū puerū nobilissimū, qui, p̄ ætate Electoratū impij sibi à patre relictu gerere nō poterat. Ea gratia patru⁹ ipsius Fridericus iam florida ætate, acer & bellicosus, cōsentiētibus terræ optimatibus, arrogauit Philippū infantē, gubernationemq; p̄uincię tanq̄ dñs suscepit, & electorē impij se dixit, cælibatū perpetuū, vt scribit Aeneas Syluius, p̄misit, nē arrogato filio, vxorem ducens, p̄iudiciū faceret. Rogat⁹ Nicolaus Pont. hoc gen⁹ adoptiōis cōfirmavit. At Fridericus Imp. sæpē multūq; requisit⁹, id facere recusauit. fuit autē Frideric⁹ princeps singulari prudētia, magnitudine atq; strenuitate insignis, bello faust⁹, vt qui multa armis dominio Palatinatūs adiecit. De cælibatu non est clarum, cū postcā vxorem duxisset ut.

Mortuus est autē Ludouicus dux & comes Palatin⁹ anno 1449. Deindē post aliquot annos relicta ei⁹ dña Margarita mulier adhuc iuuenis, spe (vt credit⁹) p̄licādi in tertium matrimoniū consensit, & sic toro iuncta est illustri Vdalrico comiti de *Wirtemberg*, ex eoq; suscepit plures puellas. fuit autē hoc matrimonium seminariū multorum malorum.

Eodem anno 1449. grauiā bella exorta sunt in superiori Alemania inter Albertū marchionem Brandenburgen, cui adhæsit inclytus comes Vdalricus de *Wirtemberg*, & inter ciuitates imperiales. traxerunt ad se hi principes nonnullos alios: acre bellum & diuturnum fuit, in quo potētia nō contēndæ cōcurrētes, infensissimis odijs biennio propē certauēre. Nouē p̄ælia cōmisisse cum Norinburgen fertur Albert⁹, ex quibus octo victor cōfecit, in vno tamē victus succubuit. neq; de pace conuenit, donc̄ exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis, commeat⁹ & pecuniæ contendētib⁹ defecēre.

Comes autem Vdalricus maxima clade ciuitates imperiales per Suetiam sibi vicinas affecit. Audiui ego oppida p̄dis referata, cellariaq; in quibusdam oppidis captiuis erant repleta. Tādē verō in die Martis post commemorationem omnium animarum, anno Domini 1450. Vualterus de *Ehingen* Ulmenis, vir prudēs & strenuus, & ceteri capitanei ciuitatum imperialium

Stet
Priop

per

per Sueuiá, cum satis iusto exercitu ingres-
si terras p̄dicti comitis Vdalrici, cæde atq;
incendio vastarunt quæque obuia. Con-
tra quos stipendiarij milites eiusdem co-
mitis, inter quos erant nonnulli comites
atque nobiles viri, tumultuariè contractis
copijs, magnis itineribus aduolant, irru-
untq; in hostes. prope oppidum imperiale
Wesslingen. prælium cõmissum est atrox, vi-
ctiq; sunt ciuitatenses. Capitanei ferè oim̄
ciuitatum imperialium Sueuiæ vel capti vel
occisi sunt, pauci beneficio noctis elapsi.
paulò pòst primùm Albertus marchio, de-
indè comes Vdalricus, alijq; principes pa-
cem ex sententia nacti sunt.

ANNO sequenti adhuc durante p̄dicto
bello, ex pestilentia obiit in *Wragh* excelsus
magnificusq; comes Ludouicus de Vuir-
temberg & Montispeligardi, princeps in-
tegrissimus, apud Carthusiën *sum Guttel-
stätt* iacet sepultus. reliquit duos filios Lu-
douicum & Eberardum, & totidem filias
Mechtildem & Elizabetham. suscepit eam
plem ex Mechtilde filia quondã Ludoui-
ci comitis Palatini rheni, & ducis Bauarię,
quæ biennio pòst nupsit secundò Alber-
to archiduci Austriæ. Ludouicus in adole-
scētia est mortuus, Eberardus ex vxore fi-
lia Ludouici marchionis Mantuę Barbara,
vnicam generauit filiam, quæ & mox mor-
tua est. Mechtildis Ludouici filia, nupsit
Guilielmo Lantgrauio Hassiæ, generauit
duos Guilielmos. Elizabeth nupsit pri-
mùm comiti de Nassau, generauit filium,
deindè eo defuncto, nupsit comiti de Stal-
burgo.

ANNO Domini 1449. Borsius Estensis
marchio & primus Ferrariæ dux, Leonelli
marchionis frater, & Nicolai Estēsis filius,
Leonello fratre natu maiore defuncto, suc-
cedit. sedit annis 22. vir ingenio diuino &
morib; supra hominē, in quo nihil nõ ex-
cellens aut admirandũ erat, cuius verba fa-
pientia plena, opera grauissima, propterea
ei omnia secũda semp̄ fuere & fausta. ad
eum cùm Frideric⁹ Ro. Imp. accessisset, vi-
sa hominis celsitudine, illum Mutinæ &
Rhegi j q̄ sunt iuris impij, ducem creauit.

ANNO Domini 1450. iubileus ex more
rituq; patrum celebratus est. Romã tanta
Christiani populi multitudo confluxit, vt
innũeri tumultu sint oppressi. Sed hac re
præsertim Nicolai Pont. prouidentia pro-
bari solet, qui & vias quasdã amplificauit,
& nè vnq̄ decisset tanto confluxui victus,
diligent̄ cauit.

ANNO dñi 1452. Fridericus 3. Romã co-
ronę imperialis gratia venit, qui etsi longè
antè electus fuerat, intercedēte tamē schi-

smate, vsq; ad Nicolaũ 5. coronationē im-
perialē distulit. Rebus autē Germaniæ cõ-
positis, ordinatisq; p̄sidibus Austriæ, p̄se-
cutus est iter ad oppidum S. Viti peruenit,
ibiq; natiuitatis Dominicæ festa pegit, ad
quem locum & Ladislaum regem profici-
sci iussit, indè Villacum se confert, oppidũ
supra Drauum situm, non longè ab Italiæ
finibus. ibi & Boëmi & Hungari conuene-
rant nobiles complurimi, qui Romæ vide-
re coronatiõem, Italiæ spectare mores, mi-
litiæ cingulũ mereri magnoperè optabāt.
Ibì quoquē dux Austriæ Albertus, ger-
manus Cæsaris erat, qui splendidũ ex Sue-
uia comitatum ad se vocauerat. is tum & in
Iubileo fuerat. Cæsar relicto Villaco, alpes
ascendit, quæ Germaniam Italianq; dis-
iungunt. præmissis Alberto cum parte co-
piarum, ipse regē Ladislaum secum ducēs,
Kalend. Ianuarij Italian intrauit. Et vt re-
fert Aeneas Syluius, Ladislaus sæpè fugam
molitus est, cõsilio pædagogi frer⁹, cū quo
postea capt⁹, pædagogo in vincula cõiecto.

Legatos Venetorum patricos domi-
potentes, obuios Cæsar habuit, qui cum
ingenti gaudio exceperunt eum cum reli-
quijs occurrentes & clero, ac victum sinè
precio administrarunt, quocunquē Cæsar
in territorio Venetorum diuertit. Occur-
rere frequentes populi, laudare splendidũ
Cæsaris comitatum, arma lucētia, decoras
iuuenum facies, speciem Cæsaris imperio
dignam. Multa super Ladislao rege prolo-
qui, angelicum vultum, quietos mores, vl-
tra ætatem gestus. Potissimùm autem Tar-
uisini singulari affectu Cæsarem inspe-
runt, memores olim sub ditione Auustrali-
um se fuisse, quorũ adhuc in p̄torio signa
videntur: Patauini quoquē, non ignoran-
tes ad imperium se pertinere.

Inter hæc Teutones plurimi ex Sueuia
& Franconia Rheniq; partibus per vallem
Tridentinam, Veronam, Mantuamq; trá-
euntes, Ferrariam veniunt, prætolantes
Cæsaris aduentum. Ea re cognita, relicto
Patauio, Ferrariam petijt, vbì Borsius læ-
to vultu honoratum se præbuit, ac omnem
magnificētiã ostentabat. obmissa Ferrar-
ia, Bononiam pergit, vbì Bessarionem le-
gatum apostolicum occurrentem reperit.
Franciscus autem Sphorcia tum Mediola-
ni dux, imperatorem per legatos ad coro-
nam ferreã Mediolani suscipiendã, vt mos
erat, inuitauit. qui renuens, Romã alio iti-
nere profect⁹ est. Cæsar è Bononia digres-
sus, montes Apæninios ascendit: ingres-
susq; Florentiam, exceptus est honore
maximo. aduenienti totus clerus cum ar-
chiepiscopo in p̄cessionē, præsentibus vr-

bis magistratibus obuiam facti fuere, locatus fuit in conuentu S. Mariæ Nouellæ, mansit 4. diebus, deindè Senas profectus est cum legatis Apostolicis.

Leonora
regina Lu-
sitaniæ.

Cùm Fridericus Senis esset, Leonora filia regis Lusitaniæ seu Aragonum sibi desponsata, Pisas venit, virgo statura mediocri, annos nata 16. læta fronte, nigerrimis atq; illustribus oculis, ore paruo, genis ad gratiã rubescentib⁹. Imperatrix igit Senas deducta est ieiunijsecunda die. occurrerunt primò ciues natu maiores, deindè Albertus & Ladislaus, postea clerus. Fridericus cum legatis apostolicis extra duas vrbes portas sponfæ aduentum expectabat: qua visa, in amplexus ambo venere. vbi hæc gesta sunt, Senenses marmoreum lapidem erexerunt.

Cæsar post iter suum vrbes versùs cõtinuat. apud Viterbium, mandante pontifice, ingès honor illi exhibitus est. Ad idus Martias ex Sutrio iter Romã cepit, & quicquid nobilitatis in vrbe fuit, obuiam datũ est. Venit Cæsar in eminentem collem, vnde vrbes spectare potuit. læta omnis nobilitas, caput orbis videns. vbi de colle descensum est, sacer senatus apostolicus occurrit. Sequenti die in prata proxima vrbi omnis Cæsaris comitatus se recepit. Cæsar trabea vestitus, inter legatos Italicos eminebat: Imperatrix mirificis ornata cultib⁹, Portugalensibus circumdata, omnium in se oculos attrahebat. Ladislaus Hungariæ & Boemiæ rex, tenera ætate purpuratus. Albert⁹ germanus Cæsaris, militiæ ductor obequitans, suum cuiq; locum demonstrat. duo Cæsaris vexilla fuerunt, alterum quod S. Georgij vocitant, deindè vexillum aquilæ.

Vrbẽ Ro.
Fridericus
ingreditur

Dum vrbes Fridericus ingreditur, Marscaleus ei nudum ensẽ præfert, episcopus Spoletinus vicarius pontificis, ac plurimi episcopi & abbates infulati, sanctorum reliquias ferentes occurrunt. Cæsar sub aureo panno, quod vmbraculum vocitãt, introducit usq; ad gradus basilicæ S. Petri. ibi Nicolaus pontifex sede sedens eburnea, pontificalibus indutus, senatu cardinaliũ circumstante, verbis paternis & supra modum benignis Fridericum suscipit, cui pedibus suis exosculatis, auri massam obtulit. Tum quoq; Ladisla⁹ & Albertus, ac demum imperatrix, pedes basiauerunt. Nicolaum deindè rogat Fridericus, vt ex plenitudine potestatis se Romæ Longobardorum regem coronaret.

Idibus igitur Martijs apud S. Petri summum altare, Fridericum in regem Longobardorum coronauit pötifex, & Leonora

per Oratores desponsata, inter Missarũ solennia denuò ei deuincta fuit. Absoluta Mediolanẽ coronatiõẽ, postridiẽ solennitas Augustalis cœpta est. Romanus Pontifex ad summã B. Petri arã in sublimi throno confedit. extra cancellos duo tribuna lia fuere, alterum Friderico, Leonoræ alterum deputatum.

Fridericus postq̃ iusurandum B. Petro & Nicolao in ea forma pstitit, qua Ludouicum Caroli filium iurasse decreta cõfirmant, alba indutus, in canonicum S. Petri receptus. Indè Augustali paludamento accepto, in medium basilicæ profectus, trianam benedictionem suscepit. exindè ductus ad altare S. Mauricij, in scapulis atque brachio dextro est pro veteri more oleo sacro delinitus, similiter & Leonora. Pontifex rem diuinam inchoauit. inter celebrandũ diuersæ solennitates seruata sunt. sceptrum, quo regia potestas indicatur. pomum, quod mundi dominum ostendit: ensis qui belli iura demonstrat, per varias vices data. Postremò corona aurea infulata, preciosisq; gemmis cooperta, Cæsario capiti imposta. Imperatrix quoque post Cæsarem coronam ex manibus pontificis suscepit, quam coniugis fuisse Sigismundi constabat. Cæsar quauis ornamenta sibi precio incredibili comparasset, in hanc tamen solennitatem pallium, ensẽ, sceptrum, pomum, coronamq; Caroli Magni ex arcibus Norinbergenẽ ad se deferri curauerat.

Vt autem coronationi diuinisq; rebus impositus est modus, Leonora in suas ades secessit: papa & imperator ad gradus basilicæ simul venerunt, ibi pontifex Palafredum ascendit, eiq; Cæsar dextratoris officium per aliquot passus exhibuit. equo deindè conscenso, vsque ad ecclesiam S. Mariæ vnà profecti sunt. Tunc Papa in palatium redijt. Cæsar in pontẽ Adriani profectus est, vbi Albertum fratrem pluresq; duces & comites ad militiæ puxit honorem, ter quenque percutiens. Trecenti eodie percussi milites referuntur. deindè cùm sol occideret, ad Lateranum se conferens, splendidum ibi conuiuium habuit.

Imperator igitur Fridericus anno Domini 1452. die 18. mensis Martij, imperatoria corona donatus, Alphonfi regis Aragonũ precib⁹ Neapolim cõtendit, & post eũ Leonora. mansit illic Cæsar sanctã hebdomadam & octauã Paschæ: ostendit quoq; illi Alphõsus thesaurũ suũ, & quicquid preciosum habuit. Indè Cæsar naues ascendit, romam petiturus. Imperatrix octo diebus apud auunculũ postea mãsit, deindè Má-

fre.

Mediolanẽ
corona
Romæ
cepit.

*dominũ

Augusta
Friderici
coronatio

fredoniam profecta est, atque illo ex loco per mare Venetias nauigauit.

Imperator rediens ab vrbe Ferrariam, Borsum Estensem Mutinæ & Rhegij Lepidij ciuitatum ducem creauit, qui pro tanta dignitate suscepta, monile preciosum dono Cæsari dedit, quod pater 21. millibus aureorū emisse ferebatur. Nam & hæ duæ vrbes imperij ditionis erant. Ibidem etiã veniens, Galeatium Francisci ducis Mediolani filium, cum ingēti apparatu obuium habuit, cuius suauis & eleganti oratiōe Cæsar allectus, susceptis eius muneribus, illum auratum equitem creauit. Deindē Cæsar ingressus nauem, per fluenta Padi Venetias petijt. cū ciuitati proximus esset, nauigia infinita & artificum & nobiliū occurrerunt, mirabiles ludos præbentia, mansit apud Venetias diebus decem. sumptus ei & conforti suę magnificē non solū in vrbe, sed & in omni eorum territorio præbiti sunt. deindē recedentem senatus vsque ad litus secutus est.

Fridericus post relicta Italia, cū Germaniæ metas attigisset, horribile visu, dictu mirabile videri potest, quā turbidam aëris faciem, mutatum cæli vultum offenderit: quod præfagium futuræ cladis multum iudicauerunt, præsertim cū intelligeretur, quosdam principes res nouas in Germania & Hūgaria moliri ob regem Ladislaum adolescentē. petentem enim Italiam Cæsarem rogauerunt Australes, vt Ladislaum in paterna hæreditate apud se dimitteret. Reiecta petitiōe, authoribus duobus Vtricis, altero Ciliæ comite, altero Eizingero, sumptis armis, redeuntem ex Italia Fridericum apud Nouam ciuitatem obsidione cinxēr. (quanuis à Nicolao Papa iussi essent, nē tutelam Cæsaris impeditēt) coeunt acies, & vbi res gladio geri cœpit, ac virum præhendere, pugnatū est aliquandiu. Postremō Cæsarianorum acies non tam virtute, quā multitudine superata, terga dedit, atq; in vrbe trepidē se recepit.

Vnius militis *Sontyrcher* audacia ciuitatem tutata est, qui, nē victores cum victis vno agmine irrumperēt, tam diū pro porta solus impetum tenuit, donec conuersi fugientes, globo factō, ex loco difficili hoste repulso, ianuā clausēre. Firmata est deindē obsidio, & oppugnata machinis mœnia. Hungari nondūm venerant.

Post multos tractatus Imperator interuentu Caroli marchionis Baden & archiepiscopi Saltzburgen Sigismundi, Ladislaū e manu sua dedit Australibus multa promittentibus, quæ mox negauēre. Inter cætera conuentū erat, ad 3. Idus Nouemb. cō-

uentū Viennæ habere, in quo vocati Boëmi Hungariq; de tutela regis nōdūm puberis cōuenirent. Ladislaus interea in potestate comitis Ciliæ extra Viennā degens, nihil prius administraret, quā conuentus eius promulgaretur decretum.

Verūm puer postridiē in vrbe ductus, summis nouisq; honoribus exceptus, euestigō magistratus in ciuitate creauit, præfecturas in tota prouincia instituit, sacerdotia donauit, regio more curiam erexit.

Venerat illuc gubernator regni Hūgariæ Iohānes Huniades, multiq; pceres, quibus rex cūctis inter primores locū eminentiorē dedit, vbi gubernator on^o sui officij, quod iam 8. annos gesserat, spōtē exiit, regnū Vngarię regi Ladislao restituit, ppter quod rex ipse Iohannē meritis erga se cōmēdatū, alto throno regali quoquē habitu in maiestate sedēs, assistētibus sibi principib^o, baronib^o, ac regnorū suorū platis pluribus, magna solennitate comitē Bistriceū creauit, armorū quoquē insignib^o additis. Quibus peractis, rex ipse comitē iam creatum vnā cum alijs in Vngariam remisit.

Accersiuēre tunc regē suū Boëmi cum Georgio Pogebratio, quibus nō minora Ladisla^o pollicit^o, quā pater atq; auus pmiserat. verūm Ladisla^o quib^o rex appellaret, alio tamē arbitrio duct^o, regna sua trib^o viris cōmendauit. Iohānes Huniades Hūgariā rexit, Pogebratio Boëmiā, Vtricus comes Cilię Austriā. penēs hūc maior auctoritas, q regē i potestate habēs, illis quoquē impare posse videbat. pmiserat em & Vngaris & Boëmis regē ad eos ppediē venturū. Vngaris primūm satisfacere statuit, diē illis apud Pozoniū cōstituit. cōueniūt frequētes Vngari, res ibi pro volūtate Huniadis ordinātur. vterius tūc regnū ingredi, nec regi, neq; comiti visum. fit opportunē reditus in Viennā. Boëmisq; dies statuit, qua regē coronandū Pragē suscipiant.

Comiti interea, vt quā splendidē regē in Boëmiā duceret, aurum deerat. Mos est Australibus, quotiēs repētina principi necessitas ingruit, ex subditis p modo facultatum pecuniā exigere, permisso tamen pvincialiū. cōuocātur p veteri cōsuetudine 4. stat^o, sacerdotes, barōes, nobiles, ciuitates. ibi comes p sēte rege necessariā fore pecuniā suscipiēdā. hortat, annuat. Cōuentus deliberādi copiā petit. ibi Eizinger^o, quā iā pridem comitis opa grā regis exciderat: Quid agim^o viri Australes, inqt, sempēr nē micipia Ciliæ comiti erim^o? impatoris iugū excussim^o, vt comiti seruirem^o? ille nou^o homo, nos oēs p seruis habet. rex, nesciētib^o nobis, pmissus Boëmis, neq; cōtentus

duorum regnorum gubernatores vestigales sibi fecisse, Austriam etiā exhaurit: nam quota portio est, quam regius sumptus accipit? quicquid reliquum est, comiti cedit. maior ei, quā regi, familia seruit. taceo concubinam instar reginæ cultā, cuius virum conciuem vestrū ō Viennē, interfecit. plena p̄donibus & meretricibus domus eius. magistratus, p̄fecturas, sacerdotia vendit. offendisse maiestatem conuincitur, quisquis diues habetur. Pecuniā, qua in Boemiā pergat rex, fateor, non iniqua postulatio, si fraus absit. sed hæc pecunia nō regi q̄ritur. pax comitis, nostrū bellū est. pudet me patiētiam n̄q̄. resumite spiritū, accingimini mecū. aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo.

Placet consilium, dant inuicem dextras, iureiurando se adstringunt, alteri alterum non defuturum. Nec morati, regem adētes, se daturus argentū, puinciales offerūt: esse tñ, q̄ soli sibi mandato perferant, rempublicam Austriæ concernentia. Iussis exire cæteris, soli apud regem manent. Ibi Eicingerus, regi Australi sanguine nato dicit nullos fideliores Australibus, ægrè ferre malam administrationem: comitem ditare suos, regem ad inopiā redigi: Ladislaum regem vocari, comitem regnare: gubernatorem Vngariæ anno 24. millia nummū regi p̄dere, comiti 12. millia, id ipsum reliquos puinciales facere, omnes comiti vestigales esse, nihil dubiū quin ausit eius mens hominis ad regnum quoq; aspirare, amouēdum eum priusquam meditata perficiat.

Intrōmisso comiti deliberatio conuentūs exponitur, p̄missa pecunia dicitur. Eius exigendæ causa cū Viennā venissent principes, comiti in regis p̄sentia Eicinger ait: Ab hac hora comes regiam tibi curiam interdicitā scito, abi quò libet gētium, neque posthac gubernatoris nomen, neq; consiliarij, neq; regis familiaris vsurpes. Hæc me tibi dicere rex iussit. Ad ea comes, nihil mutato vultu, indignū se, cui talia dicerentur, respondit: æmulorū suorum ea esse, nō regis: se patri Alberto, matri Elizabethæ, ipsi Ladislao summa fide seruiuisse, pro eo prius fudisse sanguinem, quā nasceretur, bella eius difficilima cōfecisse, fuisse in carceribus, patrimonia fudisse, impatoris odium incidisse, vt regnū ei cōseruaret, scire se benignū regem habere, & beneficij memorem: verba hæc Eicingerum inuidiæ causa excogitasse.

Eicingerus de statu suo sollicitus, priusquam comiti responderet, ita inquit: Ego mandante rege verba feci, ipse adest, dicat: effare tandē rex optime, nec nos vltra suspensos tene. Tum rex placidē, vt consue-

uit: Ex mea, inquit, intentione & voluntate locutus est Eicingerus, atq; his dictis, obticuit. Comes exiens, ad p̄ceres deiectionē suam ac contumeliam detulit, consilium & auxilium petit. Quibus in voluntate regis omnia sita respondentibus, ad sororem regis se contulit, ab ea p̄ter lachrymas & muliebrem eiulatum nihil extorquet. & iam vndiq; per palatium ire armatos animaduertit. cedendum itaq; potētī inuidiæ censuit. clientes eius, audita nouitate, sibi q̄sq; fuga consuluere.

Tacitus igitur cum quatuor comitibus in patriam suam discessit. Albertus Brandenburgē, nē populares saxa in eum iacerent, ad portam vsq; tutum iter præbet. p̄brofa tamen in eum maledictaq; congestere, inconstantis fortunæ documētum. nam qui antē belli pacisq; munera solū agebat, vnico regis verbo potestate priuatus, inops consilij abiit.

Rex paulopost magnificētissimis apparatibus Boemiā petijt, atq; in Praga summos consecutus honores, regni coronam accepit. Boemi in eius sumptū, suorū quicque censum tertiā partē contulere. Mansit ibi non paruo tempore, nec vnquam hæreticorum Ecclesias, quanuis rogatus, intravit. Rochezanam in celebritate corporis Christi sacram Eucharistiam per urbem deferentem ex fenestra conspicatus, nullā ei reuerētiam exhibuit. p̄contantibus amicis, Vt quid sacramentū inhonestāset, Nō me latet, inquit, diuinissimum Christi corpus adesse: verū mihi cauēdum, nē, dum Christum honoro, sacrilegum Rochezanā popularibus approbasse videar: nec illi me Deum contempsisse putabunt, cū me sacratissimum corpus Christi summis semp honoribus prosequi vident, intelliguntq;. Grauis hæreticæ factioni iam mora regis in Boemia. quare cupienti in Austriam reuertī regi, nullus hæreticorum est aduersatus.

Interim comes Ciliæ fractus animo, & Comes Ciliæ reuocatus, omni spe destitutus, ad Fridericum confugiens, ei verba dare difficile inuenit, alia nōnulla attētans frustra. postq̄ foris nullū exilij sui p̄sidium reperit, p̄ amicos recōciliari Ladislao satagit. neq; amplius fors aduersata, baronib; inuisus Eicingerus, quorum auaritiæ atq; rapinæ obsistebat, cōseruare gratiam nequibat, cū illi modò p̄ se, modò p̄ filios, q̄ diū noctuq; adstabāt, Eicingerū criminarent, & indignē pulsum comitē regi, p̄pinquū, & qui sibi regnum restituisset. Comes itaq; p̄ amicos reconciliatur regi. clām deindē ab exilio reuersus est Viennam (quò rex modò redierat) magno

& splendido apparatu, mille ducens equites expeditos armis. Veniēti rex obuiā extra urbem factus est, nobiles ac populares omnes secuti. mira rerum mutatio. qui paulō antē mcestus in exilium ierat, triumphātis modo reuertitur.

Eicingerus, intrāte urbem comite, cum amicis egreditur, spontaneum exilium eligens. lubricus apud reges primus est locus. ferunt comitem laudasse hominē, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit: paratā ei turpissimam mortem, si iudicium expectasset.

ANNO Dñi M.CCCC.LIII. quarto Kalend. Iunias Constantinopolis ciuitas oriētis, columen & vnicum Græcæ sapiētiae domicilium, à Mahumete Turco principe ultra 50. dies obsessa, expugnata est. Voluerat iam pridem animo Mahumetes, quonā modo Constantinopolim sibi subigere posset, neq; ad suam gloriā arbitrabatur pertinere, urbē in medio Turcorū sitam esse, quæ suo imperio non pareret. Cum paucis participato consilio, castellum iuxta litus ad ostium Bosphori paulō ab urbe remotius, aliud dissimulans, incredibili celeritate construxit. bellū deinde urbi contra inita fœdera, contra iusurandum intulit. Senserant eius animū Græci ad Latinorum opes frustra cōfugiunt, à Nicolao V. pontifice lachrymis ac fletibus auxilia petētes.

Mahumetes intereā coactis vndiq; copijs, mirabili apparatu terra mariq; regiam urbem aggressus, cuniculis ac latētibus fossis altissimē actis, aggere latē edito, ponte, qua Peram versūs mare alluit urbem, extructo. Non post paucos dies obsidionis demum voce pconis totis Turcarum castris cōclamatū est: Quinto Kalend. Maij milites omnes sanctificent ieiunium, sequēti die in armis assint, urbem extremis viribus oppugnaturi. triduo ciuitatē militū direptiōi futuram, iuratq; rex per immortalē Deū, perq; 4. millia pphetarum, p Mahumetum, p animā patris, per liberos, p q; ensē quo cingitur, omnem depopulationē, omne hoīm genus, omnemq; paritē urbis thesaurum liberē bellatoribus donādum, nulloq; pacto quē iurat, violaturum.

Illi diem statutum, qua mandatū erat religione, ieiunāt. nostri tantā religionem admirati, Deum ppiciatorē, pfusus lachrymis precabantur: processiones fiunt nudis pedibus cum reliquijs mulierū vinorumq; turbis cōsequētibus cum pœnitūdine cordis, vt hæreditatem suam Dominus custodiret: totamq; spem in Deum ponentes, oppugnationem expectabant.

Concione tum vocata, ab imperatore talis sermo est habitus: Qm viri nobiles certa-

men appropinquare cernitis, cōstantiā vestram etiā ac etiā exhortor, vt qui gloriosē semp̄ aduersūs hostes Christi dimicatis, iam patriā urbē toto orbe inclytam, quam infidus Turca 2. & 50. iam dies afflixit, vestris altis spiritibus cōmissam habeatis. Neq; vos muri disruptio in parte terreat, qn tota via in Dei p̄sidio, in lacertis vris spem vram ponatis. Scitis q; impius iste noster hostis pacē nostrā iniuste perturbauit, iusurandum & fœdus inter nos exactum violauit, colonos nostros messis tempore interfecit. minatur nunc urbē nostrā cape & sacra templa pphanare. ō fratres & filij Christianorum, æternum decus defendite: vos Genuenses viri quidem magnanimi, qui urbem hanc aduersūs Turcos sæpē p̄texistis, ō Veneti potentissimi, quorū gladio sæpē Turcorum sanguis effusus est, extollite nūc animos ad cerramē: vosq; cōmitones vris p̄fectis obediētiam exhibentes, intelligite q; hic dies est, in quo si sanguinē fuderitis, martyrij coronam feretis.

Finito sermōne, Christianorum cœtus constantē se animum habere spopōdit. paucierant urbis ppugnatores. Græci ferē ab initio sex millia bellatorum nō excedebāt. reliq; siue Veneti siue Genuenses, vix summam trium millium æquabant. Turcorū exercitus, qui contra tantam urbem castra fixerant, CCC. millia pugnantium excedebāt. Erāt muri urbis & altitudine & crassitudine toto orbe celebres, sed ob vetustatem & Græcorum incuriam pinnis & ppugnaculis nudi, antemuralia verō opportūnē cōmunita. in his Græci salutē posuēre, armati milites inter muros & antemuralia pgnas sustinere decreuerunt. Triangularem penē urbis formam fuisse tradunt, duas partes alluit mare, nec muri desunt ad pulsandos nauales impetus idonei. quod reliquum est ad terram vergens, post alta mœnia & antemuralia, quæ annotauimus, ingenti clauditur fossa.

Cœptū est plium, sacris à Turca pactis. paululū ante lucem cū miles rucus piculi q̄ moræ patientior esset, ac vulnera & sanguinē p̄darum dulcedine pensaret: pugnatū est in tenebris maiore Turcorū p̄nicie, in quos tela supna librabant. At postq̄ dies illuxit, dato signo, vndiq; non solum Constantinopolis, sed etiā ipsa quoque Pera, nē quid auxiliij Græcis p̄starēt, oppugnari cœpta est: sua cuique legioni murorum pars ac portarum attributa, vt discretus labor fortes atq; ignauos distingueret, & ipsa cōtentiōe decoris, militum virtus magis accēderetur. pari modo & nauales socij attributas partes inuadere iussi.

admo-

Constituti-
onem
expugna-
tio.Turamen-
tum Tur-
ca Impa-
tū.Constan-
tini Palæ-

admouentur vrbi lignæ turres, coniectât milites dolabras, falces, scalasq; & iam elatis super capita scutis, densa testudine succedunt. Græci saxorum pôdera prouoluunt, disiectam fluitantemque testudinem lanceis cunctantur, donèc soluta compage scutorum, exangues lacerosq; prosternunt. fit strages, & iam Turci deficientibus animis languidiùs pugnant. sed adest Mahumetes, fortissimum quenq; nominatim vocitans, vtq; in plium redeant adhortatur. hos præmijs allicit, illos minis deterret, instaurant ex integro certamè Turci, rursus subruere murû portasq; quater, innixi humeris, & super iteratâ testudinè scandètes, p̄hensare hostè, tela, brachiaq;, nitunt. Iterum integri cû faucijs, semianimes cum expiratibus euoluuntur. cernitur varia pereütium forma, & plurima mortis imago.

Iohannes Iustinianus apud Genuam nobili loco natus, qui superioribus diebus solus vrbe defendisse videbatur, in hoc certamine vulneratus, vbi fluitare sanguinem suû animaduertit, nè cæteros deterreret, quærens medicû, clam se pugna subtrahit. Sed Imperator vt abesse Iustinianû cognouit, quò ierit percontat, inuentumq; rogat nè pugnam deserat. ille nihilo magis flexus, aperiri portam iubet, qua curaturus vulnû in vrbe redeat. Erant obserata vrbe ianue, quibus ad antemuralia patebat iter, nè qua fugiendi facultas militi esset, ac propterea hosti fortius resisteret.

Côstâcini
Palæologi
interitus
miserandus.

Fit interea remissior defensio. quod Turci animaduertentes, acriùs incubunt: & quâ pars muri iam tormentis eneis disiecta, forsam magna ex parte oppleuerat, per ruinas ipsas scandentes, antemurale cõscendunt, Græcosq; loco deturbât. porta quæ Iohâni patuerat, omnibus aperta, fugâ, p̄fusiorè reddit. Tûc impator nõ vt regè decuit pugnando, sed fugiè, in ipsis portæ angustijs, quâ cecidit, oppressus calcatusq; obiit.

In tanta pugnatorû multitudine duo tantum reperti sunt, qui se viros ostenderint, alter Græcus, alter Dalmata, Theophilus Palæologus, & Iohânes Sclauus: qui fugere turpe putantes, cum diu Turcarû impetû sustinuisent, multosq; obtruncâssent, deniq; non tam victi quàm vincendo fatigati, inter cadauera hostiû occubuere. Iustinianus Genuensis in Peram cum diuertisset, inde Chiû nauigauit. ibi seu vulnere, seu molestia inglori vitâ finiuit, in ingressu portæ 800. circiter milites ex Latinis Græcisque piere, partim vulneribus à tergo cõfossi, partim concursu oppressi.

Et iâ hostis superiorè partè muri tenebat, saxaq; in ciuitatè deuoluè, ingredien-

tibus suis auxilio erat. tû subito capta vrbe, cæsis oibusq; resistere ausi sunt, in rapinas it, erat victorû infinitus numerus in libidine ac seuitiâ corruptior. nõ dignitas, nõ ætas, nõ sexus quenquâ p̄tegebat. supra cædib; cedes stupris miscebâtur. senes exacta ætate, fœminas viles ad prædâ in ludibriû trahebât. vbi adulta virgo aut quæ forma conspicuâ incidisset in manus rapiètiû, diuisus, ipsos postremò direptores in mutua p̄niciè agebat. dū pecuniâ vel dona tēplorû sibi quisq; traheret, maiori vi trûcabat. Cūque in exercitu maxio ac dissono, ex ciuib; socijs atq; externis cõftrato, diuersæ linguæ, varij mores atq; cupidines essent, ac aliud cuiq; fas, nihil illicitum est toto triduo.

Côstâtinopoli tēplû S. Sophiæ, Iustiniani Cæsaris opus, toto orbe famosum, & cui cõparari alterum nequeat, nudatû sacra supellestili, ad oēs spurcicias patuit. ossa martyrum quæ fuerât ille in vrbe potissima, canibus obiecta atq; suis. sanctorû imagines aut luto fœdata, aut ferro deletæ, altaria diruta in tēplis ipsis, aut lupanaria meretricû facta, aut equorû stabula. Coacti sunt serui verberibus ac tormētis dñorum abdita scrutari ac eruere, inuenti non pauci thesauri, quos in ipso belli p̄cipio infelices suffoderât ciues, quibus si p̄ defensione vrbe vsi fuissent, suâ fortasse vitâ & patriæ libertatem seruâssent. sed auaro in aurum nulla potestas.

Captiui oēs in castra deducti. pudet dicere Christianorû dedecus, dicâ tamè, posteritatiq; tradere nõ verebor, quâdò p̄suasum mihi est futurum aliquâdò, quæ tantâ Saluatori nrõ illatâ iniuriâ vlciscat. Simulacrû crucifixi dñi nr̄i Iesu Christi, tubis ac tympanis p̄cütibus, raptum ex vrbe hostes ad tētoria deferunt, sputo lutoq; fœdât, & ad nr̄e religionis irrisionè, iterum cruci affigunt. ex in pileo capiti ei impõsito, corona vndique facta: Hic est, inquit, Christianorû Deus. tû lapides lutuq; tactâtes, miris dehonestârunt modis. Sed nihil obfunt hæc Deo nrõ, nos ista lædunt atq; cõfundunt, quæ per ignauitiam atq; desidiam dñi veri Dei cultum p̄ire sinimus, & in hoc seculo bonum nomen, & in futuro spem salutis amittimus.

Post hæc cõuiuatus Mahumetes cum fortè plus solito adbibisset, vt sanguinem eroderet, principes optimatesque ciuitatis captos, crudelis & sanguinarius carnifex miserè iugulari iussit.

Perenses vetus colonia Genuensium, qui & Galata dicti, cognita Byzantium clade, priusquam rogarètur, Mahumeti conditionem fecere. muri vrbe diruti, multorum bona cõtra fœdè direpta, fœminæ pueriq; ludibrio habitî. Atq; isto quidè tam

Excidium
Constantinopoli.

Turcia
in Christi
imaginem
seuities
ac blasphemiam.

miserando casu Cōstantinopol. imperium concidit, annos ante plurimos prædicta clade. dicerem ingens reipublicæ nostræ malum, nisi ita fuisse per fata, p opt. max. Dei sententiam statutum arbitrarer.

ANNO 1455. 25. Martij Nicolai pontifex siue tadio animi, quo maximè cruciatur post captam Constantinopolim, siue febrī & podagra, qua potissimū vexabat, pontificatū sui anno 8. moritur, sumptis deuotè sacramētis, & exhortatiōe prius ad cardinales facta, sepeliū in basilicā B. Petri.

Eodem anno dux Eboracē Richardus regnum Angliæ affectās, Henrico regi aduersari cœpit, cuius cœptis Hēricus occurrens, grandī exercitu contracto, se campestri loco aggere firmitè vallato cōtinebat, & per circuitum portis atq; custodibus cōstitutis, ad quem locum Richardus veniēs, cum iam custodes elā haberet amicos, vallum ingreditur, ad Henricum penetrat. deprehensum, occisis aliquot proceribus qui Henricum circumstebant, Londonias deduci fecit, præcedente illum Varuico conestabularij more. moxq; ad arcē q̄ Henrici præsidio tenebatur, contendens, cum illam obfirmatam inuenisset, præfectos 4. viros insigni nobilitate ad colloquium vocat, promittitq; iureiurando vitam illis & fortunas saluas fore, si arcem patefacerēt: persuasi proceres, regi occurrūt, atq; mox salutato Hērico, dum illum à tergo comitantur, orta in populo seditione, quidam in eos insiliunt, illustrem virū de Scalis obtruncāt, reliquos postridiē ante arcis portā capite mulctatos quadrifariā execuerūt.

Superat ex Hērici familia dux Sumerst, qui iniquo animo ferens, regem à coniuratis non secūs ac captiuum teneri, compluresq; suæ cognationis fuisse interemptos, iuuentutem multam eorum maximè, quorum parentes aut cognati periērant, cogit, atq; Richardū in planitie S. Albonis inuentum, plurimoque milite instructū adortus, cum plerisq; alijs necat, cuius caput amputatum, quandoquidem regnū affectauerat, straminea corona illudi iubet.

Itaque mortuo Nicolao 5. obsequijsq; de more peractis, intrantes conclaue cardinales, infra X. dies vel citra in palatio congregati, in Ro. pontificem canonicè elegerūt Alphōsum Aragoneū card. vocat⁹ est Callistus 3. sedit annos circiter 3. vir magnæ iustitiæ, & magnus iurista, qui in principio suæ coronationis votum publicum fecit, p posse facere & quantum in se erat, reprimere conatus Turcorū, & terras vsurpatas ab eis, Constantinopolim ac alias de faucibus eius educere. Primo pontificatū anno

imposuit decimā papalē omī clero & psonis ecclesiasticis, quā quibusdā iniūxit integre exigendā in subsidia impēsarū & expeditionis maritimæ. cōstituit plures p̄dicatores diuersarū regionū, qui discurrerēt ad p̄dicandam crucē contra Turcū, & qui hortaretur plebē ad cōtribuendū ad tā sanctū ac necessariū opus, p cōducēdis armigeris. Cōcedens indulgentiā plenariā peccatorū contritis & confessis semel in vita, & semel in mortis articulo, cuiusq; elemosynā 5. ducatorū contribuenti, authoritatē quoq; tribuens absoluendi & dispensandi in multis casibus. designauit insup̄ legatum in Vngariā card. Iohannem Hispanur., & in Alemaniā ad congregandum exercitū terrestrem contra Turcos, alium cardinalem misit in Franciā ad decimā colligendam, ad p̄dicandam crucem & postulandum auxilium regis Franciæ.

Hic status est Orientis, cum & in Occidente principū insidijs variè tumultuatū est, nup̄ enim comite Ciliæ in gratiā a Ladislao rege recepto, Eicingerus aufugit, impatoriq; quē grauitè offenderat, recōciliatus est. nec diū postea aded superbiērunt, qui Ladislai regis partes sequebātur, vt Nouæ ciuitatis suburbia, in qua Cæsare absente iacebat puerpa imperatrix, intrare p̄sumperint armati, & vrbē expugnare cōtenderint. quod vbi nō succedit, exultis q̄ obtinuerāt locis, abiērūt. fuit sep̄ inter eos impatoremq; & regē incassum tractata cōcordia. neq; enim comes Ciliæ dū vixit, ex re sua existimauit, vnanimē esse Austriæ principes. Interim quib⁹ arserant odijs Iohānes Huniades & Ciliæ comes tacitis, palam factū est, regi q; suspecta vtriusq; principis potentia, quod ageret cōcordiæ causa, liberū nō fuit: aded se illi publicis comitijs, senatūq; passim criminabantur.

Venerat rex Ladislaus Budā. Tū principem Turcorū Mahumetē, deuieta Cōstantinopoli, regno hūgariæ inuasiōne minari, & q̄primū castrū Nandoralben, *Albam Taurinū antiquitūs dictū, expugnare velle auditū est. Quæ cum Ladislaus accepisset, & de virib⁹ Hūgaricis & de fide gētis aded leuis diffusus, in Austriam sese venationis specie recepit, castrum Budensē nullis custodibus munitum reliquit.

ANNO n̄ni 1456. Mahumetes Cōstantinopolitana victoria superbus, congregatis ingentib⁹ copijs, in Hungariā p̄perans, 150. pugnatorū ducere ferebat, & inflatus opinione sua, nil dubitare quin deuieta Hungaria, Illyricos penetrare sinus, atq; intima rura Liburnorum, & fontem superare Timai, rerumq; caput Italiam atq; Romam

vno impetu subigere posset. verum parua vrbs tantos eius conatus retinuit Alba. hac primū expugnare statuit ppter opportunitatē transeundi fluminis.

Johannes
Capistranus.

Iohannes Capistranus ordinis Minorū professor, vitæ sanctimonia clarus ea tempestate, discursis iam pridem finibus quibusdam Germaniæ, Hungaros in arma publicis sermōibus excitauit. qui vt appropinquare Turcos accepit, nil moratus, in Albā se cōtulit, haud paruam cruce signatorum manum adducens, auctoritate fretus Callisti pontificis. Iohannes quoq; cardinalis S. Angeli, legatus apostolicus in Germaniam missus, vt septentrionis vires in Turcos excitaret, iam Budæ manēs, auxilia vndiq; ciebat. Iohannes quoq; Huniades contractis raptim copijs, ad Albam profectus est. Turcus interim apud Albam castra metat⁹, summis viribus eam vrbs partē oppugnare adoritur, qua planus patuit aditus: dispositisq; tormentis raræ atq; insolitæ magnitudinis, priores muros amouit. Vacuum haud paruū spatiū intus erat vsq; ad murum alterum. hic cruce signati stationes habuerunt, parū tecta armis acies, gladijs hastisq; tantū & cælesti auxilio tuta.

Ingressi per muri ruinas Turci, atrox cū his prælium cōmisere. Capistranus ex turri clamitans, Christianos hortari, vexillum crucis ostendere, opem de cælo promittere, maledicere hostibus, Dei præsentiam implorare. Huniades modò huc, modò illuc cum globo militum currere, instaurare ordines, pro fessis validos, p faucijs integros sufficere, impatoris ac militis officium exequi. Pugnatum est summa vtrinque vi: modò nostri, modò Turci pedē referre: hinc viuentium clamor, indè morientium exaudiri gemitus. Audaciores primi; bellatores confossi gladijs cadere, super cadauera passim strata belligerari.

Turca
apud Al-
bam Vn-
garicæ vi-
sus.

Pulsi extra mœnia hostes, instante suo imperatore, vrgente, castigante, Turci iterum irrumpere, iterū pugnare, acriter Christianos in vltimum discrimē adducere. Postremò Christiana virtute repulsi denuò, piculi magis quàm pudoris anxij, oppidū fœda fuga reliquere, Rursū sequentibus cruce signatis, extra muros pugnam instaurare, mox ex proposito fugiunt Turci, & q̄ remotissimè ab oppido Christianos trahere satagunt.

Interim aciem à latere immittunt, quæ reditum in vrbs egressis intercipiat. furentes nostri ac victoria exultantes, in quod precipitentur discrimen, nō aduertūt. paululū pcessuris, & à fronte & à tergo periculum imminere vidit ex muris Capistra-

nus, transuersam hostium aciem, infidiasq; cognoscens, reuocare suos conatur. Cū parū exaudiretur, tympanis ac tubis confundētibus vocē, p̄ceps in pugnam ipse dilabit, atq; inter duas acies, inter tela volantia discurrens, clamoribus ac signis cruce signatos redire cōegit.

Fraudati magna spe turci, in castra redierūt, versiq; in fugā sunt visi. Nri animositate resumpta, & quasi nouo cœlitus spiritu adiuti, in ore gladij p̄secuti sunt illos tam diū, donè cunctæ machinæ, cæteraq; tormenta sunt nudata custodijs: lato in cæpo, donè nox supueniēs vtrūq; hostē se iuxit caligine, multa cū feueritate est pugnatū.

Qualitèr aut impator Turca fuga elapsus, p̄ cōperto dicere p̄sumit nemo: quidā tñ ferunt, q̄ feruente pugna, dum suos hortatur, sagitta in pectore vulnerat⁹ fuerit cecideritq; ac à suis raptus, & nocte profunda fuga facta absportatus, & dum extra cōspectum in locum tutum venisset, rediisse impatorē Turcū ad se, interrogasse cur ad hunc locum venerit: deuicti sumus, inquiunt sui, omnesq; duces exercitus, paucis fuga elapsis, interfecti. Quæsiuit an & machinæ ac tormēta amissa essent: omnia, inquit: ad quæ is, Afferte mihi venenum vt moriar potius, q̄ cum dedecore reuertar in regnū.

Tali igitur exitu imp. Turcarū cū Christianis præliatus est, & qui tumida mēte solus cuncto terrarū orbi dominari volebat, iudicio diuino rusticana manu deuict⁹ est: qui multarū tubarum sonitu letus venerat, tristis humiliatusq; noctis silentio turpiter fugit. Multi ex vtroq; exercitu cecidēre. de cæsis hostibus varia sententia est. quidā supra 40. millia perijsse tradiderunt, itā scriptū Callisto Pon. fuit. alij ad summā 4. milliū duntaxat cæsa fuisse dicunt. Gesta sunt hæc anno Domini 1456. in festo B. Mariæ Magdalenæ. Hæc breuiter narrat Callistus in bulla institutionis diei Transfigurationis Domini nostri IESU CHRISTI, quod festū tunc instituit celebrandum per vniuersum orbē sub duplici officio 6. die Augusti, concedēs indulgentiā p̄sentibus ipsi officio, sicut in festo Corporis Christi, officium verò ipse composuit.

Post hæc felicē victoriā paucis transactis diebus, Iohānes Huniades iufirmari cœpit, tandem in oppidū Zemplen delatus, in commendatione p̄fati fratris Iohannis de Capistrano viri Dei, saluatori suū restituit spiritum anno 1456. Sed & non multò post venerabilis vir frater Iohānes de Capistrano similiter obiit, cadauerque eius in claustro Minorum fratrum de obseruantia, quorum sub habitu & ipse vitā S. Francisci imitatus

Iohannis
Huniadis
interitus.

Iohannis
Capistra-
ni mors.

tatus est, in oppido *Villach* est honorificè sepultum, claretq; miraculis.

Ladislaus, audita Huniadis morte, suadente Cilię comite, in Húngariã redijt. liberius fuerat modò comiti adire Hungariã, q; & insidijs Huniadæ, & Turcæ hostis virib; leuatus erat. metu vacuus, regē in Albã ducit, hostiũ spolia recogniturũ, & campum vbi barbara castra fuere. Eã vrbē Ladisla; Huniadis filius valido p̄sidio tenebat, q; veniēti regi, purpuratis togatisq; portas aperit, armorum circiter 4. millia ab ingressu p̄hibuit. Ibi dum mora trahit, rem diuinã spectante rege, cõsiliũ de morte comitis Cilię sumitur, vocatus in conclaue comes Cilię, an iret aliquantũ hæsitaui. venientem Ladislaus p̄ditorem cõpellat, q; patri sep̄ necem parasset, infensumq; sibi regem reddiderat, nunc diem venisse quo scelerũ pœnas luat. Sunt qui comitē prius arguisse Ladislaum dicant, tanquã regi rebellem, qui eius copias introire oppidum vetuisset.

Illud cõstat, dum comes arrepto ex manu armigeri gladio, Ladislai caput peteret, nõnullos interiecisse manus, digitos amputasse. Exorto clamore, Vngaros irrupisse, defendentemq; se magno aĩo comitē, multis confossum vulneribus, obruncasse: nec moratos ea nouitate regē p̄culsum aduen-tes, occisum regni hostē dicere, digna meritis p̄mia reddita, regi nihil timendũ esse, cuncta eius imperio patere, nunc regnum eius incipere, prius apud comitē fuisse. Rex quanq; vehementer cõmotus tam atroci facinore, sup̄ra tñ q; eius ferebat ætas, dolore cõpressit, nec dubitauit vi cæsũ comitem p̄teriri, amicis verò circumstantibus, ferendumq; dicentibus, Atq; sic necessitas, inq; exigit: ferendũ est, quicquid vitari nõ potest. Iussitq; defuncti cadauer in Ciliã deferri, atq; in sepulcro maiorum condi.

Tum relicta Alba, rex Budã adijt, Ladislaum Huniadæ filium comitantē, dissimulata ira, humanitè tractauit. verũ amici comitis regias aures solebant pulsare, illustrẽ principē auunculũ regis, sinè causa necatum, maiestatem regiam læsam, inultũ tam atrox scelus nõ sineret, corrigendum audacem iuuenē, aufurũ procul dubio in regē, qui regi p̄ximũ obruncarit: iam illi regnandi spem factam, patrē eius idem concupiuisse. Rex siue his mot; siue suapte natura incensus, designata hora qua filij Huniadis ambo in regiã concessere, armata iuuenum manu portas claudi iubet, adole-scētesq; captos in carceres rapi, cum quib; & Iohã. Episcopus Varadien; raræ virtutis ac facundiæ vir, & pleriq; alij comprehensũ sunt, tanquã cædis comitis & insidia-

rum quæ pararentur regi, conscij.

Ladislaus Huniada 24. annos natus, egregio corpore, flauis crinibus, reuinctis post tergũ manib; talari atq; aurea veste indut; in publicũ p̄ducitur, erecta ceruice, oculis hinc atq; illinc spectantibus, intrepidus ad suppliciũ p̄git. vbi ad locum ventũ, p̄co cui damnatorũ crimina publicare mos est, nihil aliud dixit, nisi eo modo corrigi q; dño suo infideles essent, moxq; nobilis adole-scens capite trũcatus est. In vinculis retentus Episc. Varadien; multũ instate cardinali S. Angeli legato apostol. Dionysioq; Episc. Strigoniẽ, secundũ canones iudicandus seruatur. De cæteris captiuis suspensum iudicium, qui tñ paulò p̄st fractis carceribus euasere. Matthiã Huniadis alterum filiũ, Viennam rex duci iubet, captiuumq; obseruari. Cũ aut rex p̄ Strigoniũ iter faceret, vocatũ ad se Iohannẽ Varadien; episc. bono animo esse iussit, his verbis vsus: Cũ essem Budę, feci quod voluere barones. neque em̄ mei iuris erã. q; te cepti, illorũ fuit: q; te culpa supplicioq; libero, meũ est. spectata mihi tua virtus, nihil de te sinistrum credi sinit. abi, & quẽ gessisti hactenũ episcopatum, gere. Matthiam Viennæ firma sub custodia teneri mandauit. gesta sunt hæc anno Domini 1457.

Eodẽ anno missi sunt ambasiatores Ladislai regis Vngarię, Boemiã ducis, ad faciendũ matrimoniũ in regno Franciã, inter regē ipsum & magdalenã filiã regis Caroli.

Eodẽ anno Mahumetes Turcorũ Imp. multa aduersũ Chri fideles tentauit. verũ cardi. Ludouic; legatus papę cũ classe, licet parua, circa Rhodũ Turcos debellauit, multis interfectis, multisq; in seruos assumptis.

ANNO dñi 1458, rex Aragonũ Alphon-sus Neapoli grauitè infirmat; in fine mensis Iunij diẽ clausit extremũ, q; ante mortẽ Ferdinandũ filiũ suũ illegitimũ, dimisit regni Apulię heredē, & successorē cum maximo thesauro corraso. filiũ em̄ legitimũ nõ habebat. Hunc Ferdinandũ Alphon-sus pater admonuisse fertur, vt in regnando ser-uaret in tribus viã sui regiminis oppositã: primò quidẽ, vt om̄es Aragonenses & Cathalanos, quos ipse exaltauerat & dilexerat, exosos à se abijceret, & Italicos diligeret ac p̄ficeret regnicolis, quos tñ vt suspectos ipse nõ læta frõte inspexerat. Secũddò, vt noua grauamina & exactiões quas instituerat & antiqua auxerat, q; tanta erant, vt hoĩes respirare nõ possent, remoueret: nimia em̄ fuerunt extorsiones eius. Et, vt de cæteris taceã, ait Antoninus, bñficia vacan-tia etiã minora nullus obtinere valebat in curia, nisi prius manus regis implisset, &

Ladislaus Huniada capite trũcatus.

Alphon-si regis Apu-liã mors.

Ladislaus comitem Cilię obruncat.

titate non modica. Tertiò, vt pacem perfectam cù Ecclesia & alijs ipse feruaret, nec à fœderibus discederet. Hic est ille Alphonsus, quem Aeneas Syluius in astra leuauit. fortè defectus regis ignorauit.

Ferdinandus Apul. rex. Rege itaq; Alphòso ex humanis subtracto, suscepit regnù Ferdinãdus, nec tũ erat qui resisteret. sed Pont. Callistus morte regis pcepta, subitò cõtulit q̄dam magna bñficia episcopatuũ, q̄ prius conferre nõ valuerat rege impediẽte, & quod plus est, p bullas patentes regnũ Apuliã vacãs, vt feudum Ecclesiã, ad se solum pertinere asserbat, mandans Ferdinando vt illud dimitteret, nec ipse vel alius sub pœna anathematis se illius regni regem vocaret. Sed si quis ius aliquod p̄tenderet, discutiendum hoc om̄inò ad sedem pontificiã referret. om̄ia iuramenta dissoluit illis, qui fidelitatẽ seu homagium Ferdinando p̄stitissent.

Ab hac sentẽtia Ferdinãd⁹ dicit̄ appellãsse in regno se tenens, & regẽ se nominans, dux etiã Mediolani Franciscus Sphorcia scripsit Callisto, se nimis agrẽ ferre, q̄ regnum Apuliã p Eugeniũ Alphonso cõcessum, & à Nicolao V. literis nõ alteratis, filio Alphonsi hæredi regni ab eo instituto Ferdinando sinẽ causa vellet auferre, cui cùm esset affinis, assistere intenderet. per triennium em̄ vel citrà itã cõuenerat rex Alphòsus cum duce Francisco, vt filius ducis ex Blanca, vxorem duceret filiam Ferdinãdi.

Cùm autẽ hæc agerentur, contigit p̄ticipem Callistũ grauitèr infirmari, vt de vita eius desperaretur, p̄pter quod cardinales pcurãrunt castrum S. Angeli, quod in custodia erat * Gothalanorum, eis assignari, quod & factũ est datis aliquibus millibus florenorum castellano. Pontifex anno hoc 1458. mense Augusto ex hac luce migravit.

Cui⁹ morte disturbata sunt om̄ia, & tanto metu Ferdinãdus liberatus est. Callist⁹ vir integerrimus est habitus, magnus elemosynarius, virgines pauperes donauit, nobiles ad inopiam redactos iuuuit, Suncassanum Persarũ & Armeniã principẽ sibi cõciliatũ, aduersus Turcam, puocare studuit. Vndè ferunt eundẽ superatis p̄sep̄e hostibus, ad pontificem scripsisse, se quidem victoriã ex hoste reportãsse ob preces ab eo ad Deũ habitas, eiusq; bñficij diuini potiùs q̄ humani, se aliqñ memorem futurum. Moriens verò Callistus, centum & quindecim millia nummũ aureorum reliquit, quos in vsus bellicos cõtra Turcos comparãrat.

Pius II. Papa.

ANNO eodem Pius II. Aeneas cognomẽto Syluius, Pico homineus antea vocatus, Senis oriundus, patrum om̄i consensu p̄ticipex creatur 13. Kalen. Septemb. vir nõ-

bili & antiqua familia, amator pacis & zelator fidei reputatus. Vndè post paucos dies coronatus, verbo & opere expeditiõi contra Turcos cõp̄it intendere. Et de cõmuni consilio cardinaliũ & aliorum p̄latorũ decreuit, vt ipse cù curia sua ab vrbe recedẽs, p̄fisceretur Mantuã, ibiq; p̄sẽntia sua adesset Kalẽn Iunij anno Dñi 1459. vt congregatis ibi oratoribus, regum, principum ac communitatum Christianitatis, cum eis tractaret de adiutorio ad superandos illos Turcos hostes fidei, & ad recuperandas terras ac ciuitates fidelium, iam in Europa amissas.

Conclusum per hos dies matrimonium erat inter regem Ladislaum & Magdalenã Caroli regis Frãciã filiam. De loco nuptiarum eligendo contẽtio exoritur, Hungari Budam, Australes Viennam, Boemi Pragã tantã celebritati deputandã aiunt. Ob eam rem Pogebrius cum octingentis equitibus in Aultriã vsq; profiscitur, magna se habere quã regi arcana pandat, petere eum, trans flumen se accedat. diũ deliberatum, tandẽ rex p̄rexit, tempori seruiendum ratus, tentoria illius in vltiori Danubij ripa protensa, quatuor diebus colloquium p̄ductum. Tandẽ vbi non se qui voluit rex, indignabundus Pogebrius retrò in Morauiam iter flexit, & cùm penes hominem regni potestas esset, reuocãt. Sed vbi redire noluit, promissus est in Boemiã regis transitus, nuptiarum solennitas Pragã destinata.

Ordinatis Austriã rebus, etiã ante diem dictã ingenti rex apparatu Boemiã petijt. intranti Pragã, Rochezana cum sacrilego presbyterorũ comitatu obuia venit, & habita oratiõẽ, fausto feliciq; ingressi sui cõgratulus est. vix, admonente Pogebrius, rex gratias egit, hæreticũ ac pestiferum toruis oculis clerum inspiciens. Vbi verò maioris Ecclesiã sacerdotes sacra ferentes occurrerunt: Hos inquit, Dei ministros agnosco, atq; ab equo p̄siliens, salutis om̄ibus, sacra crucẽ osculatus est. Erant em̄ Rom. fidei sectatores, qui p̄ testamento Dei exilium longo tempore passi, Sigismundo tandẽ vocato, sua loca recuperãuerãt. hæc Ladislai pietas multorum offendit animos, qui Rochezana studebant ineptijs. suppressum tñ & dissimulatũ odiũ.

Indè duã legatiões missã, altera ad Imp. Fridericum de pace actura, in qua princeps fuit Eicingerus, altera ad Carolũ Frãciã regem, eius filiã petitura, tertia quoq; legatio ad Callistũ Pont. Max. decreta erat, q̄ controuersias de religiõẽ dirimeret, regnumq; Boemorum Ro. Ecclesiã coniungeret.

Super

* Cathalanorum,

Suncassan⁹ Persa.

Pragã La-
dill. nupti-
arum locũ
adit.

Super his quarta cura regis vrgebat animum, cōparandi cōtra Turcas validi exercitūs, quo scelerata mahumeti supstitio peli ab Europa posset. Iam de concordia formula cū Friderico cōuenerat. Instruebant regis nuptiæ maximo sumptu, splendidissimo apparatu, inuitati reges & principes, nō solum nuptias ornaturi, verum etiā p̄tuenda Repub. Christianorū cōtra Turcos acturi. Sed hos tātōs cogitatus, tantū rerū ordinē, mors immatura ac repentina regis interruptit. Ladisla^{us} em̄ rex anno 1468. decimo Kaleñ. Decemb. hora circiter 12. noctis ægrotare cōepit. Sunt qui vlcere pestifero percussū inguine dicūt, pleriq; nulum pestilentiæ signum apparuisse. Sederat, vt refert Aeneas Syluius, in iudicio rex, interq; Pogebratium & Cernhaoram Morauum magnis contentiōibus agebatur, itā vt alter alterū ad duellum puocaret, neq; de more suo indutus, pdiērat, linea tātūm indumēta susceperat, & desup̄er Persicū habitū, quā vocāt schubā. Neq; toto auditorio ridere visū, tristē vultū notauēre oēs. Id signū præsagietibus ægritudinem iudicatū.

Dimisso tribunali, cōuauit inter purpuratos, cōposito ac graui sermone vsus. Post multā noctē in cubiculum ductus, oblatas rapulas q̄ apud Boēmos dulcissimæ sunt, auidē comedit, siceramq; bibit, sermones haudquaquā tristes inter cubicularios miscet, priusq; lecto decumberet, orationē de more ad Deum habuit. qua finita, grauatum se dixit, & stomachū vehementer dolere. Cui vnus ex cubularijs Boēmis, ascende in stratum, dolorem somnus excludet.

Paruit rex, cumq; ad horā dormiuisset, vocato cubiculario, vim doloris q̄ sensim cresceret, intolerabile esse ait. Ille de se iudicium faciēs, nihil somno melius affirmare, iam noctis hora 12. sermē effluerat, regi nulla quies. Nē tñ cubicularijs molestus esset, dolorē in diē vsq; ptulit: Tum medici accersiti, quod suarum partium erat, desperata salute, fecerunt. Georgius Pogebratius & ipse vocat^{us}, regē benē sperare iubet, peteret q̄cunq; vellet, omnia in arbitrio suo posita, mādaret parere cupientibus. Ad quē rex: Tua mihi Georgi iam pridē cognita fides, spectataque virtus est, per te Boēmus vsq; in hanc diē me regē appellauit. Speraui potiturum regno quod ipse paraueras, nunc contrā superi iubent, mihi moriendū est, regnum in manu tua erit. Duo ex te peto: alterū, vt puinciales iustē regas, pupilis, viduis, imbecillisq; patrociniū nē subtrahas: alterū, vt qui me secuti sunt ex Austria, ceterisq; puincijs, in patriā suā inuolatos dimittas. Hoc mihi supremū bñficiū

nē denega. p̄maturas regis cogitatiōes Georgi^{us} respōdit, futurū breuē sospitē, ex suo arbitrio regnaturū, desine rex ea p̄loqui, q̄ & tibi incōmoda & alijs sunt molesta. Tum rex apphensa manu: Agē, inquit, promitte quod cupio. nam me mori certum est: si feceris q̄ iubeo, Deum ppitium tibi orabo.

Nō potuit tenere lachrymas Georgius, fidemq; dedit. Finito sermōe, intromissis sacerdotib^{us}, de curatiōe animæ actū, Christiano more sacramenta exhibita. Rex ornamenta sua Pragenē ecclesiæ legauit, iussitq; crines in auri modum fulgētes, nē qua supesset vanitas, amputari. Vbi anima egra amplius demorari non poterat, sacra candelā petijt. eamq; manu p̄hendit, & intuens saluatoris imaginē crucifixi, orationē vnicam dicere orsus, ad finē vsq; p̄duxit: p̄nunciatisq; vltimis verbis, Sed libera nos à malo, nihil amplius locutus, nō extrema pati, sed getē arripe visū, mortalis vitæ lumē reliqt.

O inanem mortalem gloriam, Ladislaus nobilissimus adolescens, 19. natus annos, in ipso ætatis flore, tot regnis, tot gentibus imperās, intra trigintasex horas postquam ægrotare cōepit, extinctus est.

Mortē eius alij morbo, alij veneno impu tauēre. medici Teutōes, quorum potissima corporis sui cura, in Austria reuersi, palam dixēre, q̄ primū ægrotare rex cōepisset, se vocatos manifesta mortis ac veneni signa deprehēdisse, neq; ausos in aliena terra manifestare, timuisse potentiā eorum, quorū scelere perijsset. regi se clam aperuisse oīa, respōdisse illū nō ignorare toxicū datū, silētiū impasse. Senatus Viēnē silentiū quoq; medicis ea loquētibus indixit, nē Boēmorū aduersus se ferociā puocarēt. q̄ violentā mortē dicūt, Pogebratiū & rochezanā criminant. Pogebratiū tū regi fuisse insensum, cū ad Danubiū vsq; p̄fectus, Viēnā intrare noluit, ab eo tempore regiē vitē paratas insidias. Rochezanam nunq̄ regi placuisse.

Nec me latet, inqt Aeneas, fama vulgatū esse, idcirco regē apud Pragā nuptiarū celebrationē decreuisse, vt cōcurrentibus eō catholicis principibus, potētī manu hæreticos cōprehenderet, finemq; tādē Hussitarū infanix daret. Id p̄sensisse Rochezanā & Georgiū, necemq; regi, p̄ sua salute machinatos. Mihi, ait is, quod horū verius videatur, non facilē dixerim, neq; certa pro incertis ausim affirmare. aliorū dicta recēseo, & plura scribo q̄ credo. Illud cōstat, p̄ter Rochezanā, cui regiā mortē nemo non acceptatissimā iudicauit, & Georgiū, reliquos regni p̄ceres, extincto rege, i mœrore fuisse, publicū toto regno luctū, q̄ ad 7. kalēd. decēb. cōtinuat^{us} est. Tūc regia pom-

pa pactis exeqjs, defuncti corp^o apud pauū suū diuum Carolū Rom. Imp. sepultū est.

Georgius ea die, quæ inter mortem Ladislai & funeris educationem media intercessit, accersitis pceribus, gubernationem suam nō expirasse regis obitu dixit, puinciam vsq; ad Pétecost. cōmissam sibi fuisse affirmans. arma tenenti omnia pārent. Pragenses gubernatiōi suæ nihil morati se cōmisere. aduenæ qui Ladislaum secuti fuerant, suam quisq; repetiēre domum.

Ex morte itaq; Ladislai duo potentissima regna vacabant, pter ducatum Austriæ, de quorum successoribus ordine dicēdum cenſeo. & in primis de regno Boemiæ. Cōstituta sanè die, qua nouus rex eligeretur, multi tractatus habiti. Carolus rex Fraciæ, qui filiam Ladislao desponsauerat, regnum alteri ex filijs suis petere, aut ei committere cui filiā tradere non dedignaretur. Casimirus rex Polonia, sororem defuncti regis sibi nuptam aiebat, eiq; regnū deberi. Paratiōe Guilielmus Saxonix dux, cui soror natu maior nupsisset. Frideric^o Imp. eiusdē regni ordinationē, suam esse affirmabat, in qua feudi solennia neglecta fuissent. Nec sinē spe Sigismundus & Albertus Austriæ ducēs fuere, qui deficiente rege Boemiæ sinē virili sobole, ex Austria vocandum veteri scēdere principem nōrant.

Rochezana venenorū fator, crebris sermonibus vsurpare, aut suæ p̄fessiois regem eligendum esse, aut si nemo tanto fastigio dignus videretur, Hebraicorū more iudices assumendos, exempla legis memorans. Vbi dies cōstituta illuxit, auditis legatiōib^o in conuentu p̄cerū, vtilitate regni discussa, Georgius Pogebrati^o rex, pnunciatur, militiæ domiq; adprimè clarus, cui ad res gerendas nec consiliū nec ætas deesset. Ea res necati regis maximè suspiciōē auxit, ipse ex p̄torio primū in ædē B. Mariæ, vbi Rochezana p̄sident, solēni pōpa deductus, Deo gratias egit, ibi nouo regi salutatio publica exhibita est. Cū autē fama obitūs ipsius regis Ladislai in regnum Vngariæ venit, p̄ceres regni apud Budā frequentes cōueniunt, inter quos Michaël Zilagi cum magna militū caterua ad Kal. Ian. die statuto p̄stō est, 13. millia equitum, peditū 7. millia eum secuta feruntur. Hic frater cōiugis Huniadis, & Matthiæ auſculus fuit, cui p̄pter necem Ladislai nepotis, cum plerisq; & regni baronibus acerrimæ simultates erant. His potentia eius haud paruum ingessit terrorem, nec iam perculsa metu cōcio, liberam regis electionem futuram arbitrabatur.

Multa hic Michaël in laudē dixit generis Huniadum, postremò reconciliatiōe inter

p̄ceres facta, cuius authorē S. Angeli card. legatū apostolicū tradidēre, Matthias ab-^{Matthias}leñ. Februarij inter 40. millia virorum, qui res-^{Ka-Vngaria} medio in Danubio tum glacie conſtricti, impatientes magni secreti, electionis exitū expectabant, rex acclamatus. Veritas est, q̄ primū in regē elegerūt Fridericum Imp. sed eo cūctante, paulatim ad istā puenitur electionem. Nunc quisquis hęc legis, admirabere: ex duobus adolescentulis ætate^o moribusq; penè paribus, alter ex regio solio, dum nouæ nuptæ thalamū exornat, defertur ad tumulū: alter, cū capitale supplicium trepidus expectat, è carcere vocatur ad regnū. mira rerū mutatio, duo potētissima regna, eodem tempore rege orbata, ex nobilissimo atq; altissimo sanguine, ad mediocriſ generis homines peruenēre.

Tēnebatur adhuc captiuus Matthias in regem electus. Dum em̄ adhuc viueret Ladislaus rex, & in carcere captiuum teneret Matthiā, instante die nuptiarū, iussu regis ex arce Viennensi captiuus ducitur in Boemiam, venitq; Pragā qua die rex obiit, atq; in potestate Georgij fact^o est. Alij referūt, q̄ videlicet Georgius in obitu regis annulo eiusdem de digito recepto, scripserit custodib^o in arce Viennē, vt sinē mora Matthiam regi repræsētarent vincularum. Habebant em̄ in cōmisso, q̄ Matthiā nemini crederent, nisi signum annuli sui viderent.

Recepto igit signo, custodes regis mandato parentes, Matthiā p̄sentauerūt coacti. nā & si in itinere essent de morte regis certiores facti, potestatem tñ Georgij amplius nō poterāt declinare. vtcunq; sit, postq̄ accepit eundem comitē Matthiā regi Vngariæ regem electū esse, magnis sp̄sionibus dimissum è carcere, misit ad regnum. Tum & mortuo Ladislao rege, Australes & à Cefare & ab Alberto fratre de tradēda gubernatiōe requisiti, puincialiū conuentū habuere, in quo legati Cæsaris seniori Austriæ principi, sicut erat Impator, deberi puinciam dicere: Albertus suo & Sigismundi patruelis nomine, regiæ partem hæreditatis exposcere, suasq; calamitates & inopiam referre. Conuentūs responsio fuit, facturos puinciales quod ius equitasque dictaret, postq̄ fratres inter se conuenissent.

Interea latrones trans Danubiū in Austria ad Morauix fluminis ripā locū occupare, omnēq; circā regionē rapinis atq; incendijs vexare cœperunt: aduersus quos p̄fectus Albertus, latrones vi cepit, interfecit etiā compluribus, quingentos & 50. captiuos adduxit, ex qbus 80. furca suspensi sunt. Paulò post Albertus cum Sigismū-^{Albert & Sigismū}do

Georgius
Pogebrati^o
rex Boemix.

do Viennam repetijt, & ambo aduersus im-
 peratorē conspirantes, Austriam sibi subi-
 gere conati sunt. quorum studia sentiens
 imperator, Viennam petere statuit, & ac-
 cersito Ludouico Bauaro duce, eò se con-
 tulit, imperatrice sequente. Appropinquā-
 ti populus obuiam perrexit, Albertus verò
 & Sigismundus principem nobili comita-
 tu extra urbem salutauerē. Habebat Alber-
 tus tria circiter equitum millia in armis ex-
 pedita, quæ nō longè à Vienna in quodam
 tumulo imperatori venienti se ostentârūt.
 Ferunt eius militiæ ducē Alberto dixisse,
 facili, si liber, hodiè Viennæ te dñm atque
 Austriæ facio. Nā q̄s, phibet quò minùs Fri-
 dericum & eius comites intercipiā? Victo-
 ri leges atq; hoīes fauent. Subdubitasse Al-
 bertum aliquantisp̄r, demumq; respōdis-
 se, Poterā ignoscere, si quod ais, me igno-
 rāte fecisses: sed mādare turpia nō possum.

Postq̄ introgressi sunt urbem, conspira-
 uēre Albertus & Sigismundus ea nocte ag-
 gredi & irrumperē: armataq; militum ma-
 nu ingressi iter, iureiurando se obstrinxē-
 re, nō redituros domum, nisi arcem intrās-
 sent, quæ custodiebat̄ puincialiū nomine.

Sensere hoc ciues, moxq; arma sumētes,
 p̄sidium in arce mai⁹ collocauerē. Adueni-
 unt cōmodū principes, stetitq; diū res in-
 scipiti. ciuibus tueri arcem, p̄positum: du-
 cibz qui arcē intrare iurānt, turpe vide-
 batur infecta re reuerti: At vim inferre, ple-
 num piculi erat. Postremò conuentum est,
 vt ingressi principes arcem, paululū im-
 morati, potato vino exirent, atq; itā delusa
 magisq̄ impleta religio est. Postridiè arx
 cōtensu, puincialium in tres partes diuisa,
 duas accepēre Albert⁹ & Sigismūdus, reli-
 quā impator. delectiq; puinciales sunt, q̄ li-
 tes fraternas dirimāt, & sūma illis potestas
 data: sed graue est iudiciū cōtra potentes.

Hoc etiā tempore cū defuncto nup
 Callisto Ferdinandi res aliquantò quieti-
 ores fuissent factæ, à Pio Pont. is in Apulię
 regno confirmatus est, reclamantibus Gal-
 lis. Alphonsus enim rex in extremis cōsti-
 tutus, Ferdinādo filio suo legauerat regnū
 Apuliæ, alijs regnis, vt Sicilia & Aragoniæ
 & Valentia, deuolutis ad alios ex hæredita-
 ria successiōe. Allegabat̄ à Ferdinando, re-
 gnū Apuliæ iustè possessum à patre suo,
 vt potè concessum ei ab Eugenio & succes-
 sore eius Nicolao, & sup hoc dicitur bullas
 habuisse, propter quod iustè & licitè lega-
 tum posset à patre recipere.

Pontifex Pius ei regnū dimisit, sinè p̄-
 iudicio tñ iuris alterius, quod pro tanto fe-
 cit, quia dux Andegauia Renatus præten-
 debat ad se regnū pertinere, p̄pter quod

& oratores misit ad pōtificem, vt nemini il-
 lud regnum concederet. sed eo nō obstan-
 te, Pius papa Ferdinandū quem diligebat,
 in regno cōfirmavit, & regia corona dona-
 uit, ac eidem annui censūs partē relaxauit.

Exortum est bellum in Apulia, quo Io-
 hannes regis Renati filius, Ferdinandū re-
 gno pellere conabatur. Hinc duplex factio
 in tota puincia exorta est, cū hi Ferdinā-
 do, illi Iohanni fauerent. Pius itaq; obmis-
 so Mantuano cōuentu, in quo per aliquod
 tempus morā duxit, ac principes Christiā-
 numq; populum in Turcos sollicitauit, ad
 fedandos motus in Hetruria, rediēs Viter-
 bium, ab aduersa factione per fraudem oc-
 cupatum, haud magno negotio recepit. Io-
 hannes Renati filius, adiuuante Iacobo Pi-
 cenino, in Ferdinandū duxit, & ad Sarnum
 vsq; fugauit. Quo audito, Pius pontifex
 timens nē Iohannes & Galli regnum occu-
 parent, victoria elati, Italiæ libertatē euer-
 terent, confestim Fridericū Vrbinatem co-
 piarum suarū ducē, cū Alexādro Sphor-
 cia in Marfos misit, vt Piceninū à Iohanne
 duce Andegauē mercede cōductū, retar-
 darent, ac Ferdinando auxilio forent, lega-
 torum à Gallis venientiū minas & pollici-
 tatiōes, qbus eū à Ferdinando ad Renatum
 traducere conabantur, faciliè contemnens.

Pugnatum est nō multò pōst à Ferdinā-
 do pari felicitate ad Troiā Apuliæ oppidū,
 vbi Iohānes Renati filius & Piceninus p̄lio
 fusi, ac pleriq; alij, qui nouarū rerum cupi-
 di Gallica sequebantur arma, ad eò sunt p-
 territi, vt supplices à rege pacem petētes, in
 eius amicitiam rediēnt ferè omnes. Iohā-
 nem Renati filiū Apulia fugauit, & sic Fer-
 dinandus regnū retinuit.

ANNO Dñi 1458. Iacobus Iohannis Cy Ludouic⁹
 pri regis ex pellice filius, hoc anno maximo Sabaudieñ
 labore succedēs regnauit, interregno sup-
 putato annis duodecim. hunc pater spurīū
 cū videret regni cupidū, & à sua ignauia
 alienum, Helenæ vxoris suæ suāscu Ecclesiæ
 tradidit, & sacris ordinibus eū initiari fe-
 cit, paterq; cū vnica filiam haberet Ca-
 rolotam, illam regni sui heredem instituit,
 Lodouico Sabaudieñ ducis filio matrimo-
 nio copulauit. Mortuo autem rege ac regi-
 na, regnū multifariè turbatum est. Ludo-
 uicus Carolotæ sponsus crebris nuncijs vo-
 catus, post annum ex Venetijs Cyprum na-
 uigauit, & magno oīm applausu rex appel-
 latur. Iacobus verò nequaq̄ eius aduentum
 expectare ausus, interim cū cæteris ami-
 cis centum ad Sultanum in Alexandriam
 nauigauit, eiq; cum lachrymis suam con-
 questus iniuriam, postulat in regnū pater-
 num collocari.

Ferdinan-
 dus contra
 Andega. à
 Pio cōfir-
 matus.

Sultanus Iacobi precib⁹ cōmotus, eidem statim subuenire constituit. vndè iussu Sultani, allatis regijs ornamentis, in conspectu oīm p̄cerum suorū Cypriorū rex declarat⁹ est, ac per urbē circūductus, p̄cipuis honoribus cumulatus, eidemq; classem decreuit, q̄ ipsū in Cyprū cum multa militū manu veheret. Antè tñ Ludouico in hāc sententiā scripsit: Venisti ab occiduis partib⁹, vt alienum regnū in Oriente inuaderes, ac paternam hāreditate filium exueres. vana est cogitatio tua. Cyprus mihi vestigalis est, & meū de rege iudicare. nisi q̄primū abiēris, Aegyptio p̄bis gladio. si vxor tibi cordi est, potestātē facio vt eam tecū auferas, si tñ prius recesseris, q̄ secundō monearis.

His acceptis, toto regno trepidatum est. Postremō legatos ad Sultānū mittere placuit, miserunt simul & Rhodij viros ex religione primarios, q̄ apud Cairū conuento Sultano, nil Ludouicū de iure Sultani ablatum dicunt, Iohānem Cypri regē Carolotam filiā ex matrimonio suscepisse, quā secundū Christianas leges reliq̄isset hāredē regni, Iacobo ex cōcubina nato regnū nō deberi, maritū p̄ cōiuge coronā iura fortiri debere, hortari nē regni cōsuetudines ac Christianorū iura cōfunderet, Ludouicū Sultano in om̄e tēpus amicū futurū, tributūq; p̄stiturū, Iacobo decē millia nummū aureorū singulis annis quoād viueret, p̄biturū.

Res diū in cōsilio apud Sultānū agitata, plusq; dedisset Ludouicus. Sed Iacobo Sultani filius, Mamaluci in palatio potentes tres, purpuratūq; multi aderant. Sed parū eorum conamina valuissent, nisi Mahumetes legatus Turcorum opportunè venisset, qui verba huiusmodi habuisse fertur: Accepit mahumetes Turcorū imperator amicus tuus, te Iacobum Cypri regem appellāsse, eumq; in paternum regnum statuisse restituere. Digna res quæ de tuo folio manaret, & nostræ religiōi accōmoda. Sed renunciatum est postea, te mutato consilio pacem cum rege Gallico pacisci, & Iacobum deferere, tanq̄ ignores quanto persequebatur nos odio Gallicus sanguis, neq; Gotfridi, Balduinive aut aliorū eius gētis facta mente tenes, qui sēpē maiores nostros maximis cladibus affecerunt. Vide quid agas. si pax tibi cum Gallico genere cordi est, cum nostro bellū expecta. Nectibi cum solis Turcis inimicitias puta, sed Aegyptij, Syrij, Arabes om̄es & filius tuus te odio persequentē. Si p̄missa Iacobo seruaueris, classemq; in Cyprios parabis, Mahumetes quoq; alteram parabit in Rhodios, & vtriusq; insulæ spolia, tua erunt, solam Rhodum Mahumetes sibi seruabit.

Placuerunt Sultano oblata, applicuit Iacobi classis euestigid in Cyprū. Nō tulerūt eius impium Galli, quāuis Rhodios adiutores haberēt. Ludouicus em̄ fuga sibi mox q̄ fuit salutē. Iacobus regnū receptū administrare cœpit, legatos ad Pium Papā misit, quos tñ vt regio non admisit. Accepit em̄ Iacobum Sultano Aegypti iurāsse, abiurato Deo quadrages sic: Per Deū magnū & altitum, misericordē & benignū, formatorem cæli & terræ, & per sancta Euangelia, p̄ sanctum baptisma, p̄ S. Iohānem Bap. atq; oēs sanctos, & per fidē Christianam p̄mitto & iuro, q̄ omnia q̄ nouero, aperta erunt nō meō altissimo Sultano, & toti⁹ Arabia imperatori Messerapho: eius regnū Deus fortificet: ero amicus amicorū suorū, & inimicorū inimicus. Nihil celabo eū, neq; piratas in regno meo patiar. Aegyptios q̄ meo in regno seruiūt, emam & libertate donabo. Auri quinq; millia nummū in kal. Oct. aut Nouēb. tributum in templis altissimis Hierusalē & Lamech singulis annis offerā. Noua digna relatu, Sultano nūciabo sinē fraude & dolo. q̄ si aliquid horum negligā, ero apostata, & mandatorū S. Euangelij Christianeq; fidei p̄uaricator, dicā euāgelium falsum esse, negabo Chr̄m viuere, & matrem eius Mariam virginē fuisse, super fonte baptismatis camelum interficiam, & presbyteros maledicam, diuinitatem negabo, super altari cum Iudæa fornicabor, & sanctorum patrum maledictiōes in me recipiam. Hæc iurāsse Sultano Iacobus fert. Deindè Carolota ex Rhodo auxilia in Cyprū duxit, sed nihil egit. Vndè post aliquod temporis spatium Carolotta in Italiā delata, & Ludouico ex insula pulso, Iacobus vniuersum regnum in pace recepit, excepto Colossi oppido quod Rhodij tenebant, & Famagusta, quā tenebāt Genuen. quā tñ postea illis Iacobus abstulit. Deniq; ad regni sui stabilitatē, Aecaterinā Marci Cornelij Veneti filiā, à senatu Veneto vxorē expostulauit, quā senatus in filiā sibi adoptatā, eidē matrimonio copulauit: qua ducta, paulopost ipsa p̄gnante, ex profluuiō ventris obiit. Ea & posthumo hāredibus relicta à Iacobo, quos ex testamento Veneto commendauit senatui, posthumoq; haud multo post sublato, id regnum in Venetorum manus hāreditario iure peruenit.

Per hæc tempora Pius Papa Sigismundum Austriæ ducē diris execratiōibus persecutus est. causa fuit: ecclesiam Brixien sub Callisto tenebat Nicolaus Cusanus Cardinalis ad Vincula S. Petri, cuius Ecclesię aduocatus est comes Tirolis ab imperatore constitutus. hunc Nicolaum card. vacantē

Iuramentum
cum quod
Sultano
Iacobus
fecit.Veneti Cy
pron acco
p̄p̄ra.

Ecclesiæ Nicolaus 5. episcopum præfecit, reluctante Sigismundo, quietâ tamen possessionem postea obtinuit.

Verum cum idē cardinalis monasterium quoddâ in Sonenbergo reformare voluit, restitit illi Sigismundus dux Austriæ & comes Tirolis. Ad hæc cum inuenisset cardinalis ducē & comitē quædâ feuda ab ecclesiâ Brixienē tenere, quæ nõ recognouisset, hortabatur eundē Sigismundū spiritualē iurisdictionē suâ nē perturbaret, & q̄ nouâ recipet de feudis inuestiturâ, iusq̄; iurâdū p̄staret. Ex quo mox dissensionē ortæ sunt & odia, surrexeruntq̄; maligni homines clerici & laici nonnulli vnâ cū p̄dicto duce, reformationem episcopi impediētes: sed & monialiū monasterij supradicti, nē reformarentur, p̄ceptor factus est Sigismundus.

Inualuere odia, vt cardinalis in episcopatu manere nõ posset, vnde venit ad Callistum papam, qui monitione præmissa, Sigismundum & complices execrari, & interdictum in terrâ ipsius ferri mandauit.

Mortuo Callisto, Pius successit, q̄ vocatū Sigismundū cū p̄dicto cardinali cōcordare voluit, sed incassum. postea verò ad iussum Pij p̄tificis idem cardinalis in episcopatu redijt, Brunecâ oppidum ecclesiæ Brixienē puenit, literis maximè fretus, quibus ipse Sigismundus suo signo obsignatis, bona fide p̄misit ecclesiâ Brixienē & card. quoad viueret, se protecturū. tractabatur inter ducem & cardinalem, ac tractatu durante, Sigismundus in sacra hebdomada copias edaxit, & iter faciens, ipsa die paschæ ante Brunecam armatas militum acies collocauit, machinas admouit, oppidum cepit, nec moratus, arcem quoque summa vi oppugnare aggressus est, in qua cardinalis erat.

Interueniētibus mediatorib⁹, certis cōditionib⁹ cōclusa est pax: in quibus nõ erat dictū, q̄ nec arx nec cardinalis in potestate ducis veniret, nihilominus dux clauēs arcis extorquēs, cardinalem arctissima custodia seruari iussit, & sic aliquo tēpore cū summa ignominia tētus est, nec libertatē obtinere potuit, nisi remissis iniurijs, quodâ ecclesiæ castro tradito, magno auri pōdere soluto, cū plurib⁹ alijs cōditionib⁹, oībus denique ecclesiæ priuilegijs & iuribus ereptis.

Nec his contentus Sigismundus, cum sacerdotēs à diuinis cessarent, non veritus est necem card. denunciare, nisi ad prophanationem sacrorum illos compelleret. de singulis affirmat se Pius informatum fuisse, admonuisseq̄; ducem vt respiceret, altera vice: & cum ad sanitatem redire non vellet, eum anathemate notauit dirissimo.

Anno Domini 1460, feria sexta post Do-

minicâ, *Eslo mibi*, bellū indixit Friderico comiti Palatino Rheni Bauriæq̄; duci, illustris Vdalricus comes in Wirtemberg, pro eo q̄ Frideric⁹ comitē impediret, quò minus dote vxoris suæ potiretur. duxerat em̄ matrimonio relictâ quoddam Ludouici Palatini Rheni Margaretâ, Amedei ducis Sabaudie filiâ, matrē Philippi Palatini, vxorē cū dote, omniū s. sibi p̄priorē maritum siue dotis, siue donatiōis nomine assignatorum. verum translatione facta in domum comitis, mox Fridericus eum in vsu dotalicij coniugis suæ impediuit, asserens dictâ Margaretam pro sua parte priori marito in dotis apportatione non satisfecisse, & nõnulla alia allegans, qua gratia iure se omnia facere affirmauit. Contradicebat comes Vdalricus, & tādē subortum est bellum.

Eodē anno in vigilia Petri & Pauli apostolorum descendit comes Vdalricus versus oppidum *Sailpron*, ducens in exercitu *Sailprōi* decem millia pugnatorum, & cū appropinquaret loco, ciues oppidi legatiōe missa, nē exercitus vastaret fructus eorum, cōposuerunt se cum domino comite: quo factō, ipse cum exercitu ad propria redijt.

Antea verò in vigilia Philippi & Iacobi, venerunt in terram comitis Vdalrici trecenti equites & aliquot pedites à Palatino missi, qui nonnullas incēderunt villas: quo cōperto, milites apud *Lauffen & Marpach* in præsidio locati, tumultuariē se congregantes, excurrunt, & facta pugna, quibusdam occisis, circiter xl. nobiles dedentes se capiunt. Ex parte verò comitis occisus est vnus miles Caspar *Spet* dictus, & vnus *Caspar Spet* de *Bohenriet*, vir quoque genere nobilis. paulò post pace bellum extitit sublatum.

ANNO Domini 1461. secundo Kalend. Septemb. Papa Pius deposuit archiepiscopum Mogun *Dieterum de *Tsenburg*, & Dioterus in eius locum instituit adolphum de *Masfow*, ex quo factō suborta sunt noua bella, causa priuationis siue depositionis fuere, quòd scilicet procuratores sui suffulti pleno mandato, dum prouisionis literas obtinerēt, iurauerūt in animâ ipsius *Dioteri*, inter cetera q̄ episcopi iurare habēt, quòd infra annū se Ro. p̄tifici p̄senteret. quod (vt asserit papa Pius) nõ seruauit. fertur ex cōmunicat⁹ etiã debiti causa fuisse, quod mercatorib⁹ soluere debuisset. Item q̄ cōsecrationē in tēpore debito non accepit, & q̄ simoniacè elect⁹ fuit. Itē q̄ legato missō ad exigendâ decimâ cōtra Turcas, dixerat papā argentū natiōis, non fidei defensionē q̄rere. Item q̄ in natione cōuentum principum cōtra voluntatem Imp. cōuocauerat. Item q̄ à bullâ Mantuana sup decimatione

decreta, ad futurum concilium appellauit. Et iterum, quod appellauit à papa malè informato ad informandū, prout hæc omnia in bulla priuationis continentur.

Cōtra q̄ dicebat idē Dioter^o in suā defensionē, aliqua ex præmissis nō esse vera, reliqua excusabilia, & se nō monitū, nō vocatū, nō auditū, cōtra ius fasq̄; fuisse priuatū, potior causa, q̄ annatā nō soluerit, visa est.

Adhæserūt Adolpho cōtra Dioterū nōnulli principes, exortumq̄; est bellum maximū. Dioterus em̄ oppida & arces ecclesiæ tenebat, quarum possessionē Adolpho tradere recusabat, Ad hæc Dioter^o Fridericū Palatinū Rheni in suas partes trahebat, qui in stipēdia ipsi^o, receptis quibusdā castris ecclesiæ Mogunⁱ, se cōtulit, idē eundē Fridericū papa Pi^o excōmunicauit, p̄ eo q̄ Ecclesiæ Moguntinⁱ bona ad se traheret, & Diotero priuato anathematizatoq̄; arma iūgeret, & quia edicta poneret contra publicātes literas apostolicas in sua ditiōe, prout hoc in suis literis Pius exarari fecit.

Erat tū etiā Friderico Palatino cōcederatus arctissima liga Ludouicus Bauariæ dux, cognomento Diues, q̄bus principibus (vt ferebatur) Fridericus Imp. nō erat propicius. Factum itaq̄; est, vt qui priuatis odijs antea dissiderēt principes, post hoc bellū quasi de industria sint diuisi, Ludouicus Bauariæ dux, Niger dictus, Albertus Marchio Brādenburgen^s, Carolus marchio Baden^s, Iohānes Meten^s episcopus, frater eiusdem, & Vdalricus comes de Vuirtemberg Adolpho, papæ, imperatorisq̄; mādato, Fridericus verò comes Palatin^o Rheni, & Ludouicus Bauariæ dux, re & nomine Diues appellat^o, Diotero possessori cōtra mādata & Papæ & impatoris adhæserūt. certatūq̄; diū est, illi, vt Diotero eiectō possessionem traderēt Adolpho: hi verò, vt in possessione cōseruaret Dioterū, vt dicebāt, iniuste priuatū: visa tamē multis fuit p̄cipua causa belligerādi principib^o, vtra factionū alterā suppedirare posset. Quibus ex causis egredere, incēdio, vastitateq̄; mutuò se iugiter vexabāt: nunq̄ tamen p̄fenis copijs pugnatum est, doncē ad mēsem Iulium anno Domini 1462. quod ita contigit:

Cū iam fessis partibus nōnulli tractatus de pace intercessissent, tādē suggerētibus nonnihil partiū amicis, authore illustrissimo principe Philippo Burgūdię duce, deuentū erat ad certa pacis capitula, statutusq̄; termin^o intra quē p̄curatores partiū quisq̄; ad suos p̄cipes inuēta referret, certoq̄; die designato, cū plena potestate instructi cōcludēdi & faciēdi pacē redirēt.

Porrò hoc termino pendente principes

partiū Adolphi, Ludouicus dux Niger, Iohānes Meten^s, Carolus marchio Baden^s, & Vdalric^o comes, vt adhuc aliqd̄ gloriæ suæ adijcerēt, cōuentione habita statuūt, ante cōclusam pacē adunatis copijs satīs iustis, terras Palatini ingredi ac vastare: Ad quod exequēdū iuxta cōdictū cōuenēre, episcopus Iohānes, Carolus frater eius, & comes Vdalricus, haud lōgē ab oppido Bruchsi in cāpestrib^o ad S. Helenā, ibi castra figētes multò tñ minorib^o copijs q̄ cōuentū erat, vix em̄ egtes sexcētos & peditū tot millia habebāt. sed nec dux Ludouic^o cōparebat.

Non latebat hoc Palatinum Fridericum. nam dum à cōgregatis illis nōnullis in locis sui vastaretur, ipse singulis p̄p̄ diebus à laterib^o copiā vidēdi se p̄buit, quasi occasionē rei benē gerēde q̄reret. Quod si illis mens non leua fuisset, facilē cōiectare poterāt, tantum principē nō ita fractū esse, nē suis in terris tam paruis copijs occurreret. Sed constat quod poēta ait:

*Nesciamens hominum fati sortisq̄ futura,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.*

Illi moræ impatientes, sollicitate etiā, vt aliqui volūt, episcopo Spiren^s, in cuius ditione castra erāt posita, vt cunquē venerit in mentē, die prima mēsis Iulij luce prima, peditatu om̄i relicto in castris, solis equestribus nixi, descendūt in agrū Haidelbergen^s, nullis (vt fama est) p̄missis speculatoribus, incipiuntq̄; vicōs quosdā incendere. Præsensit hoc Fridericus, & iam vndiquē corraso milite, cui & opportunē superueniunt longis itineribus auxiliares copiæ, quas p̄sul ducebat Dioterus. His adunatis, sinē cūctatione à tergo hostes ita clausit, q̄ nullā euadēdi viā haberēt. Serò itaq̄; circūfessos se vidētes, attoniti: Nō nisi ferro aperienda via est, inquit, acieq̄; tumultuariē instructa, imparibus excipiūt hostē copijs. pugna facta, duo nobilissimi comites, vn^o de *Selffenstain*, alter de *Salm*, cum nōnullis equestris ordinis p̄pugnatorib^o, in prima acie occisi sunt. ventū est post hoc ad gladios, ac paruo negotio superantur à multis pauci, supra mille equites habuisse fertur Palatinus & duo millia peditum.

Capti sunt episcop^o Meten^s, Carol^o marchio Baden^s, & Vlricus comes Vuirtembergē, & cum his eorum tota ferē nobilitas, qui om̄es cum triumpho ducti sunt in arcem Haidelbergen^s. ibiq̄; ad annum propē seruati, doncē tandē legibus quas victor voluit, acceptis, relaxati sunt. De alijs mihi non constat. hoc scio, q̄ comes Vdalricus pro sua liberatione millia florenorum cētum dedit, & nonnulla alia suscepit onera his planē æquipollentia.

Adolphus
de Nassau
designat^o
episcopus
Mogunⁱ.

At Adolphus pontif. cū primū principes hos bello interceptos cognouisset, nōdum defatigatus, cum quibusdā partium suarū proceribus consiliū capiendæ Mogūtiæ iniit, facinus audax. Cōscij erant Ludouicus Bauariæ dux, Niger dicitur, Aluicus comes de Sultz, Eberardus de *Zumgstaïn* baro, & perpauci alij. In ea re secuti quorundam exhortationē, qui locorum vr̄bis gnari, copias introducere promittebāt. Igitur machinis & scalis paratis, vbi tempus rei gerendæ visum est, profectioe indicta, cum paucis admodum copijs 27. Octob. anno Dñi 1462. profunda nocte ad fossata vr̄bis peruenēre. Erat ab vna parte vr̄bis permunita, adituq; difficilis, quare custodijs ferē relinquebatur vacua. Ea in parte exploratores silentē per fossata vepribus ac spinis oppleta, falce tramitem scindūt, per quem ad muros vsq; perueniunt, moxq; applicātes scalas, alta conscendunt mœnia, pedentimq; introgressi, custodes eximprovisō occupant, silentio indicto.

Erat hora post mediam noctē ferē quarta, confopitis adhuc ciuibus, descendunt in vr̄bem viri circitē centum, portā ciuitatis proximam refringere satagunt: & dum ista fierēt, vigiles per vr̄bem constituti, in hęc ipsa loca deuenientes, depræhensō strepitu, clamorem extollunt. Ad eam vociferationem consurgentes vicini, persenserūt hostes adesse, paulatimq; clamor per vr̄bem diffusus, homines excitauit.

Experrecti ciues & magnitudine rerum attoniti, quid primū agerent & vbi succurrerent ignari, armis tamē correptis, qui proximi fuerant, tumultuariē excurrunt, in paucos ingressos impetū faciunt, sit pugna, sed porta interim est refracta, multitudoq; equitum & peditum irrupit. Tandem ciues globo facto ad arcendos hostes properāt, atrox ibi prælium committitur. pugnatum varia fortuna. bis & tēr pedem referre hostis compellitur, & cū fluctuante prælio præualituri viderentur ciues, ab alia parte ignis ab hoste immissus, aliquot ædes conflagrauit. ad hęc nouus semp miles superuenit, nihilominus incolæ pugnarunt tota die vsq; in serum vesperum. ceciderunt ex eis desiderati quadringenti, desperantes tandem omisso certamine, sese dedere. iubentur mox arma tradere, & vt in locum vr̄bis designatum sinē mora cōuenirent, sunt adiurati. partuere victi, oēsq; qui arma ferre poterant, aduenēre. vbi iussi sunt, cunctatione posthabita, migrare ex vr̄be, nulla cuiquam salutandi suos aut valledicendi permitta facultate.

Ad quā vocē miseri ciues, stupore vehe-

menti pculsi, fortunā suā deplorantes, relictis in hostiū potestate, vxorib; liberisq; charissimis, in exilium abiēre. Vidisses matronas atq; virgines vlulātes pectoraq; feriētes, & qualia cōueniēs est dicere & agere in tantis calamitatibus. Direpta est indē ciuitas, p̄datiq; oēs sinē delectu ecclesiastici & seculares, inuentę sunt opes p̄maximę, cessit vr̄bs Adolpho, p̄dæ maior pars duci & proceribus. Erat illa nocte in arce vr̄bis Dioterus de *Zsenburg* archiepiscop; & illustri comes de *Zazenebogen*. hi cū ingressum hostiū accepissent, trepidi volūtate ciuiū, p̄ditionemq; formidātes. deserta vr̄be & arce, trāsmissō Rheno, fuga salutē q̄siēre, Exulib; verō paulopōst pecunia accepta, facultas redeūdi ad sua reliq; data est. & tantū de mogūtiaca captioe inuenire potui, audita referēs, p̄t à fide dignis accepit.

Anno salutis nostrę 1461. Carol; septim; Francorū rex morit; cū nunciatū ei fuisset, quosdā potionē apparāsse qua interiret, ea re tā vehementē turbat; animū induxit, vt dies septē totos cibo abstineret, hortātibus medicis, se inedia magis q̄ morbo affici. Sed dū edēdo vitę cōsultit, coercitis arterijs absumit die festo Magdalenæ, sacramentis Christiano ritu p̄ceptis. elatus est in sepulcrū maiorum suorum, & in Dionysij monasterio sepult;. Rex p̄cul dubio in quē fortuna asperrimē primū desēuit, tanq̄ exterminare eū regno statuisset; deindē blandē illum attollēs, victorē gloriosum fecit, indē victoriosus dictus, mitissimi fuit ingenij, sed hebetis.

Eodē anno leni & māfuetō patri, asper & vehemēs filius successit Ludouicus, cōsilio p̄ceps, ingenio vario, & domesticis vix satis p̄specto. De Caroli morte nūcio accepto, Ludouic; cū esset primogenitus & Delphinat; princeps, & qui diū à patre suo exulauerat Ludouic; cōfluunt ad eū ornatissimi quiq; p̄ceres, q̄ sacrandū nouellū regē Rhemos p̄ducerēt, vbi loci archiepiscopus eū more maiorū vnxit atq; benedixit, quo mysterio absoluto, Parisios p̄tinūs p̄fectus est.

Exactis verō solennibus, cū Philippus burgundiorū dux domū repetere cuperet, regē magnoperē cohortat; est, iram si quā animo in p̄ceres cōcepisset, deponere, obliuisci prorsus quę p̄terita erāt, satis admodum esse illi, quōd nullo tumultu rex esset, quia frater illi esset Carolus, debere adolescentē amare atq; amplecti, & patris hereditatē cum illo legitima portioe partiri. Hęc atq; similia multa locutus Philippus, Ludonicum dimisit, Picardiam reuifurus.

At Ludouicus qui exulceratum animū haberet, & patrias leges iam dedidicisset,

mul-

multa partim suo, partim eorum ingenio, qui absentiam à patre, exilium fuisse reputabant, agere cepit, & principes in primis parui admodum habere, venationis omnem prope consuetudinem prohibens, ita ut piaculum esset insidiari feris, nisi quoad ipse permitteret: & quod illi maximas discordias pepit, magnopere nixus est, infimæ fortis homines propter opulentos sublimesque; facere, quos & obsequentes haberet: non enim equanimiter ferebat, si quis dicenti vel impanti sibi quavis ratione aduersaret. Posthabiti principes, magna pars desciscere à Ludouico, sequi; sumamque dignitatem tueri constituunt.

Igitur clandestinis nuncijs, quid singuli sentiant, sciscitantes, postquam de sententia illorum satis constitit, Carolus regis frater clam dilapsus est, & in Britanniam profectus: nec defuerunt permulti proceres, qui cum mox, relicto rege, sequerentur. Huius tam manifestæ defectionis initio turbatus Ludouicus, sibi prospicere coactus est. Iam enim fama erat, Carolum Philippi Burgundiae ducis filium copias contraxisse, ut cum alijs coniuratis iungeret exercitum, nec medax fama erat. Nam Antonius Philippi nothus, adiuncto marescallo, cum aliquot cohortibus præcurrens Caroli exercitum, castella occupat, Carolus sequens copias ad pontem Maxentij ducit. condixerant enim hi qui arma aduersus Ludouicum parabant, se idem conuenturos, ut populum vectigalibus pressum & penè seruum, in libertatem vendicarent.

Incedens ergo Carolus, quædam oppida minimo negotio cepit, deinde ad sanctum Dionysium castra facit, mox Parisienses infestat. Habebat non minus rex in exercitu quatuor & viginti millia armorum, quorum numero territi duces aliqui, de pace cum Ludouico conuenere. interim neque Burgundiae dux, nec frater regis conuenere. Processerat iam proximè Parisios Burgundiae princeps Carolus, atque non regni caput illud timidè præterisse videretur, promotis copijs, caduceatores permittit, qui liberum per ciuitatem transitum petant: id si non impetraret, dicant principem ciuitati vim illaturum.

Qui portis eo die præerat, dum respondere voluit legatis, videt progressas copias Caroli, & regis fratris ducis audiunt non longe abesse exercitum. Mox Ludouicus rex Fraciae celer Parisios contendit. Et cognito quod à tergo frater, & à fronte Burgundus copias haberet, rex accelerat Burgundum prius fundere, quæ cum illo Britones iungerentur: nec pugnam detrectat Burgundus. fit congressus initio formidabilis, ex Burgundis multi fusi, pugnatumque est varia fortuna usque ad

vesperam. & dum aliqui à rege fugerent, ipse in arcem Monclerici & inde Parisios peruenit, manente in sua statione Burgundo, ceciderunt ex utroque exercitu sexcenti supra tria millia.

Burgundus victoria habita, gloriabundus Scampas petit, ubi Ludouici fratrem & Britonum ducem conuenit. Verum post nonnullas vastationes Carolus regis frater literas ad Parisiensem mittit, quarum sententia erat, se cum illustribus regni principibus non hostili animo, sed reipublicæ gratia conuenisse, petens ut aliquos mittant quibus sententiam suam detegat, quod & factum est. Quibus ille, ad regiam urbem principes venisse, ut more Maiorum, consilio cleri, procerum & populi, de rebus communibus quietè agerent: Ludouicum quidem regni Francorum regem esse, sed eorum muneris & dignitatis fore, commonefacere illum maiores suos imitari, patrijs legibus uti, onera moderari, misereri populi, igitur petere in urbem sine ulla iniuria aditum. assentiunt illi, & hoc quidem, si rex annuat.

Cognito responso, Ludouicus repente à Nortmannia cum forti manu reuersus, quod ierat, ægrè tulit responsum tale dedisse Parisienses, vindictam de quibusdam summes, multos proscripsit. Post varias clades fit concordia, ita quod Nortmanniam rex fratri dono relinquat, Carolo Burgundo cessere in perpetuam possessionem Perona, Roia, & Mandiderium, ad hæc Guinarum & Boloniae comitatus: principibus coniuratis reliquis, alia his non minora contingere.

ANNO salutis 1463. imp. Fridericus obsessus est in arce Viennensi à ciuibus, qui-
bus auxilio frater dux Albertus erat. oppugnabatur autem arx bombardis & omni genere tormentorum. vidisses impleri follas, admoueri scalas, cominus eminusque; pugnam misceri, vulneribus & sanguine multo remgeri. Unde coactus fuit auxiliū à rege Bohemiae Georgio, qui se antè pro hæretico declarauerat, postulare, immo Pio Pont. Max. scribere, ne interim in Georgium, quamuis hæreticum se declarasset, iuris poenas fulminaret, quod necessitate cogente pontifex admisit. liberauit Bohemum Fridericum, arte usus, ut neque periret, neque vinceret.

Inuaserat tum Turca Bosnae regnum, occuparatque; loca eius plurima. verum anno Domini 1464. Matthias Vngariae rex paulo ante coronationem suam profectus cum copijs in regnum Bosnae, tunc dominio Turcarum subiectum, profligatis hostibus, omnia recuperavit, quæ anno superiori inuaserat Turca, ut refert Pius in epistola ad ducem Burgundiae: castrum quoque Iazygā mu-

Carol.
Burgun-
diae dux.

Frid. Imp.
Viennæ
obsessus.

Bosnae re-
gnum.

munitissimum vi, alia verò terræ eiusdem castra deditione cepit, omnesq; Turcarum milites in p̄sidio locatos, quos gladius non absumpsit, ad gratiam & suam ditionē recipiens secum deduxit.

Matthias Vuaiuoda prædictus, post mortem Ladislai regis Hungariæ regnum occuparat, quod sibi competere Cæsar Fridericus affirmabat, & quidem iure hereditario, & vt aliqui volunt, per electionem. fit inter eos longa concertatio. nam & coronam regni habebat Fridericus, quā cum Ladislao mater apportauerat, eam Matthiæ restituere recusabat. tandem per concordiam lis sopita est. Quo factò, sacro regni diademate à manibus Friderici imperatoris accepto, rex Matthias sexto sui regni, Dominicæ scilicet incarnationis 1464. anno, in die cœnæ Domini, regni proceribus præsentibus, magna cum solennitate coronatus est. Sed & bella in Bohemia nonnulla cum Casimiro rege Poloniæ gessit, pax tamen composita hoc modo inter eos fuit, vt Pannouia, Hungaria, Morauia & Slesia Matthiæ relinqueretur, & Bohemiæ regnū Vladislao filio Casimiri, remaneret.

ANNO salutis 1464. Pius pontifex obiit. nam cum primo anno pontificatus manutæ conuentum pro Christiana fide tutanda habuerit, & in eo frustra principes conuocauerit cōtra Turcas, hoc anno ipse cōpositis rebus, vt poterat, expeditionē Asiaticā, quæ in p̄fato cōuentu regum & principum ambitione ac auaritia fuerat obmissa, repetit, oratores ac nuncios cum literis apostolicis ad Christianos mittit, ad bellū hortatus est. Indè ab vrbe discedens Anconam, lectica iacens defertur. In itinere autē magnam vim hominum ex Germania, Gallia, Hispania venientium ad bella Turcis indicta, offendit: quorum magnam partem absolutam peccatis, Germanorum potissimum, iu patriam remisit, quod minus idonei bello gerendo, quæque etiā belli impensam, vt in literis apostolicis continebatur, secum non attulissent.

Dum autē classem, quæ passim in portis superi inferiq; maris ad tantū bellum fuerat edificata, dumq; Venetorum ducē belli socium Anconæ expectat, diutina & lenta febris afflicta, moritur anno sui pontificatus sexto, die quo emigraturus erat, duas horas ante extremū vitæ spatiū patres cardinales ad se vocat, constanti animo & voce non incōcinna ad concordiam in eligēdo nouo p̄fite adhortatus, ecclesiā atq; suos illis cōmendauit. petijt sp̄tē sacramēta omnia, orationes canonicas nō intermisit, symbolū Athanasij cōstantè pronūciauit,

mortē non exhorruit, non perturbationis aut inconstantia, dum extremū spiritū efflaret, signū aliquod edidit, extinctus magis q̄ mortuus: vt corpus suū Romā deferretur mādauit. Id factū est, in basilica S. Petri conditū ad altare sancti Andree: ipse em̄ nup̄er caput sancti Andree apostoli è Peloponeso à Thoma Palæologo ei⁹ loci Despota, à Turcis profligato, aduectū Romā, in sacello ad S. Petrum ad id fabricato, honorificētissimè collocauit, ipse etiā & Accaterinam Senensem in sanctos retulit.

ANNO deindè salutis nostræ 1464. pridie Kalēd. Septemb. Paulus secūdus Barbo antè vocatus, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena, sancti Marci presbyter cardinalis, p̄fite creat. Is vbi magistratum iniit, statim, siue q̄ ita polliciterat, siue q̄ Pij decreta & acta oderat, omnes Abbreviatores, quos Pius in ordinē redegerat, tanq̄ inutiles & indoctos exauthoraui, eos bonis & dignitate, indicta causa, spoliavit, quos etiā p̄pter doctrinā magnis premijs aduocare debuerat. Erat quidē illud collegium refertum bonis ac doctis viris diuini ac humani iuris, inerāt potētæ & Oratores, quos Paulus tanq̄ inquilinos & aduenas è possessione pepulit.

ANNO salutis 1465. Carolus dux Nortmāniæ, Ludouici regis Francorum frater, cum duce Britonum discordare cœpit, quo intellecto, Ludouicus oblatā sibi occasione, qua Nortmāniā à fratre eriperet, ratus, cum Britonum duce ad id patrādum cōuenit. nec frustrā tantum Carolo fratri negocium fecit, qui post varia bella de Aq̄tania cōtētus fuit, addicta quadā p̄fione annua, & sic bellum inter eos sopitum est, quod per annos tres durauerat.

ANNO Domini 1466. Paulus Pontifex maximus Georgium Pogebratium Bohemiæ regē cōsistorio publico de hæresi damnat, dignitate & regno per sententiam priuat. Hic em̄ Georgius cum post obitum Ladislai in regē electus, iurauit in manus duorum episcoporum, tactis sacramentis euangelicis, publicè dum coronationis insignia reciperet, q̄ deinceps fidelis & obediens esset sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum se, contoralem suā ac liberos, tali iuramento obligasset, p̄ Fridericum Romanorum imperatorem confirmatus extitit. Verū cum his omnibus contraria postea ageret, & hæreticorum sectā foueret, Vradsilauenses & cæteri catholici homagium p̄stare illi recusabant. declarauerat enim se p̄fecta hæreticorum, propter quod Papa eum antè Pius, & post Paulus, grauissimis celsuris ac totum regnum fulminabant, fuerunt

Paulus 2^o
papa,

Carol. dux
Nortman
niæ.

tum

tū nōnulli in regno q̄ Pogebratiū oderāt: hi primūm Fridericū imperatorē ad regnū inuitabāt, deindē vbi Frideric⁹ recusat, ad Matthiam Hungariæ regem recurrerant.

Tū & copijs legati apostolici rex matthias aliā ob causam cōgregatū exercitū satis iustū addidit, p̄ quorū sumptib⁹ dedit impator ex Austria vni⁹ anni redditū. Quib⁹ sic p̄paratis, audiuit Matthias Victorinum regis Bohemię filiū, venisse in Moraviā cū exercitu quinq; milliū pugnatorū, idēd illic occurrit, eūq; retrocedere cōpulit. Tandē in quodā monasterio eū obsidet, sed illum paulopōst pater Pogebratius potētē liberavit.

Matthias
rex Bohe.
designat⁹.

Inter hęc Matthias priuato iā p̄ sentētiā hēretico, in regē Bohemorū declarāt à romano pōtifice, q̄ & Friderico impatore extitit cōfirmatus, q̄ rex ad preces impatoris ac Romani pōtificis, cōtra hēreticos Bohemiæ septēne bellū gessit, cōputatis p̄cedētib⁹ annis, Moraviā, cūctamq; Slesīā, sed & Lusatiā in potestatem suā redegit. Audiui ego à quodā comite, q̄ illis dieb⁹ erat de senatu impatoris, q̄ idē Matthias pactus fuerit cū impatore, q̄ p̄sequi vellet Bohemiæ regē, nec pacē inconsulto impatore cū illo facere: et q̄ ea p̄pter impator Romam prexit in p̄pria p̄sona, vbi nō solū negociū istud apud Paulum pōtificē p̄mouerit, sed & expeditionē contra Turcas, in qua post debellationē regis Bohemię Matthias ipse dux p̄ficeretur, sollicitauerit.

Frid. imp.
secund⁹
Romam
profectus.

Venit in vrbē tunc anno salutis nr̄ę 1469. cū decēti comitiua, vt dicebat, voti gratia, quē Paul⁹ Pont. honorificētissimē suscepit atq; tenuit. Scribit Platina, se vidēte, papā & impatorē ex mole Adriani sub eodē pallio à Laterano redeūtes, substitisseq; Paulū in pōte, donēc impator equites aliquot crearet. Verūm impator hominē, vt veniret in Germaniā, & Christianos principes cōuocaret, frustrā tētavit inducere: oratores tñ reges & p̄cipes, de bello Turcis inferendo sollicitaturos, mittere decreuit.

Abeūte impatore, Matthias rex Hungarię statim pacē cū Bohemo p̄cussit, contra pacta cū Friderico inita, q̄ fecit irrita, opinor, q̄ hac ratiōe cōfirmari vires & aduersus Turcā, & cōtra Fridericū Imp. putaret.

Anno eodē 1466. mēse Martio, Frācisco Sphorcia Mediolani dux morit. hic et si cūctos prudentia & felicitate principes sui tēporis excelluisset, in senectute tñ mulierum ardore deceptus nimium p̄uaricatus est. Post eius interitū administravit rēpublicā aliquātisp̄ cū filio Galeatio Maria Blanca relicta. sed eius imperiū fili⁹ nō ferens, eā magistratu deiecit, rēpublicā ipse

obiit, Mediolanū vrbē ædificijs reliquisq; ornamētis publicē priuatimq; decorauit. Anno 1467. Philipp⁹ Burgūdię dux mēse Iulio Brugis morit, & Diuioe sepelit, princeps suo tempore in armis valens, prudēs, & à suis miro modo amatus. hic Carolum filium habuit successorem.

Post obitū Philippi Leodij aduersus pōtificē suū bello decertabāt, quē apud Huiū obsidēt, quod cū ferocissimē oppugnarēt, pōtifex clām dilapsus est. Et episcopo affinitatis causa Carol⁹ Burgūdiæ dux succursur⁹, miro in Leodios cōcepto odio copias cōtrahit, mittitq; p̄ insigniora suæ ditionis loca bellū Leodijs indicere. Qui aut id negocij exequabant, vna manu extitū gladium, altera facē ardentem gerebāt, hæc rē significantes, Leodiorum gentem igne ferroq; perdendam à Carolo fore.

Fuisse cōstat Leodios Frācis iādū cōiunctissimos, eorumq; amicitia semp secutos. quāobré Ludouic⁹ suppetias illis ferre cōstituit, simul nē ex eorū ruina gloria burgūdiorū vires accēderet, mitunt ei⁹ reigratia 400. equites cū sex sagittariorū millibus.

Dū aut Vernōe ageret Ludouic⁹, S. Pauli comes Conestabulari⁹ à Carolo Burgūdo ad eū venit, q̄ multa de Burgūdo atq; Leodiorū gēte memorās, sex tm̄ mensū inducias à Burgūdo impetrat, Leodijs posthabitis. Rediēre itē p̄ id tēpus ad regē Ioh. Ballua & reliq; cū eo, q̄ Ballua cardinalatū Ro. sedis Ludouici interuētū nō sinē multorū admiratiōe obtinuerat. In delegatiōe quid actū fuerit, ex ipsis inducijs intelligi potest. Leodios videlicet falsis suggestiōib⁹ à Ludouico desertos, & Burgūdo p̄missum miserā gentē bello p̄seq, q̄ cū auxilio se destitutam intelligit, nō alitē cum Burgundo pacisci poterat, quā quod ingentem illi pecuniā persolueret, murosq; & turres suæ ciuitatis aliorumq; oppidorum dirueret.

Interea Carolus Ludouici regis frater, Britonesq; aduersus Ludouicū p̄parāt, ad quorū auxiliū Carolus Burgūdię oēs suas copias ad S. Quintinū cogit. quod intelligēs rex, nō solūm pacē cū fratre facit, sed & ducē Burgūdiæ recōciliare curauit. audito em̄ q̄ Burgūdus Perone castrametaret, ex Nouiano rex Peronē paucis comitat⁹ se cōtulit. Cardinalis enim Ballua & Borbonius comes tantūm, p̄ter aulicos aliquos sequebant. ausus tamē est Ludouic⁹ ad hostē ire, seq; illi familiaris, p̄ter omniū opinionē, credere. Ibi inter eos modici momenti pax cōuenit, iurāte Burgūdo Ludouici partes se nō secūs ac subditū decet, tutaturū. proindē rex Burgundo cōfirmat, quęcunq; in conuentione Atrebatensi patris sui tēpore de-

Philippi
Burgūdię
morit.

Leodiorū
se bellum

Leodiorū
se bellum

definita extiterant cum Carolo septimo.

Dum Perone dux ageret, ego nūcius fui missus à bonæ memoriæ Vdalrico inclyto comite de Vuirtemberg &c. ad eundē Carolum ducē. erā enim p̄positus in Stutgarten Ecclesiæ collegiatæ. & dū venissem ad Traiectum superius, vltra propter bellicos terrores non p̄cessi, sed collegā meum qui erat laicus, vt transiret oneravi. quo abeūte, ego p̄stolaturus eius reditum, in eodem loco de contingētia facti hoc modo audiui, q̄ cum subortæ fuissent anno tūc p̄terito, inter Episcopum Leodiēn ac ciues eius ciuitatis cōtentiōes, & Episc. vrbe esset pulsus, Carol⁹ vrbe obsidiōe arctissima cinxit. facta deindē inter ciues discordia, pars per vnā portā exiuit, & se ac vrbe gratiā ipsi⁹ dedit, pars verò per alterā portam dimissis vrbe ac bonis aufugit, & ad regē Frāciæ Ludouicum p̄sidiij causā peruenit.

Obtenta hoc modo per deditiōem ciuitate, dux Carolus ciuibus mandat, vt turres omnes, muros & antemuralia demolirentur, non modò vrbis, sed & oppidorū subiectorum. Deindē Leodiēn arma omnia, machinas, tormēta, hōbardas & quidquid bellici apparatus habebant in vrbe & subiectis locis, abstulit. Nec his satiat⁹, sed eos vt sibi soluerent trecēta millia floren, aut quotannis donēc soluerent, quotā de centenarij, id est, xxx. millia floren, sacramentis adhibitis obligauit. Licēt autē pontifex Rom. ob deiectionem episcopi sui, Leodienses cēsuris ecclesiasticis innodauerit, cognita tñ eorum submissiōe & exulum eius ciuitatis querela, grauiissimaq; cōtentione, eos ad concordiam omnino reuocare cupiens, Tricaricēn episc. legatum eō misit, q̄ interdictum sustulit, eosq; duci reconciliare conat⁹. Noluī autē dux aliquid remittere de impositione prædicta, tametsi soluendū non essent: sed exulibus regressum dare liberū ad sua ferē negasse, q̄ seueritas à multis imp̄bata dicit. dedit em̄ iā desperatis nouæ rebelliois occasione nō modicā.

Factū est igit, vt dū rex Ludouic⁹ copias cōtra ducē instructissimas haberet, & dux perōe ageret, rati Leodiēn exules tēpus eos iuuare, nō sinē (vt ferē) cōsilio regis, p̄perē se ad iter accingunt, ac Leodiū quadā nocte iam armis & ppugnaculis nudatū, paruo negotio ingrediūtur, pulsoq; ducis p̄sidio, cōciues suos ad libertatē resumēdam induxere, moxq; ciuitatis statum ordinantes, muros erigere ac resarcire satagunt.

Reditus iste vbi diuulgatus est, totā terrore prouinciā compleuit. erat enim ob expeditionē ducis, ppugnatoribus exhausta. Leodij indē hostē aggressuri armātur.

Poēstridiē Leodiēn centum supra mille viri int̄ mpesta nocte oppidū Bassel muris nudatū, p̄notos sibi aditus irrumpūt, & des p̄fri⁹ gunt p̄ter expectatiōē oim. fit clamor a tq; trepidatio. fuga salutē quisq; nemo armis q̄rit. Elapsi sunt bñficio noctis plurimi, capti nōnulli, inter quos legatus apostolicus vnā cum Leodiēn episc. inuent⁹ est.

Erant in eodem oppido armamēta ferē oīa, quibus Leodiēn p̄ deditiōem spoliati fuerant, q̄ vnā cum equis captiuisq; omnibus cum triumpho transportāt. Auxit hæc res animos ciuiū, & ad indubitātā recuperandæ libertatis spem erexit, maximē cum recēsuissent tantis ducē implicitum negocijs. ideò cōuersi mox ad instructionē murorum, ppugnacula erigunt, debiliora loca muniunt. Et cum diū noctuq; operi incubunt, inter regem (in quem omnem suam fiduciam collocauerant) ac ducem pax cōcepta est arcana, & cunctis admiranda.

Pace facta, indignabundus dux p̄perat cum exercitu, de Leodij vindictā sumpturus, cum quo Ludouicus rex tanq̄ eiusdem expeditionis socius vltro venit. vrbe obsidione cingunt. Exiuit, cōsentiēte populo, Episcopus Leodius placādi ducis causā, nec tñ p̄fecit, iurante Carolo, nō prius ciuitati parcendum, q̄ ciues & vrbe subegisset. Episcopū autē apud se, nē ad suos rediret, cōtinuit. Mira rerū mutatio. Leodij q̄ se magno liberatos malo credebant, mox ē spe maxima in desperatiōem ceciderūt extremam.

De reb⁹ itaq; suis desperantes, egressi ciuitatem, hostē adoriant, captos sinē miseratione maclantes: vbi tñ obsidiōe se angicōsiderāt, ad primā oppugnationē primores vrbis, vtcunq; potuerūt, elapsi aufugerunt, relictis in ciuitate mulieribus & incōposita plebe, religiosi quoq; atq; infanti-bus. Ergò irrumpētibus ferocitē Burgūdis, Ludouicus (vt refert Gaguinus) pri-mum, deindē Burgundus ciuitatem intrat, fitq; mox passim occisio & strages, virginibus vis, & religiosi mors inferē, neq; indulgētia vlla militum in pueros fuit: quin etiā stupratas à se virgines, crudeles satellites iugulāt: sacerdotes eadem hora rem diuinam in templis facientes, gladijs periēre. nec satiatus est inhumanus hostis tam multa cæde: p̄das ex omni ciuitate, & ex templis sacrilegia fecit, incensa postea vrbe & muris diruptis, quorum ruinis fossas equauit. Acta sunt hæc anno Domini 1463.

In Saxoniā circa ista tempora Ernestus dux Saxonie Electoratum gessit. hic dum esset puer, vnā cum fratre Alberto furtiuē sublat⁹ fuit hoc modo: Erat homo audax Cunradus de Kauff, nobili apud eos loco

TT natus.

Lud. Frāci rex & Carolo iunior.

Leodij miseranda clades.

Ludim Carolus obsidit & cepit.

Duo Saxo-
nia duces
furtim rap-
ti.

natus, bellicæ rei pitus. is cum se patria pulsum & paterna hæreditate priuatû à Friderico duce existimaret p iniuriâ, scelus pulcherrimum excogitauit. Arx est in Misna, in alto monte & in abruptis vndiq; rupib⁹ sita, Altiburgû, puinciales vocant, ad radices môtis oppidû egregiû, munitû & populo plenû: ea in arce duo adolefcetes filij Friderici ducis, Ernest⁹ & Albert⁹ educabant.

Cunradus huc intépesta nocte magnis itinerib⁹ cum paucis cõtendit, & admotis scalis, pdete pëdagogo, arcẽ ingressus, dormiètes adolefcetulos in cubili cõprehëdit, minatusq; est mortem si mutirët. funibus colligatos extraxit, haud dubius quin perductos in Boëmiam magno precio venderet, suasq; contumelias eo pacto magnificè retunderet. iam syluam harcyniam, q Boëmiam à Saxonia diuidit, ingressus erat. iam piculum omne transmissum putabat, cum iunior captiuorum, labore ac fame deficiens, & quietem simul & cibum poposcit, cuius precibus commotus prædo, ad carbonarium quendam diuertit, afferriq; panem & cereuisiam iussit.

Facinus
insigne.

Intercà apud Altenburgiû cognita tâta rei nouitate, clamor exorit, attoniti oppidani raptim arma capessunt, & preciosam vendicaturi prædâ, præcipiti cursu pdonis vestigia insectant. syluam ingressis fortuna blanditur, quæ inter multos tramites eû teneri suasisit, q rectâ duxit ad carbonariû. Ibî Cûradus dum puero cibum ministrat, ex improuiso capitur, & oblatu principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit.

Eduardus
Angliæ
rex.

Variè hoc etiâ seculo in Anglorû regno tumultuatum est. annos aliquot Henricus, cuius supra mentionem fecimus, regnarat. hunc Eduardus regno deturbatû cepit. sed restitutus est in dignitatem suam opa Varuici, studioq; Ludouici regis Frâcię, nec fuit integra ei res diû. nam Eduardus Caroli Burgundi ducis ope statim Henricum supauit, carceriq; commédauit, & deindè bellum apparantibus Henrici amicis, regnum summis laboribus difficultè tutatus est.

GENERATIO I.

ANNO salutis 1470. sedente in sede S. Petri paulo 2. & impante Friderico III. L. incepit generatio. Hoc anno pridie kal. Augusti, Carolota Ludouici regis Frâcorum vxor, Carolum filiû Ambasiæ enixa est patri successorè. alij eum anno pcedenti asserunt fuisse natum. His etiâ diebus cepit indignatio Carolum Aquitanie ducem, qui cum Armeniaco comite copias cõtrahit, quasi bellum regi moturus. verû paulò pòst obiit apud Burdegalâ veneno.

ANNO Dñi 1471. Paulus II. apoplexia

moritur secûda hora noctis, solus in cubiculo, nemine vidente, cum eo die lætus etiam consistorium habuisset. pötificatûs sui anno 6. mense 10. quinto kal. Augusti. fuit in eo, quantum ad corpus attinet, maiestas pontifice digna. de apparatu pontificio curiosus erat, in colligendis pecunijs diligens fuit, vt ferè sempèr bñficia & Episcopatus his committeret, qui officium aliquod venale haberent, vndè elici munus posset. oia em officia suo tempore venalia erant: redimendarum quoq; pensionû vsûm non improbauit. his autem pecunijs interdum etiam ad liberalitatè vtebatur. nã & cardinales pauperes maximè & Episcopos, & principes ac nobiles domo extorres, virgines, viduas, ægrotos frequentèr iuuabat. ædificauit splendidè, adire hoïem die dormientem, ac noctû vigilantè, attrectantè gemas & margaritas difficile erat. Hæc Platina.

ANNO eodem Xystus III. papa natione Ligur, ex Sauona vrbe maritima natus, Franciscus antea vocatus, ordinis Minorû generalis minister, Paulo Pontif. repentino interitu sublato, qnto Idus Augusti subrogatus, sedit annis 13. vir ingenio clarus, doctrina picipuus. fuit vitæ cõtinentis, in pauperes religiososq; munificētissim⁹, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemens, principes & nobiles patria extorres, pferim Palæologorum filios, Bosnæq; reginam, à Turca pulsos, pecunijs adiuuare non destitit, & Rhodiorum milites ac Ferdinadum Apulie regem à Turcis vexatos, incredibili pietate fouit. Et eodè noui pontificatûs anno Hercules Estensis Ferrariæ ducatum accepit, Venetos auxiliores habuit in tutanda re domûs suæ, cû à Nicolao Estensi infestaret. Venetos deindè relinquens, cum Ferdinando socero fœderibus coijt, quarè diû Venetas vires ægrè pultit.

ANNO 1471. Chalcidem Eubœæ principem ciuitatem, nunc Nigropontum dicitur, Chalcis Nigropont. pditiõe cuiusdâ Liburni captâ ferunt. Obsessa vrbs dies 30. maximis affectit hostè claudibus, videbaturq; Mahumetæ relinquenda, nisi pceres satrapæ intercessissent. Pubes Italica palis est affixa. post plurimâ vniuersi penè populi cædem, reliquum vulgus sub hasta venditum. Occupauit Turca in finibus illis celeberrimas etiâ quasq; vrbes, Athenas, q nunc Sethinæ, & reliquas.

ANNO Dñi 1472. cometa in principio huius anni circa festum S. Agnetis apparuit, igni rutilans, crinibus longis nigrisq; in occidentalè vergebat plagam, durauit diebus 80. sequenti quoq; anno siccitas incõparabilis subsecuta est, pestilentia, bellaq; cruen-

fruentissima pluribus in locis euenere.

Per hos dies Carolus Lotharingæ dux apud Nansen peste absumptus est. at Carolus Burgundia dux, Lotharingij ducis morte accepta, Lotharingiâ armis sibi subiugare tentauit contra Renatum, causam assumens, quod Carolus defunctus obæratu illi foret, quo modo simul meditatur regium nomen vsurpare.

Circa hæc tempora Fridericus ad preces ducis Burgundia Lucëburgum venit, à quo dux imperatorem ad Metenses ducit. ibi p imperatorem Meteses orat, sibi per eos trãfrire in Lotharingiam liceat, quod cum à Metensibus non obtinet, Fridericû importunè rogat, regium titulum regni Sicilia sibi impartiri, cuius rex fuerat Carolus, & cui in præsentiarum causam agebat, atq; vt nouitati fulcimentum apponeret, vicarium se imperatoris institui postulat. At Frideric⁹ dissimulata prudenter postulantis arrogãtia, egressus vrbe noctû, p Mosellã in Germaniã abiit. hæc Robertus Gaguinus. Veritas est, q Treueri conuenerunt imperator & Carolus, vbî hæc acta creduntur.

ANNO Dñi 1474. Carolus dux Burgundia Nussiam Colon agri oppidû obsedit, causam p se ferens, q Archiepiscopum Coloniën Rupertû sibi & fœdere & necessitudine sanguinis iunctû, per capitulares eiusdem Ecclesiæ vi & insolentèr eiectum & spoliatum, restituere præterderet. Sed cum innotuisset Friderico Imperatori, q idem Carolus aduocatiã Archiepiscopatus Coloniën, q ad imperium ptinet iure hæreditario, suscepisset de manu Archiepiscopi, veritus nè sic pulcherrimum Germaniæ membrum vsurparet, exercitum conscripsit satis iustum. Interea tñ Carolus varijs modis oppidum expugnare, frustra tñ, admissus est, tandem imperator veniens, castra sua haud procûl à castris Caroli collocauit. habitati sunt varij tractatus paucis notati, ad extremû Carolus obsidionè soluit, ac crematis castris, cum omnibus copijs abiit. durauit aut hæc obsidio annû integrû. Paulò post Archiepiscopus Rupertus est captus, & in carcere mortuus. Hermannus Hassiæ Lantgrauus factus est Archiepiscopus, cuius opera tempore obsidionis Nussia creditur seruata.

Anno eodè Christodor⁹ inclyt⁹ rex Daniæ, Noruegiæ & Suediæ, vir Christianiss. Romã soluendi voti gratia peruenit, in itinere ab omnibus potetãtib⁹ honorificè tissimè exceptus. Venisse dicebatur nõ modò vt votum solueret, sed vt Christicolas cõtra Turcum animaret. Romã ingressus, pdeunte obuiã honorato cardinali col

legio, à Xysto pontif. max. pbenignè exceptus est, ac p singulari munere rosa aurea, quã pōtificates singulis annis in dñica Lætare alicui ex principibus Christianis donare cõsueuerunt, à papa donatus est. Ibidem de vniuersali Italicorû principû pace agere cœpit, vt s. vno animo contra Turcum coi- rent. sed res pfici non potuit, indè digressus, per Italiæ vrbes transiens, magno & celebri honore vbiq; habitus est.

ANNO Dñi 1475. Iubileus à Paulo Pōtifice prius p vniuersum orbè Christianû institutus, Xysto Pont. Max. hoc anno celebrat. Eodè anno Simon puer Tridentin⁹ à Iudæis mactatus est. cędis authores varijs affecti sunt supplicijs, quã historiã pleriq; sunt executi docto carmine. Cõsimile scelus Iudæi apud Mottã oppidû, quod est in finibus fori Iulij, post quinquennium Iudæi peregerunt. nam etiã alium puerum simili modo trucidarunt, pro quo tres eorum Venetijs captiui missi fuerunt, & atroci supplicio concremati sunt.

ANNO Dñi 1476. in Euxini ora Turci sunt Capha, vrbe nobilissima potiti. erant Caphenses in Genuensû ditione, ceterum vrbem in Galeacij vicecomitis inuidiam Othomanno dedere. pdita tñ est priuato, nõ publico, cõsilio. Eodem anno in Frãconia Germaniæ nobili puincia, q Frãcia orientalis appellatur, tympanista quidã homo simplex, pecorû pastor, apud vicû Nyclashusen vocitatû, sectatores plures nact⁹ virus diffundere cœpit, eo perniciosius, q & sacerdotes & religiosos in populorû inuidiam coniecit. Is verò simulatã puritatẽ quandã & innocentiam vite p se serebat, edocens vitã cleri ignominiosã esse, & q Deus hoc tẽporis nobilitatẽ execraretur, telonia non esse soluenda, omnes aquas & nemora omnibus libera & cõmunia esse, ac nonnulla alia nefanda in populû seminãs, ea sibi virginem Mariam enarrãsse pdicabat. Vndiq; igitur gentes votis pcellionabiliter accurrebant. visa sunt quodã die supra 30. millia hominû affuisse, diebusq; festis sermonem in odiû cleri deducebat.

Eò igit à Rudolpho Vuirceburgensi episcopo missi homines, indè tympanistam hunc ad Virtzburg ducentes, igni tradiderunt, post cuius mortem isthac peregrinatio euauit, durauit vix mēsis 2. Fuerunt qui dicerent hoïem à religioso quodã simplicitate deceptum, itã vt crederet B. virginem sibi apparuisse, mandãsseq; vti populo vitia nonnulla, per q offenderetur Deus in immensum, publicaret, & id qstus gratia inuentû fuisse aiut, q ex cõcursu vulgi sperabatur aucupari posse. vndè & pleban⁹ lo-

Caroli Burgundi cum Friderico conuenerunt.

Caroli Burgundi.

Simō Tridentinus.

Capha vrbis.

Factio apud Nyclashusen.

Christodor⁹ Daniæ rex.

Carolus
Burg. quæ
cum Sui-
teñ gesse-
rit,

ci infimulabatur, q̄ fuisset conscius facti.

Anno eodem Carolus dux Burgundiæ grandi exercitu duxit in Heluetios, Suitēs s. & eorū cōfœderatos, castraq; ingenti pompa iuxta ciuitatē Laufannā fecit. Laufannā paruo negotio accepit, deindē oppidum Gransen capit, ibi DXXI. Alemanos suspendi fecit, paulò p̄st non p̄cul ab eodem oppido cum suo exercitu ab Alemanis fusus fugatusq; tormentis machinisq; amissis, vix euasit, castra omnia direpta sunt. arces deindē amissas & Gransen Heluetij recuperant, inuentosq; Alemanos, quos Carolus suspēderat, omnes patibulo liberatos terrę commendantes, eisdem Alemanorum furcis lorisq; Burgundos, qui in p̄sidio erant, strāgulant. Rebus apud Gransen p̄fligatis, Carolus dux Burgundiæ cum se loignā in finibus Sequanorū ex fuga militemq; recepisset, Heluetios iterum p̄sequi cōstituit. At q̄ illi milite & pecunia opus esset, Guilielmū Gonetū cancellariū cum alijs xj. magna apud suos autoritate viris, ad Flandren & ditiōis suæ populos legat, qui milite refarciant, sextamq; bonorū suorū oīm partem ad belli impēsā ministrent. Legatis respōsum est, Carolo, si facultas deficit se tutò recipiendi, subsidiū illi vt principi & duci suo, se quidē p̄bituros, donēc domū salu⁹ redeat: belli autē in Heluetios gerēdi causam nullā videri, cui⁹ grā sese bonis & pecunia multare necesse sit.

Murra.

Paulò antē Carolus dux Burgundiæ Nansen Renato duci Lotharingiæ abstulerat, ob hoc Renatus se hostibus Caroli cōiunxerat, p̄ quod tempus Carolus reparatō exercitu, ad Murta in Heluetios ducēs, castra fecit, atq; exile oppidū circūuallauit. p̄perat eō Renatus Lotharingiæ dux cum validis copijs, auxiliatur⁹ Heluetijs. fit pugna, fusaq; prima acies Caroli, in fugā verso remonto comite eius aciei ductore. Vndē Murtenses ex oppido eruptiōe facta, cum Lotharingiæ duce socijsq; cōiungunt, hostium castra (caesis plurimis) puasere, nec fuisse fugę modus, donēc loignā peruenissent. q̄ tum in Burgundionum castris spolia Heluetij inuenissent, ad bñficij compēsatiōem Lotharingo, vt scribit Robertus, relicta fuere. occisorū in ea pugna numer⁹ Burgundionum, 17. millium fuit. Victoria de Carolo habita, Renat⁹ Argentinā se recipit, indē quatuor armatorū millib⁹ roboratus, Nansen quod sibi Burgūdus vsurpauerat, recuperare contendit, & oppidum, quod suprā ducentorum & mille militū p̄sidio tenebatur, obsidione cingit: qua firmata, ad Argentiū reuersus, cum nouas copias coēgisset, eas prioribus quas ad obsi-

dionem reliquerat, adiungit, Nansenque recuperat.

Interim Burgundiæ dux, cui aduersa oīa succedebāt, agrē admodum ferēs, à modico principe vinci, refarcitis p̄ tempore copijs, ex Salinis Sequanorum oppido Nansen duxit & obsedit, habens in exercitu 14. millia pugnatorum, aliasq; copias expectabat. dumq; ibi veniētes exercitus p̄solatur, ecce Renatus cum suis & Heluetiorū copijs adest, atq; partito agmine, alteri secundum flumen, alteri per viam militarem Nansen versū cōposito ordine incedit, iam etiā Carolus suos in acie statuerat, & hostes qui via publica p̄grederentur, tormentis appetere, p̄perabat: quod animaduertentes eius aciei ductores, sinistrorsum ad p̄ximum collē diuertunt, in quos Carolus Iacobum Galeotū Italum & quosdā alios bino agmine mittit, iubetq; hostē ab equitibus inuadi, sequente illos numeroso peditatu.

Mox nihilominus Heluetij qui in colle erant, conuersa in Burgundos facie, incredibili impetu hostem excipiunt, peditatum Caroli in fugam conuertunt: in Galeotum autem hi qui ad flumen iter habebāt, nulla mora incurfantes, totam cohortē fuderūt.

Est pons non procul Nansio, ad quem postq̄ fugientes pueniunt Burgundi, insequente eos ferociter Lotharingo, pars fluminis vadis se credentes, ab Heluetijs celsi, pars fluctibus obruti interibant, pars q̄ hyluis se abdiderat, ab incolis sine miseratiōe iugulabantur. Nec cessauit Lotharingus hostem sequi, donēc adueniens plurima nox, eum p̄hibuit. Tum de Burgundo duce, interitū an viueret, sollicitus. at ille reuera dum se fuga saluare contēdit, labere equo, fuerat tribus vulneribus occisus, vno ad caput secus aurem ad dentes vsq; pertingēte, altero ad femora, tertio ad anum. Id certissima fide cōpertum est, capto Baptista adulescente ex Columnensiu familia, qui duci eo tempore familiarissimē obsequēbāt: is non dubia de illo indicia, p̄tinus ostēdit, assensusq; est testimonio eius Marthę ducis medicus, atq; Antonius eius frater notus, quē Lotharingus captiuum habebat, cuius rei fidē vix admiserunt hi, q̄ Burgundiorum potestatis erant, p̄tinacissimē asserentes eū è pugna ad Germanos dilapsū esse, ibiq; septennem p̄nitentiā vouisse.

Erant qui equos gemmasq; venales exhiberent venderentq; dilata solutiōe, donēc Carolus exacta p̄nitētia rediisset. Et ego vidi hominem in oppido Bruchfella Spirensis dicecesis, q̄ solo tectus vili velamine, aliās nudus incedens, credebatur à vulgo

Nansen

Carolus
Burgund
caus.

Carolus
viuere ce
ditur

vulgo Carolus, publiceque visitabatur à multis, à quibus ipse ea gratia vitæ subsidia recepit, ferebaturque; quod non nisi ex testili & in terra cibum caperet. Tandem verò sub dissimulatione opinionis de se factæ abiens, elapsus est, nec aliud quam risus ab eo derelictum. Redeo ad historiam. inuentum ducis cadaver nudum, in diui Georgij ecclesia apud Nansium anno 1477. postridiè Epiphaniæ Dñi conditum est, & hoc iuxta supputationem nostram. nam Galli annum Christi incipiunt in Annuntiatione B. Mariæ virginis, secundum quos occubuit anno Dñi 1476. In eo quoque loco, ubi tot occisorum corpora iacebāt, Lotharingus victor sacellum condidit, addito sacerdote quæ memoriam defunctorum perpetuò haberet. Erexit quoque in prato, ubi cadaver Caroli inuentum est, crucem. Nec diu moratus, in Burgundiam exercitum ducit, quæ tota post paucos dies Ludouici nomine recuperat.

Certior factus de Burgundorum interitu Ludouicus, Turonum linquens, breuiter Mondiderium, Peronam, Abbatissuillam, Monstraliæ cum aliquot locis Atrebatenses vsque occupat. Atrebatenses verò parere recusabant, recepto in ciuitate Flandrensi presidio. Cogit Ludouicus grandem exercitum, Atrebatenses obsedit, qui per muros furcas sculpsit, appensis albis crucibus, tanquam ipsum regem Francosque suspensio dignos arbitrarentur. fuerunt qui pudendas partes reuelatas ostentarent, conuiciantes regi. Paulò tamen post venerunt ex ciuibus aliquot ad Lodouicum, qui hanc concordiam formam reportauerunt, manerent ipsi in regis fide ac potestate, vectigalia & fiscum regij quaestores administrarent. pecuniam inde quaesitam, Maria Burgundi Caroli filia ab ipsis regijs ministris acciperet, nullum tamen regium presidium ipsi reciperent.

His ita compositis, rex ad oppidanos mittit cancellarium, nonnullosque primarios regni viros, qui ab Atrebatibus fidei iuramentum exigant, quo sanctè præstito, dum legati in diui Vedasti cœnobio discumbunt, pars perditorum hominum insurrexit frequenter vociferans, Occidite Occidite. à legatis tamen temperatum est, qui pertinens ad regem redire. Hanc iniuriam dissimulans rex, abiit. & dum Hefdini esset, Atrebatenses simulata ad eum legatione, Admiraldum adeunt, petentes vt bona eius venia, Hefdinum mittere suos ad regem liceat.

Acceptis ab Admiraldo de professione literis, octodecim Odardo Butio duce, oppido egressi, Flandriam versus iter constituunt eo consilio, vt Mariam Caroli filiam conuenirent, cuius doli prouidus Admi-

raldus, mittit qui deprehensos ad regem omnes perducunt, ij ultimo supplicio affecti sunt, Odardo caput iolum pellibus aduocati more ornatum, appositum est. Erat enim publicus Atrebatum, procurator, & in eo amictu caput amputatum, tignoque sublatum est cum inscriptione, Hoc Odardi caput est. Statim rex circumvallauit oppidum, tormentorumque; violentia, propugnaculum, quo se maximè tuebatur ciuitas, deiecit, vt in oppidum longè patens, prospectus esset, rexque; oppidanorum bona militi diripienda publicat, quæ obrem miles animosior factus est. Perterriti ciues, ad Ludouicum mittunt misericordiam implorantes, quam præter multorum voluntatem impetrabant. admiserunt itaque; regias copias, nec tamen opprobrijs abstinerebant, in Mariam Caroli filiam propensi, quam longè à se in Flandria agentem, perinde atque numen aliquod obferuabant, ita vt quidam ob perfidiã in regem capite damnati, cum securim districtã vnico euadere verbo potuissent, mori pertinaciter maluerint, quam dicere, Viuat rex.

Mulctati sunt Atrebatenses multa fusi cælatique; argenti copia, nec eo demissiore animo fuere. Quamobrè veteres incolas in penitentiorem Franciam transfert, vocatis ex regno nouis colonis, quos in illorum locum velut in nouam coloniam mittit, mutatoque; nomine, Franciam Atrebatum vocat. Interim magnoperè studet, quomodo Mariam Caroli filiam ad se traducere posset, promittens illi ex regio genere maritum dare, sed & ditionem quæ ad eam pertinere, tanquam suam defendere: verum nihil obtinet.

Flandrenses tametsi omnem belli ratione vitare cuperent, Fræcis tamè relictis, ad Germanos respiciunt. Erat Friderico Romano Imperatori filius Maximilianus, 21. annum agens, cum hoc nuptiarum fœdera conciliant. Conuentum erat vt res hæc apud Fræcofordiam publicis comitijs ageretur ad Kalendaras Iunias. Ea re cognita, Ludouicus rex Francofordiam nuncios mittit. summa legationis fuit, vt refert Robertus, qui vnus ex missis erat, in conuentu ipso memorare, quæ amicitia inter impatores regesque; Francos diu permanserit, quibus legibus atque institutis perseuerauerit, Mariam Burgundi hæredem, feudi legibus erga Ludouicum adstringi, longo vsu obseruatum esse, nè qua illustri inter Fræcos scemina, viro pegrino iure nuptiarum rege incòsulto coniungatur, decere illam patrijs institutis obtemperare, impatoris dignitatis & fidei esse, non violare amici iura. Téperet ergò Fridericus, nè id committat quo veteris amicitie sanctitudo of-

Maximilianus diu
Friderict
filius.

sendatur. Talib⁹ mandatis, legati sequuntur Maximilianū, q⁹ p⁹ Rhenū descendēs, Coloniā petijt, post dies 20. qbus Maximilianus pfectionē in Flandriā parat, edocti fuerūt nūcij regis, tardē se venisse, nuptias firmatas esse, idē ad Ludouicum mox rediēre.

Geldria
dux adol-
phus.

Eodē fermē tēpore dux Geldren à Flādris è captiuitate solutus, 1500. Alemanis instructus, Tornaci suburbia cremare cōstituens, à Tornacensibus primo conflictu occiditur, & in urbem infertur. Et secūddē erumpentes in Alemanos equites Franci, cum aliquot vrbis incolis, cædem fecēre duorum milliū, 700. viuis compræhensis. surgūt indē variæ cōcertatiōes. Hoc tempore Galeacio cęso, Ioh. Maria filius anno 9. ætatis suę dñatum Mediolani obiit, adolescens cum ducatu in multorū tutela fuit.

Maximili-
ano de-
sponsata
Maria
Burgund.

ANNO 1477. Maximilianus Austriæ dux, Friderici Imp. filius, adolescēs magni animi, à Maria adolescētula Caroli Burgūdiōnū ducis filia, ex cōsilio procerū inuitatus, cum satīs iusto exercitu accessit Flandriam, & ipsam Mariā illustrissimā virginē sibi in coniugē desponsauit, ob hoc dotis noīe Burgundiā, Brabantia, Flandriā, Limpurgā, Lucēburgū, Hannoniā, Hollandiā, Selandiā, Artesiū, Geldriā, cum nonnullis alijs terris accepit, quīs Ludouicus Frācorum rex nonnulla q̄ focer possederat, ademerit. Ea propter grauiā inter eos bella fūere suborta: leuiāq; primū plia hinc indē habita, inter q̄ Flamingi, vt scribit Robert⁹, de pace ad Ludouicum regem mittunt, p̄mittunt relicturos se Artesium cum vtraq; Burgundia.

His promissis, confestim rex Cameracū cum reliquis quæ occupauerat, Flandrensibus restituit. Anno sequēti pax rupta est. Cameracenses in potestate regis retenti sunt, qui Francis in p̄sidio positos expulsos, ad Maximilianū defecerunt. secuti sunt Bochinienses, interemptis in arce Francis. Ludouici cohortes in Burgundia aliquot oppida ceperūt, inter quæ Dola expugnata & diruta est. Fit pugna atrox prope Morinum, multis hinc indē cæsis. tādē 7. annorum induciæ succēssere, quæ, vt moris est, sunt seruatae.

Tubingē-
sis studij
initia.

Eodem anno salutis 1477. ad instātiā inclyti comitis Eberardi de Wirtemberg & Mōtispelegardi senioris, illustrissimēq; dominæ Mechtildis matris eiusdē, auctoritate Apostolica Vniuersitas studij generalis in hoc oppido Tubingen Constan diocesis, prouinciæ Moguntinæ, fuit erecta, & Ecclesia parochialis diui Georgij martyris, in collegiatam eleuata.

ANNO 1478. Genua vrbs maritima,

postq̄ 15. annis sub ditione Mediolanen sūt fuerat, excusso seruitutis iugo nō sinē magna contentione, armis & auxilio Robert⁹ Seuerinātis, eorum copiarum ducis, in libertatem se vendicauit. Genuēses autem, cum primū superiori anno Galeacius nobilitium in libertatem se vendicauerant, sed statim Fliscis à factiōe Spinulorum & Adurnorum superatis, vrbs in Mediolanen sūm potestatem rursū redacta fuit rursū quoque à Prospero Doria sublata. Mediolani dux, vt iterū urbem sibi in potestātē redigeret, duodecim millia hominū cōtra eos armauit, quibus Genuēn, duce Roberto Seuerinate obuiam facti, octo eorū millia occiderunt, & reliquis prorsū spoliatis & profligatis, Genuam rediērun, ac Castellum pugnacissimum, deiectis Mediolanen p̄sidijs, receperunt.

Sequitur in hos annos Venetorum Heruscum graue bellū, tum quoque vel maximē ab Othomanis Veneta res est vexata, Lepanthus, Croia, Scodra, reliquisq; nullis amissis, excisæ.

Et Rhodij cum à Turcis dissiderēt, post Cōstantinopolis expugnationē grauiā sūt p̄tinuere bella. cū 24. annorū curriculo cōpures vicinos sibi subegisset, animo inflatus mahumet ægrē admodū tulit, Rhodū urbem finitimā eius imperio liberam esse. mahumetes igitur imperator ingenti classe maximaq; bellatorum vi Rhodum petit, appulitq; ea classis velorū 100. decimo Kalēd. Iunij anno Dñi 1480. militeq; in terrā exposito, primū in vertice montis S. Stephani & circa eius montis colles, castrametati sunt, & per tres fermē mēses urbem bōbardis alijsq; missilibus indefinētē p̄duces suos lacerauit & oppugnauit.

Verū Petrus Dabuson magnus Rhodiorū Magister, Christianę religiōis amantissimus, vir prudens, suæ magnanimitatis magnū experimentū dedit. diuina em fauēte clemētia, sua & suorum virtute Turci fundūtur, ppulsantur, cędūt, tatoq; impetu terga vertūt, vt sibi necis causa essent. fama satis cōstans est, Turcos visionis miraculo exterritos. maiorē em exercitū parte amisere, vbi cęlitūs Christi Iesu ministri propugnātes visi, militibus Rhodijs miraculo, Turcis terrori fuere maximo.

Fatendum igitur, hanc victoriam celo demissam esse, cum tam parua militum copia, hosti potentissimo iam murisposito ac quassato restitit. Exactis igitur octoginta nouem diebus, Imperator Rhodiorum littore classes soluens, Phycum nauigare p̄perat, illic milites & supellectilē ex-

Robert⁹
Seuerinātis
Genuā
dux

Rhodij
pugnauit

one.

nerat, vbi dies xj. morat^r, ad domesticos lares cum clade & ignominia reuertitur. Petrus autem à pontifice Xysto & cæteris omnibus europæ Christicolis, pecunijs adiutus, laceratam insulam diligenti cura restituit, ac celebriorem fecit.

Apud Suteses montanos in Alemania haud longè à finibus Lucernensium, in loco vastæ solitudinis, homo senex solitariam vitam & abstinentissimam hoc tempore degabat, qui per annos 20. sine corporali cibo vixit, quem fratrem Nicolaum appellabant, habebat uxorem & liberos, à quibus secedens ob frugem melioris vitæ, vir corpore arid^o & exhaustus, sola cute neruisq; & ossibus cõpactus. Hic homo quasi cælestem vitam egit in terris, immaculatam absq; sordē, quæ nonnulli iniqui iudices, aliorum ac deceat, interpretati fuerint. Sed mirum cur virum calumnientur, qui longam vitam in arctissima paupertate & solitudine duxit, in abstinentia extrema & humilitate perseverans, qui nihil appetiuit, qui nulli iniurius fuit, qui auaritiã calcauit, honores seculi spreuit, nullum superbiæ fomitem ostendit, optimè de fide sentiens: paucorum verborum cum esset, ad interrogatam salubria semper & consolatoria respondit, ita q; raro quisquã ab eo non edificatus abscessit. Is igitur bonus, iustus ac sanctus à bonis semper est habitus.

Indicauit hoc perpetua hominis alacritas atq; lætitia, quem nemo mœstum vidit, sed vultu semper eodem, sciebat se mortali culpa liberum, bonis operibus ac cõtempationibus intentum. Per antistitem quoq; Cõstantien^s approbatus, ad cuius pceptum tres particulas panis, tanq; obedientiæ filius, comedit, quas cum difficultate deglutiuit, tandem senio & viribus deficiens, eius senilem animam mollis dissoluit sopor. Sepultus est in Ecclesia sui pastoris cum opinione sanctitatis.

Eodem anno 1486. Hydruntum Apuliz maritima ciuitas, ab exercitu Mahometis Turcorum principis expugnatur, cum eius exercitus à Sarfons in Apuliam transfretus est, in colle q; vrbi imminet, castrametati sunt vallo & fossa munitissimi. ita Hydruntum obsederunt, vt nulla spes esset ferendi auxiliij. Tandem dirutis mœnibus, ad vesperam protracta pugna, suparis Hydruntijs, ingressi urbem Turci, omnia percurrunt, archiepiscopus trucidatus, qui in hostium manus deuenerunt, omnes capiteplexi sunt. Franciscus Hydruntiorum dux captus & exarmatus, medius profectus est, supra duodecim millia hominum fuerunt, ex quibus tantum vigintiduo euaserunt,

potiti victoria barbari, cœperunt statim vicina oppida sollicitare ad deditiõem, & imprimis Leucam ac Tarætum, discurrentq; igni & ferro omnia perdentes, regnum in maximo discrimine posuere. Et nisi mahumetes citò de medio sublatus fuisset, non modò de Apuliz regno, sed de tota Italia actum fuisse credebatur.

Alphonsus Calabrorum dux, qui tum Senam Hetruriz urbem obsidebat, audiens hæc, mox obsidionem soluens, cum exercitu in Apuliam properat. Verum statim vt barbarus imperator diceretur mortuus, Alphonsus ipse confestim urbem Hydruntum valida obsidione cinxit, & Turci audito sui principis obitu, diffisi urbem se posse tueri, salua vita & rebus, Alphonso sese tradidere, qui urbem introgressus, vniuersa sibi retinuit, & Turcos pro suis mancipijs referuauit.

Anno eodem Kal. Septemb. migravit ab hoc seculo inclytus comes Vuirtembergæ & Montispeligardi Vdalricus, cognomento Beneamatus, vir sanè beneficentia & placabilitate insignis, aded humanus, affabilis, pius & clemens, vt vnice diligeretur ab omnibus. statum tenuit honorificum, cuius curia nobilibus & bonis viris erat repleta: in conuersatione erat apertus, comitateq; iucundus, in quo nihil fucatum, nihil subdolum, vt raro locum suæ ditionis ingressus fuerit, in quo clementiæ suæ aut largitatis signa non reliquerit. Vnde factum est, q; in omni loco in quem veturus erat, expectabatur cum gaudio: adueniens verò venerabatur, inuocabatur vt parens, reuerbatur vt dñs, quæ nõ tam supra se, q; p se esse sciebant. Et quia viderunt eum religionem colere, vt qui haud aliter q; quisque priuatus frequentabat Ecclesias, diuinis libenter intererat, sermones verbi dei sedulo audiebat, iudicabat eum principem esse Catholicum & Deum habentem propitium. persuasum erat oibus, vt de illius veluti de propria salute curarent. Sapè incedebat solus, quia timere non habuit, innocetia comitatus, delectabatur apprimè venationibus. maiorem tñ voluptatem visus est habere, quotiès de venatu captis aliquos potuit participes facere. superfedeo dicere plura quæ vidi & audiui, nè videar oleum velle vendere. sed qui nouit hominem, scit me adulatum non esse. Vitia aliqua habuit, verum humana. in vno tñ vehementer reprehendi meruit, q; multa pœnitenda, suorum sano consilio pterito, admisit. Erat incircumspectior, q; tato principi cõueniebat, ad futura. vnde facile ab his quos sibi putabat amicos, sub colore utilitatis

Vdalricus
Co. Vuir-
temberg.
Beneama-
tus.

Imago ho-
ni princi-
pis.

alicuius aut gloriæ consequendæ implicabatur, è quo se postea explicare nõ potuit, erat enim tenax promissi.

Sanè tria bella publica gessit: primũ socius quorundam principum cõtra ciuitates imperiales mouit, quarum opes tum erant florentes, sed illud feliciter, tametsi impensis maximis, absoluit. Secundũ mouit principi comiti Palatino Rheni Friderico, q̄ in his q̄ dotalicij causa contoralis sua illustrissima Margarita apportauerat, visus est eum impedire: illud quoquẽ terminauit cũ laude. Tertium bellum ex mandato Cæsareæ maiestatis suscepit (nescio si ad id fuerit promptus) contra Dioterum Moguntiũ archiepiscopum, per Pium papam iam priuatum, cui adhæsit Palatinus Fridericus, illiq̄ erat socius indiuiduus dux Bauarię Ludouicus princeps potentissimus, in quo ei satis illustre fortuna exordiũ cõcessit. Verũ vna die eum tota deseruit, qua prælio pugnans, cõsis antea hincindè cõpluribus, vnã cum Carolo marchione & eius fratre episcopo Meten capitur. captiuusq̄; Haidelbergã ducitur, & in arce eius oppidi custoditur, vnde se tãdem liberauit datis cẽtum millibus florenorum, & nõnullis alijs tanti valoris.

Audiui ego, impensas belli toti supra quinquies centũ millia constitisse comiti. Hæc itaq̄; bella grarium ei ita exhaurerãt, vt ere alieno pressus, cõtra geniũ suũ seuerior, & ad rẽ attetior postea fuerit. q̄ si bella nõ gestãssset, inter felicissimos principes cõnumerãdus esset. Tres successiuẽ vxores nactus est, & quidẽ nobilissimas: adolescẽs duxit filiã ducis Cliuen. ex q̄ genuit filiã, quã postea fecit sanctimonialẽ: alterã duxit ex domo ducũ Bauarię dnã Elizabeth, Hærici illustrissimi ducis Bauarię gnatã, ex q̄ genuit quinq̄; liberos. Defuncta dnã Elizabeth, accepit vxorẽ margaritã filiã ducis Sauidiã, relicta quondã Ludouici comitis Palatini Rheni, matrẽ illustrissimi præcipis Philippi: ex ea genuit quatuor filias. Oes hęc tres vxores sepultæ sunt in collegiata ecclesia S. Crucis in *Stuttgartẽ*. Post eas inclyte iste comes etate iã sessus, à comite Eberardo seniore matreq̄; illius inuitatõ ad venãdũ, venit in oppidũ *Leoberg*, egrotare cepit, sacrisq̄; de more Christiano deuotissimẽ pceptis prima Septẽb. die suis se vestibõ ex more induit, adueniẽtemq̄; filiũ Eberardum hortatus, quẽadmodũ se haberet ad Deum & sibi subiectos, sicq̄; inter manus Eberardi cognati tanq̄ optimus Christicola expirauit. Indè elatus ad *Stuttgarten*, in ecclesia collegiata S. Crucis cũ Maioribus suis est sepultus, comitante clero & popu-

lo lugente optimũ pientissimumq̄; patrẽ.

ANNO Domini 1481. Mahumet magnus Turcarũ princeps postquam in Asia & Græcia 32. annis regnãssset, 58. ætatis suæ anno, non sinẽ suspitione veneni moritur, & in Constantinopoli sepelitur. Hic post patrem regno suscepto, ex Asia in Europã ingenti classe traiciens, multas Græcorum vrbes occupar, & deficiente ob Græcorum auaritiã præsidio, Cõstantinopolim cepit, Christianos trucidans. in ea imperator declaratõ est, Peloponesum armis cepit, Christianos abduxit, Achaiam, Epirum, & maiorem Macedonia partem, atq̄; Bulgariam cum Rascia & Seruia, & quidquid ab Adrianopoli Sauum amnem & Danubium fluiuium interiaret, inuasit, Valachia etiã eas ob res timore perterrita. Bosnam postea ingressus, cũcta vastauit. Mithylenen insulã p̄ nobilem Genuensium insulam, suam fecit. Dehinc Sinopen vrbe vetustissimã & Trapezuntem diripuit, earumq̄; incolas captiuos abduxit. Eubœam quoquẽ Venetorum insulã inuasit, quam vnã cum Chalcide eiusdem insulã vrbe expugnauit. In Asia minore obtinuit Pontum, Bithyniã, Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciã, Cariam, Lydiã, Phrygiam, & omnem fermẽ Hellepontum. innumeras quippẽ gentes & incredibiles hostium exercitus sæpius fudit & profligauit aded, vt penẽ orientis dominus sit constitutus. Erat ad hæc libidinosissimus in mares & sceminas, ex leuissimis quoquẽ causis persæpẽ & filios & filias occidebat. Tyrannus crudelis, qui etiã fratrem adhuc in cunis iacentem strangulari fecit, & licet Christiana matre natus esset, christianotamẽ nomini, quoad vixit, inimicissimus fuit: hincdenique cũ innumerabiles genuisset filios & filias, Baiassetum & Zizimum legitimos post se reliquit, pro quibus eo mortuo magnus tumultus Byzantium vrbe inuasit, cũ alij baiassetum imperatorem postulerent vt natu maiorem, alij Zizimum virum ferocissimum. vicerunt tamen Baiasseti amici, quem absentem constituerunt imperatorem, qui tandẽm Cõstantinopolim veniens, maximum sepulcro paterno impendit honorem.

Baiassetus primogenitus Mahumeti, anno eodem, 6. Kalend. Iunij Imp. Constantinopoli cõstituitur, maximẽ propter mansuetudinem & clementiã, fratre feroci præterito, qui magnos motus in Asia concitans, Prusiam Bithyniã cepit, & se ibi regem fecit, quem Baiassetus non incruento prælio superauit, indè fugauit, & totum auitum regnum obtinuit.

Nicolaus Macedonię olim dux, mortuo Mahumeto, statim amissam ditionem cum ingēti Turcarū cęde recupauit, nec dissimilia egit Iohānes Cernouichius, atq; vt fertur, Matthias Hungarorum rex eidē maximum bellū indixit, & prorsus illū ex Danubij finibus eiecisset, nisi Friderici Imp. exercitus ductor, Pānoniam igni & ferro ac depopulatiōibus vastare cępisset. Veruntamen Stephanus Valachia episcopus, acceptis à Matthia rege copijs, hūc Valachia, id est, Mysia superiori, vi & armis expoliatiuit, alia in sup̄ multa mala à Christianis & alijs sustinuit Baiassetus, quibus tādē liberatus, ad Turcarum consuetudines se contulit, aliqua dolo & calliditate imperio suo adiecit.

Zizimus frater Baiasseti, postea à Rhodis militibus est aliquandiu in regno Fracię sub Priore S. Iohannis Hierosolymitani custoditus: deindē Romam perductus, & Innocentio 8. donatus est, qui eum diū in custodia tenuit, & Alexāder papa post eū. Perijt illius pontificatu Zizimus, Carolo 8. quum Romam venisset, traditus, veneno, vt creditur, sublatus.

Anno Domini 1482. Xystus papa dominica in Albis apud S. Petrū in sanctos confessores retulit Bonauenturā. Erat ibi præsens inclytus comes Eberardus Vuirteberge & montispeligardi, qui deuotiōis gratia venerat in vrbe sabbato ante dominicā Letare, vbi honorificē susceptus est, ac p̄ singulari munere rosa aurea, quam pontifices singulis annis in dominica Letare alicui ex principibus Christianis donare consueverunt, & ipse à Xysto pont. donatus est.

Eodem anno 1482, fames fuit atq; pestis in Suenia. vendebatur ibi maldrū siliginis tribus floren Rheneñ, & oma vini Tubingenē, tribus libris Halleñ.

Circa hęc tēpora apud Leodios fuit Ludouico Borbonicū aduersa fortuna. nam Guilermus marchianus, quē Arduenę aprū Leodij vocant, belli q̄sita occasiōe, Ludouicū episcopū cū incōposita populi multitudine vrbe egredientē, ex insidijs adoritur, & manu sua necat, mox pōtificis nudū cadauer pro ecclesię maioris foribus plebi cōspiciendū exhibuit. fertur, eū à Ludouico rege Francorum, pecunia militēq; vt id faceret, fuisse adiutum, propterea q̄ Maximiliano antistes complaceret.

ANNO Domini 1483. Renatus Lotharingę dux, Renati olim Apulię regis ex filia nepos, cui superioribus annis Carolus Burgūdię dux multa damna intulerat, hoc anno à Venetis & à Xysto Pont. antea sollicitatus, sub spe Apulię obtinendę, quod

regnum sibi ex hęreditate materna debebatur, Venetias sub magni stipendij pollicitatiōibus venit, vbi à senatu Veneto maximo cum apparatu & gloria exceptus est, atq; ibidē federibus cū Venetis percussis, statim in Ferrarię obsidionem & oppugnationē cum exercitu concessit. Is etenim sicut olim auus, recuperandi Apulię regni cupidus, omnem industriam & vim posuit in Ferraria obtinenda.

Verū superueniēs Alphōsus Calabria dux, & maximis exercitib; cōgregatis, cōtra Venetos in agro Bergomenē, Brixienē, ac Veronenē, sibi eosdē exercitus circumferens, & multa castella capiens, Venetorū ac ipsius Renati vires eneruauit. Intercedentibus quibusdam, pax inter Venetos & aduersam partē cōposita est, quāobré Renatus cū vires sibi deficerēt, ac etiā infirmitatem ex malignitate aēris Ferrarię cōtraxisset, eodē anno rebus infectis in patriam suam adhuc languidus redijt.

Iohānes Alemanus de mōte regio natus, philosophus lingua tam Gręca quā Latina doctus, ob astronomiam aliasq; mathematicas disciplinas, in Germania, Pannonia & Romę multo in precio est habitus, in vrbe Roma peste defecit.

Eodē anno 1483. Ludouicus Francorum rex debilitat; Ambasiā se portari iubet, ibi Carolū filium admonēs: Sum, inquit, charissime fili, breuioris q̄ existimas vitę, morbo afficior cui nulla medela subuenire potest, tibi post me regnandum est, in qua re tibi maximē necessarij sunt fideles ministri, inter plurimos quorum fidem & diligentiam ipse expertus sum, duos tibi commendatos facio, Oliuerium Damam & Iohannem Doiacum. illius seruitio itā vsus sum, vt eius maxima ope vitā mihi diū seruata esse putem. illum post me in obsequijs tuis habeto, nihil de officijs aut fortunis, quas seruiendo cōsecutus est, illi detrahi sinito. Cęteros qui magistratus à me aut officia adepti sunt, conseruato, populum quem ingruentium bellorum necessitate multis vectigalibus extenuaui, quoad per te fieri poterit, leuato. Matri nē credito. cū enim Sabaudię sit, Burgundis fauere mihi semp̄ visa est. alioqui bonā & pudicam illam sum arbitrat; Hęc postq̄ dixit, Turonem reuersus, & Muticam & orationes pro se leuando fieri voluit.

Venēre per id tempus ad valetudinariū regem Ludouicum Flandrensiū oratores, vt ait Robertus, quos p̄ Iohannem de Vaccaria primarium Parlamenti præsidentem & Philippū Disquardū audiuit. post aliquot conuentiones tandē de pace conuenit,

Margarita
Maximili-
ani filia,
Carolo
despon-
sata.

vt Carolus Ludouici filius Margaritâ Maximiliani filiâ, dum legitima vtriq; ætas esset, acciperet vxorê. Donatur à Ludouico legati xxx. millibus scutorû aureorû, p̄ter pocula argenti cælati, quod illorum causa rex cudi iusserat. Erat autê Margarita infra bimatû, & à Gâdauis educabatur. igitur redeuntibus Gandanum Flamingis oratoribus, fit apparatus ingens de Margarita ad Frâcos ducêda. nec minûs curabat rex magna p̄pa Margaritâ à Flamingis recipere. Ob eâ rem Petrum de Belliaco cum multa procerû frequêtia Ludouicus illi obuiam mittit. Annâ quoquê sororê, q̄ Petro nupsferat, occurrere nouæ nuptæ iubet. fit p̄pterea à Parisijs multiplex & vari^o ad eâ excipiendâ paratus. quarto autê Nonas Iunij margarita Parisiû ingredit, & paulò p̄st ad Ludouicum ambasiâ frequenti pompa deducitur, vbi despôsationis festum, cõmuni omniû lætitia, mense Iulio celebratû est.

Quo anno Ludouicus rex sursûm deorsumq; à superis hominibusq; opem suæ valetudini implorans, sacrum liquorê, quem sacrado rhemis Clodoueo, cælitûs missum ferût, ad se Turonum deferri iubet. Allata est p̄terea ex sacro palatij sacello virga Aarõ, & victoriæ crux, quâ Carolo Magno diuinitûs fuisse datâ pleriq; asseuerât. Sed difinitæ mortis nemo limitê p̄duxerit, 3. Kalend. Septemb. moritur, q̄ mortis supplicium aut metû multis frequêter incusserat. voluit aut in diuæ Mariæ apud Cleriû templo sepeliri, vbi monumêtum sibi extruxerat.

Mortua erat iam antea anno 1482. Maria filia Caroli ducis Burgundie, vxor Maximiliani archiducis Austriæ, mater prædictæ Margaritæ miserabiliter. cecidit nanq; in venatione de equo, qui calce eam iacentem pcutiens, neci dedit. Alij aiunt in equi strepa hærentem, discerptam esse. reliquit Philippum atq; Margaritâ. Probius sic dicitur, quod de equo in venatione ceciderit ipsa læsa lumbos & femora, ex quo iacuerit vsque in xj. diem, 27. die mēsis Martij expirauit impregnata.

De Xysto. Anno 1484. Xystus 4. febribus decubuit. & cum pacē inter Venetos & reliquos potētatus cõfictâ audisset, mox vitâ exhalauit. Hic Xystus oēs christianos principes obsequētissimos toto tēpore vitæ suæ habuit, & quos voluit depressit, suis multa beneficia cõtulit, eis diuina humanaq; cõtribuēs, præter Dei & Ro. ecclesiæ dignitatē, in quem sanè errorē multi cecidēre: duos enim nepotes suos vrbis præfectos, videlicet Leonardû & Iohānem successiuè cõstituit. Máfredos Imolæ vrbis regulos, videlicet patrem & filium inter se dissidētes, &

postmodû Ordelaphos in Foroliuio similiter contendētes, vrbibus depulit, & easdē vrbes Hieronymo Riario conciuī & necessario suo charissimo cõcessit, cuius quidem consilio, qui etiã Latinas literas ignorauit, arduis in rebus semper vsus fuit. Quædam etiã bella iudicio multorum præter iustitiam suscepit. Laurentium Medicem Florentinum execrauit, & Florentinis bellû indixit, eò quod Raphaelem diaconum cardinalem adolescentem, comitis Hieronymi ex sorore nepotem, ac Frâciscum Saluiatum Pisanum archiepiscopû, cum trecentis viris qui Iulianum medicem in D. Libertatis templo obruncârant, detinuissent.

Aliud postea aduersûs Ferdinadum Apulix regem suscepit, q̄ nollet illum Herculi Estensi genero suo à Venetis obfesso, auxilio esse. indeq; cum Ferdinâdo pace constituta, p̄ eo cõtra Venetos bellum suscepit, eò q̄ nollet ei obtēperare, & Herculi Estensi ablata restituere, & propterea nõ modò omnes Italiæ potētatus in eos cõcitauit, sed etiã veluti Clemens 6. aliàs fecerat, illos execrauit, interdixit, & oibus dignitatibus priuauit. Nec quoad vixit, illis absoluciois beneficiû impēdere voluit: Ex quo multos detractores habuit. tñ vir ipse optim^o fuit, virtutib^{us} inhæsit, vrbē Romanâ cœnosam, & vetustate multis in locis collabentem & deturpatam, instaurare satēgit, & vias eius decentissimè strauit. pontē supra Tiberim maxima impensa fecit, & à se Xysti pontem nominauit. Hinc vrbis nouus cõditor appellari meruit, ædes apud S. Petrum cultissimas reddidit, vbi Ecclesiâ nouâ fabricauit, & in eâ sacerdotes q̄ suo nomine ibidem celebrarent, dotauit. hospitale S. Spiritûs in Vaticano, quasi de nouo fabricari fecit, atque alia innumerabilia beneficia tam spiritalia quàm temporalia vrbis Romæ contulit. Cum obiisset anno pontificatus sui 13. Iulianus S. Petri ad Vin. card. qui ex fratre nepos fuit, corpus eius apud S. Petrum in Vaticano sepeliri fecit.

Xysto p̄tifice de medio sublato, Innocentius papa eius nominis 8. patria Genuen^{is}, Innocentius 8. papa. familia mediocri, Iohannes Baptista antea vocat^{us}, ex cardinali presbytero S. Cæcilie, hoc anno Idib. Augusti p̄tifex creatus est. sedit annis 8. Hic p̄pter hūanitatē, cum cæteris patrib^{us} paupior esset, p̄tificiû mun^o obire meruit. Cui^{us} quidē p̄tificatus p̄ duos annos infelix plurimûm fuit, & multorû bellorû plen^o p̄ter intētionē suâ. statim em̄ inter Vrsinos & Colūnen^{ses} vrbis primores magnû dissidiû excitatû est. diu etem̄ inter ipsas familias immortale odiû intercesserat, quod

quod viuentē Xysto pont. sopitum esse videbatur. Sed eo defuncto, Columnenses contra Vrsinos arma sumpserunt, & multis eos incommodis affecerunt, vniuersam urbem perturbantes, quas ob res multis sceleratis & damnatis licētia peccādi data fuit.

Deindē, p̄ ecclesiæ libertate bellum cōtra Ferdinandum Apuliæ regem pontifex suscepit. Robertum Sanseuerinum contra ipsum conduxit, tandē post varias terrarum depopulationes rogatus pontifex, pacē cum omnibus fecit, ea lege, vt rex ipse tributū Ecclesiæ singulis annis olīm à Xysto pontifice maximo remissum, persolueret. Deindē & Columnensium res cum diligentia composuit. Deindē anno 1490. cōuentionē Oratorum regum, principum & cōmunitatum Romæ habuit pro expeditiōe contra Turcas. ei rei sumptus collecturus, plenarias indulgentias in Germaniam pro exequenda expeditione misit, auxilio Raimundi Payrādi archidiaconi, cuius indultum & ad viuos & ad defunctos se extendebat, magnā is copiam auri collegit. Tandē omnem curam ac diligentiam ad subditorum commoda, ad tuendam dignitatem ecclesiæ, & contra rebelliones delendas, ac religionem propagandā cōuerterat.

Fuit itaq; constantissimus iustitiæ cultor & pacis amantissim⁹. sedatis ingruētibus bellis, peculiare ecclesiæ populos quā se felicissimos exoptauit, multa circa pontificiam dignitatē & rempub. Christianam ordinare proposuit, sed ob breuitatem temporis adimplere non potuit, beneficium tamen circa Deum atq; amicos pro viribus se ostendit. Exultauit summopere cū ad maiores dignitates viros extulit eruditos & probos. fuit præterea in pauperes misericors, afflictorum non min⁹ consolator, quā principum susceptor liberalis, & dei ac sanctorū eius piissimus venerator. Lucapoldum qui olīm Austriæ dux fuerat, ob crebra miracula enarrata, in sanctorū cōfessorum numero aggregauit. pontificale palatiū miro & sumptuoso opere exornauit amplificauitq; morbos aliquot graues patientissimē pertulit, adueniente demū hora vocationis, sumptis ex ritu Christiano sacramentis, intrepidē adeo spiritum reddidit creatori, vt securus immarcescibili gloria videretur cum cælesti vita mortem commutare, anno pontificatūs sui 8. Julij 26. salutis verō 1492.

Anno Domini 1484. iam mortuo Ludouico Francorum rege successit ei filius Carolus 8. cuius nomini 8. q̄ cū ex more Romanis esset coronatus & inunctus, cū ingēti pōpa Parisios est regressus, & ante fores ba-

silicē gloriofæ virginis Mariæ clausas, præsentibus tribus episcopis, ad sancta dei euāgelia solitum præstitit iuramentum, scilicet fore se fidelem defensorem Ecclesiæ & fidei catholicæ, necnon subiectorum suorum, & iustitiam administraturum magno & paruo, sinē fraude & dolo.

Mox ab initio regni suscepti, ortæ sunt de Caroli tutela ex regni administratione discordiæ, inuidētibus plerisq; Annā Caroli sororē administrationē gerere. Ob eā rē Ludouic⁹ Aurelianus, q̄ regiā filiā vxorē habebat, bellum mouit. Indē Maximilian⁹ Burgundiam Artesumq; repetebat, in Britones quoq; Francisco duce defuncto, arma à Carolo sumpta sunt, quibus Henric⁹ 7. Anglorū rex, qui Caroli auxilio Angliā nup̄r vēdicauerat, suppetiatus est. postea pax cum Henrico inita est. Carcaluēti Britonis negligentia atq; inertia, Atrebatum à Maximiliani militibus noctū captū est, nemine prorsus defendente ciuitatē. quin immō Carcaluētus præfectus, creditis cuidam ex suis portarū clauibus, strato segniter decubans, in hostium potestatem turpiter venit. fuit non multō post cum Maximiliano conciliata concordia.

Refert etiā Robertus, q̄ Ludouicus noluerit Carolum literis Latinis institui, existimans literas impedimento esse regnantibus, de se id iudicium faciens, q̄ cū excellenti ingenio esset & plurima nōset, ad molestiā sibi eruditionē accedere dicebat. at Ludouico mortuo, tētauit Latine scire.

ANNO 1486. die xx. mensis Ianuarij, Maximilianus Austriæ archidux, cum genitore Friderico Rom. Imp. Francofordiā urbē ingressus, ex in 16. die Februarij, pacto officio diuino in basilica S. Bartholomæi, electores ro. impij, obseruato ordine Bullæ aureæ, felici auspicio Maximilianum in regem Rom. elegerunt: postea verō idem die x. mēsis Aprilis, in ciuitate Aquēsi cum ingenti pompa corona Caroli Magni ex arcibus Norinbergen allata, coronatus est, vir summa virtute, rei militaris scientia insignis, in quo relucebat iustitiæ feruor ac zel⁹, singularis benignitas atq; clemētia, cū vitæ ac morū obseruatiā, quibus regijs virtutib⁹ ornat⁹, ex regia domo nulla ex parte maiorū suorū laudibus inferior euasit.

Eodem anno mense Martio Fridericus Imp. assistente Maximiliano rege, principibus atque communitatibus sacri imperij, eorumq; missis consentientibus, legem tulit de pace tenenda per integrum decennium, qua mandauit vniuersis & singulis sacro imperio subiectis, vt pacem inuicem seruarent, nemo alterum in persona

Maximilianus
anus rex
Ro. coro-
natus.

aut rebus offenderet via facti. Et q̄ cōtra-
rium faciētes, cuiuscunq; gradūs, statūs aut
p̄minentiaē essent, cum sibi adhērentibus,
cōsiliū, auxiliū aut favorē p̄stantibus, ipso
iure & facto bannū imperiale incurrerent:
itā vt possent, nulla p̄missa declaratiōe, i p̄-
sonis suis & rebus impunē offendi à quo-
cunq; tanq̄ violatores pacis, p̄mulgatē, non
obstātibus quo ad p̄missa q̄buscunq; cōsti-
tutiōibus, statutis, cōsuetudinibus, legis aut
societatibus, iuramento vel quacunq; con-
firmatione roboratis.

Hæc pax postq̄ publicata fuit per impi-
um, à multis extitit recepta, & præsertim à
Sueuis, q̄ sequēti anno ad mādaturū impa-
torie maiestatis in societatem vigore pacis
huiusmodi coiērūt, ligamq; fecerūt de pa-
ce illa inuicem cōseruanda, & q̄ mutuis au-
xilijs & cōsilijs cōtra quoslibet violatores
huiusmodi pacis sese defenderēt ac manū-
tinerent, non obstātibus omnibus his que
princeps ipse voluit nō obstare. Vndē for-
midabiles facti sunt vicinis suis intantum,
vt ad eorum ligam nonnulli potentissimi
principes venerint, & societatem virtute
pacis decennalis cum eis iniērint, qui etiā
hac liga freti, satis remanserunt quieti.

Frideric⁹ Imp. anno 1487. cōuentū mag-
nū Norinbergē p̄ auxilio ferēdo cōtra ho-
stes suos & pro fide Christiana habuit, & in
eo principes Germaniæ cōgregauit, cōmun-
itates quoque ciuitatū impialitū adesse vo-
luit, vbi de vniōe ac pace principū variē cō-
uētiones habitæ, vtq; oīa bella inducias ha-
berēt, cōcluserūt: id quod nemo seruauit.

Eodē anno Innocētius Papa clero p̄ Ger-
maniā decimā imposuit, emissisq; p̄cessib⁹
in diœcesi Costantiē eas exigere manda-
uit. Sed clerus se opposuit, & à requisitiōe
ac p̄cessibus huiusmodi appellauit ad eun-
dē dominum Innocētium, meliūs de cau-
sis, cur non debeat decimam soluere, infor-
mādum. Interposuit se imperator, impetra-
uitque quod papa ab exactiōe supersedit.

Eodē anno Sigismūdus dux Austriæ, an-
teā missis legatis, p̄ cōponēdis reb⁹ dñorum
Arculi & Lodroni, quorū alteri subsunt tu-
tele Venetorū, alteri verò Austriæ, tumul-
tuariū Germanorū exercitū in agrū Roue-
rēsem immittit, q̄ oppidū obsidiōe premē-
do ac tormētis oppugnādo expugnāt, ibiq;
varijs vtrinq; belli euētis certātes, nō mul-
tos post dies Roueritū dirutū ac solo æq̄-
tū relinquūt. Quo à Venetis recepto, firma-
toq; validissimo p̄sidiō, Robertus Seueri
dux exercitus Venetorū, aliquot arces du-
cis Austriæ vi capit. Et pōte Athesi flumine
supato, dū parat Tridentū copias admoue-
re, paucissimis eq̄tibus & peditibus iā ad al-

Robertus
Sanleu. à
Sigis. ca-
sus.

terā fluminis ripā trāsmissis, è Tridēto exe-
untes Germani, trāsmissos in fugā vertunt,
vbi ingēs cædes Itolorū: ex his pauci ferro,
plurimi flumine occubuerunt: inter quos
ipse dux Robertus, vir bello antea clarus,
occubuit: incertū tñ, ferro an aqua vitā fi-
niērīt, cuius cadauer Germani honorificē
Tridēti sepeliērūt. Hoc bellū, vt ait Bergo-
meñ, Innocētius pont. & Fridericus 3. Imp.
inter Venetos & Germanos composuēre.

Eo in bello Antonius Maria, fili⁹ Rober-
ti Seueri, vir bello famos⁹, ad singulare cer-
tamē ausus est prouocare Germanos, cui fa-
tisfecit illustris comes Iohannes de Sonne-
berg, eumque in certamine vicit.

ANNO salutis 1487. Maximilianus rex à
Brugēsis in ipsa vrbe capit. descēdit pau-
lopōst pater Fridericus 3. & eum liberauit.

ANNO salutis 1490. Matthias Hungariæ
rex maximis in turcas victorijs clar⁹, Vien-
næ morit⁹, quā vrbē superiorib⁹ annis, cum
videret Fridericum Cæsare sibi aduersari,
cum Turca pace facta, vi cepit. Cui etiā
abstulit Nouā ciuitatē, illumq; in fines im-
pij timore p̄cussum fugere cōpellēs, totā fe-
rè Austriā in potestatē suā redegit: quæ ta-
men omnia post mortem Matthiæ, filius
Maximilianus patri Friderico recuperauit.

Eodē anno die duodecimo mēsis Iulij,
tēpestas ingens priūs inaudita, in vrbe Cō-
stātinopolitana admodū desæuit. supio-
rum em̄ trium siderum ignes, q̄ decidui ad
terras, fulminum nomē habēt, cōtagio ni-
mij humoris hoc modo in eam regiōē de-
lapsi sunt: primò ingentia tonitrua audita,
exin fulmina ardentia visa, & longiore tra-
ctu fulgetra, octingentas domos ignis re-
rum edax cōsumpsit, & hominum tria mil-
lia, vt nec lignum, nec forma ædificiorum
remanserit. columnæ antiquæ, imaginem
Constantini habentis, partem eiecit.

ANNO salutis 1491. rex Maximilianus
cōuentū natiōis Norinbergā indixit, p̄ que
tēpora illustrissimā ducissam Britonū, per
legatos sufficiētib⁹ mādatis suffultos vxorē
duxit, quod Carol⁹ rex Fraciæ molestis
simè tulit. Ideoq; infestis signis ducatum
Britonū aggress⁹, in potestatē suā redegit,
moxq; illustriss. virginē Margaritā serenissi-
mi Maximiliani regis filiā, quā diū antea
viuēte adhuc patre Ludouico rege, vt supra
dictū est, despōsauerat, repudiās, p̄fatā du-
cissam Britonum serenissimo Maximiliano
solennitèr desponsatā rapuit, vxorē duxit,
carnali copula subsecuta, nulla vel honesta-
tis, vel iuris ratiōe habita, vt vulgō dicitur.

Verumtamē Fraci nihil in his perperam
affirmāt actū. Nā vt aiūt, dña Margarita an-
nū nōdūm agens quartum, ad Carolū tunc
Del-

x facta est

Maximilianus capto

Vienna à
Matthia
capto

Carolus
Francia
Britonica
virginem
rapuit

Delphinū Viennensem sperati ad pacē matrimonij gratiam deducta est, quod quidē pactum de nuptijs rex Ro. semper improbauerit, tum quod à Flamingis, se incōsulato & reclamante, conflatē coniurataq; essent, tum quod maior æquo dos designata fuisset. Accessit his odium implacabile regis Ro. in Carolum. vndē non mirandum, si ipsa, his cognitis, nondūm adultā, remissa est, cūm impuberis ante pubertatem inanis sit assensus: & dum pubescūt, licitum est illis sponsaliū pōnere, vt indicāt canones sacri. Quin certior factus Carolus, nullo coniugali fœdere cuiquam mortaliū virginem obnoxiam teneri, sed omnia per simulationem acta cum rege Ro. nē s. gens Britannia Franco regi se dederet, quod ex eo constare volunt: nam etsi procuratores à rege Ro. quatuor essent missi, nulli illorū tamen erat insolidūm cōiugij gerēdi decreta facultas, prout de iure fieri debebat. Et si legitimo aliquo procuratore matrimonium gestum fuisset, illud nihilominus pro non ratihabitione confirmari lex statuit, cūm q̄ instituta in eo negotio, ommissa inueniuntur. Vndē cūm spes alia pacis nulla compendiosior occurreret, quā virginē à Frāco rege duci vxorē, duxit: quib; quidem nuptijs religiosē celebratis, accidit vt Britonum omniū assensione pax facta sit.

Anno Dñi 1492. Alexāder sextus papa, natiōe Hispanus ex Valētia ciuitate, antea Rodoricus vocatus, episcopus Portuensis, vacante sede post obitum Innocētij 8. pōtiffex creatus est, & ad sanctū Iohannē Lateranē xvj. die Augusti corona papali decoratus, vir magni animi, magnæq; prudentiæ. Is in adolescētia Bononiæ studuit, quē Callistus 3. pōtiffex summus adolescentem adhuc, inter reuerēdissimos cardinales cōstituit, vndē non multō post vicecācellarij locū sortitus est, æmulatorq; auunculi sui Callisti per omnia factus, nationem, patriam, familiam illustrans, sedit annos xj.

Eodē anno expugnata est Granata. Melles enim rex Maur; genere & religiōe Mahumetanus, in Bæthica puincia vltioris Hispaniæ, q̄ Granata appellatur, vsq; ad hęc tēpora regnarat. Cuius prouinciæ ager excellentissimus perhibetur, eō quod quæcunq; ad humanum victum sunt necessaria, affluentissimē gignat. Hunc quidē regem Ferdinandus Lusitaniæ & citerioris Hispaniæ & Tarraconē rex vnā cū Elizabetha vxore, superioribus annis omnino eijcere cū Saracenis decreuerāt. Et post longā obsidionē ciuitatis Granatæ, q̄ incepit à mēse Maio anni nonagesimiprimi, Saraceni Mauri deducti ad magnā rerū inopiam,

desperātes de auxilio, post infinitos cōflictus 28. Nouēb. pacta deditiōis cōclusere. Postremō septimo die Ianuarij anno salutis 1492. rex & regina ac p̄ceres & potentatus cū exercitu decē milliū equitū & quinquaginta milliū peditum electorū, ciuitatē intrarunt, & eius possessionem liberē acceptarunt, ac Mosquitam maiorem, in ecclesiam dedicari mandauerūt. Ipse verō Granatæ rex annuis prouentibus in vltimam Hispaniam longē à Bæthica relegatus est. Res titulo sanē dignissima, & literis aureis scribēda, his authoribus Bæthicā Granatæ regnum, quod iam octingētis fermē annis Maurorū moribus & legibus obtemperabat cum maxima christiani nominis ignominia, hac nostra ætate fuisse recuperatā.

Per hęc tēpora restabant adhuc reliquę exercitūs Matthię regis Hungariæ, quā nigra legionē vocabant, qui tēdio lōgē pacis quā Maximilianus Hūgaris p̄curauit, affecti, partito agmine, in diuersas vtriusq; Pannoniæ partes eruperāt, duo millia ad cōfinia Morauia & Austria infesta acie cōsederāt, fortalicio quod ipsi gētilitēr Tabernā vocāt, sese muniētes, ex quo excursionibus suis oīa loca cēdibus & latrocinijs turbabāt. Qui tandē Friderici Cæsaris iussu obsidiōe cicti sunt. expugnato fortalicio, multis ex his cēsis, alijs captis qui septingēti supererāt, hi oppidis & baronibus, quorū fines inuaserant, traditi sunt, vt digna illis supplicia irrogarēt. Itaq; trecētos fermē Viennēsi laqueo necarūt, ceteros Eicingerus vir clarus fustulit, partim excoriatos, partim ad rogū assatos, partim furnis immisos, vita illis adempta.

Genus hominū calamitosum Iudęi, nouissimē anno salutis 1492. die xxij. mensis Octob. in oppido **Sternebach** sub dominio principum Magnopolensium, auxilio Petri sacerdotis, Eleazar Iudæus & cōplices sui, sacramentū eucharistię diuinissimū per hostias maiorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor ilicō profusit, quo linteū p̄cinctū ruborē accepit. quo miraculo territi, ad Petrū id deferūt. Principes autem illustres Balthazar & Magnus fratres, re comperta, cūm vestigia vulnerū quę remanserāt, cernerēt, Iudæos cremari fecerunt xxx numero: Petrus verō p̄dictus sacerdos se illis vēdidisse cōfessus est, & quomodō post puncturas Iudæi sacramentū cruentatū & p̄no inuolutū sibi restituerint, & quod suffoderit in terrā, vbi eo indicāt, inuentū est cruore cōpersum, sacerdos degradatus & incineratus fertur.

In eodē aut loco hodiē multa sūt miracula. Audiui ego à quodā sacerdote capel-

lano magni principis, quòd vnus ex Iudeis sese in flumen præcipitem dederit, mortemq; sibi conscuerit, & quòd vna ex mulieribus Hebræis tres filias habes, minorem infantulum iugulauerit, secundam similiter occiderit, tertia verò vix è manib; paricidæ elapsa, auxilio Christianorum saluata extiterit.

In hoc anno 1492. expulsi sunt Hispania centù & xxiiij. millia familiarum Iudaicarù, edicto regis dato, nè aurù vel gemmas è regno tollerèt, sed cõmutatione bonorù suorù merces & alias res, vtpotè pannù, vinù & huiusmodi secùdùm debitã æstimationè, abducere possent, vbi qlibet Iudæus transfretãdo coactus est regi soluere duos ducatus: promulgatumq; fuit, qd si quis Iudæus nò abijisset in termino eis pfixo, is corp; & bona pderet. itaq; duæ galeæ neglexerūt abire ad constitutù. idè omnes & singuli venditi sunt, & in seruitutem redacti. In itinere verò, abeuntium triginta millia pestilentia absumpsit.

Annus 1493. insignior factus est ex morte diui Friderici 3. Impatoris Ro. quo null; à Cæsare Augusto Octauiano, Romani imperij scepra diutiùs tenuit. nam 53. annis, mèsibus 5. impauit, Ernesti ducis Austriae filius, mox vt discretiõis annos attigit, tutelamq; exiuit, vt locù videret in quo nostra redemptio celebrata est, adhuc adolescens mare transiit, sacra visens loca, vbi natus saluator, passus, crucifixus & sepult; felicemq; reditum cum gloria habuit. fuit princeps catholic; & pius. Qui Alberto rege Ro. defuncto, anno salutis nostræ 1440. cõmuni voto Cæsar elect; est, coronamq; regni Germanici apud ciuitatem Aquensem summo honore suscepit.

Fuerunt in eo, teste Aenea Syluio, multa laude digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium perspicax, memoria tenacior, religionis zelus, ingens cupiditas pacis & ocij, singularè virtutè in quouis homine diligebat, dignamq; pmo ducebat, ædificauit splendide, hortos tñ & gemmas plùs æquo admirabatur, & in rebus gerendis tardior ac remissior visus est. Tenacè pleriq; accusauerūt, & ad rem nimis intentù: ceterùm nec sua pfudit, nec aliena diripiebat, verbis factisq; temperans habitus. hic neutralitatem Ecclesiæ Rom. nocentissimam, ex natione Germanica sustulit, & obedientiam magno labore & sumptu Eugenio & Nicolao restituit. Deindè Leonoram filiam regis Lusitaniæ virginem illustrissimam, vxorem duxit, ex qua primùm filiù Christophorum dictum suscepit, quem tamen immatura mors abstulit. post quem

Maximilianum hodiè Romanorù Impatorem cù filia Margarita, vxore ducis Alberti de Bauaria generauit. hũc Maximilianum adultum factum, anno salutis 1486. cõfortem regni fecit, vt quod ipse præ ætate adimplere non posset, per filium regem perfici posset. Qua fuerit mansuetudine, fide, constantia, & quas in imperio passus sit aduersitates, in superioribus annotaui.

Circa cultum corporis & victù nec parcus, nec sumptuosus fuit, vini verò parcissimus, quo extra cœnam ratissimè est vsus, in cœna verò leuissimum bibit, & id aqua perdomitù. Leonoræ Auguste, refert Aeneas Syluius, quæ paterna in domo nũquàm vinum gustasset, suadebant medici, in Germania regione frigida, si mater fieri vellet, vinù biberet: quod cùm accepisset Fridericus: Abi, inquit, Aenea, atq; imperatrici dico, sterile me cõiugem q̄ vinolam malle: proindè, me si amat, vinù oderit. ad hæc Leonora libentè paruit. Idem refert Fridericum nunq̄ iurasse, nisi cùm in ciuitate Aquensi apud Belgas, & cùm Romæ coronatus esset, idq; iuramentù cõstantissimè tenuit. cùm enim iureiurando promississet, q̄ bona possideret, ab imperio se nullatenus alienaturum, & modò hoc, modò illud ex eo peteretur, máluit auarus negãdo, q̄ concedèdo piur; videri: eamq; ob causam, petiti Borisio marchioni Estensi ducatu Mutinæ & Rhegij, tã diù restitit, donèc intellexit eum ducatu, q̄ sub annuo tributo cõcederetur, lucri magis q̄ alienationis speciem habere, præsertim cùm Mutina & Rhegium in sua potestate non essent.

Fridericus hic interrogatus aliquandò, quid homini optimum contingere posset: respõdiffe fertur, bonus in hac vita exitus. Quod sibi contigisse piè credendum. ipse em̄ in senectute bona venerabiliter susceptis sacramētis Dominicis, anno salutis nostræ 1493. in vigilia natiuitatis gloriose virginis Mariæ in oppido suo Lyncea quàm deuotissimè migrasse dicit de seculo, corpus verò eius indè delatum, & in ciuitate sua Viennensi sepultum est.

Eodè anno mense Octob. Turcorù multa millia descendètes in Croatiã, nò parua stragè hoim fecerūt, x. millibus hoim ferè partim cæsis, partim abactis, ferro quoque & igne cùcta vastates, magnã prædã abulerunt. Cladè hanc Croatijs euenisse aiūt, quòd temerè prælitum ineuntes, auxiliares copias Germanorù prætolari neglexerat. Erat em̄ tum in Austria Maximilianus rex, qui mox 15. millia equitù & peditù cõtra Maximi-
cos fugat.

turantes, se ad propria receperunt. AN:

ANNO Domini 1494. die 25. Ianuarij Ferdinãdus rex Apuliã vita defunctus est, relicto Alphonso filio primogenito, qui Alphonfus eodem die omni curia & procerum suorum pompa comitatus, regni successione adeptus est, moxq; Alexandro Pont. per suos oratores supplicauit pro executione bullã, quam cum consensu oim cardinaliũ superioribus annis fecerat Innocentius 8. Alexandri præcessor, in qua recessitis inuestituris Eugenij, Nicolai, Pij, & Xysti, inuestitus fuit de regno Apuliã & Siciliã Alphonfus olim, & post eum Ferdinãdus eius filius tunc princeps Capuanus, eo addito, qd decedente Ferdinando, Alphonfus possessione regni accepta inuestitur & coronetur p Romanũ pontificẽ, vel cardinalẽ ab eomittẽdum. Regijs precibus & bulla in secreto consistorio per pontificem sæpius propositis, res opportuna discussiõ agitata est. demũ visa iustitiã regis, cui secundũ iuris necessitatẽ nec verba dari poterant, nec dilatio, ex sacri senatus consulto declaratus est legatus Iohannes de Borgia pontificis nepos, S. Sufannã presbyter cardinalis, Montis Regalis nuncupatus, vir & autoritate & integritate maximus, missusq; Neapolim cum ingenti prælatorũ & curialium comitatu ad regem inuestiendum & coronandum. quod & factũ est tanta cum solennitate & cæremoniã oim exactissima obseruãtia, vt nullum sacrum solennius vnq; in ea vrbe celebratum fuisse credatur.

Eodẽ anno die 16. mensis Martij, Blanca Maria virgo illustrissima, Galeacij quondã vicecomitis & Mediolanensiu principis filia, serenissimo inuictissimoq; Rom. regi Maximiliano iãdudũ desponsata, in oppidum Inspruck ad tẽdas nuptiales traducitur, rituq; Christiano copulatur. orationem habuit tum clarissimam Iason Mainus eques Romanus, iuriconsultus toto orbe celebratus.

Quo in tempore Carolus rex Francorũ huius nominis 8. annũ agens quartũ supra vigesimũ, qui viuente Ferdinando rege Apuliã, de recuperanda Grãcia (vt ferebatur) sanctẽ cogitans, prius ad regnum Apuliã ex prætenso iure adspirare dicebatur, audita morte Ferdinãdi & coronatione Alphonfi, visus est sermones de armis attẽtiũ audire, suadentibus sibi multis, pferim his qui à regno Apuliã exulabant, referret Felinus. de quorũ Gaguinus Francorum historiã scriptor nouissimus: Cũ iã, inq; à bello Carolus quiescere potuisset, cura illi incessit de Siciliã regno, quod sibi patrimonij iure pertinere cõtendebat, nec

potuit vlla ratione à sententia dimoueri, nec audiuit Parisiorũ oratores, qui eius rei gratia ad eum missi erant. Cõtactis, ppter eã terra mariq; copijs, hortante maximẽ Alexandro 6. Ro. Ponti. & Ludouico Mediolanensi, qui Alphonso Neapolitano infensi erant, in Italiam ducens, Campaniam mox atq; indẽ Neapolim, fugato Alphonso, mira celeritate subiugauit. Hęc ille.

Num acta sint illa hortatu Sphorciz & põtificis, dubitari fortasẽ potest, qd Carolum redeuntem habuerit etiã Sphorciz hostem. Taceo scriptum põtificis ad regẽ, cuius exẽplar vidi atq; legi, quibus exprobrat illi, qd monita eius per literas & nuncios, nẽ Italiam ingrederetur, oblatamq; iustitiã viam super regno, si quod ius præterderet sibi competere, penitẽs cõtẽmpserit.

Vtcunq; sit, rex ipse ingentibus copijs 50. armatorum millibus, vt fertur, stipatus, Italiã p̄sidio destitutã mẽse Septemb. inuasit. Cuius aduentu vitã necessaria passim itã consumpta sunt, vt pauperes nonnulli fame periẽrint, mox à Pisanis receptus, paulõ post à Florentinis inuitatus, vrbe eorũ ingressus est.

Audiens verò Alphonfus rex Carolum tantas marũ & terra copias transportãse in Italiam, misit fratrem suum Calabriã ducẽ cum magno exercitu in Hetruriã, vt hostẽ qui prope Imolã castra tenebat, inuiseret. Hic partem exercitũ in Liguria constituit. locõ est in Liguria mōtosus, aliquot miliaribus à Genua distans, in quo Calabriã dux cũ 4. millib; hoim cõstituit fortunã bellicã tẽtare. Quod cũ Galli cernerẽt, ex castris exercitum educebant, in quo 2. millia Suitensiu fuerant, qui vnã cum Gallis p̄ficiscendo, milites Neapolitanos circumdabãt: & cũ insidijs Gallorũ Neapolitani vndiquẽ se circũuentos viderẽt, incipiũt paulatim acies ordinare, & sagittarios simulq; eqtes in fronte collocare. Galli tamẽ nẽ cunctando Neapolitanis meliorem bellãdi cõditionem præberẽt, sinẽ mora in hostes irruunt, quos cũ militũ numero & bellorum machinis superabãt, pugna etiã facilẽ vincebãt. diũ tamen Campani pugna sustinebãt, tandẽ obruti multitudine, & in varias turbati partes, fuga quidã salutem queritabãt, quidam ignomiã fugẽ vitando miserabiliter cẽdebãtur. Ceciderũt in hac pugna mille Neapolitanorum, ex Gallis vix 300. cẽsi dicuntur. attamen maiorem cladis partem Suitenses peregerunt.

Nihil moratus rex Carolus, Romã verò Carolus sũs tẽdebat. in itinere nõnullas ecclesiã ar. Roman ces & vrbes cœpit vastare, p̄das agere, & vt ingreßur. dicitur, hostes nullo etatis, sexũs aut cõditi-

onis discrimine habito trucidare: horrendumq; est dicere, q̄ sequitū sit in vniuersos.

Interea Alphonsus rex ille tantoperè celebrat^o bello & armis potētissimus, ac multis Italiae ciuitatibus solo nomine formidatus, simulac accepit Carolum Romae appropinquantem, traditis Ferdinando filio regni gubernaculis, siue fugae apparandae causa, siue rei melius gerendae opinione, aptatis sibi triremibus, Neapoli soluit, mesanā applicuit, paulò post inopinata morte extinctus est.

Per quae tempora Gallorum rex urbem Romam tantis copijs obsedit armatorum, ut pontifex grauioris detrimenti euitandae causa, regem ipsum cum innumera diuersarum gentium & nationum * bellica multitudine in urbem recipere compulsus sit, recepta tamē antea fide, quod pontificem, cardinales, curiales & populum Ro. in rebus & personis tutos & illaesos conseruaret. Hec quemadmodū seruata sint, testes sunt violentiae, cedēs, ruinae, effractiones domorum, furta, praedae, ita q̄ pontifex sui cōseruandi gratia in arcē S. Angeli aufugere coactus sit. Et cum multa horrenda cōtra se machinari illum audiret, ut grauioribus scandalis caueretur, Zizimum Turcorum tyranni fratrem, qui Romae in Christianorum tutelā diū seruatus fuerat, duasq; munitissimas Ro. Ecclesiae arces extorquenti regi tradere, multaq; alia grādia ac difficilia promittere coactus fuit. Zizimus Baiasfeti frater, paulò post veneno extinct^o, maximi initium mali nobis fuit. nam rem tutam fore Christianis frater per Oratorem pontifici receperat, eo incolumi. Proinde discessit ab urbe rex cum exercitu versus Siciliae regnum citra Pharum, nonnullas cōtinuò Campaniae & maritimas ecclesiae Ro. terras inualit. At ubi paululū Gallis Ferdinandus rex resistit, Neapolim regressus, patrem paratis nauibus secutus est. Carolus autem progrediens, totum id regnum tam citò vicit, quàm vidit: & postquam regnum, sacris etiā non parcendo, auro, argento, ceterisq; bonis exhaustis, praesidijs in eo pro ingenij ac militum facultate dispositis retrōspiciens, reliquam Italiam (ut creditur) suppeditaturus, discessit. Itaque Neapoli numerosissimo equitum ac peditum exercitu iter faciens per terras ecclesiae urbe versus, caedibus ac rapinis omnia compleuit.

Has regis artes cum pontifex intellexisset, vnā cum vniuerso senatorum collegio urbis curam vni ex cardinalibus mandans, pro sua Ecclesiaeque maiestate seruanda, urbem veterem primū, deinde Perusi-

um urbem munitissimam aduolauit.

Interim rex Romam ducens, cum pontificis absentiam aduertit, seque audientia praeventum, indè recedens, se Gallias repetiturum asseruit. Quae verò mala in itinere commissa fuerint, horrendum est dicere. referunt enim, in Tusca villa septingentos sexus vtriusque mortales absque omni culpa extinctos esse, sacra prophanaq; omnia ibidem direpta, in alio loco nō paucos ad aedes sacras & crucē amplexantes, tanquam à feris trucidatos. Tum Gallus in Hetruriā transgressus, iura sacra imperij tam in ciuitate Senensi Pisanaq;, quàm multis alijs locis iurisdictionem violauit.

Tentaui quoque Genuam ad deditiōnem inducere: & cum id minimè processit, sauiissimum cruentissimumque cum Venetorum Mediolanensiumque sua tutantium gentibus conflictum iniit. vnde ingens strages secuta est. Mox ad urbem Athesem magnis itineribus cum milite annuato se contulit, ubi militiam reficiens, credebatur auctis copijs & nouo milite Italiam iterum inuadere statuisse. Ut autē minas pontificis & auctum Venetorum ad ducis Mediolani exercitum intellexisset, pedem retrahens, ad sua in Galliam reuersus est.

Audax profectò facinus & memorabile. utcūque sit, adolescēs magis q̄ vir Carolus, intra vnus animi spatium totā ferè Italiā penetrās, instar fulminis quaeq; obstantia pessundedit. redactq; in suam potestatem Apulie regno, mox retrōspiciens, vnde venit armata manu, milite tamen aliquo assumpto, ipse incolumis in Galliam redijt. post cui^o ex Italia discessum, Apulie regnū paruo negotio reuersum est ad possessores antiquos, & sic modica luera multorū damno cōpensauit, ut verè dici posset, q̄ hamo piscatus sit aureo, & amisso auro, nihil nisi samam aurae similem ceperit.

ANNO salutis 1495. mense Martio, Maximilianus Ro. rex conuentum Germaniae in vrbe Vormatia celebravit, in quo (ut factum est) de duobus deliberandum fuit, quae admodum Turcis occurrerent, qui indiēs magis ac magis Christianorum terras opprimebant. Deinde, q̄ rex Franciae Carolus immensis copijs Italiae incumberat, aliqua imperij, nonnulla ecclesiae Ro. bona occupans, urbemq; Romam ingressus, nonnulla indigna à Ro. Pōt. extorserat, Apuliamq; ferè totam expugnauerat. Propter quae rex Ro. tanquam aduocatus ecclesiae, ut illius & imperij iura tueretur, crebrò vocatus est. Sed interim dilata res est, principibus ad intestina incommoda spectantibus.

Carolus in Galliam redijt.

Vormatia in comitia.

bus. nē tamen nihil ageretur, de tribus tādē deliberatum est: de iudicio Cameræ, vbi vniciq; iustitia redderetur, forma & mod⁹ dictus. Placuit & sapiētibus ad hoc, vt vel contra Turcum, vel contra regē Frāciæ iustus mitteretur exercitus, duo fore necessaria, pax in imperio, & com meatus tantis copijs dign⁹. Quo enim modo foris bellum feliciter geri potuisset, si domi lites fuissent? sed & sinē impēsis frustra beligeratur, si enim alimēta vel stipendia desunt militi, obsequium negabitur & fides. fuit igitur prouisa imprimis pax, & principali statuto mandata: tributum per capita impositum per exiguū, duntaxat in quinquennium. Sed quia non placuit omnibus, nihil ad effectum est deductum, fortē vt adimpleatur tritū quo dicitur: Sicut Germani virtutibus meruerunt imperium, ita ignauiā & vitij amittere possunt. Tum infimulatus est rex, quod nihil cum consilio agat principum. vndē quidam ita versificatus est:

*Dum cōsulta patrum & sancti decreta senatus
Acciperet Caesar, Caesaris orbis erat.
Paruit imperio, seu signa moueret in Afros
Aphrica, seu i rigidos strigeret arma Getas.
Victricesq; aquila totum fulsere per orbem,
Virtutis quondam magna trophæa sua.
At postquam vnus facta est pro lege voluntas
Caesaris, hoc nostrum hoc occidit imperium.
Nutantesq; aquila nusquam statuerē per orbem
Virtutis deinceps vlla trophæa sua:
Vis prisce reuocare decus, vis vincere Caesar,
Pellere vis hostem sinibus ipse tuis?
Fac sanctum reuocare veteri de more senatum,
Consilijsq; adhibe pectora densa tuis.
Cui calumniæ egregiè respondit Henricus
Bebelius Poëta hoc carmine:
Desine mordaci regem taxare comæna,
Detraxisse caue chare poëta, precor.
Rex meus est fortis, est seruantissimus equi,
Virtutum splendor, imperijq; decus.
Quid memoras cōsulta patrū, qd verba senatus,
Qui proprijs semper consulere bonis?
Quod si respicerent reges quoque cōmoda regni,
Et si quod debet Caesar habere, darent:
Tūc aq̄la inuicta ad Seras penetrabit & Indos,
Sic cōsulta patrum ritē iuuare queunt.
At sua dum cuncti procurant cōmoda, cuncti &
Velle suum soleant legis habere loco,
Inq; sinu foueant pradones atque latrones,
Legibus excussis Caesaris atque iugo,
Dumq; aq̄lam implumē temnūt, dū quisq; laborat
Extrahere huic pennas, & spoliare macram:
Non tibi sit mirum (nanq; efficit omnia nō rex
Solus) si totum concidat imperium.
Vis prisce reuocare decus si sancte senatus,
Pellere vis hostem sinibus ipse tuis:*

*Redde prius pennas, sed quas Iouis ales habebat
Dum stetit imperium, consulere indē potes.*

Venit ad conuentum Vormatiensem vocatus celebri fama Eberardus comes illustri & excelsus Vuirtembergæ & Montispeligardi, senior dictus, magna nobilitū comitatus caterua. quē serenissimus ac inuictissimus rex Romanorū Maximilianus venerabiliter suscepit, eius consilio non nihil vsus. Cognitaque hominis probitate & animi celsitudine, & quod maiores sui plerosq; principes potentia multis temporibus antecelluissent, ipsum motu proprio & solenni pompa, 21. die mēsis Iulij ad hoc indicta, ex comite ducem creauit, tituloq; ducali auctis armis in **Wirtemberg & Teck** propria manu insigniuit, adhibitis debitis solennitatibus & cōsuetis, præsentibus totius cōuentus principibus habituatis, nec non regum, ducum, aliorūq; principū plurimorum, communitatum quoque oratoribus, concionem mirificè decorantibus & prospera præcantibus.

Eodem ferè tempore idem serenissimus ac inuictissimus rex Maximilianus, defuncto iam Iohanne Maria vicecomite & Mediolan principē, per legatos ad hoc missos Ludouicum Mariam Sphorciam Mediolanē præfecit ducem.

Per idem tempus durante conuentu, ppe Vormatiam ad dextram Rheni partem in villa **Birstat**, mulier quēdam monstrum enixa est quarto Idus Septemb. erant puellæ corporibus integræ, sed in vertice frētetenus connexæ inseparabiliter, & se mutuo inspicientes. Edidisse fertur paulo ante apud Rotuilam oppidum Sueuiæ mulier duos pueros, quatuor manus & duo capita habētes, sed pedes dūtaxat duos, quid sibi monstra hæc velint, solus Deus nouit.

Anno salutis 1496. quinto Kalēd. Martij migravit à seculo illustrissimus dux Eberardus de **Wirtemberg & Teck**, morum honestate ac rerum gerendarum prudentia cātatissimus. adolescentiam licentè cœpit, sed eius cæteri progressus fuerunt magnifici. finis verò magis q̄ rerū necessitas ferebat, p̄ceps subsecutus est. auxit licentiam adhuc puero immatura mors patris, q̄ anno etatis illius 5. sublat⁹ est. Mater verò luctus tēpore cōpleto, supinduxit illi vitricū illustrissimum principē Albertū archiducem Austriæ, vndē factū est, vt reliquū pueritiæ tēpus sub tutoribus degeret. Erat autem puer indolis eximia, cui ego primas literas tradēs, phibitus sum nē eū Latinū facerē, satis esse ducentibus, si vernaculam linguā legere didicisset & scribere: quod ille vir factus, tulit molestissimè. Studium

Eberardus
Barbatus
Vuirtemberg.
inter
duces re-
latus.

Eberardus
ducis
Vuirtemberg.
inter
ritus.

dium itaq; suum, prout ingeniu habebat nobile, mox absoluit. quo peracto, nè nil ageret, lusibus atq; lasciujs ad quæ prona est omnis ætas, se immerfit. mortuo enim fratre, qui natu maior erat, cùm videret ad se respicere oia, quasi æmulo sublato, ruptis loris, imperiũ arripuit nõ plenè adultus, adolentes aliosq; suis moribus idoneos & fauentes, neglectis seniorum cõsilijs, in clientelam suam adsciuit. Quorum quidè cõsilio & ope ductus, nihil in expertum relinquere voluit. vidisses luctandi, saltandi, dimicãdi, hastaludèdi, venãdi perpetuũ quasi studiũ. Et cùm oibus eminere vellet, earum rerum exercitatione assidua corpus quod illi natura gracile dedit, tum exhaustũ creditur & perfractũ. nam varios postea morbos in vita expertus est. At vbi exacta penè adolescẽtia, ratione instituendam vitã videret, quasi cõtemplatus Herculis Prodicij exemplo, vtrã viam, virtutis an voluptatis ingrederetur, cœpit respicere & mores mutare, terrã sanctã, sepulcrum Dominicum decẽti inuisit comitiua.

Sũma laudũ
berardi Barbatiducis.

Rediẽs paulò post, vxorem duxit Mantuani principis filiã virginem illustrissimã, adeoq; in alterũ mutatus virũ, vt sicut priori etate nemo illo insolentior fuit, itã virili toga induto, nemo castigatior aut seuerior inuentus est, libidines & luxus priores frugalitate & vite grauitate facilè cõpensauit. Factus est simul rerum omniũ indagator solertissimus. erat enim celsi ingenij & ardentis animi. sapientes propterea in quacũq; re incredibili beneuolẽtia & obseruantia cœpit venerari. Et licet literarũ Latinarum esset penitus ignarus, literatorum tñ hoĩm cõuersatiõe delectabat plurimum: quos, vt erat ingenio prõptus, iugitè & de industria disputãtes fecit. Et si qd notatu dignũ audiuit, ppetuò retinuit. memoria em admirabili pollebat, itã vt non res solũ, sed & causas, loca, psonas fidelitè cõseruaret, & pũgillarib⁹ quibusdã seu enchiridijs vti solebat, qbus fidelitè quæ accepat, cõmendabat. disputabat ad eò cõueniẽtèr de quibuslibet, vt experimentum oĩm artiu crederetur habere. libros etiã vernacula lingua cõscriptos oēs quæsiuit, ac auidissimè perlegit. multa ad hæc præclara opera in linguam Teutonicam verti è Latino curauit, atq; his quidè instrumẽtis orationem suã, vt erat eloquẽtia admirabili, siue historiam velles, siue sentẽtias, exornauit. Nec aliarũ rerũ studia neglexit, irrequietus à natura, & plenus negociorũ, vt nõ modò alteri alterũ succederet, sed sese mutuò truderent, nec hominè respirare sinerent. At vbi animum intèdebat aut le-

gere aliquid, aut feras sequi, aut vacare diuinis, & si qua similia sunt, nemo illum sequi poterat. vir non vtiquè ad segnitiam, sed ad res agendas & quidem maximas natus. Illustriora tamè eius (vt memini) facta, & quibus se maximè vixisse testatur est, tria sunt tãto principe digna. Cùm enim intellexisset viros doctos in precio haberi, nec esset in terris suis ac dominijs (quæ tamen incolarum multitudine & fructuũ vbertate abundãt) aliquod generale studium, ad quod volentes in scientijs proficere, se cõferrent, nè sibi ac subiectis suis tanta deesset cõmoditas, vniuersitatẽ studij generalis priuilegiatam in oppido suo Tubingen-<sup>Tubingen-
se studiũ</sup> auctoritate Apostolica erigi fecit ac fundauit, in qua vsq; in præsens sacræ theologiæ, canonum & legum, medicinæ ac artiu facultates floruerunt, florent ac vigent.

Clericos quoque seculares quosdã communitèr viuentes, ipse primus vocauit in Sueuiã, illisq; nõnullas Ecclesias de suo iure patronatũs existentes, auctoritate Apostolica tradidit: quorũ cõuersatiõe paulatim delectatus, Ecclesiã propriam cum habitationibus & officinis necessarijs in nemore illustri Schonbach, vbi ipse & maiores sui quotannis voluptatis causa venari consueuerunt, à fundamentis sumptuosissimo opere extruxit, eamq; in collegiatã, canonicis & clericis secularibus communitèr viuentibus, sub vocabulo Beati Petri apostoli, in qua prepositus tanquã caput est, sunt & 12. canonici, 13. conuersi laici, ex nobili seu militari genere, quorum vnus sit magister & administrator temporaliu, necnon 12. aliã laici conuersi ex ciuib⁹ aut plebe, qui omnes & singuli sint membra eiusdem Ecclesiæ, vnã cum Preposito & canonicis capitulum constituentes, vt ètes glaucis & cruce in pectore eadẽ auctoritate Apostolica erigi obtinuit, attributis dotis noĩe nõnullis prædijs rusticis, alijsq; bonis & puro auro 18. millibus florenorũ Rheneñ. ad prædictum vsũ & commoditatẽ, nõ sinè ornãmẽtis & clinodijs preciosis, ecclesiam ipsã mirificè decorantibus.

Quoniam verò dignitatem gentilitatis suę quantoperè adaugere studuerit, nemi-<sup>Vnio da-
caris
Vuitrem-
berg.</sup> ni obscurum est. nam vbi nupèr pro exaltatione sui generis inter ipsum & patruelũ suum conuenisset, vt terras suas ac dominia omnia in vnum conferrent & penitus vnirèt, prout in vnũ collata & vnita fuere, itã q nullo vnq; tẽpore in antea diuidi possent aut deberèt, hanc ipse vnionẽ pclaris suis virtutib⁹ lógè reddidit insigniorẽ & firmiorẽ. nã p excellẽtia grauitateq; morũ suorũ serenissimus ac inuictissimus ro. rex
Ma-

Maximilianus illum pridem conuentum generalem principum imperij agens apud Vormatiam, motu proprio & solenni pōpa ex comite ducem creauit, tituloq; ducali donauit atq; insigniuit, prout supra proximè deduximus. Et tantum de his tribus.

Sed & Christianæ religionis cæremoni- arumq; eiusdem obseruator fuit diligen- tissimus, omnem prorsus superstitionem posus est. Religiosis & Ecclesiasticis honestatem aliquā præ se ferentibus, bonus erat & propicius; indisciplinatis verò, & præser- tim mendacibus, subamarus. ea ex re ferè monasteria omnia suæ ditionis & vicino- rum, vt reformarètur, operam dedit indefessam, iustitiæ quoquè præcipuus zelator habitus est. nec illi solùm curæ fuit, vt sub- iecti quibus præerat, synceritè iustitiam administrarent, sed etiã nonnullas con- suetudines, quæ minùs æquitatis videban- tur habere, ad normam redegit iustitiæ.

De amore pacis nõ atinet dicere, cuius gratia multa dissimulauit, tametsi timidi- tatis aut incōstantiæ nullum signum ostē- derit. vndè rarò de iure suo etiã potētioribus cessit, vt nemini est obscurum.

Ceterùm habitus est aliquāto morosior, & difficilior exoratu tum exteris tum do- mesticis: quotiès em̄ vbi suspicatus est aliqd à se peti, vultu auertit, aut occupationes si- mulauit, aut arte aliqua occasione petendi abstulit: id quod & in maximis principib; laudādis miramur. dephensus aut, nisi sin- gulari aliquo fauore obstructus, vel frōtosè negauit, aut si negare puduit, in aliud tem- pus reiecit. Admonit; verò postea, vbi no- ua differēdi facultas deerat, rarò hilaritèr, sed quasi defatigatus, vt molestia careret, vel timidè dedit, aut iratus impexit.

Intercessores autè, quasi viderit illos ex alieno beneficio gratiã aucupari, aut (quod magis puto) vt minor turba rogantiũ fieret, vel penitùs fugauit, aut saltem pigriores fecit. tanta enim ambitione illos susce- pit, tantis dilationibus suspendit, vt non- nunquã rogasse pœniteret. præterea ser- mōe copiosus extitit, insuauit tamè ac sub- amaro, frequētèr perplexè loquens, lædo- rijq; vtebatur. In rebus etiã gerēdis aut præposterus, aut festinus nimium apparuit. Nam quæ consilio concluderat, quantum- cunquè clara & aperta, nisi deuictus, in lō- gum trahebat. inuenta verò propria ita ac- celerabat, vt præ nimia festinantia pleraq; manerent imperfecta.

Insimulatur etiã, qd attētus nimium ad rem fuerit, sumptusq; parcè faceret, quo à Maiorum suorũ magnificentia degenera- ret. fateor qd in habitu & victu non fuit p-

digus, in restaurandis verò castris, muniē- daq; patria, & tempore pacis & belli pro- batur fuisse sumptuosus.

Et in hoc singularitèr venit laudādus, qd Aulici nõ mutandi, aulicos suos rarissimè mutauit: nec nisi lō- ga consuetudine probatis, consilia sua cre- dere voluit. Et quia promissa suis fidelitèr seruauit, viros multa rerum suarũ experi- etiã sibi fide & probitate deuinctos, circa se habuit, qui etsi pauca de gratia expecta- rent, nemo tamen illum mutare quæsuit.

Quantũ verò ad corpus attinet, barbã à multo tēpore nutriebat, cui propterea bar- bato nomen à quibusdam inditum est.

Corpus illi exiguũ natura dedit, sed ner- uosum, quod tñ crebri labores attriuerant, accidebāt morbi frequētes, febris, dysente- ria, calculus, & sup oĩa vesicæ excoꝛiatio, q- bus iugitèr vexatus, annũ agēs vnũ sup qu- quagesimum, sacramētis de more Chriano ritè perceptis, in arce sua oppidi Tubingē ipsa die S. Matthiæ apostoli, q̄ fuit sexto ka- lēd. Martij, hora post meridiem circitèr 5. carnis debitum p̄soluit. Sed mortē quo aĩo obiērit & qua cōstantia, quĩs coniecturam quq; capiet è reliqs, q̄ passim de isto ferunt, monumentis, tñ referre libuit obitèr quasi verè testatam optimi principis virtutē hoc exēplo. Atq; aded, cum veturę mortis omē accipere, (nisi reip. causa viuere libuisset) mortē vitę melioris initia, inter prima visũ est expetere. Interim curiē primates viros, qd patrię deberet, qd suę cuiusq; honestati, cōmonuit, vxorem oratione graui, & q̄ vis morbi ferre videbat, lōgiore cōsolatus, ar- gumentũ apud illã fidei suæ spectatũ reli- quit, qui aderāt p̄ceres pleriq; sermonem eũ lachrymis excepere. Deindè cum prin- ceptis, cuius animus iã ad diuina spectare tã- tum videbatur, de seculi negocijs à nõnul- lis impitis sacrificulis interpellaretur, au- dire se velle respondit sermonem, quo & fides confirmari, & spes accendi, & charitas inflammari posset, desertas esse mundi cu- ras, vnicam diuinitatem modò agitari. In- ualuit tum aded morbus, vt præter cætera quę indè erant mala, linguæ etiã spiracu- lū desiērit. confessus est nutu, interrogan- te sacerdote. At post confessionē, ingens miraculũ, magniq; animi recepti indicium, cum dixisset aliquotiès hæc verba subob- scurè: Dñe, ago tibi gratias, & vires etiã corpore recepit, surgens ipse resedit in le- ctulo, voce clara & integra ait: Creator cæ- li terręq; Deus, te quæso fac agnosca, si qu- quam est cui p̄ter equitatē graue nimis fuit imperiũ meũ, restituẽ is rebus meis impē- sis omnibus. Quòd si ne hoc quidē satisfi- eri potest, tibi benigne conditor en hoc est

quod offero, quod deuoueo corpus, casti-
ga iugiter, hoc piaculū esto. Nec his plura
effatus, eucharistię sacro accepto, quieuit
in alterū diem, verbis tantū pauculis de-
indē dictis integrē. Et eo quidē modo vir
tantus, probam virtutis suę imaginem in
adeunda morte nobis reliquit. O ingentē
reip. Germanicę calamitatem, ō impoten-
tem vim fati, quę rebus imperij nostri tan-
tum principem inuidisti.

Hoc vino stetit, hoc cecidit Germania lapsa.

Sed cedat humana imbecillitas necessitati,
precemurq; hoc decus in Vldrico nostro
Vuirteberge duce restitui. q iam Augusto
impio Sueuiā tenet, gubernatq; feliciter.
Sepultus est in ecclesia S. Petri apostoli, quā
fundauerat, in habitu fratrum domus ipsi-
us, lugētibus multis nō solū pręsentē, ve-
rū etiam futuram calamitatē, in quā ti-
mebant incidere. eius precor anima requi-
escat in pace, a quo multa beneficia accepi.

Illustrissimo, morumq; dexteritate cla-
rissimo principe Eberardo, primo duce in
Wirtemberg & Teck defuncto, patruelis ei-
usdem Eberardus iunior dictus, extra pa-
triā agens, iuxta ordinatiōem inter ipsum
ac patruum suum defunctum iam pridē
sacramentis firmatam, continuē ad impe-
riū vocatus est. Qui accepta morte patru-
i, parū moratus, veniens sociatus episcopo
Augustēsi nōnullisq; alijs pceribus, comi-
tēr humiliterq; a suis, & vt princeps, dux &
successor legitimus, susceptus est & salutatus,
nec fuit qui nō obedienter fideliterq; im-
peratafā cere properaret.

Eodem anno, 5. die (quę fuit prima Mar-
tij) post obitū ducis Eberardi, horrendum
dictū, sus seu porcus in Suntgaudia & villa
Landsee ad sinistrā partē Rheni sita, natus
est mōstruosus, caput vnum habens, oculos
duos, nasum vnicum, similiter & os seu ri-
ctū, aures verō 4. post caput diuisus est in
duo corpora porcina, habens 8. pedes. pri-
oribus quatuor se amplexantur, poste-
rioribus stabant luctantium in morē. duę
etiam linguę in rictu apparebant, sed non
vixit per diem & noctem. quid prętendat
aut portendat, Deus nouit, quem vt benē
vertat oramus.

Anno Dñi 1498. Carolus rex Fracię, hui-
us nominis 8. moritur in mense Martio,
formidinemq; de eo conceptā multis sol-
uit, in cuius locū & regnū Ludouicus dux Au-
relianens, iure proximitatis substituitur.

Eodē anno circa principiū Aprilis Ebe-
rardus dux & princeps Vuirtebergen & in
Teck, cum vix 2. annis administrasset, vel
conscientia malę administrationis, vt cre-
ditur, vel metu ducatum deserens, Vlmam

cum paucis profugit. Causam nōnulli au-
tumant. nam vbi principatum inijt, siue q
iam diū absens exteris moribus imbutus fu-
it, siue quod patruī pridē defuncti insti-
tuta oderat, siue ingenio suo, siue eorum
qui absentiam suam a patria, exilium fuisse
illi suggerebant, multa cępit nouare. In-
primis nōnullos curię addictos, & quibus
curię semp̄ patria extitit, parui fecit: & li-
cēt nōnullos magnę nobilitatis & probi-
tatis viros aulicis rebus p̄ficeret, illis ta-
men breuē nihil vel parū potestatis reli-
quit, sed quosdam infimę fortis homines
inuisos sublimauit. per quos aduenientes
audiebat, responsa subiectis & exteris da-
bat, magistratus constituēbat, quibus pro
lege voluntas erat. Quo nihil miserius aut
deterius esse poterit in principe, aut quod
minūs sit tolerabile.

Verū inter cęta rex Maximilianus, q for-
tē in Sueuiam venerat, vbi comperit ducē
Eberardum patriam & principatum suum
deseruisse, interposuit vices suas, & illi fra-
truellem Vdalricum vix decennem, pactis
interuenientibus, dedit successorem, adiū-
ctis sibi regentibus iuxta ordinatiōem an-
tē conceptum deputatis, quorum consilio
& ope deberet administrare. Conuenit au-
tem, quod ipse dux Eberardus vasa argen-
tea & aurata quę secum abspertauerat, res-
titueret, vicissim recepturus pensionem
annuam sex milliū florenorum quoad vi-
ueret, qui paulō post cōflauisse fertur omne
argentum huiusmodi in massas, & ad Phi-
lippum comitem Palatinum diuertisse, nec
argentum restituit, nec p̄sionem accepit,
aliquot annos cum p̄fato principe Phi-
lippo in oppido Haidelberg commoratus,
postea nescio quas ob causas in arce Lin-
densels in sylua Othonis, vulgō Odenwalde,
ditionis eiusdem comitis Palatini clausus,
exul tandē diem clausit extremum, anno
salutis nostrę 1504. in ecclesia collegiata
S. Spiritus Haidelbergę iacet sepultus.

Per idē tēpus anno Dñi 1498. erat in vr-
be Florētia apud p̄dicatores ad S. Marcū,
vir quidā doctus, moribus & vita celebris,
opinionēq; multorū p̄pheta a Deo inspi-
ratus, p̄ quo & sepalam gerebat. vocabatur F. Hiero-
nymus Sauonarola de Ferrara ordi-
nis p̄dicatorum, q annis multis p̄dicauit in
Florētia, vbi inter cętera populo Florētino
exposuit, quę admodū deus, p̄spiciēs Ita-
lię peccata, p̄sertim in principib; tā ecclesi-
asticis q̄ secularib; multiplicari, nec ea di-
utiūs ferre valēs, instituerit Italiam flagellis
expiare, Florētia vrbeq; Roma euerfis, de-
indē renouatiōem ecclesię facere: & quod
hęc citō deberent fieri: addidit, Turcos &
Mau-

Eberardus
iunior 2.
dux.

Mōstrum.

Eberardus
iunior
Vuirtem-
bergę du-
catum de-
serit.

Vdalricus
dux Vuir-
tembergę.

F. Hiero-
nymus Sa-
uonarola
ordinis
p̄dicato-
rum.

Mauros nostris tēporibus ad Christianum cultum cōuertī debere, subiungēs multos esse de tūc adstātibus qui hęc visuri essent.

Prędixit etiā quendā alpes transiturū in Italiam Cyro similit, qui subuere debet Italīā, adducēs illud prophetę Amos: Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit id ad seruos suos prophetas. Voluit, inquit, Deus propter electorum suorum salutem illud flagellum in Italia pręnunciatū iri, vt ad tolerantiam sese ppararet. & cū Florentia velut cor in Italia sit, Deus ipse dignat⁹ est eā eligere, in qua annūciarent⁹ pmissa, & se asseruit ad hoc mysteriū manifestandū, à Deo esse electum.

Prędixit etiā mutationē statūs & regiminis Florentinorū omninō fieri debere. Cumq; anno Dñi M. CCCC. XCIII, Carolus rex Francorū cū maximis copijs ingrederet Italīā, idē F. Hieronymus publicē contestatus est hunc illū esse, qui Cyro similis veniret, & quod à deo electus esset in ministrū iustitię diuinę, cui & totus mūdus nō posset resistere. Deindē & sequenti anno in confirmationē omniū prędictorum in octaua annūciationis B. Marię virginis, publicē prędicauit, nocte pcedente celos se penetrāsse, Deumq; & totā Trinitatem vidisse, angelicos etiā choros perspexisse, & à beatissima virgine Maria ore ad os responsa accepisse, quod pmissa infallibilitēr & celeritēr fieri deberent.

Hęc & his similia cū puenissent ad pōtificē Rom. ipse cupiēs huius nouę doctrinę nouiq; luminis veritatē inuenire, verit⁹ simul perniciosum aliquod dogma in ecclesia excitari, vocauit hūc F. Hieronymū, sed comparere noluit. interdictus pōst p̄dicatione, non curauit, propter contumaciam execratus est, nec p̄pterea à celebratiōe diuinorū abstinuit. immō p̄dicauit papam nō esse audiendū, quia publicā vtilitatem ecclesię impedire voluit, & cōtra fraternam charitatem ageret, & his similia,

Tandē cū hęc sua pertinacia nō nullis displiceret, frater quidā ordinis Minorum de obseruantia, Franciscus Apulus dictus, cœpit aduersus eū eiusq; dogmata p̄dicare. quamobrēm F. Dominicus de Piscia ordinis prędicatorum, ad defendendū F. Hieronymū & eius dogmata cōsurrexit. Et tandē, q̄ conclusiones sequentes vsq; ad experimentum ignis, quod verę essent, sustinere vellet, prouocans F. Franciscum ad certamen. Fuerunt conclusiones hęc, q̄ ecclesia Dei indiget renouatiōe, quod flagellabitur & renouabitur, & quod Florentia quoquē post flagella renouabitur, & p̄sperabitur, infideles cōuertentur ad Chri-

stum, & omnia erunt temporibus nostris. Et quod excōmunicatio nup̄r facta cōtra venerandū patrē F. Hieronymū, nulla est, & quod non obseruantes eā, non peccant.

Ad hęc F. Franciscus ad ignis experimentum prouocatus, conditionē accepit. Forma autem obligationis vtriusq; fuit talis: Ego F. Dominicus de Piscia ordinis prędicatorū mea propria manu me subscribo & obligo ad sustinendū p̄dictas cōclusiones, non solū cum rationibus, sed confidēdo in adiutoriū Dei, me expono & obligo ad intrandum cum p̄dicatore fratrum Minorum p̄dicante ad p̄sens in S. Cruce, in ignē in publico, sperando per virtutem Dei saluatoris ad suam gloriam & confirmationē huius veritatis, & ad vtilitatem aliorū exire illæsus & saluus, per Christum Dominū nostrū, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum.

Ego F. Franciscus ordinis Minorū, licet indignus, sum paratus ad instantiā & requisitiōē dominorū Florentinorum facere cū F. Hieronymo de prędictis conclusionibus experimentum, quarum quædam probatione supernaturali indigent. Cum Dominico verō, qui cum nulla est dissidētia, alius nostri ordinis frater in ignē est subire paratissimus, vocato iudice non suspecto & omnibus religiosis.

His dict⁹ est dies, & in publico loco ordinat⁹ est ignis copiosus. cū ventum esset ad ingrediendū, essetq; paratus frater Minorū ingredi, frater de Piscia recusauit, nisi cum venerabili sacramēto, intrare. & cū hoc indecēs esset, sibi denegatū est, p̄pter quod ingredi destitit, & pugnam detrectauit. quare fit rumor, & secuta est cōtra Prędicatores magna turbatio.

Postea die nona mensis Aprilis, dictus F. Hieronymus, præsentiū multis testibus, fuit interrogatus & examinatus in aula Barocelli, primō verbis, pōst minis, dein cum tortura. demū 19. eiusdem mensis sinē læsione dixit, omnia per ipsum prophetizata, fuisse ficta, & quod ob gloriam humanam aucupandam talia prędicauerit, & q̄ videbatur ciuitas Florentia bonū instrumentum ad faciendū crescere suā gloriam. Et ad coadiuandū suum finē, cōfessus est se p̄dicāsse res, p̄ quas Christiani cognoscerēt abominatiōes q̄ fiebāt Romę, & q̄ reges & principes se cōgregarēt ad faciendū conciliū: quod vbi factū fuisset, sperāisset deponi multos p̄latos, etiā Papā: & quādō fuisset estimat⁹ in cōcilio, mansisset & stetit in magna reputatione in toto mūdo: & si nō fuisset in papā electus, saltē primū locū tenuisset. De renouatione eccle-

Sauonaz
rola hanc
resis ex-
tinctā.

clesię & cōuersione infidelīū, dixit se habere ex scriptura sacra, sed q̄ fieri deberet citō, nō habuerit ex scripturis aut reuelatione. Quōd ostēderit se iuisse in paradīsum, hoc fecisse se ad attribuendū sibi reputationē & gloriā. Circa factū inobediētīe pōtificis, q̄ nō iuit romā, fecisse se, nē occideretur in via. Circa factū excōmunicationis respondit, quanq̄ multis alit̄er videret, crediderit ipse tamē illā esse verā & obseruandam, & obseruauerit p̄ aliquod tēpus. Sed vbi viderit q̄ ibat opus suū in ruinā, cepit modū nō obseruandi, & q̄ pertinacit̄er steterit cōtrā, p̄ honore, reputatiōe ac mantentione operis sui. Hęc & multa alia interpretatus est, p̄t in examine quod impressum est, continetur. tandē ipse incineratus est in eodem mense Aprili,

His penē annis Romæ magna pars *Marthani*, rhanorum cum pontifice in gratiam redijt, hi sunt qui olim passim Christianum nomen acceperant metu amittendæ rei, plerique ex Hispania oriundi, clām verō patrijs legibus inuigilarunt, qui hoc tempore pietati se Romanæ addixerunt.

ANNO salutis 1499. circa finem Februarij in superiori Alemania haud lōgē à fontibus Rheni fluminis, inter domū Austriae & Heluetios, aliās cōfederatos seu Suitēses, exorta est grandis turbatio, quæ paulatim descendens per lineam Rheni quaquaersum vsq; ad Basileam, bellum suscitauit atrocissimum. In eo nanq; bello ersi nunq̄ totis copijs bellatum sit, cęsa tamē diuersis in locis & pugnis referūt xx. millia pugnatorum, quale non memoratur, nisi fallor, à centū annis & citra in oībus bellis illarū partium fuisse visum vel auditum. Venerunt em̄ ad arma duo populi finitimi. Austriae domus, regis Ro. Maximiliani patrimonium est proprium, is tum aberat, bello apud Geldrenses occupatus.

Erant per idem tempus in vrbe Constātia cōgregati primates Sueuorum, tractantes de liga eorū renouāda. Hos Austrij veluti socios locum tenentes, pro rege in auxilium contra Heluetios inuitabant. Quærebāt hi media pacis, & inuenisse se arbitrabantur: sed noua repentē turbatio exorta, cuncta prius composita dissipauit: quo factum est, vt & si nōdum cōclusa essent capitula oīa in liga Sueuorū, opem tamē ferre regi dignū ducerēt. Et cum hi belli motus peruenissent ad regem, totū ipse imperium contra Heluetios suos hostes inuocabat: propter quod nōnulli principes cōmunitatesq; auxiliares copias miserunt.

Vndē mirum videri posset, quōd Heluetij angulū Alemaniae perexiguū tenētes,

toti Impio resistere auderēt. Sed si quis vires Heluetiorum & eorū sitū p̄spiciat, non multum mirabit. loci em̄ natura continetur, vt C. Iulius Cæsar author est, vna ex parte Rheno flumine altissimo & latissimo, q̄ agrū Heluetiorū à Germanis diuidit, & hoc ad septentrionem, ad occasum Iura mons à Sequanis, à meridie Lemanus lacus, & Rhodanus ab Oriente, claustra alpium ab Italis discernunt.

Ex hoc habes, q̄ olim Heluetij inter Rauracos, id est, Basileenses & Cōstantienses, in linea Rheni à septentrione, Curienses & Sedunensē ab ortu ad Rhodanum, ad Gebennas à meridie, ad Iurā montem ab occidēte cōstitēbāt: quem circulum hodiē inhabitant, nec aliquid eis detractum videtur, nisi fortē Iuram montē versus, quod tamē nō potest esse multū, quādoquidem Cæsar à lacu Lemano ad montē Iuram murum perduxerit ad aliquot millia passuum.

Accesserunt autē hac tempestate illis socij hoīes de liga grisea bellicosi, eisq; parēt Abbacellen. Sunt illis & alia præcōmoda, q̄ veluti ex vna ciuitate, in qua p̄ter ciues nemo habitat, & vt vnū corpus, vni animi & volūtatis, exēutes, pro libertate (vt aiūt) cōseruāda pugnāt, hęc illis audaciā p̄stant, & q̄ parati sunt mori vel vincere. taceo q̄ terra eorum ferē montosa est & aspera.

Quis autē negat hominū mores & ingenia, regionū similitudinem trahere, cum & semina plātarū idē faciāt? Adde longā eorū bellicis in rebus experiētiā, cui rei assidue vacant, quasi ad id solum fuerint nati. Cōtrā verō hostib; eorū, nisi cui patria tuenda erat, multa ex his deerāt: nam sicut venerūt ex diuersis regiōibus, ciuitatibus vel pagis, ex diuersis causis, itā diuersas voluntates & studia habuisse necesse est, vbi non vn; dux, sed multi æquales, collectiua turba, manus tumultuaria, nec miles per signa egrediens. adde q̄ pauci dicto regis voluntariē audientes inuenti fuere, malē autē, vt tritum est, respōdent coacta ingenia. Hinc & tumultuantē tantūm pugnatum est, & iniquo victoriæ omine. Cæsi sunt ex hostrib; q̄ ex hostibus, aliquanto plures.

Eodē anno in mense Octobri rex Francorū Ludouicus apparatu magno & copijs armatorū duxit in Italiam, p̄tendens Mediolanum & totam Insubiā in suam venditare potestatem: ex causa, quōd extincto quondam sinē liberis Philippo Maria, ad Valentinā sororē legitimam, regis autē maternā, ducatus hereditario iure spectaret. Quem tamē ducatum Frācisus Sphorcia, qui illegitimam præfati Philippi filiā vxorem habebat, vi armata inuaserat: ipseque

Suicensē limites.

i. bel. 7.

Suitense bellum.

Ludouic⁹ Franc⁹ rex Mediolanum inuadit.

& liberi eius, quorū ipse Ludouicus vnus esset, vitio spoliū nequaquam purgato, detineret occupatum.

Adiuuabat regem tempus, & q̄ societate cum Venetis iam iniērat, & quōd Ludouicus dux ea tempestate ciuibus suis omni-fariam inuisus esset. Vndē factū creditur, quōd nullo resistente & sinē sanguine rex Mediolanum acceperit. Nam cūm ex Bynasco exiuit, à Mediolano decem millibus passū nobiles, ciues, mercatores, vniuersaq; ciuitas effusa, vsq; ad tria milliaria illi obuiam ibant. præcesserunt tum quadraginta pueri, vt fertur, auratis & sericis induti, palmas portātes in manibus, alij regē magnum venire, alij libertatem patriæ adesse carminibus designantes. Gestabāt etiā vexillum magnum insignibus Francorum x, habitaq; est elegans oratio à puero, concludens regem ipsum non minūs eos q̄ parentes eorum, à libidine & furore tyrāni liberāsse. Sequebantur quingenti iuuenes, amici preciosissimis ornatibus, quos sequebant 24. senes aureis vestib; insignes senatorum more, vrbis clauēs ex auro solido regi præsentantes; post illos triginta vtriusq; iuris doctores, gestantes pallium aureum, sub quo rex Mediolanum ingressus est. Post hos multitudo magna nobiliū & mercatorum processit, clerus & religiosi cum reliquis. Sequebantur regem cardinalis de Borgia sedis Apostolicæ legatus, cardinalis S. Petri, cardinalis Rothomagensis, dux Sabaudia, Valentia & Ferrariæ duces, Mantua & Montisferrati marchiones, Venetorum & Genuensium oratores. Et rex ipse ad arcem deductus est. In hunc modū ludit fortuna.

Quid, quæso, profuit Ludouico Sphorcæ duci creato, & Mediolani grandi pompa insignito? quid alta gloria? quid singularis sapiētia? quid longē famata potentia? quid auri & argenti congeries immensa? quid arx contra omnem hostilē expugnationem munita? nonnē sinē Marte Ludouicus dux, obmisso tāto imperio, salutem suam in sola fuga constituit, magnisq; itineribus ad regē Maximilianū in Athesim egrē puenit?

Eodem anno 1499. v. Kalend. Decemb. in oppido *Rain* ad ripā Lici fluminis mulier quædam mōstrum peperit: corpus vna compago fuit, pectoris vna & dorsi, venter vnus, duo capita, quatuor manū, quaternis pedibus, pudibūda duo, vētre sub vno totidē clunes, benē Deus Opt. Max. vertat.

GENERATIO LI.

ANNO salutis nostræ 1500. pontifice max. Alexandro 6. & imperante rege Ro. Maximiliano, post varia monstra LI.

incepit generatio. Anno eodem ineunte, Iubileus in vrbe Roma celebrari cœpit, & Iubileus. ex more per integrum annū durauit, peruenit illuc religionis causa multitudo pegrinorum maxima.

Eodē anno cūm iam Ludouicus Sphorcæ dux, ope & industria cardinalis Ascanij Sphorcæ fratris sui Mediolanū recuperāset, rex Fræ. fortuna. corum Ludouicus cum grandi exercitu in mense Februario rursūm Longobardiam ingreditur, habens secum ex gente Suitsium aliquot millia. vicissim dux Ludouicus ex eisdem gentibus & nonnullis alijs nationis Germanicæ, suorumq; aliquot pugnatorum millia habebat. Et cūm in conspectum mutuum venirent, aciesq; struendæ forent, hi qui cum Sphorcæ erant Suitsenses, causati sunt se aduersus suam gentē pugnare non posse: & sic ab his desertus, in manus peruenit hostium, ductusq; est in Gallias, & totum ducatum sinē sanguine obtinuit rex Ludouicus eodem mense Februario. sic ter in quatuor mensibus ducatus Mediolanē mutauit dominum. paulopōst Ascanius cardinalis nescio quo infortunio à suis (vt fertur) proditus est, & cum auro quod secum habebat, multorum millium florenorum, traditus est Venetis. ibi carceri mancipatus, paulopōst regi Fræciæ traditus est.

Hoc anno nat^o est Gandau Carolus Philippi ex Iohanna filius, Maximiliani ex filio nepos, magnis aliquādō impijs p̄ficiendus. hæc ei^o natiuitas cōtigit ipso die bisextili, q̄ fuit 25. Februarij, tūc tēporis feria 3.

Eodem anno rex Portugallia, missis ad Indiam nauibus, inuenit multas regiones, nostris hominibus ante illud tēpus ignotas, multaq; alia mirabilia.

Eodem anno venit Romam Indus quidam, nomine Ioseph, narrans res ecclesiasticas Presbyteri Iohannis, nostris haud multū dissimiles.

ANNO salutis nostræ 1501. miranda sanē, horrenda & inaudita ostendit deus hominibus. siquidem vt scribit regi Ro. Maximiliano Leodiē episcopus, à festis Paschalibus singulis dieb^o in vno vel alio loco diocesis Leodiensis, apparuit publicè & inopinatē aliquandō in ecclesijs, aliquandō in plateis, aliquandō in domibus, & in ipsis etiā cubiculis signum Dñicæ crucis perfectū, & fuit frequentē nigrū aut rubicundū, itā etiā, vt in aliquibus putaretur esse verus sanguis cū medulla & sanie effusus: & fuerūt plerūquē cruces simplices, aliquādō tñ duplices, in forma signi sepulcri dñici. Apparet autem, inquit, vt plurimum sup capita mulierū, & maxime puellarū, in

earū peplis supremo vertice. Et refert idē, se desup̄er inquisitionem solertē fecisse, itā q̄ nec dol⁹ nec fraus interuenire poterit.

Scribit quoquē de muliere quadā eiusdem diocēsis 22. annorum valdē honesta, quōd die quodam compererit, admonita à matre, signum crucis magnum & amplum in peplo coloris aurei, atque ad singulos quatuor eius angulos interiores crucē vnā parūā eiusdē coloris, pindē atq; arma sunt hierosolymitani regis, inq; medio maiore crucē aliā sanguinolentā. Territa indē mulier, cum reuerentia peplum illud ad locū mundum reposuit, & aliud mundū capiti imposuit, mox in eodem crux grandis apparuit. accurrunt homines multi ex admiratione, in quorū conspectu iterū & iterū pepla mutauerat, itā vt nouem diebus pepla tredecim cruce signata fuerint.

Insup̄er dum quadam vice quā plurimi cum ea de præmissis colloquerentur, viderunt adstantes inter colloquēdum exoriri in eius mento crucē, latitudinis vnus digiti, coloris & saporis mellei, cui⁹ stipes à gutture in inferius labrum, ad vsq; dentes exurgebat, per brachia verò protendebatur exaduēso intermentum ipsius & labrum prædictum, quanta est oris amplitudo: quōd cum ad adstantium admonitionem leuare manum dextram conaretur, apparuit consimilis crux in eadem: retracta ad sinū manu, cum vtraq; signa duab⁹ fermē horis pstitissent, demūm prout aduenerāt, itā disparuerunt. Sed post hæc non solū signū crucis apparuit, quin & veluti hasta quadā, ac desup̄er nonnulli characteres, cruetā quidem omnia, concludebantur in circulo viridi totum contingente caput, protulitq; indē acumina ad modum spinarū. Apparuerūt & signa in camisijs mariti crucis sanguinolenta. Hortatus est mulierem curatus suus, vt cum Iubileus esset, in Traiecto superiori, vbi fuit episcop⁹ q̄ iret illō & confiteretur. assensū iuit, & ad S. Seruatium confessa est magno theologo. iussa post hæc iuit in chorum, & propter reliquias ducta est in sacristiā. allato ei peplo niti-

do, rogata est q̄ capiti imponeret, nē cum tanto horrore per plateas incederet. assumēs ipsa nouū quem capiti applicuit, mox erupit in ipsa pepli parte anteriori sanguinis tanta copia, vt confestim in extremam vsq; fimbriam ad vnus digiti longitudinē & propē duorum latitudinē deflueret, vndē adedō conspicientes sunt attoniti, vt è canonicis vnus protinūs caderet.

At illa indē discedente, publicē visa est in ipso recenti peplo ad scapulam dextram magna vis sanguinis, in figuram quasi crucis se porrigens atq; amplificans. Cū quibus demūm signis ipsa ad eundem episcopum ducta est, recenti & madido cruore, vt in præsentia sua sicut scribit, atterētus, digito adhæreret, multis videntibus & admirantibus.

Hæc scripsit idē episcopus regi nostro Maximiliano 18. die mensis Maij anni currentis.

An non sunt stupēda & mira hæc omnia? taceo tot monstra in sex annis retrō edita, taceo scabiem elephantiaē non absimilem, inauditam, nec etiā medicis diū cognitā, q̄ plaga itā inualuit ab anno salutis 1495: quōd nonnullos extinxit, plerosq; inuitiles fecit, nec adhuc cessauit. Hæc tam horrenda præfagia nemo aduertit. latius terrent quā emendant. Manifestum est autem, talia fieri per prouidentiam creatoris propter euidentem utilitatem, quæ ex ea prouenire deberet hominibus: & hoc, siue fiat per naturam, siue per voluntatem creatoris, vt timeant & à malo resipiscant. Timor verò iste omninō bon⁹, ppter quē incutiendū inquit Guilielmus in lib. de vniuerso, Creator & stellas & cometas in celo & gladios igneos & dracones creat, & apparere facit in sublimi, similiter & portēta in terra & in mari, mōstra in hominibus etiā nasci, vt infantulos multorū capitem, propter quod & monstra dicuntur, nō solū quōd propter admirationē nouitatis ea homines sibi mōstrant: sed quoniā iram Dei mōstrant imminere hominibus: quod Deus, supplex oro, benè vertat.

FINIS HISTORIAE IOHANNIS NAVCLE-
ri Tubingensis Præpositi, quæ à condito mundo in an-
num Christianæ salutis millesimum & quin-
gentesimum deducta est feliciter.

APPEN-

APPENDIX AD IO⁵¹⁷ HANNIS NAVCLERI CHRO- NICA, EX OPTIMIS QVIBVSQVE

Scriptoribus bona fide congesta per F. Laurentium
Suriū Carthusianum.



ANNO à virginis par-
tu millesimo quingen-
tesimo natus est Gan-
daui ip[s]is ferijs D. Ma-
thiæ Apostoli Carol^{us}
Austriacus, qui postea
fuit eius nominis quintus Romanorū
potentissimus idemque religiosissimus
Imperator. Natus est autem anno Iubi-
leo, qui est annus gratiæ, & tertia post
mediam noctem hora, & quidem, vt di-
xi, Gandai, quod est maximum ferè
totius Europæ oppidum. Aiunt enim
incolæ, eam urbem cum suis fossis septē
milliaria Belgica in circuitu continere.
Sunt ibi septem parœciæ, quarum ea,
quæ est D. Michaelis, fertur ad viginti-
octo hominum millia habere, quotan-
nis sacram Eucharistiā sumentium.
Flumē Scaldis rapidissimum septem in
ipsa vrbe pontibus marmoreis magnifi-
centissimè cōstratum est. Olim septem
principes toto septennio eam oppugnā-
runt quidem, sed expugnare non potu-
erunt: hodieque septem templa in toti-
dem castris à septem regibus edificatā
visuntur. Is ergo Caroli natalis locus,
visus est quasi præsignificare illius futu-
ram amplitudinem & excellētiam. Ob-
seruatum est etiā à nōnullis, quod ab
Augusto Cæsare, qui fuit Christi tem-
poribus, quibus lux Christianæ fidei se-
dentibus in regione vmbraē mortis illa-
ta est, totidem ferè fluxere anni ad Ca-
rolum Magnum primum Germanorū
Imperatorem, qui fuit longè potentis-
simus, & præter alios, etiā Saxones
multis bellis domitos coëgit recipere fi-
dem Christi, quot ab ip[s]o Carolo Ma-
gno vsque ad hunc Carolum V. qui fi-
dem Christi in amplissimas ab ip[s]o re-
perti & occupati noui orbis prouincias
piorum hominum opera mirabiliter in-
uexit ac propagauit. Vt autem in Ger-
maniam & alios quosdam huius orbis
populos Christi fides tum illata est, cū

Græci tumultuarentur, & in res nouas
auidi viderentur, nec à prauis comple-
ctendis dogmatis abhorrerēt, quod fuit
ferè etate Caroli Magni ita quoque no-
stro æuo, dum Germani & vicinæ na-
tiones Luteri & aliorū similium homi-
num peregrinās amplectuntur doctri-
nas, & à veterū Germanorum toto
orbe celebrata constantia deficiunt,
apud Antipodes & in nouo Carolino
orbe (Sic enim vocant quidam) catholi-
ca Christi fides & religio, quam Luter^{us}
cum suis impugnat, ab innumeris po-
pulis cupidissimè recepta est. Sed hæc
possent quidem fusiùs non absque sum-
ma horum temporū deploratione dici,
sed suū habebunt, Deo fauente, locum.

Sub id tempus, quo Gandai natus
est Carolus, porticus insignis è palatio
in eodem D. Iohannis producta fuit ope-
re mirabili, & magno sumptu, longa pe-
des tē mille quingētos, septem lata, se-
ptem etiā pedes in altum subleuata,
vt infra commodè pateret trāsitus. Mul-
ta in ea porticu erant visu stupenda, sed
quæ breuitatis studio præterimus. Ar-
debant in ea porticu ambulatoria se-
ptingentæ faces. Fuit & alia mirabilis
porticus aërea, ex funibus compacta è
fastigio edis D. Nicolai ad apicem tur-
ris Capitolinæ, plena ardentibus faci-
bus. Per priorē illam porticū die tertio
decimo, postquam in hæc lucem editus
est, infans Carolus ductus est in templū
D. Iohannis. Multi hoc sanè admiratio-
ne dignum duxere, quod puerulus salu-
tari tingēdus lauacro, ita ad baptisteri-
um allatus est, vt terrā non attingerent,
à quibus adducebatur. Et certè quā il-
le princeps postea terrena omnia facile
transcenderit, opportunis locis videre
licebit, & quidem tum vel maximè pa-
tuit, cū filio Philippo serenissimo Hi-
spaniarum principi regna & ditiones
suas omnes, porro Ferdinando Roma-
norum pientissimo regi Imperij fasces

sua sponte ac vltro tradidit, vt infra dicetur. Ad sacrum fontem duo aurei vel-leris equites & dynastæ clarissimi, Carolus à Croia, & Bergésis Satrapa, iteq; duæ regij stemmatis heroinæ, Margareta Britannica, Eduardi V. Anglorum regis soror, & Margareta Austriaca, Maximiliani Cæsaris filia, spófores Caroli infantis fuere. Multa quoque hæc die ipsi eidem infanti præclarissima tum à sponsoribus, tum ab alijs quibusdam sunt dona oblata. & ea quidem eiusmodi erant, vt haud obscure magnifica & rara quedam de illo infante portendere viderentur. Porrò verò si ad genus eius respicias, fuit illud perquam vetustum, illustre & nobile: quippe ex archiducibus Austriæ primò, deindè ex comitibus Habsburgensibus, denique ex antiquissimis Francorum regibus, (fuerunt autè, nè quem id lateat, Franci origine Germani, non Galli, ijque Galliam occuparunt) è quibus primus Pharamundus longè potentissimus Romanos Gallia expulit, Clodius rex Turingos compulit vectigal pendere, Meroueus rex Sarracenos ab Aurelia profligauit. Clodoueus primus Christianam est religionem complexus. Et Pharamundus quidem rex legem Salicam tulit, qua cautum est, nè foeminae sint regni heredes. Quidam grauisissimus scriptor ait Clouium regem, huius, quem diximus, Clodouei patrem, anno regni sui 15. victoriam ex Germanis reportasse, atque eo nomine baptismum pcepisse à Remigio sanctissimo præfule Rhemensi, vnctumque fuisse oleo cælitus allato, eique lilia tradita esse, templumque eum D. Genouefæ virgini condidisse, denique vita functum anno Domini 514. Verum quandò hæc plerique omnes Clodoueo tribuunt, nec vllam faciunt Clouij mentionem, incertum est quem in hac opinione secutus sit authorem. Cùm autem deindè regum liberi multiplicarètur, regna fuere distracta, & tum Austrasiæ regnũ succreuit, quod quidè duas habuit curias regias, alteram apud Metensium urbem, alteram Coloniae Agrippinae: limites eius non iidem ab omnibus assignantur. Sunt enim qui putent ab Alpi-bus per Burgundiam inter Rhenum &

Scaldim suos eam habuisse fines, quo spatio comprehendebantur, vt ipsi volunt, Vltraiectum, Colonia, Treuiris, Moguntia, Geldria, Cliuia, Iulia, Hollandia, Zelandia, Hannonia, Hasbania, Leodium, Limburgum, Alsatia, Palatinatus Rhenensis, Sylua Arduenna, Barrium cum ea parte Campaniæ Gallicæ, vbi Mosâ sumit initium. sed alij longè contractiores ponunt limites. Verum de his magnoperè contendere nihil attinet. Satis est ostendisse, Carolum nostrum, de quo agimus, amplissimo & antiquissimo stemmate prognatum, sed ita tamen, vt ille suum genus eximie illustrarit. Patrem autem habuit Philippum Austriacum, Maximiliani sapientissimi & moderatissimi Cæsaris filium, regem Castellæ & Legionis, Brugis in Fladria natum: cuius vxor fuit Iohâna filia Ferdinandi & Elizabethæ Catholicorum regum Castellæ & Aragoniæ. Sed hoc loco tantum de Carolo principe dixisse sufficiat. locis opportunis plura dicentur. Potest quidem nostra ætas tot agitata infandarum heresum & immanissimorum bellorum tempestatibus non immeritò sibi gratulari, quòd eiusmodi Imperatorem habere meruit, cuius esset insignis & valdè rara pietas in Deum: & tot accessione regnorum atq; affinitatum amplissima ditio & potentia. Nec quisquam certè dubitare potest, quin Carolus Cæsar vel cum potentissimis superiorum ætatum Imperatoribus conferri possit, cuius vires vel fortunam potius (sic enim dicere solebat) etiã ipse potentissimus Turcarum rex Solimanus reformidarit. Quantum autem ille pro Catholice Ecclesiæ defensione egerit, dicetur infra. nec dubium, quin Turcarum vires valdè eneruari ab illo poterint, immò etiã eneruatæ fuissent, nisi quidam Christiani principes eius sanctissimos conatùs multis modis retardassent. Vndè etiã factum est, vt perpetuis ferè distentus bellis, non potuerit seuerè animaduertere in hereticos, qui sub eius imperio mirum in modum excreuere, sed ita tamen, vt etfi Martinus Luterus Augustinianus monachus horum omnium primus parès nõ immeritò dici possit, adèò tamen in multas sint distracti sectas,

fectas, vt earum certum numerum inire penè impossibile sit, & Luterus ipse prope modum hodiè contemptus videatur, paucissimis eius dogmata omnia sequentibus, sicut alibi videbimus.

Porro verò cum prouideret Deus, fore vt in Europa breui existerent prodigiosa hereses & horrenda schismata, cum non possit ille nisi in pace & animorum ac religionis suauis concordia degere, animum Lusitani regis potentissimi excitauit ad inquirendas regiones ad Austrum sitas. Iam antea Castellani nouum repererant orbem & terras hactenus incognitas. Nè qua autem inter Castellanos & Lusitanos dissensio perniciofa oriretur, Romanus Pontifex Alexander VI. sua interposita autoritate id effecit, vt Castellani ad Occidentem, Lusitani ad Australem polum nauigarent. Ita factum est, vt Castellani continentem amplissimam, insulas maximas & innumeras, auri & vniouum feracissimas inuenerint: Lusitani verò per Arabicum & Persicum sinus ac Indicæ littora, regnum Calecuticum, denique ad auream Chersonesum & ipsa Sinarum regna longissimis & propè immensis itineribus perlati sint. Neq; tamè hi reges contenti fuere amplissimas opes & ingentes ditioes suis regnis adiecisse, verum etiã laudatissimo studio conati sunt eas barbaras gètes ad veram & vnicam Christi religionem traducere. Quæ res eos paulatim habuit processus, Deo Opt. Max. suam gratiam tam sanctis conatibus adspirante, vt innumerabiles idololatræ ad Christum conuersi, eam fidem auidè receperint, quam in Europa pleerique nationes ceu Papisticam, immò etiã Antichristianam repudiârunt, vt iam partim antè dictum est. Fuit in aula regis Hispaniarum quidam Christophorus Colubus, patria Genuensis. Multo is tenebat desiderio nouas orbis regiones inuestigandi: et cum à rege peteret eam in subsidium, non semel tum à rege, tum à regina irrisus est, tanquam qui res ludicras meditaretur. Cum autem iam octo exactis annis non faceret precandi finem, rex attentior esse coepit, tandemq; iussit liburnicam vnam & celoces duas egregiè commeatu & armis instructas illi tradi. Itaque anno salutis 1492. sol-

uens à Gadibus, primò ad insulas Fortunatas appulit, quas nunc ob canum copiam vocant Canarias: olim dictæ sunt Fortunatæ ob aeris miram temperiem et celi clementiam. Eas incolebant hæc tēpestate homines barbari, prorsus nudi degentes. Indè ad Occidentem cursum tenens, aliquot reperit insulas: è quibus duabus vastissimis nomina indidit, alteram Hispanam, alteram Iohannam vocans. In Iohanna insula densissimæ viscebantur syluæ, & in ijs auium, præsertim philomenarum, etiã mense Nouembri cantus audiebantur innumeri: flumina quoquè limpidissima & ad potandum suauia, itemque portus commodissimi cernebantur. Diu ad eius insulæ littora nauigans, cum nullum cōperiret finem, putaretque terram continentem esse, ad Hispanam iter inflexit. Cumque eum & socios eius incolæ vidissent, mox fugerunt. Putabant enim eos esse Canibalos, qui sunt homines feri, carnibus humanis auidissimè vescentes, quorum regionem Columbus erat præteruectus. Incedunt autem etiã huius Hispanæ insulæ homines nudi. Canibali è vicinis locis hominum prædas agunt, impuberes exactis testibus saginant perindè, vt nos gallos gallinaceos: puberes mox perimunt, intestina & extremas corporis partes etiã nūm recentes vorant: reliqua sale adpersa cōferuant in vsus diuturniores, vt apud nos solent farcimina omnis generis. Mulieres non comedunt, sed haud secus atque gallinas seruant ad prolem. Indè Columbus in Hispanias rursus nauigat, relictis tamen in ea insula triginta & octo viris. Rex & regina redeuntem eum honorificè admodum accipiunt, ei que nouam paranti nauigationem attribuunt liburnicas 17. & celoces duodecim, in quibus præter commeatum & arma omnigena, homines erant mille ducenti. Multas in hoc itinere reperit insulas, quibus plerisque nomina imposuit. Quodam in loco, quem Archipelagum nominârunt, supra 47. insulas inuenerunt. Vbi autem ad Hispanam insulam venerunt, viros 36. quos illic reliquerant, regis eius perfidia enectos compererunt. In ea insula condidit

Columbus urbem, & in ipsis visceribus eius arcem Diui Thomæ. Fuerunt hæc initia Christianæ amplificandæ religioni faustissima. Aliæ quoque deinceps nauigationes institutæ sunt in has incognitas orbis regiones, & multa illic comperta rara ac inaudita. Albericus Vespucius, vir egregiè doctus, prius sub Castiliæ, deinde sub Lusitano rege longissima maris emensus spatia, mira se reperisse scribit, multasque inuenisse insulas: sed nimis longum est, ea omnia hic commemorare. Nos & possumus & debemus DEO gratias agere, quòd nostro seculo innumeras gentes demonum cultui addictas, ad CHRISTI fidem traduxit opera pijsimorum Hispaniæ & Lusitaniæ regum, in quorum ditionibus hodieque inuiolata perseverat Catholica religio. De Lusitanis ita scriptum reliquit Paulus Iouius, nostræ ætatis doctissimus Historiographus, libro duodecimo Historiarum: Iubete Emmanuele rege Lusitaniæ, Lusitani insana nauigatione Atlanticum Fortunatasque insulas præteruecti, promontorijs Praxio & Bonæ Spei superatis, Aethiopicum littus adierunt, gentes subegerunt, Rubri maris ac Persici sinûs angustias superârunt, in Carmania atque India bello victis regibus Cannoræ, Cucini & Calecuthæ, celeberrimis emporijs exercendæ mercaturæ sedes arcesque posuere. Deinde cum nouorum ducum aduentu aucta esset classis, vltimos Indiæ orbisque terminos sibi proposuerunt: atque ita felici ausu, eadem ducti peritia nauigandi, ab Calecutha præter Indum ac Gangem fluuios, ad auream Chersonesum peruenierunt, vbi regem Malachæ armis defensionem parantem, tormentorum nouitate absterritum ac prælio victum, tributarium fecerunt. Ab alia quoque parte, Indorum classibus sæpè deletis, custoditisque Erithræi faucibus, ac sinûs Arabici nauigatione Aegyptijs mercatoribus interclusa, Indici maris imperium tenuerunt. Hæc Iouius. Vbi sanè prædicanda venit diuina clementia, quæ tot tamque potentes barbaras

nationes Christianorum armis voluit edomari, & per eos venire ad cognitionem nominis sui. In illis certè regionibus iam feruet religio Christiana, dum interim nobis auferitur regnum DEI, ^{Matth. 6.} & datur genti facienti fructus illius. Vtinàm resipiscant tandem à Lutero & eius infaustis nuncijs malè fascinati homines, nè breuè CHRISTVS totus à nobis demigret in nouum orbem. Sed de his plura congruis dicentur locis.

Hac ferè tempestate Baiazotes Turcarum rex cum centumquingenta armatorum millibus Metonam Peloponnesi urbem validissimè obsedit, nostrisque hominibus, post varia certamina, vtrinque summa virium & animorum contentione edita, ad quinque Venetarum triremium aduentum è stationibus ad mare, vt illas exciperent, inconsultò descendentibus, Turcæ urbem ingressi, magna cæde perpetrata, Venetos pariter & Græcos milites trucidant, & ipsum Metonensem episcopum, ita vt erat mitratus & sacra veste indutus, obruncant, nec vlli omninò vel armato vel inermi parcunt infestissimi barbari, nisi quem fortè aut ætas, aut forma vel seruituti, vel libidini seruauit. Erant eius loci supra mille captiui. Ilongis adstricti funibus ad Baiazotis prætorium perducti, sequissimi Tyranni iussu sub eius oculis immanitè perempti sunt. Is Baiazotes postmodum à filio Zelimo regno exutus, & paulopòst veneno sublatus est. Eius pater Mahometes Hydruntinam Italiæ urbem cepit, atque tum de rebus Christianis propemodum actum fuisset, præsertim in Italia, vbi est Romani Imperij augusta sedes & antiquum domicilium, nisi illam truculentam beluam prepotens DEVS subitaria morte abstulisset. qui quidem id temporis non tam iræ suæ laxare habenas, quàm vt maturè resipiscerent Christiani, maximo alato terrore admonere voluit. Alijs deinde locis aliquot Christianorum expugnatis, Baiazotes Byzantium re-dijt.

Sub

Sub hoc fermè tēpus Sophus Ismaël Persarum imperium occupavit, & nova quædam in Mahometis pseudopropheta turpissima superstitione opinio in cunctis Sophi huius ditionibus disseminata est. Perdomuit ille breui Persas, Medos, Armenos, pluresq; alias gētes, & crebris victorijs celeberrimum toto orbe nomen obtinuit, ad eodē vt Iudæi, calamitosum hominū genus ob repudiatum filium dei, vnicum & verū Messiam, stultissima opinione hunc suū putarent Messiam, atq; per omnē ferè Europam mirum in modum sibi gratularentur, festa celebrarent conuiuia, mutuis tū nuncijs tum muneribus sese hortarentur ad benè sperandum, quod iam tandem venisset à Deo promissus seruator. Sed illorum inanis spes breui in irritum recidit, quandò Sophus ille nullam gentem perindē, atquē Iudaicam, exorsam habere compertus est. Vt autem Lector Sophi huius aliquantò certiorē habeat notitiam, paulò fusiùs hinc agēdū est. Patrem habuit Aidarem Harduellem, qui inter Persas regulus fuit non ignobilis, ingenio verò ac moribus cōprimis suspiciendus. Is speretis omnibus mundi huius oblectamentis, diuitijs & honoribus, tanq̄ veris ærumnis & fortunę ludibrijs, quæ cæci mortales cetera vera bona & munera felicitatis humanæ impensius appetunt, colunt, sectantur, vitam egit austeram, quam pleriq; oēs admirarentur potiùs, quam se imitari posse confiderent. Itaq; hac viuendi ratione eam excellentis virtutis opinionem adeptus est, vt eum Assimbeius Vsumcassenes (qui quondam Armenia procurator, Moloanchre legitimo Persarum rege interfecto, regnum eius occupauerat) sibi generum adsciuerit, collocata ei in matrimonium Martha filia, quæ ex Despina Caloiannis Trapezuntini & Póti regis filia nata, Christi fidem coluit. Quod verò Trapezuntin^o Christianus rex Vsumcasseni Mahometano filiam suam despondit, licet ea conditione, vt eam permitteret Christum colere, ideo factū est, quod & Trapezuntinus rex & Persa Vsumcassenes sibi ab Ottomanno Mahomete meritò timerent, cuperenque ex hac affinitate

mutua sibi comparare præsidia: quæ tamen neutri quicquam contulere, quandoquidem Mahometes tormentis æneis fretus, quorū vsum Persæ tum ignorabant, Vsumcassenam in campis Anserinis profligauit, ac deindē Trapezuntinum regem Constantinopolim perductum in carcere necauit, totā eius ditione occupata. Harduellis autē Taurisij, quod est præclarissimum Armeniæ maioris oppidum, multo habitatore frequentissimum, nouam cœpit vulgare religionem, vel potiùs superstitionem, Mahometanam quidem illam, sed longè diuersam ab ea, quam cæteri Mahometani in Asia & Africa sequerētur. Volebat enim ab omnibus eos legis Mahometanæ ritus suscipi, quos Haly Mahometis interpres & socius tradidisset: neq; enim aliter eos saluos posse fieri: cum alij potiùs Homarem alterum Mahometis discipulum & interpretē præferendum censerent. Atq; hoc solo ferè diuersæ superstitionis prætextu Mahometani alij alios odiosissimè persequuntur: quod iā pridem magno poterat adiumento esse Christianis principibus ad Turcarum profligandas vires, eorumq; (immanissimam tyrannidem à suis finibus procūl arcendam, nisi eis magis liberet mutuis conflagrare odijs & bellis intestinis, in summam Christianę Reip. perniciem: quod certè dolendum est, nisi quod peccata hominum è religione Christianorum longè etiā deteriora merent. Interea verò dum Harduellis nouam Taurisij religionem disseminat, fit ingens ex omni Perside & Armenia ad eum visendum hominum concursus, non admodum gratus Iacuppō Vsumcassenis filio, qui patri à Mahomete Ottomanno cælo in regno successerat. Iam enim eius potentiam & existimationem vereri cœpit, atque ad eius religionem confluentiū cœtus habere suspectos. Eam suspicionem auxit, quod sciret patrem suum vi occupasse Persarum regnum, metueretq; nè Persæ ipsam regno nondum satis firmatō exturbarent. Itaq; neque sanguinis cōiunctiōe, neq; hoīs innocentia permotus, regnādi libidine transuersim actus, misit qui Harduellē nihil minùs suspi-

cantem percuterent. Eo extincto, sectatores eius aut tulit è medio, aut dispulit. Porro Ismaël filius Harduellis, qui postea Sophus cognominatus est, eo tempore puer adhuc, ab illa cede seruatus est, fugiensque Iacupum regem auunculum suum, in Hyrcaniam ad Pyrchalem parentis amicum, supra Caspium mare paucis oppidis imperantem, se cõtulit. Fuit præterea quidam Harduellis discipulus Techellis, qui deinde Cuselbas, hoc est, rubrum caput appellatus est, magistro nõ inferior, Persa origine, regie stirpis cognatione clarus, doctrina ac religioe valde celebris. Is quoque Iacupum itidem fugiens, in minorem Armeniam peruenit, atque illic in Antitauro monte, ab hominum commercio separatus, aliquot annis asperrimam vitam egit, contentus ijs, q̄ spontè hum⁹ protulisset: tandemq; eam famæ claritudinem adeptus est, vt diuinus vates appellaretur. Agnitus primò est à pastoribus: deinde agricolæ miserati eius vitæ austeritatem, victum suppeditabant. Porro cum etiã futura p̄diceret, summa omnium admiratione in vrbes pertractus, & tantum non ceu Deus quispiam adoratus est. Iam prouinciam omnè suã fama compleuerat, publicatisq; nouæ legis interpretationibus, facillè credulis turbis persuasit, nisi illas completerentur, nullam ipsis salutis spem reliquam fore. Multis ergò vanam superstitionem amplectentibus, sectatores suos omnes, pro insigni noue religionis, iussit turbinatum capitis tegumentum siue pileos lintea fascia, eaque rubri coloris, circũdare: vnde factũ est, vt ij omnes qui nouum hoc doctrinæ genus sequuntur, Cuselbasæ à rubro pileorum colore, toto Oriente vocentur. Interim Ismaël quoque paternos nouæ superstitionis complexus ritus, cum iam adolefceret, & sermone, vultus elegãtia, egregiaque tum sapiẽtia tum animi magnitudine omnibus admirabilis videretur, maximum nomen & ingentes vires sibi conciliauit, non ex vulgo duntaxat, sed permultis etiã nobilibus ac opulentis: cumque etiamnum impubes esset, diuitias, honores & imperium, licet ea con-

temnere videretur, affecutus est: tanta in eo cernebatur morum integritas. Ad ditum quoque illi est cognomentum Sophus, quod à veterè Magorum memoria sumptum videtur, qui olim apud Persas ipsis etiã regibus imperasse feruntur. Deinde verò Iacuppo Persarum rege veneficæ vxoris fraude sublato, cogitauit repetere paternos agros & ditionem, quæ ex matris dote ipsi obtigerat. Itaque aliquot suæ sectæ hominibus, cum Pyrchalis reguli coniunctis auxilijs, Armeniam ingressus, non tam viribus quàm præclara existimatione & beneuolentia breuì paternam ditionem recuperauit. Mox autem copijs eorum, qui nouum dogma sequebantur, Sumachiam vrbe in finibus Mediæ sitam vi cepit, & hostiliter diripuit. Illud audax facinus ad priorem nominis eius existimationem permultum adiecit, factusque ex eius vrbe præda locupletior, exercitum magna ex parte inermem egregiè instruxit. Iam verò Persici regni captus desiderio, Taurisium sibi petendum statuit. Ea vrbs Persarum regia est, non solum Armeniæ superioris, in qua sita est, verum etiã totius Orientis numero hominum atque opibus celeberrima. Itã ergò Sophus Ismaël amplissimũ Persarum imperium inuasit, & simul noua Mahometanæ stultitiæ superstitio longè lateque diuulgata est anno salutis 1499, quo Italia Gallorum aduentu maximas adiit clades, & Veneti ad Protum insulam cum Turcis infeliciter dimicãrunt. Vbi autem Ismaël ad Taurisium properauit, erat illic Aluantes Iacuppi fili⁹, qui fratrem suum Moratchamum prælio victum, ex Persarum finibus expulerat, & primores aliquot Moratchami studiosos trucidãrat. Ea res & illi magnam inuidiam conflauit, & Ismaëli eius amplissimæ vrbe potiundæ facilimam viam patefecit. Nam simul vt ad vrbe cum exercitu appulit, portas illi ciues vltro aperuerunt, Aluante in fugam sese cõiiciente, quòd longè imparẽ se sentiret Ismaëlis copijs, nullo præsertim ciuium fultus præsidio, de quorum fide non immeritò nihil sibi admodum polliceretur.

ceretur. Eos aut̄ Ismaël, proposita omnibus incolumitate, in suâ religionē & fidem facile adegit. Urbem aut̄ ingressus, Iacuppi regis auunculi sui sepulcrum eximij operis euertit, ossibusq; dissectis omnem eius memoriam prorsus aboleuit, vt paternam cędem vlcisceretur. Interim certus ad eum perfertur rumor, Aluantem conciliato sibi fratre Moratchamo, cum maximo equitum & peditem exercitu aduentare. Eo nuncio nihil territus Ismaël, suos incredibili celeritate ducit hostibus obuiam, imparatumq; Aluantem mira felicitate oppressit, ipso Aluante, cum acrius pugnaret, obruncato. Eo cęso, equites cataphracti & sagittarij, cęteri que postremi agminis milites fuga dilapsi sunt. Aliquot autem diebus eo in loco à labore recreatis militibus, deindē Scyras urbem cum exercitu profectus est. Iam enim finitimi populi in illius se potestate fore dictitabant. Ab ea ciuitate maximis honoribus affectus, sæpè ad populum concionabatur de noua religione suscipienda, additis etiã minimis, si quis intra diem tricesimum pristinos ritus neutiquam repudiasset. Quamobrẽm omnes ferè in illius sententiam breuĩ concessere: Est autem Scyras vrbs opulentissima atque clarissima, ex cuius diuitijs militi persoluit stipendium, omnesque copias suas militaritèr instruxit & egregiè ornauit. Erant tum illic officinæ frequentes, omnis generis armorum plenissima: quæ sanè mirabili ingenio artifices ex ferro chalybeque recoctis, & ex herbarum succis addita insigni temperatura, longè elegantius, quàm apud nos id fiat, fabricare consueuerunt: nec galeas tantum, thoraces & ocreas, sed equorum etiã perpetua ex tenuissimis laminis tegumenta. Post Scyras urbem facillè quoque Sapha, quæ Susa olim fuisse putatur, & Sulthania, vbi admirabiles cernuntur ingentium ædificiorum reliquiæ, in eius fidem concessit. Indè Mesopotamiam magno populorum studio in ditionem accepit, Moratchamo Iacuppi filio & Aluatis fratre, in Arabiam cum vxoribus ac liberis omni que supellectile aufugi-

ente. Indè ab Assyria in Mediam transcendit, regressusque in Armeniam, Albanis, Iberis & Scythis, qui vltiorem Caspij maris oram tenent, bellum fecit, quòd solita tributa iam quadriennio minimè persoluissent.

Dum hæc Ismaël Sophus prosperis rerum successibus in Persidis imperio gerit, Techellis Chuselbas, cuius paulò suprã meminimus, Armeniam & minoris Asiæ partem non minimam noua religione compleuit, multisque eius sectæ hominibus arma capessere iussis, Turcarum ditiones audactèr inuasit, iam enim passim cernebantur homines nouæ superstitionis cupidi, (vt est mortalium genus non sua natura, quæ à Deo benè condita est, sed deprauato animi iudicio in res nouas, quamlibet alioquĩ perniciosas, auida) qui pro symbolo rubris pileis vterentur. Cùm autem non omninò supererent sumptus bello gerendo necessarij, eorum facultates suis diripiendas permisit, qui nolent nouum dogma complecti. Indè è Cappadociæ finibus in Lycaoniæ vberem regionem profecti sunt, vbi diũ sese aluerunt freti eius loci copijs. Multi autem eius regionis accolæ cum rebus suis Iconium perfugerunt. Proponebat Techellis præmia omnibus, qui ad ipsius religionem accederent, & dira minabatur refractarijs: quo factum est, vt plurimi illi se adiungerent. Iam aut̄ Turcæ rei indignitate permoti, ad arma se parabant, & ecce opportunè ab Ismaële equites missi superuenere, qui etiã Techellimiam antea per legatos hortatus erat, vt nouæ propagandæ doctrinæ omnem nauaret operam, vi etiã adhibita, suamq; illi opem & auxilia pollicitus fuerat. Faciebat hæc Ismaël odio in Turcam Bajazetem, cuius oppugnandi iam animo consiliũ volutabat. Misit etiã legatos Venetias, petens ab illis inter alia artifices, qui ænea tormenta conflarent. Veneti eos legatos humanitèr exceperunt, sed omnibus eius votis, quæ cum Bajazete quinquenij inducias pacti essent, satisfacere non potuerunt: quanquã præter hoc etiã bellis grauib; impliciti tenerentur. Legatos autem munerib; affectos,

honorificè à se dimiserunt: sed vbi Baiazetes comperit eos per Syriam in Persidem reuertisse, grauitèr apud Aegypti Sulthanum ea de re questus est: vnde accidit, vt mercatores Veneti à Campsone in catenas coniecti, vix post annum, multas à seuiſſimis Mamaluchis perpessi contumelias, vitam & libertatem impetrarint. Techellis verò auxilijs Ismaëlis fretus, Orcanem & Mahometem Baiazetis nepotes cum exercitu ipsi occurrentes, egrègiè profligauit: nec ab Iconij nobilissimæ vrbis oppugnatione abstinuisset, si tormèta bellica fuissent ad manum. Multos verò ijs in locis in suam traduxit sectam. Indè per Galatiam in Bithymiam infesto agmine contendens, Bellerbechum, id est, toti^o Asiatici equitatus magistrum, opportuna circunuetum celeritate fortissimè debellauit, multis ex eius exercitu fuis, reliquis in fugam coniectis. Mox Cuthiam vrbem summa vi expugnauit, magna Turcarum strage edita, & ipso quoquè cum vxoribus capto Bellerbecho, q̄ ex fuga eò se contulerat, & diù fortissimè propugnando vrbè defenderat. Eius oppidi spolijs ornato & instructo exercitu, iam Bithyniam Prusiae caput oppugnare instituerat: verum Baiazetes ingentes ex Europa copias duce Halybassa Macedone in Asiam misit, quorum aduentum Techellis sibi minimè expectandum ratus, è Ponto excessit collecta preciosiore præda. Eum Halybassa magnis itineribus insequitur, & post dies aliquot in planis Galatiae locis è nouissimo agmine fessos aliquot cepit & interfecit. Tū verò Techellis Bellerbechum, quem vincitum trahebat, media in via palo infixit. Eius clarissimi apud Turcas viri horrendo interitu licèt Halybassa permoueretur, non tamen destitit celerrimè abeuntes persequi. Cum autem nulla contentione eos posset assequi, relictis peditibus, octo millia equitum întentissimo cursu vnà secum iubet fugientium vestigijs insistere. Tandem ad Olygam montem vbi ventum est, nouissimū agmen acri prælio perturbare cœpit. At Techellis non se deserit, licèt suos multo itineris labore penè exanimatos non ignoraret, acieq; egregiè instructa, Tur-

carum impetus fortitèr sustinet. Verum à sclopetarijs equitibus permulti è Techellis copijs fusi sunt, ac nihilominus Techellis redintegrata acie ex optimè armatis, eaquè à nouissimo agmine in frontem ducta, suos in tutiora loca fortitèr pugnando sese iussit recipere. Id conspicatus Halybassa, cum semel atq; iterum per medios hostes cum globo equitum perumpere non dubitaret, interceptus à Techellinis interficitur. Eicède perterriti Turcae, primò remissius agere, mox fuga sibi consulere. Techellis cum suis primò ad Tasciam se recipit, quò Iumisbassa quoquè cum quadraginta Turcarum equitum & peditum millibus peruenit, multisque illic leuibus prælijs certatum est, donèc Techellis se tantis copijs imparem ternens, superatis clam montibus, in minorem Armeniam descendit. Post eius inopinatum discessum Iumisbassa per omnè Asiam minorem diligentissimè perscrutatur Persicæ religionis cultores, inuentosq; omnibus tormentis excruciatos interficit: qui verò bello non interfuissent, ijs frontem inussit, omnesque in Europam secum traduxit. Techellis porrò ad Ismaëlem in finibus Scytharum bellum gerentem confugit. Ità in illa quoquè impurissima & dementissima Mahometis superstitione maximo Christiane Reip. commodo hac tempestate exitiales extitere dissensioes & odia ac similitates inexpiabiles, dum alij Homarem, alij Halym Mahometis interpretes & discipulos sequi malunt. Et nisi ea rerum perturbatio apud Mahometanos incidisset, Baiazetes Turcarum rex Venetis & Hungaris admodū seuius & atrox hostis incubuisset. Verum præpotens Deus etsi hominum flagitijs iurè irascitur, non tamen iustas semper reposcit pœnas, sed iudicij austeritatem ineffabilis misericordiae clementia temperat, vt sit loc^o veniæ omnibus volentibus redire ad sanitatem. Dum ergò sic Mahometani nouæ religionis pretextu atrocissimè inter se digladiantur, Baiazetes propensiori animo cum Venetis pacem fecit, atque ab Europa seui peccatoris immanitatem reuocans, in Asiam totus incubuit, vt à Persis illatas iniurias præclare vlcisceret.

ANNO 1501. die 10. Maij Albericus Vespucius à potentissimo Lusitanie rege missus est exploratù nouas regiones. Itaq; tribus Lusitani vecti liburnicis, ad Aethiopiae promontoriù, quod ià Caput Viride vocant, appulerunt: inde soluentes, & versùs polum antarcticù longissima nauigatione cursum tenentes, venerunt ad insulam quandam, multis horrendis in itinere iactati tepestibus, vbi mense Iunio hyems est, & parua diei noctisque spatia. Tandem 17. Augusti ad terram quandam peruenierunt, cuius incolae beluas immanitate vincerent. Regio ipsa amoenitatis & elegantie permultum habere videbatur, sitaq; est extra lineam æquinoctiale versùs Austrum quinque gradibus. Cernebantur autem in montis cuiusdam vertice homines nudi, sed qui ad Lusitanos, licet multum amate inuitati, descendere non auderent. Attamen paulo post altera luce sumpta fiducia, fumos & ignes passim excitauerunt, ut Lusitanos è nauibus ad se elicerent. Egressis verò Lusitanis non se volebant propius adiungere, sed ut longius in terram progredierentur, eos inuitauerunt. Quod cum periculosum videretur, duo audaciores multis precibus à nauium profecto tandem copiam impetrarunt in insulam penitus intrandi, sed ea conditione, ut post quintum diem ad naues redirent. Interim octiduum Lusitanis expectantibus, illi nusquam conspiciebantur, sed in dies alij atque alij ex ea insula ad littus frequentes accedebant, non tamen cum Lusitanis colloquia miscere voluerunt. Septima die Lusitani in terram egressi, vident viros secum uxores suas adduxisse, quas etiam Lusitanos colloquendi causa propius adire iusserunt. Verum foeminis trepidantibus, iuuenem validum Lusitani ad eas mittunt, & ut nihil mali suspicaretur, ipsi in naues se recipiunt. Vbi ad eas iuuenis venit, circumstant illum admirandae omnes, cõtrectatque curiosius: atque ecce interim de monte saeuissima descendit mulier, valium praelongum manu gestas. Quae cum ad locum, vbi iuuenis erat, peruenisset, valido ictu incautum prostermit & occidit, eumque; mox reliquae foeminae per pedes in montem pertrahunt. At viri barba-

ri è monte decurrunt impetu ad littus, & iacula ex arcibus certatim in naues vibrant. Lusitani verò dispolis quatuor tormentis, repente eos in fugam nimio terrore correptos compellunt. Porro crudelissimae mulieres inspectantibus Lusitanis iuuenem caesum in frustra secant, ad ignem torrent, & assum immaniter deuorant. Viri autem signis quibusdam ostendebant, eum in modum alios duos Lusitanos se quoque deuorasse. Acriter ea res stimulabat Lusitanorum animos, & libenter eam fuissent vlti iniuriam, sed praefectus non permisit, haud dubie peiora veritus, si pauci cum multis congregarentur. Inde ergo abeuntes, longius nauigarunt, & multa admiratione digna longissimis illis itineribus conspexerunt, iamque stellarum, quae circa polum antarcticum sunt, conspectu fruebantur, quae multo & plures & illustriores sunt, quam poli arctici. Denique tam diu nauigarunt, quod polus antarcticus iam ipsis supra horizontem illum quinquagintaduobus gradibus fuerit eleuatus, & neque minoris neque maioris vrsae stellae sub adspicuum caderent. Et noctes quidem Aprilis septima die, sole circa arietis extrema versante, quindecim horarum fuisse compertae sunt, hyemsque; ea loca obtinuit. Longum esset omnia narrando prosequi, qui multiplici nauigatione tum Vespucij, tum aliorum in illis incognitis nostro orbi regionibus explorata sunt: sed hoc noie praecipue laudes & grates agendae sunt praepotenti Dei, ut iam ante dixi, quod innumerae gentes daemonum cultrices opera Hispaniae & Lusitaniae regum intra non multos annos ad Christi religionem traductae, iam viuam & verum colunt DEVM, relictis tamen execrandis daemonum simulacris, quibus miseri ab omni vera luce prorsus alieni, haecenus diuinos impenderant cultus & honores.

Inter Hispaniam & Canarias insulas inuenta est à Lusitanis Medera insula, syluestris illa quidem & prorsus inculta, sed soli fertilissimi. Quod vbi Lusitani aduerterunt, ut apta esset sementi & habitatio, sylvas densissimas multo

igni concremârunt, qui interdum adeo grassatus est, vt plerique vix flammâ euadere potuerint. Habitat iam frequens à Lusitanis, qui extructis ædibus cultissimam eam reddiderunt. Est fontibus irrigua, & amnis multis conspicua. Sunt ibi arbores insignes, cedro vel cupressis non absimiles, quas scindunt molis ferratilibus ad flumina collocatis, vnde multa præclara fiunt opera in varios vsus. Arborum color ruber est & boni odoris. Iussu regis Lusitanie plantatæ sunt ibi cannæ saccharum ferentes, non solum copia insigni, sed etiã mira præstantia. Est enim eius regionis ea ferè habitudo vel qualitas, quæ Cypri & Siciliae. Sunt etiã eò importatæ vites ex Creta insula, quæ vina præclara vbertim proferunt. Visuntur illic botri atro colore.

Hoc anno cruces sanguinolentæ virorum ac mulierum vestibus passim in Germania inciderunt. Videntur præsignificasse pestem sæuissimam, quæ proximo anno secuta est. Solet plerunque Deus pro sua bonitate eiusmodi terroribus admonere homines, vt se corrigant, & impendentem eius iram à se auertant.

Eodem anno facultas Theologica Academiae Moguntinae, imitata Synodi Basileensis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos, omnino decreuit & statuit sentiendum, beatissimam Dei genitricem semperque virginem Mariam, quam ex omni æternitate sibi matrem delegit filius Dei, sine labe originalis peccati conceptam, idque singulari quodam priuilegio. Non hæc necesse est anxie perquirere, quid hinc senserint prisca illi Ecclesie Doctores, qui certè de hac virgine singulari reuerentè & honorificè scripsere. Augustinus ipse, cuius summa est autoritas, capite 36. libri de natura & gratia, ob vnicogenitum dei filium ex ea natum, nullam prorsus de ipsa vult haberi quæstionem, cum de peccatis agitur. An non ille sensit singulare priuilegium illi virgini concessum, quam non est ausus vlli peccato fateri obnoxiam? Contendat hæc alij quantum volent, certè qui deum timent, nõ facile ausi erunt in diuersam pertinacè

ferre sententiam. Alioquin si comunibus illa cæterorum mortaliu legibus subiecta fuit, cur nõ etiã cum dolore & virginitatis iniuria peperit? Dicitur est Eug., & in ea sceminis oibus, In dolore paries filios. ^{Gene. 31} At virgo Maria incredibili & prorsus inaudito miraculo virgo concepit, nõ ab homine, sed de Spiritu sancto, & virgo peperit, in cõceptu expers concupiscentiæ, in partu, doloris. Qui ergo eã sic sibi voluit esse matrem, vt non ab homine, sed de Spiritu sancto cõciperet: is proculdubio talem quoque eam esse voluit, quæ ab omni peccato purissima, digna esset & concipere & parere ipsum filiu dei. Non em̄ habitabit sapientia, vt in Sapientie libro scriptum legimus, ^{in sapient. 11} in corpore subdito peccatis. Et tamen ipsa Dei æterna sapientia nouem mensibus habitauit in huius sacratissimæ virginis castissimis visceribus. His ergo atque alijs rationibus permota facultas theologica Moguntinae vniuersitatis, grauiter sanciu deinceps neminem in ea Academia promoueri debere in sacra theologia, nisi iuramento interposito prius fidem dederit, se diuersam opinionem neque animo reteturu, neque quouis modo approbaturum. Scio non deesse hodieque, quæ difficilè adduci possint, vt huic pijsimæ sententiæ subscribat, licet multi doctissimi viri grauissimis argumentis eam adstruxerint & cõfirmarint: verum Concilium Tridentinum sub Paulo 3. Pontifice inchoatũ, & tandem sub Pio 4. absolutum, (multis enim modis satanas eius Cõcilij tum inchoatione, tum prosecutionem sæpè impedire conatus est) statuit obseruandas esse de matris Dei conceptione cõstitutiones Sixti 4. qui Pontifex admodum fauit opinioni de immaculata eiusdem sacratissimæ virginis conceptione. In eo autem Tridentino Cõcilio fuere supra 280. Episcopi, & multi excellenti & incomparabili doctrina viri, adeo vt etiã sectarij, quantumuis laxa proposita fide publica, non tamen ausi fuerint eò accedere, eo præsertim tempore, quo sub Pio 4. excellentissima doctrinæ viros catholicos ibi fuisse constat. Qui ergo extra Christianæ modestiæ cancellos non vult temerè efferi, & tum sibi, tum alijs malè

malè consulere, acquiescat in Ecclesiæ sententia, & matris Dei singulari priuilegio nihil derogat, nè, dum matri iniurius est, præpotentis filij eius iram intolerabilem in suas accersat ceruices.

Eo ipso anno Italus quidam in Gallias venit, qui immodica captus animi arrogantia Mercurium se diceret, cum alioquì proprio nomine Iohannes vocaretur: Tyanei quoquè Apollonij, quem alij Philosophum, alij magù vocant, se sectatorè iactitaret, rerum oim, præsertim arcanarum se vnum callentissimum gloriabùdus assereret, adeoq; præ se veteres philosophos atque theologos penè omnes contemneret. Vxorè & liberos, vnaq; seruos & ancillas circumduxit. Nudis pedibus cum tota familia ingrediebatur, tū ipse, tum sui omnes non nisi lineis induti, etià catenam ferream ad collum gestabant, instar Tyanei Apollonij, cuius vitam scribit Philostratus, & ante hunc Damis, Apollonij ipsius peregrinatiõis comes. Lugduni aliquãdiu moratus, & in precio habitus, Ludouico Galliarum regi se natù ad res summas prædicabat. Porro rex hominem miratus, doctos viros, præsertim medicæ facultatis, de hominis, quã iactabat, prodigiosa scientia & inuitata rerum cognitione periculum facere iubet. Multas ergò illi quæstiones de rebus varijs mouent, & vsque ad stuporem prompta ab eo responsa referunt, præcipuè in rebus medicis, quantum scire nõ possent vndè hæc illi suppetent, cum esset alioquì sinè literis. Reuersi igitur ad regem, rem omnè ordinè exponunt cum multa admiratione. Idè verò Mercurius regi ensẽm donauit, mira arte fabrefactum, & 180. gladiolis stipatù: itemq; clypeum, in quo speculum inerat affabrè elaboratum, cui nescio quid latentis energiæ inesse dicebat. Quò verò tandè euaserit, aut quem habuerit vite exitum, non satis compertum habetur. Eiusmodi sanè iactantia & ostentatio non admodum decent Christianù philosophum, quãdò ipse quoquè ethnicus philosoph⁹ Cicerò sapientissimè admonet, vt quanto maiores sumus, tanto summissius nos geramus, quod diuinę literæ paulò alijs

verbis, sed eadem omninò sententia exprimunt in Ecclesiastico: Quanto maior es, humilia te in omnibus.

Per idem tempus quidam Iohannes ab *Elis*, aliquot equitum & peditù turma stipatus, clara luce, nullo repugnãte Budobrigam (vulgò Boppardiam vocant) regale oppidum, Ecclesiæ Treueren̄ iam pridè oppignoratum inuasit, exclusisq; omnibus, qui Episcopi Treuerici partes sequerentur, castellum, telonium & æs omne occupauit, turribus præsidio è suis imposito. Henricus 7. Imperator certa accepta pecunia ab Archiepiscopo Treuren̄si, id oppidum pignoris loco illi tradiderat. Ab annis trecentis non rarò leguntur Imperatores quidam vrbes ab Imperio alienasse, difficultè verò redemisse: vndè accidit, vt multa Imperij loca à principibus ciuilib⁹ & ecclesiasticis occupent, vt quidam scriptum reliquere.

Hoc anno dira fames ob frumenti inopiam totam Sueuiam peruasit, sed eam Argentoratenses frumento, quod in magna copia reconditum habebant, non auarè quidem, vt apud plerosque hodiè in more positum videmus, sed commodo precio distracto leuãrunt. Ea hominum charitas, licèt maximè sit secundùm naturam, iuuare confortem, iam rara est in terris. Nec mirum est, Argentorati magnam fuisse frumẽti copiam, quandoquidem ea Allatiæ regio præcellentis vini & multi frumenti perquam fertilis est, vt non indigenis duntaxat, sed multis etiã vicinis & exteris vinum & frumentum affatim suppeditet: nec facilè in Rheni tractu vlla alia regio, quòd ad fertilitatem attinet, ei comparari possit, tametsi in latù à Rheno vsque ad montana nõ nisi triplùs minùs Germanica milliaria obtinet. Multi illic fluuij è monte Vosago in Rhenum prouoluuntur. Sanè non defunt qui scribant, nec ij quidem contemnendi authores, tota Germania nullam extare regionem, quæ omnibus prouentibus Allatiæ comparari queat. Sũt in ea 46. ciuitates & oppidula, omnia muris cinctã, arces quinquaginta, & villæ propè innumeræ. Verùm hæc fortassis non satis ad institutum.

Hac

Hac tempestate Basilea à Maximiliani Cæsaris & Imperij obedientia se subduxit, percusso foedere cū Heluetijs, q nullius parent imperio. Basileensū defectionē imitati Schaffhusiani, Heluetijs itidē foederati sunt. Literæ huius foederis apud Lucernenses feruntur cōfectæ, & vtrinquē datæ & acceptæ. Est Basilea vrbs inclyta Germaniæ, quam Ammianus marcellin⁹ Gratiani & Valentiniani Imperatorū temporibus iam fuisse scribit. Alluitur Rheno amplissimo flumine, qui mediā fermè interfluit, sed ponte cōstratus, vtrinquē habet iter peruium. Est ager vini frumentiq; ferax & intra & extra vrbis mœnia. Pius Pōtifex eius nominis secundus, Gymnasiū amplissimis ornatum & auctum priuilegijs illic condidit. Habet autem citra & vltra Rhenum geminam ciuitatē, alteram maiorem, alteram minorem Basileam: estq; ea vrbs inprimis insignis & egregia, nisi q; hac ætate colūt eius loci incolæ dogma Zuinglianū, quod Catholica Christi Ecclesia iam olim in Berengario damnauit. Dolendū est, in fortissima gente tantum potuisse noua dogmata, quæ Germaniam magna ex parte perdidit, vt suis dicemus locis. Schaffhusia quoq; ad Rhenū sita, locū occupat & amœnū & cōmodum atq; fecundū. Non longè ab hac vrbe Rhenus fluuius altitudine quadraginta aut quinquaginta cubitorum ruit præceps in imum, ita vt aqua omnis in spumam & nebulam resoluat. Est id sanè ad spectu horrendum. Schaffhusiani quidem initio ad certum tempus cum Heluetijs foedus percusserunt, at postea id abijt in foedus sempiternū. In eo oppido Eberhardus comes è Sueuia opulentum cōstruxit monasterium, quod Germanicè à nauiiū traiectu dictum est *Schiffhaus*, tanquàm nauium domus, vt quidā vetustus codex probat. Maximis illud cœnobium impendijs exædificatū fuit, multis eò allatis ingentibus columnis lapideis, è quibus etiam nū 12. in templo visunt, singulę altæ pedes septendecim, in complexu obtinentes pedes nouem. Consecrauit autem hoc monasterium Leo Pontifex Romanus, eius nominis IX. cognatus antedicti comitis Eber-

hardi, anno salutis 1052. cuius quidem Pontificis fuit sancta & inculcata vita, & eruditio haud vulgaris, vt eius scripta testantur.

Huius anni mense Nouembri Philippus archidux Austriae, Maximiliani Cæsaris filius, cū Iohanna coniuge sua, Ferdinadi regis Hispaniarum filia, amicitia cum Gallis conciliata, per Franciā in Hispaniam proficiscitur, & vbiq; præsertim verò Parisijs, honorificentissimè accipitur.

Hoc etiā anno Alexander Pōtifex, eius nominis sextus, cū percepisset Ruthenos & alios quosdā in Lituania Graecorum ritum complexos, cupere ad Romanæ Ecclesiæ consuetudinem & religionem se adiungere, sed interim nō deesse qui dicerent eos necessariò rebaptizari oportere, propterea q; more Graecorū in tertia persona baptizati essent, scripsit ad illos ex decreto Cōcilij Florentini, sub Eugenio 4. celebrati, in quo Graeci atq; Armeni cum Romana Ecclesia in cōcordiam rediēre, reuerā baptismum conferri, etiā cū in persona tertia sic dicitur, Baptizetur talis seruus Iesu Christi, in noīe Patris & Filij & Spiritus sancti: quanquā in Latina Ecclesiā nō debet mutari vetus verborū forma, q; est, ego te baptizo in noīe Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen.

Et quia hoc loco in Ruthenorum mentionem incidimus, operæ precium fuerit de eā gente paulò copiosius agere, vt Lector eius aliquam habeat notionē. Obtinet ea gens amplissimas regiones, & plerunque hodiè vel Moscouitæ vel Rutheni aut Russi appellatur. Vtuntur autem lingua Slauonica, qua hodiè nulla ferè est latior & diffusior, quippe qua Dalmatæ, Bosnenses, Croati, Istrij, Carni, Carniolani, Carinthij, Stirij, Mœsij, Seruij, Bulgari, alijq; Constantinopolim vsq; Boëmi, Lusatij, Silesij, Morauj, Poloni, Rutheni, Circassi Quinquemontani ad Pontū, & Vandalorum reliquiæ vltra Albim per Germaniam in Septentrionem sparsim habitantes vtuntur. Incertum est, quis initio apud illos rerū potitus sit, quod characteres non habuerint, quibus res suas scripto consignatas ad posterorum noti-

notitiam trāsmitterent. Cœperunt autem Annales conscribere tum primùm, cum Michaël rex Constantinopolitanus literas Slauonicas in Bulgariã misit. Inter alios Igor quidam apud illos imperio potitus, Olham ex Plescouia duxit vxorem. Is cum exercitu suo Heracliam & Nicomediam vsq; progressus, sed in fugam actus, à Malditto Dreuulianorum principe cæsus est, relicto infante filio Suuatoslao, cuius mater Olha viri sui necem grauissimè vlta, multis Dreuulianorum millibus interemptis, atq; omnibus eorum castris occupatis, in Græciam profecta est, & illic sacrum baptismum percepit sub rege Iohãne Constantinopolitano, anno mundi 6463. (Sic enim Annalés eorum habet: solent autem Russi non à Christo nato, sed ab orbe redempto numerare) Porrò nomē Olhæ, in Helenæ mutatum est. Atq; hæc ea in gente Ruthenica primam fidem Christi cõplexa est iuxta Annales iam dictos. Eam, postquàm inter viuos esse destitit, nepos eius ex filio Vuolodimerus iam baptizatus in diuorum numerum retulit, & Iulij dies vndecimus ei sacer dicitur. Atqui ea filium suum Suuatoslaum ad baptismum inducere non potuit, qui post matrem imperio potitus, deuicit Bulgaros, ad Danubium vsq; progressus. Intulit etiã bellum Basilio & Constantino regibus Constantinopolitanis, eosq; prostrauit. Cum autem Græciam vastanti, reliqui Græciæ principes aurum obtulissent, contempsit, & vestes atq; arma potius accepit. Eum anno mundi 6480. Cures princeps Piezenigorum ex insidijs interfecit, atque ex cranio eius poculum fecit, cui auro circũdato inscripsit, *Dum aliena sectatur, perdit sua.* Habebat autem tres filios, inter quos ditionem suam diuiserat adhuc viuens: nepem, Ieropolchum, Olegam, & Vuolodimerum. Ex ijs Ieropolchus Olegam fratrem suum occidit, sed non diu post ipse quoquē fraude cuiusdam intimi cõsiliarij sui in manus fratris sui Vuolodimeri traditus, interfectus est: atque ità totius Russiæ imperium ad Vuolodimerum peruenit, qui tum multa colebat idola, multas quoquē habuit vxores,

& octingentas concubinas. Cum autem ex omnibus sectis Christiana religio illi præcipuè arrideret, misit ad Basilium & Constantinum reges Constantinopolitanos, petens Annam sororem eorum coniugem sibi dari: quòd si facerent, pollicetur se cum tãta gente sua Christianum futurũ, & ablata in Græcia restitutum. Contrahitur matrimonium. Vuolodimerus in Corsun baptizatur, & dicitur Basilius, nuptiæq; celebrantur. Acta sunt hæc anno mundi 6469. à quò tempore Russiæ permansit in fide Christi. Hunc Vuolodimerũ, à quo Vuolodimeria inter Vuolham & Occam fluuios vrbs condita est, inter diuos tanquàm Apostolum 15. Iunij die Rossi colunt. Eius successores vsque ad Georgium & Basilium nihil ferè memorabile gesserunt. Porrò Georgium & Basilium Bati rex Tartarorum, qui Christianorum ditiones horrendum in modum populatus est, bello superatos neci dedit, & bonam Russiæ partem, abacta præda, ferro & igni vastauit. Ex eò tẽpore, anno scilicet mudi 6745. vsq; ad Basiliũ, q̄ ante paucos annos Ruthenis imperauit, omnes ferè Russi principes tributum Tartaris persoluerunt. Cum autem Bati rex Tartarorum, euastatis Christianorum ditionibus, magno tota Europa terrore relicto, cum suis in Scythiam reuertisset, Innocentius eius nominis 4. Romanus Pontifex ex Concilio Lugdunensi aliquã multos religiosos viros anno salutis 1246. longissimo itinere misit ad Tartarorum imperatorem, qui eum hortarentur vnum viuũ & verum Deum, & eius vnicũ filium mundi seruatorem Iesum Christum colere, & à Christianorum fundendo sanguine animum reuocare. Vbi Tartarus Pontificis preces audiuit, pollicitus est se quinquennij spatio Christianorũ ditiões minimè vexaturum. Verũ ubi Pontificis legati discesserant, Saracenorum legati adsunt, hortantur Tartaros, vt Mahometis sectam tanquàm plausibiliorem & voluptariam potius complectantur, quàm Christianorum religionẽ ociosam. Placuit verò eorũ oratio Tartaris, & imprimis ipsi Bati Imperatori, & ità illi tũc impurissimam Ma-

hometis superstitionē receperunt, quā hodieq; retinet. Sed vt ad Ruthenos reuertamur, postq̄ Bati Tartarus Russiam sibi fecit tributariam, multis annis magna apud Ruthenos Tartarorū fuit auctoritas, qua etiā freti Rutheni principes plerunquē obtinebant principatus, aut alios etiā consanguineos profligabāt, & multa fuit rerum apud Ruthenos confusio, dum alij alios superare contendunt, donēc ventum est ad Iohannem Basilium, qui fuit Basilij cæci (orbatus enim luminib⁹ fuit iussu Demetrii cuiusdam principis Moscouitarum) filius. Is autem Iohannes Basilus fortunatissimus fuit. Nam & magnum ducatum Tuuerensem occupauit, & Nouogardiam magnam (quæ est vrbs amplissima, in circuitu obtinens, vt quidam scribunt, septem milliaria Germanica) cepit, vnde supra trecentos curus, auro, argēto & vnionibus onustos Moscouiam absportauit, anno Domini plus minus 1479. Feruntur in ea vrbe esse septem monasteria ordinis D. Basilij Magni, in quibus ingens est copia monachorum: innumera quoque sacrarum ædium multitudo illic esse legitur. In solstitio æstiuale habet vrbs eadē longissimū diem plusquam octodecim horarum. Dicitur Iohannes Basilus septem perpetuos annos graui eam obsidione pressit, ac tandē in potestatem ac miserissimam seruitutem redacta, Archiepiscopū & ditiores ac potentiores quosq; Moscouiam trāstulit, atq; è suis subditis in illorum possessiōes ceu nouas colonias remisit. Ex ijs autem possessiōibus præter communes redditus, maximū quotannis vectigal in eius fiscum inferitur. Porro in Archiepiscopi locū quēdam instituit Episcopum, cui exiguam eius Archiepiscopatus prouentū portionem attribuit. Postquā autem Moscouiæ, eò translati sunt, vnā etiā suos errores eò inuexerunt. Habuit verò iste Iohannes Basilus ex Sophia Emanuelis regis Constantinopolitani filia Helenam filiam, quæ nupsit Alexandro Lituaniæ magno duci, eidemq; postea regi Poloniæ declarato. Sperabatur hæ nuptiæ vtriusque partis dissensiones & acerbitates omnes è medio sublaturæ, sed

cum Polonus negligentius præstaret quiddam, quod se facturum receperat, Iohānes Basilus bellum ei facit, & prælio commisso victor euadit, capto Constantino regis Poloni duce egregio cū plerisq; nobilibus, multisque occupatis arcibus & prouincijs ditionis Lituaniæ. Porro Constantinus oblata occasione è Moscouia ad Alexandrum profugit, licet à Moscouita libertate donatus esset, ea conditione, vt relicto Alexandro ipsi seruiret. Idem autem Constantinus postea magnam dedit Moscouitarum stragem, vt suo loco dicitur. Quāuis autem huius Iohānis Basilij magna fuerit potentia, magnæque opes, tamen Tartaris parere cogebatur, adeo vt legatis Tartarorum extra urbem obuiam procederet, eosq; sedētes ipse stans audiret. Tandē illo mortuo, successorem habuit Basilium Iohannis, qui intra paucos adhuc annos Moscouitico fructus est imperio. Is apud se captiuum tenuit Demetrium, fratris sui Iohannis filium, quem auus Iohannes Basilus, mortuo ipsius Demetrii patre Iohanne, totius Russiæ monarcham designarat. Mortuo deindē hoc quoque Demetrio, Basilus imperat, & non modò quæ à patre illi relicta erant, conseruauit, verū etiā multas prouincias non tam bello quam industria quadā suo imperio adiecit. Namq; & Plescouiam & insignem principatum Smolenczko, qui centum amplius annis Lituaniis paruerat, sibi subdidit, sicut infra dicitur. At tamen in bello plerunq; infelix fuit, ac nihilo minus à suis felicissimus prædicabatur. Imperio in suos utebatur duro & vix tolerabili, adeo vt ne fratribus quidem suis germanis, nec vlli principi castra vel munitiones permetteret. Omnes illi suis sumptibus, siue in aula, siue in bello, siue in legationibus eorū vellet opera vti, seruire cogebantur: Quibusdam tamen grauiora munia obeuntibus præfecturas, aut villas, aut prædia attribuit plerunquē in sesquiannum, de quibus tamen certos census ipsi Principi persoluerent: eo spatio elapso, totum sexennium gratis seruire compellebantur. Voluit quandoque ad Maximilianum Cæsarem legatum mittere quendam ex inti-

intimis secretarijs suis, sed cum is viaticum sibi deesse diceret, in perpetuos carceres coniectus, tandem periit miserissime, omniaque eius bona Princeps sibi vendicavit, fratribus ac hæredibus eius ne teruncio quidem relicto. Quicquid legati ipsis donatum reportarent, quod alicuius esset precij, id ferè sibi dari volebat. Miserat quandoque legatos ad Carolum V. Imperatorem, qui illis graves torques aureos, & Hispanicam auream monetam dono dedit: quin & Ferdinandus Caroli frater argenteis poculis, aureis & argenteis pannis, itemque Germanica aurea moneta eos donavit. At ubi domum rediere, mox princeps Basilius & torques & pocula & maiorem Hispanicorum aureorum partem ad se rapuit. Autoritate in clericos & laicos tam immodica abutebatur, ut libertimè de omnium vita & facultatibus statuerit, nec quisquam ei ausus fuerit resistere: immò persuasum habebat, eius voluntatem non aliam esse, quam ipsius Dei: vocabantque eum clauigerum & cubicularium Dei. Ea immanitate gens ipsa effera & crudelis efficiebatur, quam incertum est, vtrum ipsius gentis immanitas & duritia eiusmodi tyrannidem mereatur, an hac tyrannide tam immanis & crudelis fiat. Regium titulum iste Basilius primus usurpavit, cum alij ante eum magni Duces dicti sint, tametsi pater eius dominum totius Russiæ se scripsit. Quin etiã ab omnibus Imperator appellatus est, quod errore factum dubium non est. Cum autem scriberet regi Poloniae, omisso regis titulo, magnum ducem se vocavit. Nam neuter horum alterius literas novo titulo auctas recipere dignabatur. Duxit idem Basilius primò uxorem Salomeam, cuiusdam nobilis sui filiam: sed cum viginti & eo amplius annis ex ea proles non suscepisset, eam anno Christi 1526. valdè quidem repugnantem, in monasterium intravit, & cuiusdam ducis filiam Helenam sibi copulavit, ex qua suscepit filium Iohannem anno 1528. qui rerum apud Moscovitas potitus est, patre mortuo, & matre veneno sublata nescio cuius vel iussu vel opera. Quòd ad religionem attinet, colunt Mosco-

uitæ siue Rutheni CHRISTVM, sed more Græcorum. Græci verò sæpè à Romanæ Ecclesiæ obedientia recesserunt, & identidem ad pacem & concordiam se receperunt. Episcopi Constantinopolitani, quòd in amplissima vrbe & quæ nova Roma diceretur, sedem obtinerent, magnoperè in eam curam incubuerunt, ut proximam à Romanis pontificibus vel parem obtinerent authoritatem. In prima illa Constantinopolitana synodo, quæ est vna ex quatuor primarijs, videmus Canonem, quo tribuitur proximus à Romano pòtifice locus Còstantinopolitano Episcopo: sed quàm ille Canon non sit receptus, vel vnus Leonis primi Pontificis Romani, quem longè ante mille centum annos præcellenti doctrina & eximia vitæ sanctimonia præditum fuisse negare nemo potest, scripta satis declarant. Nam cum in Chalcedonensi amplissima Synodo Anatolius Constantinopolis Antistes à Patribus callidè impetrasset, ut proximam à Romano Præsule Constantinopolitanus dignitatem obtineret, ubi id Leo Pontifex rescivit, modis omnibus se opposuit, effecitque, ut Anatolij callida còsilia prorsus irrita fierent, nequeratum haberetur, quòd ille non rectè atque ordine impetrasset: Et certè Leo Pontifex affirmare videtur, primæ Synodi Constantinopolitanæ Canonem antè dictum, nūquam ad Romanæ sedis notitiam venisse. Sic enim scribit ad Anatolium Epistola 53. Persuasioni tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, ut iactas, annos (nam non multò plùs temporis inter Constantinopolitanam & Chalcedonensem Synodos fluxit) facta subscriptio, nunquamque à prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducæ dudumque collapsæ, sera nunc & inutilia subijcere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem còsensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata præberet. Cur autè sanctissimus Pontifex vsq; ad eò se opposuerit Anatolio illicita appetenti, ipse eadè Epistola indicat his verbis: Potes eidentèr agno-

scere me dilectioni tuę beneuolo animo cōtraire, vt saniore cōsilio ab vniuersalis te Ecclesię perturbatione contineas. Nolebat em̄ optimus Pōtifex quicq̄ derogari priuilegijs Alexādrinæ & Antiochene Ecclesię, in Nicena Synodo illi attributis. Fuit deindē temporibus illius longē sanctissimi pontificis Gregorij primi Iohānes quidā Cōstantinopolitanus Episcopus, qui se nō dubitauit œcumenicū siue vniuersalē patriarchā vocare, quē titulum eius vrbis Episcopi magno Ecclesię scādalo post eū sibi vēdicarunt. Sed eorū superbia & cōtumacia tandē Turcico iugo egregiē compressa est. Itaq; Græci in quibusdā à Romana Ecclesia dissenserūt, sed nō impune. Eorū ritum Moscouitæ secuti, cum Romana Ecclesia nō vbiquē consentiunt: quanq̄ fertur patriarcha Cōstantinopolitanus ab huius Principis, qui iam Moscouitis imperat, (si tamen non fallor) patre rogatus misisse monachum quendam, qui omnes libros, Canones & singula statuta ad fidem pertinentia in ordinē recto iudicio redigeret. Cūq; multos ille aduertisset errores, dixisse Principi, eum planē schismaticum esse, qui Romanum aut Græcum non sequatur ritum: sed paulō post, licet alioqui Principi charus esset, sublatus ē medio. Idem quoque alteri cuidam Græco mercatori, similiter dicenti, accidisse. Sanē iactant illi se solos probē Christianos esse, nos verò dānant tanq̄ desertores primitiæ Ecclesię & veterū sanctarū constitutionū: Luteranos autē & reliquos horū temporū sectarios, prorsus execrātur. In Annalibus eorū scriptum habetur, D. Andream Apostolū ex Græcia ad Borysthenē fluuiū perlatum, ad montes, vbi nunc Chionia est, nauigasse, & terram Russiæ benedixisse atq; baptizasse. Indē rursus ad mare vsq; Germanicum processisse, atq; per illud Romanam nauigasse: ad extremum in Pelopōneso ab Ago Antipatro crucifixū fuisse. Sed hæc q̄ sint vera, ipsi viderūt. Certē Andreas Apostolus nō eos docuit errare. Archiepiscopi & Episcopi omnes totius Russiæ, carnibus perpetuō abstinent. Præfecti monasteriorū, quos Priores vocant, in Moscouia plurimi sunt,

sed omnes arbitrio Principis eliguntur. Sacerdotes seculares habent vxores: ijs mortuis, non licet eis sacra obire vel sacrificare, nisi fortē monasterium ingres si iuxta regulam viuant. Si quis etiā laicus vxore mortua velit aliam ducere, permittunt id quidem, sed vix legitimū matrimonium esse putāt: tertias nuptias sinē graui causa nō permittūt: quartas omninō damnant. Admittūt diortium, & dant libellum repudij: verū id maximē celant, cum id religiōi & statutis aduersum esse sciāt. Si sacerdos ad secundas sese nuptias trāsferat, nihil habet cum Clero commercij. Sacerdotum sunt tenues prouētus & oblationes. Vestitum propē eundem cū laicis habent, dempto capitis tegmine. Et cur differāt habitu, qui non differūt matrimonio? Vt populus, sic sacerdos. Monasteria habent leges seuerissimas, sed quæ paulatim enervatæ multum refrixerint. Carne perpetuō abstinent. Vestes quotidianæ Episcoporum eadem ferē sunt, quæ aliorum monachorū. Persuasum habent, post septimā Synodū generalē, nulli vnq̄ neq; licuisse, neq; licere Cōciliū œcumenicū indicere aut accedere sub pœna anathematis, quod etiā seuerissimē obseruant. Tempore Florentini Concilij sub Eugenio 4. Romano Pontifice, quidam Russiæ Metropolitā idem Conciliū adiit, vbi etiā Græci & Armeni Latinis coniuncti & conciliati fuere: at vbi domum redijt, rebus omnibus spoliatus, in carcerem cōiectus est, vnde tamē postea euasit. Pueri cum baptisma percipiunt, tēr in aquā, quam ad singulos nouam consecrāt, toti immerguntur: nam alioqui putant non ritē baptizatos: mox etiā chrisimate in sacra hebdomada consecrato inungunt. Circa Paschatis festū confitent peccata sua magna cordis cōtritiōe. Cōfessarius & cōfites in medio tēplo stāt erecti, seruātq; facta cōfessioe caremonias singulares. Cōmunicāt sub vtraq; specie, sed itā, vt corp⁹ sanguini misceāt in calice, vñ sacerdos eū cochleari portitūculā accipit, & porrigit cōmunicāti. Cōmunicāt etiā pueros septēnes tanq̄ iā ratiōis cōpotes: q̄ si præ ægritudine corpus dñi sumere nequeāt, guttā ex calice eis instillāt, vna

vna specie contenti. Non conficiunt Sacramentum, nisi dum sacrificant. Pro ægrotis consecrant Eucharistiam in die Coenæ Domini, seruantque toto anno. Vndè constat ægrotis illos non nisi vnâ speciem præbere. In hoc autem plurimum reprehendendi videntur, quòd panem nondum consecratum, per Ecclesiam circumferunt, & conceptis verbis adorant. Festos dies solenniores colunt: alijs minùs solennibus ciues & mechanici diuinis intersunt: qbus peractis, redeunt ad laborem: sed qui præstantiores sunt, cõpotationibus & cultu corporis festa venerantur. Festum Trinitatis die secúda Pentecostes, festum om̃i sanctorum die octaua Pentecostes celebrant. Purgatoriũ non credũt, sed putant bonos & malos vsq; ad diem iudicij vltimam expectare sententiam, nec ante illud tempus malos torqueri. At nihilo minùs pro defunctis funebre sacrum faciunt, quòd arbitrentur tolerabiliorem posse locum ijs impetrari, vbi iudicium extremum expectent. Adsparguntur aqua benedicta, sed nõ nisi à sacerdote. Colunt Sanctos, & inprimis D. Nicolaum, cuius etiã recẽtia apud illos miracula referuntur. In Quadragesima totas septem ieiunant hebdomadas: in prima tamen vtuntur lactarijs, reliquis sex etiã à piscibus abstinent. Sunt qui dominicis & sabbati diebus tantum edant, alijs nullum penitus cibum capiant. Seruant etiã ieiunium Petri ab octaua Pentecostes vsq; ad ferias Petri & Pauli. Item ieiunium beatissime Mariæ virginis à prima Augusti vsq; ad eius Assumptionem. Ieiunant præterea sex septimanis in Aduẽtu Domini, idq; vocat ieiunium Philippi, quòd iuxta illorum Calendarium, initium eius contingat festum Philippi. Nullius sancti vigiliam ieiunio venerantur, præter decollationem S. Iohannis Baptistæ, quæ est 29. Augusti. Monachi potu acido & aqua fermento mixta in ieiunijs contenti esse coguntur. Sacerdotes aqua mulsæ & cereuisia tũ vti non possunt: quam nunc leges omnes & statuta diffluant ac vitientur. Extra tempus ieiunij Sabbato carnes edunt, die Mercurij carnibus abstinent. Est apud illos præ-

cipuum S. Trinitatis monasterium, vbi S. Sergius conditus multis fertur clare re miraculis, eoq; admirabilis fit gentium & populorum concursus, qui monasterij liberalitate aluntur. Habent Moscouitæ mulieres iam effoetas, quas proscurnicas vocant, quæ panem ad sacrificandum coquunt. Missam quoq; celebrant, sed lingua vernacula. Mulieres apud illos miserimæ sunt, quippe perpetuò ferè domi conclusæ, vbi nent duntaxat & fila trahunt, sed nihil ferè præterea iuris aut negocij habent, demptis tamen pauperioribus, quæ domesticos labores obeunt & coquunt. Rarissimus in templa, rarior etiã ad amicorum colloquia, nisi senes admodum sint, illis permittitur accessus. Quidam Alemanus illic vxorem Ruthenam duxerat. Ea querebatur marito se ab illo non amari, propterea quòd eam nunquam verberaret. Vbi hoc ille audiuit, testatus est se illam impensè amare, nec putasse verbera esse amoris argumenta. Itaq; durissimè eam verberauit, sensitq; eius erga se amorem ex ipsis verberibus longè auctiorem euasisse. Sæpius ergo eam verberauit, sed tandem etiã ceruicem & crura illi homo crudelis præcudit. Omnes Moscouitæ se Principis seruos fatentur, & est genus hominum seruituti magis deditum quàm libertati. Cuncti tunicis oblongis sinè plicis, manicis strictioribus vtuntur. Miris vtuntur cæremonijs, cum alterius domũ ingrediuntur, læpius sese inclinando, & alia quædam faciendo. Habet Princeps diuersis in locis veredarios, & certum equorum numerum, quibus equis intra triduum nonnunq; 120. milliaria Germanica conficiũt, licet ijdem equi parui admodum sint & negligentè curentur. Sunt in Moscouia diuersorum generũ pelles nobilissimæ, zebellinæ, madauricæ, hermelinæ, aspreolorũ, & aliæ non pauca. Ditio tota Principis Moscouitæ amplissima est, ita vt quidam asfirmant tam in latum quàm in longum obtinere eam quingenta milliaria Germanica. Vrbs Moscouia, Russiæ caput & metropolis est, Eiusdẽ nominis Proincia, in qua vrbs hæc sita est, hyemes & frigora habet asperrima, ita vt aqua

in aërem effusa, prius cōgeletur, quam terram cōtingat, & interdum arborū rami, pecora & hoīes frigore pereant. Nō nunq̄ verò etiā nimio æstatis ardore nō mediocriter affliguntur. Quāuis aut̄ oēs Moscouitæ vocentur, att̄n Moscouia prouincia neq; lata est, neq; sola paret Moscouitæ Principi, sed multæ præterea aliæ: ipsa verò in extremis circa Asiā Europæ finibus sita est. Vrbs Moscouia amplissima est, & in ipsa Principis castrū Italicæ structuræ munitissimum, & quod vrbs cuiusdā amplitudinem præ se ferat: quippe in quo præter alia, multæ sint ædes sacræ. Domus vrbs pleræq; oēs ligneæ sunt, sed castrū pugnacula & principis Palatiū ex lateribus cōstructa sunt. Regio salubris est, adeo vt vix vnquam pestis ibi grassetur: quāquam interdum aliud genus morbi, pesti nō dissimile, patiunt. Longissimus illic dies est horatū 17. & quartalis vini. Reliquas Moscouitæ Principis ditiones & Prouincias enarrare longū foret. sufficiat Lectori pro cōperto haberi, eū Principē esse potentissimū, & qui merito terrori nobis oībus esse debeat, nisi mores nostros ad diuinæ legis præscriptū corrigamus, propudiatissq; prauis dogmatīs, erroribus & hæresibus, vnum atque idem sentiamus. Infrā suo loco dicetur de clade Livoniensibus ab illo illata. His ferè titulis in literis suis uti solebat pater eius, qui nunc rerum apud Moscos potitur: Magnus Dominus Basilius, DEI gratia rex & Dominus totius Russiæ, & magnus dux Vuolodimeriæ, Moscouiæ, Nouogardiæ, Plescouiæ, Smolenchæ, Tuueriæ, Iugariæ, Permiæ, Viackiæ, Bulgariæ, &c. Dominus & magnus dux Nouogardiæ terræ inferioris, & Czernigouiæ, Rezaniæ, Vuolotkiæ, Rischouiæ, Beloïæ, Rostouiæ, Iaroslauia, Biellozoriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiñiæ, &c. Postquam verò hodiè multa quoq; in Liuonia, non sinè magna Romani Imperij ignominia, occupant, nō dubium quin inde quoque titulos sibi auxerint. In tota Russiā multi sunt fluij, multæq; paludes. Veteres scriptores opinati sunt Tanaim fluiuium celeberrimum, qui Asiam ab Europa dister-

minat, ex Riphæis montibus oriri, sed ij montes nusquam extant: porro Tanais octo ferè milliaribus Germanicis à Tulla, quæ vrbs à Moscouiæ oppido triginta sex milliaribus Germanicis distat, ex lacu ingenti, qui in longum & latum circiter 1500 *Werst* (*Werst*, Italicum ferè milliare est) patet, in sylua quadam ortum habet: atque ex eodem lacu aliud grande flumen *Schat* emergit, quod in occidentem tendit, sicut Tanais primò rectā pergit in Orientem ad aliquot milliana: deindè reflexo in meridiem cursu, paludes Mæotidis efficit. Et Tanaim quidem, quem *Don* vocat, ab optimorum piscium copia singulari, & quod vtranq; ripam diuersæ herbæ, radices suauiissimæ, multijugæ arbores ad multā amcenitatem occupent, tantaq; ijs locus ferarum sit copia, quæ facile sagittis conficiantur, vt qui illac proficiscuntur, nō nisi sale & igni opus habeant, mirificè prædicant. Moscouiæ proxima est Lituania, quæ hodiè Poloniæ regi paret. Vtitur proprio idiomate, & ritu Romano, tametsi eius incolæ bona ex parte Rutheni sunt. Vilna est eius regionis caput. Ea verò ciuitas ampla est, sita intra colles. Sunt ibi templa multa, & aliquot monasteria, in quibus excellit eximium Franciscanorum de obseruantia cœnobium, maximis sumptibus extructum. Hodiè in ea gente Arriana & Nestoriana hæresis perniciosissimè grassatur & multas Ecclesias occupat. Sunt ibi hæretici, qui sacrosanctam & omnibus modis colendam & honorandam Trinitatem incredibili impietate vocent Cerberum tripitem. Atque hæc & id genus alia nefanda dogmata, q̄ sub prætextu & specioso titulo vrbi Dei, quod solū voluit Luterus, omnium horum malorum fons & origo, valere oportere, passim imperitæ multitudini obtruduntur, cōcertissimè intendunt, vt religio Christiana in impurissimam Mahometanæ superstitionis abominationem tandem transformetur. Nec dubium quin Turcæ mirum in modum his rerum Christianarum perturbationibus & exagitationibus lætentur, quippe quæ illis quandoque optatissimam sint Germaniæ

nia & vicinorum regnorum nullo negotio in dirissimam seruitutem redigendorum præbituræ occasionem.

Porrò licèt Vilnæ, vt diximus, multe sint ædes sacræ, & ipse quoquè Vilnensis Episcopatus Romanum agnoscit Pontificem, tamen multò plura in eadè vrbe sunt Ruthenorum, quàm Romanæ obedientiæ templa. Sunt autem in Lituania principatu tres Romanæ obedientiæ Episcopatus, Vilnensis, Samogithiæ & Chiouienfis. Lituani mel, cerâ, cinerem, picem, asseres fabricandis nauibus aptos, etiàm ad externos transmittunt. Sale aliundè importato vtuntur. Est Lituania syluis frequens, paludibus & fluuijs abundans. Cæli inclementia fit, vt frumētum rarò maturescat. Gens misera est, & duram seruitutem.

Sunt qui scribant, etiàm viri graues, à Vuitoldi principis tempore, apud eos hunc seruari morem, vt qui capite damnatus est, iubente domino, seipsum suspendere cogatur. Quod est sanè perquam horrendum: & tamen ni id faciat, dirè verberatur & excarnificatur, ac tandem suspenditur: quæ res plerosque miseros metu verberum cogit sibij ipsos laqueum iniicere. Habet Lituania bisontes, vros & alces. Errant quidam, dum vros vocant bisontes, cum tamen bisontes multùm ab vris bouinam formam habentibus differant: quandò bisontes iubati sunt, & villosi circa collum & armos, barba à mento propendente, pilis moschum redolentibus, capite breui, oculis grandioribus & toruis, quasi ardentibus, fronte lata: cornibus plerunquè ad eò diductis & porrectis, vt in ijs tres benè corpulenti homines insidere queant. In tergo extat gibbus elatior, priore & posteriore corporis parte humiliore. Vros sola Masouia Lituaniæ contermina habet, qui sunt boues syluestres, nec à domesticis differunt, nisi quòd omnes nigri sunt, albicante commixtim linea dorsum obtinente. Alces verò animal est ceruo procerius, auribus & naribus prominulis, cornibus à ceruo non nihil diuersis, colore item magis ad albedinem tendente. currit mira pernicitate, non tamen vt

cetera animantia, sed gradarij instar. Verùm hæc de rebus Moscouiticis vel Ruthenicis egisse satis fit. Nobis quidem rogandus est DEVS, vt nos ab hæresibus & improbis moribus repurgatos, non patiatur vel Tartaris, vel Turcis, vel etiàm Moscouitis dirè castigandos obijci: quanquàm verendum est, nè qui hodie in Germania & vicinis prouincijs tantoperè Romani pontificis obedientiam detestamur, iusto DEI iudicio sub eorum quandoquè iugū mittamur, qui nos vsque ad eò intoleranda premant seruitute, vt nos ipsius quoquè vitæ nostræ pertèdeat. Certè Philippus Melanchthon non longè ante obitum suum, cum à quibusdam nedùm symmystis, sed etiàm discipulis Luteranæ sectæ addictissimis parùm commodè tractaretur, his verbis scripsit de illis: Cogunt, inquit, concilia, quandò & vbi ipsis placet, atque vendicant sibi maiorem, magis intolerabilem, & minùs excusabilem autoritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vnquam. Quæ quò tandem euasura videantur, cogitur, inquit ille Luteranorum Coryphæus Melanchthon. Verùm de his alibi.

ANNO 1502. seuißima pestis omnem Germaniam longè lateque populata est. Multarum opinione ij tum extincti sunt, quorum vestibus suprà diximus cruces sanguineas incidisse: & quò dictu mirum est, etiàm illis in vestibus lineis cruces inuentæ sunt, quæ cistis inclusæ tenebantur, atque etiàm in ipsis hominum corporibus. Istuc verò in tertium vsque durauit annum.

Hoc anno in diocesi Spirensi à duobus rusticis primùm orta est conspiratio & rebellio aduersùs Episcopum & Canonicos contra iurandum & fidè illis datã tanquàm dominis suis. Creuit paulatim seditiosorū hominū numer⁹, quos ij rustici callidis psuasionibus in suas partes ptraxerunt: & nisi Numinis prouidentia id malū breuè detectū fuisset, illa hoim fex postea p̄ multitudine opprimi vix potuisset, Submittebatur clam

ex his fœderatis homines versuti in pagos & oppida, qui quoscunque possent in clerum, in Principes & omnem magistratum concitarent, ipsorumq; factioni adiungerent. Iam duos sibi duces delegerāt, penēs quos rerum esset summa potestas, quibusq; vniuersis sine vlla cōtradictione parerent.

Cumq; diem certam designāssent, ad quam in locum vnum omnes conuenerent, ecce capti sunt duo huius perfidiæ authores, qui quæstionibus & tormētis subiecti, omnia sua nefanda cōsilia enūciāruunt, quæ eò ferè spectabāt, vt omni iugo excusso, instār Heluetiorum sua gauderent libertate, liceretq; cuique suo viuere arbitratu: magistratū omnē & principatum profligare, & si qui ipsorum conatus retardare aut ipsis obfistere instituisent, eos immanitèr trucidarent, tanquā iustitiæ diuinæ hostes & aduersarios. Inprimis quidem statuerant inuadere Marchionem Badensem, indè Spirensē Episcopum, postea monachos & clericos &c. deniquè in omnimodā se vendicare libertatem. Qui conatus tametsi erant seditiosi, impij, & omni supplicio digni, tamē videbantur sibi homines deploratè cecitatis & stultitiæ æquam & bonam fouere causam: atque vt res tam nefaria prosperos haberet successus, certas eo nomine preces quotidie à singulis dici volebant, scilicet vt Deus tantæ nequitiae se patronū & fautorē præberet. Preces erāt quinque orationes dominicæ & totidem angelicæ salutationes, flexis genibus dicendæ. Nec hoc contenti, etiā symbolum sibi statuere virginem Matrem & Iohannem Euangelistam, quasi sancti hominum sceleribus faueant. Verū Maximiliano Cæsare grauitèr in eos animaduertente, publicè suæ temeritatis iustas dedere poenas, plurimis eorum captis & vltimo supplicio affectis. Eos exitus plerunquè habere solent turbulenta & seditiosa, præsertim aduersus Magistratus, quibus diuinæ literæ nos iubēt esse morigeros, consilia & machinamenta, suisque authoribus vt plurimū exitio esse consueuerunt, rerum humanarum peruiigilem curam gerēte diuina prouidentia, quæ etsi interdū occulta sua

iustitia pmittit homines pessima quæq; moliri, non tamē patitur semp̄ eos voto potiri suo. Habebant cōiurati isti telseram quandam mutue cognitionis, nè ab alijs deprehenderentur, eaque erat eiusmodi, vt si quis eius fœderis esset, p̄contatus ab alio, *Was ist num fur ein wesen?* id est, *Quis modò rerū status est?* interrogatus responderet, *Wir mogen vor den phaffen nit genesen*, hoc est, *Nos præ Clero salui esse nō possumus.* Atq; hunc in modum videbantur illi quidem cum solo clero negocium habituri, sed sub hoc prætextu iugū omne cuiuscūq; magistratū à suis cernicibus deijcere moliebantur.

Huius anni mense Septembri Vualtherus à Plettenberg Magister Liuoniensis, ab Alexandro rege Poloniae, eodemque magno Lituaniæ duce persuasus, bellum mouit Moscouiæ Principi. Promiserat Alexander, se cum magnis copijs ipsi subsidio venturum. At ubi Mosci Plettenbergij aduentum sensere, cum ingenti multitudine ei occurrunt, porrò Alexander non venit. Cernens ergò Plettenbergius se sine summa turpitudine & periculo non posse retrocedere, suos hortatur ad pugnam, & displosis tormentis acriq; facta imprefione, hostes in fugam vertit. Sed cum fugientes præ suorum paucitate & graui armatura persequi nō posset, Moscouitæ re, vt erat, animaduersa, quòd pauci essent cum Plettenbergio, rursus sese colligunt, coguntque in ordines, aggressiq; peditatum Plettenbergij multos ex ijs cędunt, & in ijs aliquot viros fortes & primarios. Fuit tum inter Liuonienses quidam Lucas Hamersterer, qui ad Ruthenos defecit, cuius defectione factum est, vt quadringenti ferè pedites, à Moscouitis crudelitèr perimerentur, reliqua turba cum equitatu ad suos seruatis ordinibus, incolumi euadente. Pauci erant cum Magistro Liuoniensi, alioqui non tam facilè semèl in fugam compulsi Moscouitæ, rursus prelium instaurāssent. Est Liuonia non ita pridem, nèpe anno salutis 1190. aut circitèr per Meinardum quendā virum religiosum, qui ex Lubeco cum mercatoribus eò nauigauit, ad fidem conuersa, quam tamen

tamen Teutonicorum militum ordo multum illic & auxit & tutatus est in nostram vsque etatem, qua ille insignis ordo illis in locis, dum ab auita discedit religione, Moscouitis diripiendum se prebuit, vt dicemus suo loco. Oportet autem Liuonię gentem certę barbaram & ab omni ferę humanitate olim fuisse alienam, quippe apud quam hodieque tanta est idiomatum varietas. Aliter em̄ loquuntur Liuones, aliter Estones, Letti quoque secus atque Curoni. Hęc em̄ idiomata quatuor Liuonię pagos occupant, cum alioqui arces & oppida sint Saxonica. Sunt in Liuonia tres precipuę vrbes, Riga, Torpatum, Reualia, e quibus Reualia, quod mirum videri possit, Episcopum habet, qui subit archiepiscopo Lundenfi in Dania. Sed huius ratio est, quod olim Vualdemarus rex Danię eius nominis secundus, Reualiam extruxit, & repertum illic populum iussit baptizari. translatis eđ ex sua prouincia sacerdotibus, qui populum docerent, & sacramenta administrarent.

Hoc etiã anno Gallorum rex classem in Greciam misit contra Turcas, duce Philippo Rauesteno: qui cum ad Lesbum insulam peruenisset, & Mithylenas tormentis oppugnaret, ea se strenuitate Turcę defenderunt vt re infecta abscedere compulsus sit, cuius deinde classem seu tempestas adeo disiecit, vt post multa pericula dirasque maris iactationes & naufragia Tarentum vix ipse attigerit. Galli eam improsperam oppugnationem Venetis imputant, qui sanę circa id tempus, iuncto sibi Consaluo, cui ob singularem fortitudinem & multa preclara facinora Magni cognomen attributum est, Cephaleniam maris Ionij insulam multo tandem labore expugnauerunt, Turcis ferę omnibus interfectis: itemque sanctę Maurę oppidum ad Leucadem in Nerito insula.

Per id ferę tempus Gallię atque Hispanię reges ex composito Fredericum Aragonum toto regno Neapolitano, quod iam quinquennium obtinuerat, exuunt, ipsique eius ditionem

inter se partiuntur. Fredericus cum coniuge ad Ludouicum Gallię regem nauigauit, & ab illo liberaliter atque honorificę susceptus est, neque id tum solum, cum Neapolim Gallus obtineret, sed etiã cum ab Hispanis inde rursus exturbatus esset. Itã tum sine vulnere Consaluuus Brutios & Apulos in ditionem Ferdinandi Hispani regis redigit, & Alphonsum Frederici filium Tarenti obsedit, ac deinde captum in Hispaniam misit. Huius Neapolitani regni causa quã multus, idemque Christianus fusus sit sanguis, sine horrore neque dici, neque scribi possit. Sed dum Christiani inter se eiusmodi atrocita bella gerunt, mutuisque se vulneribus conficiunt, interea Turcę passim amplissima Christianę Reipublicę regna & imperia inuadunt: & quod magis dolendum est, tanto interdum odio inter se Christiani deflagrant, vt in certissimam Reipublicę perniciem, Turcarum opem & auxilia implorent, iisque Christianos oppugnent & prodant. Eiusmodi intestinis & mutuis Christianorum odijs superiori seculo Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperia miserandum in modum Christianis erepta, in Turcicam sunt redacta seruitutem. Quid plerisque Europę regnis ex hac incredibili animorum in religionis negocijs dissensione, quę iam longę lateque grassatur, quandoque certo certius expectandum sit, nisi pijsimus DEVS pro sua bonitate exulceratos animos in vnus Catholicę fidei & Christianę charitatis concordiam redigat, nihil attinet scribere, cum id facile apud se perspicere queat, quisquis non omnino mentis & iudicij expers est.

ANNO 1503. asperrima eaque diuturna fuit hyems, quam insecuta est estas immodicę estuans & arida, itã vt ob pluuię inopiam & nimium solis ardorem cuncta penę humi nascentia exaruerint, scenum inprimis: parum quoque auenę creuerit, & frumeti magna extiterit caritas. Fuit pretereã hic annus porcis admodum funestus & exitiosus.

Hoc

Hoc anno Philippus Austriacus, Maximiliani Cæsaris filius, ex Hispania reuersus est in Gallias, cumque Lugduni esset, pax ibi confecta est inter Cæsarem, Gallos, Hispanos, sed non diu duratura, sicut ipse rei euentus paulo post declarauit. Sunt qui scribant, Philippum non sine periculo hac tempestate fuisse in Gallia, quod Gallorum regi ubique omnia exploranti ex Germania significatum esset, conscribi Germanos milites, qui regi Ferdinando in Neapolitano regno suam nauarent operam. Verum Philippus apud regem testatus est, se quidem iustum esse pacem conficere: si quid verò interim Ferdinandus rex clam moliatur paci aduersum, id se latere. Atque eam excusationem Ludouicus rex accepisse non malo animo videtur. O quam felices sunt, qui nihil huius mundi appetunt, cum videamus potentissimos reges, quantumuis amplas & opulentas ditiones occupant, tamen semper ferè pluribus inhiare: quod quidem CHRISTVS DEVS à primo ortu vsque ad extremum vitæ huius diem, in summa paupertate apud nos degens, suo exemplo neutiquam nos docuit. Philippus deinde ad Margaritam sororem, quam Philibertus Allobrogum princeps in matrimonio habuit, inuisendam profectus est.

Huius anni mense Augusto obiit Alexander eius nominis VI. Romanus Pontifex, incaute à ministris illi oblato veneno, quod in quodam conuiuio alijs paratum erat. Sumpserat idem venenum etiam alius quidam vir magni nominis, sed ille mulæ recens occisæ vtero inclusus, alijsque pharmacis adhibitis seruatus est. Alexandro successit Pius tertius Cardinalis Senensis, nepos Pij secundi: sed dies tantum sexdecim aut septendecim ea potitus dignitate, excessit è viujs, humanarum rerum vanitatem & inconstantiam suo præpropere decessu mortalibus ob oculos reuocans, ut nè quis huius mundi fluxis, incertis ac momentaneis rebus sese addicat. Eo quoque defuncto, in eius locum successit Iulius secundus, cuius pontificatus anno primo Hispanis & Gallis de

finium diuisione in regno Neapolitano inter se contendentibus, Galli tandem regno Neapolitano cum multa suorum cede depulsi sunt, Consaluo Hispano duce fortissimo, pro Ferdinando rege suo mirifice depugnante. Obsederunt illum aliquandò Galli apud Barolum, sed nouis tum Hispanorum tum Germanorum auxilijs fretus, Gallos, cæso illorum duce Namurfo, profligauit. Cumque rursùm nouus Gallorum exercitus, Tramulio & Fracisco Gonzaga Mantuano principe ducibus, in regnum bipartitò esset ingressus, Consaluus eorum castra aggressus, in foedam fugam per Formianum littus, non paucis eorum cæsis, illos coniecit. Ea re fracti duces Galli, etiam Caietam dederunt ea conditione, ut sua classe vecti, inermes in Galliam redirent. Ità breui interuallo crebrò suos mutauit dominos ditio Neapolitana, & egregie Christianorum arma exercuit, quæ utinam in Turcas & Christiani nominis hostes conuersa potius fuissent. Non dubium, quin facile ille iam pridem coniunctis Christianorum viribus opprimi potuisset, sed nostris castigandis peccatis Turcicæ immanitatis immitia flagella parantur, neque quenquam mouet tot gentium Christiana religione initiatarum plusquam Babylonica captiuitas, qua sub Turcis immanissimè premuntur, donè tandem etiam nos inuoluat. Circa hoc tempus ad Galliæ & Hispaniæ confinia itidè ingenti prælio Galli ab Hispanis victi sunt.

Eodem anno obiit Iohannes è marchionum Badenium familia Archiepiscopus Treuirësis. Fuit huius perquam diuturnus Episcopatus, quippe cui annis septem & quinquaginta præfuit. Vixit annis 79. Successorem habuit Iacobum ex eadem marchionum stirpe, virum ingenio, sacundia, prudentia & eruditione ità cõspicuum, ut vix ea etas parem habuisse feratur. Sunt eius tum naturæ tum gratiæ dotes etiam Itali admirati. Scripsit de antiquitatibus, quarum fuit diligens inuestigator, libros duos. Fuit in Episcopatu annis plus minus octo.

Hoc

Hoc anno Picardus quidam Parisijs in sacello, quod Sanctum dicitur, ex manibus sacrifici ad aram stantis & rem diuinam peragentis, vi abstulit sacram hostiam, & multis adspectantibus viris nobilibus, eam comminuit & iactauit in terram. Coniectus itaque in carcerem, cum nollet, licet à iudice admonitus, tanti sceleris veniam petere, mox, uti par erat, igni concrematus est. Picardi, vel Pighardi inter alios damnatos errores etiã illũ tuetur, quod CHRISTVS non sit personalitèr, corporalitèr & substantialitèr, sed tantũ sacramentalitèr in Eucharistia: atque propterea in ea adorari non debeat, &c. Hunc errorem hodieque Zuingliani & Calviniani sequuntur tanquã veram Euangelij lucem. Verũ contra hunc abominandum errorem & iam olim, cum Berengarius insaniret, & hoc nostro seculo tam multa scripta sunt à grauissimis atque doctissimis viris, vt nemini obscurum esse queat, eos qui ab illo discedere nolunt, non iam imprudentes, sed de industria & malitiosè errare: quod quidem de doctis accipi velim: nam imperita concio ab istis infauis pseudodoctoribus miserandum in modum seducitur & fascinator, vt iam multis locis prorsus ignorent, quidnam credere debeant.

Luterani enim acerrimè defendunt CHRISTI veram & corporalem in Eucharistia presentiam, non tamen sine admixtis quibusdam crassis erroribus: porro Zuingliani non minori contentione negant CHRISTVM in Eucharistia corporalitèr haberi & accipi. Interim verò miserum vulgus miserabilitèr distrahitur in diuersas factiones, nec videt tamen se sub Euangelij & verbi DEI pretextu in certissimum idemque summum & sempiternum salutis suæ discrimen adduci. Verũ de his aliàs.

Fuit hoc anno post seuißimam pestem, quæ alibi tertiam, alibi dimidiam hominum partem consumpsit, diuersorum morborum horrenda lues, quæ multa hominum millia extinxit. Erant in hominibus febres pestiferæ, intestini calores, capitis dolores vix to-

lerabiles, catarrhus, fœtor anhelitus formidabilis. deniquè nihil hic annus præter clades & calamitates attulisse visus est. Et quanuis hæc omnia iusto Dei iudicio ob vindicanda hominum scelera eueniant, tamen qui ijs rectè vti nõrunt, non mediocrem illis adferunt vtilitatem. Væ autem illis, quos nulla DEI flagella possunt ad sanitatem reducere.

Eiusdem anni mensè Iulio diem clausit extremum Heidelbergæ Iohannes Dalburgius Vangionum antistes, pontificatus sui anno duodecimo. Fuit is Græcè, Latinè & Hebraicè doctissimus, & quotiès à functionibus publicis dabatur ocium, libentèr lectioni operam dabat. Eius insignis eruditio non Germanis tantũ, sed etiã Gallicis & Italicis admirationi fuit. Præceptorum habuit, in Græcis præsertim literis, Rudolphum Agricolum Frisium, cuius viri & rara eruditio, & insignis in DEVM pietas fuit. Ea verò præclara & rara laus est, doctrina paritèr & pietate excelluisse. Multos doctos viros nostra ætas habuit, doctos simul & pios non perindè multos.

Fuit hoc anno Conuentus principum electorum Francophordiæ. causa Conuentus paucis comperta fuit. Aderant etiã Maximiliani Cæsaris legati, & Raimundus Cardinalis Gurcensis, sedis Apostolicæ legatus à latere, qui è Colonia per Rhenum & Moganum eò nauigio profectus est. Is deinde per Vangiones & Nemetes Basileam vsque progressus, certior factus est de miraculis minimè contemnendis, quæ creberrima fierent ad sacras reliquias trium sanctarum virginum Kunegundis, Viberadis & Mechtildis. Itaque misit ad pagum *Eichsel* in cuius parochiali Ecclesia eæ virgines conditæ seruabantur, (Est autem is pagus Constantiensis diocesis) Iacobum *Merbolt* Bambergensis Diocesis clericum, vt rei veritatem inquireret. Vbi is eò peruenit, tria insignia miracula ipso inspectante diuinitus edita sunt. Nam & scœmina vno orbata lumine, sanitati restituta est, & paralytica quædam curata est,

est, & mutus linguæ vsum recuperavit. Hęc vbi Cardinalis rescivit, iussit sacras virgines, licet necdum solenni cęremonia & ritu in diuorum numerum relatas, haberi in honore: quippe quorum sanctitatem tot miracula testarentur. Erant tum meliora adhuc tempora, quàm sint hodię, quibus noui Euangelici mundum suis erroribus inficiunt, cüm tamen tot annis ne vnum quidem edere miraculum potuerint, quo sua dogmata confirmarent.

Obijt hoc anno Georgius Bauarię dux, heredem omnium instituens Rupertum filium comitis Palatini, cui iam antę filiam suam collocauerat. Verüm vbi id persensit Albertus propinquior heres, testamento Georgij tanquàm inualido & nullius roboris contradixit. Cüm autem hac ratione nihil proficeret, ad Maximilianum regem, cuius sororem habebat in matrimonio, prouocauit. Et Maximilianus quidem summo perę in eam curam incubuit, vt lis omnis sopiretur, & in concordiam principes redigerentur: at Rupertus, qui alienis etiamnũ consilijs regeretur, Maximiliani decretum, & conditiones non iniquas admittere noluit. Ea res maximam cladem & immaturam mortem Ruperto principi conciuuit. Nam

ANNO 1504. Maximilianus Romanorum electus imperator, vbi se multa clementia singularique humanitate nihil proficere vidit apud Rupertum quorundam consilio transuersim actũ, tum illi, tum omnibus, qui eius partes sequerentur, aqua & igni interdixit, patrique eius Philippo Comiti Palatino mandauit, nę filio proscripso ferret suppetias. Tum verò Philippus animo fluctuare cępit, sanguine hortante nę filio deesset, porrò Imperatoris mandato deterrente, nę quid attentaret.

Vicit tamen paternus affectus, & Imperatoris iussione posthabita, quanta maximę potuit armata manu filio opem tulit. Quamobręm Maximilianus illi equę ac filio bellum denunciauit, eorumque res & ditiones omnibus vastandas & diripiendas permisit. Multi igitur Principes Maximiliani regis iussa

capeffunt, (Erat tum temporis maior quàm nunc sit, in imperio obedientia) & multis locis tam patrem quàm filium oppugnant, grauissimaque vtrique damna inferunt, igni & ferro pleraque loca vastant. Multa quoque Maximilianus Cęsar sinę sanguinis effusione recuperauit, quę Palatinatui erant ex Imperio oppignorata. Non pauca neque parua hoc bello damna irrogata sunt pagis, monasterijs, ecclesijs & rebus ecclesiasticis, quę sub proscriptorum principum ditione erant. Porrò verò nę Maximiliani Cęsaris ira in Philippum amplius inflammaretur, Christophorus Badensis Marchio multis precibus eum flexit ad eò, vt & Principi vehementer afflictò veniam dederit, & etiã alios principes ab vltiori eius infestatione reuocãrit. Nolebat prudentissimus imperator principem penitus conterere, pęsertim cüm videret eum iam nõ mediocriter humiliatum: nec consultum putauit ius electionis à Palatinatu auferri. Fuit verò hoc laude dignum in Principibus, quòd promptę morem gessere Imperatori, cüm eos iussisset receptui canere. Eiusmodi obedientia si in Imperio permanisset, vel solis Germanorum hactenũs sempër inuictis viribus Turcica tyrannis opprimi & procul à cunctis Romani imperij finibus arceri potuisset. Sed cum noua noui Euangelij doctrina, multa in Imperio mutata videmus, in ipsius quidem Imperij certissimam perniciem. Interim dum sic bella feruent in Bauaria & Palatinatu, Rupertus princeps graui confectus animi egritudine, in ipso adolescentis ętatis flore anno ętatis suę 23. vitam cum morte commutauit. Quem eius quoque coniunx non longo intervallo secuta est.

Per idem serę tempus moritur etiã Ludouicus de Helmstat Episcopus Spirensis anno pōticitatus sui vigesimo septimo. Successit illi Philippus Rosenbergius, qui non vno morbo nouem illis annis, quibus gessit Episcopum, cōflictatus est.

Hoc anno à Basilio Moscouitarum principe defecerunt Cazanenses Tartari. Est Cazan regnum septuaginta

ginta ferè milliaribus Germanicis dilans à Nouogardia inferiori. Sunt in eo sagittarij peritissimi. Sunthi Tartari cæteris cultiores. nanque & agros colunt, & habitant in ædibus, & multiplices exercent mercaturas. Subiecerat illos sibi Basilius Moscouiæ princeps, adeò vt ex eius sententia reges acciperent. Verùm hoc anno, vt dixi, iugum illud Moscouiticum à suis cervicibus excusserunt. Eam defectionem multa secuta sunt bella, de quibus hoc loco iam pauca dicemus, nè sit opus res peregrinas particulatim subindè repetere & commemorare. Basilius Moscouita vbi de Cazanensium defectione certior est factus, ingentem exercitum vnà cum tormentis contra illos misit. Cazanenses cùm se viribus impares cernerent, ad astuta consilia conuertuntur. Opponunt castra castris tanquàm iusta acie dimicaturi, sed fortissimis quibusque è suis in insidijs collocatis, ipsi fugam ceu territi capessunt. Mox aduolant solutis ordinibus Moscouitæ, & dum castrorum diripiendis spolijs securi inhiant & incumbunt, eccè tibi derepentè Tartari sagittarij tanto in eos impetu feruntur ex insidiarum locis, vt non solum fugam arripere, sed etiàm tormenta & machinas bellicas relinquere cogentur. Mortuo deindè rege illo, sub quo Cazanenses à Moscis defecerant, alius quidam, Scheale dictus, vxorem eius viduam duxit, & auxilio Principis Moscouiæ & fratris coniugis suæ Cazanum regnum obtinuit. Verùm is inuisus admodum fuit Cazanensibus, tum ob alias causas, tum quòd Moscorum principi addictior esse videretur. Itaque illi vni ex Tauricæ regibus regnum deferunt. Illi aduentanti necessariò cessit Scheale, seque cum vxoribus, concubinis & omni supellectile contulit in Moscouiam vndè venerat. Accidit hoc anno Domini 1521. Rex Tauricæ fratrem suum in Cazanense regnum cum magno exercitu postquam introduxit, traiecto Tanai, Moscouiam rectà contendit. Basilius Moscouiæ princeps nihil tale suspicatus, misit repentè coactum militem cõ-

tra Tartaros: sed illi iam Volgam fluium transierat, & Tauricæ atque Cazanensis reges, qui fratres erant, iunctis copijs, Mosco grauitèr incumbunt. Cernens autem Basilius se illis impari, relictis quibusdam in Moscouiæ castrò viris primarijs, adiuncto illis præsidio, indè aufugit, adeò quidem immodico correptus timore, vt fama fit, eum aliquandiù sub fœni aceruo delituisse. Tartari vltra progressi, summum terrorem Moscouitis attulèrunt, ità vt certatim omnes in amplissimum Moscouiæ castrum cum rebus suis confugerent: vndè necesse erat certissimam oriri pestem ex tanta hominum colluue & intolerabili fœtore, si hostes vel paucos dies ad castrum substitissent. Erant tum in castrò aliquot Germani tormentorum fusores & magistri: eorum opera Moscouitæ seruati sunt. Iam enim Præfectus arcis & qui cum eo erant in præsidio, Tartaros muneribus placandos statuerant, & id gratum habuèrunt Tartari, sed ea conditione, vt Basilius scriptis literis testaretur, se perpetuum regi Tartaro tributum persoluturum, quemadmodum eius Maiores fecissent. Scripsit eas literas Basilius, & Tartarus à Moscouia recessit. Erat autem in eius exercitu Polonus quidam, qui mira astutia conabatur castrum Moscouiticum occupare, nec res à periculo aberat, sub prætextu quodam reuertentibus subindè Tartarorum aliquot turmis. Moscouitæ quidem iam planè animum desponderant, sed machinarum siue bombardarum magister Iohannes Iordanus, ex valle Oeni oriundus in Germania, ex suo arbitrio tormentis ordine collocatis, & in Tartaros ac Lituanos displosis, eos omnes ingenti terrore correptos in fugam coniecit. Tartarus rex de iniuria apud præfectum arcis conqueritur, sed ille suo iniussu tormenta exonerata respondet. Itaque ille sibi tormentorum artificem dari postulat, & certè parùm abfuit, quin pro tanto beneficio Tartaris deditus fuisset bombardarius, nisi vnus præfecti autoritate & humanitate seruatus esset. Porrò Tartarus confestim abscessit, adeò vt

APPENDIX AD NAVCLERI CHRONICA, EX OPT.

lucras pendendi tributi annui in arce reliquerit. Fertur autem octingenta hominum millia, quanquam id incredibile videatur, ex Moscouia in captiuitatem abduxisse: quos partim Turcis in Capha vendiderit, partim interfecerit. Nam Tartari infirmos & senes ita solent iuuenibus, quouis genere mortis perimendos, obijcere, quò primæ militiæ tyrocinia indè addiscant, vt apud nos lepores canibus. Qui autem venduntur, perpetuos sex annos seruiunt, haud dubiè duram seruitutem: indè quidem liberi fiunt, sed è prouincia discedere non audent. Postquam Tartari in Tauricam abière, Basilius Moscouiam redijt, atque sequenti anno cum maximis copijs, atque etiàm multis tormentis, quibus antea nūquam Moscouitæ in bellis vsi fuerant, Tartaros debellatum abijt. Sed cum ea vice parùm profecisset, alio anno maiorem etiàm exercitum in Tartaros duce Michaële Georgij, vno ex præcipuis consiliarijs suis misit, qui regem Cazanensem oppugnarent. Verùm ea oppugnatio hunc finem habuit, vt Moscouitæ multa pressi commeatûs inopia, Tartaris eum miris modis non semel intercipientibus, tandèm soluta Cazanensis castri obsidione, non sinè dedecore in Moscouiam reuersi sint, ea conditione, quòd Tartari missa Legatione, à principe Basilio pacem peterent. Ferunt in eo exercitu Moscouitarum fuisse ad centum & octoginta millia. Præfectum auro Tartarico corruptum quidam putant ab occupanda arce Cazanensi abstinuisse, cum non deesset opportunitas. Non longè ab his Cazanensibus Tartaris in quadam insula à grauissimis viris narratur semen quoddam inueniri, non absimile melonum semini, paulò tamen maius & rotundius, ex eoque in terram condito quiddam agno similimum enasci, quinque palmarum altitudine. nam & caput, oculos, aures, cæteraque omnia in formam agni recèns editi, pellem etiàm subtilissimam habere, qua permultijs in locis ad subducenda capitum tegmina vtantur. Tum quoque plantam illam, si tamen sic di-

cenda sit, carnem quidem nullam, at tamen sanguinem habere, sed carnis loco materiam quandam cancerorum carni persimilem: vngulas verò non vt agni corneas, sed pilis quibusdam ad cornu similitudinem vestitas: radicem illi ad vmbilicum ceu ventris medium esse: viuere autem tantispèr, donèc depastis circùm se herbis, radix ipsa pabuli inopia arefcat. Deniquè miram eius esse suauitatem, quæ lupos & cætera rapacia animantia ad eam deuoradam inuitet. Hoc quidem propemodùm commentitium esse videtur, nisi à multis minimè contemnendis hominibus confirmaretur. Sed quid præpotenti Deo difficile est? quem admirari & laudare debemus in operibus eius.

ANNO 1505. excessit è viujs Bertoldus, ex comitibus Hennenbergensibus Archiepiscopus Moguntinus, anno pontificatus sui 21. Multæ huius Pontificis commemoratur egregiæ doctes, singularis prudentia & auctoritas, ingenij acumen, præclara facultas, in rebus agendis multa circumspectio, consilij maturitas, insignis experientia, laborum inuicta tolerantia. Fertur etiàm Ecclesiam Moguntinam, tum temporis non mediocri ære alieno prægrauatam, magna ex parte restituisse. Successit ei Iacobus de *Siebstain* Sueuus, summæ ædis Moguntinæ decanus, vita & moribus inculpatis, sed calculi morbo vehementè afflictus. Solent plerunquè homines illos miseros iudicare, qui duris conflantur morbis & aduersis fortunæ flatibus iactentur: contra beatos, qui prospera sempèr fruuntur fortuna & valetudine. Sed scriptura diuina pijs omnibus non ferè nisi aduersa & aspera in hac vita euentura prædicit, impijs verò iucunda & prospera. Dionysius Areopagita vetustissimus idemque sanctissimus scriptor, libro de Diuinis Nominibus capite octauo: Hoc verè, inquit, dici potest, potius esse diuinæ iustitiæ proprium, non demulcere & dissoluere virilem optimi cuiusque animum terrenorum bonorum largitionibus. Immò & DOMINVS ipse in Apocalypsi, Ego quos amo, ait, Apoc. 3. arguo

arguo & castigo. Porrò de impijs alio loco, Dimisi eos, inquit, secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis. Hoc obiter dictum fit propter multorum cæca iudicia, qui rebus ad voluntatem fluentibus, putant propitium se habere Deum, licet malè vivant: contrà verò iratum, si secus accidat, etiam si studeant benè vivere.

Eodem anno sub mensis Iulij initium Maximilianus Cæsar Comitia habuit Colonia Agrippinæ, multis eò principibus, comitibus ac nobilibus confluentibus. Ibi pax conciliata est inter Albertum Bauarum & Philippum Palatinum principes. Conditiones pacis in medium propositas Cæsar sub gravissima læsæ Maiestatis pœna servari iussit. Interim verò dum Conventus hinc Coloniae agitur, Maximilianus de Geldrensi rebellione fit certior. Itaque convocatis principibus, comitibus & nobilibus omnibus, qui tum Coloniae aderant, navigio in Geldriam proficiscitur, opem laturus Brabantis, qui Arnheimium Geldriæ oppidum obsidebant. Dux ubi sensit non contemnendas Cæsaris vires, saniori usus consilio, sub certis conditionibus urbem dedit, quam illæsi civibus Cæsar accepit, & Ducem quoque quibusdam interpositis pactis in gratiam recepit. Inde Coloniae multa principum ac nobilium frequentia stipatus redijt, magna eius amplissimæ urbis civium gratulatione exceptus, cunctis tota urbe campanis alacriter concrepantibus.

Visus est hoc anno seuus cometes in Palatini ditione inter occidentem & septentrionem, qui suo formidabili aspectu non paucos terruit.

ANNO 1506. Mulhusenses ab Austriacæ domûs dominatione deficiunt ad Heluetios, pactumque cum eis fœdus literis sigillo munitis confirmant. Per id tempus rebellabant Hungari.

Qua re cognita, Maximilianus Cæsar multo conscripto milite Presburgum oppidum obsidere instituit. Verùm Hungari cum animaduertissent Cæsaris magnum animum, copio-

sumque exercitum, pacem postularunt, eamque interuentu quorundam antistitum & procerum regni sub certis quibusdam conditionibus impetrarunt. Post obitum Matthiæ Huniadis clarissimi Hungariæ regis, Maximilianus eius relictam viduam Beatricem, filiam Ferdinandi regis Siculi, sibi matrimonio iungere voluit: sed cum id cunctantius ageret, præventus est ab Vladislao Casimiri Poloniæ regis filio, qui tum Boemiæ regnum obtinebat. Percepto igitur regni Hungarici diademate, Vladislaus rex appellatus est. Verùm cum Maximiliano pactus est, ut si absque legitima prole decederet, Hungariæ Boemiæque regna ad eum eiusque successores devoluerentur. Vladislao autem successit filius eius Ludouicus, cuius soror Anna nupsit Ferdinando optimo & Christianissimo principi, qui non solum Hungariæ, sed etiam Romanorû rex, ac tandem Imperator factus est.

Fuit hoc anno per Sueviam & Rheni oram sæuissima porcorum lues, ita ut nemo ferè plerisque locis porcinas carnes vel vendere, vel emere auderet.

Hac tempestate Ludouicus Gallorum rex cum Mediolani Principatum à Maximiliano Cæsare tanquam Imperij beneficiarius accepisset, pacem et fœdus cum illo ictum rupit. Ità nunquam diù licuit orbi Christiano pace & ocio frui, nouis subindè bellis & bellorum causis, quibus paulatim Christiana Respub. miserabiliter attrita est, emergentibus.

Hoc anno Ioachimus Brandeburgicus Elector, multis egregijs corporis atque animi dotibus insignis princeps, Academiam pulcherrimam instituit Francophordiæ ad Oderam, approbante Iulio 2. Pontifice, & certis priuilegijs eam cohonestante. Est situs oppidi amœnissimus, præterlabitur Viadrus fluuius piscosus, quem alij Oderam vocant, multi que colles vinearum præcipuam adferunt spectantibus voluptatem, & quod studiosos facillè allucere solet, paruo illic viuitur, & com-

modissima habentur studiosorum habitacula. Sequuntur autem Luteri doctrinam, à qua toto vitæ suæ spatio Ioachimus Princeps, vehementer abhorruit, nec in sua eam ditione disseminari passus est. Fuit autem idem Princeps etiam Latine doctus, & studiosorum atque studiosorum præcipuus fautor & Meccenas.

Eiusdem anni mense Aprili Vlysbona in Lusitania ingens civium in Iudæos recens baptizatos tumultus concitatus est, quod ij simulatè tantum salutaribus vndis tingi se permisissent, cum interim nihilo minus Iudaico ritu clam Pascha celebrarent. Tulit id molestissimè populus Christianus, & apud regem de ijs questus est. Rex se decem ex illis capi quidem iussit, sed postea impunè dimitti. Cernens hoc populus, mussitat contra regem & præfectum, tanquam muneribus corruptos: factaque conspiratione, vno animo omnes viri & sceminae tumultuantur contra Iudæos pseudochristianos. Aderant illis adhortatores tres monasticae vitæ cultores, & per urbem vociferabantur, Misericordia misericordia: sequantur nos quotquot CHRISTI fidem & crucem diligunt, cadantur omnes sacrilegi Iudæi, qui baptismum prophanarunt &c.

Fit igitur magnus armatorum hominum, sceminarum quoque & iuuenum concursus, vt solet in eiusmodi tumultibus, perque urbis plateas volitantes, Iudæos omnes recentè baptizatos, quotquot inuenire poterant, ad sexcentos vsque trucidant, & in sancti Dominici planicie ignibus iniectos comburunt. Denique intra paucos dies, quibus hic feruebat tumultus, Vlysbona & in propinquis villis mille nongenti triginta Iudæi perempti feruntur. Aberat per id tempus rex Lusitanus ab Vlysbona aliquot miliaribus. Vbi autem de hac cæde certior est factus, indignè tulit, iussitque in Iudæos excitatæ persecutionis authores comprehendere. Capti sunt igitur & in vincula coniecti amplius ducenti, è quibus aliquot sunt

flammis consumpti, alij capite plexi, nonnulli in crucem aëti, plerique facultatibus omnibus nudati, è patria in exilium pulsi sunt. Fuit quidem zelus ille non reprehendendus, quo detestabantur Iudæorum perfidiam: sed non videtur laudanda temeritas, qua priuata autoritate de illis supplicium sumere voluerunt. Vetus lex in omni sacrificio iubet sal offerri, hoc est, vt etiam rectè facta nostra, ex recte rationis præscripto prudenter & moderatè, nihil temerè & inconsultò geramus. Nam alioqui sinè hac prudentia & moderatione, siue (vt habet vulgaris loquendi vsus) sinè hac discretione, etiam virtutes abeunt in vitia: quò pertinet etiam illud, Summum ius, summa iniuria.

Apparuit hoc anno cometes mense Augusto paucis admodum diebus inter septentrionem & orientem sub vrsa minore, & vtrunque tam leonis quam virginis signum occupans. Visus est prænunciare mortem illustrissimi Principis Philippi, regis Hispaniæ, Archiducis Austriæ &c. Mortua enim Elizabeth regina Castellæ, Ferdinandi regis Hispaniæ vxore, sinè virilis sexûs liberis, regni Castellæ hereditas ad Iohannam eius filiam natu maiorem peruenit, quæ Philippo nupsit. Is igitur dotis nomine regnum consecutus, magna parata classe ex Flandria soluit, Hispaniam petiturus, multis stipatus nobilibus ac illustribus viris. Sed inter nauigandum seua tempestas deimprovisò orta est, & classis aliquandiu iactata fluctibus, tandem dissipatur, ac naues aliæ aliò circa Angliæ littus propelluntur. Naues prætorias cum duabus alijs in Vynmuthum portum perlata est, vbi rex Philippus & animo & corpore ob maris insolentiam defatigatus, scapha conscensa, in terram se cecit. Vbi rumor increbuit, peregrinas appulisse naues, fit repentè concursus accolarum, præsertim nobilium ad eam oram degentium, vt vi depellant, si hostiles sint. At postquam didicere amicas esse, Thomas Trencherdus eques Philippum adit et obnixè precatur, vt ad ipsius

vicinum domicilium velit diuertere. Superuenit & alius eques Iohānes Carous magna armatorum manu stipatus, is vnā cum Thoma orat Philippum, nē in salutato Angliæ rege discedat, præsertim intra biduum, aut ad summum triduum ad futuro. Philippus quidē primò negat ob temporis angustiam, dein dē assentitur. Hēricus rex eius nominis septimus, cognito Philippi aduentu, ob veterem amicitia incredibili gaudio afficitur, mittitq; heroum cateruas obuiam, qui Philippum ad ipsum deducant. Verūm Philippus nihil iam moratus, ad regem in castrum Vuidesorium proficiscitur, nec multò post etiā Iohanna coniunx eius secuta est. Rex autem post multa amica colloquia Philippum duxit Londinum regni caput. Ad extremū renouato cū Henrico rege fœdere, Philippus in Hispaniā proficiscitur. Iam em̄ reddita dudum tranquillitate, classis disiecta ad Angliæ littus conuenerat. Vbi in Hispaniam ventum est, receptus est Philippus tanto Hispaniæ procerum studio, vt Ferdinandum regem socerum desererent, cui tanquā ætate iam affecta, nec admodum liberali, vt fertur, facile omnes nouum regem annos natum 28. & vitæ splendore florentem, anteferebant. Ferdinandus verò eam suorum leuitatem detestatus, Neapolim nauigauit. At Philippus paulò post ab cæli noua intemperie febre correptus, in Burgēsis oppidi castro vita functus est, magno sui plerisque omnibus desiderio relicto. Genuit ex Iohanna filios sex, mares duos, Carolum & Ferdinandum, ambos Romanorum Imperatores: fœminas quatuor, Eleonoram, Elizabeth, Mariam & Catharinam. Fuit autem statura iusta, facie venusta, corpore crasso, ingenio bono, animo forti & liberali. Est hoc quoque exemplum memorabile humanæ fragilitatis & miseræ, quandò tantus princeps in eo vitæ ac fortunæ mirificè ardentis splendore, in eo ætatis flore & robore, præter omnem expectationem rebus humanis eximitur, alijsq; suo exemplo luculentè ostendit, quā nihil sit sub sole diuturnum, quā meritò contemnenda sint omnia, quæ possit offerre

hic mundus: Filij hominum, vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium?

Eodem anno Iulius Pontifex Iohannem Bentiuolum virum præpotentem, Gallorū viribus adiutus, Bononia eiecit. Iam Galli portis exercitum adiuerāt, cū Bentiuolus senex septuagenarius, malè sibi à Pontifice metuēs, ad Gallos confugit, & tandē Mediolani exul interijt. Domus eius magnificētissimæ structuræ, mediū vrbis locum occupans, vt abominandi dominatūs memoria penitūs aboleretur, concurrentis populi impetu à fundamentis euersa est.

ANNO 1507. Genuenses, pulsa nobilitate, statum popularem induerunt, Paulo Nouio viro plebeio ad summum honorem immodico populi fauore euecto. Sed eos Gallorū rex Ludouicus armis subegit, & Gallico coëgit parere imperio. Porrò Paulum Nouium è fuga retractū, capite plecti iussit. Satius illi fuisset, si sorte contentus sua, ab illo inauspicato principatu penitūs abstinuisset. Sed plerunquè homines præcipites agit immoderata dominandi libido.

Ortum est etiā bellum inter Maximilianum Cæsarem & Venetos, partim à Carnicis alpibus, partim ad Tridentinas fauces, & primò quidem Liuianus Veneti exercitūs dux multam Germanorum stragem edidit, aliquot etiā Germanicæ ditionis oppidis vi expugnatis, & Veneto imperio adiectis: at verò Cæsar ea affectus iniuria, cū Pontifice & Galliæ rege Ludouico aduersus Venetos Cameraci coniurauit, idque tanto silentio, vt cū fœdus illud, quod Italiæ supremam propemodum cladem attulit, obscuris indicijs in publicum emanaret, Veneti vix tandē ictum credere potuerint. Maximilianus quoque apud Constantiam habuerat comitia, vbi multa de Venetis questus fuit, quòd cum Gallo aduersus ipsum conspirassent. Itaque tum eius belli suscepta sunt confilia & initia, quod in annum vsque 1517. perdurauit, maximo Venetæ Reipublice

publicæ detrimento. Veneti enim immoderata affecti cupiditate, ex maximorum Principum cladibus ditiones suas multis occupatis urbibus, summa cum inuidia protulerant. Gallus ante omnes cum amplissimo exercitu in Italiam transgreditur, & valida quoque manu Venetorum duce Liuiano ipsi occurrente, ad pugnam ventum est, in qua permulti ex Venetis ceciderunt, capto Liuiano. Secundum eam victoriam intra paucissimos dies sine vulnere Bergomum, Cremonam, Cremam & Brixiam Gallia rex recepit, Veronam, Vincentiam atque Patauium Cesar cepit, Iulius Pontifex Ariminum, Fauentiam, Ceruiam & Rauennam recuperauit: Porro Hispano regi Senatus Venetus Apuliae vrbes Sipontum, Tranium, Monopolim, Brundisium & Hydruntum sponte restituit. In hac Venetae Reipublicae penè suprema calamitate Turcicus Imperator non modò fidem seruauit, sed etiàm copias auxiliares Venetis studiosè obtulit. At illi, quod certè præclaram in eis meretur laudem, gratias quidem egerunt Turcae, quòd fidem egregiè coleret, sed tamen eius auxilijs sibi minimè vtendum putarunt, puto detestati barbari regis in Christianam religionem odium inexpiabile, licèt Christianos quosdam proceres subindè non puduerit cum illis impijs CHRISTI DEI hostibus, contra Christianos foedus percutere, & ad Christianorum inuadendas ditiones eos prouocare atque extimulare: quasi verò nescirent, eiusmodi ferè occasione Græcorum imperium ab illis spurcissimis suis superioris seculi occupatum.

Hoc anno magna damna in venetis & frugibus intulit sauiissima grandinis tempestas, præsertim in ditione Vuirtembergica. Rotenburgi ad Neccarum fluium tanta fuit grandinis rabies, vt & fenestras & tecta ædium comminuerit. Tertio quoque Calend. Iulij in tempestæ noctis silentio turbo vehemens tantam excitauit tempestatem, vt & arbores radicitus euulsæ atque procul disiectæ, & ædificiorum tecta ac te-

gulæ abreptæ, domus & horrea concussæ, plurimaque arboribus damna data sint.

Eodem anno Carolus Geldricus Dux rupto foedere, quod illi erat cum Maximiliano, Gallico auro & milite fretus, Brabantos vehementer affixit, & prædas ex illis egit egregiè. Anno sequente idem à populatoribus illis aëritatum est, sed non pari rerum successu. Nam dum onusti præda ad suos se recipere volunt, à Namurcensibus cæsi atque prostrati sunt.

ANNO 1508. æstas perpetuis fuit pluuijs madida, quæ res locis non paucis porcos & boues tabida quadam lue & peste intercutanea afflixit & perdidit.

Hoc anno, 3. Calend. Martij obiit Philippus Palatinus princeps post diturnos podagræ, chiragræ & calculi toleratos acerbos cruciatus. Huiusmodi flagellis solet pijsissimus DEVS admonere malos vt resipiscant, & exercere bonos, vt sublimius in cælis coronentur, vbi certè non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, vt Apostolus ait. Reliquit is princeps septem filios & tres filias, quarum postremò genita Diui Benedicti complexa institutum, sanctè & piè vixit: multò felicior contempto mundo, quàm aliae sorores, quæ principibus viris matrimonio iunctæ fuere. Obijt non longè post etiàm Albertus Bauariæ dux, relictis tribus filijs, Guilhelmo, qui ei in principatu successit, Ludouico et Ernesto. itemque filiabus quatuor. Coniugem habuit sororè Maximiliani Cesaris, quæ ab eius obitu facultatibus omnibus nuncium remittens, vt CHRISTO immortalis sponso totam se liberius tradere posset, Monaci, quod est pulcherimum Bauariæ oppidum, monasticum est viuendi complexa genus, egregium de se præbens eximij in DEVM amoris & virilis constantiæ exemplum, rarum in principibus foeminis, vt posthabitis pompis & vanitatibus seculi, cupiant vni vacare DEO: sed quanto rarius, eo præstantius. Omnia enim

enim præclara rara, laudabilia & pulchra, vt rectè in Ethicis ait Aristoteles. At longè secùs affecti sunt, qui habent spiritum huius mundi, quibus huiusmodi vitæ instituta aut horrore sunt, aut contemptui.

Fuerunt hoc anno magni per Germaniam & Italiam terræ motus, aërisq; intemperies arbores & arbusculas, nè frondere possent, diù retardauit, donè quasi ab insperato Dei benignitate cōmodus aër eam tarditatem compensauit. Propter id genus verni temporis clades & pericula auertenda iam olim institutæ sunt hodieque apud Catholicos fiunt Litanix & publicæ supplicationes ad Deum & sanctos eius, sed eæ hodiè apud Euangelicos prorsùs iacent, apud Catholicos plerosq; admodum incuriosè seruantur, & ideò tam propicio nunc vtimur Deo, tantaque est rerum vitæ degendæ necessarium atque annonæ copia & vilitas.

Obijt huius anni mense Septembri Iacobus de *Liebenstain* archiepiscopus Moguntinus, non totos quatuor annos eo functus pontificatu. In eius locum successit Vriel de *Geminigen* summæ ædis Moguntinæ Decanus.

Non diù post secutus est eum mense Octobri Hermannus Haliæ Langrauius & Archiepiscopus Colonienfis, cum illi Sedi præfuisset annis 28. Eius Principis præter alias virtutes, insignis fuit benignitas & liberalitas in pauperes, adeò vt nullum mendicum à se vacuum discedere pateretur. Ea virtus maximè decet principes, præsertim Ecclesiasticos, qui suis, immò Ecclesiæ facultatibus, quarum sunt dispensatores, non ad luxum, sed ad benignitatem vti debent, quemadmodum multi olim sancti Pontifices fecerunt, & nostra quoque ætate nonnulli faciunt. Hermannus Pontifici successit Philippus comes Oberstenius, qui sua prudentia & industria plurimùm contulit Ecclesiæ Colonienfi.

Hoc etiàm anno sub mensis Augusti initium immanissima extitit apud

Stutgardiam imbrum tempestas, quæ muros, domos, horrea funditùs abiret, homines & iumenta demergeret, vinetis erasa & abspontata humo maxima detrimenta adferret. Est autem Stutgardia in ditione Vuirtembergensi, vbi duces Vuirtembergici habent elegans & regium castrum. Ager eius vrbs, vini egregij tam est ferax, vt dici vix possit, quantam in singulos annos vini copiam proferat.

A N N O 1509. magnus fuit tumultus Erphordix ob exactiões insolitas, quas populus nimium graues querebatur, præsertim quòd quotannis fierent. Res tandem cò perducta, vt populus non dubitaret Senatū omnem mouere loco, & alium subrogare, qui excussis libris accepti & expensi, codicibusque rationarijs siue regestis, inuenerunt oppidum grauissimo pressum ære alieno, ad summam vsque sexcètorum millium aureorum, vnde quotannis reditum triginta millium aureorum pendere cogebantur. Porrò compertum est, aliquot millibus excedere eam summam, quam in annos singulos reciperent, hunc quem diximus reditum. Ea res ingentes concituit turbas, adeò vt populus omnes è Senatu motos in carcerem coniecturus fuerit, ni illi fuga sibi mature consuluisset. Quosdam tamen carceri manciparunt, & ex ijs vnum iam ætate grauem, in crucem agere non dubitauerunt. Tumultus huius occasione inter Moguntinum Pontificem & Fredericum Saxonix principem lis orta est, & propemodum ad arma ventum esset, ni se sequestrum interposuisset Herbipolensis Episcopus Laurentius Biberanus, vir magnæ dexteritatis, cuius industria effectum est, vt partes armis positis, Cæsaris sententiam expectaret. Erphordienfes interim ciues cōsiliū capiunt in annos singulos noui creandi Senatūs, à quo dati & accepti rationem reposcant.

Hoc anno in Britannijs à vita discessit Henricus eius nominis septimus Angliæ rex, vndecimo Calendas Maij in sua Richemondia villa, vbi

Franciscanorum obseruantum cœnobium condiderat. Regnavit annos tres & viginti, vixit 52. Suscepit ex Elizabeth vxore filios octo, mares quatuor, & totidem fœminas: reliquit superstites tres, Henricum principē Vuallia, qui illi in regno successit, Margaritam & Mariā. Corpore fuit gracili, sed benè firmo ac valido. statura quæ parùm iustam excederet, forma eximia, ingenio perspicari, animo excellenti & forti in summis quoquè periculis. Placidum & humanum se præstabat, superbiam verò & arrogantiam adeò detestabatur, vt quos illis vitijs laborare comperisset, ijs asperum se præberet. Regnum multis opibus auctum post se reliquit: qua in re solebat quadam vti industria singulari, mercatoribus non rarò pecunia ad tempus data gratuitò, vt mercatura in ipsius regno esset frequentior & copiosior. Atq; hac ratione effectum est, vt quotannis à mercatoribus vtrò citroq; commeanibus maxima auri & argenti vis in regnum importaretur. Religionem alacritè obseruauit & coluit, libenterque rebus diuinis interfuit, nec facile villo vel negotio vel tempore ab eis excludi se passus est. Attentè audiebat quotidie bina ternave Missæ sacra, & sæpè conciones sacras: pauperibus assiduè elemosynam præstabat per suū elemosynarium. Sacerdotio honorem habebat, illudque piè colebat, libens iuuabat, largè augebat. Orabat multum, & festis præsertim diebus preces dicebat horarias, quas vulgò horas Canonicas vocant. Nè tamen solis suis precibus contentus esse videretur, solebat clam pijs & religiosiis sacerdotibus largitiones facere, vt pro ipso orarent, atque etiàm post obitum toto regno certis in templis pro se preces & sacrificia fieri voluit. Fecit testamentum, & primum omnium iussit restitui, si qua in fiscum regium iniuste illata essent, domumque hospitem, qua inopes reciperentur, in suburbij Londinensibus ab se inchoatâ perfici. Sub eiusmodi principibus solent florere regna. Nam certum est, quò principes in Deum religiosiores sunt, eò quoquè illis omnia felicius succedere, Deo Opt. Max. illos

mirabiliter protegente & amplificante. Hisce temporibus cum in Italia, bellicis tumultibus omnia arderent, politiores literæ tum Græcæ, tum Latinæ in Germaniam, Galliam, Angliam Scotiam sese diffuderunt, ita vt illæ nationes, quas Itali barbaras dicere consueissent, iam multos tales viros certim proferrent, qui Italis non modò necedere, sed etiàm illos aut æquare, aut etiàm superare viderentur. Olim scriptores exteri, Iulius Cæsar, Cornelius Tacitus, Seneca, Liuius & alij de Germania sic scripserunt, vt eam planè contempsisse videatur. Fuit Germaniæ terra, ait Cornelius Tacitus, ab initio in vniuersum aut syluis horrida, aut paludibus infœcunda, aspera cælo, tristis cultu conspectuq; humidior qua Gallias, vêtosior qua Noricum ac Pannoniam adspicit, frugiferarum arborum & omnis culturæ impatiens, pecorum scœcunda, sed plerumquè improcera. Ne armētis quidē suus honos aut gloria frontis. Numero gaudent, eaq; solæ & gratissimæ sunt opes. Argentum & aurum propitij an irati dij negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim nullam Germaniæ venam, argentum aurumve gignere. quis enim scrutatus est? Seneca quoquè libro de gubernatione mundi, Germani, inquit, errant incertis sedibus, sunt apud eos perpetuæ hyemes, solum infœcundum, nullæ ædes: venationibus viuunt. vbicunquè nox fessos laboribus deprehendit, cubant sub frondibus, aut in speluncis foueisve. Non habent domos, sed casas folijs & culmis contentas. Incolæ circumaguntur chorizontium more in congelato mari, vicitantes carne ferina, gens nuda & pellibus solum ferarum vestita, & propterea vilis despectaq; ab omnibus. Sic nimirum de Germania nostra sensere prisca illi scriptores: quæ tamen si cum præsentium Germaniæ statu conferatur, longè falsissima comperientur. Itidem ergo etiàm in literarum cognitione accidit, quæ hac tempestate paulatim in Germania, Anglia &c. ita florere cœperunt, vt iam Itali citra ruborem transalpinas nationes barbaras appellare nò possint. His enim temporibus præcellentes viri & scœ-

& sceminae illustres ubique gentium cœperunt promouere bonarum artium studia, & apud Anglos quidem (vt de reliquis interim taceam) Margarita Henrici regis mater sanctissima, hortata Iohannis Fischerij Roffensis Episcopi, viri summa doctrina, summa gratia, summa integritate (qui postea sub Henrico octauo, cum illius secundas nuptias, priori viuente coniuge, approbare nollet, capite plexus est) Cantabrigiæ bina extruxit studiosorum collegia, quibus etiã ad victum necessaria liberalitè impartita est. Itemque aliquot Angliæ insignes episcopi diuersis locis collegia exædificârunt, vbi bonis literis studiosi imbuerentur. Et certè gratulandum est hisce regionibus, quas barbaras Itali vocant, quod ad solas terras relegata barbarie, in literis humanioribus mirificè profecerint: verum id tamen moderatè, quandoquidem videmus cum literarum exultiori peritia tot paulopost errores inuectos, vt nemo id pro dignitate deplorare queat. Solent horum temporum noui Evangelici, qui plerumquè sola linguarum peritia imperitè multitudini sese venditant, acerbissimè in Catholica Ecclesiæ abusus inuehi, ita vt propter abusus etiã res ipsas è medio tolli velint, immò & è medio locis non paucis sustulerint. Sed cur illi non eodem zelo è tota Europa literas politiores & linguarum cognitionem proscribunt? An verò obscurum est, permultos hodiè literarum peritia petulantissimè abuti? Cum ergò propter literarum & artium abusum eas damnari nolint, quid ita impotentè Ecclesiæ abusus vnà cum rebus ipsis tollendos vociferantur? Multi hodiè insignitè eruditi turpissimè errant, nec erroris alia ferè causa esse videtur, quàm ipsa eruditio: quanquàm non est in causa eruditio, sed eruditionis abusus. Cum enim qui verè eruditi sunt, tantò debeant esse summissiores & modestiores, quantò sunt insigniori eruditione præditi, isti contrà sua eruditione efferuntur: & cum linguas vtcunquè calleant, putant se iam etiã in rebus Theologicis plus videre, quàm

vel tota videat scholæ Parisiensis, immò Ecclesia vniuersa: & fit in illis verum quod Apostolus ait, Scientia inflat: eam verò inflationem sequitur iusto DEI iudicio illa terribilis pœna, quam alibi his verbis cõmemorat idem Apostolus, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. An non verò hoc in permultis hodiè videmus, non vulgari alioquì doctrina præditi? Quos non illi prorsus absurdos & abominandos errores pro illustri veritate & ipsissima Euangelij luce miserrimè plebeculæ obtrudunt? Num hoc eruditioni & literis impurandum est? Non est id quidem, sed illorum deprauatis & elatis ingenijs, quæ rebus bonis pessimè abutuntur. Sicut ergò propter eiusmodi corruptorum hominum abusum non sunt tollendæ neque damnandæ bonæ literæ, ita etiã propter abusus quosdam nulla ratione rejicienda & damnanda sunt Catholicae Ecclesiæ instituta, ritus & cæremoniæ, quod tamen nemo ferè hodiè propensius facit, quàm illi ipsi, qui bonis literis in suam & aliorum perniciem sceleratissimè abutuntur.

Hoc tempore Henricus eius nominis VIII. Angliæ rex, postquàm patri defuncto iusta perfoluit, in matrimonium duxit Catharinam Arthuri fratris sui coniugem, qui admodum tenera ætate eam duxerat, sed per ætatis imbecillitatem nullas ex ea proles susceperat, immò & virginem eam reliquerat, quemadmodum non solum ipsa sanctè affirmabat, sed etiã cum ea testabantur matronæ probatissimæ. Vt autem nullus relinqueretur conscientia scrupulus, voluit Henricus rex authoritate summi Põtificis eas sibi nuptias permitti. Agebat Henricus annum ætatis xvij. Porrò Margarita aua eius mulier prudentissima, cum videret illi per ætatem necdum licere suum præstare officium, consultissimè id effecit, vt optimorù & sapiētissimorum procerum consilijs dirigeretur, in quibus erät Guilhelmus Varanus Cætuariæ Archiepiscopus regni Cancellarius, & plerique alij egregij viri: qui cum non igno-

1. Cor. 8.

Rom. 1.

igno-

ignorarent tantam illi in numerato & rebus mobilibus hæreditatem venisse, quantam nulli ante ipsum Angliæ regi, nè ea rerum opulentia animum eius corrumperet, cœperunt eum negocijs gerendis studiosè assuefacere, à quibus tū adhuc abhorreere videbatur. Deindè 8. Calendas Iulias cum Catharina vxore, quæ fuit Caroli V. Cæsaris matertera, à Cantuariensi Archiepiscopo coronatur, publico totius regni plausu & gaudio, quod tñ nō mediocritèr perturbauit mors Margaritæ auæ Henrici, non parū illi regno detrimentosa.

Hoc ipso anno desijt esse in humanis Guilhelmus Lantgravius Hassiæ, sacro igni alijsque medicinam omnem respuentibus morbis consumptus. Reliquit Philippum filium, natum anno salutis 1504. qui postea rerū potitus est. Eodem anno apud Bernates in Heluetijs quidam instituti dominicani inconsulto admodū ac temerè oppugnantes immaculatam virginis matris conceptionem, cœperunt etiā cōmentitijs quibusdam miraculis & visionibus suam apud vulgus opinionem tueri. Abusi ad hoc erant quodam simplici fratre laico, qui tamen rem omnem produxit in lucem, nonnullaque alia egerant, quæ viros graues & religiosos minimè deceret. Sed quia præpotēs Deus matris suæ iniurias haud facilè sinit inultas abire, Bernates zelo permoti (quippe qui id laudis eximiæ iure tum referebāt, quòd essent vltiores egregij iniuriarum matris Dei) Lausanésē Episcopum, vt in eos inquireret, hortati sunt. Facta est inquisitio, & rei veritate comperta, quatuor primarij fratres Dominicani degradati sunt, & indè flammis exusti. Istuc verò imprimis cauendum est hominibus è religione Christianis, vt nè in defendēda sententia sua & aliena oppugnanda nimium sint pertinaces, ijs præsertim in rebus, quas certum est nihil officere veræ pietati: qualis est opinio de immaculata sanctissimæ virginis conceptione, quam videmus ab Ecclesia receptam, & à multis grauissimis atque doctissimis viris fortissimè propugnatam, atq; etiā aliquot Conciliorum generalium approbatione firmatam. Videant refracta-

rij, nè, dum matris honori & privilegio cum multorum graui scandalo & offensione derogant, filij eius seuerum in se iudicium prouocent.

Vuormatię inter clerum & ciues orta dissensio, iam decennio extra urbem clerum detinuerat. Verū hoc demum anno opera Friderici Saxonis, Vdalrici Vuirtembergici & aliorū Imperij principum, qui apud Vuormatiam conuenerant, ea lis composita est, & clerus in oppidum se recepit: quanquam in eam concordiam Episcopus Vuormatiē cōsentire noluit, nisi in integrū restitueretur, quod ciues renuebant.

Fuit hoc anno sauiissima grandinis procella, quæ nō vno loco Sueuię fruges deuastrauit. Ferunt ea tempestate cecidisse ex aère lapides oui gallinacei magnitudine.

Hoc anno mensis Septembris die 14. ac deinceps diebus 18. continenter urbem Constantinopolitanam, qua parte spectat mare, horrendum in modum cōcussit terribilis terremotus, domosque subruit, & ruderibus fossam complens solo æquauit. Arcem, vbi regis Turcici immensi thesauri in quinque turribus munitissimis asseruabantur, domumque egregiam, in qua leones alebātur, euerit. Cuniculos, per quos longis itineribus etiā per montes è Danubio in urbem aquæ adducuntur, summis & impensis & sudoribus effectos adeò quassauit, vt maximis opibus instaurari nequiverint. Ipsum quoque mare inter Constantinopolim & Peram vsque adeò intumuit, vt vtriusque urbis muros suis fluctibus excederet, & vndas in vtranque inferret. Multa quoque alia damna eo ipso die Turcis illata sunt. Feruntur tum Constantinopoli ad tredecim hominum millia interijisse. Nimirum iusto Dei iudicio illi crucis Christi atrocissimi hostes eam cladē illo die passi sunt, quo S. Crucis exaltationē religiosè colit Ecclesia Christi: neque id heri aut nudius tertius demum cœpit, sed ante mille ducentos & eo amplius annos legimus apud probatos authores Crucis exaltationem quotannis solennitèr celebratā esse. Videat qui voler Nicephori historiam Ecclesiasticam lib. 8. cap. 29. & 50.

& 50. vt meritò pudeferi debeant no-
strorum temporum sectarij, qui vt ple-
rasque alias, ità etiàm hanc Catholicæ
Ecclesiæ antiquissimam solennitatem
abrogârunt: quanquàm scio in Nice-
phoro eundem diem & Inventioni &
Exaltationi sanctæ Crucis attribui: sed
hoc parùm refert, cum sectarij neq; In-
ventionem neque Exaltationem cele-
brari velint.

ANNO 1510. Comitiam habita sunt
Augustæ, frequentissimo Principû con-
uētū, quò multi etiàm exterorum regū
legati aduolârunt. Decreta est ibi belli
continuatio in Venetos, quorum tum
quædam funestę machinationes ferun-
tur in lucem perductæ, quæ belli pro-
ferendi causa non minima fuere. Prodi-
tum enim est, submissos fuisse à Venetis
nō minùs 50. nefarios homines, qui vr-
bes & pagos Cæsarię ditionis inflam-
marent. Porrò Veneti cum se tot poten-
tissimis hostibus impares cernerent, Iu-
lium Pontificem suppliciter venia pe-
tita sibi conciliadum statuunt, missaq;
legatione magnanimum Pontificē, qui
afflictis Italiæ rebus non mediocriter
doleret, facile placârunt: sed ea pax no-
ua bella peperit.

Huius anni mēse Februario quidam
vir sacrilegus Paulus **Form**, in Marchię
Brandeburgensis villa **Ruobloch** intē-
pesta nocte è templo furatus est arculã
mauratã, qua sacrosancta Eucharistia
vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more
asseruabatur. Erant autem in ea hostiæ
duæ, altera maior, minor altera. Multa
iam luce adijt scelestus ille Iudæum, ar-
culam venditurus. Iudæus facilè ani-
maduertens, cuiusmodi vsum ea habu-
isset, ait maius precium se fuisse daturū,
si rem contentã attulisset. Tum ille fur-
cifer, qui iam alteram in stâr Iudæ sata-
nica impietate deglutierat, reliquam è
finu depromptam obtulit Iudæo æsti-
mandam, à quo tamen non nisi pauco-
los exigui precij nūmos accipit. At mi-
ser ille tanto iam obstrictus scelere, sæ-
uæ consciētix furijs quibusdam exagi-
tatus fugit indè ad Vandalos: (Extant
enim hodieq; Vandalorum reliquie, &
ipse quoque Brãdeburgicus princeps se
Vandalorū dominum scribit) sed cum

res minimè lateret, domum redijt, ca-
ptusque & tortus quid egisset, cōfessus
est. Interim verò sceleratissimus Iudæus
hostiam sacram crebris pugionis icti-
bus identidè confodere nititur, at ni-
hil se proficere cernens, hostia integra
permanēte, quodam furoris œstro per-
citus, Si tu es, inquit, Deus Christiano-
rum, redde te manifestū in mille dæmo-
niorum nomine. Atque eccè subito ho-
stia in tres deducta partes, sanguineo
per oras humore madet. Territus Iudæus,
particulas panno inuolutas mensē
vnū apud se retinet, ac deindè duobus
alijs Brandeburgi & Stendelij moran-
tibus singulas particulas mittit, tertia
sibi reseruata, quam rursū mensæ im-
positam pugione conficit, vndè san-
guinis guttulæ dimanârunt. Conster-
natus ille, & veritus se proditum iri,
particulam absumere nititur, sed non
valet: dein mittit in aquam, at illa enat-
tat: tertio in ignem projicit, sed nihil
id hostiæ nocet. Ad extremum sub Pa-
schatis solennitatem azymos coxit pa-
nes, particulamque massulæ azymi pa-
nis immixtam in furnū iactauit, moxq;
furnus alioqui obscurus resplenduit, &
massula illa in Iudæi faciem infiliuit.
Nouo ille terrore correptus, massulam
illam cum particula, alteri cuidam Iu-
dæo transmisit. Iam res erat prolata in
publicum, & Marchio Iudæos omnes
in ipsius ditione morantes Berlinū acci-
ri, & in vinculis teneri iussit. Habita au-
tem ex illis quæstione, præter alia flagi-
tia non parùm multa, falsi sunt se intra
paucos admodum annos septem Chri-
stianorum infantes acubus & punctio-
nibus peremisse. Igitur lata in illos sen-
tētia, 40. flammis traditi sunt. Tres alij
Iudæi baptisma perceperūt quidem, sed
postera die duo capite plexi sunt: tertio,
plurimis pro eo rogantibus, vita dona-
tus, D. Frãncisci institutū Berolini cōple-
xus est. Porrò tēr execrandus ille sacræ
hostiæ proditor, Paulus **Form**, candē-
tibus discerptus ferris, in cinerē tandē
voracibus flāmis redactus est. Deniquè
Iudæi omnes è tota Marchionis ditio-
ne ità proscripti sunt & extrusi, vt sub
pœna capitis omni eis reditu paritèr in-
terdictum sit.

Eodem

Eodem anno in Insubribus pluit saxa grandia, è quibus vnum pondus habuit librarum 120. Erant autem silicibus duriora, odore sulfureo.

ANNO 1511. *Selymus Turcarum fit Imperator studio quorundam Bassarum (sic em̄ illi vocant præcipuos quosdam principes) & militum prætorianorū, qui ab illis Ianizari dicuntur. Is patrem suum Baiazetem exiit imperio, moxq; Byzantio excedentē, et Dimotecam Thraciæ urbem petentem cum familiaribus suis, cum iam annos haberet sex & septuaginta, Hamonis Iudæi medici opera veneno sustulit: quanquam alij dicant senio & curis confectum interiisse. Sed Antonius Vtrius Ligur, qui fuit Baiazetis cubicularius, testatus est se in expirantis corpore, non dubia veneni indicia depræhendisse. Vt hoc immane parricidiū perpetraret homo crudelis, multa eum mouere poterant. Immenſos enim thesauros & gemmas preciosissimas secum absportarat Baiazetes, quos ille thesauros postea donatiui nomine largissimè profudit in milites, quorum erat studio euectus ad Imperium. Nec tamen paterna ille cæde contentus, etiã ambos fratres suos, & quinque egregiæ indolis adolescentes, fratrum filios, & ipsum Muscaphã Bassam, qui vel maximè eum ad imperium pmouerat, per summam crudelitatem necari postea iussit. Ea immanitas & sæuitia in propinquos, etiã complures milites eius adeò cõsternauit, vt per aliquot dies cõspectum eius exhorruerint. Verùm de hoc tyranno paulò infrà plura dicemus.

Hoc anno Maximilianus Cæsar comitia indixit apud Augustã, vbi illi oblatuſ est vir quidam prodigiosæ vastitatis & crassitudinis, atq; incredibilis ingluuici, ita vt integrum vitulum crudū, vel ouem incoctam vna vice deuoraret, & tamen necdum famem expletã diceret. Ferūt hominem Borealibus regionibus ortum fuisse, vbi ob locorum frigora solent esse homines edaciores: quanquam huius edacitas propemodum incredibilis videri possit.

Eo ipso anno Senatus Constantienſis, adiunctis sibi aliquot popularibus, cum

Heluetijs sese coniungere & fœdus inire, urbemque illis dēdere volebat. Sed eorum conatibus obuiam itum est ab illis, quibus turpe videbatur ab Imperio desciscere. In ijs faciliè primas sibi vendicauit piscatorum societas. Ita queli-teris ad Cæsarem Maximilianum datis, eum de Senatūs machinationibus certio-rem reddiderunt. Nec ille sibi & imperio defuit, sed properè eò aduolans, piscatorum studio & viribus urbem ingressus, quos compræhendere potuit cõspirationis eius authoribus, capitis damnauit: nam plerique fuga dilapsi erant.

Hoc anno Bernardinus Hispanus, Cardinalis S. Crucis, Sedis Apostolicæ in Germaniam legatus, cum aliquot in suam sententiam pertractis Cardinalibus, mirabili audacia concilium generale apud Pisas indixit, eoq; ipsum præter alios, Iulium Pontificem maximum citare non dubitauit. Conuenerunt aliquot Episcopi ex Gallijs & Insubribus: Primò Pisis, vbi cum parum tuti sibi viderentur, indè abiēre Mediolanum: verum nec ibi satis suis rebus fidētes, Lugdunum sese transtulerūt, vbi etiã aliquot sessiones habitæ sunt, rege Gallorum haud obscure illis fauente, quippe qui in pontificem alieno esset animo. Porrò cum ea temeritas ad horrendum schisma spectare videretur, Iulius pōtifex datis ad eos literis, monuit per benignè, vt ad pacem & vnitatem Ecclesiæ se reciperent: alioquin fore, vt vel inuitus in ipsos animaduerteteret. Ea admonitio tres Cardinales permouit, vt cum Pontifice in gratiam redire mātarent, quos Pontifex liberalitèr & clementèr accepit: in alios, cum nollent ad sanitatem redire, grauem sanè tulit sententiã, qua illorum audacia nõnihil contusa est. Sed tamen cum regis Gallorum fruerentur patrociniõ, in sententia permanserunt. Monitus Gallus à Pontifice, vt in eos foueret diutius, non magnoperè curauit. Itaque à Pontifice excommunicatus est. Non longè aberat ab hac factione Maximilianus Cæsar, grauiter cõmotus in pontificem, quòd non bona fide à se recessisset, & cum Venetis fœdus percussisset: sed

sed vir grauis & prudens, admonitus à bonis viris, sese collegit, & celeritèr ab hac temeritate discessit. Non erat quidem Pontifex ab omni culpa alienus, sed tamen minimè decebat Cardinales paucos talem excitare turbam, & Ecclesie pacem cum maximo omniù scandalo perturbare. Et tamen non desunt fortassis, apud quos etiàm hoc conciliabulum habeat non vulgarem auctoritatè, maximè quòd ad Pontificis contumeliam pertineat, qua plerique admodùm delectantur, perindè vt Cham olim nuditate Noè patris sui. Sed qualiscunque demùm sit Pontifex, modò ne sit hæreticus, propter eum, cuius gerit vices, reuerentèr imprimis ac multo in honore habendus est. Atquè verò Iulius Pontifex, vt Pisanum conciliabulum destrueret, Romæ Conciliù indixit generale, quod sub Leone X. demùm absolutum est.

Eodem anno mortuus est Iacobus Episcopus Treuirensis, ex marchionibus Baden: cuius cathedram obtinuit Richardus *Griffenflou*/vir prudens & rerum admodùm peritus.

ANNO 1512. seditio fuit Spire propter exactiones, quæ cum importuna & immoderata sunt, vulgus exasperare solent. Multa egit insolentèr aduersùm Senatù plebs concitata: sed tandem Maximiliani Cæsaris fracta minis, modestiùs agere cœpit, restituto Senatù in pristinam dignitatem, quem paulò antè loco mouerat. Eos verò qui fugerant, ordinis senatorij viros proscripsit.

Hoc anno Maximilianus Cæsar, cui fide nihil sanctius, intelligens Gallorum regem non bona fide secum agere, præterea quæ Geldriæ principem aduersus Brabantos concitasse, compulsus discessit à Gallico fœdere, & ad Pontificem se adiunxit, nouo fœdere percussio. Porro omnibus, qui Imperij essent, seuerissimè interdixit, capitali in transgressores constituto supplicio, nè Gallo militarent, vel suppetias ferrent. Eam legem floccipèdens Emicho comes Lyningsensis, in Gallias abiit, & Gallo se militaturum obtulit. Quod cum Maximilianus rescuisset, eum maiestatis reu cum omnibus suis proscripsit. Itaque

omnia quæ comitis erant, principes Imperij diripuerunt. Comes reuersus vt animù Cæsaris placaret, & per seipsum & per amicos retentata, diù nihil proficere potuit. O si ea in imperio obedientia principum, & in refractarios seueritas permanisset, aliud hodiè Imperiù haberemus. Sed dum principes contemnunt summum Magistratum, ipsi quoquè plerunquè à suis subditis contemnuntur: & sic omnia pessum ire necessè est.

Hac ferè tempestate monstrum Rauennæ visum ferebatur, vtrunq; habes sexum, cornu vno extante in capite, alatum, & sinè brachijs, vno duntaxat crure & pede instar auis rapacis, & in genu oculo vno, in pectore figura apparente literæ Y. vel V. cum signo crucis. Interpretationem quidam eiusmodi esse voluerunt, Superbiam, Leuitatem, Virtutum inopiam, Sodomiticam labem, Amorem rerum labetium, Dei obliuionem, inexplabilem auaritiam, Gallico flagello castigatum iri. Quod & factum est. Eodem enim anno Gallorum rex Ludouicus rupto cum Pötifice & Maximiliano fœdere, Rauennam obsedit, & tandem deditioe recepta vrbè, cõtra fidè datã diripuit, & magna clade affecit. Postea verò Pötifex, Cæsarianis & Heluetiorum adiutus copijs, Rauennã recuperauit, & Gallos tota Italia expulit. Antè autem quàm Gallus Rauennã obtineret, superueniente Pontificis exercitu, cruentissimum commissum est præliù, in quo ad 16. millia ceciderunt.

ANNO 1513. apud Colonia Agrippinam, totius Germaniæ præclarissimã, & in Catholica religione constantissimam vrbem, perniciofa admodùm seditio orta est, vulgo cõtra Senatù tumultus ciète. Querebatur plebs se nimijs exactioibus. Fit concursus seditiosi populi ad prætorium vel domum senatoriam, vbi erat senatus congregatus. Magna contentione postulant sibi tradi eos, q; insolitis exactioibus ipsos emũgere non dubitarèt. Territus Senatus repentino periculo, populù sæuientem blãdis sermonibus delinire cœpit, atq; vix tandem impetrata dilatione, de omnibus exactam se rationè redditurum

spopodit. Et quia populares erant & grati populo, quae haec Senatus noſe dicebat, plebs comota eo die nihil ultra attentavit. Porro die altera, qui erat Epiphaniae Domini, populo novos excitante concursus, quidam in Senatu rapiuntur in carceres, & quibus vnus poſtridie capite truncatus. Idem supplicij genus pertulere duo conſules xj. Ianuarij. Inde xij. eiusdem menſis tres Senatores eodem modo plexi ſunt. Ex alijs plerique proſcripti ſunt. Ita demum vrbi reſtituta eſt tranquillitas, ſed certe exemplo prorsus ferre ac barbaro. Non enim debet contra Dei preceptum hoc ſibi in magistratus ſuos plebs temeraria uſurpare.

Eodem anno etiam Vuormatiensium ciues in ſenatum ſeditionem mouerunt, & reiectis ordinis Senatorij viris, ex ſeipſis novos crearunt. Erat ea res peſſimi exempli, quae pleraſque alias Germaniae vrbes ad idem attentandum, non abſque ingenti dedecore incitauit. Primum prouocatum eſt a Senatu exauthorato ad iudicium Camerae, ſed ciues Vuormatiensium Imperatorem appellauerunt, qui cum minas intentaret ſeditioſis hominibus, pax ſimulata interim confeſta eſt, non diuturnas habitura vires. Iam ante Vuormatiensium cum Clero acerbas aluerat diſſenſiones, quae tandem iuſto Dei iudicio in ipſos verſae ſunt.

Hoc anno Maximilianus Sforcia dux Mediolanenſium Heluetiorum in ſigni virtute Mediolanum, pulſis Gallis, recuperauit. Obſidebat Gallorum fortiffimus exercitus Nouariam, vbi tum Maximilianus Sforcia cum aliquot Heluetiorum copijs erat. Iam muros proſtrauerant Galli, & cum ſumma eſſet ciuium in vrbe trepidatio, Heluetij incredibili audacia mire inſultabant Gallis, prouocabantque vt per patentem murum irrumperent: interim in Gallorum contemptum, contra hiatus diſiecti muri leſtorum tantum lintea tranſuerſis ſuſpenſa perticis praetendentes. Et certe Galli, licet aditus pateret, non fuere auſi ſubire murum, ſed motis caſtris, a Nouaria diſceſſerunt, & ad Rottam vicum ab ea vrbe viginti ſtadijs diſtatem caſtrametati ſunt. Interim aliquot Heluetiorum millia auxilio venire illis, qui Nouariae erant. Accidit

tum quiddam ſane memorabile. Canes Gallorum, relictis caſtris, magno agmine Nouariam ingreſſi, Heluetiorum excubias agentium crura lambere, caudis blanditer adulari, ſubmiſſisque auribus ſingulis applaudere coeperunt, tanquam Heluetij iam ipſorum eſſent domini. Ea res Heluetijs certam videbatur de Gallis victoriam polliceri. Non multo poſt Heluetij (erant autem peditum ad nouem millia) vrbe egreſſi, ad Gallorum fortiffima caſtra profeſti ſunt, vna cum illis proficiſcente Maximiliano, quem tamen ad vrbem redire vel inuitum compulerunt, ne ab hoſtibus interimeretur. Vbi ad Gallos ventum eſt, tanto impetu Heluetij vndique eos oppugnauerunt, vt caſis fugatiſque omnibus, ſeſqui horae ſpatio & memorabile praelium, & grauiffimum bellum conſecerint. Ceciderunt eo praelio ad octo millia Gallorum omnis generis, ex Heluetijs mille trecenti. Ita tum Maximilianus Mediolanum obtinuit. Sane quoad apud Heluetios Catholica fides inconcuſſa & inuiolata permansit, & erga ſedem Apoſtolicam, cuius ea gens obſeruantiffima fuit, ſtudium & amor ſingularis, apud omnes virtutis opinionem obtinere, quae cum mutata poſtea religione non parum apud illos paganos, qui Zuinglij dogma ſequuntur, eſt labefactata. Turpis enim omnino eſt & propemodum ineluibilis macula deſertae religionis: quod vtinam plerique hoc auro attenderet, qui leuitate pluſquam puerili ab auita fide in res nouas ſe abduci ſinunt. At tamen etiam hodie maxima Heluetiorum pars Catholicam fidem conſtantiffime retinet, & priſtinae quoque virtutis bellicae laudem.

Eodem anno bellum atrox extitit inter Gallum & Anglum. Henricus enim viij. Angliae rex Romanum pontificem, cuius tum erat obſeruantiffimus, atque etiam religioſis cauſam tueri & qui atque magnificum arbitratus, grande conſcripſit e ſuis & Germanis exercitum. Neque interim ſe Galliae rex deſerebat, magno vndique coacto exercitu. Britanni vero e Caleſia (quae portus lccij olim fuit) Torona munitiffima Morinorum vrbe oppugnatum profeſti ſunt, quibus paulo poſt cum nouis copijs

copijs se coniunxit Henricus rex. Atque demum vrbs ea totis viribus oppugnata est. Paulo post Maximilianus Cæsar cum suis illi copijs accessit. Vbi verò fama increbuit, Gallorum regem obsessis comitatum aduehere instituisse, Maximilianus Cæsar cum 4000. equitum, subsequente Anglo cum peditibus, ad Gallos contendit, eosque omnes in fugam coniecit. Atque tum Tarona deditione capta est, vrbsque, templis seruatim, incensa 9. Calendas Septembris. Ludouicus Gallorum rex hac accepta clade grauiter commotus, Scotorum regem Iacobum, vt Angliæ bellum inferret, Gallica arte permouit. Multa Scotum retrahebant, nè id faceret, præsertim nihil tale verente Anglo, cuius quoque sororem habebat in matrimonio, & cum quo foedus grauissimum percusserat. Tandem tamen infauso consilio transuersim actus, infesta arma Britannis præter opinionem intulit, licet admonitus esset ab Henrico, vt si eius facti eum non pueret, saltem vereretur iudicium præpotentis DEI, qui turbatæ pacis & ruptorum foederum vltor esse solet. Illud verò bellum contra fidem & foedus susceptum eum habuit euentum, vt primus Scoti exercitus in Angliam missus, cum post ingentia data damna, præda onustus intra suos fines se recipere maturaret, penè ad internecionem à Britannis cæsus sit: ac deinde cum Scotus bellum redintegrasset, & totis viribus Britannos oppugnaret, atque in loco arte & natura munitissimo castra posuisset, tamen ab Anglis victus, profligatus, & insigni ac memorabili clade affectus sit. Ipse rex Iacobus in prælio cecidit, & cum eo Archiepiscopus vnus, Episcopi duo, abates quatuor, proceres & equestri dignitate honoribusque militiae illustres 34. præter hos verò ad octo millia Scotorum cæsa, totidem ferme capta sunt: omnia signa militaria, & tormenta maiora vigintiduo Anglo victori celsere. Commissa est hæc pugna ad Tyllum quarto Idus Septemb. ad internecionem ferè Scotticæ nobilitatis. Porro Henricus rex ea victoria suorum celer-

rimis nuncijs cognita, mox ad Tornacum exercitum mouit, vrbs Neruiorum celeberrimam, quam non longè antè Galli in fidem ditionemque acceperant: Primò ciues fortiter se defendere, sed tormentorum vim nimiam nõ ferentes, Anglo deditionem fecerunt. Sunt qui scribant, hunc Iacobum Scotorum regem virum alioqui optimum fuisse, & licet à Gallis esset ad bellum Anglis inferendum incitatus, tamen recusasse diu donèc malis euersus consilijs, in suum exitium Angliam debelladam statuerit. Sed debebat rex tum necessitudinis, vt potè Angliæ regis sororius, tunc percussu foederis ratione habuisse: quod quia non fecit, omnibus regibus & principibus suo casu longè acerbissimo hoc testatum reliquit, vt sint memores datæ fidei, & certum habeant esse Deum præpotentem in cælis, qui vlcisci & possit & velit foederum & iustitiæ violatores.

Hoc ipso anno quidam Cardinales, qui Conciliabulum Pisanum secuti fuerant, veniam à Leone Pontifice & petierunt, & impetrarunt. Rex quoque Galliarum veritus tot grauissima incommoda eò se pertulisse, quòd idem ipsum adulterinum Concilium in sua ditione fouisset, illud abrogauit atque damnauit, & cum suis Concilio Lateranensè adhæsit.

Eodem anno Venetorum exercitus à Casarianis adeò attritus est, vt ex illo vna die, quæ fuit Nonis Octobris, supra 5000. ceciderint, & in ijs, quod nullo antè prælio acciderat, 400. equites cataphracti: tormenta currulia 24. cum omnibus signis militaribus capta, cum tamen è victoribus pauci desiderarentur.

Hoc anno arx Mediolanensè tandem deditione cessit Maximiliano Sphorciæ duci Mediolanensè, cum eam Gallus iam 14. annos occupasset: & paulo post etiàm Cremonensè arx dedita est. Multo sanguine, neque id vno tempore, Mediolanensè imperium constitit, & eius nomine Christiana Resp. adeò sæpè affecta & exhausta est, vt Turcis & barbaris nationibus amplissima in Christianorum ditiones itinera sint pa-

et facta, fauentibus & ridentibus plerisque parùm Christianis: adeoque orbis Christianus hostibus Christi subinde perditus fit, ipsis prodētibus Christianis.

ANNO eodem mortuus est Philippus à **Rosenberg** Spirensis antistes, succedente Georgio Comite Palatino, præposito Moguntino.

Obijt etiã Romæ Iulius 2. Põtifex, iam septuagenarius, cui à quibusdã tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ, propterea quòd opera Heluetiorũ Gallos è tota Italia expulit. Videri possit nonnullis plùs æquo bellicis rebus intentus fuisse. Nos id Deo iudici relinquere málumus, quàm mordacitèr insectari. Successorem habuit Ioannẽ Medicem Florentinum, qui Leonis x, nomen accepit, quem Galli pauloantè captiuum detinuerant, è quorum tamen manibus magno quodam casu elapsus, ad tantum honoris fastigium euasit.

Hoc anno Comites Palatini Ludouicus & Fridericus fratres scõdus percussere perpetuũ & hereditariũ cum Vdalrico Vuirtembergensẽ principe, accedente eò consensu Cæsaris Maximiliani. Non dubium quin iusta scõdora magnã habeat opportunitatẽ, si tamen in ijs ea lex amicitia seruet, vt à scõderatis amicis honesta petantur, quẽadmodũ in suo Lælio ait Cicero, amicorum causa honesta suscipiãtur & fiant, neq; quicquam vnquam, nisi honestũ & rectum, alteri ab alteris postulent.

Eodem anno Cæsar Maximilianus multa pecunia Heluetios cõduxit, alioqui sua sponte Gallo infensos, qui Burgundiam è Gallorum manibus eriperent. Aderat illis Vdalricus Vuirtembergensẽ regulus, Cæsaris partes secutus, qui exercitui comitatum liberalitèr suppeditabat. Obsederunt Heluetij urbem Diuionem, & iam muri pars non exigua disiecta, aditum præbebat hostibus, vt faciliè vi adhibita possent irrumperè: cum ecce Galli obsessi, Gallica vsq; arte, Heluetios magnis promissis muneribus corruperunt, eoq; adduxerunt, vt in summam gentis suæ ignominiam ab vrbe discederent, ijs tamen conditionibus præscriptis Gallo, quas etsi **Tramullus Gallici exercitus dux necessitate**

adactus acceperit, Ludouic⁹ tamẽ Gallorum rex postea omninò respuerit: quæ res vt meritò accidit Heluetijs, quòdinconstanter & leuiter egissent, ita eos vehementèr commouit in Gallorum regem. In ea apud diuionẽ defectione primi fuere Berneñ, magnæ apud Heluetios authoritatis. Multum ea Heluetiorũ inconstantia offendit Maximilianum Cæsarem, Henricum Anglum, & quosdam alios, & res ipsa docuit, nõ esse spẽ reponendam in hominibus, qui oblata occasione faciliè sua mutant consilia, maximè cum ferè homines priuatis suis potiùs quàm publicis soleant commo- dis & vtilitatibus inseruire.

Fuit hoc anno frigus hyemis acerrimum, adeò vt apud Coloniam Agrippinam aliquãdiũ totum Rhenum glacies durissima obtinuerit, quæ non homines tantum, sed currus etiã egregiè onustos transmitteret. Ea glacies soluta est anno sequenti ipsis ferijs D. Antonij.

ANNO 1514. circa ipsa eius anni initia, cum alioqui Veneti multis modis essent vehementèr afflicti, & multis acerbis rerum casibus exagitati, repente atrocissimum media Venetiarum vrbe incendium erupit, quòd ædes innumeras & quædam etiã templa absumpsit, haustus etiã numulariorum officinis. Mansit autem intactum D. Iacobi sacellum, quò nihil Venetijs antiquius habetur, in ipso nascẽtis vrbis primordio constructum, licet iam latera essent circũambusta. Interim etiã mare flantibus ventis mirè exagitabatur, vt certè non paruo in discrimine versari tũ res Veneta videretur. Sedatum tamẽ altero die est incendium, & multiplex per id tempus Venetiarum clarissimæ vrbis calamitas admonuit mortales omnes, vt rerum humanarum inconstantia semper ob oculos habetes, ad cælestia semperq; mansura bona animos suos transferant, modò nè & temporarijs simul & æternis quandoquẽ bonis priuari velint. Sed hoc ægrè persuaseris illis, qui haud secus hinc degunt, quàm si sint perpetuò victuri. Atqui verò cur istarũ humanarum rerũ calamitates & vicissitudines commemorantur, nisi vt homines alienis periculis vel tandem discant sapere,

sapere, & suæ salutis consulere? Fuere quidam Venetijs, qui hoc incendium Germanis imputarent, quasi illi suas vlturi iniurias id excitassent, propterea quæ fama esset, Venetorum fraude duas Germaniæ vrbes anno superiori arsisse. Sed reuera potius videtur fuisse flagellum Dei, vel Venetorum peccata castigantis, vel eos à fastu & alijs vitijs reuocantis.

Hic annus 1514. Italiam & Occidentem ferè pacatissimum habuit, cum iam aliquot annis bellis atrocissimis arsisset: quorum flamma deinde in Orientem & Septentrionem peruagata, amplissimas gentes & imperia horrendum in modum vastauit. In Occidente cum iam attrita omnium vires, haud facile instaurari possent, veluti cõsensu quodam ab armis interim discessum est, vt postea infestioribus animis repeterentur. Et quod sine magno animi dolore dici vix potest, tanto odio & contentione in mutuam perniciem Christiani principes & populi ferebantur, vt nullum cædibus, rapinis & incendijs finem daturi viderentur, donec vel alterutris nihil mansisset reliquum, vel vtrique per mutuas clades ad internecionem bellando conciderent. O infaniam & feritatem plusquam belluinam. Interim creuere barbaris nationibus vires & animi, & non semel eò res redacta fuit, vt parum abfuerit quin totus Occidens Turcicis subactus armis, amicitia suæ pœnas egregias lueret, nisi prepotens Deus pro sua bonitate eam calamitatem auertisset. Hoc verò anno bellum ortum est in Pannonia, quod Vladislaus Sigismundi Poloni frater, qui Matthiæ Coruino successerat, non eam adferret curam & diligentiam rebus gerendis, quam oporteret. Plerique enim proceres regni, cum eum viderent non admodum rebus inuigilantem, quod iam esset senio & corporis graui pondere oppressus, regnum amplissimum prædæ habere cœperunt, & singuli suis studere commodis ac vtilitatibus, premere intolerandis exactiõibus subditos, atque id genus alijs studijs non bonis operam nauare: vnde factum est, vt regni opibus dissipatis,

nerui bellorum pecuniæ regi deficerent. Per id tempus factus est ingens concursus hominum, præsertim agræstium, propterea quod militaturis aduersus Turcas in Illyrica Croatia à legato Apostolico largissimæ essent condonationes oblatæ. Verum ista hominum sæx, licet plerique essent iusti discedere ab armis ob nimiam multitudinem, iam consilium ceperunt de excutiendo à ceruicibus suis nobilium iugo. Itaque ducem sibi constituunt Georgium Sichelum, hominem audacissimum: cuius auspicijs non paucas edunt nobilium cedes, matronis & virginibus ingenuis vim adferunt, Cinadium urbem ex cratibus materiaque constructam inflammant, concrematis omnibus eius urbis incolis, ijs demptis quos fumus vel tela consumpserunt. Episcopum urbis Georgium crudelissimè interfecerunt, & alios quosque genere & opibus clarissimos, aut sacerdotio insignes, exquisitissimis tormentis dilaniauerunt. Ità demum compulsi nobiles, sui defensionem quanta maxima possunt vi & celeritate parant, duceque Bornemissa multos seditiosæ multitudinis fundunt, nec multò post pluribus locis penè ad internecionem eos delèt. Nec tamen Georgius se deserit, sed nouis auctus copijs bellum instaurat. Verum eius nefarij hominis hic fuit exitus, quod paulò post à Iohanne Vaiuoda captus, cæso ferè omni eius exercitu, nudus & catenis vinctus, in equuleo constitutus, & corona cadenti ex vomere conflata, vt regum mos est, coronatus, multisque alijs immanissimis & horribilibus est supplicijs excruciat, ità vt non desint, qui putent nimia & inaudita crudelitate in eum & eius exercitum desæuitum. Atque hoc pacto illud sæuum & nefarium perditæ multitudinis bellum extinctum est, quod nisi citò repressum fuisset, extremam Hungariæ calamitatem haud dubiè allaturum videbatur.

○ Eodem tempore bellum cum Moscouitis gessit Sigismundus Poloniæ rex, vir in Catholica fide, præter alias virtutes, constantissimus. Moscouitarum

est ditio amplissima, in longum ac latum obtinens ad 500. milliaria Germanica, ut quidam ait, possuntque ad centum & quinquaginta equitum millia conficere. Erat tum in finibus Moscouitarum Smolenchum oppidum, quod non Ruboni amni, ut perperam collocatum est ab illis, qui Ptolemæi libris novas incogniti orbis tabulas inferuere, sed vltiori Borysthenis ripæ adiacet. Id oppidum summa vi à Basilio magno duce moscouitarum oppugnatum anno superiori, sed fortissimè à præsidio Polonico defensum est, adèd vt Moscouita re infecta, multis relictis tormentis, & impedimentorum multò maxima parte amissa, abscedere coactus fuerit. At vere proximo, coactis quadraginta equitum millibus, quorùdam præsidiariorum fraude oppidum per prodicionem cepit. Indè tum in Lituaniam factis excursionibus Lituaniam irrupit. Contrà verò Polonus rex còflato exercitu triginta quinque millium, Constantinum ducem egregiù misit contra Moscouitas, quorum licèt multò maiores essent copix, ità tamen à Polonis tormenta in Moscos præter eorum expectationem displodentibus, fusi fugatiq; sunt, vt Basilius ipse fuga salutem sibi quærere coactus sit. Habebat Polonus in exercitu suo aliquot millia peditum: quorum in hoc prælio præcipua virtus enituit. Capti sunt in hoc conflictu omnes Moscouiticæ militiæ præfecti & consiliarij, è quibus aliquot præcipui postea à Vilnæ ferreis sunt compedibus restricti.

Hoc anno Selymus Turcarum Imperator cum valido exercitu ingressus fines Armeniæ Maioris, aliquandiù ob itinerum imperitiam ad summam rerum omnium penuriam adactus, tandem non longè à Taurisio clarissima Persarum regia, Ismaëlem Sophum obtiniam habuit cum exercitu triginta millium equitum. Erat is exercitus numero longè impar Turcarum copijs, quæ supra centum & quinquaginta millibus equitum & peditum constabant, & tormentis non paucis muni-

tæ erant, quibus Persæ carebant: at tamè tanta vi Persarum exercitus Turcas adortus est, vt pluribus prostratis, iam victoria omninò à Persis stare videretur, quæ tamen ex eorum manibus elapsa est, simul atquè Sophus Persarum rex leuiter tormento vulneratus, è prælio excessit. Atqui verò tametsi Selymus victor euassisset, vbi tamen audiuit Ismaëlem Sophum nouis contractis copijs superuenire, ex Armenia, vbi hyemare decreuerat, excessit, multa in itinere ab Aladulo Tauri montis principe, & demùm à Persis summa contentione cum persequētibus, perpeffus, atque è Persarum regis ditionibus prorsus eiectus. Potuisset tunc facillè ad internecionem deleri Turcarum exercitus, si Persarum rex victoria iam ferè parta vti nouisset. Sed fortassis voluit præpotens DEVS Christianis non deesse flagellum, quo eorum peccata castigarentur. Ceciderunt in hoc prælio Turcarum supra triginta millia, & in ijs quidam egregij & principes viri. Pauca hîc dicemus in gratiam lectoris de potentissimis duobus regibus, Selymo & Ismaële, vt cordatus quisque videat, non nisi omnipotentis DEI prouidentia & dispensatione actum esse, vt tam potentes principes mutuis exarserint odijs, nè illis vires & copias suas coniungentibus, omne Christianorum genus penitus extirparetur. Erat horum Imperatorum par gloria & regnorum ac ditionum amplitudo, sed mores & disciplina militaris longè diuersa. Vterque Mahometanus, sed tamen in eadem ipsa secta non eiusdem sententiæ fuit. Alius Homarem, alius Halym sequebatur, quorum supra meminimus. In Ismaële singularis quædam pietas, in Selymo inhumana crudelitas cernebatur. Ismaël ex prima nobilitate & liberis hominibus militiæ robora conscripsit: Selymus pro Othomannicæ familiæ instituto seruorum genus maluit. Fuit Ismaël decora facie, roseo vultu, radiatibus oculis, flaua barba, & quod antiquum apud Persas regiæ stirpis insignne est, aduncò naso, illustriq; facundia.

At Selymus tristi supercilio, prægrandibus & toruis oculis, Scythico pallore suffusa facie, rigentibus setis à superiori labro ad cervicem retortis, Barba nigricante, quæ adspectantibus terrorem incutiant. Ismaël & aditum pariter & alloquio benignus & facilis, suo conuiuio magnam procerum adhibet frequentiam: vxores, si sæcundæ sint, Persarum more tenerè diligit: Selymus contrà in arcano gerit omnia: puerorum imberbium & eunuchorum ministerio contentus, sine conuiuia discumbit: vxores à regis limine procùl arcet, in mares propensiori libidine quàm fœminas: contentus vno filio hærede Solimanno, quem ex Tartari cuiusdam regis filia suscepit. Quòd ad militiam attinet, Persas equites (gaudent enim mirifico equitatu) squamosi thoraces, lorice ferreæ, bucculatæ cassides, cono insignes galeæ, clypei que auratis umbonibus rotundi vndiquè protegunt, cum Turcæ ferè inermes pugnare non dubitent. Utuntur Persæ lancea fraginea ancipiti: Turcæ hasta è fragili abiete, gladio incuruo, & claua ferrea. Persarum equi frontalibus ferreis, & tegumentis recocto è corio vestiuntur, quæ confertis laminis, aut infarcto bombycis & gossipij tomento ità muniunt, vt quanlibet telorum contumeliam perferant. Ismaël Persarum imperio potitus, tributa remisit, vectigalia sustulit, minusque ærario studuit, eo que pecunia signata semper caruit, interim tamen tot regnis necessaria omnia largissimè suppeditantibus: sed hac in parte longè impar fuit Selymo, cui ingentes pedum ac equitum copiarum perpetuò militantes, certa stipendia à quæstoribus accipiebant. Nec vnquam deerant sumptus, ex tot tributis & vectigalibus immensa conflata pecunia aureæ & argentæ monetæ, quæ Byzantij septem in turribus asseruata, impensas omnes quarta parte superabant. Apud Persas tria sunt genera militum, prætorianorum, euocatorum, &

auxiliarium. Prætoriani certa stipendia merent, & eorum ornatissimo comitatu, firmissimoque præsidio rex ipse in sua aula vtitur. Vbi verò bellum imminet, ex omnibus regis ditionibus antiquæ nobilitatis beneficiarij, quorum ingens est numerus, euocantur: in ijs illi reliquos antecellunt, qui ex Perside & vrbe regia, nomine Scyras, accersuntur. Est ea vrbs elegantium armorum officinis toto Oriente clarissima, incomparabili chalybis temperatura in acinaces & lancearum mucrones celebrata, quæ vel immenso precio à Turcis cupidissimè coëmuntur: quòd eius ferri ea vis sit, vt vno ictu nostrorum galeæ discendantur, nihil retusa omninò acie, & lancearum mucrones solidum pectorale transfodiant. Auxiliares denique copiarum ab Iberis & Albanis mittuntur.

Porro Selymus Othomannicæ domus instituto, cum tam multas occupant alienas ditiones, non alijs ferè quàm seruorum viribus & consilijs tam augustum continuit ac tuebatur Imperium, magnis propositis præmijs, ijs quorum egregiam erga se voluntatem ac studium perspexisset. Turcas autem ob antiquam nobilitatem non æquo tulit animo, præsertim eius gentis familias quatuor, vetustate originis Othomannorum domui pares, putà, Michaloglos, Ebrenes, Turacanos, atque Malcocios, quos licet insigni virtute præditos non sinunt Othomanni vel ad purpuratorum Bassarum, vel magistrorum equitum ordinem vnquam euadere, nè ad imperium adspirent. Habent tamen interim hæ familiæ amplissimas functiones. Michalogli voluntarijs equitibus præsent, qui centum millium numerum plerunquè implent, dicunturque ab illis Acanzes, hoc est, antecursores. Porro ex præfecturis, quæ sunt valdè multæ, nobiliores commendantur reliquis tribus familijs, Peloponnesiaca Turacanis, Bosphorica Malcocijs, Ebrenibus Samandrica in Triballis. Ex omnibus præfecturis, quæ sunt supra quadraginta

& octo, nulla est tam tenuis, quæ non habeat ad duo millia equitum, cum ampliores sena vel septena cõtineant: & hi omnes singulis mensibus certa habent stipendia. Atque in hoc equitatu præcipuum Othomannorum robur consistit, cum ad repentinum edictum intra paucos admodum dies septuaginta amplius egregiorum equitum millia in unum locum à præfectis facile possint adduci. Vniuersis autem duo Magistri equitum præ sunt, quos Bellerbechos, id est, dominos dominorum vocant, quorum alter in Asia ad Cutheiam Galatiæ urbem, alter in Europa ad Sophiam Mœsiæ inferioris residet. Cæterum neque Turcæ vlli, neque Christiani illorum pressis iugo, vel oppida, vel arces, vel pagos more Persarum possident, aut domos paulò munitiores ædificant, cum id apud illos lege cautum sit. Itaque miserima est Christianorum Turcis seruentium conditio, cum neque opibus polleant, nec ullam seruitutis excutiendæ rationem inueniant, etiam si Christiani aliudè auxilium laturi videantur, quòd Turcæ ubique paratum habeant equitatum, & grauissimum impendat supplicium depræhensis. Porro lectissimus apud Turcas equitatus constat ex alis prætorianis. Hæ nobilitate & cultu eximio cæteris præstant. Qui huius generis sunt, ex omnibus prouincijs deliguntur, & à pueritia abiurata Christiana religione, per Eunuchos literis & armis liberaliter instituti, ad summos honores prouehuntur. In ijs sunt, qui vocentur Mutpharacæ, qui toto orbe conquisiti, virtute admirabili præstantes, ea conditione militant, vt quam velint religionem impunè colant: quòd fit, vt non modò ex alijs nationibus etiam planè ethnicis, sed etiam nobilitate illustres Christiani, ad Turcam perfluant, scilicet momentaneos honores veræ virtuti & vitæ æternæ antepponentes. Hi autem singuli habent subseruos non paucos, quorum est cultus lautissimus & splendidissimus, vt non multum à dominis differre videantur: differunt tamen inter signijs. Atqui apud Selymum nihil neque præstantius, neque validius censebatur duabus

legionibus ex Ianizaris delectis, quarum fuit semper inuicta virtus etiam apud superiores Othomannos. Sunt verò apud Turcas quatuor purpurati Bassæ, qui rerum grauissimarum consilijs præsent, & per singulas hebdomadas quatuor continuis diebus in regia cõtinent, supplicibus libellis respondent, lites dirimunt, Imperatore interim per fenestellam velo protecta cuncta attentissimè auscultate. Huius ordinis antiquior Imperatoris scrinio gemmaque potitur, appellaturque Vesic, & scribis atque notarijs decreta dicat. His rebus confectis, Bassæ prandent, vniuersoq; populo, qui in curiam coierit, publicè epulum datur ex oriza, veruecina carne, paneque & aqua limpida paratum. Sunt apud Turcas Ianizari milites prætoriani, qui peculiari prærogatiua Exarcolam, id est, pileum album, aurea anteriore fascia & cristis insignem, acinaci impenetrabilem, pro galea gestant, lunatosque calceos alijs vetitos induunt. Arma eorum sunt, sclopettus & arcus, quibus multò maxima eorum pars utitur, tum quoque hastæ Germanicis breuiore, itemque gladius incuruus & parua securis. Hi terra marique omnium audacissimè & constantissimè pugnant. Sed de his hactenus dixisse sufficiat, vt videant Christiani principes, cuius hostis vires & arma intestinis suis dissensionibus & discordijs in se concitent & exacuant. Nòrunt Turcæ exactissimè, quæ apud nos gerantur, & vbi arriserit occasio, nostro sanguine suas hastas & acinaces egregiè cruentabunt: et sola demum ^{Es. 21.} vexatio dabit intellectum auditui.

Hoc eodem anno 1514. obiit Anna Franciæ regina, Claudiæ & Renatiæ parès, quarum natu maiorem Claudiæ in matrimonio postea habuit Fræciscus Valefius dux Engolifinensis, iuuenis egregius. Tum verò Ludouicus rex rebus Gallicis consulturus, Henrici Angli hostis infensissimi sororem mariam, missa ad Britannos insigni legatione, coniugem sibi petijt & accepit summa totius Galliæ gratulatione. multa mouerunt Henricum, vt cum eo hoste pacem faceret, & in eas nuptias cõsens-

consentiret, alioquin non admodum ad-
dictus Gallico nomini. Porro Ludouicus iam ætate grauis, cum nuptias celebrasset Parisijs regio apparatu 7. Idibus Octobr. ad proximas Ianuarij Calend. mortuus est, nulla relicta prole mascula. Is Ludouicus ducem Mediolani Ludouicum Sforciam in Gallijs captiuum detinuit in cauea ferrata, crepto omni scribendi & quæ cuperet legendi solatio, vbi etiã ille princeps diem suum obiit. Idem rex florentem regni sui statum maximis obiecit periculis, dum profugis ad ipsum Cardinalibus, Pisani conciliabuli authoribus, fauere non dubitauit.

Eo anno grauis orta fuit lis inter Bauariæ principes Vuilhelmum & Ludouicum, Vuilhelmo ex patris suprema voluntate totum sibi Bauariæ ducatum vendicante, cum ad populum longè gratiosior esset Ludouicus, nec se iusta portione principatus fraudari pateretur. Eam litem sapientissimus Cæsar Maximilianus mira dexterritate composuit, vnicuique sua attributa parte, vnde pax inter illos egregios principes reformata est.

Circa hæc ferè tempora, vel non longè antè Emmanuel potētissimus Lusitaniæ rex, Alphonsum præcipuum ducem suum cum insigni classe misit ad Malacham, quæ est aurea Chersonesus, sic dicta ab auri, gemmarum & variorum aromatum insigni copia. Est autem Malacha vrbs miræ magnitudinis, & id temporis Mauro regi Mahometanæ superstitionis parebat. Vrbs à Lusitano obsidetur, fit atrox prælium, victor Lusitanus urbem militi prædæ datam ingreditur, magna hostium cæde edita, exiguo Lusitanorum damno. Rex ipse cum superstibus Mauris fugit, Christiani opima reportant spolia, in ijs septem elephantes, & tormentorum æneorum ad duo millia. Mox illic arx munitissima constructa, & foedere percusso cum diuersarum nationũ mercatoribus, celebrius quàm antèa emporium est institutum, vnde hodiè in nostrum orbem magna vis aromatum inuehitur. Multa deinde alia præclare gesta sunt à Lusitanis in

ijs regionibus, admiratione digna, non tam humanis viribus, quàm superni Numinis fauore: de quibus partim extat Epistola lectu digna regis huius Emmanuelis ad Leonem X. Romanum Pontificem.

Eodem 1514. anno visi sunt Vuitenbergæ tres soles, quibus singulis crepitans inesset gladius. In *Rottweil* etiã sol ad spectu sanè quàm horrendo apparuit, varijs diuersorum colorum septus orbibus: bis quoquè tres lunæ cõspiciendas se præbuerunt.

ANNO 1515. Ludouico regi Galliarum vita functo successit Francisctis Valefius, procerum & regni totius suffragijs rex creatus, quòd licèt iuuenis esset, tamen iam antè bellicæ virtutis & magnæ liberalitatis haud obscura indicia dedisset. Is, vt erat magno & elato animo, mox cogitationem omnem ad Mediolanense bellum adiecit, nouo etiã & antèa inusitato per inaccessas prius alpes itinere vsus, exercitu maximas difficultates fortiter superante. Potuissent facilè eius conatus omnes retardari, nisi tum plerique Heluetij non semel admodum importunos & refractarios se præbuisent. Qui tamen arte quadam ad pugnam prouocati, incredibili & effera primùm in Gallos audacia irrumpentes, magnam nõ absque suorum clade stragem ediderunt, sed altera luce victi à Gallis, Mediolanum sereceperunt: vnde tamen paulopost excedentes, Maximilianum Sforciam ducem magno eius dolore hostibus obiecerunt, qui penè mentis inops, arcem inexpugnabilem seque sub certis conditionibus Gallo dedit, cui ea victoria multo sanguine stetit.

Hoc anno Lusitaniæ rex Emmanuel Vlysbonæ edidit insigne spectaculum Elephanti cum Rhinocerote certantis. Est vtrunque animal immani corporis vastitate, sed longiora crura sunt Elephanto. Naturale autem illis inest odium alterius in alterum, idque ferè propter meliora pasua, vt quidam scribunt, quæ sibi inuicem præripere nituntur. Rhinoceros, teste Pausania, duo habet cornua, alterum insigni magnitudine

de naribus extans, alterum quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Fuit eiusmodi bestia viua allata regi Portugalliae Emmanueli anno 1513. ex India, colore buxco siue vermiculato, testis clypeatis tecta, omniq; ex parte armata. Cùm autem certamen initurus est Rhinoceros cum Elephanto, cui genitus est hostis, vt inquit Plinius, cornu ad saxa limato, aluum maximè petit, quam scit suis ictibus peruiam esse. Porrò Elephantis dentibus maximis & fortissimis cutem Rhinoceratis quantunlibet duram & vix iaculo peruiam validissimo ictu lacerat, dentibusque dilaniat. In eo certamine, quod hoc anno, vt diximus, Vlysbone fuit, Elephas succubuit. Est hoc in Elephante admiratione dignum, quòd est illi patrij sermonis intellectus officiorumque memoria, nec vllum aliud animal humanis sensibus propius accedit. Et quanuis sit immani corporis mole & inter terrestres bestias facilè maximus, tamen vsque ad eò ab homine domari se patitur, vt in India, vbi frequentes admodum sunt, aratrum trahere, & necessaria quæque ex rure domum vehere nõ recuset. Laudetur Deus in creaturis suis, & eius erga homines immensus amor, quem nobis tam varia diuersissimarum creaturarum in hominum vsum conditorum ministeria apertissimè loquuntur, prouocet nos ad illum redamandum.

Eodem anno mortem oppetijt Philippus ab *Oberstain* Archiepiscop^o Coloniensis, vir sanè longiori vita dignus, in cuius locum successit Hermánus à Vueda, qui tandè versutissimorum quorundam hæreticorum astu & fraude à catholica fide in errores traductus, loco motus est, vt alibi dicemus.

Fuerunt hoc anno tota ferè Europa magnæ aquarum inundationes, quæ etiàm arbores & domos euerterint. In Heluetijs quoddam flumen, quod anno 1513. ex monte quodam eruperat, hoc anno cùm iam instar maris excreuisset, tantum terrorem attulit eius loci incolis, vt ad montium cacumina confugerint, & paulò post summa vi & maximo impetu illa vndarum conge-

ries fractis rupibus, & obuijs quibusque obrutis, in vastum mare sese euoluit.

Hac tempestate Selymus Turcarum Imperator, cùm iam mira celeritate & diligentia copias in Armenia superiori æstate non parùm attritas & accisas, reparasset, ad Ismaëlem Persarum regem contendit. Priùs tamen, quàm in Armeniam interiorem se reciperet, expugnandum sibi sumpsit Aladolum Tauri & Antitauri regem, à quo se meminerat è Perside discedentem paulò antè per summam fraudem insignes clades accepisse. Gentes, quibus imperat Aladolum, bellicosæ inprimis & numero amplissimæ feruntur, sed agrestres sunt atque efferæ, & magna parte venationibus ac latrocinijs deditæ. Ortæ dicuntur ex Galatis, Cappadocibus, Armenijs, veteribusque minoris Asiæ colonis, qui propter assiduas bellorum iniurias superioribus seculis, & maximè cùm Tamerlanes Scythia horrendum in modum Orientem populabundus peruasit, ad hæc montosa tanquàm pacata sese loca contulere, aliquot primò ligneis pagis, mox quibusdam illustribus oppidulis constructis. Itaque Selymus totis viribus ad ortus Aladolum, non absque magna suorum strage eum in fugam compulit, sed nequedùm parta hac ratione victoria, eius præfectum Saxouaroglem nomine, magnis pollicitationibus corrupit, qui cùm alioqui infesto in Aladolum esset animo, cum magna equitatus parte ad Selymum per fugit, & non multò post captum Aladolum ad Selymum perduxit, qui eum necari iussit, omnemque eius ditionem in prouinciæ formam redactam sibi subiugauit. Indè perlata ad eum fama, quòd Pannonij in eius ditionem quandam irrupissent, Byzantium cum paucis redijt, & magno conflato exercitu, Pannonios duplici incurfione citò repressit. Ità ille immanis Tyrannus tam facile & in Asia & in Europa præsentem se exhibuit, vtrobique ex hostibus victor.

Per id tempus conuentus aliquot insignium regum habitus est Viennæ, putà

putà Maximiliani Cæsaris, Vladislai Hungariæ ac Boëmiæ, & Sigismundi Poloniæ regum, qui terruit quidē nonnihil Selymum, quod rumor esset contra ipsum illos reges arma sumpturos, sed vbi cōperit alia illic tractata esse, eo metu solutus, ad Oriëtem animum adiecit, relictis nihilominus in Europa firmissimis præfidijs cum Solimanno filio suo.

ANNO 1516. cum ingenti exercitu Selymus Persarum regem inuasurus, in ipso belli apparatu intellexit Campsonem Aegypti Sulthanum magnis contractis copijs stare ab Ismaële Persarum rege, & nulla ratione passurum, vt Persas bello appetat. Id quidem consternauit nonnihil Selymum, & conatus est Sulthanum muneribus in suas partes trahere, sed frustra. Itaque hunc sibi modis omnibus oppugnandum statuit. Atque hac in re mirificè illi fortuna arrisit, ità vt admodum breui spatio Sytiam, Aegyptum, Iudæam suo imperio adiecerit. Habebat Campson Mamaluchorum fortissimum exercitum, sed eorum superbum ac impotentem dominatum iam pridem pertæsierant Aegyptij. Mamaluchi, Christianæ religionis desertores sunt omnes, à captiuitate Mahometana superstitione, eiurato CHRISTI cultu & religione, imbuti. Sunt etiã qui pueros ab vberibus matris raptos, vel alio casu exceptos vendant mercatoribus, ijque rursus corporis & virium indole, vel animi vigore præstantes Alexandriam, atque inde ad Sulthanum Aegyptium perducunt. Is emptos curat mox accuratè à lanistis & præceptoribus institui. Vbi iam per ætatem nôrunt egregiè tractare arma, & militiam exercere, tunc stipendia facere incipiunt, & in prætorianos equites alleguntur: indociles verò & ignaui, fortibus perpetuò seruiunt. Atque ij omnes Christiana sunt religione initiati, quam abiurare coguntur. Nemo enim Mahometano vel Iudæo patre genitus, potest in equitum numerum adscribi, idque adeò, vt nec ad Mamaluchorum fili-

os dignitatis equestris iura transeant, immò nec Sulthanus ipse ad filios imperium transmittat. Multi perditæ vitæ & iudicijs damnati, è Christianorum prouincijs eò confugiunt, qui mox decisis præputijs & CHRISTO abiurato, si bello idonei sunt, ad amplissimos honores prouehuntur. Sed eorum in Syros & Aegyptios intoleranda fuit crudelitas, & iniuriæ quotidianæ eos omnibus summè inuisos reddiderunt: quod Selymo commodissimè cecidit. Aegyptij trecentis ferè annis eam vilissimorum mancipiorum tyrannidem pertulerant. Itaque Selymus incredibili celeritate præter expectationem omnem ad Campsonem delatus, Cayerbeium Campsonis præfectum iam proditoris animos induisse, & à Campsone ad secum magna exercitûs parte deficere paratum inuenit. Vbi ad pugnam ventum est, mirabili & præferoci audacia Mamaluchi Turcas inuaserunt, ità vt summo in discrimine versarentur, donèc displosis in Mamaluchos tormentis, & recenti equitum multitudine superueniente, victoria illis erepta est, ad quod plurimum contulit Cayerbeij perfidia & defectio. Campson ipse à suis è prælio fugientibus in arena prostratus occubuit, vir septem & septuaginta ætatis habens annos. Hac victoria potitus est Selymus, quod mirum videri possit, eodem ipso die, quo biennio antè Persas superarat. Mamaluchi in Campsonis locum Tomumbeium strenuum virum delegerunt. Interim Selymus occupata Syria, totus Aegypti opibus imminebat, maxima in eo itinere ab Arabibus damna perpeffus, qui eius exercitum miris modis exagitabant.

Porrò Selymus antequàm Aegyptum peteret, Hierosolymam adiit, veterumque prophetarum sepulcra suppliciter veneratus, Christianis sacerdotibus Domini sepulcrum obtinentibus, pecuniam in alimenta sex mensium largitus est. Indè expugnata Gaza, Aegyptum petijt, nec iam longè aberat à summo periculo, ipsi ab Aegypti

pti rege structo, cum ecce quatuor equites ex Tomumbeij exercitu profugi, omnia Tomumbeij consilia ei exposuerunt, quæ res illi & eius copijs salutem attulit. Mox rursùm manus confertæ tanto vtrinque odio, vt magnam suorum pariter atque hostium stragem per mutuam errorem ediderint. Tandem Tomumbeius receptui canere iubens, quod se Turcis imparem cerneret, Memphim profugit. Hæc pugna incidit in 9. Calend. Februarias, anno 1517. Postera luce in ipsa vrbe rursus toto biduo continenter pugnatum est, tanta Mamaluchorum pertinacia & virtute, vt Selymus victoria desperata iusserit urbem maximam & longè populosissimam inflammari, quod tamen incendium paulò post, cum suos euasisse superiores didicisset, restingui iussit, Ità capta est ea vrbs longè amplissima, & Tomumbeius fuga sibi consuluit. Ad extremum cum toties victus, etiàm oblata à Selymo pace, bellum redintegrasset, captus & gula fracta in ipsa Méphitica vrbe extinctus est, summa prius ignominia à Turcis affectus. Accidit hoc Idibus Aprilis, anno 1517. Ità nimirum se habet rerum humanarum conditio, vt nemo sit quantumuis potens & rebus omnibus affluens, qui non facillè possit è summo infimus, & ex fortunatissimo calamitosissimus effici. Quod propterea sic est diuinæ prouidentiae consilio ordinatum, vt facilius homines presentia possint despiciere, & summo bono præpotenti DEO constantius inhærere. Pauloantè Sulthanorù Aegypti fuerat sanè formidanda potestas, quæ necopinatò ità repente omnis protrita est, vt vsque ad regis Aethiopum longè potentissimi fines omnia cesserint victoris Selymi imperio: cuius certè hominis fuit effera crudelitas, indigna tot rerum prosperrimis successibus, nisi quod tergis Christianorum hac Turcicarum victoriarù perpetuitate asperima flagella parabantur. Aegypto Selymus præfecit Cayerbeium proditorum Campsonis, & Syriae Gazellem, multisque è Memphi ablati tum publicis tum priuatis non sinè magna inui-

dia ornamentis, Byzantium redijt, prius tamen hyeme subsequente in Syria exacta. Interea dum hæc in Syria & Aegypto geruntur, Christiani principes non solum nihil mouent contra Turcas, sed more suo intestinis bellis, præsertim in Italia, sese conficiunt.

ANNO 1517. Selymus Turca, vt iam diximus, cepit Memphim, siue Alcairim, & mox Aegyptum omnem in suam redegit potestatem. Tomumbeius Sulthanus fugam arripiens, cum se in palude quadam inter iuncos & arundines occultasset, immersus aquis vsque ad summum pectus, captus & ad Selymum perductus est. Qui iussit primùm tradi eum tortoribus, vt de Campsonis thesauris quærerent: sed ille nihil præter suspiria & horribiles gemitus in summis cruciatibus protulit. Postero die vili camelo impositum, ac detrita indutum veste, reuinctis à tergo manibus, per omnia vrbes Memphiticæ fora et celeberrimas regiones circumductum, laqueo ei gulam frangi, atque vt transeuntibus ludibrio foret, vnco ferreo suspensum supra fornicem relinqui iussit. Multis ea res lachrymas excussit, atque vitanam moueret etiàm Christianos dynastas, quibus possint facillè etiàm peiora à tam feris & barbaris tyrannis accidere.

Hoc anno Martinus Luterus, Augustiniani instituti monachus, cepit in Germania noua spargere dogmata, & res nouas moliri, quæ tandem toti orbi Christiano exitium adferrent. De hoc homine accuratius aliquantò agendum est, vt posteritas omnis de illo & eius audacissimis facinoribus certius æstimare queat: præsertim cum præter alios eius hominis fautores, Iohannes Sleidanus Commentarios conscripserit de Statu religionis & Reipubl. Carolo quinto Cæsare, in quibus ità tuetur Luteri & discipulorum eius causam, vt blanda & mellita oratione religionis negocium cum alijs plerisque rebus gestis commisceat, ità vt miro artificio dum lectorem detinet historiæ varietate, simul incau-

tis & imperitis animis, identidem eti-
 am insignitèr mentièdo, damnatorum
 iam olim dogmatum virus exitiale in-
 stiller. Atq; vt dictis suis, quæ ipse non
 fuit nescius, q̄ in multis à vero abhorre-
 ant, fidè maiorem cõciliet, Paulum Io-
 uium & Iohannè Cochleũ tacito vtri-
 usq; nomine in Epistola nuncupatoria
 impudentèr perstringit, cum illis viris
 longè certè charior fuerit fides, quàm
 Sleidano & plerisque alijs sectarijs, qui
 cum catholica fide oẽm etiàm pudorem
 & dictorũ factorumq; cõstantiam & fi-
 dem abiēcisse cernunt. Mentiri aut, præ-
 fertim in fidei & religionis negotio, tã
 est perniciosum & execrabile, vt quisq;
 vel semel de industria quod falsum sci-
 ret, pro vero affirmasse depræhensus fu-
 erit, illi om̄is deinceps fides iure optimo
 detrahenda videatur. Mirum certè est,
 plerofq; etiàm Catholicos vsque adeo
 Sleidani lectione delectari: sed quia vo-
 lumus passim om̄ia etiàm suspectæ fidei
 hominũ scripta legere, & videmur nõ
 bis ea esse iudicij acrimonia & maturi-
 tate, vt facillè de quibuslibet statuere possi-
 mus, falsaq; à veris internoscere, idèo tã
 multi adeo leuiter & pueriliter in fœ-
 dos errores prolabimur, quorũ meritò
 pudere possit nõ modò graues viros, sed
 etiàm decrepitas anus & deliros senes: &
 tamen interim videmur nobis in luce
 Euangelij versari, plũs videre quàm vi-
 derint maiores nostri, à quorum nos grã-
 uitate, integritate, prudentia, constan-
 tia longissimè distamus: & plerunquè
 temulentę mulierculæ & ex infima ple-
 bis fæce stolidissimi ac stupidissimi bla-
 terones scripturas diuinas egregiè cre-
 pitant, eas se quouis Theologo rectiũs
 intelligere procacitèr iactitant: & est
 certè deniquè eò iam redacta res, vt dum
 vel maximè Euangelium & puram do-
 ctrinam plerique omnes Catholicę Ec-
 clesiæ desertores sibi vendicant, & ma-
 gna vocis animorumq; contentione
 buccinare & crepare non desinunt, in
 quendam horrendum atheismũ, & cer-
 tissimum ethnicismũ prolapsi conspi-
 ciantur, adeo vt nonnullis locis vulgus
 miserabile iam in varias pugnantisque
 distractum sectas, nõ videat quid sequi
 & amplecti debeat, & non multũ à

suprema salutis omnis desperatione ab-
 esse videatur. Sed hæc in ipso processu
 opportunis locis fortassè commodiũs
 demonstrabimus. Iam ad Luterum ve-
 niamus. Is natus est Islebij, in celebri
 Comitatu Mansfelden; anno salutis
 1483. pridie D. Martini, cuius nomen
 accepit in baptismo. Puerulus scholas
 adiit Islebij, indè Magdeburgum, post
 anno absoluto Ifennacum Thuringiæ
 oppidum profectus, exactis illic annis
 quatuor, Erphordiã insignem Thuringiæ
 urbem, Academia celebrem, se con-
 tulit, vbi anno ætatis 20. artium magi-
 ster creatus est. Indè cum Iurispruden-
 tiæ animum appulisset, ambulans cum
 socio in agro, repente fulminis ictu so-
 cium perdidit: qua re territus & cõster-
 natus, multis stupentibus, relicto mun-
 do & spretis omnibus, D. Augustini in-
 stitutum Eremitanum complexus est.

Quod quidem si solo, vt apparet, ser-
 uili adactus timore fecit, debili sanè
 fundamèto nixus est, quippe cum eius-
 modi timor etiàm à Cicerone ethnico
 rectè vocetur nõ diurni magister of-
 ficij. Quanquàm non est culpandus,
 qui vel metu solo ad vitam corrigendam
 adducitur: sed tamen oportet niti ad
 magis magisque obtinendam charita-
 tem, quæ foras mittit timorem illum.

Verũm quocunq; demũm animo Lu-
 terus cœnobium petierit, certè in eo in-
 tegrum annum ante solennem professi-
 onem, vt moris est, nouitius constan-
 tèr perseuerauit, & deindè palàm pro-
 fessus est monachum, atque annis qua-
 tuor non instrenuum se præbuit in ex-
 ercitijs spiritalibus, licet quædam in eo
 apparerent, quæ de mali dæmonis com-
 mercio suspectum eum redderent, illud
 inprimis, quòd cum aliquandò in Missa
 diceretur Euangelium de expulso sur-
 do & muto dæmonio, subito corruens
 exclamaret, Non sum, Non sum. Immo
 verò, ipse nõ semel in suis scriptis testa-
 tus est, se probè cognitum habere dia-
 bolum, & plũs quàm frustum vnum sa-
 lis cum eo comedisse: quæ quidem di-
 ctu sunt horrenda. Cum autem Saxo-
 niæ princeps Fridericus Vuittenbergæ
 nouam constituisset Academiam, ad
 eam quoquè Luterus anno 1508. mis-

sus, publicè prælegit Logicen & Physicam Aristotelis. Triennio post Romam ire compulsus cuiusdam litis componendæ causa, ea transacta, redijt Vuittembergam, & Doctor Theologiæ factus, cum esset disputator vehemens, primùm quidem Vuitbergæ, mox etiã Heidelbergæ ingenij & eruditionis famã disputando captare cœpit, nouis propositis thematis.

Interè Romæ Leo Pontifex largissimas promulgat condonationes siue indulgentias, eiq̃ue negotio in Germania præficit Moguntinum Archiepiscopum Albertum, principem celeberrimum. Is ad prædicandas eas indulgentias delegit Iohannem Tetzellium Dominicanum. Ea res pessimè habuit quosdam Ordinis Augustiniani, in primis Iohannem Staupitium, eius Ordinis generalem per Germaniam Vicarium, virum nobilem, factũ, & Frederico principi charum, itemq̃ue Martinum Luterum lectorem Ordinarium Vuittembergæ. Et quia interdum non parui abusus eiusmodi euulgandis indulgentijs sese immiscuerant, inde sumpta occasione, Luterus primùm in indulgentiarum immodicos quosdam & sordidos, suo duntaxat quæstui seruientes buccinatores acriter inuectus est, datis ad Moguntinum antistitem literis, in quibus longè aliter scripsit de salutis certitudine, quàm paulopost in sua Captiuitate Babylonica & scriptis alijs. Simul etiã 95. propositiones palàm edidit, quibus Indulgentias oppugnauit. Cõtrã verò Tetzelli' 106. propositiones euulgauit, Luteranis planè cõtrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum Luteranæ hæreseos incendium, quo tota penè Europa postmodum conflagrauit. In ipsis huius Tragœdiæ inijs visus est Luterus etiã plerisque viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planeq̃ue nihil spectare aliud, quàm Ecclesiæ reformationem, cuius quidam deformes abusus non parùm malè habebant bonos omnes. Sed vbi Luterus totum suũ pectus non diũ post aperire cœpit, facillè patuit, q̃ ille nihil spectaret minùs, quàm Ecclesiæ pacem & re-

purgationem, Verùm multis imposuit eius simulata humilitas & erga Pontificem reuerentia, qua illi necessariò vtendum erat, donèc sibi parâset vires, quibus fretus, omnem iam vndeunque occurrentium aduersariorum impetum sustinere posset. Multi fuere olim insignes hæretici, & ingenio quidem ac eruditione Lutero longè superiores: sed qui tam impotenti & effera animi audacia ac importunitate fuerint, haud facillè vllos inuenias. Fruebatur amplissimi principis Saxonie Friderici patrocinio, cuius tunc erat inter cæteros Germaniæ proceres præcipua ferè auctoritas, potentia, liberalitas: & idè facillè contemnebat minas & pericula omnia, atque indiscriminatim in quoslibet tũ Ecclesiasticos tum ciuiles magistratus petulantissimè incurrebat, probraque & conuicia procacissimè iactabat, vbiq̃ue ferè in id vnum præcipuè intentus, populo vt placerent quas fecisset fabulas, populique gratiam & applausum captaret. Et quia multa erant in Clero vitia, quem ille apud laicos in odium & inuidiam adducere modis omnibus conabatur, ea summa animi acerbitate omnibus propalare, mirè exaggerare, & impudenter multa fingendo in vulgus spargere studuit. Et certè breuè ille multis id effecit locis, vt Clerus omnis non alio quàm luporum loco apud laicos passim habitus sit. Et fuit id quidem verissimum, Clerum multis abominandis scaterere vitijs, quæ cum nulla Prælatorum seueritate castigarentur, permisit præpotens DEVS huius importuni & improbi apostatæ conatus non inanes habere successus, Clerumq̃ue in summum venire contemptum, vt vel sic tandem resipiscerent. Atque vtinam vel vexatio dedisset intellectum auditui. Dolenda certè res, plerosque adèd in Clero occætos, vt propemodum stupidi & ab omni sensu alieni, ipsas suas supremas calamitates nec animaduertere quædem videantur, & in summis animæ & corporis periculis haud aliter atq̃ue in certissima securitate versentur. Atque hæc vna & sola ratio est, cur Luteri & eius discipulorum nefanda dogmata

gmata & impij conatus vsque adeò felices habuerint progressus multis annis, quòd nulla apud Catholicos, etiàm in ipso Clero, secuta est vitæ in melius cõmutatio, vt iam meritò pudere nos debeat socordix & impudentix nostræ, qui videmus nos vndiquè Dei iusto iudicio propter peccata nostra tot malis obrui, nec tamen operam damus, vt moribus rectius componendis & corrigendis iram præpotentis Dei à nostris ceruicibus auertamus. Nihil prorsus virium est in istis impijs & blasphemis hæresum fabricatoribus, nisi quantum vitæ nostræ corruptione illis subministratur. Sed de his satis.

Eodem hoc anno, qui fuit 1517. insignis quidam pirata Petrus Longus natione Frisus, cum 500. perditis nebulo-nibus mare infestū habuit, & vrbes maritimas Aquilonares egregiè diuexauit. Voluit is vastator Danorū, vindex Brēmensem, interceptor Hamburgensium, crux Batauorum prædicari. Insignia eius & vestium ornamenta, patibula & rotæ pictæ, dignum tali patella operculum. In Italia hoc ipso anno armatæ acies in aère visæ sunt infestis inter sese signis concurrere & præliari.

Eodem anno Christiernus rex Danie & Noruegiæ Suediam occupare cupiens, cum viribus non posset, ad callidas artes conuersus, cœpit ad defectionem quosdam è primoribus regni sollicitare. Fertur Episcopus Vpsalens Gostauus in eius partes cum nonnullis alijs concessisse. Sed illo à Stenone Suediæ gubernatore represso, Christiernus rem ad arma contulit, & Stocholmiam regni metropolim obsedit, sed frustra. Itaque per dolum inducijs postulatis & acceptis, vbi à Stenone exercitus eius, qui summa rerum omnium inopia iam diu premebatur, recreatus est, datis obsidibus, Stenonem in castra ad colloquium euocauit, sed Senatus Stocholmiens sentiens dolum, non permisit Stenonem eò se conferre. Rursus ad alias se transferens machinas, urbem se ingressurum ait, modò prius dentur obsides salutis suæ. Mittuntur ad eum aliquot nobilissimi iuuenes, in ijs Gostauus Erich-

son, postea Suediæ rex, quos ille mox vbi ad naues peruenissent, coniecit in vincula, & in Daniam abiit. Interim annis quatuor quieuit. Postea conscripto milite obsidet rursus Stocholmiã: Senatus iam occiso in pugna Stenone, sub certis conditionibus Danò urbem dedit. Is donèc militem & arcem confirmaret, fidem datam minimè fefellit. Sed iam satis munitus, conuocat suos, aperit consilium perdendi ciues, modum quo id fieri possit, tanquam ipso insciente & inuito, perquirat. Illi dant consilium, quod rex amplectitur. Fit apparatus magni cõuiuij, ad quod Suediæ proceres & quidam alij inuitantur. Danus se iucundum præbet, idem Suedi faciūt, ignari periculi sui. Postquam triduo epulatum est, conuiuæ rapiuntur in carceres. Altera luce portæ urbis clauduntur, milites armati ingenti terrore edito, per regiones disponuntur, è regia duo Episcopi Scarcensis & Stren-genensis ad aream, quæ est ante prætorium, producuntur à carnificibus, & mox prostrati capitibus truncantur. Idem patiuntur alij proceres, & post illos Senatus urbis: indè in plebem sæuitum est: multisq; se occultatibus, impunitas edicto proposita fuit omnibus. Prodeunt miseri ciues, & ad vnum omnes trucidantur à barbaro milite. Durauit ea cædes aliquot dies continuos, & immani quadam planeq; barbara tyrannide id temporis vsus est rex ille Christiernus, qui non multò post, DE O iustam ab illo repetente vindictam, ditio-nibus suis omnibus eiectus, vagus & inops in solo alieno exulauit. Tandem cum regnum, comparatis copijs rursus obtinere vellet, captus & custodiæ micipatus est, & captiuus ad supremum vsque spiritum permansit. Sub hoc etiàm rege multa perpeffus est vir insignis Georgius à Schotborch Lundensis Archiepiscopus, quòd ei nollet tradere insulam Bornholmensem. Is Episcopus tandem propter iustitiæ defensionem exul à sede & patria sua, Colonia Agripinæ mortuus est post multas huius vitæ ærumnas & calamitates, quas constanti animo non paucis annis perfer-

re máluit, quàm dicecesim suam non vt pastor, sed vt vilis mercenarius prodere tyrannis. De quo sanè Episcopo multa possent dici laude digna, quæ tamen breuitatis studio præterimus.

ANNO 1518. Maximilianus Cæsar conuentus egit Augustæ Vindelicorû, vbi principes Electores omnes adfuerunt. Missus quoquè eò fuit Cardinalis Thomas Caietanus vir excellenti doctrina, qui thesauros Ecclesiæ Pontificis nomine in bellum Turcicum polliceretur. Eodem anno Maximilianus scripsit Pontifici de turbis per Luterum excitatis, oratque vt maturè rebus affectis opem ferat: quicquid decreuerit, securaturum vt executioni mandetur.

Per id tempus scripsit Luterus latinè librum hoc titulo, Resolutiones disputationû de Indulgentiarû virtute, &c. in cuius Præfatione mirabiliter se submittit Romano Pontifici: sed vt sibi gratiam apud omnes, aduersarijs odiû conflaret. Itaq; hac simulatione aliquot etiã grauib' viris ille primùm imposuit. Porro aliquot ex eis, qui carmine & p'ssa valebant, sibi Luterum defendendum susceperunt, multis cõiectis in Prælatos & Theologos conuicijs. Itã sensim Luterus creuit apud vulgûs, & aduersarij in contemptû venèrè. Interea Luterus citatur Romam, sed excusat sese. Negotium mandatur Cardinali Caietano, ad quem, licèt inuitus, venit Luterus Augustam. Cardinalis multùm egit, vt hominem ad sanitatem reduceret, sed id frustrà fuit. Comminante Cardinali excommunicatiõem, Luterus planè veteratoriè prouocat ad Põtificem. Et Cardinali quidem deindè scripsit aliquotiès literas blandissimas, quibus eius clemẽtiam & humanitatem mirè prædicauit: alijs verò de eodem Cardinali longè alitèr & dixit & scripsit etiã publicè, accusans eum tyrannidis, &c. Eiusmodi artibus ille non parua accepit incrementa, Deo id permittente in castigationem Ecclesiæ suæ. Pauci id tum aduertebãt, nec quisquam erat, qui ex ea scintilla tantum incendium breuì emerfurum suspicaretur. Scripserunt id tẽporis cõtra Luterû aliquot præclari theo-

logi, sed quos ille duceret pro nihilo, multorum iam sciorum fretus fauore, qui Theologis orationis elegantiam neglectui habentibus, eo ipso nosse eruditionem quoquè detrahere non dubitarent, quasi rerum cognitio in dictionis phaleris posita sit.

Eodè anno Carolus Hispaniarû rex magnas eduxit copias aduersus Marthanos, & expugnato ex munitissimis eorû oppidis vno, plus minùs quadraginta barbarorum millia prostrauit, ex præda huius victoriæ duo preciosissima vexilla Cæsari Maximiliano, auo suo paterno transmittens.

ANNO 1519. Maximilianus Cæsar 12. Ianuarij anno ætatis suæ 63. mortuus est, cum intepèstiuè pharmacû incertæ efficaciz contra morbû, quem sibi imminere putârât, hausisset: vir sanè præstâtissimus, corporis atq; animi donibus inclytus. Eo mortuo, Luterus factus est insolentior. Per id tempus D. Iohannes Eckius Theologus celeberrim' quibusdã annotationibus, quas Obeliscos inscripsit, Luteri primas de Indulgentijs propositiones taxauit. Id malè habuit tum Luterû, tum Andreã Carlstadiû Archidiaconû Vuittenbergen. res in disputatione deducta est, & disputationi locus designatus Lipsiæ. Venit eò intrepidus Eckius, venerût etiã Luterus & Carlstadius. Cum Carlstadio primò disputatû est: eo delassato, Luterus successit: porro inter disputandû monitus à cõsiliarijs optimi principis Georgij, vt comitèr & sedatè se gereret, (viderat enĩ hominis vultum iracundû) ille respondit, Neq; propter Deû hæc res cœpta est, neq; propter Deû finiet. Quæ erat certè vox in primis barbara & immanis. Attamè in ipsa disputatione de quibusdã rebus longè alitèr, magisq; Catholicè dicere vilus est, q̃ paulò post scripserit. Nihil derogatum voluit neq; Romanæ Ecclesiæ primatui & authoritati, neq; Põtifici. Damnauit Boëmos tãquàm schismaticos: non solùm credere, sed etiã scire se dixit esse purgatorium. Verùm longè secùs postcà scripsit, & Eckium passim apud omnes, atque ipsum adeò Romanum Pontificem acerbè traduxit.

Scripsit

Scriptit etiã in Hieronymum Emserũ petulantissimè, atque hoc sanè ille pro more habuit, vt quos veritate non posset, eos conuicijs, lædorijs, calumnijs, mendacijs obrueret.

Hoc anno Francophurti cõuenerũt Electores Principes, & in Maximiliani Cæsaris locũ elegerũt Carolũ Austriacũ principẽ potentissimũ. Multũ laborauit Gallus, vt is honos ipsi deferretur, nec deerant, qui illi fauere viderentur, sed Carolus ei antelatus est. Fertur ea res exitali illi bello causam dedisse, quod breui postea iter illos exarsit. Missus est ad Carolum tũc in Hispanijs degentem Fridericus Palatinus, qui eum & oblatum honorẽ suscipere, & in Germaniã iter maturare hortaretur. Accipit eum Carolus liberalitè, & honorificè donatum à se dimisit. Habebat id tẽporis Carolus annos vndeuginti, de cuius progenie pauca hoc loco non incommodè dicturi videmur. Gallia regi Carolo 5. cui Prudentis cognomẽ fuit, Burgundiã principatus cum delatus esset, is eum fratri suo Philippo dedit. Philippus in matrimonium accepit Ludouici Flandriã comitis filiam vnicam Margaritam, ex qua illi natus est Iohãnes filius, q̃ pater fuit Philippi eius, qui ducem illum longè potentissimum Carolum, apud Nanceium tãdem cæsum, generauit. Eius verò Caroli filiam Mariam, amplissimarum ditionum hæredẽ duxit Maximilianus Friderici eius nominis 3. Romanorum Imperatoris filius, qui Philippum edidit huius Caroli V. parentem. Habuit enim Philippus iste in matrimonio Iohannam, Ferdinandi Hispaniã regis filiam, vt iam supra quoquẽ dictum est, ex qua suscepit Carolum & Ferdinãdum, ambos postea Romanorũ Imperatores longè optimos atque integerrimos, quorum insigni virtute & pietate sic hæctenus defensum est Romanum Imperium, vt Turcarum licèt potentissimus rex ab illis sepe repressus sit, & non semel in fugam compulsus. Porrò Ferdinandus Caroli Imperatoris auus maternus, fuit Aragoniã atque Siciliã rex, coniugemque habuit Elizabetham, Iohannis secundi regis Hispaniarum filiam hæ-

redem. Post etiã obtinuit regnũ Neapolitanum, genuitq; ex Elizabetha Iohannem, Isabelam, Iohannam, Mariam, Catharinam. Iohanne mortuo & Isabela sinè liberis, totius regni successio, more eius gentis, detoluta est ad Iohannam natu proximam sororem. Hæc igitur ratione ditiones omnes tam Ferdinandi regis Hispaniarum, quàm ducis Burgundiã Caroli, ad Iohannẽ filium Carolum, eius nominis V. Romanorum Imperatorem, peruenere, itã vt multis seculis eo potentiolem non habuerit Germania Cæsarem, licèt in tanta amplitudine singularis quædam & incredibilis in eo principe semper extiterit modestia & humilitas, vt nihil iam dicamus de alijs eius virtutibus, q̃ sunt multæ in eo, & haud vulgares apparere.

Luterus autem & eius studiosi plerique omninò persuasum habebant, fore vt is iuuenis Imperator planè Luteranus fieret, nec dubitauit Luterus datis ad eum literis suam testari innocentiam, & aduersarios criminari. Verum abineunte ætate singularis in Carolo prudẽtia enituit, nec potuit vnq̃ vel Luterus vel quilibet alius sectarius eius cãdidissimum pectus deprauare. Augebatur interea in dies & inuidia Cleri ac Theologorum & monachorum, & fauor multorum, præsertim poëtarum & rhetorum erga Luterum.

Hoc anno apud Heluetios Tigurinos Vlrichus Zuinglius cœpit Indulgẽtiarum prædicatorem eò missum à põtifice oppugnare. Is Zuinglius damnatum olim Berengarij dogma de Eucharistia instaurauit vnã cũ Carlstadio & Oecolampadio, Brigidani instituti desertore.

ANNO 1520. apud Ciurliũ Thraciã pagũ nõ absq; manifesta Dei vindicta, pestilenti circa renes enato vlcere extinctus est Selymus Turcarũ imperator, magno Occidentis cõmodo, cui propediẽm arma illaturus videbat. In eodẽ loco paucis antè annis cũ patre suo cõflicerat, dignus qui ibidẽ quoquẽ poenas lueret. Vnicũ ex Bosphorani regis filia reliquit Solymannũ, tot regnorũ heredẽ, de quo suis locis referemus. Audita Selymi morte, Gazelles Syriã pfectus rebellauit, Syrosq; & Arabes habuit sub-

defectionis approbatores. Sed cum Caierbeius Aegypti praefectus eius consilium usque adeo non probaret, ut etiam legatum illius supplicio afficeret, *Solymanus e Cilicia misit contra illum Frahatem Bassam, qui eum cum omnibus ipsi adhaerentibus & fortissime praeliantibus interfecit. Ea victoria confirmatus Solymanus, paulo post Ungariam cum magnis copiis sibi oppugnanda sumpsit.

Hoc anno Carolus Caesar electus, ex Hispanijs venit in Belgium, inde petiturus Aquisgranum, & veteri instituto coronam accepturus. Sauebat id temporis pestis Aquisgrani, eoque hortabantur Electores Carolum, ut alium locum inaugurationi designaret. Sed ille in sententia permansit, dicens se non temere posse mutare Caroli 4. legem. Itaque Ecclesiastici Electores cum multis alijs principibus viris & tum aliorum, tum Saxonis & Brandenburgici legatis eo venerunt, & omnibus ex more peractis, primo electores, post illos Caesar inde Coloniam abiierunt, ubi Imperij conuentus indictus est, & iussi principes omnes Vuormatiae praesto esse VI. Ianuarij.

Per hoc tempus Luterus scriptum edidit ad Carolum Caesarem & nobilitatem Germaniae, in quo inter alia, seditioni concitandae opportuna, ausus est scribere Pontificis potestati non modo non obtemperandum, sed resistendum etiam corpore, substantia & viribus omnibus: Papam & Episcopos esse subiectos gladio Caesaris, & alia multa, quae facile coarguunt, quo spiritu ille homo impelleretur, cum sint manifeste contraria scripturae diuinae, quae nos multis locis iubet obedire praepositis nostris. Nec hoc contentus homo improbus & impotentiarrogantia, totum Ius Pontificium cum bullis Pontificum Vuittenbergae palam incendit & exulsi. Obsecro, si non hoc est plane in rabiem & furiam agi, quid tandem erit? Et tamen tanta caecitas multorum pectora fascinauit, ut id factum longe insolentissimum, & non verbis, sed flammis vindicandum, multis laudibus cumularint. Et ipse Luterus iam plane perditus & deploratus, scripsit librum in huius facti sui defensionem, refertum atrocissimis calumnijs,

Appellauit etiam non semel a Pontifice tanquam Antichristo ad Concilium: quasi vero ille Concilio ulli unquam obtemperaturus esset, qui praeter insania Decretorum codicem concremasset, qui innumeris antiquissimorum Conciliorum sententijs scaret. Hortatus est etiam Principes, ut armis omnibus Pontificem & Cardinales oppugnarent, & in eorum sanguine manus lauarent suas. Haec non erant homines Euangelici, sed sanguinarii, nec sic prophetae & Apostoli, immo nec Christus ipse suum Euangelium auspicatus est.

Cum autem didicisset Louaniensem primum, deinde Coloniensem Theologos ipsius scripta danasse, licet Louanienfes quandoque Augustae reuerenter sibi postulasset iudices, in utrosque more suo egregie inuectus est, plus sibi vni arrogans iudicij & eruditionis, quam tot egregijs viris. Scripsit etiam acerbe in alios quosdam, ita ut Leo Pontifex, vir alioqui mitissimi ingenij, cernens hominem apud Germanos sursum deorsum miscere omnia, nec ullis admonitionibus posse a coeptis reuocari, tanquam morbidum membrum ab Ecclesiae corpore anathematis ferro pcciderit. Tum vero ille tanta animi impotentia scripsit in Pontificem, ut Catholicae aures ferre non sustineant. Sub hoc quoque tempore edidit Captiuitatem Babylonicam, in qua propter alia Boemos & Graecos tuetur, & non hos, sed Romanos dicit haereticorum loco haberi oportere. Porro Carolus Caesar ubi percepit Pontificis sententiam damnatos Luteri libros, seueris propositis edictis iussit eos flammis absumi: id quod etiam factum est per Brabantiam, & in aliquot Imperij ciuitatibus &c.

ANNO 1521. vocatus Luterus sub publica fide Vuormatiam, ubi frequentissimus habebat principum conuentus, cum de animi pertinacia nihil remitteret, diceretque intolerabili supbia, se neque Pontifici, neque Concilij solis credere, Carolus Caesar memorabili insignis pietatis exemplo sua manu scripsit ad Principes inibi congregatos sententiam suam, aitque se regna, facultates, vires suas omnes, corpus quoque & animam impendere statuisse, ne tam improbus Luteri conatus vltro progredi possit, iussitque Lutero quod primum illinc abscedere. Atque utinam pijsimum princeps ab ea sen-

sententia non fuisset deducta etiam catholicorum dynastiarum precibus, qui putabant mitius agendum cum Lutero, ne res in tumultu & turbas horrendas euaderet. Luterus autem ex Vuormatia discedens, in ipso itinere per quosdam amicos & fautores mirabili calliditate interceptus est, & mox longè lateque sparsa fama, contra datam fidem publicam eum atrocissimè vincitum abductum esse. Et iam passim, presertim Vuormatie, omnia ad seditionem spectabant, donec rei veritas comperta est. Ductus est autem Luterus iussu Friderici principis sui Alstadii, ut ferunt, quod oppidum ex eo euentu Lutero Patmos ab amiculis eius vocatum est. Ibi ille importunus monachus securè in arce delitescens, multa scripsit digna tali viro. Inter alia hortatus est, ut adolescèntes vitent Philosophiam & Theologiam scholasticam, ceu animæ mortem, Thomamque Aquinatè asserit multa heretica scripsisse. Quid ad me, inquit, quod bullarum Episcopus eum canonizauit? Sic vocans Romanum Pontificem, qui Thomam diuorum catalogo adscripserat, longè utique saniori iudicio, quam eum Luterus hereticus hæreseos damnarit. Scripsit ibidem librum de abroganda Missa priuata ad fratres suos Augustinianos Vuittenbergenses, qui primi omnium Missas abrogauerat, quos hortatur, ut in eo incepto contra conscientiam accusationem persistant, sicut & se in quibusdam fecisse ait. An non verò mirum est, dum talia legunt homines, posse vel ad momentum in eius viri doctrina permanere? An non perspicuum est omnino perire velle eos, qui tali homini, qui contra conscientiam suam se in plerisque fecisse affirmat, auscultent? Pugnare enim contra conscientiam à malis deterrentem, quid est aliud, quam rebellem esse lumini, nec velle obtèperare veritati, sed ea contempta, eò conniti, ut liceat quicquid libet? Porro in abroganda Missa & tollendo ab Ecclesia iugi hoc sacrificio multus profectò Luterus fuit, ita ut ea res plerisque non dubiam faciat fidem esse propinquo imminentis Antichristi, qui iuge sacrificium prorsus abolebit.

Eodem anno etiam Parisienses Theologi in solenni cōuentu Lutero scripta damnarunt, licet longè secus Luterus

& eius amiculi sperassent. Contra hos scripsit Philippus Melancthon iuuenis Apologiam pro Lutero, hac inscriptione: *Aduersus furiosum Parisiensem Theologastrorum decretum &c.* Eiusmodi modestiam Luterus, tum eius sectatores omnes ferè semper vsi sunt, quam utique non à Christo, sed illo qui rex est super omnes filios superbiæ, didicerunt. Scripsit etiam in eos Luterus atrocissimè sermone vulgari, ut vulgus indoctum in eos concitaret. Amici quoque eius scurrilem edidit libellum sub nomine facultatis Theologicæ Parisiense. Istud enim hominum genus non ferè nisi mēdacijs, probris, contumelijs, conuicijs, scōmatis, lædorijs agere nouit cum aduersarijs, & interim vocant se homines pios & Euangelicos, & qui puram doctrinam in lucem reuocarint.

Hoc anno Carolus Imperator Vuormatiæ grauissimum edictum cōtra nouatores orthodoxæ & Catholicæ religionis promulgauit, in quo inter cetera dicit Luterum non hominem, sed diabolum sub humana esse specie, qui in perniciem humani generis permultas olim damnatas hereses in vnam sentinam congererit. Quod quidem tam fuit verum, ut talem virum aliquid potuisse apud Germanorum hætenus summæ constantiæ & integritatis nationem, illius nationi ad sempiternam haud dubie cessurum sit ignominiam & confusionem.

Ipsa hoc anno * Solimānus Turca in Pannonia Belgradum, ad confluentes Sauum atque Danubium situm, insigne atque fortissimum totius Hungariæ munimentum, Christianis principibus intestina bella meditantibus, expugnauit, cum iam antea Amurathes eius abauus, & paus Mahometes magnis acceptis detrimētis, re infecta, indè discedere cōpelli fuissent. Facile id fuit Tyranno, quia iter Ludouicū regē iuuenē & pceres Pannoniæ parum conueniret, ideoque nulla firma p̄sidia hosti barbaro opposuissent.

Eodē anno Ferdināus archidux Austriæ vxorē duxit Annā regis Hungariæ filiam, itemque Ludouicus Hūgariæ rex, Ferdinandi sororem Mariam.

Per id ferè tempus ortum est eheu bellum inter Carolum Imperatorem

& Gallia regem Franciscū, quod quā funestum fuerit Reipub. Christianæ, vel eo solo nomine, quod interim dabatur magna opportunitas Lutero & eius afsectis noua dogmata magis magisque in vulgus spargendi, nemo vllis vnquam verbis consequi possit. Quod si duo illi potentissimi principes aut vires suas cōiungere, aut saltem rex Frācisus à bello abstinere voluisset, facile hereses omnes in ipsis suis inijs oppressæ fuissent. Sed peccata nostra diuinam in dies prouocabant iustitiam, quæ tandem malo demoni fecit potestatem Ecclesiam pturbandi & diuexandi: atque vtinam vel ferò sapiant Phryges.

Hoc etiā anno Mediolanum ereptum est Gallis, & paulo post anno 1522. Leo pōtifex atrocis toxicī abreptus violentia, excessit è corpore, cuius locū obtinuit Hadrian⁹ Florētius Batauus, vir insigni tum doctrina, tum morū integritate, præceptor quondam Caroli Imperatoris: cuius etiā iam tum Cardinalis singulari prudētia, absente Carolo perturbatæ Hispaniæ restituta iam antè fuerat tranquillitas. Carolus enim in Germaniam abiturus ex Hispanijs, cum regia authoritate in procuratiōe vtriusq; Hispaniæ eum reliquerat.

ANNO 1522. Rex Danorū Christianus suæ crudelitatis luens pœnas, è regnis suis profugus, cum Isabela Caroli Cæsaris sorore Mechliniam venit: nec diū post superuixit Isabela, sepulta Gādaui apud D. Petrum. Possunt eo exemplo admoneri, qui præsentī fortunæ nimium fidentes, insolescunt, & ad crudelitatem & tyrannidem sua potentia abutuntur, perindè ac si Deo nō sint curæ res humanæ.

Circa hæc ferè tēpora Henricus Angliæ rex VIII. scripsit in Luterum, eoq; nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium senatu, Catholicæ fidei defensor appellatus est.

Per id quoque tempus Luterus è Patmo sua redijt Vuittembergam. Porro interim dum ille abesset, quiddā mirè ridiculū accidit Vuittembergæ. Carolstadius enim & Melanchthon præcipui Luteri discipuli & symmystæ, hausta occasiōe ex scriptis Luteri, studiosis

adolescentibus persuasere non esse dādam operam Philosophiæ, Platonē, Aristotelem, Ciceronem & id genus alios non nisi mera scripsisse commēta & imposturas, eoq; libros eorum Vulcano consecrandos: vni sacrorum Bibliorum lectiōi vacandum: neq; fas esse hominem Christianum literis deditam actitare vitam, faciendum omnibus, quod in Genesi dictum est, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Nemini dubium esse potest, quin ob stultissimam animi arrogantiam illi grandes Sophi ad tam absurdam & plus quā anilem delirationem deuoluti sint, cum certum sit magnam esse liberalium artium & Philosophiæ ad multa opportunitatem, modò quis rectè & moderatè illis vtatur. Scripserat Luterus in libello ad Germanicā nobilitatem, Aristotelis Physica, Metaphysica, Ethica, prorsus aboleri debere. Ex hoc fonte hauserant hanc suam præclaram doctrinam Carolstadius & Melanchthon. Et vt magis insaniam proderent suam, Carolstadius ex Archidiacono factus est agricola in rure Vuittembergensi, Melanchthon in pistrino artem pistoriā meditabatur: plerique adolescentes, artium liberalium combustis libris, mechanica opificia complexi sunt. Denique hac prodigiosa illorum homuncionum temeritate cōres pducta est, vt multis locis Scholæ clausæ tenerentur annis aliquot. At Luterus Vuittembergam è sua Patmo reuersus, philippum hoc nomine castigauit, Carolstadium ex ditione Vuittembergensi exegit, libroque edito asseruit Philosophiam in se bonam esse. Nam mirè ille homo in dictis & scriptis suis varius & inconstans, sibi que identidem planè cōtrarius fuit, quod neque amici eius vnquam negare ausi erunt, nisi planè frōtem perfricuerint. Et vel hoc vno argumento satis superq; licet intelligi, quo spiritu fuerit agitatus.

Per idem tēpus etiā publicè pro cōcione dānauit fratrum suorum Augustinensium Missæ abrogationē, cum id factum antè probasset: sed doluit homini arrogantissimo, quod ipse iniussu factum fuisset. Scripsit etiā valde scurriliter & seditiosè in Bullam Leonis

Gen. 31

nis

nis X. Porro omnis oblitus pudoris & modestiæ, petulantissime & maledicentissime inuectus est in Angliæ regem, cuius liber Germanicè conuersus per Hieronymum Emserum, multùm ipsius infauisto Euangelio derogabat. In eo libro, incredibili stultitia & arrogantia tumidus inter cetera ita ait: Diuina maiestas mecum facit, vt nihil curè, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me starent. Obsecro, quæ hæc verborum monstra & portenta sunt? Et tamen habuit, permultos homo miser, qui quicquid vel dixisset, vel scripsisset, putarent planè esse Euangelicum. In eodem libro iactat se de Missa triumphasse, atque ita ex consequenti de toto Papatu. Sed hoc proculdubio non alio quàm ipsius Antichristi spiritu homo nefarius dicere potuit. Nam de Missa ad breue tempus triumphabit Antichristus, cum tollet iuge sacrificium, quo nihil sanctius, nihil hominum salutis cõducibilius habet Ecclesia. Væ deploratissimo isti seculo, quod tantum scelus ferre potuit. Et tamen cum hæc scriberet, nondùm excuserat cucullum. Addidit deniquè eodè libro: Dogmata mea stabunt, & Papa cadet. Sed mentita est iniquitas sibi. Nã paucos hodiè etiã inter sectarios reperias, qui Luteri dogmata per omnia sequantur: & tamen Papæ manet sua dignitas, iam pridem extincto Lutero cum plerisque dogmatibus suis permultis in locis. Multa alia pijs auribus intoleranda scribit eo libro deterrimus pseudomonachus ille, quæ hinc commemorare non libet. Nec est mirum, quòd ille talia scripsit: sed mirum est, talia scribenti quenquam fidem commodare potuisse. Eodem anno librum edidit hoc titulo, *Auersus falsò nominatum Ecclesiasticorum statum, Papæ & Episcoporum*. In hoc libro se Euangelistam & Ecclesiasten Dei vocat. In Prologo sic habet: Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocunque, nec ab angelis omnibus. Cum enim certus de ea sim, volo peream & vester (scilicet Papæ & Episcoporum) & angelorum quoquè iudex esse &c. Verùm quis satis explicare possit, quotiès ille doctrinam suã, de

qua hinc certum se iactat, paulo momèto nõ semel mutauerit, modò asserens quòd antè negauerat, negans, quòd asseruerat? Si certus fuit, vt ait de doctrina sua, cur totiès eam mutauit? Sed astutè facit, quòd nullum vult pati iudicem, vt sub hoc pretextu liceat ei scribere quicquid libet. An non pudet Christianos homines tam prodigiosæ temulentia nugatorem esse sequutos? In eodem libro seditiosissime scribit in Episcopos, nec opus est omnia huc adscribere, quæ sine piaculo vix commemorari queant: vsq; adeò homo ille pira & furore nusquam sibijpsi temperare potuit. Per id quoquè tempus vertit nouum Testamentum Germanicè, sed fide pessima, multis immutatis, demptis, additis: quæ versio, dici non potest, quàm perniciosa fuerit, præsertim imperitæ multitudini. Nam etiã scemina quædam hinc tantos sibi sumpsere spiritus, vt contemptis theologis quibuscunque, non dubitarent contra Pauli prohibitionè publicè concionari. Iactabat quoquè Luterus cum suis, nunquàm antè Germanis syncerè prædicatum fuisse Euangelium; se autè verum proferre Euãgelion. Sed absit, vt pijsimos maiores nostros credam? Euãgelij veritate caruisse, qui certè Euãgelij synceritatem ab ijs docti sunt, quibus Luterus ne matulam quidem porrigere dignus sit. Porro quàm bellum Germanis Euangelium Luterus attulerit, suo nunquàm præstando damno Germania iam pridem experta est. Erant tum temporis non pauci, qui vt Luteri dogmata latiùs disseminarent, suã concionandi operam passim gratis offerrent. Typographi quoquè Luteranorum lucubrationes suis impensis politè & emendatè admodum, porro Catholicorum malignè & deprauatissime, alienisque sumptibus excudebãt. Itã breuè magnos habuit pgressus Luteri doctrina, q̄ factũ est, vt mortales passim insanire iuuaret.

Hoc anno, vt paulò superiùs dixim⁹, Pontificatum iniit Adrianus natione Batauus, Caroli in Hispanijs vices tum gerens, virtute ac fama Cardinalibus Romæ, nõ facie, notus. Is è tenuibus parentibus Ultraiecti natus, Louanij studèdo tantũ p̄fecerat, vt inter Theologos

Loua-

1. Cor. 14
1. Tim. 24

Louanienses facile deinceps primus haberetur: eaque de causa & quòd singulari morum grauitate esset, in præceptorem Caroli V. assumptus, ac in Hispaniam profectus, ibique Episcopus & Cardinalis creatus, Carolique absentis potestàtibus vices præclare admodum gerens, in summum pontificem magna Cardinalium consensione est sublimatus, retento pristino nomine. Nam & antea Hadrianus Florentius dicebatur.

Eodem anno à Cæsarianis capta & direpta est Genua, Liguriæ vrbs insignis & opulenta. Indè accidit, vt Adrianus pontifex, cum ex Hispanijs eò appulisset, nulla afflictorum ciuium lætitia sit exceptus. Adrianus enim magnis precibus populi Romani & cohortatione senatus Romæ eo anno felici navigatione deuectus est. Cum autem cognouisset Rhodum à Turcarum ducentis millibus acerrimè oppugnari, volebat quidem ferre opem, sed pecuniæ inopia retardabatur. Itaque Rhodienses omni destituti auxilio, cum aliquot menses urbem fortissimè defendissent, tandem certa pactione urbem atque insulam barbaro hosti dederunt, qui eam consilij ingentis & perdifficilis belli occasionem audacter susceperat, quòd Christianos reges intestinis occupatos bellis didicisset. Magnam eius insulæ amissione Respub. Christiana cladem accepit, atque vno eodemq; tempore, irato deo, foris ditiones Christianorum à barbaris, intus religio ab hereticis oppugnabatur. Certè oportuit altum stertere, quos tot calamitates & incommoda nõ excitârunt.

Sub hoc ferè tempus principes aliquot Catholici cum videret vulgus Luterana noui Testamenti versione facile in hereses illici, propositis edictis, omnibus subditis suis eius lectione interdixerunt. Ausus fuerat Luterus ex Canone scripturarum noui Testamenti rejicere Epistolam ad Hebræos, Epistolam D. Iacobi, quam stramineam ille impurus nebulo appellauit: Epistolam Iudæ, & Diui Iohannis Apocalypsin, quæ, teste Diuo Hieronymo, tot habet sacramenta, quot verba. Atqui verò post annos quinque primam versionem su-

am Luterus ipse plerisque locis mutauit, idque adeò, vt ex solo Matthei Euangelio quidam annotauerint loca triginta sex. Tam erat vir ille duplex animo, inconstans in omnibus vijs suis.

Per id quoque tempus scripsit librum de vita coniugali, sanè turpissimum. Vbi inter cetera ait impudentissimè, omninò necessarium esse omnibus rei Venereæ vsum, magis etiã quàm cibum, potum, somnum, &c. Atque idcirco teneri monachos & moniales, posthabitis votis suis, nuptijs operam dare &c. Atque cum hæc scriberet, nondum excusserat cucullum: itaque huiusmodi paradoxis iter sibi munebat ad illas præclaras suas nuptias, quas iam animo meditabatur. Sed o DEVS, vbi fuere hominum mentes & oculi, cum talia, tam execranda in eius hominis libris lectitarent? O horrendam DEI vindictam, vique adeò occæ cari.

ANNO 1523, cum percepisset Luterus principes Catholicos ipsius nouum Testamentum damnasse & proscriptisse, tanta acerbitate in illos scripsit librum de seculari potestate, vt in Ecclesiasticos videri potuerit modestia quadam vsus fuisse. Erat in tuto loco apud principem Saxonie opulentum & potentem, quæ res eius effreni audaciæ calcar addebat. Ausus est in illo libello scribere, principes vt plurimum esse vel præcipuos moriones, vel deterimos nebulones. Quis verò Catholicus tale aliquid sine summa omnium offensione scriberet? Atque hæc Luteri contumelia ad ipsum quoque Carolu Imperatorem & principes omnes pertinebat. Incredibile dictu est, quanta in hoc monstruoso homine fuerit conuiciandi & mentiendi libido. Doctor Iohannes Dietenbergius, vt alios taceamus, in duabus duntaxat Confutationibus, conuicit eum 874. mendaciorum, quod posset incredibile videri illis, qui eius hominis scripta non legerunt. Sed quid non ausit, qui nihil non ausus fuit?

Hoc anno tormenti ictu in arce sua Landstal perijt Franciscus Sickingius vir nobilis, & Luteri in primis studiosus. Is bellum indixerat Episcopo Treuirensi, obseditque Treuiros, sed industria

dustria episcopi qui tum in ea vrbe erat, conatus eius irriti fuere. Nec diù post ab Episcopo Treuirēsi & fœderatis aliquot principibus obsessus, temeritatis suæ pœnas dedit. Celebre nomen sibi ille compararat aliquot prosperis rerum successibus. Nam Lantgrauio Hassiæ adhuc puero grauissima intulerat dâna, & urbem Metensem longè florentissimam ad detrimentosas pacis condiciones adegerat. Multùm in eo fidutiæ & spei collocarat Luterus, adeoque plus quàm in vlllo principe, quemadmodùm ipse Luterus clam scripsit Vldrico Hutteno.

Hoc anno Bruxellis, quæ est Brabantia præclara vrbs, duo professionis Augustinianæ ob Luteri dogma flammis exusti sunt. Illos verò Luterani non alio quàm martyrum loco habent, quæ admodùm etiàm Iohannem Hussium & eius farinae alios hereticos. Habet enim & diabolus martyres suos. Porrò martyres Christi pœna non facit, sed causa, vt præclare inquit Augustinus.

Eodem anno Carolus Borbonia dux à Gallorum rege Francisco ad Carolum Imperatorem cum aliquot Gallia nobilibus defecit, magno Francisci regis incommodo. Idem tamen Borbonius infelicitèr attentauit Massilia occupationem, atque inde non sinè ignominia discedere compulsus est.

Hoc anno quidam ciuis Torgauensis, ex monasterio Nymicensi nouem virgines sacras clam Vuittenbergam adduxit, omnes genere nobiles, quarum vnâ non longè post Luterus incestis nuptijs sibi copulauit. In huius ciuis & nefarij facinoris defensionem libellum edidit Luterus. Alios quoquè duos libros conscripsit, alterum ad Pighardos, ad Hussitas alterum, videlicet vt egerriam faceret Romanæ Ecclesiæ, cum tamè ante paucos annos eos ipsos ceu hereticos & schismaticos publicis scriptis egregiè esset insectatus.

Inter alia multa, quæ hoc anno scripsit Luterus, etiàm libellum edidit de Communi fisco. In hoc bona ferè omnia totius Cleri addidit huic fisco communi. Hoc enim pacto faciliè animaduertit se magnam apud principes & magistra-

tus ciuiles gratiam initurum, si ecclesiasticorum bona ipsis adiudicaret. Sed reuerà ex eiusmodi rerum Ecclesiasticarum occupatione principes ciuiles non solum nihil locupletati, sed magis etiàm suis opibus exuti sunt.

Eodem anno habita sunt Comitia Nurenbergæ, quibus etiàm legatus Pontificis Adriani Frânciscus Cheregatus interfuit. Et licet pôtifex operâ suâ liberalitèr offerret Germaniæ, vtpotè dulcissimæ patriæ suæ, tamè magis exulcerati sunt eius humanitate animi Luteranorum. Prodiit tum liber centum grauaminum Germaniæ, authoribus Luteranis, vt nihil intentatum relinquerent, quod faceret ad conflandam inuidiam Pontifici & Ecclesiasticis. Porrò in his Comitij decretum fuit, vt contra Luteri nouationes Catholici ecclesiastæ vterentur receptis ecclesiæ doctoribus, & probatis Euangeliorum expositiõibus, quod Luterus mira vafricitatè interpretatus est, vt populus putârit principes ab ipso stare, cum tamen id esset falsissimum.

Non diù post mortuus est Adrianus Pontifex, vir certè longiori vita dignus: in eius locum successit Clemens VII. è familia Medicea.

ANNO 1524. Franciscus Gallorum rex ingentes coëgit copias, quibus Prouinciam à Cæsarianis frustra tentatam tueretur. At vbi cognouit re infecta discessisse Cæsaris militem, ipse animum ad Mediolanum repetendum adiecit, nec voto frustratus suo, Mediolano potitus est. Indè verò infelicitèr Ticinensi oppugnationi aliquot menses dedit, nulla re memorabili confecta. Erat Ticini præsidium Germanorū, duce clarissimo Antonio Leua Hispano.

Hoc anno 26. Ianuarij Lucernæ fuit Heluetiorum conuentus, in quo vetus religio & Ecclesiæ ritus, cæremoniæ & instituta iussa sunt inuiolata retineri. Iam enim Zuinglius eam gentem ad res nouas concitare cœperat, cuius impia dogmata id temporis soli ferè Tigurini sequebantur. Inter alia docebat Zuinglius, abolendas è templis imagines, & Missam tâquàm impiam abrogandam. Quod utiquè nihil erat aliud, quàm
Anti-

Antichristi agere antecursorem, qui iuge sacrificium, quod in Missa fit, auferet ad breue tempus. Multum sudatum est à Lutero & eius tota posteritate, malo demone id agente, vt Missa in summum apud omnes horrorem, abominationem, contemptum adduceretur: & magnos ea res successus habuit in Europa, dum interim barbaræ nationes apud Antipodes & hætenus incognitas regiones veterem religionem & Missæ sanctissimum sacrificium summa alacritate & deuotione complectuntur. Porro quid lucri fecerit hic noster orbis sacrosancta Missa abroganda, partim iam res ipsa abundè declarauit, & maiori suo malo sentiet posteritas.

Hac ferè tempestate Bennonis olim Misnensis Episcopi, quem paulò antè Adrianus pontifex diuorum catalogo adscripserat, ossa & reliquiæ venerabiliter è vetusto terre tumulo eleuatæ sunt, & annuæ feriæ in eius honorem institutæ. Id supra modum malè habuit Luterum, quod cerneret multum suis conatibus detractum iri ea antiquæ pietatis fama & obseruantia. Mox ergò libellum edidit hac inscriptione: *Aduersus nouum idolum & antiquum diabolum, qui Misne exaltandus est.* Ità ille infanus nec diuis quidem iam beata apud Christum immortalitate fruentibus parcendum putauit. Non sunt contaminandæ pie aures atrocissimis maledictis & contumelijs, quibus in hoc libello tum in Bennonem ipsum, tum in alios quosdà diuos homo nefarius incurrit. Opudendam huius cui focordiam, quæ hoc monstrum ferre potuerit.

Per hoc tempus Zuinglius non contentus à Lutero dici Luteranus, sed ipse potius de suo nomine sectam auspicari cupiens, non solum Catholicos transubstantiationis assertores, sed etiàm Luterum ipsum, vnà cum pane & vino verum Christi corpus & sanguinem in Eucharistia haberi dicentem, oppugnare cœpit. Hoc quidem pessimè habuit Luterum, & hæc res occasionem præbuit atrocissimæ illi inter Luteranos & Zuinglianos digladiationi, quæ in hunc vsq; diem componi non potest. Rectè hoc permisit sapiens & bonus Deus, vt Lute-

ri arrogantià à proprio discipulo comprimeretur, & mortales omnes intelligerent, rectissimè dixisse D. Hieronymum, scripturas non in legendo, sed in intelligendo consistere. Ab vtraq; enim parte isti sectarij verbum Dei crepant, scripturas certatim proferunt: & tamen cum certissimum sit, non posse vtroq; verum docere dum contraria dicunt, at nihilo minùs alij alijs cedere nolunt, & vtrique praua scripturæ diuinæ interpretatione & se & suos omnes miserabiliter perdunt, cum vtroque rectè iam olim damnarit hodieq; damnet catholica fides, qua certissimè credimus in Eucharistia sub speciebus panis & vini post Christi verba in sacrificio prolata, ipsissimum Christi corpus & sanguinem substantialiter contineri, etiàm extra summptionem, cum hoc sacramentum non nisi omnipotenti Christi Iesu sermone cõficiatur. A Lutero hac in re iam antè dissensit Andreas Carolstadius, & cum à Lutero acriter reprehenderetur Ienæ, quòd Ecclesias scilicet Luteranas turbaret, ille se contra ipsum scripturum, suamque sententiam defensurum respondit. Tum verò Luterus, vt erat contendendi auidus, aureum illi nummum dedit, vt faceret quod minabatur. Postea libellos aliquot Carolstadius Basileæ edidit, quorum summa erat, non esse Christi corpus naturaliter in Eucharistia, nec tamèn Zuinglij sententiam sequeretur, sed noua interpretatione ait, pronomine demonstratiuo, *HOC EST*, demonstrasse Christum corpus suum mensæ assidens, non autè sub panis specie contentum. Hanc stultissimam opinionem Anabaptistæ quidam amplectebantur, & Zuinglij atque Luteri interpretationem reijciebāt. Porro Zuinglius Carolstadium dicebat veritatem quidem agnoscere, sed quia troporum vim ignoraret, verba non recto ordine collocare. At ridicula fuit ea Zuinglij oratio, qui iam sibi de Collega licèt inepto, non nihil applaudebat. Alij Carolstadij expositionem ceu nimis duram & violentam respuebant. Indè accidit, vt Senatus Tigurinus cauerit, nè libelli Carolstadij in vrbe sua venderentur.

Luterus verò Zuinglij expositionem libello

libello quodam cōfutavit. Itā nimirūm spiritus vertiginis in Luterum & eius præclaram sobolem immisus, repente multas ab illis extorsit absurdissimas verborum cœnæ Domini interpretationes, alias ab alijs, & simul omnes à Catholicæ Ecclesiæ sententia discrepantes: ortumque est implacabile bellum inter istos factiosos spiritus, qui cum omnes iactent se veritatem demum in lucem protulisse, à veritate sunt prorsus alieni, & interim miserimam & rudem plebeculam in diuersas factiones & opiniones distrahunt, efficiuntque vt iam permulti non videant, quem potissimum in hac dogmatum mirabili varietate sequi debeant. Quis verò satis deplorare possit, tam innumeras Christi Iesu sanguine redemptas animas, aliquot importunorum & turbulentorum ingeniorū arrogantia & philautia in certissimum exitiū, horrendamque; æterni ignis dānationem præcipites agi? Verum hoc isti perditī tenebriones pro ludo habēt, modo ipsi sibi aliquod possint parare nomē, licet cum summa hereseos ignominia coniunctum.

Hoc anno rursus Comitia habitata sunt Norinbergæ. Misit eò Pontifex Legatum Cardinalem Laurentium Cæpegium, cui aduentanti omnes ferè principes extra portam processere obuiam honoris causa: sed tamen comiter eum precabantur, nè more solenni & cum solitis cœremonijs urbem ingrederetur, quod multi iam è vulgo Luteri doctrina imbuti, alienis essent animis in Pontificem: idque factum est. Venit eò quoque Regis Hungarorum Ludouici legatio, tristissimum de Turcarum impressionibus nuncium adferens, & necessaria poscens subsidia. Verum perquam commodè accidit Turcæ, quod iam Germani de religione inter se parum consentirent.

Circa hæc tempora scripsit Luterus contra duo Cæsaris mandata, tanto furore & animi impotētia, vt morsus exitiales intentare videretur, idque tum Cæsari ipsi, tum reliquis principibus viris, quibus ait Turcam decies esse & meliorem, & prudentiorem: quosque incunctanter per summam contumeliam

vocat stolidos, fatuos, insanos, furiosos & amentes moriones. Sed nisi ipse planè amens & insanus esset, tam impotentè in principes non inueheretur. Cui honorem, inquit Apostolus, honorem.

Rom. 13.

Verum id temporis Carolus Imperator grauissimis rebus implicatus fuit, itā vt nefarium hominem comprimere nō potuerit.

Sub hoc fermè tempus ex Hispanijs Carolus Cæsar literas dedit ad principes, quibus decretū Norinbergen Conuentūs acriter reprehendit, & Comitia Spiræ indicta fieri vetuit, vbi Principes & ordines Imperij rationē initura erant constituendæ religionis vsque ad tempus Cōcilij. Id enim ad ipsos minimè atque pertinere. Antequam hæc literæ venissent in Germaniam, Legatus Pontificis Cæpegius, Ferdinādus Austriaeus, Episcopus Saltzburgerensis, Duces Bauari Vuilhelmus & Ludouicus, & aliquot Episcoporum legati Ratisbonæ conuentus habuere, atque inter se fœdus percussere, quò Luteranæ heresi possent fortius ire obuiam: multa quoque ibi saluberrimè decreta sunt pro Catholica tuenda religione, & Luteri dogmatibus profligandis & extirpandis. Legatus quoque Pontificis Cæpegius, quod intellexisset Cleri malam vitam multis è vulgo ruendi in hereses magnam præbere occasionem, quædam decreta promulgauit, quibus Cleri mores reformarentur, & abusus remouerentur, quæ alij quoque Principes grata & rata habuere.

Fuit apud Antuerpienses quidam Henricus Zutphanus Prior Augustinianorum. Is cum in heresim Luteranā, quam semel abiurarat, relapsus esset, vltimò afficiendus supplicio, perfregit carcerem, & è Brabantia Bremam profugit. Tandem Meldorpij apud Thiermarfos hoc anno perfidiæ suæ pœnas dedit, flammis exustus. De eius supplicio lamentabilem scripsit Luterus epistolam ad Bremenses, quos ille Henricus apostata ex Catholicis fecerat Luteranos, qui tamen postea ex Luteranis facti sunt Zuingliani vel Calviniani.

ANNO 1525. Franciscus rex Galliarum, cum iam in quartum mensem frustra oppugnasset Papiam, nouis Cæ-

CCC faris

farijs copijs superuenientibus, prelio de-
certare coactus est. Cuius is fuit euen-
tus, vt nobilissimis quibusque Gallorū
ducibus & proceribus interfectis, Rex
ipse gnauius pugnans, viuis in hostiū
potestatem concesserit. Ea victoria His-
panis & Germanis effusius letandi ma-
teriam prebuit, quod in natalem Caroli
Cæsaris diem, qui est D. Matthiæ sacer,
incidisset. Rex ineunte ætate à Genua
in Hispaniam perducitur à Carolo La-
uoijs, qui ea calamitate consternatum
eius animum, iniicienda meliori spe eri-
gere nitentur. Vbi in Hispaniam ven-
tum est, Cæsar eum suum in conspectū
venire noluit. Id verò vsque ad eò malè
habuit regem sua spe iam deiectum, vt
in mörbum inciderit, qui ei supremum
vitæ diem allaturus videretur, nisi eum
humanissimus Cæsar liberali colloquio
blandè & amicè consolatus, propediem
dimissurum se recepisset. Erat enim Fræ-
ciscus magno & excelso animo, atque
vtinam inter Carolum Cæsare & ipsum
sincera & constans pax & amicitia cõ-
flari potuisset, meliori certè loco hodiè
esset Respub. Christiana. Vterque enim
princeps & longè erat potentissimus, &
Catholicæ religionis obseruantissimus.
Sed haud dubiò peccatis nostris id effe-
ctum est, quod perpetua ferè inter illos
bella extiterit.

Suprà mentionem fecimus Andreæ
Carolstadij archidiaconi Vuittenber-
geni. Is primus omnium ex sacerdotum
ordine vxorem duxit, scortum dixissem
verius. In illis nuptijs Missa celebrata
est, cuius totū officium à Luteranis cõ-
positum fuit, tale reuerà, quod vel solū
sufficeret ad cõcitandam Dei in nos in-
dignationem. Meritò de illis dici pote-
rat, qui eam Missam celebrarunt, Fiat
oratio eorum in peccatum. Cùm autem
miser ille Carolstadius Vuittenbergæ,
reuerso è sua Patmo Lutero, non posset
sua somnia liberè in vulgus spargere,
obstante ei Lutero, qui solus volebat
precipuè videri, abiit indè Orbamundā
ducis Saxonie oppidum, vbi fretus po-
puli fauore, publicè Luterum reprehē-
dit. Id minimè ferens Luterus, tandè ef-
fecit, vt è tota Saxonie ducū ditione p-
figaretur, licet paulò antè summus fu-

isset Luteri amicus. Et quauis ipse nō
minus quàm Luterus creparet verbum
Dei & purū Euangeliū, tamè cedere cõ-
pulsus est, & vitam interim agere miser-
rimam cum sua nō vxore, sed in cæsta cõ-
cubina, quæ quidem genere nobilis erat.
Tandem miser ille hostis sui Luteri opē
implorare coactus, & eius precibus ad-
iutus, in Saxoniam redijt ea lege, nè quid
cõtra Luterum vel verbo vel scripto pa-
lām assereret. Scripsit in eum valdè acer-
bè Luterus, & concitata rusticæ fediti-
onis, in qua vltra centum rusti corū mil-
lia perierunt, admodum eum suspectum
reddidit. Scripserat antè in Lutero Ca-
rolstadius, nec omninò sinè precio, quia
aureum nummū ab ipso acceperat. Itaq;
huius anni initio Luterus ei respondit
libro, cuius titulum esse voluit, *Contra
celestes prophetas*. Scripserūt verò in Ca-
rolstadium etiā alij Luterani, & in ijs
Vrbanus Reginus, de quorū omniū scri-
ptis apostata Oecolampadius in suo An-
tisyngrammate hoc reddit testimoniū,
quod causam Carolstadij non tam sub-
uerterint quàm confirmarint. Et hoc
Oecolampadij testimoniū, licet homi-
nis infamis, non parū habet ponderis
apud Sacramentarios.

Huius anni mense Martio Zuingli-
us libellum edidit *de vera & falsa religio-
ne*, quem etiā nō dubitauit in Catho-
lica religione constantissimo Galliarū
regi Francisco dedicare. In præfatione
eius libelli hæc leguntur: Diabolus nos
tentat per homines obstinatos, qui cū
videant veritatem de cœna Domini nō
per se, sed per alios in lucē proferrī, mō-
re furiosorum criminari alios, & in eos
bacchari incipiunt: quibus verbis non
obscurè Luterum ipsum & eius propu-
gnatores perstringit, quos sanè disertis
verbis ait à diabolo instigari & instar fu-
riosorum debacchari &c. Videant iam
miseri & cæci homines, quàm meritò Lu-
terum damnarit Catholica Christi Ec-
clesia, quandò tam malè etiā proprij
discipuli de illo sentiūt. Et tamè Zuin-
glius nihilo fuit Lutero melior, immò
in quibusdam etiā deterior.

Per hoc tempus Zuinglius cum suis
Ecclesie Tigurine ministris & symmy-
stis multum egit in frequentissimo Ti-
guri

guri Senatu, vt Missa & Eucharistiæ adoratio prorsùs aboleret. Restitit illis aliquãdiù vir quidã egregiè catholicus, sed quia plausibilis valdè erat Zuinglij doctrina, quæ confessionem peccatorù, ieiunia, labores pœnitentiæ & id genus alia rejiceret, decretum est in Senatu, vt Missa deinceps in perpetuum exularet, & vt quidam ineptus ait, mox secuta est publica totius Ecclesiæ Tigurinæ gratulatio & lætitia, Scilicet lætantur heretici, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Catholici haud dubiò cum hæc & id genus alia legunt, non possunt aliud quàm gemere & plangere istorum prodigiosam cecitatem. Lætantur Christiani, immò pseudochristiani ablatam esse Missam, nec vident miseri hoc propriè pertinere ad Antichristù, cuius organa sunt Turcæ & Tartari, atque antecursores heretici temporum horum. Vt autem Zuinglius in sua hac impietate esset pertinacior, scribit se quodam somnio admonitum esse. Ità apud illum hac in re grauissima permultùm habuit momenti insanientis cerebri somnium, cum alioquì nihil apud se valere velint nisi scripta diuina.

Libet hoc loco aliquot cœnæ dominicæ ritus adscribere, quos isti homunciones è suo cerebro confinxerunt, vt videant Catholici, quàm nihil isti à summa barbarie discrepent. Tiguri, quod est præcipuum Heluetiorum oppidum, hic seruatur ritus, omnibus pijs valdè abominandus: Finita concione, mensa infertur, & mûda mappa insternitur. huic imponitur canistrum pane azymo plenum, catini quoquè & pocula lignea (Nihil enim hîc periculi est, vbi nullus est sanguis Domini, sed vinum solum) quæ vino implentur. Accedit ad mensam Ecclesiæ minister cum diaconis, & totum cœtum ad attentionem excitat. mox alter ex diaconis subijcit institutionem cœnæ Domini ex Epistola ad Corinthios, (de qua tamen institutione & eius ritibus ipse dicit Apostolus eodem loco: Cœtera, cum venero, disponam, tanquàm copiosius Corinthijs traditurus cœnæ peragendæ ritum, quod isti nolunt aduertere, quia dati sunt in reprobum sensum) alter verò recitat par-

tem capituli sexti Iohannis. Mox recitato symbolo fidei, pastor vel minister admonet, vt quisque seipsum examinet & exploret, nè indignè accedendo, corporis & sanguinis Domini reus fiat. (Sed quomodò potest esse reus corporis & sanguinis Domini, qui illud reuera non accipit? O miseros homunciones.) Postea omnes se in genua demittunt, & pastore præeunte, orationem dominicam dicunt. Ea absoluta, pastor accipit panem, (& certè nihil aliud quàm panem, quia isti pastores non sunt sacerdotio initiati, aut certè non intendunt quod ecclesia intendit) & rursùs ipse quoquè alta voce recitat institutionem Cœnæ Dominicæ: deinde panem ministris distribuit, & poculum porrigit, qui panem in catinis, & vinum in cyathis circumferunt, & populo exhibent. Quisque in manus sumit quod traditur à ministris, edit, & proximè assidenti offert partem eius quod accepit, similiter etiàm poculum porrigit. (Mirum, cum isti vsque adeò timeant, si vna specie vtantur, non timere illos, nè fortè à vicino morbum Gallicum, aut pestem, aut aliud aliquid eiusmodi contrahant. Certè nunquàm illi sic acciperent Corpus & sanguinè Domini, si catholica Ecclesia hunc modum præscriberet.) Interim verò dum de hoc non Domini, sed factitio (nè quid iam dicam graui) pane edunt & de poculo bibunt, vnus ex Ecclesiæ ministris prælegit ex Euangelio Iohannis verba Christi ad passionem euntis, incipiens à pedum ablutione, quæ quidem cum ibi expressum habere videatur Domini mādātum, tamen ab istis prorsùs negligitur: porrò calix vrgetur, cuius nullum vsquàm extat expressum mandatum. Porrò verò si catini & pocula ad mēsam redeunt, (quod fortè rarè accidit, largitèr suauiâ vina potantibus fratribus & sororibus Euangelicis) Ecclesia iterum in genua procumbit, & Deo gratias agit pro beneficio redemptionis Christi. Piget hac de re quicquam ampliùs scribere, cum sit & ridicula & impia, à malefanis & fanaticis cerebris commenta in Catholicæ Ecclesiæ contemptum. Et hic quidem ritus Tiguri seruatur: porrò in ipso agro Tigurino minister

omnia solus recitat, & ad mensam singuli accedunt. Pulchrè nimirum, quia sic visum est Zuinglio. Basileæ verò Oecolampadius summus Zuinglij amicus hunc seruauit morem: (vt singuli eant in adinventionibus suis) Pro suggestu legebat omnia vsque ad verba cœnæ, quæ ante mensam recitabat, mox finita oratione & conuocatione sequebatur communio. Interim dum cõmunio fieret, plebs psalmos vernacula lingua cãtabat. Finita communionẽ, cœtum cum exhortatione dimittebat. Immensi operis fuerit, singulorum diuersos ritus cõmemorare, quibus populus miserandũ in modum in pugnãtissimas opiniones diuisus est, ridentibus interim istis planè dissonis noui Euangelij buccinatoribus, quod singuli habeant suos sectatores, quibus de suo nomine possint cognomen imponere.

Hac tempestate Sueuici aliquot Luterani Doctores, nempe quatuordecim, Halæ Sueuorum conuenerunt, & scripto quodam, quod Syngamma dici voluerunt, (author putatur fuisse Iohannes Brentius insignis Luteranus) Oecolampadij sententiam damnãrunt, Luterani scilicet Zuinglianum.

Nec se deserit Oecolampadius. mox Antisyngrammate respondet Sueuis illis. Quin & Bucerus desertor instituti Dominicani (Nam plerique omnes noui Euangelij authores & signiferi, apostatæ monachi, & eo ipso infames ac detestabiles fuere) scripsit ad quosdam ex Sueuis illis, vt perpenderent quàm parum deceat eos qui eundem Christum docent, dissidere &c. Sentiebant facillè apostatæ & desertores illi, ex mutuis his ipsorum dissensionibus pessimum ad omnes manare fœtorem, & cupiebant quidem rem compositam, sed præ animi tumore, cum suam, nõ Christi, gloriam quererent, alij alijs nihil concedere voluerunt. Benedictus Deus, qui eum in modum confudit idiomata constructorum nouæ turris Babylonicæ. Et licet hoc vno saltem argumento satis superque intelligi licebat, homines istos non CHRISTI, qui pacis & author & amator est, sed satanæ, qui rex est super omnes filios superbiæ, & suos sectato-

res suũ efficit similes, hoc est, pacis & concordia Catholica inimicos, spiritum duci, tamen misera plebs lucem euangelicam inuenisse se putans, à Catholica quidem Ecclesia libentèr discessit: sed interim tamen nunquàm potuit certam vnã aliquam, quam omnes sequerentur, doctrinam inuenire, sed vt quæque regio Germaniæ & vicinarum prouinciarum his vel illis factionibus deditos accepit concionatores, ita in hanc vel illam concessit factionem: aded vt eodẽ res redierit, vt multis locis etiã sub eodem tecto tot sint sectæ, quot sunt capita: quod quidem est omnium flagellorum Dei longè acerbissimum.

Libellum Sueuorum, cuius iam meminimus, Iohannes Agricola, tum temporis Luteri studiosus, vertit Germanicè: Luterus eam versionem præfatione probat, simulque testatur, se Sacramentarios planè execrari. Illi præfatione respondit Oecolampadius Germanicè.

Scripsit hoc tempore contra Zuinglianos etiã Iohannes Pomeranus excucullatus monachus Epistolam quandam Latinè & Germanicè, Luteri tantus amicus, vt eum Vuittenbergenfis Ecclesiæ pastorem fecerit. Sed tales pastores à suo grege arceat Christus.

Miserunt hac tempestate Argentoratensis Ecclesiæ ministri Euangelicẽ legatum suum ad Luterum, qui eum & suos hortaretur ad concordiam, vt regnum Pontificis Romani coniunctissimis viribus oppugnare possent. (Ita certe ipsi de se scribunt, nec pudet eos tantam sui pectoris impietatem posteris prodere, qui vel ex hac sola Romani pontificis oppugnandi libidine, facillè intelligent eos satanæ satellites fuisse.) Luterus verò hortatur Zuinglium & Oecolampadium, vt definant animas seducere, planeque affirmat, aut se, aut illos satanæ ministros esse.

Indignum putabat Luterus, qui illis cederet, sed expectabat, vt in ipsius sententiam omnes concederent. Quid interim mentis habebant, qui Luteri doctrinam secuti, nouam de Eucharistia opinionem proferri videbant, idq; nõ finè Luteri tãquam errãtis reprehensioe?

An nõ puduit eos tam leuitè à Catholica Ecclesia ad Luterum defecisse, cum viderent se in summum salutis suæ discrimen hac dogmatum diuersitate coniectos, & quidem intra paucos admodum annos? Felices ergò illos, qui se intra Catholicæ Ecclesiæ vnitatem continuerunt.

Per hoc tempus exitit quidam Thomas Munzerus presbyter, homo importunissimus & audacissimus. Is ex scriptis Luteri hausta occasione, multis Germaniæ locis credulam nimis & imperitam rusticorum turbam ad seditiones concitauit, & primò in Clerum, mox in Principes inflammat. Itaque magnus hoc anno diuersis in locis factus est aggressium hominum concursus, ad inauspicatam quandam libertatem adspirantium, & multa ab eis nefariè & sceleratè sunt admissa, per summam crudelitatem occiso, præter alios nobiles viros, Ludouico comite Heluesteno, qui in matrimonio habebat Maximiliani Cæsaris filiam notham: incensusque in vna Franconia ducentis & eo ampliùs arcibus & monasterijs, non dubium quin supremam is tumultus Germaniæ & vicinis prouincijs calamitatem fuerit allaturus, ni maturè tam improbi conatus Principum armis prorsus impediti & elisi fuissent. Feruntur hoc in tumultu, vt antè dixi, vltra centum millia rusticorum in Germania & Lotharingia cecidisse.

Animauerat plerisque Munzerus, dicens inter alia, se omnes bombardarum ictus sua manica excepturum. Sed ille non diù post captus est Francusij, & traditus Ernesto comiti à Mansfelt in primis catholico in custodia seruandus. Captus est etiã socius eius nomine Phiferus monachus apostata: sed hic obstinato animo permansit in errore, & sic gladio cæsus occubuit: Munzerus verò fertur ex animo doluisse, errores reuocasse, præmissa confessione sub altera specie Eucharistiæ accepisse, & ita demum gladio percussus, ex hac luce migrauisse.

Luterus vbi vidit miseram turbam principum armis, quibus iam extrema quæque vates quidam minatus erat, horrendum in modum, concisam & profligatam, mox verso stylo, scripsit librum in rusticos, vt

se principibus vendicaret nequã & verusut homo, qui suis pestilētissimis scriptis magnam illi seditioni & cædi ansam præbuerat, vt faciliè potest re ipsa doceri. Sanè intra vnum mensem Maium maiores tum clades cædesque & vastitates perpessa est superior Germania, quam bello decennali ab Hispanis & Gallis per id tempus Italia. Vnus Lotharingæ dux Antonius in vna Alsatia supra 26. millia rusticorum cecidit. Misera erat tum Germaniæ præsertim superioris habitudo, cum subditi plerique aut apertam vim in principes intenderent, aut animis clam rebellionem meditentur. Hunc fructum peperit præclarum Luteri Euangelion.

Nec vrbibus deerant factiosi homines, qui seditiones excitarent in Clerum & senatum. Tumultuatum est atrociter Francophordiæ ad Moenum, mox Moguntia: paulò post etiã nonnihil Colonia Agrippinæ, sed non impunè tulerunt eorum tumultum auctores. Colonia certè nullis machinationibus efficere potuerunt Luterani, vt illic eis liceret publicè concionari. Quædam aliæ Imperij vrbes, nè similia à vulgo paterentur, magnis impensis coacti sunt conscribere militem, quo se aduersus vim insanæ plebis tuerentur.

Hoc anno in tanto Germaniæ luctu, tanta rerum omnium perturbatione, inaudita calamitate, Luterus quadam Erynni percitus, iucundissimas celebrauit nuptias, iuncta sibi virgine sanctimoniali, vt tandem toto orbi terrarum hoc teterimo facinore testatum efficeret, quid iam pridem animo concupiuisset ac destinauisset. Proh pudor, sacræ Theologiæ Doctorem, publicè professum perpetuam continentiam, paupertatem, obedientiam, & iam pridem sacerdotio initiatum, ausum esse in tantam proluere impudentiam & turpitudinem, vt quod nullæ sanæ mentes & in catholica religione benè institutæ vel solo auditu ferre queant, id ille miser & deploratus apostata monachus, factus & opere perpetrare non dubitauit. Eant iam cum suo euangelista Luterani, & quotquot ab Ecclesia Catholica descuerunt: certè vel hoc solo nomine apud omnem posteritatem

sempiternæ ignominia notam sibi sentient inuistam, quod tam nefarium hominem sequi non piguerit. Certè oportuit omnem omnino mentem & sensum perdidisse, qui tantum scelus videre nõ potuerunt. Superiorum temporum hæretici plerique omnes solèbant tamen quandam præ se ferre morum honestatem & vitæ sanctimoniam: at Luterus tum sibi ipsi, tum alijs omnibus ad omnem turpitudinẽ laxauit habenas, nec quicquam voluit non licere, quod animis collibisset. Extant plurima eius scripta, extant deterrima eius facinora, quibus hæc possunt liquidò demonstrari. Et interim tamen, licet reclamante conscientia, talem ducem innumeri sequuntur, quidlibet illo facillè permittente, modò adsit fides, quam solam ille prædicauit ad salutem sufficere. Ecclesiæ & Pontificum decreta, ieiunia, preces, vigiliæ & deniquè bona opera omnia floccipedit: immò ausus est scribere, op^{us} bonum optimè factum, veniale peccatum esse secundum misericordiã dei, sed mortale peccatum secundum iudiciũ dei, & multa alia his absurdiora, quæ prorsus dãnata catholica fides.

In assertio.
artic. 32.

Eodem anno scripsit tẽr execrandum libellum hoc titulo, *De abominatione Canonis Missæ*. Mirum profectò est, illum hominem diu admodum in Catholica religione benè institutum, ad tantam impietatem deuolui potuisse. Ergò qui stat, videat nè cadat. Væ omni superbo, quia proximus ruinæ est. Quid verò tremendis illis Missæ mysterijs & sacro Canone habet Ecclesia sacratius? Sed ille insanus amplissima Antichristicæ vastitati itinera præparabat. Edidit etiã sapidus quidam Argentoraten̄ pædotoriba Carmina sanè quàm horrenda in Missam, non verbis, sed verberibus & flammis vindicanda: quæ doctissimus vir Arnoldus Vesaliẽn̄, postea Canonicus maioris edis Coloniensis, in Missæ laudem mira dexteritate conuertit. Accessit his blasphemijs Dialogus quidam Teutonicus de egritudine & obitu Missæ, vt totum suum virus malus demonũ per administratos suos in tremẽda Missæ mysteria euomeret. Sed certum habeat Germania & reliquæ nationes, præpotentem Deũ tãtas suæ maiestatis iniurias se-

uerissimè haud dubiè vindicaturum, vt etiã egregiè nõ semel hætenus vlt^{imo} est.

Per id tẽpus scripsit Luter^{us} etiã Liouonibus, item quæ Duci Sabaudie, quæ hominis nefarij fucos facillè cõtẽpsit. Scripsit etiã ad Antuerpiẽn̄, itẽ ad Christianos, quæ sunt in Hollãdia, Brabãtia & Flãdria. Iohãnes Pomeran^{us} scripsit Epistolã ad sanctos in Anglia. Faciebãt hoc illi, vt sua dogmata latissimè ppararet, & de se etẽ suẽ icremetis gloriari possẽt apud Germãos.

Huius ipsius anni mense Aprili Carolus Cæsar vxorem duxit Isabellam regis Lusitanie filiam.

Eodẽ anno Albertus Brandenburgicus 34. Magister ordinis Teutonicorũ Luteri dogma complexus, duxit vxorẽ Dorotheã regis Danorum filiam, & Magistri nomen in Ducis mutauit. His rebus totum in se concitauit Ordinem, qui ei Vualterũ Cronbergiũ suffecit. Solebat is Ordo in Prussia & Liouonia habere viros fortissimos & inuictos ab hostibus, quàm diu in Catholica religione perstiterunt: at vbi pudẽda leuitate à Catholica fide discesserũt, Polonorũ & Moscouitarũ iugo colla supponere compulsi sunt, vt alibi latius fortassè dicemus.

ANNO 1526. cùm iam Luterus perniciosis scriptis suis non solum vulgus, sed etiã plerosque optimates & nobiles in antiquæ religionis & cleri odium commouisset, animis iam in diuersa distractis, nemo Germaniæ principũ optulit Ludouico Pannoniæ regi, cui Turca infestissimus imminabat. Interim quoquẽ in Italia non deerant, quibus Caroli Cæsaris potentia iam formidolosa esset ob Galliẽ regem captum, & mox certis cõditionibus fœderatum. Itã vbi quẽ Christiana Resp. tum bellis intestinis, tum exitiosis dogmatibus laborabat. Neque id fugiebat Turcam, in omnem rei benè gerendã, & Christianis quàm maximè nocendi occasionem semper intentum. Atque is tum bellum indixit Ludouico Pannonio iuueni regis, & bellicis artibus propter etatem nõ latis instructo. Nobilitas Hungarica plũs equo visa est Turcarum exercitum paruipẽdere, quippe quæ Othomannorũ regũ castra necdũ viderat vnquam.

Tandẽ egrẽ 25. millibus peditum & equitum

equitū coactis, magna temeritate itū est obuiam Turcis, quorū octuplo maiores erāt copiae. Vbi ad pugna ventū est, nullo negotio Turcæ Christianos priuerunt, ita vt & rex ipse, cum sibi fuga salutē querere vellet, lapsus in paludē, suffocatus sit, vndē tñ eius cadauer postea integrū extractū, apud Albā regalē regio funere tumulatū est. Solimānus hac victoria potitus, & incredibili tormētorum æneorū copia auctus ac locupletatus, fertur risisse Hungarorū temeritatē, q̄ nō maluissent retrocedere, q̄ cum tāto exercitu manus conserere. Maria Ludouici coniunx, Caroli Imperatoris soror, ægrē ex hostiū manibus dilapsa, Viennam pfugit. Solimānus Buda occupata, arcē inuisit, eāq; mirificē laudauit, nec quicq̄ idē abstulit, nisi statuas æneas tres ingentes, q̄ Matthiæ regis fuerāt. In locū regis Ludouici primū à Bohemis, indē ab Hungaris electus est Ferdinānus, optimus & Christianissimus princeps, Caroli Cæsaris germanus frater. Sed nē quid deesset ad supremam regni Hungarici cladē & excidiū, à quibusdā Pannoniæ rex electus est Ciliæ comes Iohānes Vaiuoda, qui nō cessauit legitimū regem Ferdinandū multis exagitare modis, donēc tādē Hungaria tota ferē cōcessit in ditionē Turcarū, ita vt meritō dici possit, illi⁹ barbari hostis vires nō nisi intestinis Christianorū bellis, odijs & simultatibus creuisse: quod est quidē certē miserabile, & lachrymis potius q̄ verbis prosequendū. Vt verō etiā in Germaniā paratior esset Turcis via, Luterus strenuā nauabat operā, vt seditiosis euulgandis scriptis subditos in magistratū, & principes ciuiles in Clerū concitaret. Sentiēs verō se apud quosdā principes nihil promouisse neq; minis, neq; cōuicijs, neq; tumultibus excitandis, ad blanditias se cōtulit. Dux Saxoniae Georgius, immortalī dignissim⁹ memoria, ditionē suam à Luteri dogmatib⁹ egregiē tutatus est. Hūc Luterus calūnijs & cōuicijs iam antē psciderat, sed frustra. Itaq; hoc anno scripsit ei literas blādissimas, & q̄ reuerā etiā cōstantem animum nonnihil emollituræ viderentur: adeo ille importunus & turbulentus homo blandē & simulata religione egit

apud illum principē. Verū tale ab eo tulit responsum, quali apostata dignus fuit. Vtinām pleriq; Germaniæ principes eadem fuissent vsi constantia: meliūs profectō rebus tum priuatis, tum publicis consulissent.

Luterus eā passus repulsam apud ducem Georgiū, literas scripsit ad Archiepiscopū Moguntinū, Marchionis Brādeburgen fratrem. Hortabatur eū, vt episcopatus suos in ciuiles principatus mutaret, & ducta vxore cæteris episcopis tā p̄claro exemplo cōtinentiæ præluceret. Quid enim aliud suaderet Epicurēus apostata, quā quod ipse maximē appetisset? Volebat oēs veneri se deuouere, cui ipse erat deuotissim⁹, cum Chrs ipse suū Euāgeliū ab agēda p̄nitētia auspiciat⁹ sit. Sed has literas licet typis excusas nō est dignat⁹ princeps ille vllō respōso.

Mat. 3. & 4.

Hic quoque Luterus spe frustratus sua, regē Angliæ sibi tentandum suscepit, quē antea contumeliosissimē tractārat. Duo Angli Apostatę summoperē in eam curā incūbebant, vt totū regnū Angliæ vel inuito rege ad Luteri dogmata traducerēt. Hi iā curabāt Coloniae versionē noui testamenti à Lutero editā in Anglorū idioma translātā typis excudi, sed quorundā bonorū virorū operares ad amplissimū Senatū Coloniensem delata est, qui mox prohibuit typographis, nē in eo excudēdo opere pergerēt. Regi quoque Anglorū & regni proceribus idē significatū est, quod multū retardauit illorū conatus apostatarum. Porro ipse rex Angliæ respondit Lutero egregiē, spretis eius ficticijs blāditijs: quibus in literis inter cætera impropertat ei incestas nuptias cum virgine Deo dicata contractas. Olim apud ethnicos virgines Vestales, si de stupro fuissent conuictæ, viuæ humo obruebantur, & constuprator verberibus ad mortem vsq; multabatur. At nunc apud Christianos Luterus & multi alij desertores monachi & moniales impunē totos se mancipant turpissimæ libidini, mundo illis applaudente, & inexpiabile scelus, nisi resipiscant, etiā in rectē factis precipuo ferē loco numerante.

Hoc anno habita sunt Comititia Spira: vbi quidam principes Luterizates pe

tiērent sibi templum aliquod permitti, vbi suo more sacris & cōcionibus interessent. Sed fortissimē se opposuit Episcopus Spirensis Georgius, Bauarię princeps & Comes Palatinus genere. Itaque in atrijs hospitiorum suorum iusserunt suos cōcionatores quotidie verbū facere ad populum, Catholicis Principibus ob temporū iniquitatē ad multa cōniuentibus.

Circa huius anni initiū Luterus quadā ad rutlingēses data epistola, in Zuingliū & Oecolampadiū degeneres filios suos inuehit. Scripsit & Urbanus Regius quadā epistolā cōtra Zuinglij sententiā. E diuerso Zuinglius quoque Luteranis nō fuit mutus: quinetiā Martinus Bucerus apostata Dñicanus scripto quodā edito, aduersus Brentiū Luteranum se tuetur. De hoc Bucero graues viri narrare solent, quod initio ferē huius noui Euāgelij ad Luterū se cōtulerit, atque ab eo petierit alicubi collocari, vbi posset nouo Euāgelio strenuā nauare operā. Porro Luterus ab eo sciscitat⁹ sit, nū hac in re tranquilla frueret cōscientia: Ille verò respōderit, se quidē nōdum posse pectoris pace frui, testante cōscientia saniorē esse Catholicorū quā nouam hanc doctrinā: tum autē Luterus dixerit, Si sic se res habent tuę, nōdum mihi es idoneus. Abi igitur & pugna cōtra hęc cōscientia, donēc ea prorsus cōflescat, & tūc mihi eris cōmodus administer. Id verò Bucerus fecerit, & ad Luterū reuersus, dixerit se iam oēm cōscientię aculeū prorsus repressisse, paratūque esse deinceps & viuere & mori in nouo Euāgelio: sicque Luterus eum, tanquā in primis aptū suę doctrinę propagandę hoīem, alicubi ecclesiasten effecerit. Fuit enim Bucerus nō parū doctus, & p̄terea ingenio ad simulandū & dissimulandum egregiē cōposito: qui tñ Zuinglij potius quā Luteri dogma de Eucharistia complexus est, & multis annis Argentorati egit cōcionatorem, tandē mortuus in Anglia, & morte sanē horrenda, vt sparsit rumor, licet hęc nihil ausim pro certo affirmare, quo mortis genere obiērit. Nō est autē incredibile, quod contra suam sit lūctatus cōscientiā, cum idem de se quoque Luterus fateatur, nec tam stupidus fuit Bucerus, quin faciliē animaduerte-

ret non posse gratā esse deo eā doctrinā, quę cum Catholicę Ecclesię doctrina ē diametro pugnaret. Nec tñ verisimile est, cōscientię aculeum eius pectus deinceps minimē pupugisse: sed id genus deplorati hoīes cōtemnūt nō modō cōscientiam, sed & Deum ipsum, dicente *Prouis.* scriptura, Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.

Hoc tēpore Cōradus Pellicanus, qui ex Frāciscano factus erat Zuinglianus, & quādoquē Erasmi Roterodami confessionem audiērat, cum adhuc Basileę monach⁹ esset, Tiguri cōcepit de Erasmo eiusmodi apud amiculos suos spargere sermones, qui Erasmi de Zuinglianismo suspectū redderent. Eam calūniam multis modis Erasmus à se conatus est depellere. Sed & ali⁹ quidā Zuinglianus, Leo Iudæ diē⁹, Germanicū libellū edidit tacito suo noīe, quo docere voluit Erasmi & Luterū quādoquē idem cum Zuinglio sensisse. Hoc Erasmus tulit molestissimē, licet suis incautis scriptis non paruam fortassis occasionē dederit talia de ipso existimandi. Non tñ potuerunt eum Zuingliani vnquē in suā pertrahere sententiā, licet Basileę diū vixerit, vbi cum primis viget Zuinglianismus. Scripsit autē hoc anno epistolam ad Heluetios, qui in Badenſi disputatione cōuenerant, qua se ab hac suspitione purgat. At tamen repræhendendus est, quod nō scripserit in Zuinglianos eo zelo & ardore, quem res tanta flagitabat.

Per hoc ferē tēpus Zuinglius scribit Norinbergenſibus Luteranis, docēs Luteranorū de Eucharistia opinionē nouam esse, & cū sacris literis pugnare, suam verò à Christo ipso &c. traditā. E diuerso scribūt de Zuinglio Luterani, & tñ nō vident hoīes ab istis nebulonibus euerſi, quā isthęc pugna arguat noui huius Euāgelij vanitatē. Iure ergo percūt, quod apertis oculis nihil videre volūt. Scripsit etiā Zuinglius Germanicę Epistolā ad Eslingēses, quā acerrimis verborū flagellis cædit Luterū & Luteranos, quos Suermeros, furiosos & fanaticos vocat.

Hoc ipso anno disputatū est Badenę in Heluetijs à Catholicis & Sacramentarijs. Venerunt eò Catholici primi noīs Theologi, Iohannes Faber, Eckius & Tho-

Thomas murnerus, Zuiglius nulla fide publica adduci potuit vt veniret. Oecolampadius adfuit. Ea disputatio huc habuit euentum, q̄ Heluetiorū Pagi oēs, demptis Tigurinīs, in Catholica religione sibi permanendū statuerūt, neq; nouum vllū dogma intra fines suos admittendū. Fuit hoc sub finē Iunij. Mohānes Faber permultas collegerat ex Zuinglij scriptis antilogias, quibus ille foedissimē & secū ipse pugnavit, & suam Luteriq; doctrinā destruxit. Eas obiecturus fuerat Zuinglio, sed ille mansit domi. Hac verò ratione, qua tū Luterus, tū Zuinglius & pleriq; oēs hæretici horū temporū euentissimē docentur scripsisse multa inter se pugnantia, efficacissimē & ineluctabiliter euinci & probari potest, ipsorū dogma nō Spiritum sanctū, sed mendacij parentem diabolū habere authorem. Et hīc necesse est, vt pudeant & obmutescant quicunq; eorum dogmata sequi & tueri volūt, cum nulla res certius indicet doctrinæ falsitatē, quā si ea varia sit & inconstans, nec semper sui similis. Quis em̄ vel in prophanis & parui momenti rebus fidem commodare velit ei, qui de vna eademq; re modò aiat, modò neget? iam probet, paulò post improbet? Atq; vel hoc solo nomine iustissimē damnabuntur, quotquot ab Ecclesia Catholica, quæ toto orbe vnum atque idem docet, ad hæreticos etiā à seipsis turpissimē discrepantes, deficere non dubitarunt.

Hoc anno rex Franciæ Franciscus ex Hispanijs dimissus, domū redijt. Et quia Italiam aliquot proceribus suspecta fuit concordia inter Carolū Cæsarem & ipsum inita, vndique legatos gratulatum miserunt ad regem libertati restitutum, & Clemens pontifex atq; Veneti, adiuncto Britannia regē Henrico, ad mutuam securitatē noua cum Fracisco rege fœdera percusserunt, quibus paratis vndique copijs, Cæsari totius (vt ferebatur) Italia imperiū affectanti obuiam iret. Sed q̄ falsus hic de affectato Italia imperio fuerit rumor, res ipsa postmodum declarauit, quādō Cæsar Franciscum Sfortiæ incredibili liberalitate Mediolanē ducatū restituit. Fraciscus rex, licet duos pro se filios Franciscum &

Henricum dedisset obsides, & nisi pacta seruaret, q̄ captiuū se denuò sisteret esset pollicitus, tamē in eo fœdere cū Carolo icto nō permāsit. Indē mox nouis bellis arsit Italia, Turcis interim ociosè satis in Hungaria omnia vastantibus, & Christianorum insaniam ridentibus: porrò in Germania hæresibus magna ex hac occasione capientibus incrementa.

ANNO 1527. Pontifex Clemēs 6^o humanissimis Caroli Cæsaris literis, adueniēte in urbē Carolo Lanoio Cæsaris duce, in quo summa tū erat belli & pacis authoritas, Cæsari cōciliat, & inter eos nouū fœdus percutit, ea cōditione, vt Lanoius Borboniū principem ab Urbis Romæ direptione auerteret. Iam ibat Lanoius ad Barboniū cum multis Germanorū & Hispanorū copijs ad Urbem p̄ficiscentē, sed nihil efficere apud Borboniū potuit, militibus pacē abnuentibus, & Romanæ p̄dæ inhiantibus. Erāt em̄ inter Germanos nō pauci Luteranæ factionis, quibus Pōtificis nomen maximē inuisum esset. Ventū est ad Urbē com̄eatu & tormētis vacuā, pridie nonas Maij. Dux Borbonius dū mœnibus scalā admouet, in ipso Urbis limine per inguē dextri femoris glande traiectus occubuit. At milites eius morte nihil absteriti, statim scalis appositis, Clemente Pontifice exterrito & ægrē se in molē Adriani, vulgò Castellū S. Angeli, recipiente cū suis, Leonina primū Urbis, quā Burgū vocant, loca humilia superāt, & obuiā multitudinē faciliē reijciunt. Ibi tum horrēda cædes miserorū, abiectis armis frustra mortē deprecantium, à Germanis & Hispanis edita est, itā vt barbarica quadā immanitate etiā in ipsa D. Petri sanctissima æde, adeoq; ad aras eius tēpli & monumenta venerāda S. Apostolorū aliorūq; diuorū permultum sanguinis fufum sit, direptis templi ornamentis, om̄ibusq; sacratis vasīs. Ea Urbis parte vastata, magnā (vt vocant) Romā trāscensis inter Aureliā & Septimianā portam vetustate collapsis mœnibus irrūpunt, in eaq; cuncta auaritiæ & crudelitatis exempla passim edunt, arcem circumsident, & nē quā detur vllum Pontifici effugium, perductis fossis circunuallant. Nulla apud ferocem
& par-

& partim Luterana peste infectū militē sacri prophaniq; fuit distantia, oībus in prædā vsurpatis: nemini oīnō eius vrbis incolę, siue is Italus, siue Germanus, siue etiā Hispanus esset, parcitū est: pleriq; summis affecti cruciatibus, in tormentis expirarunt: nec paucos cōtigit bis ab hostibus captos, & tortos atrocitē, modō à Germanis, modō ab Hispanis rebus oībus exui, & vix vitā solam ære alieno redimere. Sæuitū est horrendum in modū in sacros calices, in vasa & arculas sanctissimas, quas abiecta sacrosancta Eucharistia insanus miles rapiebat: in sacras vestes, qbus mira exercebāt ludibria: in diuorū reliquias, deniquē in virgines Deo dicatas, qbus ad suam libidinē turpissimē abutebantur. Atq; hæc quidē oīa insciente & inuito Cæsare acta fuisse vel indē facilē perspici potest, q nec approbavit, nec rata habere voluit, q prophanus miles à Pontifice & Cardinalib⁹ vi ac metu extorserat, & simul atq; in Hispaniā captæ vrbis nuncius allat⁹ est, ilicō cessare iussit ludos & spectacula, q propter recens natū ei filium Philippū edebant, deditq; operā, vt Pōtifex in pristinā libertatē restitueretur. In hac verō Vrbis vastatiōe id perquā in cōmodē accidit, q Bibliothecam Vaticanā incōparabili optimorū codicum thesauro īstructā, magna ex parte furor barbaricus scēdissimē populatus est, maxio studiosorū oīm luctu & detrimēto.

Sub id tempus Romæ qdam fuit Italus sacco indutus, irā Dei grauē, ni resipiscerent, Romanis imminere p̄dicans. Cūq; magnis clamoribus eadē crebrius palām dictitaret, cōiectus est in carcerē, donēc capta Vrberis ipsa declarauit vera ipsum dixisse. Erat eius austerā vita, et nomen Iohannis Baptistę. Post septimū deniquē carceris mensē Pontifex Clemens euasit. Ea Vrbis & Pontificis calamitas magnam attulit voluptatem Luterō & eius factionis hominibus: sed Dei benignitate factum est, vt ea voluptas eis non contigerit diuturna, Pontifice non diū pōst cum Carolo Cæsare amicissimē coniuncto.

Hoc ferē tempore viguit noua hæresis Anabaptistarum, Luterō suis scriptis illi egregiam materiam suppeditā-

te. Interim nihilo minū & Luterani & Zuingliani acriter eos persequūtur, cū tamen æquē illi iactitent verbum dei & puram doctrinam, atq; Luterani & Zuingliani, immō etiā pleriq; longē maiorem præ se ferant vitæ probitatem, quā vel Luterus vel Zuinglius cum toto grege suo. Quā verō ridiculum est, Luterum eo nomine vel maxime se venditare populo, quōd syncerum se dicit adferre Euangelion & verbum Dei, & nihilo minū dānare Anabaptistas, æquē Euangelium crepātes? Verū Catholica Christi Ecclesia nihil horum vana iactatione permota, oēs ex æquo damnat & reijcit, Luteranos, Zuinglianos, Anabaptistas, vtpotē qui non Euāgelium adferant, sed suas prauas & priuatas opiniones, & detortas scripturæ interpretationes, à Catholico totius orbis Christiani sensu & consensu prorsū alienas. Habent autem Anabaptistę multa pernicioſa dogmata, negant baptismū paruulorum, & iā adultos rebaptizant, volunt omnia esse cōmunia, etiā vxores, perindē vt Plato olim in sua Rep. & Nicolaitæ. Ex his sunt qui dicant, Spiritus meus concupiscit carnem tuam. Veni itaq;, & faciamus mirabilia. Anabaptistę æquē à Luterani & Sacramentarij in multiplices, easq; pugnantes, sectas dissecti sunt: vt nemini dubium sit, quo spiritu regant.

Hoc vnū notatū dignum est, Luterū ipsum, licet esset professione monachus & Theologus, & sectarios omnes, è Luterō ceu quodam equo Troiano cōfertim enatos atq; profectos, hoc vel maxime dedisse & dare operam, vt habeāt lepidam aliquam suis in complexibus puellam, vt præcipuus Euangelij eorum scopus haud obscure possit animaduerti, vt quā maxime se totos Veneri deuoueant, tanquā desperata omni salute, nihil in futurum nisi certissima gehennæ supplicia expectent, recteq; in illos dictū videri possit illud Apostoli, *Philip⁹* Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Certē Luterus ipse quodam loco etiā matrimonio iunctis ausus est pmittere, vt si nolit vxor, liceat accersire ancillam. Itā enim ait: *sermone de coniugio,* Si non vult vxor, veniat ancilla. Proh pudor,

pudor, eò amentia recidisse homines, vt non videant in cuius Sardanapali disciplinam se tradiderint. Interim Luterus & hæreticorum tota cohors acriter inuehuntur in vitia Cleri, & nihil ferè cõcionantur aliud ad populum, nisi quorundam impuram vitam, eaq; commemoranda & vehementèr exaggeranda, plaustris interim conuiciorum inuehuntur in Pontificem & Catholicos omnes, cum sint ipsi tẽr execrandi hæretici, & omni flagitiorum genere prorsus cooperiti, & propterea indigni, qui alios repræhendant.

Hac tempestate alijs atq; alijs emergentibus in religione dissidijs, hæresibus & sectis, non solum Catholicis, sed etiã pleriq; Lutherani principes & scriptores ijs opprimendis operã nauarunt. Ipse dux Saxonie Elector, qui Lutherum tuebatur, in Sacramentarios siue Zuinglianos & Anabaptistas seuerè constitutis supplicijs animaduertit. Luterus quoque benè longum scripsit librum in Zuinglium & Oecolampadium, qui ex ipsius schola prodierant. In eo libro gloriatur se suosque humanis abiectis præceptis in libertatem se asseruisse ingenti ac difficili labore. Porro Zuingliana hæresi nullam se legisse scœdiorem, quæ in ipso initio in tot sectas diuisa sit. Ait Germanos cupidè noua quæque complecti, ijsq; ceu fatuos adhærere. Diabolum nihil tam posse ineptum proferre, quin discipulos inueniat. Germanos esse spurcas sues vel porcos. Ciuiles magistratus ait debere Suermeros, id est, Zuinglianos tanq̃ blasphemos punire. Ipsos Zuinglianos vocat porcos & asinos. Multaq; alia in eo libro habet, quibus non magis Zuinglianos, quàm seipsum damnat. Ipse enim turbarum omnium author fuit in Germania suis pestilentissimis & pugnatissimis scriptis. Verùm dolebat ei, q̃ multos vidit se contempto ad nouum Sacramentarium dogma transire. Porro Zuinglius & Oecolampadius scriptis cõtrarijs ei responderunt.

Hoc anno vel circiter, 300. Anabaptistæ in Heluetijs in editum quendam cõscenderunt montem, tanq̃ illinc cū anima & corpore in cælum assumèdi. Hos

intantum dementarat malus dæmon, vt citra vllum pudorem instar pecudum cõmisceretur, nè virginibus quidè à foedo congressu sibi temperantibus. Scripserat em̃ Luterus, magis necessarium esse congressum viris ac foeminis, quàm cibum & potum.

In Sueuia quidam ausus est docere, finem iam adesse Christianæ legis, atq; aliam subrogatam iri. Multaq; alia per id tempus valdè absurda & impia spargebantur in vulgus, quibus omnibus animam dedit præclarum Luteri Euangelion, quo passim omnes ad carnis libertatem vocabantur, & suo exemplo Luterus prouocabat plurimos, vt & ipsi aliquid auderent.

Sub idem tepus Rotenburgi ad Necarum fluuium Anabaptistæ quidam vtriusque sexus vltimo sunt affecti supplicio: flammis exusti viri nouè, foeminae decè in aquas demersæ. Horum dux & doctor Michael Sellarius apostata monachus pro meritis horrendas luit pœnas, primum excisa illi lingua impia, deinde ignitis laceratus forcipibus, & ad extremum corpore eius igni abolito. nanq; homo nefarius multa valdè absurda & impia in populum sparserat dogmata. Alijs quoque multis Germaniæ locis seueritèr in Anabaptistas animaduersum est etiã à sectarijs. Præter alios scripsit in Anabaptistas etiã melachthon, & cum ille cõtra Catholicos disputas non nisi meras exigeret scripturas, tñ Anabaptistas de baptismo paruulorum nulla re alia efficacius, q̃ Ecclesiastica traditione, cõtemptor ipse traditionum, confutare potuit. Est aut̃ certè Anabaptistarum factio multum execrabilis, & pleriq; ex eo hominum genere nõ multum differunt ab arreptitijs & fanaticis. Quidam Sangalli, quod est Heluetiorum oppidum, inspectante vtroque parente, fratri suo germano caput scidit, dicens id sibi diuinitus imperatum. Verùm sententia magistratus eandem pœnam ipse quoque luit. Sunt multi in eis vita & moribus sic satis compositis, quæ res permultis imponit, sed habent absurdos doctrinae errores. Tam est versutus diabolus, vt etiã libentèr sinat sibi addictos quandam extrinsecus præ se ferre vitæ probitatem, mo-

Hebr. II.

dò fidem in illis corruerit. Scit enim, sine fide impossibile esse placere Deo.

Hoc ipso anno decreta fuit apud Bernates Heluetios disputatio Catholicorù cum Zuinglianis, id agentib' Zuinglio & aliquot apostatis monachis. Sed hæc disputatio plurimum offensionis habuit: itaq; nullus Catholicus Doctor præter vnũ Conradũ Trigariũ provincialẽ Augustinianũ eò profectus est. Senatus em̄ Bernensis leges ei disputationi præscripsit, Catholicis iniquas, sectarijs plausibiles. Quin & Imperator ipse interdixit per suos, nè Bernatenses eam permitterent apud se disputationẽ fieri. Quatuor item Episcopi, ad quorũ dioccesin pertinet Heluetij, multum dehortati sunt ab ea disputatione: copiosissimè aut Cantones octo Heluetiorũ Catholicici eam literis impedire conati sunt, qui inter cætera scripsere Bernatibus, memores essent disputationis Badensis intra bienniuũ habitæ, quam ipsi approbassent, & iuramento ac literis sigillo munitis confirmassent. Sed Bernates in sua sententia permanserunt: eumq; hæc disputatione finẽ habuit, q̄ mox apud illos & aliquot vicinos Missæ, aræ & statuæ abolitæ fuere, & multa alia insolentè & barbarè instituta, vt amplissima Antichristo itinera aperirentur, non videtibus miseris, in quãtam impietatis charybdim se ipsos præcipites darent. Finẽ aut hæc disputatio habuit 26. Ianuarij, anno 1528.

ANNO 1528. Luterus cum malè audiret ob sectas varias passim emergentes, tãquàm ab eo ceu fonte manarent, scripsit Germanicè in Anabaptistas. Inter alia in ipso libello reprehendit principes eo nomine, q̄ supplicium sumerèt de Anabaptistis, quasi verò etiã iam olim supplicia cõstituta non fuerint in rebaptizantes. In hoc quoquẽ libello fertur in Papatu multa esse bona, immò omnia Christiana bona, atque indè ad ipsos profluxisse. Ait in Papatu esse verã scripturam sacram, verum Baptismum, verum sacramentum altaris, veras claves ad peccata remittenda, verum verbi ministerium, verum Catechismum &c. Et tamen solebat iactare, apud Papistas Euangeliũ sub scamno delituisse, se il-

lud indè produxisse in lucem. Tãta erat illius hominis dictorum factorumq; inconstantia & varietas. Verũ cum Dux Saxonie perciperet multa contra religionem effreni licentia etiã in suis ditionibus geri, Visitationem instituit. Ea postmodum tã imperiosè & sumptuose acta est, vt nullè retrò Episcoporum synodi vel Archidiaconorũ communitates tam onerosæ fuisse viderentur. Eam visitationem Melanchthon scripsit Latinè, non planè Lutericè in nonnullis, quia plus ibi pœnitentiæ & doctrinæ legis & timoris Dei tribuere visus est, quàm Luteri Euangelion partiebatur. Atque ad eò libertatem arbitrij, quam in Locis communibus cum Lutero pernegauerat, asseruit. His verò & id genus, licet cum ipsorum superiori doctrina pugnarent, etiã Luterus subscripsit in editione Germanica eius ipsius Visitationis. Itã illi præclari Theologi de summis rebus & affirmare & negare non dubitabant, prout ipsis fortè in buccam venisset. Quod quidem turpissimum fuit in viris Germanis, nisi quòd Germani iam suæ constantiæ oblitũ, à maioribus suis sceddissima animorum leuitate degenerabant.

Hoc anno Dux Geldriæ Carolus multis suis oppidis amissis, tandem vt se Carolo Cæsari dederet, adactus est, interim nihilo minùs Tila munitissimo ad Valim oppido fortiter defenso. Fuit ille Princeps in amicitia & foedere Galorum regis, & quia ditionibus Cæsaris vicinus erat, multa eis sæpè damna intulit, quemadmodum anno superiori derepentè signis mutatis inuasit in Hagam Comitum, Hollandiæ insignem & opulentum vicum, vastatisq; omnibus, opimam egit prædam. Alioqui certè in fide Catholica fuit longè constantissimus, & alijs quibusdam principe dignis animi dotibus egregiè ornatus.

Eodem anno Traiectensis Episcopus omnem ditionem suam transtulit in ius Ducis Brabantie & Comitum Hollandiæ, qui tum fuit Carolus Imperator, accedente eò non solum regionis totius, verum etiã Romani Pontificis consensu. Multis enim modis eam diocesim vexabat Geldriæ dux, & iam Traie-

Traiecti ciues in Episcopū cōcitārant, nec his malis aliud inueniebat remediū, q̄ vt Burgūdię ducib⁹ sese permitterent, quorū potētia tū Geldrus ipse, tū subditi Traiectenses frenari possent. Est verò opulēta ea regio, sed populus pronus in seditiōes & tumultus fuit, prius q̄ Burgundis sese dedidissent. Iā verò in multa pace degunt, nec illis iugū graue impositum est, vt nec Geldrensibus, postq̄ ij Carolo Imperatori sese submiserunt. Porrò Iurisdicctio spiritalis māsit Traiectensi Episcopo, & præterea annui quidam reditus non contemnendi.

Hoc anno fames ingens pressit Italiā, p̄sertim Insubres & Venetos, ita vt multi ea peste interiērint. Tiguri quoque visi tres soles, famem prænunciare existimati sunt, quæ paulò pōst tanta illic extitit, vt etiā ex Hungaria boues eò adduci oportuerit.

Accidit eo anno quiddā planè tragicū Basileæ. Ciuis quidā honestus & diues Christophorus Bomgartnerus vxorem suā de adulterio suspectā habuit. Eā suspiciōem auxit, q̄ in famuli sui suspecti indusio ligulas tericas inuenit, quas suas esse nouerat. Extorquet vi ab vxore, vt fateatur se cum famulo rem habuisse: id si faciat, p̄mittit impunitatem; sin neget, p̄sentem minatur mortē. Illa fatetur quod nō fecerat, sed mox fugit ad sororē in pagum. At tamen amicorū intercessione mulier cōciliata marito, redijt ad eades illius. Ea nocte fertur ad cōmune admissa cubile. Atqui verò altera die, q̄ erat Dñica, ablegata famula & liberis ex priore coniuge susceptis, primū grauidā vxorem confodit, inde filiam vix quadrimā. Mox epistolā scripsit ad senatum, et tēr inuocato nomine IESV, è summa ediū suarum parte se precipitē dedit, fractis ceruicibus. Epistola illa continebat, quid & quo animo fecisset. Porrò de eo, licet mortuo, graue est sumptū suppliciū, & corpus eius fractis ossib⁹ sublimi rotē impositū. Poterat hoc exēplū deterrere ab adulterio, quod iam inter Euangelicos, vt quidā vir magni nominis scribit, coeperat esse iocus, sicut & multa alia infanda facinora.

Eodem anno quidā ex iuratis Christianissimi Principis Georgij Saxonie

ducis consiliarijs, Georgius Paccius, vir nobilis, facin⁹ audax & temerariū designauit. Erat is Luteri studiosus, sed occultē. nam alioqui princeps ille hominē in sua aula non tulisset. Agebat tū apud Principem optimum vices Cancellarij. Ea occasione secretum Principis sigillū nactus, formulā effinxit scēderis cuiusdam icti à certis Catholicis principibus contra Electorem Saxonie & Hassie Lātgrauium, vt eos in catholicos principes ad arma concitaret, vt etiā factū est. Formulæ illi commentitiæ appressit sigillum Georgij Ducis. Porrò legendā obtulit Lātgrauio, qui viso sigillo, putauit rem prorsus veram esse, communicatq; cum Saxone Electore consilio, grandem vterq; conscripsit exercitum, cæteris interim principibus miratibus, quid ea militum conscriptio sibi vellet. Interim Lantgrauius per literas hortatur Georgium principem, vt illi scēderi nuncium remittat. Princeps Georgius lectis literis & visa formula, cuius exēplum ad eum Lantgrauius miserat, obstupuit, moxq; datis ad Lantgrauium literis, generose & luculētē illi sese purgat, inter alia grauitēr postulas sibi ostēdi virum, qui eam rem ad ipsum pertulisset, deploratum, infamem & periurum nebulonem eum appellans. Excusarunt sese etiā alij Principes, qui hoc scēdere compræhensi ferebantur, sed tamen belli cladem à se auertere non potuerūt tres viciniōres Episcopi, Mogūtinus, Herbipolensis & Bambergensis, nisi numeratis centum millibus aureorum. Imparatis enim magnus imminēbat exercitus, cui ditiones suas populādas & diuexandas obijcere noluerunt. Porrò Lantgrauius nè hanc fabulam ipse confinxisse videretur, indicauit auctorem, certumq; præstituit diem, ad quem adessent Regis Ferdinandi, Electoris Brandeburgensis, & Ducis Georgij oratores, hominē accusaturi, si quid haberent aduersus eū. Venerunt legati Principum, & multorū criminum reū eum peregerūt. Cū enim sua decoxisset, multis vijs hominē ingenuo planè indignis pecuniam vndecunq; conflare solitus erat, atq; hoc nomine diueras effinxerat epistolas, quas Georgij prin-

cipis annulo obfignarat. Lantgravius nomine foederis ad ipsum falso delati quatuor millia aureorum illi dono dedit, ut ijs æs alienum dissolueret, quamquam id maius esset, quam quibus vel tot millia sufficerent. Tādē cum non posset obiecta ipsi à Principum legatis crimina diluere, turpissima illi ignominie nota iniusta est. Et vitā quidem clementia Lantgraviij Principis retinuit, sed nusquam ferē tutō consistere valēs, instār Cain vixit vagus & profugus in terra, latitans in vrbibus maritimis. Ad extremum, cum plerūquē maleficia meritas non euadant pœnas, Antuerpiæ compræhensus est anno 36. & sequentis anni mense Februario post longos carceris squalores & grauissima quæstionum tormenta, capite plexus, & in quatuor partes dissectus est. Indē pax reddita Germaniæ nequaquam diuturna fuisset, Sueuici foederis socijs Lantgraviū incusantibus, quod confœderatis ipsorum iniuriam fecisset, nisi ea res Vuormatiæ opera Palatini Principis compositione transacta esset.

Per idem ferē tempus Galliæ rex Neapolim ingenti exercitu itā obsedit, ut iam propemodum ea vrbe potiturus videretur, licet Germani & Hispani milites, qui in præsidio erāt, incredibili alacritate Gallos, ut se dederent, identidem non iniquis conditionibus hortantes, contemnerent. Ecce autem in mēse Iulio sequissima lues totū corripit exercitū, ipso Lotrechio primario duce, & multis alijs egregijs viris extinctis, ut ex sexaginta millibus hominū, ut quidam literis annotarunt, egrē quadringenti ad sua redierint incolumes. Itā p̄potēs Deus pro Carolo Cæsare mirabiliter pugnare videbatur, sicut & sæpē aliās, cum potentissimorum hostium validissimis copijs non vno loco premeretur.

In hac Neapolis obsidione mortuus etiā est Vaudemontius, Antonij Lotharingiæ Ducis frater germanus, qui regi militabat spe obtinendi regni Neapolitani. Erat enim ex Andegauensium regum familia, qui sibi in eo regno ius vendicāt. Pater eius Rhenatus Lotharingiæ Princeps, Carolum Burgūdiæ Ducem commisso prælio ad Nansim inter-

fecerat. Cadaver Vaudemontij in D. Clare coenobio honestissimo tēpli loco humatum est Neapoli. Id enim templū Andegauenses reges Vaudemontij progenitores, pia liberaliq; magnificentia condiderant.

Hoc ferē tempore à Rege Gallorum Francisco discessit Andreas Auria, vir summæ authoritatis, Caroli Cæsaris amicitiam cōplexus, magno quidē Cæsaris commodo, sed non minori Regis Francisci detrimento. Habebat Auria captiuos apud se duos præcipuos Cæsaris duces, Alphonsū Vastium & Alcanium Columnam, quos nauali prælio ceperat Philippus Auria. Hos Rex Franciscus ad se mitti voluit, sed Andreas Auria recusauit. Tulit hoc ægerrimē Rex, & contumeliosē Auriam proscidit. Is igitur dimisso à se Vastio & Columna ad Antonium Leuam, facile obtinuit, ut in Cæsaris amicitiam recipere retur. Itaque breui tempore Genuam Gallis eripuit, eamque pristina libertati restituit. Atque hoc potissimum nomine fertur à Rege se abalienasse, quod doleret ei patriæ (ea fuit Genua) erepta libertas. Videbat enim Gallos quadam moliri in eius vrbis non leue detrimentum. Tum quoque non obscure sentiebat Gallos secū hostiliter agere, Barbessio Gallicarum triremium præfecto ipsi insidias tendente. Itā ergo remisso ad Regem torque conchyliato, qua cæremonia à militari sacramento se absoluit, & auratis hlij, quæ erant Galliæ regis insignia, in extrema puppe perfractis atque decussis, Cæsaris gratiam & militiam tanquam vberiorē certiorēque amplexus est. Clemens Pontifex, & eius hortatu rex Franciscus multum in eam curam incubere, ut eius animum delinirent, hominēq; possessione maris potentem in officio & amicitia retinerent, sed id frustra fuit. Oblatus est deinde ipsi Auriæ à ciuibus omnibus Genuæ principatus, sed ille eum insigni continentia exemplo recusauit. Multa is vir præclara edidit facinora, præsertim in mari aduersus Turcicos & barbaros piratas, quos mirabiliter persequit̄ est. Decreta est illi apud Genuenses restituta liberta-

bertatis ergò statua Colossæ magnitudinis è Lunèsi marmore, cui⁹ basi hæc inscripta erât: Andree Auriæ cui opt. felicitq; vindici atq; auctori publicæ libertatis, senat⁹ populusq; Genuësis posuit.

Per hoc ferè tēpus aliquot superioris Germaniæ locis, p̄sertim in Heluetijs & Argenting, multum increuit factio Sacramētaria & impietas Zuingliana, & Missa, qua nihil est sancti⁹, ceu idololatria abrogata est, imagines è tēplis deturbatæ & flāmis exustæ, Basileæ quidē ipso die Cinerū, quo solent Christiani se ad meliorē frugē recipere. Nō tamen simul vno anno, sed per tēporū interualla hæc sensim irrepere diuersis in locis, itā vt res om̄inō ad Mahometicam, vel potiùs Antichristianā impietatem spectare videretur, cum isti Sacramentarij interim Romanū pontificē non alio q̄ Antichristi loco haberēt: Porrò apostatas monachos, publicè incestis nuptijs infames, haud secūs atquē Christi apostolos suspicerēt ac venerarētur. Erat ea irati numinis horrenda vindicta & seuera animaduersio in hoīm peccata. Contra hos Sacramētarios rursus nouū Luter⁹ scriptū edidit, benè prolixū, de cœna Christi confessionē suam. Ibi rursus affirmat quēdā quæ antea negarat, negat q̄ affirmauerat. Negat em̄ in cœna Dñi manere vinū, quod in captiuitate Babylonica asserit. Non possunt hīc omnia particulatim cōmemorari, nè nimis prolixissim⁹. Missā sanè hīc quoq; vel maximè se abominari dicit, licet nō esset nesci⁹ toto terrarū orbe oībus retrō seculis apud Christianos Missam celebratā esse. Exat græcè & Latinè D. Iacobi fratris Dñi, itemq; Basilij & Chrysoctomi Missa, vt nihil de Latina Ecclesia dicamus.

Scripsit eodē anno Luterus alium librum contra concomitantia, planè scurrilem atq; dicacem, ex quo quidā catholicus doct̄or collegit 134. calumnias. Sed quantumcunquē ille absurdus esset & petulans in scriptis suis, tamen mirè placuit cæcis mortalibus.

Cum autē eius de Cœna Dñi cōfessio in manus Zuinglij & Oecolāpadij venisset, plixē illi responderunt. Absit em̄, vt vel tantillum discipuli magistro concedant, quandò non id agitur, vt veritas

vincat, quæ tamen neq; à Lutero, neq; à Zuinglianis stetit, sed vt miseri hominiones alij præ alijs vicisse videatur. Neq; Bucerus hīc se mutū præbuit, sed edito Sebaldi & Arbogasti dialogo, Lutero nō planè edentulū se ostēdit. Fuit certè & est hæc res in primis ridicula & scurrilis, q̄ illi sublimes gigantes, qui se demum iactabāt in Germaniā, qua tot seculis caruisset, lucē euangelij inuexisse, tā inter se pertinacitè & odiosè digladiabantur. Faceffat hic om̄is friuola excusatio. Non est dissensionis Deus, inqt̄ 1. Cor. 14. apostolus, sed pacis. Quomodò possunt me isti docere quid verū sit, cum se ipsi vicissim in rebus grauissimis mēdacijs infimulet? Et hæc quidē non paucos permouerūt, vt in hac mutua Luteranorū & Zuinglianorum dissensione rem accuratiùs expenderent, aduerterentq; nō posse eos veritatis esse præcones, qui pugnatia docerēt, atq; eam ob rē ad catholicam Christi Ecclesiā se reciperent, cōtemptis stultissimis fanaticorum hominum (sic em̄ ipsi se inuicem vocant) opinioibus, quæ idētidem in alias atq; alias formas trāsformantur, sicut necesse est euenire illis, q̄ cum mendacio cōiuncta sunt. Variū est em̄ et incōstans mēdaciū.

ANNO 1529. de improuiso pestifer morbus (sudorē Anglicū vocabāt. eadē enim lues Britannia vastauerat Henrici VII. Angliæ regis anno 1. qui fuit à nato Seruatore 1486.) totam Germaniā peruasit, multis hominū millibus intra 24. horas extinctis antè, q̄ certū medici remedium inuenissent. Per multi verò, vbi virus illud exudāssent, seruati sunt. Itā p̄potens Deus nouis in dies emergētibus heresum & scelerū portētis, noua adhibebat flagella. Simul autē & annonæ caritas, & tumultus bellici Germaniā p̄ id tēpus premebāt. Turcarū em̄ Imperator Solimanus cum ingētibus copijs Viēnā fortissimè obsedit, sicut paulò post diceēt.

Hoc anno cōuentus Imperij fuit Spire multis de causis, q̄ & Turca auctus viribus, perdomita & sub iugū missa Hūgaria, captaq; Buda, terribilior Germaniæ immineret, & sectæ vsq; ad eò capefferēt augmēta, vt iā non catholicis modò, sed ipsæ sibi inuicem essent formidabiles. Nā in Heluetijs & primarijs aliquot Ger-

manie urbibus iã Zuingliana factio Luterana anteibat, & Anabaptistæ occultis machinationibus tũ sectarijs istis, tũ catholice Ecclesie non parũ terrori erãt. Porro in hoc cõuentu itã discessum est, vt Ferdinãdus rex nõ minimo dolore ex amissa Hũgaria affectus, et anxie metuens reliqs ditiõibus suis, nulla potuerit à Sectarijs auxilia impetrare, nisi eos sineret sua retinere dogmata. Itaq; publico decreto pmissũ est, vt in fidei & religiõis negotio itã se Sectarij gererent, vti & deo & Cæsari facti sui ratione possent reddere, nihil tamẽ deinceps innouaret, vsq; ad cõciliũ, &c. Tantũ iã spiritũs & viriũ sibi sumpserãt, vt pmodũ leges ipsi summo Magistratui p̄scribere videretur. Atq; in hoc ipso cõuentu p̄testati sunt, se eius decretis quibusdã nõ posse subscribere: itaq; ad Cæsare p̄uocãrunt. Indẽ primũ ortum est Protestantium nomen, quod etiã quãdam liberæ Ciuitatis amplexæ sunt.

Huius anni mense Februario Basileę ciues tumultuant, et duodecim Senatores loco mouet: quoniam et sacras imagines, vt supra attigimus, in tẽplis om̄ibus demolunt, ceu idola quãdã, itã persuasi à suis doctoribus, quasi eadẽ sit ratio imaginũ, quã fuit olim apud Ethnicos idolorũ. Missã quoque prorsus abolent, nihil deinceps habituri cõmercij cũ incruento illo Ecclesie sacrificio. Ipso die Cinerũ statuas vel imagines ligneas distribuerũt in homines tenuioris fortune, vt illis sacrilega impietate ad focũ abuterentur. Sed illi tãta cõtentione eas sibi singulatim vedicare conabant, vt ad pugnas quoq; ventũ sit. Ea re factũ est, vt in nouẽ cõgestas trues, ante summã eadẽ flãm̄is oēs pmitterent. His reb; gestis, letũ illi diẽ egerũt, tã egregio patrato facinore. Alijs quoq; locis sequitũ est in imagines vel statuas, missẽq; sacrosãctũ sacrificiũ, & erat hoc p̄clarũ euãgelij recẽs orti studiũ, vt nihil intetãtũ relinqueretur à suũ studiosis, quãdã amplissima Antichristo itinera p̄pararet.

Anno superiori multũ tũ Cæsar ipse p̄ Episc. Hildesemẽsem, tũ Episcopus Argẽtoratensis & pleriq; alij egerãt apud Argẽtinenfes, vt nihil in religiõẽ mutaret, aut certẽ expectaret Cõciliij sententiã: at illi quoque imp̄borũ hoĩm pesti-

feris p̄suasionibus circũuenti, ad res nouãdas animũ adiecerũt. Atq; itã alij post alios passim in Germania, nobilissima quõdã puincia, in execrabiles & stultissimos pudẽda leuitate errores p̄lapsi, cãteris natiõibus se affatim irridẽdos p̄pinãrunt. Certẽ ipse quoque turcarum Princeps Solimanus Luteranos detestatus ferẽt, p̄pterea quod essent p̄ni in seditiões cõcitandas. Interim verò qui à catholica Ecclesia deficiebãt, valdẽ sibi gratulabãtur, quod tyrannicũ Romani Põtificis iugũ excussissent, & iã tandẽm verã Euãgelij lucẽ inuenissent, cũ reuerã totos se diaboli sequissimo iugo vltro implicuissent, & in plũs quã Cimmerias tenebras iusto quidẽ, sed valdẽ pertimescendo, Dei iudicio incuruissent. Instabãt illi verbũ dei, sed idem quoque diabolus proferebat, Matt. 4. cũ tentaret Christum de p̄cipicio.

Apud Heluetios tãta cõtentione exarsit de religiõẽ controuersia, vt iã ad arma descenderetur. Tigurini & Bernates suis fidi virib; catholicis quibusdã cantonibus vel pagis iam vim inferre nitẽbãtur, sed per sequestros res cõposita est ad tẽpus non diuturnum. Eius pacis conditiones catholicis parũ equã visã sunt: discessum est tamen ad tẽpus ab armis.

Princeps Hassiã Philippus dolens inter Luterũ & Zuingliũ tã atrox extare dissidiũ, volens eos in concordia redigere, Marpurgũ vtriusq; factionis hoĩes euocauit. Venerũt illi quidẽ, & nõ nihil egisse videretur, certa quãdam capitã vel articulos, in quibus cõtra Catholicã Ecclesiã inter se cõspirãrant, ediderunt: Porro in primario Eucharistię articulo vetus dissensio mansit. itã illi re infecta discesserunt. Princeps Lãtgravius & quidã docti viri modis om̄ibus efficere conabãtur, vt quãuis in negotio cõenẽ cõuenire nõ possent, tamen alij alios fratrũ loco haberent. Sed id Luterus facere noluit. Porro verò sunt, quod scribãt et putent in hoc vno articulo dissidere Zuinglianos à Luteranis, sed hoc falsissimum est, cũ etiã in alijs nõ paucis inter se hostilitẽr dissentiant: immò verò paulatim eò res redijt, vt nec Zuingliani cũ Zuinglianis, nec Luterani cum Luteranis cõsentiant, sed alij alios palã euulgatis libris odiohissimẽ & impotentissimẽ proscindant.

Editus hac tempestate est liber quidam de Actis Concilij Constantiensis erga Iohannem Hussum, incerto quidem auctore, sed opera Iohannis Islebij, socij et amici Luteri. In prefatione Islebius Hussum vocat probum dei amicum, Conciliū Constantiense synagogā Antichristi. Sed nos Hussum damnatū hæreticū multò rectius dicimus cum ea synodò, quā cum Islebio virū bonum. Interim tamē liber ille nihil facit admodum pro Luteranis, quod disertis verbis affirmet Hussū Constantiæ publicè negasse articulos illos, quos Luterani vel maximè asserūt ac tuentur.

Sub hoc quoque tempus cum Turca in Germaniā aduētare diceretur, Luterus scriptū edidit, *De bello contra Turcas*. Sed eo ipso multò plūs deterret principes à bello Turcico, quā ad id extimulet. Verisimile est, optasse hominē odio Papæ deflagrantē, vt Turca occupata Germania, mox etiā Italiā pulso Pontifice occuparet. Verūm id Deus adhuc pro sua bonitate auertit. In eodē scripto valdè acerbè & contumeliosè inuehitur in Pontificē, Episcopos, Imperatorē, Reges, Principes, præcipuè verò curiā Romanā. Nihil enim metuebat sibi, in tuto loco herens sub Saxonie principe. Eam verò maledicendi licentiā non ex Evangelio, sed spiritu Antichristi hauserat. Quam autē hoc quoque prodigiosè fuit inconstantie, quod hoc quidem libro dehortatur à bello Turcico, dicens id esse contra doctrinā Christi, quæ dicit Christianos non debere malo resistere, &c. cum non longè antè in Visitatione Saxonica scripsisset, eiusmodi orationē seditiosam esse atque intolerabilem, ex Pauloque probasset, Magistrat⁹ nostros gladio & bello Turcas arcere debere, nec Christū vetasse vsquam, immanitatē tyrannidēque Turcicā repellere? An non planè corporis & mētis oculis caruere, qui tā variū & ipso quoque Proteo mutabiliorē hominem, in grauissimo religionis negotio sequi non dubitauerūt? Hac de re dici multa possunt, sed nunquam satis multa.

Huius anni mense Septēbri cum infinitis copijs Turcarū tyrannus venit in Germaniā, & Austriæ primariū oppidū Viennā grauissima pressit obsidione. Id bellū eiusmodi habuit originē: Rex Fer-

dināus Caroli Cæsaris frater Iohannē Vaiuodā regno hūgarie exuerat. Is verò in eā redactus calamitatem, in Sarmatiā ad Hieronymū Laschū virum ab illustri nobilitate et eximia eruditione clarissimū cōfugit. Laschus tāto lætus hospite, oēm illi humanitatē impendit, dissimulante Sigismūdo rege, quod Vaiuodę germanam sororē in matrimonio habuisset. Interea Laschus, vt erat solerti & excellēti ingenio, miraque ad res gerendas dexteritate, Vaiuodę id tandē consilij dedit, vt Solimāno se clientē fore profiteretur, si eius beneficio in regnū esset restitutus. Id verò consiliū licet in primis speciosum videretur, & Vaiuodę reb⁹ accommodū, si huius vite prosperitatē spectes, erat tamē certè à Christiana pietate valdè alienū, cum longè satiūs fuisset Vaiuodā etiā summā adijisse cladem, quā eius restituendi causa Rēp. Christianam in grauissimū periculū adduci. Ceterū Laschus hortatu Vaiuodę legationē suscepit ad Turcarū Imperatorē Solimānum, atque vbi venit Byzantiū, oblati muneribus facili in purpuratorū gratiam & familiaritatem se insinuauit. Eorū verò opera id consecutus est apud Solimannū, vt is, plixē polliceretur, sibi eā rē curę fore, breuique se in Hungariā aduolaturū. Misit deindē suū quoque legatū Byzantiū Ferdināus rex, sed is demū, licet à Solimanno humanitè esset receptus & à purpuratis, quos Bassas vocāt, patientissimè audit⁹, nō nisi superbū et insolēs tulit respōsum, & p inducijs atque amicitia oēm belli cladē iussus est Ferdinādo denunciare, & quā primū Byzatio excedere.

Per id tēpus Ferdinandus Spire erat, hocque accepto nūcio, nō immeritò percussus est, quod sciret Tyrannum à sentētia haud facili discessurū, & Carolus frater eius bellis Italicis distineretur. Itaque Solimānus copias omēs ad signa vocari imperat, quibus coactis, Hadrianopoli profectus, Belgradū quintidecimis castris peruenit, indè rectā Budā petijt. Ei obuiam processit Vaiuoda, Hungarorum procerū septus comitatu, quibus & Laschus aderat. Acceptus est comitèr à Solimāno, qui illi se recepit liberalitè concessurum, quæcūque eo bello vi & armis parasset. Vbi Budā venit, propè vacuam

inuenit, ciuibus metu in proximas vrbes dilapsis. Arx Germanico tenebatur p̄sidio, sed eā cuniculis euertere nitebatur: quæ resterruit Germanos, vt etiã inuito arcis custode, cū hoste saluis rebus paciscerentur. Assensit Solimannus: verum iã abeuntes cum sarcinis suis, cōtra fidem datã sæuus tyrannus Ianizeris ad vnum trucidandos obiecit, arcis aut̄ custodem humanit̄er dimisit. Capta Buda, Viennam iter habuit, dimissis quibusdã e suis, qui p̄das agerent ex Christianis, q̄ omnis generis hominũ, ingenti intercepta multitudine, ad Linciu vsq; luctuosas fecere excursiones, passim summa crudelitate flãmis omnia vastantes. Erãt iam Viennæ equitum & peditum plũs minũs viginti millia, & cum ijs aliquot præclari duces, inter quos p̄cipuam obtinebat authoritatem Philippus comes Palatinus. Vbi ad urbem ventũ est, Turcæ amplissima suis castris occupauere loca, q̄ vel solo adspectu essent horrore. Et sedulo illi cuniculis sibi in urbẽ aditũ facere instituerunt. Porro aliquot iam locis patefactis, audacissimẽ idẽtidẽm in urbem irruentes, tanta vi Germanorum repulsi sunt, vt in toto hoc bello e Turcis ad octoginta millia perijsse ferantur, tandẽq; cum dedecore & ignominia coactus sit Solimãnus obsidionẽ soluere, & in Thraciam re infecta abire. Nõ dubium est, quin omnipotens Deus singulari benignitate eam victoriã contulerit Germanis, quorũ certẽ vires tanto hosti longẽ alioqui impares erant. Sub Turcarũ aduentum iussi erãt vrbe excedere foemina, pueri, sacerdotes, monachi, & omnis imbellis turba. At, quod summẽ dolendũ est, ij magna ex parte in immanes barbaros inciderũt, qui infantes secuerunt medios, foeminas et senes, quos in seruitutẽ nollẽt abducere, partim palis infixẽrũt, verubus transfoderũt, gladijs disciderunt. Ferũtur in ea Turcicæ vastatiõis procella supra 60000. Germanorũ in seruitutẽ rapta. Porro totus Viennensiu ager succifis vitibus et frugiferis arboribus triste intuẽtibus spectaculo p̄bebat. Solimannus vbi Budã redijt, Iohannẽ Vaiuodã regẽ constituit, amicũq; & beneficiarium appellauit. Sed sic recupãsse regnũ, nõ felicitatis, sed sum-

mã miserix fuit. Quanq̄ (õ cæca mortaliũ pectora) quid nõ faciunt homines, vt vel ad breue tempus possint esse beati in hac vita, ijdem ipsi omnis laboris impatientes, si quid agendũ sit pro æterna vita? Sed hoc miserum est.

Hoc anno Carolus Cæsar ex Hispanijs venit in Italiã. Sunt qui scribant illi iter moliẽti, Hispanos p̄ceres lögẽ plures & pecunias & milites obtulisse, q̄ illũ impensẽ charũ haberent, q̄ quis alius minis extorquere potuisset. Viri enim mille quingẽti spõte sua Maiestati eius liberalit̄er obtulerunt, singuli millenos ducatos aureos in annos quatuor, absq; vllõ suo cõmodo vel lucro. Pleriq; Principes equitum & peditum copias non spernendas pollicebantur, quas integro anno suis ipsorum sumptibus alerent.

Antẽ verò, q̄ Cæsar ex Hispanijs solueret, Frãsciscus Gallorũ rex amisso copiosissimo apud Neapolim exercitu, amisso Andrea Auria viro incõparabili, animũ ad pacis cõsilia adiecit. Filij eius adhuc obsides hærebãt in Hispania: eorum liberãdorũ summo tenebatur desiderio. Itaq; pax Cameraci cõfecta est, quod cõuenerant p̄ter cãteros Margarita Cæsaris amita, & Aloysia Francisci regis mater. Cõditiões inite pacis huc adscribere nihil attinet. Rex quidẽ p̄ filijs numerauit Cæsari viciẽs cẽtẽna millia aureorũ. Vbi aut̄ Cæsar in Italiam venit, magna oĩm gratulatiõẽ except̄ est, suoq; aduentu ruẽti Italiæ pacẽ attulit, præterq̄ Florentinis, qui immodicis animis p̄ libertate, vt aiebant, tuenda & Pontificis & Cæsaris in se arma concitãrunt.

Annus hic Germaniæ fuit multas ob causas admodũ grauis et calamitosus. Irruebant sæuissimi Turcæ, grassabantur hæresum & nouorum dogmatum portenta, morbus Anglicus innumeros tollebat e medio, & insup̄er tanta erat annonẽ caritas, quantam nemo mortaliũ meminisset. In inferiori autẽ Germania Flandris, Hollandis, Zelãdis repentina Oceani insaniẽtis inundatio damna passim dedit longẽ grauissima, aliquot locis planẽ submersis.

Fuit hoc anno Suabachi cõuentus eorũ, qui se Euãgelicos dicebant, sed cùm inter se conuenire non possent de cœna Domi-

Dñi, (sic enim vocabāt sacrosanctū Eucharistiæ sacramentū) alius conuentus Smalcaldię indictus est. Itā hoc præclarū Euangeliū in re præcipui momēti, neq; tūc, neq; postea vnq̄ idem statuere potuit: eaque discordia magis ac magis semp̄ aucta est, quemadmodū illis euenire necesse est, q̄ à veritatis cōstātissima luce ad incertas, varias & lubricas humani ingenij opiniōes sese trāsferūt. Et tamē non desunt qui scribant, amice eos discessisse Marpurgō, quōd eos Lantgrauī euocauerat, cū tñ (vt suprā diximus) Luterus Zuinglianos fratru loco, licet plurimū hortante Lantgrauio, habere noluerit, hodieque non cessent scriptis atrocissimis sese inuicē lacerare, & Marpurgi à Zuinglio 300. argumenta Lutero fuisse obiecta, ipsi Zuingliani affirmārint.

Hoc etiā anno Clemens Pontifex aduētanti è Genua Cæsari, & Placentiā contēdenti, tres legatos obuiam misit, q̄ à pontificiæ ditionis fines intrante solitum iusiurandū acciperēt, nunq̄ ipsum pōtificis libertatē violaturū. Iurauit Cæsar verbis ritē cōceptis, sed itā tamen, vt se de suo iure nihil decessurum testaret: quod putant quidā ea ratione eum fecisse, quōd Placentiam & Parmam Mediolanensī imperio antiquitūs attributas repeteret, quando quidem Mediolanensē dominium Cæsarium Imperatorum semp̄ beneficiarium fuisse.

Porro Cæsar vbi Solimannū turpiter in fugā coniectū comperit, ingenti perfusus lætitia, cū iam circitè duos mēses Placentiæ Parmæq; exegisset, rectā Bononiā contendit, quōd iam paulō ante Calendas Nouembres Clemēs Pontifex peruenerat. Ibi quid tum gestū sit, ex Paulo Iouio scriptore Italico bona fide cōmemorabimus. Excipitur, inqt, Cæsar Bononiæ triūphali pompa summis honorib; incredibili omniū lætitia, ipse paludatus & militaribus armis, vna dempta galea, vndiquē protectus, albo insigni equo, regio sumptu phalerato, à mutinēsi porta in forū prouehitur. Præcesserant quaterna vexilla cū leuis tū grauis armaturę Belgarū equitū, sagulis, cristis, & colorū varietate itā inter se distinctis turmis, vt quorū ducū essent,

ab ipso insigniū & vestitūs argumento facile noscerētur. Successit indē peditatus toties victor, non tam opimis hostiū spolijs exornatus, q̄ armorum fulgore ac adspētūs feritate terribilis, ad trucē tympanorū sonitū & graues tiliarum modulos gradu superbē cōposito sub signis introductus. Quadratā vmbellam auro purpuraq; distinctā gymnasiarchę & celeberrimi bonarū artū professores in togis sericis p̄ferebant. Latus Cæsaris à decora Bononiensī iuuetute nō custodię, sed honoris causa cingebat. Prætor Vrbanus & decuriones cū vexillifero, & è Quadragintauiuali magistratu primoribusq; patritijs splēdidissimē succedebāt. Constitit in medio foro Antonius Læua æger pedibus, sed viuacibus oculis pugnacissimi ducis habitū præferēs, ac vt magis ob recentē bellicæ cōstantiæ & rerū gestarum gloriā omniū oculis offerretur, in sublimi sella gestatus, hinc veterana Germanorū legiōe, illinc Hispanorū cohortibus itā prædefa acie directis aut obuersis, & tormētis in fronte collocatis, vt exercitus cōcursurus esse videretur. Erāt iuxta Cæsarem illustres reguli, auro in lacinijs vel solido bracteato, vel acu pingente induto, vel ad luxurię cōciso, itemq; exquisitis armorum & equorū ornamentis maxime superbi. Secundū eos prælata est Romana Aquila, aureo in vexillo picta, ac item candidum aliud vexillum purpurea cruce distinctū, sub quibus totius aulę familia ex flore gentium omniū delecta, & nobilissimi Hispaniæ sacra religioe equites Cæsaris vestigia sequebātur. Prætorianus miles custodię corporis assuetus, diuersis sub signis Hispanus, Belga, Germanus in croceis sagis agmen extremum clausit, & quicquid in foro spatij reliquum fuerat, occupauit. Erat erectus in Petroniani templi vestibulo per amplius ligneus suggestus, peristromatis & aulæis ad loci dignitatem vndiquē protectus, in quo Cardinales & Episcopi ceteriq; minores sacerdotes purpurati suo quisque ordine confederant. In medio autem præalta in sede mitratus Pontifex Cæsare expectabat. Ille itaq; nobilioribus tātū regulis principūque legatis sibi adicitis equo

descēdit, subeuntē per gradus Cardinales duo deduxere. Tum verò vt prodijt, omnium oculi in duos longè maximos terrarum orbis dominos sunt coniecti. Explorabat enim quisq; valdè suspensus & tacitus, propter memoriam veteris dissensionis & recentis amicitia, an ora ipsa interiores sensus nunquàm ex toto fallentia, subitis illis affectionum & nutantis animæ momentis obedirēt. Erat vultus Cæsaris in gestu militari & graui blanda quadam lenitate verecundiaque perfusus. Clementis verò facies ità subitò ad eius occursum exhilarata est, vt vel ob id maximè letari crederes, quòd illum multò humaniorem & augustiorem, quàm putàrat, esse conspiceret. Varia siquidē ab Hispanijs & falsa quidem de Cæsare plerique malignè retulerant, & multi etiàm vtrò trepidis animis, propter acceptas tot inusitatas clades, sibi illum fingebant vti alterum Ariouistum, aut Rotomalcem, aliquo scilicet vultu Cimbrico & feritate Gothica metuēdum, ac ipsius deniquè militibus ferocia & spiritus immanitate persimilem, qui deuictis & stratis tot hostiū exercitibus, tot vrbibus direptis, euastatisq; prouincijs diuina ac humana omnia dira confusione miscuissent. Sed iam fuerat exceptus Genuæ, Placētiae cognitus, Parmæ demùm, Rhegij, & Mutinæ cum summa omnis generis hominum gratulatione salutatus, vt potè qui passim humanitatis, abstinentiæ, pietatis atque iustitiæ monumenta absque vilo vel superbiæ, vel crudelitatis, vel libidinis vestigio reliquisset. Em̄uerò, quo nihil est in rege popularius et gratius, aditum cunctis atq; aures summa benignitate & singulari patientia præbuerat, dederatque obiter responsa spei æquitatisq; plenissima, quæ propositis postulatorum capitib⁹ singulatim rectissimè responderent. Illam verò militum licentiam diuturna impunitate confirmatam, ijs, qui vel ablata rapuerant, vel ante diem arrogantè stipendia flagitabant, supplicio protinùs affectis, ità represserat, vt illo quod teneret, longè maximo omnium imperio dignissimus haberetur. Sed nec eum quanquàm ætate & fortuna florentē, vllæ vnquàm

vel licitæ voluptates à perpetuis rerum maximarum consultationibus auocabant, ità vt in eo simul iuuentæ decor eximius ad Martiam laudem emineret, & cōsilia senili maturitate proprijs, nō alienis, cogitationibus exquisita, elaborata directaque manerent. Nunquàm enim præclarum, nobile & firmum eius ingenium vel irarum impetus perturbārat, vel cæca vindictæ libido pupugerat, vel vlla humana mollities, quin recta sentiret, expugnārat. Erat eius vultus, vt hoc quoquè curiosi minimè desiderēt, argenteo & grato quodam pallore dilucidus, oculi cærulei, suaues, nulla acri seueritate formidabiles, & ij quidē ad ingenium pudorem virilemque modestiam instituti. Nasus à medio clementèr assurgebat, quod magnitudinis animi signum in Persarum etiàm regib⁹ antiquis fuit obseruatum. Mentum erat ad exiguam venustioris iniuriam paulò prominentius, & quod grauitatis speciem addebat, subcrispa & flauenti barba conuestitum. Capillum verò fulgore pallentis auri more Romanorum Cæsarium circumtonsum ostendebat. Porro statura corporis, vt in ipso ætatis integræ flore & prosperrima valetudine, non ab inerti succo, sed à valido neruorum nexu longè firmissima, perample item robustaque manus ad stringendū ferrum idoneæ: crura autem venustissimè extantibus toris trunci proportionē directā, quod tum maximè apparebat, cum equo veheretur. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, vt nullus eo armato atq; equum incitante & in gyrum reflectēte vel pulchrior, vel viuidior, vel in ferendo armorum pondere patientior eques reperiri posse videretur. Cæterum ad Pontificis pedes flexo genu prouolutus, ac mox dextra læti aridentisque Pontificis erectus ad osculum, Hispanica oratione, Veni, inquit, sanctissime Pater ad pedes tuos, quod summo voto semper expetiui, vt fessis Christianæ Reip. rebus communi cōsilio succurramus. Oro Deum Opt. Max. qui me huius voti compotè fecit, vt nostris consilijs adsit, atque hic aduētus meus Christianis omnibus sit salutaris. Tum Pontifex, Certè hoc ipso con-

congressu, inquit, sicut Deus immortalis & sancti cœlites certissimi sunt testes, mihi nihil unquam fuit antiquius, & iam superis gratias ago, quod te videam prosperè atq; feliciter mari terraq; perductum, resq; eò deductas intuear, vt te te authore de concordia omnium & solenni pace minimè desperem. Obtulit subindè Cæsar auri signati circitèr libras decem, deductusq; est summa comitate à Pontifice ad templi limen: atq; ità digressi, Cæsar ad aram maximam supplicaturus superis contendit, Pontifex verò in Prætorium cum vniuerso sacerdotum ordine continuo est reuersus. Nec multò post Cæsar & ipse Prætorium intrauit, cui paratæ erant summæ ædium partes, ità coniunctæ Pontificijs, vt inter vtriusq; cubilia solus interesset paries, aditum præbente portula, vt cum vellèt, ignaris omnibus remotisq; arbitraris, interdium noctuq; de summis rerum negocijs familiarissimè disputarent. Eo modo sepe arcana sensu mutua & sincera animi liberalitate detegendo, ac odiorum origines ad fatalè vim & consiliariorum & ducum insaniam referendo, facillè Dijs benè iuuantibus viâ inuenère, qua pax egregiè componi, & tot malis & funestis incommodis optatus finis imponi posse videretur. Deindè paucis interiectis de Veneti legati apud Pontificem et Cæsarem oratione, ipsiusq; Pontificis pro Francisco Sforcia apud Cæsare deprecatione, ità subiungit Iouius: Sed tanta erat altitudo iudicij Cæsaris, tanta moderatissimi eius animi religio, & tantum deniquè pacis & concordie studium, vt nihil regali fastigio dignius atq; præstantius existimaret, quàm oia consilio ad verum decus, ad solidam pietatem, & animi magnitudinem reuocare, vt arma in Turcas, adeò inter nos impiè scedeque tractata, verterentur: quippe qui non adumbratam, sed veram & viuendam, non fortunæ adminiculis quæsitam, sed à fonte ipso propriæ virtutis profluentem gloriam sectarentur. Itaque Solimano Turcarum Imperatore iam à Viennæ Noricæ moenibus cum strage ignominiaque depulso, atque eò Byzantium præcipiti fuga properante, cum nihil iam hostile

indè ampliùs esset timendum, pacare cuncta constituit. Euocatur extemplò Bononiam Franciscus Sforcia, procumbit ad eius pedes, redditoque diplomate, quo illum data fide vbiq; terrarum Cæsar saluum & tutum esse iubebat, salutè, imperium & spes deniquè omnes vni Cæsaris probitati fideique committit: quoniam innocentia fretus, omnia se ex illius æquitate humanitateq; sperare prædicabat. Tum verò stupentibus cunctis videre licuit, quanto Cæsar esset omni sua fortuna maior & excelsior. Certarat pro Imperio Mediolanensi desertus à socijs, ab omnibus oppugnatus, in qua contentione omnes omnium vires ingentibus partis victorijs præclarè contuderat, & cum aliquandò nutante partium fortuna, in dubia spe victoriæ versaretur, honestas pacis conditiones semper elato constantique iudicio repudiarat, nè quod virtute atque vna animi magnitudine erat facturum, veluti ignobili metu subactus & præsentis impulsus necessitate fecisse videretur. Habet enim hoc in se regius eius animus, velut excellenti & perfecta virtute præditus, vt nunquam vel acriter vrgente fortuna abiectione se demittat, vel ea penitus arridente intemperantè extollat. Ergò vbiq; victor & triumphator supplicem in gratiam recipit, Mediolanensem Ducem appellat, & tabulis Augustalibus ritè confectis, totum ei paternum regnum adiudicat, neque amplioris pecuniæ tributum imponit, quàm ab initio & ante dissensionè imponendum esse celsisset. Nec multò post Calendis Ianuarijs, solenni adiecta precatio, sacra peraguntur, ab incredibili hominum frequentia exoptatum afflictis Italiæ populis insperatæ pacis nomen excipitur. Præsentes Clemens Pontifex & Carolus Cæsar, orantis Romuli Amasæi viri eloquentissimi voce, Christiani nominis conseruatores, ac optimi maximi Italiæ parentes appellantur. Obortas præ gaudio lachrymas vix continent viri togati, optimi ciues, sanctissimi sacerdotes, legati regum omnium, Galliæ scilicet, Britannia, Lusitaniæ, Scotia, Pannoniæ, Sarmatiæ, Daciæ, Venet-

Veneti Senatûs, ac itê Allobrogis, Ferrariensis, Mantuani, Vrbinatisq; regulorum, ac liberarum etiã ciuitatû Genuensium, Senesium & Lucensium, cunctiq; demum proceres & principes, ipseq; ante alios Franciscus Sforcia, honoris causa sessum inter postremos Cardinales receptus. Ea enim dies tranquillitati initium & ærumnis finem allatura videbatur. Intereã Cæsaris vxor Isabella puerum peperit, cui propter aui materni memoriam Ferdinandi nomen impositum est. Hęc quidem Iouius, quę vti & alia pleraq; libentè adscripsimus ob memoriam sempiternã optimi & potentissimi Cæsaris Caroli V. qui de Ecclesia Catholica optimè meritus est, licet ille ab ingratis non eam sempè retulerit gratiam, quam æquum fuisset. Lõgè verò maiora ille proculdubio præfutisset, præsertim erga immanes Turcas, Christiani nominis atrocissimos hostes, & pseudochristianos hereticos, nisi eius studia & cõsilia cû summo Christianæ Reipub. detrimento alij representissent.

Porro verò cùm hunc in modum per Italiam singulari quodam Numinis fauore compositę res essent, licet Florentini plus æquo etiãnum insolescerēt, in Germania indiēs res in deterius abiit. Iam enim qui se Euangelicos Protestantes vocabant, rursus alium conuentum suę factionis hominũ indixerant Smalcaldiam, eoq; cùm ventum esset, tametsi omnes cuperent vires suas isto fœdere coniungere, & se aduersus Pontificiorum, id est, Catholicorum potentiam communicare, nihil tamen confici potuit, quòd & Lutherani nollent eos recipere, qui dogmata Lutheri omnia completi non vellent, & Zuingliani vt id facerēt, adduci nulla ratione possent. Putabant enim pro sua parte potiùs stare verbum Dei & puram Euãgelij doctrinam, quàm pro Lutheranis. Lantgrauius verò medium se inter vtrosque gerens, volebat eos redigere in concordiam, sed eius conatus omnes irriti fuere. Cùm em̃ iam vtraq; pars ab Catholica Christi Ecclesia se separasset, non poterant habere spiritum illum concordie & pacis, qui non est extra Ecclesiam Dei to-

to orbe diffusam. Interim Zuingliani nolebant à sua discedere sententia, nec minùs ipsi reiciebant Lutheri iudicium & authoritatē, quæ erat maxima apud Lutheranos, quàm Luterus Romani pontificis. Quid ergò mirum, si Luterus ab Ecclesia Romana sub verbi Dei & Euãgelij pretextu procacitè discessit, quãdò ab ipso Lutero, quem iam plerique ceu deum suspiciebant, sub eodem pretextu intra paucissimos annos ipsius discipuli pertinacissimè desciuerūt? Non enim minùs nititur verbo Dei, licet perperam intellecto, Zuinglius cû sua cohorte, quàm Luterus cum suis. Et tamē necesse est vel Lutherũ errare, vel Zuinglium. Non ergò satis est scripturas allegare, quibus plerique omnes heretici sua sempè, quantumuis absurda, paradoxa firmare conati sunt, sed oportet legitimam scripturarum vim & intelligentiam adhibere, quæ nõ est apud hereticos, sed in sola Ecclesia Catholica, cuius & doctor & rector est Spiritus sanctus: id quod non finē causã identidem inculcamus.

ANNO 1530. Argentinenses Zuingliano dogmate imbuti, cùm nollēt Lutheri de Cœna Domini sententiam amplecti, & propterea in fœdus à Lutheranis recepti non essent, vt suis rebus consulerent, cum Tigurinis, Bernatibus & Basileensibus Sacramentarijs fœdus pepigere. Vbi hoc percepit Senatus Imperij, cui tum præerat Fridericus Palatinus, conatus est eos inde reuocare, præsertim quòd Cæsari & Imperio deuincti, sinē illorũ consensu non debuerint cum alijs fœdus percutere: sed parum efficere potuit.

Hoc anno Luterus motus discordia concionatorum sectæ suę, edidit Catechismum, in quo Decalogum, Precautionem Dominicam & Symbolũ Apostolicum in plerisq; longè alitè exposuit, quàm fecerat ante annos decē. Docet ibi vsum Baptismi & Eucharistie, præter quę nulla alia vult esse Sacramenta, cùm in Catholica Ecclesia septē habeant, quæ pleraq; oĩa etiã à Dionysio Areopagita Pauli Apostoli discipulo numerant. Indè verò innumeri à Sectarijs editi sunt Catechismi, sed è quibus

bus vix duos inuenias, qui inter se per omnia cōcordent. Fuit hoc scriptiois genus iuuentuti longè perniciosissimū, cui sua venena homines nefarij instillarunt, mira plerūquē vsi blandiloquētia & verborum lenocinijs. Porrò apud vulgus ea re effectum est, vt cerdones & laniones & edentulę anus deliriq; senes tāquā quodam numine afflati, de rebus theologicis etiā in tabernis aut apud focū mira garrulitate deblaterēt, putētq; se plus aliquid in scripturis interpretādis valere, quā vel præcipuos Catholicę Ecclesię Theologos. Itaq; non rarum est apud euangelicos, vt homines ex infima plebe, plerūquē etiā homicidę, hētores, carnifices, concionandi & sacramenta ministrādi munere fungantur, & tanta sit rerum omniū cōfusio, vt nemo id satis explicare queat. Scripsit enim Luterus omnes homines esse sacerdotes, vt sacerdotium cogeret in ordinem, & populi studium ac fauorem sibi eiusmodi docendi genere arctissimè conciliaret.

Huius anni mensē Februario ipsi ferijs D. Matthię, quo die natus erat Cęsar, & Gallię rex captus, Bononię à Clemente Pontifice coronatus est, cuius rei historiam omnem visum est hoc loco ex Paulo Iouio episcopo Nuceriensi adscribere, qui præsens interfuisse videtur. Cęsar, inquit, multis de causis Bononię coronari statuerat, quanquā id antea Romę faciendum esse decreuisset, vbi superiores Cęsares, tanquā in sanctissima sacrorum sede & felici nationum omnium domicilio, vrbeque ipsa veteris imperij honore, antiquorum triumphis, & stupendis supremę fortunę monumentis longè clarissima, coronas legitimo iure suscepissent. Sed euastata Vrbe & nōdū nouis commodis subleuate calamitosa tenuitas, & opulentę supellectilis ornamentorumq; penuria Cęsarem auertebant, quāuis Romani eius spe aduētūs ab omni tristitia & sordibus ad lætitiā veteremq; splendorem reuocati viderētur. Itaq; euocatis omnibus regulis, deligitur Iouis dies 6. Calendas Martias, Matthię Apostolo dicatus, qui erat natalis Cęsaris, semp̄ ei faustus, & Tici-

nenſi etiā victoria lætissimus. A medijs Prætorij fenestris patefacto aditu pons ligneus pensilis, sublicis impositus, incuruō tractu per forum & Petronianū templum ad aram vsq; maximam protrahitur, & festa fronde pictisq; tapetibus exornatur, vt sine tumultu cōfundentis & prementis turbę Pontifex & Cęsar in pompa præteruecti spectarentur. Erat de more veterum Cęsarum, vt Modoetię propè Mediolanum coronā ferream susciperent, quę indicaret Romano imperio firmitatem ferro & militaribus copijs comparari. Tres em̄ coronę Cęsaribus debētur. Prima est argentea, Germanici scilicet regni, quam suffragio procerū Aquilgrani decēnio antè susceperat. Secunda ferrea regni Longobardici. Tertia verò aurea Romani Imperij. Pręstò igitur aduēre Modoētensium legati, qui ad retinendā veteris prærogatiuę dignitatem vetustissimi operis coronam & annalium codices antiquitate pernobiles detulere. Ea erat sine florētibus pinnis in simplicem & latū orbem circūducta, ferro introrsus tempora præcingente, sed exteriùs auro & gemmis exornata. Biduo itaque antè, quā tertiam coronam acciperet, in sacello domestico, adstante Pontifice, sacris peractis, Cęsar vngit, ferreaq; corona & cęteris regijs insignibus decoratur, iisdem ferè cęremonijs, quas paulò infra memorabimus. Prætulere ante Cęsarem summi honoris causa, Aluarus Oforius Marchio Astoricensis aureum sceptrū, Didacus Pacecus dux Alcalonius ensē, gēmata vagina conditum, Alexander Medices Dux Pinnensis Cęsaris gener orbem aureum cū præfixa cruce gemmis distinctum, Bonifacius autem Marchio Montisferati Modoētensium coronam. His rebus ritè confectis, aduenit demū dies maioris coronę aureę pompę destinatus, & is quidem, cū noctū pluisset, superis mirè fauentibus incredibili serenitate perspicuus. Ante alia Pontifex, vniuerso Cardinalium & Episcoporum ordine in mitris & pluuialibus sacris pallijs, cęteris verò sacerdotibus in coccinea veste per pontem solenni pompa traductis, in præalta sede

fede gestatur, & comitantibus prætorianis, sub umbella templi ingreditur. Iam in forum Antonius Læua pedestres copias adduxerat, & obuersis in omnes aditus maioribus tormentis, & signis in medio constitutis, cuncta loca perpetua militum statione firmauerat. Interim è lacubus, qui in summo prætorianæ porticus fornice fuerat fabricati, per siphones rubra & alba uina fundebantur, panes ab alto in subiectos milites spangebatur, torrebaturq; in machina versatili bos integeringês, hœdis, veruecibus, ac omniferè volucrum genere farctissimus, vt in tanta festa hilaritate milites sub armis in acie stantes, ad manum paratis obsonijs cû iucunditate vescerentur. Nunquàm ab vlla memoria vel ad celeberrimi triumphij, vel ad inauditi spectaculi famâ maior atque nobilior mortalium insignium numerus in vnam urbem confluit. Erant adeò plena loca omnia, quæ foro imminebant, vt multi in alto suspensis & pendentibus speculis, alij in ædium præiecturis & periculofissimis locis cum aliorum admiratione prospicerent. Iam Pontifex sacras tunicas & chlamydes induerat, & sacra solennia excultis altaribus parabantur, cum Cæsar sub umbella ornatissimo procerum comitatu ad templi vestibulum peruenit, ità vt vix eo paucis passibus præteruecto, tabulata pontis prægrauate prætorianorum turba frangerentur: ibique plerique militibus immixti, fœdo casu præcidentes, sese pilis atque securibus induerunt, inter quos fuit Albertus Pighius Belga Theologus Luteromastix: minima tamen pro tumultu clades incidit: Sed facile fuit æstimare ex atrocitate periculi, quis in Germano milite, supra ferociam militarem natura implacabili, animorum habitus esset futurus, si ad certam omnium perniciem Cæsar ipse, se paululum vertente fortuna, cecidisset. Sed intrepidè respectans Cæsar, lenitè arrisit, ità vt fortunam suam certius agnoscere videretur, quæ cœptis & votis omnibus benignissimè semper adspirasset. Erant omnia ad imaginem Vaticanæ templi constituta, & nouæ sacellis appellationes impositæ, vt ea si-

gillatim ad veterem consuetudinem ex Pontificijs libris responderent. Adfuerunt Romani sacerdotes, quibus sacra Vaticanæ templi sunt commendata. Ij ad aram Cæsarem susceperunt, lineaq; sacerdotali tunica superiniecta, in collegium eius sacerdotij cooptarunt. Eum Saluiatus Cardinalis in verba ex libris Pontificijs concepta sacramento adiecit, ità vt in summa libens iuraret, se Pontificiæ dignitatis perpetuò futurum esse defensores. Ab hac ara duarum turriū nuncupata, duo Diaconi Cardinales, Saluiat^o scilicet ipse & Radulphus, ambo ex patruelibus Pontificijs nepotes, ad templi limen deducunt. Flexo genu supplicantes, Picolomineus Presbyter Cardinalis, certis preceationibus expiatum, in sacellum S. Georgij perducit. Ibi lintea tunica deponitur, sandalia margaritis & gemmis picta statim induuntur, & Dalmatica veste in morem Diaconi prius assumpta, paludamento demùm conuestitur. In eo habitu præcedenti Puccius Cardinalis ad propheticam rotam, quæ est ad Vaticanæ templi medium, mitratus occurrit. Ingeniculus Cæsar ad aram maximam obuertitur, solenniq; altera preceatione, vt eius imperiū stabile, perpetuum, victoriarū, pietatis & laudis plenū faxit, Deo maximo, in cuius manu sunt regna, commendatur. Sunt enim multa antiquitatis à pijs præstantibusq; ingenijs cum summa verborum elegantia & Christiana grauitate composita, quæ ex sacro libro ad statas rerum & locorum ceremonias ab alijs atque alijs sacerdotibus in frontem Cæsaris perleguntur. Quæ omnia in illis Pontificum iam editis libris quisque curiosus facile poterit inuenire. Ascenditur demùm versis aram maximam, vbi Innocentio Cibo Cardinale Litanias præeunte, alternis precibus piè pronunciatis, diu diuæque omnes propicietur. In lectisternio supplicanti Cæsari Campegius Cardinalis adstitit, & de scripto oratiunculam, vt auspiciatò coronaretur, religiosè recitauit. Indè mox Cæsar à Farnesio (quoniam is erat Senatūs princeps & Cardinalium vetustissimus) intra sancti Mauricij sacellum est deductus: vbi diffi-

diffibulata Dalmatica, humeros & brachium dextrum sacro oleo, adiectis puris & pijs orationibus, inungitur. His rebus ritè confectis, solennia sacra erudito Phonalcorum concentu, alternantibus choris, operante Pontifice, ipso Cæsare in sacra veste ministrante, protinùs inchoantur: quæ miro ordine cæremoniarum, summa gravitate sacerdotum, insigni omnium religione adèò in serum diem sunt protracta, vt vel piè curiosos fatigare potuerint, si is longè omnium clarissimorum Principum admirabilis confessus, spectantium oculos vlla in parte fatiare potuisset. Cæterùm summa sacrorum fuit, vt Cæsari de manu Pontificis Romani Imperij insignia traderentur. Itaque solenni precatatione sempèr adhibita, Pontifex ei supplici sceptrum aureum dedit, florenti cacumine conspicuū, quò piè gentibus imperaret: itemq; nudatum ensem, quo Christiani nominis hostes persequeretur: ac pomum aureum, quem vtì terrarum Orbem insigni pietate, constantia, virtuteq; regeret: & postremò tiaram illam potiùs quàm coronam bicipiti fastigio multisq; Adamantibus insignem capiti imposuit. Ille piè inflexo genu, pronus exosculato pede Pontificem adorauit. Tum demùm Cæsar in illa tot gemmis ac vnionibus exornata triumphali trabea ad læuam non à procùl à Pontifice, in sede auro protecta, sed patulò humiliore, sessum est perductus, & Romanus Imperator appellatus. Quod vbi in foro militibus est renunciatum, Antonius Læua ad declarandam lætitiã maiora minoraq; tormenta displodi iussit, ità vt terribili sonitu cælum crepitare, terra quati, & tecta nutare viderentur. Nec multò post Pontifex sacratissimæ Eucharistiæ hostiam humilimo quodam oris gestu, purissimoq; animi habitu delumpsit, atque eam obitèr Cæsari omni labe criminum expiato religiosè communicauit. Peractis sacris, templo excessum: ad præparatos equos Sacerdotes, Legati, Proceres discurrunt: omnis repente multitudo in equis conspicitur: acclamationes, tubarum cantus, tym-

panorum strepitus audiuntur. Conscendenti equum Pontifici Cæsar ad læuam pedes adstitit, vtì benignè auratam staffam sacrato pedi protinùs inducturus. Sed piùm Cæsaris obsequium Pontificis humanitas religiosaq; modestia superauit. Ergò iunctim equo vterque albo, sed Pontifex Thraicio, Cæsar Hispanico confidentes vmbellam subeunt, summæ dignitatis hominibus ad eam gestandam honori simul & labori succedentibus. Præcedebat miro pompæ ordine tum Cardinalium, tum procerum vtriusque aulæ familia: in tergo signa erant viatorum, qui cursores appellantur. Adhæc subsecuti sunt septem viri insignes, armis, trabeis, militaribus equis & pedestri comitatu valdè conspicui, qui totidem ingentia vexilla deferebant. Traducti præterea aliquot albi asturcones sine fessorib⁹, auratis ephippijs instrati. Prætulère etiã adollescentes eximie nobilitatis in scipionibus præfixos galeos Pontificis purpureos quatuor. Nec multùm indè succedebat **EVCHARISTIA**, sub aurea vmbella loculo crystallino inclusa, & sellæ generosi & tamen pacati equi superimposita. Lateraliter ingens antè, & circum dena funalia ferebantur. Tum demùm promiscuè gentium omium honestissimi quique successère, vt decuit in tanta hilaritate, teregio sumptu, suprâ quàm credibile videatur, exornati. Nemo enim ex tota Italia paulò vir illustris non venerat, nisi vehementi valetudine præpeditus. Hispani, Itali, Belgæ, prout libido genijq; tulerunt, auro textili & serico omnis coloris elegantèr variegato, itemq; Phrygijs operibus & acupictis sagulis spectantiū oculos perstrangebant. Germani in veste obscuriore, sumptuosa tamen, torquibus aureis relucebant. Visebatur passim equi ex omni regionum sobole maximè generosi, & intano sumptu toto terrarū orbe conquisiti. Aderant permulti illustres, nobiles, opulenti, clarorum principum pgenie editi, quos dinumerare vix queas. Indè sequutę sunt variæ legationes, & mox ipsi purpurati Cardinales. Indè non procùl successit vmbella, sub

qua duo longè augustissimi terrarum Domini in mitris illis stupenda & inestimabili gemmarum & vnionum varietate preciosis, ita tolutim & tēperato passu incedētibz egs, vt ij certa ingenij grauitate, quales sēssores veherent, sentire viderentur. Antecedebant vmbellam, ipse Montisferrati Marchio, solēni in chlamyde & corona gemmis ornata, qui Cæsaris sceptrum deferebat: Frācisus indē Maria, Feltrius Dux Vrbinus, Venetorum imperator, & quoniam erat præfectus vrbs, in veste purpura Dalmaticā, cum inusitato in metæ formam capitis tegumento, aurea cruce distincto, & tēnijs vtrinque pendentibus, nudatum ensē prætebat. Philippus verò Palatinus, quem decora proceritas & obsidio Viennæ aduersus Turcas fortissimè tolerata clarissimum reddebant, aureum Orbem detulit in talari toga purpurea, adstricta manicis, & plano pileo candidis pellibus redimito. Postremus erat Carolus Sabaudius Allobrogum dux, pileolum ferens vnionibus, smaragdīs & carbūculis collucētem, qui, cum oporteret, nobilioris officij causa demptā capiti Cæsaris coronam prætentis manibus deferret. Inter hos summi ordinis principes & vmbellam ipsam, Cæsaris quæstor obsequitabat, qui per singulas regiones certis passuum interuallis ad dimouendam turbam excitandamque lætitiā, effusè in populum argenteam atq; auream stipem signatam imagine coronati Cæsaris dispergebat. Secundum vmbellam binis cubicularijs & medicis locus fuit. Tum verò Antistites opibus & auctoritate præstantes, qui vel legati regum erant, vel Cæsaris consiliarij, vel ij, quos ab insigni gratia Pontificis assistentes vocant, & cæteri demum Episcopi in violaceis pallis, & post hos minores sacri viri successerunt. Nouissimū agmen clausere cataphracti equites Belgæ, per alas turmasque distincti, eo ordine indutis galeis & prætentis hastis subsequentes, vt non modò tantæ pompæ præsidio, sed ornamento esse viderentur. A templo, vt diximus, profecti, modico ad leuam flexu ad vrbs vmbilicum, vbi est turris Asinello-

rum, altitudine Italicarum nulli secūda. Indè per regionem albis & cyaneis pānis coopertam, quæ ad Flaminæ viæ portam perducit, inter acclamationes longo tractu processum est, porticibus hinc & indè spectantium scēminarum multitudine refertis, sic vt pompa omnis finè tumultu omnium oculis ad incredibilem voluptatem ostentata quietissimè spectaretur. Tum demum ad regionis biuium, quod dicitur Ad clauaturas, Cæsar à Pontifice digressus, ad diuini Dominici templum contendit. Ibi venientem Romani Lateranensis templi sacerdotes cum summa veneratiōe susceperunt, & vti Vaticani dudum fecerant, in collegium cooptarunt. Indè Cæsar ad aram D. Iohannis supplicauit, & multos omnis generis oblatos nobiles equestri dignitate, gladio leuiter percussis humeris, ornauit. Nec multò post alio itinere, quàm isset Pontifex, ad prætorium est reuersus. Erat maximo triclinio, ad epulum præbendū aulais vndique strato, coniunctum cubiculum Hippolyti Medices Cardinalis. In id familiariter Cæsar coronatus, excluso fermè omni famulatu, se recepit, trabeam deposuit, exiit sandalia, & auream talarem togam sumpsit, atq; hilaris aliquandiu ab illo tanto prætextæ chlamydis & prægrauis tiaræ pondere conqueuit. Interea præcinētibus tibijs & tubis, epulæ miro ordine ministrorumque silentio introferri sunt cœptæ. Itaq; aduere Cæsari præstò quatuor illi principes, in sua quisq; solenni chlamyde, vt insignia præferrēt, atq; itē alij illustres reguli, vt eum ad mēsam deducerent. Cœnauit solus Cæsar, singulis Imperij insignibus in mensa collocatis, quæ erat aliquot gradibus excelsa. At in alia infra gradus, in conspectu tamen Cæsaris, discubere Sabaudius, Palatinus, Vrbinus & Montisferrati reguli. In exteriore verò triclinio epulum cæteris proceribus præbitū. Remotis mentis, iterum Cæsar gladium cepit, & pleurosque nobiles equestri dignitate decorauit. Hæc ex Paulo Louio aliquatò fusijs, ommissis tamen hinc indè nonnullis breuitatis studio, quæ non magnopere huc pertinere videbantur.

Interea

Interea cum esset in Italia Cæsar, cõ-
uentum principum & Ordinum omni-
um Imperij indixit apud Augustã Vin-
delicorum in diem 8. Aprilis. Duæ omni-
nò res, vt id faceret, vel maximè hortari
videbantur, Dissidium religionis longè
perniciosissimum, quod nisi breuì cõ-
poneretur, exitium Germaniæ minari
certum erat: Deindè bellum Turcicũ,
cui sustinendo certæ rationes & viæ &
opportuna remedia atq; consilia parã-
da erant. Vfus est in ijs indicèdis comi-
tijs singulari quadã comitate & man-
suetudine, ità vt proposita fide publica
nulli non liberum faceret ad ea comitia
securè accedendi, & suę fidei formulam
exponendã. Ità enim iam erant exulce-
ratæ Germanorũ res, vt austeritate pa-
rum profici posset, maximè quòd Tur-
carum immensæ vires & inexpiabile in
Christianos odiũ, facilè Imperatorem
absterneret, nè qd ageret durius aduer-
sus refractarios, quos alioqui facilè do-
mare potuisset, si à Turcis & quibusdã
alijs securo ipsi esse licuisset. Fuit autem
is conuētus longè celeberrimus, & Cæ-
saris aduentus atque apud omnes per-
uulgata clementia, facilè quoslibet eò
vt accederent, inuitabat. In eo conuen-
tu obtulerunt Lutherani confessionem
suã Cæsari, cuius architectus fuit Phi-
lippus Melanchthon præcipuus Luteri
discipulus, & quidem excellèti doctri-
na, sed ad eò varius & inconstans, (id
quod necesse est illis euenire, qui à veri-
tate deflexerunt) vt ipsam quoquè con-
fessionem Augustanam crebrò postmo-
dum mutauerit, quòd vtique absterre-
re debuit omnes cordatos homines, nè
tam incertæ & ad humani ingenij mu-
tabilitatem subindè in alias formas trãs-
formatæ doctrinæ, sese accommodarēt
ac tradrent. Nam de ipsis quoquè sa-
cramentis, per quæ in nos diuina gra-
tia ceu per canales quosdam deriuatur,
tam est ille Melanchthon in sua con-
fessione lubricus & ambiguus, vt pri-
mò quidem velit esse duo tantum, de-
indè in alia editione tria ponat, porrò
in extrema quatuor numeret. Et ta-
men ad hanc confessionem permultæ
sectæ sese referunt, nec pudet in rebus
grauissimis ità pueriliter, immò verò

etiã impiè & execrabilitèr, ineptire.

Interim solent isti iactare, vt aliàs di-
ximus, se demum veram & puram do-
ctrinam in orbem reuocasse. Sed absit
vt hoc illis persuadeant, quibus salus
suã curæ est, qui non instar paruulo-
rum fluctuantium omni volunt doctri-
næ vento circumferri. Hanc igitur con-
fessionem Augustæ Cæsari exhibitam,
tanquã illam Babylonicam Apoca-
lypsis D. Iohannis meretricem pleræq;
horum temporum Sectæ adorant, &
tamen nihil ferè in ea est, quod non ipsi
Confessionistæ in mutua lite ponant,
& in alios atque alios sensus, prout vi-
sum est, trahant. Nec quidem leuibus
de rebus inter se atrocitèr digladiatur,
sed de ipsis suæ confessionis capitibus.
Et tamen ea est illorum hominum (de
dogmatistis & cõcionatoribus loquor)
propemodum incredibilis impudentia,
vt si fortè quæras ex illis inter Catho-
licos, cur ad eò inter se pugnent, actu-
tùm respondeant nullam de fundamẽ-
to inter ipsos esse dissensionem: & hoc
quidem persuadent illi miseræ ac im-
peritæ plebeculæ, quam miris quibus-
dam dolis & fraudibus tenent misera-
bilitèr implicatam. Quin & scriptis
palàm editis conatus est quidam im-
portunus & prodigiosus Luteranę fa-
ctionis concionator Iacobus Andreæ
Smidelinus hominibus persuadere, se-
ctarios inter se perbellè consentire. Sed
eius tam improba & portentosa vani-
tas, etiã ab ipsis sectarijs egregiè con-
futata est.

Et vt aliquid nôrit posteritas de im-
pudentia istorum hominum, qui sub
prætextu Euangelij Germaniam & to-
tum orbem Christianum perturbârũt,
libet hîc insigne facinus eiusdem Iaco-
bi Andreę Smidelini, (quoniam se of-
fert occasio) ad perpetuam rei memo-
riam subijcere. In colloquio quodam
Vuormatiensi conuenerant multi do-
cti viri, de religionis negotio tracta-
turi. Quodam die Andreas iste con-
cionem habiturus in frequētissimo au-
ditorio, suggestum ascendit. Sed quo
tandem habitu? Pudet referre, sed di-
cendum est tamen. Cum sago aulico
paulum infra genua, manica altera pi-
-
EEE 2 etu-

Apo. 13. 14.
16. 17. 18.

aturata circa sinistrum humerum, exercitibus utrinque brachijs, & cum cultro venatorio ad latus. Ità ille pacis & Evangelij præco, vt videri volunt, repente quendam Thraſonem repræſentauit in æde ſacra, ſub adſpectu tot hominũ, & in ſacra concione.

Sed ad Confessionem Auguſtanam reuertamur, de qua tamen priuſquàm plura dicere pergamus, quod propemodùm oblitum eramus, paucis explicabimus aduentum Cæſaris ad Auguſtam, & quæ tum illic obiter geſta ſunt. Venit Cæſar Auguſtam in profeſto corporis CHRISTI, & quidem ſua ſpe tardiùs venit, propterea quòd in itinere paſſim etiàm à Venetis honorificentiffimè eſſet acceptus. In comitatu Tirolenſi, vbi ſunt celeberrimæ argentifodinæ, oblatuſ eſt ei nummuſ argenteuſ, qui precio æquaret aureoſ 1700. omnia Cæſaris ſtemmata miro quodam opere & elegantia repræſentans. Monaci verò Principes Bauariæ quatruiduo eum retinuerunt cum fratre Ferdinando & Cardinale Campegio, ità vt nullum officij & honoris genus prætermiſiſſe viderentur. Indè vbi iam Auguſtam aduentare cœpit, Principes omnes & Ordines Imperij ei perquam reuerentèr proceſſerunt obuiam, & vbi ad quinquaginta vel ſexaginta paſſuſ appropinquârunt, ex equiſ deſcenderunt. Eo viſo, Cæſar pro ſua ſingulari & ipſi propemodùm innata modeſtia ac humilitate, vnà cum fratre Ferdinando itidem ſe demitit in pedes honoris cauſa. Excepit eum decentiſſima oratione Principum & Statuum omnium nomine Cardinaliſ Moguntinuſ Albertuſ Brandenburgicuſ, cuiuſ inter Electoreſ prima fuit dignitaſ. Indè itum eſt ad urbem, apud quam à Senatu & populo miro ſtudio acceptuſ eſt. Intra urbem excepit eum Epiſcopuſ Auguſtanuſ cum Clero, & ſub umbella ad ſummam ædem perduxit. Iam dieſ cœpit mutari in noctem, & ità Cæſar ad Epiſcopi ædeſ, quaſ Palatinaſ vocant, alij ad alia hoſpitiã digreſſi ſunt. Eiuſdem verò diei veſpera & manè ſequenti multum egit per ſuoſ cum Saxone & alijs Luteraniſ

principibuſ, vt intereſſent proceſſioni publicæ, qua geſtanda erat ſacroſancta Euchariftia. Sed hoc ab ijs impetrare non potuit, cum ferè ad meridiem cum illiſ egiſſet. Perſuaſerant enim illiſ ipſorum concionatores, idololatriæ crimen admitti ab ijs, qui Euchariftiã adorarent. Negant enim CHRIſTVM eſſe in Euchariftia extra tempuſ ſumptioniſ. Fuit ea horrenda blaſphemia, ſed illi in ſua ſententiã tantum in magna luce permanſerunt. At verò Cæſar religioſiſſimuſ, licèt iam meridiem appeteret, cum reliquiſ principibuſ, quorum illic magnuſ erat numeruſ, cum Hiſpaniſ quoquè & Belgicæ proceribuſ illi proceſſioni cù quadam eximia in DEVM pietate & haud vulgari ſplendore interſuit. Euchariftiam geſtabat Cardinaliſ Moguntinuſ, à dextris rege Ferdinando, à ſiniſtris Ioachimo Brandeburgico Principe eum deducentibuſ. Ante Euchariftiam præcedebant Principeſ ſeculareſ, itemq; Cleruſ cum alijs permultiſ. Poſt eã ſequebatur Caroluſ Imperator nuquàm ſempèr capite, tametiſ ſol eſſet ardentiffimuſ, in manu ferens quadrifidam faciem ardentem, quod idem voluit fieri à cunctiſ Proceribuſ & Principibuſ. Imperatorem ſequebantur omneſ Archiepiſcopi & Epiſcopi. Umbellam ipſam, ſub qua portabatur ſacroſancta Euchariftia, viciffim geſtabat ſeni Principeſ ſeculareſ. Porro longiſſima proceſſione diuerſi generiſ Muſici concinebant in laudem Dei. Omnibuſ ritè peractiſ, Cæſar valdè acerbè tulit Luteranorum Principum cõtumaciam, iuſſitq; vt quamprimùm altera die cù publica fide Auguſta excederent, ſed Principum Catholicorũ precibuſ ab ea ſententiã deduci paſſuſ eſt. Fuit certè hic Princepſ longè optimuſ ſempèr egregiã in Deum animi pietate, ità vt omnibuſ perſpicuum eſſet, eum non tam ſuiſ viribuſ aut opibuſ, quæ quidem erant ampliſſimæ, quàm præpotentiſ DEI auxilio & fauore niti. Et quia ipſe diuini honoris & cultuſ admodum ſtudioſuſ fuit, propterea quoquè vbi què ferè euidentiſſimiſ præpotentiſ DEI auxilijs mirificè fruebatur, adeò

adeò vt ipsi etiàm Turcarum potentissimo Tyranno eius prosperitas formidolosa fuisse dicatur. Non enim debent Christiani piorum Principum prosperos successus fato vel fortunæ adscribere, quod quidã faciunt ethnico quodam spiritu parùm Christianè, cum ex diuina prouidentia omnia pendeant, et Deus amplissimis verbis sæpè polliceatur in scriptis diuinis se glorificaturum eos qui ipsum glorificent. Nec ijs obstat, quòd sæpè diuersum euenisse legimus. Expedi enim interdùm, etiàm aduersis iactari statibus pios, nè rebus nimium ad voluntatem fluentibus superbia intumescant. Cæsar igitur auditis rationibus Catholicorum Principum, iram remisit, & ad diem 20. Iunij inchoaturus actionem, iussit Principes & Ordines Imperij adesse in primario templo, vbi tum Missam celebrauit Cardinalis & Elector Moguntinus. Saxoniæ Elector consuluit suos theologos, num liceret Missæ interesse, & responsum est nihil esse periculi, quòd non ad Missam, sed ad suum officium euocaretur. Est enim hoc Saxonici electoris munus, vt gladium Cæsari præferat. Ità nouerant illi Theologi Principibus quidlibet persuadere, vt dolendum sit, clarissimos Principes in tam infidos consultores incidisse. Itaque Saxo quoquè Missæ, licèt eam summè & extremè execratus esset Luterus in libro de abominatione Canonis Missæ, interfuit, & cum eo Georgius Brandeburgicus itidèm Luteranus. Sacrificio peracto, itum est in Curiam. Augustani octingentos pedites conscripserant vrbs tuendæ causa. Illos Cæsar dimitti iussit, & mille ipse conscripsit, qui vrbi à seditione & tumultu seruandè inuigilarent. Omnibus quoquè tum Catholicis tum Sectarijs Concionatoribus interdictum est, nè publicè ad populum sermonem haberent, donec religionis negocium absolueretur. Quosdam tamen Cæsar ipse constituit, qui sinè cuiusquam contumelia in summa æde concionarentur. Id quidem grauibus de causis ità fuit constitutum. Erant enim diuersarum sectarum concionatores, & singuli ad se

populum traducere nitebantur, quæ res seditionibus materiam præbitura videbatur. Ante omnia verò in ipsa actione Cæsar negocium religionis tractandum suscipi voluit, non dubitans quin eo transacto, reliqua omnia faciliorem essent expeditionem habitura. Itaque Luteranis permissum est suam publicè recitare Confessionem, quam & Teutonicam & Latinam Cæsari obtulerunt. In ea alij sunt Articuli, quibus suam fidem declarant: alij, quibus indicant abusus ab ipsis mutatos. In prioribus multa dissimulant, quæ antè secùs docuerant: In posterioribus egregiè mentiuntur se non aboleuisse Missam, sed eam retinere & summa reuerentia celebrare, vsitatasque Cæremonias ferè omnes seruare, itemque se confessionem non abrogasse. Sed ea mendacia ipsa meridiana lux coarguit. Et hæc quidem Melanchthon scribere nõ dubitauit in illa præclara Confessione, quam totiès postea mutauit.

Hoc ferè tempore ex Hispanijs in Gallias profecta est Eleonora Cæsaris soror, & cum ea duo regis Francisci liberi, Franciscus & Henricus, qui iam ad quadriennium apud Hispanos obsidum loco permanserant. Excepti sunt omnes incredibili totius populi gaudio.

In Italia iam ad vndecimum mensem Florentia validissimo Pontificis & Cæsaris exercitu obsessa, hoc demùm anno sub certis conditionibus sese dedit. Eiecerant Florentini optimates quosque & Mediceorum familiam, cuius tamen certè præclara in eam urbem extabant merita: iamque Respublica ab obscuris & nouis hominibus, omnia ad priuata commoda referentibus, administrabatur. Ea verò libertas, quam insanis ac peruicacibus animis ad interitum vsque patriæ tuendam susceperant, quauis acerba tyrannide molestior erat: nec tamen poterant adduci, vt honestis conditionibus sese dederent. Sed diuturna obsidione ad eam vsque rerum omnium penuriam adacti sunt, vt iam plerique non feles modò, sed etiàm mures auidissimè deuorarent. Ità tandem eorum fra-

Ita est pertinacia, summoperè gaudete Pontifice, quòd patriam sibi incolumè restitutam cerneret. Porrò à Cæsare illorum est Respublica constituta, iussiq; sunt Mediceam familiam in pristinam recipere dignitatem. Et quoniam in liberis ciuitatibus ob diuersa ciuium facile dissidentium studia, nisi certo aliquo capite dirigantur, non ferè possit seruari concordia, declarauit Alexandrum Medicem, cui filiam suam notham desponderat, Reipub. caput, cuius singuli magistratus auctoritatem sequerentur. Atque is fuit exitus pertinacissimæ rebellionis, quæ nõ tam iudicio, quàm quorundam temeritate suscepta, Florentinis multas attulit clades & calamitates, donèc vel serò ad sanitatem redirent. In eius autem vrbs expugnatione Cæsar egregium erga Pontificem studium suum re ipsa declarauit, non quidem certè absque suo incommodo, amissis non paucis strenuis viris, atque in ijs Philiberto Aurasensi, supremo eius exercitûs Imperatore, qui necdùm triginta natus annos, duabus traiectus glandibus miserè periijt, cum iam iamque vrbs tradenda esset.

Cæsar cum ipsi oblata esset Luteranorum cõfessio, Theologis Catholicis examinandã & confutandam demandauit. Illi primò satis acriter eã & scripturis & rationibus oppugnârunt. Sed Catholici principes, pacis vel maximè studiosi, putauerunt omittèda esse ea, quæ Catholici ostendebant aliter Luteranos & docuisse & scripsisse antea, tanquam tantum confutanda, quæ essent in Confessione exhibita. Indè accidit, vt aliquot hebdomadè elaberentur. Itaque Luterani tum Augustæ coràm, tum per literas apud absentes iactabant Papistas ad ipsorum confessionem nõ habere quod responderent. Vbi autem confutatio lecta est in confessu Principum, Cæsar & Catholici omnes eam approbârunt, & vt idem facerent Luterani, Cæsar rogauit quidem, sed nõ obtinuit. Interim verebantur Catholici Principes, nè quid durius statueret Cæsar in Luteranos ob eorum contumaci-

am: itaq; impetrârunt à Cæsare, vt permitteret cum illis de ineunda concordia accuratiùs agi. Assensit Cæsar pro sua clementia, quæ erat in illo valdè singularis, & permisit multis modis agi cum illis, sed omnia frustrà, quòd iam planè decreuissent in eo permanere Euãgelio, quòd à Lutero apostata monacho didicissent. Et licèt id ad certissimam Germaniæ perniciem spectare videretur, illi tamen sic erant animati, vt patriæ & imperij extremam calamitatem perpeti mallèt, quàm cum Cæsare & Catholicis Principibus, qui certè longè illos & numero & dignitate superabant, redire in religionis concordiam. Fuit hoc quidem longè acerbissimum omnibus, quibus Germaniæ, immò totius Ecclesiæ iã iamque, ni Deus auerteret, perituræ supremæ clades & interitus dolebat: sed oportebat tamen omnia æquo ferre animo, & tacitè considerare atque admirari & timere occulta quidem, sed vera & iusta iudicia Dei, cuius admodum extimescenda, licèt iusta, ira & seuera animaduersione fiebat, vt plus tribueretur vilissimi apostatæ malefanæ doctrinæ, quàm totius Ecclesiæ Catholicæ sententiæ & auctoritatì. Cum iam diù multumque ab vtriusque partis dilectis Principibus & Theologis ac Iurisconsultis tractatum esset, Elector Saxonix longioris moræ impatiens petijt à Cæsare missionem, & abiit cum suis. Ità finè concordia discessum est, multum quidem dolente Cæsare & Catholicis. Luterus interim non paucos edidit libros, quibus ipsum quòque Cæsarem perstringere non verebatur: atque ij nonnunquam etiàm publicè prostabant Augustæ apud Saxonix Principis hospitium. In his erat Epistola ad Archiepiscopum Moguntinum, in qua exponit Psalmum, Quare fremuerunt gentes, tanquam principes Augustam conuenissent animo oppugnandi Christum & Euãgelion. Itemque liber quidam hac inscriptione, *Admonitio ad Ecclesiasticos Augustæ in Dieta Imperiali congregatos*: quo in libro & suam doctrinam vsque adeò com-

mendat, & Episcopos atque Ecclesiæ ceremonias & instituta intantum carpit ac reprehendit, vt ad commouendos in clerum vulgi animos nihil possit scribi vehementius. Et vt Episcopos ad se alliceret, iactabat se illos à Papæ tyrannide & monachorum importunitatibus liberâsse. Sanè apud multos illam Pontificem Romanum & Ecclesiæ instituta, ritus ac ceremonias in summum odium, inuidiam & contemptum adduxerat: sed in tali scelere gloriari & non modò nullo pudore ac metu affici, verùm etiã eo nomine virtutis & præclari cuiusdam facinoris existimationem venari: id quidem eiusmodi est, vt non tam verbis, quàm verberibus & flammis vindicandum sit. Mirè quoque in eo libro inuehitur in satisfactionem, quæ tertia pars est Poenitentiæ, quam ait sentinam esse tartari ipsius, nec eã abominabilem doctrinã Episcopis vnquam posse remitti. Piæ mentes sinè horrore legere vel audire nõ possint, quæ ille insanus scribit contra satisfactionem, de qua tamen est Ecclesiæ non alia doctrina, quàm ipsè sacre literę locis innumeris expromant.

Porrò perquam commodùm accidit, vt cum Catholici & Lutherani, vt iam diximus, inter se de concordia tractarēt, & in II. articulo Confessionis Augustanæ, qui erat de satisfactione, nõ possent conuenire, primo vespere id negotij daretur Cochleõ & Melanchthoni, vt altero manè quippiam quod ad rei compositionem faceret, adferrēt. Protulit Cochleus ex 5. articulo Assertiõum Lutheri, quas iam antè euulgârat, ipsius verba Lutheri, quibus sic ait: Ecclesia mater pio affectu præuentura manum dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, nè incutrant flagella Dei, sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præuenerūt iudiciũ Dei. Hęc pœna arbitraria est, inquit, non in totũ, vt illi volũt, sed tamẽ necessaria. Nã aut nos, aut homines, aut Deus punit peccata, quod illi per Indulgentias tollunt omninò: cum si essent pijs pastores, potiùs imposerent pœnas, & Ecclesiæ exemplo præuenerent Deum, sicut Moyses eum præuenit, occidendo filios Israël propter pecca-

tum vituli aurei. Optimum autem fuerit, si nos ipsos puniremus.

Hęc Lutheri verba cum Eckius è scheda recitâisset, Lutherani inuicem se respiciebant: Porrò Melanchthon rubore vultu suffuso ait, Scio hæc scripsisse Lutherum: cūq; prætereã nihil adderet, Dux Iohannes Fridericus, Forsitan, inquit, hæc scripsit Luterus ante annos decem. Cui à catholicis responsum est, Quid tum postea? Nobis satis est hanc illius esse sententiam. Mox ira commoti Brétius & Sneppius dixere, se non adesse vt Lutheri scripta defenderent, sed vt suam assererent confessionem. Præclarum videlicet discipulorum de magistro suo Lutero testimonium, cuius ipsi quoque iam scripta suspecta habent. Sed quanto fuisset satius, ab eius hominis disciplina penitus discedere, cuius pugnâtes sententias, & modò in has, modò in illas formas mutata animi sensa animaduertent?

Eodem hoc anno quidam amicus ex Lutero percontatus, cur in Epistola ad Romanos cap. 3. vertisset Germanicè, hominem sola fide iustificari, cum tamen verba Pauli id non haberent, & eo ipso anam præberet Pontificijs ipsius versionem calumniandi, ille intolerabili quadam arrogantia respondit, si sciuisset Pontificios omnes in vnum conflatos vel vnum caput scripturæ diuinę rectè posse vertere Germanicè, libentè eorum opem se imploraturum fuisse ad transferendum nouum Testamentum. Et post pauca, Si papista tuus, inquit, multa vult garrere de hac voce, Sola, ei confestim respondeo: Doctor Martinus Luterus vult sic habere, aitq; Papistam & asinum esse vnum. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Nolumus enim Pontificiorum esse discipuli, sed magistri ac iudices. Hęc quidem ille, nescio qua phrenesi correptus & insania temulentus, quæ sanos & sobrios homines facilè auertunt, nè tali portento vlla in re fidem adhibere velint.

Post Cõfessionem Luteranorum oblata est Cæsari & coram omnibus Imperij ordinibus recitata Augustæ etiã quatuor ciuitatum, Argentorati, Con-

stantiæ, Memmingæ & Lindaviæ, quæ Zuinglij dogma sequebantur, cōfessio. Eius confutandæ curam commisit Cæsar Theologis iisdem, à quibus erat Luteranorum confutata, ipsaq; cōfutatio lecta est palàm. Itaq; Cæsar orabat serió, vt cum reliquis Principibus & ordinibus Imperij idem sentirent: sed illi in sua sententia perstitère, neq; catholicis, neque Luteranis per omnia subscribere volentes, quia videbantur sibi rectiùs sapere, & plus aliquid vidissè in scripturis, quàm vel Catholici, vel Luterus ipse cū sua cohorte vidisset.

Fuit hoc anno Romæ ex multa pluviæ copia tanta Tiberis inundatio, vt in campo Floræ ad longissimæ hastæ altitudinem excreuisse visus sit, multaque ædificia subruerit, & per vicinas regiones ad duodecim ferè hominum millia extinxerit. Incidit ea clades in diem 8. Octobris, & horas 24. durauit.

Nò multò post etiàm inferioris Germaniæ populos, præsertim Fládro, Zelandos, Hollandos mare ab imis visceribus exagitatum vehemèter afflixit, partim aggeribus perruptis, partim ipsos aggeres vnda ad tres vel quatuor pedes excedente. Feruntur ea repentina inundatione per multi mortales et bruta animantia grandi numero periisse, demptis alijs incommodis & damnis vrbium & ædificiorum, quæ fuère grauissima.

Paulò post calendis Decembris diem suum Mechliniæ obiit Margarita Cæsaris Maximiliani filia, Belgarum moderatrix laudatissima.

Cæsar Carolus dum adhuc Augustæ comitiæ haberentur, Luteranis domum abituris certos quosdam articulos publicè proposuit, sed quos illi recipere nollent. Itaq; sinè concordia ad sua redierunt. Porrò verò Cæsar cum catholicis Principibus omnibus sub Comitiorum finem omninò statuit, in ea fide & religione, quam à sanctis Maioribus suis velut per manus traditam accepissent, constantissimè permanere. Ei sententiæ omnes & singuli subscripsère die 19. Nouembris. Deindè soluto Cōuentu omnes discedunt, Cæsar cum fratre Ferdinãdo, & non paucis Principibus Coloniã Agrippinã, alij domum.

Lantgravius vt sibi rebusq; suis consuleret, (videbat enim Cæsare nò æquo animo ferre iam olim damnatas in religione nouationes, quas Luterani & Zuingliani ceu Euangelicas amplectebantur, malè persuasi à quibusdam turbulētis hominibus) cum Tigurinis, Argentinēsis & Basileensib⁹, qui Zuinglium à Lutero ipso damnatum sequebantur, in sex annos fœdus percussit, vt si qua vis ab Imperatore aut Catholicis religionis nomine inferretur, mutuis se auxilijs tuerentur. Factum est hoc mēse Septembri.

Iam suprã diximus, Marpurgi fuisse conuentum Luteranorum & Zuinglianorum concionatorum. Ibi cū non posset certa pax constitui, tamè decretū erat, vt à scriptis aliorū in alios abstererēt, nè scilicet Catholici magis ac magis carpere pergerēt eorum mutua odia & atrocissimas digladiationes. Sed ecce hoc ipso anno Philippus Melanchthon, vt Luteranorum contra Zuinglianos sententiam tueretur, veterum aliquot scriptorum sententias de Cœna Domini collegit & euulgauit. Non tulit hoc æquo animo Oecolampadius Sacramentarius, ediditq; Dialogum, quo ostendit quid de Eucharistia veteres tum Græci tum Latini senserint: aitq; Philippū patrum mentem non satis perspexisse, sed filios contra matrem armare voluisse. Aded non potuerunt sibi tēperare, quin contrã quàm Marpurgi conuentū erat, mutuò se infestarent. At reuerà neque Philippus, neq; Oecolampadius Patrū sententias bona fide citauit, sed ad suas prauas opiniones pro se quisq; detorsit, cū sit longè certissimum, patres omnes de Eucharistia id sensisse & docuisse, quod hodieq; & sentit & docet Catholica Christi Ecclesia. Facile autem potuerūt isti versuti homines indoctæ plebeculæ persuadere, Patres veteres ab ipsis stare, quòd non essent nescij, vulgū Patrum libros neq; legisse, neq; vel legere vel intelligere posse. Eiusmodi ergò versutijs miseram plebem illi fascinarūt, & à vera salute in inextricabiles errores, quos necesse est sempiternam sequi perditionē, miserandum in modum abduxerunt.

Circa

Circa hoc tempus Carolstadius, qui è Saxonia ad Heluetios migrarat, Tigurinae Ecclesiae diaconus factus est ex archidiacono quondam Vuittembergensi, ab equis, vt dici solet, ad asinos. Ea res non mediocriter animu Luteri exacerbauit. Postquam autem Zuinglius in praelio occubuit, vt post dicem⁹, Basileam se contulit, & illic in Zuinglianæ Ecclesiae ministerio vitam miseram miserè finiuit. De eo Luterani scribunt, eum Basileæ turbas concitasse, & miserabilem vitæ exitum habuisse. Zuingliani id dissimulare videntur, qui etsi nõ plane probabant Carolstadij opiniõem de Eucharistia, tamè Luteri hostem & aduersarium complectebantur.

Post Comitia Augustana Cæsar Saxonem euocat Coloniam, idemq; facit Elector Moguntinus, cuius hoc officiu est, vt vbi creandus est Romanorum rex vel Imperator, ipse reliquos Electores conuocet. Saxo hoc indignè tulit, et per filium suum Iohannem Fridericum & quosdã alios docere conatur apud Cæsarem, Moguntinu citandis electoribus perperam egisse. Interea verò Lantgrauium & alios Principes ac ciuitates Protestates orat, ad 22. Decembris Smalcaldiam vt veniant. Vbi eò ventum est, fœdus ietum est, cui aliquot principes & ciuitates subscripserunt, quibusdam verò id in aliud tempus reijcientibus. Ab eo ergò loco dictu est hoc fœdus Smalcaldicum, cui temporis successu multi principes & ciuitates sese coiunxere nõ optimo certè exemplo, quòd cõtra Cæsarem & catholicos se armare viderentur, id quòd postea quoquè re ipsa declararunt, vt suo loco dicetur. Hic verò Luterus, qui aliàs docuerat nõ esse turcis resistendum, atrocissimis Christiani nominis hostibus, facilè cõsensit, immò & scripsit, in Cæsare & Catholicos arma corripere posse.

Smalcaldię congregati Protestantes, literis ad Cæsare datis summoperè eum absterre conatur, nè Ferdinandu fratrem in Romanorum regem eligi patiantur. Multas allegat causas, sed quibus idem effecerunt, vt Ferdinandus optimus princeps, Romanorum rex renunciatus sit, sicut mox dicemus.

ANNO 1531. Pridiè Epiphaniæ Domini, Ferdinandus Colonia in primario templo, vbi trium beatissimorũ Magorũ corpora condita asseruantur, Electorum principum suffragijs creatus est Romanorum rex, & die 11. mensis Ianuarij Aquisgrani coronatus. Saxo eã electionem per filium suum irritam protestatur, habuitq; principes alios, præsertim Luteranos, qui ei consentirent. Verum Cæsar quòd amplissimas haberet ditiones, nec posset sempèr esse in Germania, consultum omninò putauit, vt in Imperio haberent aliquem loco suo, qui ipso absente rebus præesset.

Hoc mense Ianuario Lusitaniam inusitatus concussit terræmotus, ita vt multi mortales terræ quassatiõ & ruinis oppressi sint, præsertim Vlysbonæ, quæ vrbs damnnum sensit incõparabile. Quædam etiã nauigia turbulento inflati maris hiatu absorpta sunt, nec ququam ferè tota Lusitania suis iam ædibus committere se audebat, subsultante scilicet solo. Rex & regina extra urbem aperto in loco tabernaculum erexerunt: quorum exemplum secuti vniuersi ferè incolæ, castrensi more etiã ipsi in tabernaculis sibi degendum statuerunt: quanquam nec ibi sine metu essent, veriti nè repentino aliquo terræ hiatu absorberentur. Durauit is terræmotus dies octo, sed tamen interpolatim. Fama sparsit Vlysbonæ 1500. magnas ædes & templa omnia funditus corruisse. Eam secuta est pestis ingens.

Huius anni mense Februario Protestantes literas scripserunt & Gallia & Angliæ regi, quibus suam causam egregiè tueri conati sunt. Loquuntur ibi de vitijs Cleri, & de Indulgentijs: citant Gersonem, qui iam olim vitia Ecclesiastica grauitèr notarit. Sed Gerson ita notauit vitia Cleri, vt tamen propterea non se ipse separaret ab Ecclesia, nec turbas cieret. Et hoc quidem illis visum est de Gersone commemorare. Quòd autem idem ipse fortiter scripsit contra eos, qui dicerent laicis necessariò vtranque Eucharistiæ speciem porrigi oportere, quod nostræ ætatis nouatores pertinaciter contendunt, eosque disertis verbis hære-

hæreticos vocat, id silentio prætereunt. Facile aut animaduerti potest, nõ Principes earũ literarum fuisse authores, sed Luteranos dogmatistas, quorũ vtinam fraudẽ Principes aduertere potuissent.

Mensis Martij die 29. rursus Smalcaldiam ijdẽ Protestãtes conuenere, acturi de defensione suã, si qua vis ab hostibus, nõpe Catholicis, inferatur. Solicitauerant per literas Fridericum Daniã regẽ & Saxonicas maritimasque ciuitates de fœdere, sed Danus recusauit, quatenus rex esset. Magnopolensis Henricus, iteq; Pomeraniã dux Berninus, Lubecenses quoque & Lunæburgenses & quedam alię ciuitates fœderi minimẽ subscripserunt. Luterus hoc fœdus approbavit, aitque iniri posse, siue Cæsar ipse, siue quis alius fortẽ eius nomine bellum faciat. Iam antẽ Proteus ille longẽ secus scripserat, quod Sleidanus quoq; non negat: sed hic iam admonitum à Iurisperitis dicit licere resistere nonnunquam, & eiusmodi casum nunc obtigisse, quo leges id permittat, sicq; Luterum ingenue professum se nesciuisse hoc licere, atque fœdus ipsum probasse. Multus in eo est Sleidanus ille Sacramentarius hæreticus, vt Luteri doctrinã modis omnibus propugnet, præterquam vbi à Zuingliano de Eucharistia dogmate discrepat, & id facit longẽ maiori fraude & pernicie, quàm simplex lector possit aduertere: sed itã tamen facit, vt dum vult Luterum etiã turpiter à seipso dissentientem tueri, suam ipse prodat turpitudinem: sicut etiã hoc loco, dum fatetur Luterum prius docuisse, non esse resistendum magistratui, deindẽ tamen à Iurecõsultis secus edoctum, aliter docuisse & sensisse, & id quidem ex legibus politicis. Quid dicis Sleidane? Itãne iam apud Luterum & te ac tuĩ similes aliquid valent in re tanta leges politicę, cum Luterus vos docuerit nihil recipiendum, quod diuinis literis non sit expressẽ compræhensum? Sciebas Luterũ pugnantia scripsisse & docuisse, & hoc fuco quodam oblinere cupiẽs, à legibus politicis, quidliceret, eum didicisse fateri. Et non tepudet tuĩ & Luteri tui? Hic iam aliquid valent leges politicę, cum Luterus omnia reiiciat, quæ in

scripturis expressa non sint? Quàm verò turpe est, eum vos sequi Doctorem, qui à Iurecõsultis demum discere debuit, num Magistratui resistere fas sit, necne, cum ille longẽ antea scripserit, certum se esse, doctrinam suam non suam, sed Christi esse. Cum ergò antea docuerit, sicut tu testis es, Magistratui nõ esse resistendum, & ea doctrina nõ ipsius, sed Christi fuerit: qua vel fronte, vel mente deindẽ aut ille aliter docere potuit, aut vos aliter docenti obtemperare? Hem quò ruit cæca arrogantia, & vãsana temeritas? Satiũs fuerat, clarissimis Principibus veritatem simpliciter aperire, quòd nullam haberent iustam causam eius fœderis percutiendi, quando Cæsar nihil iniquum ab eis petebat, sed vt in religione idem secum & cum tota Ecclesia sentirent. Iam antẽ rustici seditiosi etiã fœdus pepigerant contra Principes, & rectẽ se facere putabant, sed eorum audaciam Principes meritò represserunt.

Luterus vbi rescituit Cæsarem & ordines Catholicos Imperij in extremis Comitij Augustanis decreuisse firmiter, in antiqua religione perseverandum, nec nouandum quicquam antẽ Cõcilij definitionem, fretus viribus eorum qui in Smalcaldicum fœdus trãserant, duos hoc anno libellos Teutonice edidit, nempe, Glossam in putatitium decretum Imperiale, & Præmonitionem ad Germanos sibi charissimos. In quorũ vtroq; cum planẽ suo more bellicum canat, & seditiones concitet, tamen nequissima simulatione protestatur se nihil velle minũs. Nec satis habet petulantẽ incurrisse in Pontificem & Ecclesiasticos proceres omnes, sed & Cæsare & Principes catholicos omnes non dubitat appellare proditores ac sceleratos vanosq; nebulones &c. In Glossa vult persuadere omnibus, Decretũ Augustanum esse commentitium, ac falsò præferre nomen Cæsaris: sed eam hominis nefarij calumniã multa eaq; certissima argumenta facilẽ refellebant. Nam præter alia, tot sigillis Principũ & procerum vtriusq; ordinis Decretum illud obsignatum fuit, vt si Lutero ea in os congesta fuissent, haud dubiò teterimũ ille

ille animū aētūtū exhalāffet. Sed quid ille prodigiosus homo nō ausus est scribere? Subscriperāt illi Decreto siue per seipfos, siue per legatos, Cæsar ipse & quinque Electores, Principes Ecclesiastici 30. Seculares 23. Abbates 22. comites & Barones 32. Ciuitates liberæ 39. Hoc ergo Decretum miris ille modis exagitat, inter alia catholicā Ecclesiā vocans meretricē, & multa blaterans de cōmunionē sub vtraque specie, cū tamē in Assertionibus dicat articulo 16. neutrā specie esse necessariam, sed fidem solā hīc sufficere. multa quoque deinde cōtumeliose euomit in Missam & cērimonias. Nec verē principes porcis cōparare. Postea vbi ad eum locū decreti venit, vbi cauetur ne deinceps quāquam doceat solā fidē absque charitate & bonis operibus iustificare, mirē cōuiciatur, ac deinde in hęc prorūpit verba, quibus haud scio an vel Lucifer ipse possit quicquid dicere arrogātius & insolentius: *Dico ego Doctor Martinus Luterus, Domini nostri Iesu Christi indignus Euangelista, quod hunc articulum (Fides sola absque omni opere iustificat corā Deo) firmum atque inconcussum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Persarū Imperator, Papa, omnes Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, moniales, Reges, Principes, Domini, totus mundus simul cum omnibus demonibus, atque insuper habebūt ignem tartareum in capite sua, neque grates vllas. Hic esto meus Doctoris Luteri instinctus à Spiritu sancto, verumque ac sanctum Euangeliū.* Sed idem iste Luterus in libro Visitacionis scribit, absque pœnitētia nullam esse peccatorū remissionē, neque absque pœnitentia remissionē peccatorū posse intelligi. Vbi autē non est remissio peccatorū, ibi certē nō potest esse iustificatio. Vtrū ergo est ex instinctu Spiritus sancti? isthūcne, an illud superius? O Deus bone, quā tādē miserorū mortaliū fascino ipectora, vt tam importuno ac impotēti mōstro, haud secūs atque Christi Apostolo & Euāgeliste, suas animas credere non dubitārint? Quis, obsecro, vnquam vel Propheta vel Apostolus eiusmodi verborū portētis vsus est? Postea adfert quoddam Iohānis Hussi dānati heretici vaticiniū, quod ad se ait pertinere. Sed Hus-

sus & Luterus iā pariter suæ temeritatis luunt pœnas, & licet vterque Ecclesiā Romanā oppugnārit, tamē ea Ecclesia illis iā pridē extinctis manet, māsura etiā vsque ad supremū mundi diem. In altero libello, quē Præmonitionem inscripsit, multo etiā est insolētior, impotentior et contumeliosior. Sed nō est pius lector eius blasphemijs onerādus. Responsum illi abundē fuit à catholicis, verū illi iam multo & Principū & populi studio fruebatur, proindeque nullius pēsi habuit scripta omnia, adeoque & Ecclesiasticos & seculares principes ac magistratus omnes incredibili mētis elatione contēpsit. Cæsar eius improbitatē neutiquā tulisset, nisi eum grauissima, eaque ferē perpetua bella retardāssent. Fuit verò hoc eius pestilentissimum atque impudentissimum mēdaciū, quod in eadem Præmonitione sepe iactitat Papistas probē scire ac vltro confiteri, Luteri doctrinam verum ac meritū esse Euangeliū. Quod quidē ille faciebat, vt principes & populus tanquam vera asserenti propensioribus animis fidem cōmodarent. Contra hoc eius insolens scriptū scripsit quidā laicus Dresdæ grauitē et validē, cui Luterus suo more nō Euangelico, sed scurrili & fatanico respondit conuiciosissimē. Titulus libelli est, *Contraficarium Dresdæ.* Ibi inter cetera sic habet: Nihil curo, quod queritur (scilicet laicus, quē sicariū vocat) in libro meo nō ferē nisi maledicta & diabolos nominari. Hoc debet esse mea gloriatio, meusque honor. Sic & habere volo, vt deinceps dicatur de me, quod plenus sim maledicentię, criminatiōisque, & execrationis in Papistas. Volo & decætero me aduersus nebulones istos exercitare execrationibus ac maledictis vsque ad sepulturam meā, nec vllū verbum bonum ex me ampliū audiēt. ego meis tonitruis ac fulminatiōibus sic eis ad sepulturam compellabo. Sic ille miser, haud dubiō obsessus à dæmone. Ecquid verò in his verbis est nō planē barbarū, immane, & plus quam fatanicum? Quis vnquam vir bonus ita scripsit? Et certē ad sepulcrū vsque in Catholicos fuit maledicentissimus, cū dicat Apostolus, Benedicite, & nolite maledicere. Quis autē vir fuit Luterus, vt tantū sibi sumeret? Dignus ille quidē,

qui

Rom. 12.

qui iusto Dei iudicio ad tantam insaniam & impietatem deuolueretur.

Hoc ferè tēpore Maria germana soror Cæsaris, coniunx quōdā Ludouici Hungarię regis, qui quorundā infauis deceptus cōsilijs, temerè cum paucis processit obuiām Turcarum amplissimis copijs, misereq; perijt, in Belgiū venit, successura Margaritæ Cæsaris amittæ nupèr defunctæ, in administratione ditionum omnium Germaniæ inferioris, ad Cæsarem pertinentium.

Protestantes iterum conuentum habent Francofurti, vt erat constitutū. In eo ciuitatum legati renunciant, se nolle Ferdinandi regis electioni obstrepere: quod si ille contra Euangelium vi quippiā molitur sit, velle se ex fœderis Smalcaldici præscripto omnia sua ad defensionem conferre. Principes verò Cæsari & Ferdinando scribunt, eam electiōem se non posse approbare, q̄ esset contra morem & libertatem Imperij. Itaq; hac in re alia Principum, alia ciuitatū Protestantium sententia fuit.

Ciuitates eedem magnoperè id laborabant, vt Heluetij in fœdus adscriberentur, sed Saxo recusauit, propterea q̄ de Cœna Domini non idem cum Luteranis sentirent.

Ad penultimū Mensis Augusti diem Moguntinus Archiepiscopus & Ludouicus Palatinus princeps diem cōstituerunt, quo agerēt cum Protestatibus de pace cōponenda. Ventū est Smalcaldiā, missis vtriusque partis legatis, sed nihil confici potuit, excusantibus sese Protestantium legatis. Hæc animorū, præsertim in religione dissensio non latebat Turcarum principem, qui totis viribus in Germaniam sese armabat. Egit quoque Cæsar priuatim per Guilhelmum Nassouiū & Nuenariū comites cū Saxonix Principe, si qua posset concordie ratio iniri, sed ille aiebat in ea se doctrina ad supremū vsq; spiritum permanfurum, quā Augustæ sit professus. Ea fuit Luteri doctrina. Sed vtinā mille princeps eam constantiam in Catholice Ecclesie doctrina retinenda declarasset.

Hoc anno rigurini et Bernates Zuingliani, quorum est apud Heluetios insignis authoritas & potētia, Quinquepa-

gicis, nepe Lucernatibus, Vranis, Suicijs, Vnterualdijs & Tugianis, qui catholicam religionē fortissimè tuentur, omnes conueheda annonæ aditus precluserūt. Ea res vehemētèr Quinquepagicos afflixit, cōpultq; bellū Tigurinis & Bernatibus indicere, vt factum est. Causas eius belli graues & vehementes in literis suis exprimūt: vt meritò pudere debeat Sleidanum, dum ait silentiò ab illis fuisse conductas copias, culpamque omnem eius belli in eos cōferre nititur. Sed non est hoc valdè turpe apud Sleidanum, mala fide in rebus narrādis versari. Indictum est hoc bellum Tigurinis & socijs eorum die 4. Octobris. Itaque vtrinque sese ad arma parant. Tigurini suis fidūt viribus, Quinquepagici cause sue equitate freti, omnem spem suam in Dei auxilio collocant. Die XI. Octobris Tigurini apud Capellam monasterium Suicios, Tugianos & Vnterualdios inuadunt. Catholici fugam simulāt, vt in paratas insidias hostem pelliciant. Mox ex insidijs valido agmine prorumpētes, Tigurinos in fugam compellunt. Cæsi sunt ex Tigurinis 1500. & in ijs omnium malorum incentor et caput Zuinglius, qui inuētus à duobus Catholicis adhuc spirans, interrogatusq; num confessio-
ne expiare se vellet, mortuū se simulans, nihil respōdit. Et illi quidem hominem non nouerant. Alius verò superueniēs, vt vidit impium, lætale vulnus inflixit, detulitq; ad belli duces, qui cum iudicio publico condemnatum prodicionis & hæreseos, flāmis tradi iusserunt. Cæsi sunt cum illo clam alij quidam apostatæ insignes. Ferunt, Tigurinos quosdam Zuinglij cineres domum abiportasse. Quid ni enim? Qui Diuorū omnium cineres & reliquias nullo dignatur honore, digni erāt qui tam insignis nebulonis apud se cineres asseruaret. Eius verò mors vsq; adedò doluit Oecolampadio desertori monacho, vt paulò post à fœmina, quam incestis polluit nuptijs, in lecto extinctus repertus fuerit. Vsq; adedò enim frigidum est hoc genus apostatarum, vt periculum sit, nè præ frigore moriantur, nisi quamprimū lepidam aliquam puellā sibi per summum læcelus adiungāt, cuius sulfureis ample-
xibus

xibus incallescant illo igne, quem non Dominus Iesus amator integritatis & virginitatis filius, sed tartareus satā misit in terras. Tigurini autem hac accepta clade, intra paucos dies rursus maiores instruunt copias, accitisq; Bernatibus, ad triginta hominum millia producunt in aciem. Occurrūt illis catholici, quorū tota cohors octodecim millibus consistit. Iterum concursus est infestis signis, Zuingliani ceduntur à catholicis, fit fuga turpis Zuinglianorum, flumen quingentos absorbet, in cōflictu septingenti prosternuntur. Id prēlium cōmissum est Octobris die 17. Pessimè habuit ea res Tigurinos & Bernates, quod plurimi à paucis in fugā turpiter acti & superati essent. Eamobrēm in auxiliū adsciscūt sibi Basileenses & Scaffhusianos & Sangalios, et Mullusianos, eo consilio, vt noctū Catholicos imparatos inuadāt. Nō latuit Quinquepagicos quid illi machinarētur, iubentq; suos interulas lineas armis superinducere, vt eo simbolo noctū possint alij ab alijs internosci. Vbi ad pugnam ventum est, atrox fit prēlium, iamq; Catholici non paucis omissis debilitari cōperāt, sed Deus, qui pijs nunquā deesse solet, laborantibus opem tulit, adeo vt hostes fugam arripere cogerētur, aliquot millibus è suis desideratis. Fuit hoc die Octobris 24. Sunt qui scribant vltima Octobris iterum commissum esse prēlium, multis Tigurinis occisione deletis. Est apud Heluetios templum quoddā inprimis venerabile & miraculis celebre, Deiparæ virginis sacrū: Eremum appellant. Ad id templum Quinquepagici processione decreuerāt à senibus, pueris, foeminis, virginibus, omniq; imbelliturba peragenda. Tulerunt hoc egerrimè Zuingliani, iamq; constituerant illam eadem euerte-re, & imaginem beatissimæ Virginis in frustra concisam, igni absumere. Sed ille tam impius conatus multo illis sanguine constitit, nec tamen voto sunt potiti suo. In his prēlijs cū Zuingliani lōgè essent armis & milite superiores, satis euidentè sese declarauit superni Numinis fauor, quo freti catholici, præclaras ex eis victorias retulerunt. Habebant em̄ Catholici in exercitu suo sacrificos su-

os, quibus sua errata confiterentur, & quorum sacrificijs quotidie interessent, in quibus sanè religiosè admodum diuinū implorabant auxiliū, vt ostenderēt se non in armis, sed in potētia Dei spem suā reposuisse. Constituerāt etiā xviiij. viduas, quæ per vices nocte ac die senæ semper in tēplo D. Virginis eremitico p exercitu deprecarentur. Ad extremū certis quibusdam conditionibus pax redintegrata est. Nō dubiū quin hac sua cōstantia sempiternā apud omnem posteritatem sibi laudem pepererint inuicti illi catholicæ fidei assertores, cuius nomine seipos & sua omnia in extremū nō dubitārint discrimen adducere, nihil prorsus absterriti neq; multitudine neq; potētia hostium, quod scirent se causam fouere bonam, cui libetèr fauere soleat rerum omnium præpotens Deus.

Zuinglio apud Tigurinos successit Héricus Bullingerus, qui longo tēpore solus ferè, vt suā declararet animi pertinaciā, Zuinglianum dogma libris editis propugnare nō dubitauit, alijs interim & metu se intra silentium tenētibus, & sensim in Luteri placita discedentibus. Multos em̄ ea, quam diximus Zuinglianorum in Heluetijs strages, à Zuinglij sententia absterruit, & erant res Tigurinorum vehementèr afflictæ. Zuinglianus quidam duos illos miseros homunciones, Zuinglium & Oecolampadiū, qui paruo, vt diximus, interuallo ex hac luce repente subtracti fuere, vocat duo præclara Ecclesiæ lumina, quos tamen non solūm Catholica Ecclesia, sed etiā Luterus ipse non alio quā hæreticorum loco habuit. Quod autem de malis hominibus tam præclare sentiunt ab illis miserè euersi, id in augmentum cedit damnationis illorum apud inferos: præstaretque nullam vnquā haberi eorum mentionem, quā illos vel tenuitèr laudari. Est autem certè prodigiosum valdè, illos homines dici Ecclesiæ lumina, qui vastissimas Christiano orbi tenebras offuderunt. Oecolampadius Basileæ sepultus est in summi templi circuitu, eiq; etiā insigne positum est epitaphium his verbis: *D. Iohannes Oecolampadius, professione Theologus, trium linguarum peritissimus, author Euan-*

gelicae Doctrinae in hac urbe primus, & templi huius verus Episcopus, ut doctrinae, sic vitae sanctimonia colendissimus, sub breue saxum hoc reconditus iacet. Ita apostata monachus, qui diu in incesto vixit coniugio, & aliquot proles reliquit, orbéq; horrendis blasphemijs infecit, vocatur *vix & doctrinae sanctimonia colendissimus, & verus Episcopus Basileensis,* quasi tum primùm Basilea conuersa sit ad fidem Christi, quod certè illi vrbì vel maximè probrosum est. O quãta ignominia & dedecore afficientur isti in supremo mundi die, qui etiã post tantam iniquitatem eiusmodi sunt encomijs celebrati. Scripsere quidam de eo ipso Oecolampadio, quòd ferro primùm, deindè veneno sibi mortem inferre conatus sit, sed à suis impeditus, subita morte periit. Zuingliani hoc negant, atqui eorum suspectum est testimonium, præsertim cum isti noui Euãgelici non admodùm à pudendis etiã mendacijs abhorreant: verùm vtcunquè sit, si sic mortuus est, ut Zuingliani scribunt, nempe in suo errore obstinatus, infelicissimè mortuus est.

Zuinglij studiosus quidam scribit hoc tempore in Gallijs Euangelij quedam iam sparsa fuisse semina, sed diuturnamibi & horribilem, in Zuinglianos præsertim, persecutionem esse motam. Hoc nomine rex Gallorum Franciscus multa laude dignus est, quòd has orbis pestes eorumque dogmata in suis ditionibus ferre noluit. Porro verò in hac Zuinglianorum calamitate Luterani quoque quotidianis concionibus, libris, epistolis & carminibus, victis insultabant, aiebantque iure illos dedisse pœnas ob iniurias Sacramento illatas. Et hoc quidem verum erat, sed non decebat Luteranos isthuc Sacramentarijs improperare, cum quibus iam Marpurgi pacti erant, ut deinceps à scriptis odiosis vtrinque abstineretur, & ipsi Luterani non minùs, atque Sacramentarij, hereticos damnati erant.

Multitum ad Luterum à Zuinglianismo paulatim deficiebant, & vsquæ adèd Zuinglij & Oecolampadij nomè, tanquam pestilentissimorum hæreticorum, quales reuerà fuerant, execrationi

habuere etiã sectarij, ut scripta eorum prorsùs condemnarint. Quin & Bucerus versutissimus apostata scripsit Tigrinis concionatoribus, Luteri sententiam de sacramento sibi tolerabilem videri, quem illi contrà hortati sunt, nè à tam manifesta sacramentariæ doctrinae veritate ad Luteri dogma deficeret. Multis enim modis Zuinglij sententiam Bucerus hætenùs probarat, sed ita tamen, ut videatur susq; deq; tulisse, vtcunquè de Sacramento sentiretur, modò ipsi liceret suauitè & mollitè cum sua Dalila viuere, & huius mudi voluptatibus frui. Quid enim aliud sentiendum est de excucullato monacho, in incesto cœcubitu tot annis putrescente?

Mensis Decembris die 19. Protestantes Francofurti rursùs conuenerunt, acturi de vltiori sui fœderis defensione. Valdè illi solliciti fuere rerù suarum, ut propemodùm suspectos sese reddiderint de mala fide, quasi Euangelium suum non nisi armis defendi posse putarint, cum tamè à Lutero didicissent, nè Turcis quidem resistendum. Sed quis eadè huius inauspicati fœderis exitus fuerit, quàm nihil contulerit fœderatis, quot clades illis attulerit, infra Deo volente dicemus. Rectè dixit Sapiens: Nò est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. PRO. 24

Hoc anno haud præcùl ab Harlemio, insigni Hollandiæ oppido, eiectus est piscis ingens ex oceano, lógus 68. pedes, crassus 30. oris tanta vastitate, ut pateret pedes duodecim.

ANNO 1532. Cæsar Carolus comitia indixerat Spiræ, sed ob Turcarum irruptiones transtulit ea Ratisponam, ut esset propinquior Austriæ, cui imminabat Turcarum tyrannus. Interim rursùm Cæsaris permissu quidam Catholici Principes egerunt de pace cum Protestantibus, qui tum Suinfurti suos conuentus habebat. Multa sibi permitti volebant Protestantes, & cum nò posset certa concordia via inueniri, Noribergæ alter indictus est conuentus. Iã Turca cum incredibili exercitu imminabat Germaniæ, nec poterat negotium vltra protrahi. Itaq; Cæsare consentiente in tãta rerum difficultate, pax publica totius

tius Germaniæ sancita est, & vt ad Cōcilium vsq; nulli fiat molestia vlla religionis ergō. Sperabat enim Cæsar intra paucos menses celebratum iri cōcilium. Multa coactus est pijsimus Princeps ob temporū calamitatē dissimulare, haud dubiè non facturus, si tanta Turcarū vis in certissimum totius Europæ exitium Germaniæ non incubuisset. Vbi verò Protestantes Cæsaris hoc decretū acceperunt, obsequentiā & officium illi deferunt, & auxilia cōtra Turcas pollicentur. Interim Luterus & noui dogmatistæ animis erigebantur, quòd viderent magno se metu liberatos, Cæsare Turcico bello distento.

Hoc anno Christiernus Danorū rex, ob tyrannidem pulsus è suo regno, conscripto milite, decimo exilij sui anno conatus est amissas recuperare ditioes, sed vbi in Noruegiam & Daniam venit, captus est parūm integra fide, cum literis & sigillis cautū ipsi fuisset. Missus indè in carcerem, ad supremum vsq; diē vitæ suæ mansit captiuus. Tandem cum populus videretur propensis in illum esse animis, fertur p̄sentissimo veneno sublatus. Fuerat illius certè immanis et barbara planè crudelitas, cui etiā hoc accessit, quòd in Luteri hæresin lapsus, in ea quoquē diem suū obiit. Potest illeregibus & principibus esse exēplo, vt firectè & ordine subditis suis imperare ac dñari velint, prius suis affectibus suoq; animo dominari discant.

Cum Cæsar & Principes essent Ratisponę, certis assertur nuncijs, Solimanum innumeris instructum copijs, in Mœsiā penetrāsse. Dolebat Barbaro & arrogantissimo Tyranno, quòd nō longè antè cum ignominia à Viennæ mœnibus depulsus & profligatus esset: fama que erat, ea causa auctis copijs venire in Germaniam, vt Viennam maioribus viribus oppugnaret. Putabat enim vni sibi summo iure deberi Romanum Imperium, qui Constantini potentissimi Græcorum Imperatoris sedem occupāisset. Propterea cum de Carolo Cæsare mentio haberetur vel literæ scribebantur, eum non Cæsarem, sed Hispanię regem barbaro quodam fastu appellare solebat. Porro in certā spem victo-

ria se vocari minimè dubitabat, quòd certò comperisset Germanorum inter se de religione dissensiones, quę illi animos vehementè augebant. Et reuera actum fuisset de tota Europa, nisi communi omnium sententia & voluntate auxilia Imperatori decreta fuissent. Quod quidem illi Tyranno præter expectationem euenit, qui Imperij sui fines Ottomannorum principum more magis magisque prolaturus, Germaniam spe iam deuorarat. Solent enim Ottomanni exercendo militi bella ex bellis ferere, è veteri disciplina inerti ocio ne utiquā eos corrumpi finire, finitimos quosq; tanquā veros hostes armis in potestatem redigere. Eo instituto alternis annis ingētes copias educendo, multis gentibus bello superatis, supra viginti Asiæ atque Europæ regna suo Imperio adiecere.

Ferdināus rex certior factus de Solimani expeditiōe, tres legatos cum muneribus ad eum mittit, quos ille quidem humanitè suscepit, sed nihil impetrarunt aliud, nisi vt castra sequeretur. Cæsar interim pponit in comitijs Ratisponensibus, quanto in discrimine res sint, nisi animis ad concordiam reuocatis, coniunctis viribus immani hosti eāt obuiam. Tum verò Principes legati que omnes propensissimis animis pollicentur, se more Maiorum salutem publicā & communem omnium, maximeq; Imperij existimationem defensuros. Itaque disceditur, & vno omnes animo ad arma se parant. Cæsar ex Italia instructissimas Italarum & Hispanorum copias accersit. Andreæ quoque Aurię maris præfecto dat negocium, vt cōparatis triremibus & onerarijs nauibus aduersus Turcarum classem in Græciam trajiciat. Clemens Pontifex ad id bellum immensam auri vim contulit, & eo officio suum in Remp. animum verè paternum egregiè testatus est, quanquā exactiones sacerdotijs & clero impositæ, nimidū graues plerisque viderentur. Galliæ & Angliæ reges, itemque Heluetij eius belli spectatores ociosos sese præbuerunt: sed si quid Germaniæ præter spem accidisset, nihilo meliori loco eorum quoque res futuræ erāt. Legatum Pontifex

tifex misit Hippolytum Medicem Cardinalem, iuuenem naturæ & fortunæ donis longè ornatissimum, qui bello interesset. Fuit eius aduentus non modò Cæsari & Ferdinãdo, sed etiã Germanis vel maximè gratus. Nam præter ingétem pecuniam, etiã multos viros fortes ac militares equos adduxit, nullum interim Cardinei cultûs fastum præ se ferens. Eius pecuniæ parte quadam conductæ sunt octo millia equitû Hungarorum, quos se habiturum Ferdinãdus promiserat. Erant apud Ferdinãdum duo, præter alios, duces admirandæ virtutis, quibus singulis singula vexilla honoris causa de manu tradidit Cardinalis, in quibus pictæ erant imagines crucifixi Seruatoris nostri, quæ vel ferrea possent mouere pectora ad pietatem. Sub hoc tēpus Vaiuoda Aloysio Gritto, quem Turca illi socium reliquerat, negocium dat expugnandæ Strigonij arcis, quæ Ferdinãdi præsidio tenebatur. Milites Germani eam oppugnationē aliquandiù fortissimè sustinuerunt, licèt rerum propè omnium inopia laborarent, parumque feliciter cum Turcis nauali prælio manus conseruissent, qui eis subsidio missi fuerant. Interim in Austriam ex Italia venit Hispanorum ac Italicorum non contemnenda manus, ita vt Alphonsus Vastius Cæsaris dux egregius, plerosque Italos superante militum multitudine, dimittere cogeretur: quod quidem inuitus fecit, sed sic Cæsar iusserat. Indè Cæsar cum copijs Belgicis, quæ erant mirificæ, per Danubium à Ratispona Lintium deuehitur. Nūquàm tot naues, totq; milites à Romanis vsq; temporibus Danubius tulit. Vndiquè audire erat consalutantium acclamationes, tympanorumq; & cornuum ac tubarum concentus. Ripæ quoque fluminis equestribus & pedestribus copijs complebãtur. Solimanus intereã vbi Belgradum peruenit, Saouanne multis simul pontibus constrato, innumerabilem equitum multitudinē in Pannoniam intulit, & in Valeriam prouinciam, quæ Stiria hodiè dicitur, rectã contendit.

Ex legatis Ferdinãdi & captiuis quibusdam postea cognitû est, in exercitu

eius fuisse ad quingenta hominum millia, & in ijs trecenta ferè equitû millia. In ipso itinere occurrit illi Guintis oppidum, quod Nicolaus Lurixius parua suorum manu contra tantam hostium vim defendere non dubitauit. Circudata est vrbs immenso exercitu, agitur cuniculi, certatur vtrinque acerrimè: sed cum tandè eò iam res redisset, vt immanissimi hostes p̄p̄modum intra murum irrumperent, ingens clamor à fœminis & pueris sublatus, ferocissimum militem prorsus attonitum reddit, ita vt impetum Turcæ reprimerent. Vrgébãt præfecti Turcarum milites verbis et verberibus, vt fortitè pedem proferrēt, sed ijs planè detrectantibus, pugna finē habuit. Referebãt Turcæ se equitem distincto gladio ipsis urbem inuadētibus minas intentatam in aère conspexisse, quæ nos piè credimus D. Martinum fuisse, qui Sabariensibus, à quibus Guintium parum aberat, omnibus dabijs temporibus semper opitulari consueuerit, licèt id rideant hæretici, quorû impietas nos ad imploranda Diuorum suffragia multo etiã magis commouere debet. Scimus enim certa fide, illos iam Deo coniunctissimos quilibet facillè ab eo impetrare posse. Dolendum est, ante tot secula in Vigilantio & alijs perditis heresum architectis damnatos errores, hoc æuo rursùm ab inferis in orbem reuocari, nec pudere Christianos eorum probare dogmata, quorum est apud Catholicam Ecclesiam memoria execrabilis.

In hac exigui eius oppiduli oppugnatione diebus 23. hæsit Solimanus, & cum vi expugnare non posset, quod mirum profectò fuit, certis tamè conditionibus trãsegit cum Nicolao præfecto, atq; ita non sinè dedecore indè abscedēs, in Carinthiæ fines iter habuit.

Cum adhuc apud Guintium esset, Ferdinãdi legatos serica talari veste & singulis argenteis pateris donatos cū literis ad Cæsarem & Ferdinãdum remisit. Erant illæ in oblongo & perangusto detata chartæ volumine aureis atq; cæruleis literis Arabicè, conscriptæ, oblongatæq; aureo sigillo & sacculo purpureo inclusæ, tantis inuolucris barbari vanissi-

vanissimiq; regis superbiâ præferentes.

Summa literarum erat, se Iohannis Vaiuodæ amici sui ac beneficiarij vlciscendi causa in Pannoniam venisse, ipsorumq; ditiones infesto exercitu vastaturum, & de totius orbis imperio cum ijs prælio decertaturum. Hæc quidem ille & alia multa superbissimè, quæ tamen postea, præsertim quòd ad pugnam conferendam attinet, non præstitit. Habebat in exercitu suo tormenta ænea currulia circiter trecenta: castra plena erant omnis opulentia, securitatis, filètij, discipline: vniuersus exercit' veruecinis carnibus atque oriza affatim reficiebatur. Verùmenimuerò non fuit ausus rectà proficisci ad Cæsarem, cuius exercitus magna alacritate eius aduentum ad Viennam sustinebat. Nè tamen absque Germaniæ clade discederet, missus est Casonus dux strenuus & impiger cum quindecim millibus equitum, qui omnia longè lateq; depopularentur, & summam Germanis calamitatem sua crudelitate adferrent. Non defuit Casonus Solimani votis: fit magna passim in agris & pagis cædes hominum: cuncta fumo, flammis & ignibus per multa milliaria collucet, rapiuntur in captiuitatem passim miseri, senes inualidi fœminæque catenis & laqueis tracti, equorù cursum adæquare coguntur, infantes pueri simul cum edificijs exuruntur, ad Lincium vsq; oppidum, vbi tum erat Ferdinandus rex, ea barbarorum rabies progressa est. At vbi multa onustus præda eodem ferè, quo venerat, itinere ad Solimanù redire contendit, in nostros pedites & equites incidit, qui diuersis in locis eius reditum opperiebatur. In ipso autem itinere captiuos ad quatuor millia, nè oneri essent, immanis barbarus crudeliter occidit. Progressus indè, in Palatinum incidit, à quo magna equorù & hominù strage edita, ipse quoque Casonus fortissimè pugnans cæsus est. Qui superfuère, paulò post in Londronij & Iochimi Brandeburgici copias delati, pecudum modo maçtati sunt, captis tamen nonnullis, qui in seruos venderentur. Postremi, qui effugerant Germanos, Hungaros sensère longè infestissi-

mos, qui etiàm fugientes per sexaginta amplius stadia terga cædentes persecuti sunt. Ità in diuersis locis ad octo ferè millia perierunt. Quidam multò plures perijisse scribunt. Iam Solimanus ad Gratiâ contendit, Cæsar verò ad Viennam castra potuit, non detrectaturus prælium cum hoste superbissimo: sed frustra illius aduentum præstolabatur. Ferunt eum à quibusdam Christianis proceribus admonitum, nè pugnae aleam subiret, quòd Germania omnis in armis esset. Nec tum solùm, sed etiàm aliàs constat, Turcas, cùm iam in magno discrimine versarètur, à Christianis, vt sibi cauerent, admonitos. Sed tales nomine fortassis sint, re autem vera minime sunt Christiani, qui plùs Christiani nominis atrocissimis hostibus, quàm rebus Christianis fauere videantur. Solimanus itaque, licèt equitatu nostros multis modis superaret, essetq; aliqui bellicæ gloriæ auidissimus, non tamen est ausus vires periclitari suas, sed (quod maximè dolendum est) supra triginta millibus Christianorum in fœdissimam seruitutem (vt ferebatur) abductis, præter eos quos Casonus & quidam alij Turcæ diuersis in locis trucidarunt, Constantinopolim ex turpi fuga sempiternam secum ignominiam reportans ità discessit, vt identidem respectaret, an Cæsar à tergo sequeretur. Sic immanis ille Tyrannus intra paucissimos annos bis Germanorum è finibus cum dedecore profugit, pugnate haud dubiò propijssimis principibus Carolo Cæsare & Ferdinando rege, quos omnino extinctos voluit, Deo Opt. Max. què illi sempèr religiosè coluère, maximo ad omnem posteritatem veræ pietatis exemplo, quod Principes viri imitari summoperè debeant. Nam tamen in hoc bello habuit Cæsar descriptorum peditum nonaginta, & equitum triginta millia, præter alios multos vltro in id sacrum bellum profectos, præter equitum quoque & peditù ministros, quorum erant non contemnendæ vires & bellandi peritia haud vulgaris, nos tamen totam hanc victoriam, quæ certè fuit memorabilis, non tam humanis viribus, quàm præpotentis Numinis fa-

uori acceptam referre debemus. Sicut enim in Cæsare fuit singularis erga Deum pietas & animi deuotio, ita quoque singulari semper ferè dei Opt. Max. benignitate et fauore perfruitus est. Vbi verò Cæsar de Solimani discessu cognouit, in Italiam cum aliquot Germanorum & Hispanorum millibus proficisci instituit, plurimum deprecante Ferdinando, ut tanto exercitu vterentur ad opprimendum Vaiuodam, quem Solimanus Hungariæ regem constituisset. Verum Cæsar multis de causis, tum quod hyems subesset, tum quod pestis atrox in castris atque adeò in ipsa aula multos quotidie raperet, in proposito discedendi permansit: sic tamen, ut Italicas copias omnes relinqueret, quæ Austriacis iunctæ, bellum Pannonicum gererent. At verò Itali excitata seditione, sublatisque vexillis, summo Ferdinandi regis dolore, in Italiam contenderunt.

Interim dum Cæsar in Italiam parat iter, Andreas Auria cum ingenti classe aduersum Turcos proficiscitur, quibus haud dubiò eius inopinatus aduentus certissimam videbatur cladem allaturus, nisi à Venetis quibusdam de Auriæ aduentu certiores facti, matura omninò fuga sibi consuluisent. At nihilo minus oppida aliquot Græciæ egregie profligatis Turcis Auria expugnauit, longè maiora damna daturus Solimano, procul à Constantinopoli in Germania bella tum gerenti, si Veneti, quorum erat instructa admodum classis, suas vires cum Cæsaris copijs coniungere voluissent. At illi fœdere cum Solimano icto, quò minus id facerent, se prohiberi asserebant. Non defuisset tum occasio rei apud Constantinopolim quoque & alibi benè gerendæ, Græcis præsertim Christianorum aduentum, sui que è durissima seruitute liberationem auidissimè præstolantibus, Solimano verò longissimè à Constantinopoli posito, si Christiani Principes coniunctis viribus sæuissimum hostem opprimere voluissent. Nulla ergò re magis auctæ sunt Solimanorum vires & potentia, quàm Christianorum intestinis odijs, bellis & simulatibus, quæ

plerunquè ex rebus friuolis trahunt originem, dum alij alios excellere volunt, obliuiscuntur Christianæ charitatis & modestiæ, hoc solum student, ut in hac breui & momentanea vita præ cæteris ipsi floruisse videantur: cum id potius omnibus præcipuo studio esse deberet, ut Christiana religio, pietas, concordia magis magisque in dies aucta, eas quandoque vires & incrementa acciperet, ut iam non opprimèdis vicinis Christianis, sed profligandis immanibus barbaris vires suas omnes coniunctis & fœderatis animis destinarent. Sed ò cæcæ Christianorum mentes, qui summam calamitatè vltro ipsi sibi accersere malunt, quàm sapienti consilio & animis ad veram pietatem, pacem, consensionem & synceram beneuolentiam, mutuumque ex animo iuuandi studium compositis & comparatis eam antevertere, ac penitus à suis ceruicibus prohibere.

Cùm Ratisponæ Comitia adhuc haberentur, publicè prostabat scriptum quoddam valdè impium, hac inscriptione, *De Trinitatis erroribus libri VII. Michaelis Serueti Hispani.* Nefarios cum primis & inauditos hoc opus complectebatur errores, dataque opera est à Cæsaris confessario, ut supprimeretur. Verum eodem tempore homo Germanus è terra Iuliacensi, Iohannes Campanus, qui biennio Luteri discipulus fuerat Vuittenbergæ, eosdè ferè de summa Trinitate errores asserere non dubitauit. Atquè Luterus, tametsi in eum calamum strinxit, tamen ad tantam impietatem fenestram illi aperuit, cum non est veritus scribere libro aduersus Iacobum Latomum, se odisse vocè Homouision, quam etiàm dicit non receptam à multis, ijsque præclarissimis: quin & Hieronymum ait queri, nescire se, quid veneni lateat in syllabis & literis. Verum ibi sceleratissimè de D. Hieronymo mentitur. Is enim in quadam ad Damasum Epistola de Hypostasi dubitat, non de Homouision: immò verò etiàm per Homouision Trinitatem orat Damasum, ut respondeat. Porro Luterus hoc ipsum in Arrianis probat, quòd noluerunt Homouision, quam dicit prophanà vocem,

voçem, recipere. Quòd autem D. Hieronymus de Hypostasis vocabulo hesitat, indè accidit, opinor, quòd Hypostasis Græcis substantiã significat, sed à Theologis in rebus diuinis pro persona accipitur. Et vna quidem est diuinitatis substantia, personæ verò tres. Habuit itaq; ea dictio Hypostasis quandã amphibologiam, vt à maleuolis & de substantia diuinitatis, & de persona posset accipi. Quamobrè etiam reprehenduntur à D. Basilio Epistola 64. ad præcipuos in Neocæsarea, qui D. Gregorij Neocæsariën Episcopi verbis, quibus cõtra ethnicum disputas, hypostasin pro substantia præter aliorum Patrum morem vsurparat, ad stabiliendum impijssimũ Sabellij dogma abutebantur. Porrò ausus est quidam Poëticus Theologus tres summè adorãdas personas, tres Chimæras dicere, prouocatus audacia Luteri.

Hoc anno scripsit Germanicè librũ Iohannes Bugenhagenius Pomeranus excucullatus monachus contra Catholicos, quem voluit appellari, *Aduersus Calicis fures*. Illum Apostatam Vuittembergenses suum pastorem & superintendentem vocant. Is liber scatet maledictis, mendacijs & calũnijs, vt agnoscas quo spiritu hoc genus hominum agitur. Impotentè incurrit in Episcopos, quòd populo calicem subtraxerint: damnat quoquè Missæ sacrificium, perindè ac si ecclesia ab impuris apostatis discere debeat, quo sint ritu & ordine sacramenta administranda. Idem Apostata profectus quãdoquè ad amplas quasdam ciuitates, præsertim maritimas, non absque tumultu & seditione, qua nouum gaudet Euãgelium, Luteri dogmata sparfit in vulgus rerum nouarũ auidũ, Ecclesiasq; Lutericas spiritu illo quo plenus erat, cõstituit & confirmauit. Cũ autem ex Dania rediret, & sinu Balthici maris emenso, non quidem absque tempestatis periculo, litus Cimbricæ Chersonesi attigisset, nõ est veritus palàm his vti verbis: Tu meum habeas Dania Euangelion, ego nummos tuos. Vale. Et reuerà non parũ multis onustus opibus redijt Vuittembergam, suauitè & mollitè illic perfruens rebus tam præclarè partis,

Confecto bello Smalcaldico, de quo infra dicitur, librum edidit, quo avaritiæ suæ dolos haud obscure prodidit delirus senex.

Eodem anno scripsit Luterus ad Albertum Marchionẽ Brandeburgensem, neque id clàm, sed publicè, licet secus Marpurgi conuentum esset, hortaturq; illum principem, vt sibi caueat à doctrina Zuinglij, & Zuinglianos è sua ditione profiget. Molestè hoc tulerunt Tigurinæ Ecclesiæ ministri, scripseruntq; etiã ipsi eidem Principi, pro suis symyctis illũ deprecantes. Miserunt quoquè illi libellum Bertrami presbyteri de corpore & sanguine Christi, quem quidam Zuinglianus Germanicè conuerterat, vt sciret totã Germania, quàm antiquum ipsi dogma sequeretur. Bertramus ille monachus fuit anno salutis 830. aut paulò posteriùs. Et quanuis non admodũ sit vetustus, nec magni momenti author, tamè hunc idoneum iudicãrunt Zuingliani, què nobis tanquàm prodigiosæ antiquitatis & irrefragabilis authoritatis obijcerent, cùm ipsi interim innumeros sanctissimos Patres habeant contemptui, licet hinc indè ex illorum scriptis quædam in speciem proferat, vt indoctis hac fallacia imponant, quæ tamen vix vnquàm syncerè & integrè, sed potiùs impiè detorta proferunt: immò etiã sæpè contra suam conscientiã aiunt eos sensisse et scripsisse, quæ tamè neq; sensere neq; scripsere vnquàm. Vndè satis apparet, hoc solùm istis Euãgelicis sectarijs esse propositum, vt imperitos fallant, & grandè turbam in sua castra singuli adducant, sicut etiã olim ethnici philosophi multiplices instituere sectas, Academicorũ, Peripateticorũ, Stoicorũ, Epicureorum, &c. licet ij suos sectatores nõ aliò quàm ad certam damnationem mitterent. Imitantur in hoc Luciferum, qui multos desertores angelos sibi adiunxit in cælis.

Per id tempus, quo in Turcas arma expediuntur, in venatiõis loco haud procul à Vuittembergã excessit è viuis Saxonix Dux Iohannes, Luteri patronus. In eius funere duas ad populũ conciones habuit Luterus, quas etiã voluit

exire in publicum. Eas quidam Catholicus scriptor ita confutavit, ut ostenderit pudendam Luteri inconstantiam, quæ in illo homine prodigiosa fuit, merito cordatos omnes absterrere debere, ne eius doctrinam complecti velint. Piget referre ineptias, quibus Saxo- nem ipsi Christo videtur velle comparare, tanquam instar Christi pro omnibus, puta Luteranis, biennio antea Augustæ mortuus fuerit, cum tamen ibi corpore mortuus non fuerit. Quod si sentit Principem illum animæ mortem illic oppetisse, ea quidem horrenda mors est, nec obscurum est Augustæ eum palam subscripsisse confessioni Luteranæ, quæ reuera non potest non mortem adferre ipsam approbantibus. Successorem habuit Iohannem Fridericum filium, Lutero impensè fauentem.

Eodem anno noua Oceani rabies Phrisones, Hollandos, Zelandos, Flandros incredibili damno affecit. Paulò antè Franciæ & Angliæ reges Bononiæ & Caleti fœdus percutiunt, quod merito suspectum esse potuit Carolo Cæsari multas ob causas, quas commemorare nihil opus est. Vnum certum est, ut alibi dicemus, non diù post nouum bellum inter Cæsarem & Gallum exarsisse, ridentibus Turcis & hæreticis, quibus ea summorum Principum discordia ad agendas res suas in primis opportuna fuit.

Cæsar postquam in Italiam venit, cū Clemente Pontifice Bononiæ sæpè familiaritèr collocutus, de Cōcilio indicendo inter alia, ut erat Protestantibus pollicitus, egit. Verùm Protestantes etsi verbis Concilium petere viderentur, re ipsa tamen nihil petebant minùs. Nam eiusmodi illi habere volebant Concilium, quale nulla vnquam ætas apud Catholicos vidisset. Atq; postea res certa declarauit, quàm illi Cōcilia nihili penderent, spreta autoritate & sententia Concilij Tridentini, quod tamen certè fuit eiusmodi, ut cum quouis vel ante mille annos celebrato conferri possit. Sed de hoc suo loco.

ANNO 1533. Henricus eius nominis 8. Anglorum rex, à quibusdam improbis adulatoribus malè persuasus, repudiavit Catharinam Ferdinandi Hispania-

rum regis filiam & Caroli Cæsaris materteram, quam annos amplius viginti in matrimonio habuerat, præstanti sane pudicitia & singulari humanitate modestiaq; reginam, duxitq; Annam Bolelanam siue Boleniam, in aula reginæ liberius educatam. Ferunt quendam eximium Angliæ procerè, Gallicis capti muneribus & auro, persuasisse Hærico regi, iure ac merito repudiari posse, immò et debere Catharinam. Hoc enim eò pertinebat, ut ea iniuria Carolo Cæsari irrogata, ab eius amicitia Angliæ rex prorsus abalienatus, cum Francisco gallorum rege arctissimo fœdere copularetur. Aliquandiu causa diuortij huius Romæ ventilata, eò tandem adduxit Clementem Pontificem, ut contra regem Henricum ferret sententiam, minareturque ei excommunicationis fulmen, nisi intra certum tempus reiecta Anna, Catharinam reciperet. Verùm Hæricus à suo proposito nulla se passus est ratione deduci. Quæ res tandem Angliæ regnum florentissimum in multas coniecit calamitates & clades, ita ut vsque in præsens eius regni status sit admodum infestus ac turbulentus. Ex Catharina susceperat rex filiam vnicam Mariam, quæ licet compulsæ fuerit renunciare regni titulo, postquam Bolenia aliam Regi filiam peperit, at postea tamen mira Dei prouidentia in Reginam procerum studio electa, religionem Catholicam iam propemodum extinctam restituit, & animo plusquam virili multa egregia eo in regno facinora designauit, ut infra fortassis dicetur.

Hoc anno Georgius Saxonie Princeps optimè meritis, ægerrimè ferens Lipsiæ quosdam è plebe dominicis diebus ad vicinum pagum, qui erat ditionis Electoris Saxonie, confluere ad Cœnam, ut ipsi vocant, vtriusq; speciei, pestem illam à suis subditis, ne serperet eius mali contagio, prorsus arcere deliberauit. Fuit hoc molestum ciuibus eò morbo correptis, & quia Lipsia à Vuittembergæ non nisi septem Germanicorum milliariorū interuallo separatur, Luteri, ea in re quid agendum sit, consilium implorant. Ille incunctanter respondet, ut nihil hac in re agant contra

conscientiam, quã tamen ille versipellis nõuerat esse erroneã, & ad Ecclesię Catholicę sententiam meritò corrigendã ac deponendam. In ijs literis importunus ille nebulo pijssimum & verè Catholicum Principem Georgium vocat hoste Euangelij, satanę apostolũ, homicidã & raptorem. Iam seditionem Lipsiensis Senat⁹ metuebat ipsis sacratissimis Paschatis diebus, quibus hæc Luteri Epistola venit Lipsiam, & à multis certatim describebatur, at tamẽ Senatũs Catholici studio sedata res. Georgius princeps ubi isthuc comperit, cõquestus est apud Saxonie Electorem, & is quidẽ visus est minari Lutero, nisi se purgaret: verũm hoc ipso magis inflammavit Luterũ ad iactanda in optimum principẽ atrociora conuicia. Et id fecit homo nefarius admodũ impunẽ, cum iam plerique etiã Principes persuasum haberẽt, nihil à Lutero dici vel fieri, quod nõ esset planè Euangelicum. Sic ille improbus multos Catholicos vtriusque ordinis principes audacissimè proscidit, securè latitans in nidulo Vuittembergensi, ob bella perpetua, quæ Cæsare cogebant ab eius repressiõne aliò animum cogitationesq; suas omnes transferre. Dicitur fati non potest, quã sese impudètèr iactitet, quòd ipse vnus omniũ iam indè ab Apostolis ciuiliũ Magistratũ & ordinũ conscientias cõprimis luculentèr cõfirmãrit, instruxerit & consolatus sit per singularẽ dei gratiã, itã vt neq; Ambrosius, neq; Augustin⁹ hac in parte ipsi comparandi sint. Et certè multũ ille egit, vt persuaderet Principibus & magistratib⁹ politicis, res et facultates Cleri atq; monasteriorũ iure ab ipsis vsurpari posse, vt etiã multis locis factum est: sed quantum indè creuerint opes Principum, res ipsa testatur. Quòd si verò hoc est confirmare & consolari conscientias Magistratuum, quod quidem nemo sanus dixerit, non erit planè mendax Luterus, quippe qui hac in re vix parem habuerit vnquam. Sic idem alibi scribit, Euangelium suum luculentius & clarius esse, quã fuerit temporibus Apostolorũ, & Germanos ante ipsius doctrinam nõquã verum habuisse Euangelium. Sed ea porteta ver-

borum, hominis insaniam prodũt. Imò verò nõquã Germania densioribus fuit inuoluta tenebris, quã ubi Luteri Euangelium accepit. Porro Princeps Saxonie Georgius diligenti adhibita inquisitione comperit homines circitèr 70. Lipsiæ nolle vna specie esse cõtentos. Illos igitur intra certum tempus iussit vel animum mutare, vel locũ. Laboratum est ab Episcopo Mersburgensi & aliquot Prælatis & doctoribus horatu Principis Georgij, vt possent in viã reduci, sed ægrè duo admiserẽ in pectus sana cõsilia, alij Lipsia excesserũt, quos Luterus suo more consolatus est, egregiè interim & fortitèr mentiens, vt talem decebat Euangelistam.

Hac ferè tempestate fuit non minima dissensio inter Electorem Saxonem, & Georgiũ Principem, neq; id tamen solo religionis nomine, verũ etiã quãdam alias ob causas politicas. At verò, quandoquidẽ Electoris auus Ernestus, & Georgij Principis parens Albertus eum in modum commixtũ ditiones suas partiti erant, vt alter alteri bellũ facere nõ posset absque propriæ ditionis detrimẽto, lis ad arbitros delata est, quorum industria satis prudentèr composita controuersia omnis, eũ habuit euentum, vt tum Cochlæo, tum Lutero & alijs interdictum sit, nè suis altercationibus, quę religionis ergò susciperẽtur, nomina & causas principũ horum atq; vrbũ ad ipsos pertinentiũ admiscerent.

Hoc anno sensim in Vuestphaliã irrepserẽ Donatistarum reliquiã, impij Anabaptistæ, quorum secta in multas partes, vt olim Donatistarum, mirabiliter distracta est, quemadmodũ & Luteranorum et Zuinglianorum, tametsi & ij & hæretici omnes nostræ ætatis sua dogmata pleraq; ex Luteri fontibus hauserũt. Est in Vuestphalia oppidum insigne quod Monasterium vocant. Eò tanquã ad tutissimũ asylũ (est enim vrbs egregiè munita) cõfluxit ea perditorum hominũ fãx, eo cõsilio, vt ibi quasi Capitoliũ aut Sion sibi constituerent. Quem autem successum habuerint, dicemus paulò infra.

Eodem anno deflagrauit Antuerpię, quod est celeberrimũ Brabantie empori-

emporium, in sine templum virginis Matris, incendij origine incomperta.

Cum Cæsar venisset in Italiam, egissetque cum Pontifice de Concilio cogendo, iamque ex Italia mense Martio nauigasset in Hispaniam, Pontifex legatum suum misit unum cum Cæsaris oratore ad Protestantes, qui illos certiores redderet de habenda Synodo Oecumenica. Vbi ad Saxonem venit legatus, ille cum reliquis Protestantibus deliberandi spatium petijt, & facile impetrauit. Verum satis postea ex responso Protestantium apparuit, quale illi Concilium, quam alienum ab omni superiorum aetatum consuetudine peterent. Nolebant enim auctoritatem Pontificis, leges Pontificias & scholarum opiniones, ut ipsi vocant, quicquam hinc valere, immo & contra ipsum Pontificem Romanum tanquam reum agi volebant, quod ille Luterum iniquè damnasset, & multa alia, quibus id aperte declarabant, se nullum omnino velle in Concilio admittere iudicem, præter sacram scripturam, sed ita tamen, ut liceret ipsis eam pro suo arbitratu interpretari. Ita quidem illi mirum in modum crepabant sacram scripturam, cum nihil minus vellent, quam gnissam scripturæ sacræ mentem & intelligentiam, quam non ex priuatis & deprauatis prauorum hominum iudicijs, sed ex Catholico totius Christiani orbis consensu petere oportet. Et quidem verissimè dixit Apostolus, Litera occidit, spiritus uiuificat. At isti inherant literæ ad suos prauas opiniones plerumque violentè detortæ, mentem & sensum literæ floccipendunt, vnde igitur confutabunt hæreses ab ipsis dissentientes, quæ non minus atque ipsi scripturas crepant? Dicit Luterus se puram doctrinam, purum Evangelium adferre: Idem dicunt Zuingliani, Anabaptistæ, Zuencfeldiani, Seruetiani, qui omnes in quibusdam planè discrepant à Lutero. Quis hic iudex erit legitimus, qui has dirimat controuersias? Certè non nudus scripturæ textus, quem omnes isti ad se rapiunt, & sibi singuli potissimum vendicant, sed scripturæ genuinus sensus, quem ex Catholico orbis Christiani consensu longè securius & certius accipimus, quam ex in-

sanis hereticorum cerebris.

Quod si illi vsque adeo abominant Pontificis Roman. sententiam & auctoritatem, quam vniuersus orbis Christianus semper agnouit, suspexit, & reueritus est, quæto nos iustius Luterum et eius generis pestes execramur, quæ iam olim dænatas hæreses reuocant in orbem, easque in summi Dei singularè contumeliã non dubitant vocare purum Dei verbum & purum Evangelij doctrinam? Fuit ea profecto mira Luteri & aliorum dogmatistarum versutia, quod suis principibus & magistratibus persuadere potuerunt, se nihil magis petere quam Conciliũ, & tamen cum iam esset habendum Concilium, ipsi demersuadere, eiusmodi non esse legitimũ Concilium. His illi atque alijs quibusdam artibus mirè illuserunt Germaniæ, & horrendum in modum multos dementarunt, prodigiosa quadam vecordia passim ruentibus miseris in precipitia mortis æternæ, ad que vocabantur ab istis animarum paricidis, licet interim viderentur sibi iam tandem veram agnouisse vitam & lucem, & euasisse laqueos & imposturas Pontificias.

Cuius generis multa leguntur in Sleidani commentarijs, cuius hoc præcipuum studium est, ut Luteri & hereticorum nostratiũ pernicioſa dogmata, dum lectorem incautum historiæ voluptate captũ detinet, in totum orbem dispergat, & plurimos inficiat, interim subinde impudenter mentiens, neque tam id spectans, quam bona fide narret res gestas, quam ut suæ causæ patrocinetur. Quæ quidem re apud cordatos & intelligentes homines id consecutus est, ut historiæ eius tantum apud ipsos habeant ponderis, quantum debet eius hominis, quem nec pudet nec piget identidem egregiè mentiri. Et hoc ille facit libertate Evangelica, quæ istis permittit quidlibet, modo possint credere, sola fide se iustificari apud Deum. Estque hoc certissimum, istos homines nullius pudere mendacij, modo sua dogmata apud imperitos rerum tueri, & Catholicos vel maximè inuisos reddere queant. Hæc paulò fusius eò dicta sint, ut non erit Lector, Concilium quidem sæpe petijſſe Protestantes ordines, sed fraude suorum Concionatorum eò adductos esse,

esse, vt Concilium verum & legitimum prorsus repudiârint, atq; eiusmodi dûtaxat voluerint, quod ipsorum concionatores suæ causæ iudicâssent cum primis opportunum & accommodatum. Nam cum in omnibus œcumenicis synodis semper prima fuerit autoritas Romani Pontificis, isti concionatores Pontificem prorsus cogût in ordinem, eumque rei personam sustinere volunt, quod est impudentissimæ insolentiæ, cum non sint nescij, secus in omnibus Concilijs legitimis actitatum esse, licet suis Principibus & ciuitatum magistratibus diuersum persuaferint. Immo vsque adeo Romanum Pontificem in odium & contemptû adduxerunt, vt apud omnes, qui Luteri & discipulorum eius dogmata complexi sunt, non alio quam ipsissimi Antichristi loco habeatur. Sic enim expedit istis Euangelistis, vt nulla sit Romanæ sedis autoritas, cuius pondere sciunt superiorum temporum hæreses omnes mirabiliter oppressas & elisas.

Huius anni mense Septembri Elizabetha, Annæ Boleniæ filia, nascitur Henrico Anglorum regi, Mariæ Catharinæ Cæsaris materteræ filia, regni titulo se abdicare coacta, quæ tamen postea mirabili rerum permutatione in regnum euecta, hanc Elizabetham, quod malè sentiret de religione, captiuam detinuit, nec capitis discrimen Elizabetha euasisset, nisi Philippi Hispaniarum Catholici Principis, qui tum Mariam in matrimonio habebat, precibus seruata fuisset. Atqui cum paucis annis rerum potita esset Maria, & heroica quadam animi virtute Catholicam religionem apud Anglos egregiè instaurasset, mortua est non sine multa veneni suspitione: porrò Elizabetha illi substituta, rursus religionem mutat, aliquot Catholicos Episcopos in carceres conijcit, & execrabilem Iohannis Caluini hæretici Sacramentarij doctrinam toto regno propagat. Nec tamen ea sola ibi grassatur, sed multiplex portentosarum hæresum confusio illud opulentum regnum miserè deuastat.

Hoc anno Clemens Pontifex roga-

tu Francisci regis Massiliam profectus, nuptias Catharinæ ex iuniore Laurétio medice neptis suæ, quam iam ante Henrico Valesio Francisci regis filio despoderat, incredibili totius Galliæ studio et alacritate celebrat, familiaritèr admodum, idque crebrò cum rege Francisco colloq; miscens. Ea verò res Caroli Cæsaris animum nõ parùm offendit, quod novos motus & turbas præfagire videretur. At Pontifex, qui Cæsaris filiam notham domi suæ tanquam nurum habiturus erat, regiæ quoque & nobilissimæ stirpi sanguinem suû inferere maximè decorum arbitrabatur, communemq; vtriusq; & Cæsaris & Regis amicitiam sibi colendam existimabat, quæ admodum deceret CHRISTI in terris Vicarium. Præter materna oppida in Aruernis, centû millia aureorû cû vniouibus multisq; gémis & preciosa tori supellectile dotis nomine Hærico accesserunt. Poterant plerisq; vt etiam accidit, ex nuptiæ impares videri, sed Franciscus rex nõ frustra putandus est Pontificis amicitiam varijs hominû suspitionibus anteposuisse. Habebat apud se pontifex vnicornis bicubitale cornu, aureæ cælatæ basi inclusum. id regi Francisco ad depellèda epulis venena dono dedit. Ferût enim sudare cornu, si venenû mēsis inferatur. Rex insigne auleq; repedit, Belgica arte affabrè elaboratum. Dedit item Hippolyto Medici Cardinali māsuefactum leonem eximie proceritatis, quæ è Mauritania Hariadenus Barbarussa cum legatis transmiserat. Vbi demùm Romam Pontifex redijt, alij atque alij eas nuptias alitèr atque alitèr interpretabantur, vt solent in libera ciuitate liberiùs interim iactari sermones in quoslibet. Cæsar interim admonebatur ab amicis & socijs, vt à Francisco rege sibi caueret, qui conquescere minimè posse videretur. Erat enim Rex ille præcelso animo, nec facile cõcoquere potuit eam ignominiam, quam in Ticinensi pugna captus & in Hispanias abductus acceperat: & certè, vt infra dicetur, non diuturna pace afflicto orbi Christiano frui licuit. Hoc obitèr annotare libet, quanto illi in errore versentur, qui
opi-

opibus cumulandis perpetuò inhiant, cum videát potentissimos reges in summa rerum omnium affluentia quietos esse nò posse. Essent autem quieti, si suis affectibus & cupiditati potiùs, quàm vel toti orbi terrarum dominari ex animo studerent.

Hac tempestate Luterus, còtra Marpurgensem pacationem, scribit Francofurtensibus, nè communicent cù Zuinglianis. Bucerus profectus Tigurú, purgat se à defectionis suspicione, atq; interim nihilominùs versipellis homo Tigurinis ministris persuadere nitit, Luterú verbis potiùs quàm re ipsa à Zuinglio dissentire, quod tamé illi non crediderunt.

Zuinglianus quidam hæreticus Sebastianus Francus grande scripsit volumen Germanico idiomate, quod Chronica inscripsit. Tres eius operis partes sunt. Prima ab Adam vsq; ad Christum gesta commemorat: Secunda à Christo vsque ad coronationem Caroli Cæsaris: Tertia cæteris prolixior & exitialis, omni ingenij contentione oppugnat Ecclesiam Catholicam. Sed tanta fuit eius scripti impietas, vanitas, impotentia, vt Magistratus Argentinenfis authorem quidem iusserit ex vrbe emigrare: typographo verò eius vendédi facultate prorsùs interdixerit. At tamen per fraudem multa clàm sunt distracta exemplaria, quæ leguntur à miseris nò minori pernicie quàm voluptate.

Hoc quoque anno Luterani, vt Prophetica gratia opinionem sibi conciliarent, multæ spargebant in vulgus nò solum de iam iamque impendente iudicio extremo, sed etiàm de certa eius die, cum tamen Christus ipse dicat, De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorum, nisi pater solus: vt neque plerique ciues ædificare, neq; agricolæ rus colere vellent: nobiles verò aliquam multi, tanquam certo eodemque supremo mundi die morituri, Eucharistiam acciperent. At ea pseudoprophetarum vana persuasio in risum & ludibriú abijt, resq; ipsa docuit, quàm sint isti præclari propheta. Accidit hoc Vuittenbergæ & alijs nonnullis oppidis. Eiusmodi terriculamétis etiàm ana-

baptistæ libentè imponere soliti sunt rerum imperitis. Cautior lógè fuit Manes vetustus hærefiarcha, qui nè in suis vaticinijs coargueretur mendacij, si de futuris prædiceret, de præteritis prodigiosa figmenta contexuit.

ANNO 1534. mense Ianuario Anabaptistæ audax facinus aggressi, Monasterium Vuestphaliæ metropolim occuparunt. In eam urbem, quòd multo sit Clero insignis, tardiùs irrepfit Luterana lues. At vbi ea semèl irrepfit, sensim Anabaptistarum quoque perditæ fæx sese quadam vsa modestia in id oppidum insinuauit. Cumque paulatim suum gregem increuisse cernerent, seditionem mouent, forum occupant, cæteris non magnoperè resistētibus, siue quòd abhorrent à fundendo ciuium sanguine, siue quòd Episcopum, non longè ab vrbe peditatu & equitatu instructum, vererentur per eam occasionem in oppidum irruiturú. Porrò Anabaptistæ Magistratum loco mouent, & primò quidem eos, qui ipsis consentire nollent, patiuntur abire cum rebus suis, non tamen esculentis & poculentis, quas exportari nolebant. Deindè verò rebus omnibus spoliatos, ex vrbe exigunt, quotquot ab ipsorum secta abhorrent, adeò vt etiàm infantibus coralia detraxerint, nec à conuicijs inabeuntes iactandis sibi temperandum putarint, impios & ethnicos eos vocitantes. Hoc enim ea hominum pestis sibi persuasum habet, qui idem cum ipsis sentire nolint, eos ethnicorum loco haberi oportere. Itaque non modò Catholicis, sed etiàm Luteranis fugam arripere coactis, Anabaptistæ urbem sibi vendicant, ædes pulcherrimas Canoniorum, Patriciorum & Senatorum aliorumque homines profligati & perditati sibi vsurpant, funestú aliquid haud dubiò in totius orbis perniciem meditaturi, nisi Deus illorum cruenta consilia anteuertisset. Mouit ea res non immeritò Episcopum Monasteriensem, vt de reprimenda sceleratorum hominú audacia maturè deliberaret.

Fuit in vrbe sartor quidam natione Batauus, quem illi miseri, miserè ab illo tanquam diuinitùs admonito delusi, sibi

sibi regem creârunt. Nam ille mirabili vafricie persuasit insanis, Deum ipsi per spiritum mandâsse, vt rex fieret Israël & iustitiæ instâr Dauidis, & in totum orbem suæ dominationis iura proferret, perderetq; omnes, qui ipsius fidem amplecti & iustitiæ subditi esse detrectarent. Non est dubium, quin ex Luteri scriptis multam hauserint pestilentissimi erroris occasioné Anabaptistę, vtcūquē eum discipuli eius excusare nituntur. Quid enim aliud ille docet, quàm turpissimam quâdam carnis libertatem, omnes ferè humanas leges respuentem? Igitur ille sartor promotus in regē, non defuit sibi, quòd ad corporis voluptates affatim explendas attinet. Duxit vxores multas, (nā plerunquē Euangelici oēs valdè sunt eam in rem intenti, nè, si solis cubandū sit, frigore enecti miserè pereant: & hoc habent ex schola Euangelistæ Luteri) aulam regiam & proceres instituit, quorū essent diuersæ functiones & officia, eosq; & se quoquē holericis, aureis & argēteis vestib, quas è templis abstulerat, splendide exornat: in capite gerit diadema triplici corona insigne, ex auro lectissimo, catenamq; auream gemmis coruscantibus conspicuam: pomum item aureum, cui exigua crux aurea esset infixâ, cum hac inscriptione, *Rex iustitiæ super terram*. Deniquē ensē aureum cum capulo argenteo. Reginā quoquē, inter vxores, quas complures habuit, primariam, eiusque puellas mirifico splendore afficit. Certos quoquē per hebdomadam dies constituit, quibus audiret ciuium actiones & querimonias. Cū in publicum prodiret, stipatus erat aulæ suæ proceribus & officarijs: proximè eum sequebantur in equis bini adolescentuli: qui à dextris erat, Biblia & coronam gestabat: alter euaginatū ensē. Certè enim Anabaptistæ non minùs quàm Luterani Euangelium & scripturas crepant, nec alia ratione Melanchthon, cū in eos scriberet, vincere eos potuit, quàm traditione Ecclesiastica, cū tamē alioqui nihil extra scripta diuina recipiendum blaterent Luterani. In foro sublimis ei collocatus erat thronus, aureo tapeto vestitus. Ibi qui causam dicturi es-

sent, priùs bis curuato poplite, deindè semel proni in terram prostrati, regem venerabantur. Longum esset, prodigiosa insanix deliramenta omnia enarrare, quæ in ea vrbe tum visebântur. Vt verò dogmata sua longè lateq; propagarent, quosdam in vicinas vrbes emitti voluit: quod ità gestum est. Propheta quidam tubæ cantu cōuocat omnes ad primariæ ædis atrium. Venerunt armati ad quatuor hominum millia, cœnam inueniūt & elixis & assis carnibus instructam, discumbunt omnes, Rex & Regina ministrant. Iam propemodū peracta cœna, rex ipse panem singulis porrigit, his verbis, Accipite, comedite, nūciate mortem Domini. regina poculum porrigit, dicens: Bibite, & annunciate mortem Domini. Quid ni enim sacerdotum sibi munus vendicârēt, cū Luterus docuerit omnes homines esse sacerdotes? Sed eiusmodi eucharistię integro, vt ipsi vocant, sacramento digni sunt, qui in Ecclesiæ Catholicæ sententia nolunt acquiescere, sed calicem quoquē putât necessariò sumendum esse ab omnibus. Cū autē comedissent ij, quos iam diximus, etiàm illi cœnârunt, qui interim in excubijs fuerât, circitè mille. Cœna absoluta, Propheta supradictus ex editori loco percontatur, num omnes DEI verbo morem gerere velint. Illis asseuerantibus, ait eam Patris esse voluntatē, vt in quatuor orbis plagas dimittantur ex vrbe, qui doctrinam, quam ipsi essent amplexi, disseminarent. Deindè è scheda nominatim recensentur ad viginti octo, è quibus sex Osnaburgum, totidè Cosfeldiam, octo Susatum, & totidè Vuarendorpium iussi sunt petere. Deindè rex & regina cum reliquis ministris & Apostolis ad profectiōnem designatis, cœnatum abeunt. Ibi inter cœnandum rex surgit è mensa, ait sibi quippiam à patre demandatum, militem proditiōnis accusat ipse, & suis manibus caput illi amputat, redit ad cœnam, & cruento commemorando facinore funestas epulas homo prophanus magis etiàm polluit. Pòst dimittuntur illi portentosi Apostoli, quibus singulis singuli nummi aurei à rege erant attributi, præter ea quæ essent vi-

Qui parando necessaria, ut eos ijs locis, ubi illorum non esset recepta doctrina, in perditionis testimonium relinquerent. Mira hæc sunt omnia, & plena insanæ, & quæ vix creditura sit posteritas. Sed quid non faciunt homines veritatis lumine destituti, & malorum dæmonum potionibus dementati? Eunt illi insani homines, ut iussi erant, & suis quisque locis horrendos edunt clamores, homines ut pœnitentiam agant admonent, alioqui breui perituros: pretorium quoque adeunt, coram magistratu vestem humi expandunt, in eam aureum nummum, quem diximus, conijciunt, à patre pacis annūciandæ causa missos se testatur, quæ si recipere velint, iubent facultates suas omnes in cōmune conferre: sin minus, hoc se nummo cōtestari, quod pacem oblatam repudiarent. Iam enim venisse tēpus illud à prophetis omnibus prædictum, quo Deus toto orbe velit coli iustitiã, & cum rex, suo functus officio, in orbē vniuersum iustitiam propagarit, tum Christum traditurum regnum patri suo. Habēt Anabaptistæ in verbis & moribus pleraque, quæ miram præ se ferant religionem: sed est reuera genus hominum à malo dæmone miserè fascinatū & quasi arreptitium, ita ut eam religionem multis pudendis & turpissimis flagitijs permixtam, re ipsa demonstrent non ex pietate, sed insaniam & dæmonum illusionibus proficisci. Capti sunt autem Apostoli isti, & primū blandè, post tormentata rogati de sua fide, vrbis munitione, & plerisque alijs. Inter cætera responderūt, se solos habere veram doctrinam, quæ admodū Luterani quoque cum suo grege, & Sacramentarij cum sua factione, itemq; singulatim heretici omnes. Porro ubi Apostoli, quos diximus, à sua sententia deduci non potuerunt, capite damnati sunt, sed vnus euasit. Interim vrbs Monasteriensis grauissima obsidione premebatur, & tandem eò redacti sunt, ut mures & glires in delicijs habuerint, corioque & pelli- bus contusis & coctis, panis loco vterentur, rege interim non ad necessitatem modò, sed ad luxum etiã rebus omnibus abundante. Plerisque verò

inedia pereuntibus, quædam ex reginis illorum miserata calamitatem, dixit cæteris, nō sibi videri eam miserorum cladem DE O gratam esse. Id ubi Rex rescivit, in forum illam cum cæteris suis vxoribus producit, caputque illi præcidit. Ad tam præclarum facinus aliæ cantillant, & gratias agunt cælesti patri, rex quoque choream ducit, populo ut idem faceret persuaso, cui vix esset quod ederet. Luterus per hoc tēpus scripsit in Anabaptistas Monasteriensis, de quibus agimus, & ea in illis reprehendit mirabili versutia & simulatione, quæ ipse docuerat. Inter cætera scribit, nullum esse errorem tam absurdum & inconditum, quæ non satanas persuadeat. Hoc quidem verissimum esse vel in ipso Lutero cernere licet, cuius sunt multa tam fœda & pudenda & absurda tum in moribus, tum in doctrina, ut nihil maiorem habeat admirationem, quàm vel vnum aliquem potuisse inueniri, qui illius dictis fidem adhiberet.

Vbi tandem summa inopia obsessos in vrbe pressit, duo ad castra Episcopi profugerunt, è quibus ille didicit, quæ via vrbs posset capi. Tū verò Episcopus hortatur obsessos ut se dedāt, volēs parcere multitudini. Erant enim in vrbe nō pauci, qui cuperent suæ salutis consultus: sed rex duodecim duces crearat, quorū opera fiebat, ut nihil posset populus sese commouere. At præsentē rege oppidanis per Bernardum Rotmannū, qui in ea vrbe primò Luteri, postea Anabaptistarum Euangelium docuit, respondēt se à proposito minimè discessuros. Ità ergò duce perfuga milites circitèr quingenti per fossam in vallum euadūt, occisis vigilijs portam minorem patentē inueniunt, vrbem intrāt, & aliquādiū accipiti Marte cū oppidanis cōgressi, portam reliquo exercitui patefaciunt. Tum verò copijs omnibus irruentibus, fit atrox cædes hominum, parcitur tamen quibusdam veniam implorātibus. Rex & Cnipperdollingus eo ipso tempore capiuntur. Rotmannus perditus nebulo, qui primus ferè author fuerat mutatae in ea vrbe veteris religionis, in confertos hostes desperabundus incurrit, ab ijsq; confossus, impiam animam

mam ad stygias paludes transmisit. Deinde Rex & eius cōsiliarij Cnipperdolingus & Crechtingus aliquot menses ludibrio & in vinculis habiti, anno M. D. XXXVI. horrēdo supplicio exanimati sunt. Nā palis alligati, diū ignitis forcipibus lacerati, & demūm adacto per pectus mucrone perempti sunt. Ad extremūm caueis ferreis illigantur singuli, & ad summam vrbis turrim suspenduntur, rex quidem medius & ad hominis staturā cæteris excelsior. Is fuit exitus hominum sceleratorum, qui reuerā quiddam Gothicum, vel Cimbricum aut Vandalicum iam meditabantur, nisi Dei prouidentia, quæ nunq̄ deest rebus humanis, illorū furiosa consilia retardasset, & impios conatus p̄fregisset. At nec sic tamen ea hæresis extincta est, immò hodieq̄; multis locis magno numero id genus hoīm versatur impunē.

Huius anni mense Decembri habita est Synodus pastorum Euangelicorum Constantiæ. Bucerus eius habendæ author fuit, nescio qua authoritate. In ea Synodo, rectius conciliabulo, rursūm actū est de pace cū Lutero in Eucharistiæ negotio componenda. Dicit vix potest, q̄ in id totus mira vafricie & verborum inuolucris, quæ Tigurini quoque in ipso reprehenderent, Bucerus ille incubuerit, vt Luterani cum Zuinglianis cōciliari possent. Videbat id facile astutus ille, quā turpis esset & probrosa illa dissensio. Euocarat ad hoc conciliabulum etiā Tigurinos pastores, sed illi non venerunt: Porrò scripto suā sententiam de Eucharistia declararunt, & quatenus cum Lutero concordia possit iniri. Hoc scriptū Basileenses, Schafhusani & Sangellenses, itemq̄; aliquot Sueuici ecclesiastæ approbârunt, Bernenses autem quædam in eo reprehendebant. Summa summarum, Non est pax impijs, dicit Dominus: neq̄; potuit inter dogmatistas sectarios concordia constitui. Euocatus est ex hoc conuentu Bucerus literis Lantgrauij & Melanchthonis, vt de concordia certiores rationes inirentur, sed laboratum est frustra. Vtraque pars suam sententiam pertinaciter tuebatur, nec Tigurini Buceraſ præstigijs admittebant.

Hac ferè tempestate Luterus euulgauit scriptum longè pestilentissimum de Angulari (vt ipse vocat) Missa, consecrationeq̄; sacerdotum. In præfatione minas intentat de profligando rancido, vt ait, Chrismate rasisque coronis. Ibi quoque per Dei verbū iactitat indulgentias abolitas, Purgatorium extinctum, peregrinationes suppressas, & multas alias Papistarum idololatrias, & DEI Mammonæ cultus prostratos, vt rectè in eum competat illud scripturæ diuinæ, Qui lætantur cū malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Itemq̄; illud, Impius cū venerit in profundum peccatorum, contemnit. Sed quia non Dei verbo, sed ipsius Satanæ opera & hortatu multa ex iam dictis apud quosdā Germaniæ populos profligauit, vt tandem id totus orbis perspicuè posset intelligere & videre, ipsemet in hoc libro sese turpissimè prodit, aitque se cum diabolo in disputationem ingressum de Missa & quibusdam alijs, tandemq̄; ab eo victum ac superatum rationibus illius, illas se pro inuictis acceptasse: vt iā nemo tam stupidus & plumbeus sit, quin vel digitis tangere possit eius perditum nebulonis doctrinam, non Christi, vt solet iactare, sed diaboli esse. Certè postquā hoc ille de seipso scribit, eāt iā in suas tenebras cum illo suo à diabolo edocto Euangelista, quo quot eius dogmata sequuntur, iactentque puram doctrinam Luteri: nos non à diabolo, sed à Christo & eius Ecclesia discere & doceri volumus. In eodem libro Papam vocat regem glirium, quæ contumelia etiā in Cæsarem & omnes Catholicos reges, principes, magistratusque redundat: Episcopos dicit fures DEI, sacrilegos, sacerdotes angulares, damnatos, fatuos &c. Missam vocat abominationem: tremendum altaris sacrificiū vocat sterces, lutum, sordes, illuuiem, quod ipse Lucifer dicere vix auderet: sacros ordines dicit rancidū putidumq̄; Chrisma. Quæ sunt quidem eiusmodi, vt non argumētis, sed tormentis & supplicijs oībus seuerissimè & atrocissimè vindicata oportuerit. Quis enim sanæ mentis dubitare possit, hæc non nisi à sceleratissimo & longè impijssimo pectore proficisci po-

Prou. 20.

Prou. 18.

tuisse? Vbi iam, obsecro, zelus ille est, quo maiores nostros præditos fuisse nõ ambigimus, qui certè tam blasphemum & execrabilem hominem ne ad punctũ quidem temporis huius lucis vsura frui permisissent? At nostra ætas miro applausu eius hominis dicta factaq; omnia excepit, quod sanè quid mali portendat, & nos in dies experimur, & posterì longè etiã acerbius, vt verendum est, experientur. Verũm cùm hoc de Angulari Missa scripto Luterus plerisque suspectum se reddidisset, q̄ cum Zuinglianis & Vualdensibus consentiret, Germanicè Epistolam edidit, qua longè etiã horribilius in Missam debacchatur. Inter cætera sic habet: **DEVS** Christianis omnibus eam mentem adspiret, vt cùm Missæ nomen audiūt, exterreantur, & tanquã contra satanæ abominationem cruce se muniãt. Quid verò hoc est aliud, quã iuge Ecclesiæ sacrificiũ, quod omnes retrò ætates reuerentèr agnoscunt, velle abolitum, quod tandè Antichristus efficiet? Immò potiùs Christiani omnes frõtem atque pectus crucis signo muniãt, quotiès vel verbo vno missam sacrosantam violari audierint. Porrò ante non multos annos scripserat Luterus in visitatione Saxonica quædam in Missarũ laudem, easque viuis præcipuè vtilis dixerat. In Confessione quoque Augusta & Apologia fatentur Luterani apud se Missam summam cum reuerentia celebrari. Sed horum oblitus Luterus, dũ Missam proscindit, seipsum toti orbi conspuendum & exhibendum propinat, dum de vna eademq; re intra paucos annos tam lógè dispari ratione scribere non veretur. Atq; eiusmodi anti-logiæ & pugnantis sententię tam multæ sunt in Luteri & eius similibus tenebrionum & sectariorum scriptis, vt nemo illis enumerandis sufficiat. Cùm autem fateatur Luterus à diabolo se didicisse ea, quæ in Missæ contumeliam & abrogationẽ faciunt, nos ex hoc ipso tanto magis certi esse debemus, Missam Deo vel maximè gratã esse, quam aliqui nõ esset impugnaturus satan, si sciret Deo inuisam. Non enim ille damnatus & perditus spiritus ea infestat, q̄ scit

nolle Deũ, sed quẽ in illius nouit honorem cedere, & eius voluntate fieri.

Per hoc ferè tempus Sigismũdus Poloniae Rex pius & catholicus, seueropposito edicto, omnes Polonorum liberos, qui Vittenbergæ literis operam darent, indè reuocat, alijsque, nè eò proficiscantur, interdicit. Præuidebat sapientissimus ille Princeps, si iuuentus corrupta exitiale illud Luteri virus semel hausisset, difficilè postcà curari posse, immò illorum opera totum Poloniae regnum, quod hoc tempore adhuc religionis catholice erat tenacissimum, infectũ iri. Atq; vtinã ea seueritate alij quoque Principes vsi fuissent: non tam latè serpsissent dogmata Luteri.

Hoc anno Parisijs in ipsa aula regia atq; alijs eius vr̄bis & regni locis scripta quædã affixa fuere Zuingliani dogmatibus, quibus sacrosancta Eucharistia indignis contumelijs lacerabatur. Eares Franciscum regem vehementissimè commouit, indictaque publica processione, in qua ipse aperto capite pedes incessit, ardentem gestans facem, sequente eum Regina Leonora, regijsq; liberis & aule proceribus omi;q; populo, scelus hoc expiare conatus est: ac deindè à meridie grauissima oratione ad eius teterrimæ hæresis extirpationem omnes hortatus est, aitq; palàm, se ipsum quoque brachium suum excisurum, si ea peste infectum sciret. Grauissima quoque de quibusdã hæreticis supplicia sumpta sunt, vt alij eorum exemplo deterreret. Erat genus supplicij lentum & valdè terribile. Nam ad machinam alligati in sublimetollebantur, indè in subiectum igne submissi, iterumq; sursum sublatis, tandèm carnifice præcidente restim in flammam præcipites ruebant.

Fuit certè ille rex in suo regno, quod est amplissimum, tuendæ & asserendæ catholice religionis perquam studiosus: potuissentque facillè hæreses omnes è Luteri schola profectæ penitus extinguì, si non intercessisset illi perpetua ferè cum Carolo Cæsare similtas, quæ Christiano orbi maximam & incredibilem attulit calamitatem. Ea, quã diximus, processio siue supplicatio incidit in mensem Ianuariũ anni 1535. quam

quã Sleidanus, vt pleraq; alia, malignè commemorat, inter alia dicēs, Parisienses & Gallie populos ad D. Genouefam virginem in summis rerum difficultatibus tanq̃ ad supremam ancoram & portum vnicum salutis cōfugere. Eiusmodi mendacijs & calumnijs tota Luteranorum & reliquorum sectariorum turba Catholicos apud rudes & imperitos semper odiosissimè traducere consuevit, quasi Diuos pro Deo colamus, nec vt intercessores, sed vt deos imploremus.

Eundem in modū passim miseris persuaserunt, nos bonis operibus nostris eā vim tribuere, vt illis solis gratiā Dei iustificationisq; beneficium & vitā æternā possimus promereri, quasi nos Christum & eius gratiam reiiciamus: quæ licet sit valde crassa & absurda calumnia, tamen suis & verbis & scriptis id assecuti sunt, vt pleriq; omnes verum eos dicere putent. Atq; inde factum est, vt monasticæ vitæ professores omnes planè cōtemptui habeant, tanq̃ qui suis operibus, non Christi gratia, nitantur: vocantq; eos diuos operarios, vulgò *Werckheißgen*. Porro ipsi nullam merendi vim tribuunt operibus bonis, quātunlibet in gratia & charitate peractis, sed sola fide aiunt nos iustificari. Cū autem scriptura euidentissimè dicat, *Qui non diligit, manet in morte: certum est, eam fidem, quæ sit sinè charitate, iustificare prorsus non posse. Nam vita fidei, charitas est. Vbi ergo fidei iustificatio attribuitur, necesse est eam intelligi fidem, quæ sit cum spe & charitate coniuncta. Tolle charitatem, & fides mortua est. Qui verò iustificare, & vitam conferre possit fides mortua? Sed quid tandem illi hacinanis fidei buccinatione effecerunt? Nimirum quòd iacet apud illos studium omne bonorum operum, & viuitur planè genialitèr, immò & bacchanalitèr, idq; perpetuò, & plerunquè tū vel maximè, cū ipsa tēporis ratio hortatur ad continentiam, victus parsimoniam, pœnitentiam, vitæ cōpositionem & pietatem omnem, nempe in ipsa sancta hebdomade, qua Christi passionem toto orbe celebrare solet Ecclesia Dei. O quotiès illa hebdomade, atq; adeò in ipsa sacra parafceue, q̃ laxa posset pro-*

uocare ad luctū & lachrymas propter passionem filij Dei, visi sunt apud istos prodigiosos Euangelicos laruis induti discurrere, comestationibus, computationibus, libidini, atq; omni generi lasciuia, petulantia & obscœnitatis vacare, & in ijs ipsis tanq̃ præclare & ex Evangelicæ libertatis præscripto gestis impotentèr & scurrilitèr gloriari? Sed hæc vberius fortassis, quàm pro instituto.

Hoc quoque anno 1534. Angliæ rex, grauissimè ferens à Pontifice contra ipsum latam sententiam de diuortio Catharinæ Cæsaris materteræ, totum se ab authoritatē & obedientia Romanæ sedis subducit, atq; in conuentu Parlamenti Vuestmonasterij se supremum Ecclesiæ Britannicæ caput vocat, eoq; noīe sibi sacrorū prouentuum annatas, vt vocant, decimasq; deinceps persolui iubet, & id genus alia facit, quibus eam laudem, quam superioribus annis pro Catholica tuenda religione aduersus Luterum & eius farina homines susceptis laboribus sibi cōpararat, prorsus obliterauit. Sunt qui eum regem scribunt cuiusdam magni viri adulationibus deprauatum, à pristina virtute deflexisse. Ità est certè rerum humanarum conditio, vt iuxta Pauli sententiam qui stat, aut stare sibi videtur, meritò videre debeat nè cadat. Est verò adulatorum genus longè pestilentissimum, quod dū suis priuatis commodis studet, assentando omnia aut interdum etiā praua suggerendo sub quadam honesti specie, nõ raro etiā optimos Principes corrumpit.

Non diu post Clemens pontifex diuturno stomachi vitio tabefactus, 6. Calendas Octobris diem clausit extremum, anno Pontificatus vndecimo, ætatis verò 57. Rex Gallia bellum moturus erat Francisco Sphorciae principi Mediolanensi, sed obitus Pōtificis moram & impedimentum intulisse putatur. Fertur Pontifex consilio medici cuiusdam vitæ ratioe commutata, cū alioqui firma esset valetudine & innato membrorum robore præualidus, celerem sibi vitæ finem conciuisse, non sponte sua, sed quòd medici consilio parum caute sese accommodasset.

Per id tempus inter Cardinales principes

cipem locum obtinuit Alexander Farnesius patria Romanus. In eum propenso admodum fuit animo Clemens, adeo ut si Pontificatus hereditate posset obtingere, eum se testamento sibi heredem scripturum affirmaret: hortareturque Hippolytum Medicem Cardinalem, ut modis omnibus eum sibi substituendum curaret. Quod etiam factum est. Nam simulatque Clemens inter viuos esse desijt, non diu post 35. Cardinalibus conclaue ingressis, in Alexandrum Farnesium, qui & etate oēs anteiret, & iam quadraginta annis Cardinalis fuisset, vota ferè omnium rara quadam concordia, simplicitate, religione collata sunt. Non enim syngraphis suffragiorum obsecratis, & de more in urnam coniectis, sed publico consensu & præclara voce Cardinalium omnium Pontifex est salutatus, & secundo Non. Nouembr. ita ut moris est, coronatus, Alexandri nomine in Pauli tertij mutato.

Eodè anno Lantgravius Hassiæ, factus prius cum rege Gallorū, copias conscripsit, & bellum mouit regi Ferdinando, qui profligato Vlricho Vuirtenbergensi principe, eius ditione occuparat. Ferdinādus volebat iure & legibus agi, sed ille interim producit exercitum, & apud Lausenū oppidū in fugā actis copijs Ferdinandi, quibus præfuit Philippus Palatinus, Vlrichus princeps restituitur. Tandem certis quibusdam conditionib⁹ pax inter Ferdinandū & Lantgraviū atq; Vlrichum conciliata est. Restitutus Vlrichus, mox Catholicis pulsus, Lutheranos & Zuinglianos concionatores recipit. Stutgardiaē Lutheranus, Tubingæ Zuinglianus concinator regnabat. Ea res contentione peperit, quam Bucerus versipellis componere nitebatur, sed Princeps voluit, nè ab Augustana confessione discederetur. Ità Luteri dogma Zuingliano fuit ijs in locis efficacius. Eodè quoque tēpore inter Ferdinandum & Saxoniam Electorē pacem fecerūt Moguntinus Archiepiscopus & Saxoniam Princeps Georgius, Aegrè enim hæc tēpore adduci potuit Saxo elector, ut Ferdinandum pro Romanorum rege agnosceret.

Per hoc tempus Carolus Cæsar non obscure veritus, nè quid in ipsum Franciscus rex moliretur, præsertim cum non ignoraret, quas ille sibi copias & legiones peditum veteri Romanorum more in Gallijs pararet, quidq; cū Germaniæ quibusdam Principibus haberet commercij, licet adhuc res quietæ esse viderentur, in eam curam diligentèr incubuit, ut pacem in Italia conseruaret. Iam enim elapsum erat tempus induciarum, quas Bononiæ cum Pontifice & alijs quibusdam fecerat, quo tempore Hispani milites ex Italia ad Pontificis preces deducti, in diuersa loca abire, magno Gallorum commodo, si in Italia bellum facturi essent. Qua quidè in re, ut plerisq; alijs, Carolus optimus Cæsar plus Pontificis precibus tribuisse videri possit, quàm esset ex usu & dignitate ipsius Cæsaris: sed multa faciebat pacis studio, licet plerisq; nunq̄ posset satisfacere, qui eius potentiā & prosperos successus parum æquis animis ferre viderentur. Itaq; ut Franciscū Sforciam arctius sibi deuinciret, è Belgio accitam Christianam, Christierni captiui regis Danorū filiam, suam è sorore neptem, illi matrimonio iungit. Nuptiæ Mediolani celebratæ sunt regio sumptu, & qui populis vix esset tolerabilis, sed tamen æquioribus toleratus est animis, quod diuturnæ pacis spes amplissima oblata videretur. Alios quoque Italiæ proceres magnis affecit muneribus, & Andream Auriam Melphitano donauit Principatu, & eius propinquis ac trierarchis auxit stipendia. In eius em̄ viri consilio & virtute toti⁹ Liguriæ opes & classes copiarq; nauales sitæ erant. Atq; hunc in modum confirmatis Principum & procerum animis, Cæsar rebus suis prospexit.

Iisdè fermè diebus, quibus Pontifex Clemens iam è viuus excesserat, Ludouicus Grittus, Andreae Gritti Venetorū principis filius, cū iam apud Solimanum Turcarū Tyrannum summa flagraret gratia, & amplissimi ei honores offerrentur, iussu Solimani cum mandatis & autoritate missus in Hungariam, ut consilijs omnibus pacis & belli interesset, tanquàm Solimani legatus, ab Hungaris trucidatus est: ut blandientis
for-

fortuna ludibria discant mortales contemnere, & animum ad amplissimos regni cęlestis honores appetendos transferre. Erat in Hungarię regno Americus Cibachus Episcopus Varadinensis, dignitate à rege id temporis proximus, multaque potentia & autoritate præditus. Is molestissimè ferebat Turcas paulatim in opulento illo regno nidificare & augeri viribus: atq; eo nomine Gritum quoque minimè passurus videbatur. Hunc ergò virum opera Hungari cuiusdam Grittus opprimendum curavit, quanquam incertum est, vtrum trucidari eum voluerit, an tantum viuum capi & ad se adduci, quò vinctum catenis sub custodia Byzantium mitteret. Vt cunque sit, Americus nihil tale metuens, Hungari ducis perfidia capite truncatus est. Caput ad Gritum allatum est, quo ille conspecto, paulò post visus est pœnitere, atq; Americum iure quidem cęsum esse: sed se eum capi potiùs quàm interfici cupiuisse. Vbi autem ad hominum aures Americi cędes perlata est, incredibili dolore perciti, necem eius magna animorum consensione & contentione quã primùm vlcisci decernunt. Fit magnus hominũ concursus, & paucis diebus supra quadraginta millia peditem & equitem confluunt, duce præcipuè Mailato, qui Americi fuit studiosissimus. Grittus interim passim ab omnibus, quibus plurimùm fidebat, destitutus, vt est mortalium genus in rebus dubijs parùm constantis fidei, in magnas adductus angustias, in super morbo corripitur. Tandem ad Moldauos receptum se habiturum sperans, in fugam se dedit, sed non inuentis Moldauis, in hostes incidit, atq; ità ad extremum ingenti machera caput ei detruncatum est. In eius autem sanguine, quæ fertur esse eius gētis consuetudo, proceres & propinqui Americi penulas militares intinxerunt, vt esset apud illos diuturna expetitæ vltionis memoria. Quæ quidem barbara videtur esse consuetudo. Porro Hungarus ille, qui Americum occiderat, infestioribus animis & atrociori supplicio affectus discerptusq; est. Gritti cadauere postea nudato, in eius femorali loculo inuentus est gemas habēs precij inestimabilis, ità vt omnis illa præda quadringentis nummũ aureorum millibus cęstimata sit. Sunt qui putent Gritum Byzantium natum, & apud Turcas educatum, studioque Abraimi, qui apud Solimanum facile principem gratiæ locum obtinebat, Solimano egregiè commendatum, atque ad summos honores, si Christianam religionem abiurasset, promouendum, non multum ab hac execrabili defectio- ne abhorruisse. Sed id non est admodum verisimile. Porro verò discunt hoc eius repentino interitu, qui huius mundi prosperis successibus fruuntur, nè se illis dedant. Nam tunc vel maximè fallit vitæ prosperitas, cum præcipuè arridet. Sed quis hæc miseris persuadeat mortalibus? Volunt esse beati in hac vita misera, & tamen tum plerumque supremam ad eunt calamitatem, cum iam se fore putant omnium beatissimos. Exempla extant innumera, sed fascinata hominum pectora pergunt suo more. Suprà dixim⁹, Hieronymum Laschum Polonum Byzantium id effecisse, vt Solimanus ingentibus copijs in Hungariam proficisceret, & Iohannem Vaiuodam in regnum restitueret. is igitur Laschus à Gritti cęde Budam Iohanne rege iubente, vocatus, tormētis subiectus est, vt Gritti consilia & machinationes pderet. Atqui orate p illo Sigismundo Polonię rege, tadem euasit, & in Poloniã pfugit. Non omninò præter meritum in eam calamitatem incidisse videtur, quippe qui ausus fuerit Turcas immanissimos Christiani nominis hostes in Hungariam euocare, scilicet vt dum Iohanni Vaiuodæ gratificari vult, totum orbem Christianum in summum discrimen vocaret.

Hoc ipso tempore, quo Grittus è Thracia in Pannoniam abiit, Soliman⁹ Turcarum princeps duo ingentia terrarumque bella mouit, impotenti quadam arrogantia totius orbis imperium sibi pollicens, si Persas & Afros sub iugum misisset. Ex Africa enim facilem se videbat aditum habiturum in Hispanias, Siciliam & Italiam. Erat tum illi Africę inuadendę author & incentor Haryadenus & Mithylenus Barbarossa, Algerij rex in Numidia proxima Mauritanię, cuius crebrę victorię celebrem illud apud Solimanum reddiderant, adeò vt

Byzantium ad se euocatum, inter Bassas annumerârit, & mari præfecerit. Is Hariadenus fratrem habuit Horucium: vterque patre Mahometano in insula Lesbo natus est, arreptaque biremi, piraticam exercere cœperunt sub Camale archipirata. Interim aucti viribus, nauibus, copijs, multaque præda, Mauritaniam prædabundi adiêrunt. Algerij tunc duo fratres de imperio cõtendebant. alter in suam perniciem Horucij opem implorat. Eam non negat Barbarus, sed inter eam gentis ingenium & vires explorans, animaduertensque Maurorum mobilitatem & inter se discordiam, ea occasione opportunè arrepta, Algerij regnum multis profligatis occupauit. Multa deinde prosperis successibus fortiter gessit: sed non diù ea prosperitate fretus, captus ab Hispanis & Mauris equitibus, neci datus est. Eius ferocissimi piratæ caput in Hispania circumlatum, multis lætitiâ attulit: sed ea diuturna non fuit, succedente illi Hariadeno fratre eius, qui iam totius Africæ imperium spè deuorârat, maximisque sæpè cladibus Afros & Christianos deinceps affecit, multis ipsdemque prosperrimis terra marique partis victorijs, nõ è Christianis modò, verumetiã Mauris & Numidis, quos vehemèter attriuit. Eius igitur, vt dixi, fama permotus Solimanus, cum è Pannonia turpiter fugiens Byzantium reuertisset, eum ad se acciri iubet. Ille hoc accepto nuncio, incredibili afficitur lætitiâ, moxque cum egregijs aliquot muneribus Solimano præsentandis se dat itineri. Fuit eius aduentus gratissimus Solimano, coram quo multa acutè & grauitèr perorauit præter alia de rebus Christianorum, & quàm illi foeda inter se discordia distraherentur: de profligando item Muleasse Tuneti rege, quem multis modis criminabatur.

Solimanus multo iudicio perpensis, quæ erant à Barbarossa dicta, illi Bassam creat, totius maris imperium ei defert, vexillum, sceptrum, gladium de manu tradit, & vt dicta factis præstet hortatur. Ità ille cum ingenti classe octoginta trirremium & aliquot biremium, multa onustus pecunia ex ærario depropta, vela ventis permittit, maximaque Italiæ

littoribus damna dat, aliquot vrbibus captis & direptis, multis Christianis captis & interceptis. Inde adeò celeritèr in Africam flectit iter, vt priùs eò peruenerit, quàm ab Italia deflexisse putaretur. Fuit tum etiã Romæ non parùm trepidatum, & nisi præpotens Deus rebus Christianorum prospexisset, longè deteriora ab illa immani belua pati facillè potuissent. Ea autem in Africam traiciendi celeritate vsus est, vt Muleassem Tuneti regem imparatum opprimeret.

Libet hic pauca quedam de Africa, itemque Muleasse & Tuneti regno commemorare, quæ legisse iuuet. Africa multas olim Romanorum colonias habuit, eò deductas ob soli fertilitatem, postquam Carthago Romani imperij æmula deleta fuit. Regebatur autem præconsulari administratione vsque ad Vandalorum irruptionem, quos Belissarius protriuit. Postea verò redacta est in Græcorum imperatorum prouinciam, qui quotannis duces & præfides eò mittere consueuerunt. Postremò Saraceni Mahometicam superstitionem, pulsos Christianis, in eam vi & armis expugnatam inuexerunt, adeò vt etiã in Illiberi, quam nunc Granatam vocant, Mauri sedem suam statuerint, & Cordubæ gymnasium cum insigni bibliotheca sit constitutum, vbi Arabicæ literæ expofesso iuuentuti traderentur. Fuerunt ibi non pauci egregia eruditione & præclaris ingenijs viri. Atqui non solis literis dabatur opera, sed etiã militiæ: quo factum est, vt tota penè Hispania Punicis armis subacta sit. Verum post sexcentos demùm annos nostra ferè memoria Ferdinandus Hispaniæ rex insigni virtute & singulari Numinis fauore è tota Hispania, præsertim verò Granatæ siue Beticæ regno, impuros Mauros exturbauit. Hisce temporibus in Aphrica plurimum omnium opibus & imperij amplitudine valèt Tunetani & Feltani reges: sed Tunetani & imperij antiquitate & generis nobilitate præcipuam sibi comparârunt authoritatem. Ab ijs enim sacra & iura omnia peti solebant. Supra Tunetum itinere tridui vrbis est Caruénâ: in ea templum est peruetustum, & sacerdotum pro eius gentis ritu sanctissimorum

fimorum collegium: eaque causa vrbs libera est & immunis: ibiq; Mauri & Numidæ proceres etiã remotis apportati tumulantur, quòd putent illorum sacerdotum præcipuam esse vim & efficaciam ad impetrandã ijs, qui illic humati sint, cælestem beatitudinem. Ditio Tuneti regis octingētis ferè millibus passuum in ora ab occasu ad Orientem extēdebatur. Festani verò in Tingitana Mauritania, quòd plurimùm armis & equitatu polleant, cum Lusitanis perpetuò belligerantur. Reliquæ regiones & oppida, præcipuè circa oram regulis, quos Scæcos vocant, pãrent. Porro mediterranea loca Numidæ, vno nomine dicti Arabes, vagabundi incolunt, cum Afris bella gerunt, & pro more bella cient, alunt controuersias, perpetuò militiæ student, pecoris & agri colendi operam in seruos, præsertim Aethiopes, reijciūt, quandoquidem gentes omnes nobilitate se facile anteire persuasum habēt, originem suam ab vetusta Pœnorum stirpe repetētes. Diuisi in multa agmina à Nilo amne introrsus ad Atlanticum oceanum extenduntur, & cum incertis vagentur sedibus, certis tamē pagorum finibus imperia præscribunt. Viuunt admodum parco & tenui victu: ficu sicca, daëtylis, pulicula atque acido lacte cõuiuia finiunt: Si quid verò ex venatione aut falconum aucupijs, quibus præcipuè delectantur, prædæ ceperint, tum quidem epulantur. Equum pernitate insignem immenso precio alioqui seminudi & egentissimi homines sibi parant: is totius patrimonij eorum census est. Nam si desint bella, tota vita in latrocinijs & venationibus agitur. Vxores admodum seruiliter viris officia etiã vilia exhibent. Utuntur verò equites estate iuxta àc hyeme pellicea talari tunica, quippe quæ & ventos possit arcere à corporibus, & in magnis solis ardoribus à estu corpora tueatur. Itã quidem illi persuasum habent, licet apud nos ridiculum videri queat, estiuo cælo corpora pellibus operire. Habent quoque corporum frictions, artuum plicationes & cõtentiones, quibus exercitationibus & morbos depellunt & à pharacorũ molesta vexatione sese tuēt, atq;

ad multã pertingunt senectutem, itã vt plerunquè finè villo doloris sensu inter familiaria suorum colloquia mortis debitum persoluere videantur. Ex hac gente traxit originem Lentigesia Muleassis Tunetani regis mater, cuius & hortatu & industria Muleasses regnum vsurpauit, qui sanè fratres suos ferè omes, cum essent duo & viginti, barbarica crudelitate partim peremit, partim candēti ferro oculorũ vsu priuauit: quosdã etiã fratrum filios iugulauit, multaque alia sanè crudeliter gessit in suum sanguinè & paternos amicos quosdam atq; etiã nouercas, vt non immeritò omnibus inuisum & odiosum se reddiderit, ob suam feritatem regno tandē exutus, vt dicemus. Habuit fratrem ipso natu maiorem, Roscettè nomine. Is multorũ Numidarum ducum fretus studio, bellum Muleassi fecit, sed re parum feliciter tētata, ad Barbarussam confugit, à quo nõ multò post Byzantium ad Solimanum perductus est, & licet in libera custodia, tamen in catenis ibi derelictus, sparsa interim fama, Roscettē Solimani beneficio & opera in Tunetanũ regnũ restitutum iri, Erat enim Muleasses iam plerisq; admodum inuisus, porro Roscettis nomē lógè gratiosius. Hac simulatione Hariadenus quẽdã loca Muleassiditioni subiecta occupauit, persuasis populis Roscettè esse in classe, qui mite ac liberale ingeniu præ se ferēs in ipsa quoque Tunetana vrbe miro studio expectabatur, præsertim aduentate iam classe Turcica, quæ ex Tuneti arce cõspiciebatur. Interim Muleasses pessime sibi cõsciũ, à quibusdam admonetur vt fuga sibi consulat. Et ille quidem fugã iniit, at Hariadenus vrbe primùm multa omnium gratulatione susceptus est: vbi verò Roscettes nusquam comparuit, Tunetani in tumultum versi, Muleassem reuocare instituunt, mox arma corripunt, in Turcas magno impetu irruunt, ad arcem aduolant, eamque expugnare moliantur, sed frustra. Nam Turcæ magna vi in homines bellicæ rei imperitos ex arce duabus portis erumpunt: fit tetra cedes ciuium: Muleasses ipse vix egrè euasit, liberaliter ex illa fuga habitus, & summa fide serua-

tus ac defensus à Dorace regulo, cuius soror Muleaffis mater fuit: mástiq; apud eum vsque ad Caroli Cæsaris aduentū, qui fuso fugatoque Barbarussa, eum in regnum restituit, vt pòst referemus.

Porrò Hariadenus magna annonæ penuria alijsque rationibus permotus, cum Tunetanis inducias paciscitur, blâdaque oratione persuadet, vt in Solimani verba iurare non dubitarent. Rebus Tuneti compositis, Numidarum principes, vt est eius gentis admodum venale & mobile ingenium, facile sibi conciliauit, ac deindè missis Turcis, vrbes tum mediterraneas tum maritimas deditione recipit intra dies non multos. Ità tum Solimano cessit Tunetanum imperium opera audacissimi pirate Hariadeni Barbarussa. Non dubium quin ea res summoperè incommodatura fuerit Christianorum vicinis prouincijs, nisi Caroli Cæsaris virtute ex illo nido paulò pòst Turcica barbaries exclusa fuisset, vt breui dicturi sumus.

Hoc etiàm anno cum Barbarussa Byzantiò excederet, Solimanus cum ingenti exercitu in Persas mouit, bellum illaturus Tammafo Persarum regi. Iam enim Ismael Sophus eius parens, qui ob multa fortia facinora Magni cognomè adeptus fuit, desièrat esse in humanis, quatuor relictis filijs, è quibus natu maximus Tammafus patri in imperio successit: reliqui fratres amplissimis sunt pfecturis ex patris voluntate honestati. Porrò Tammafus Ottomannorum genus vehementèr exosum habens, bellum animo meditabatur in Solimanum, vlturus iniuriam, quam à Selymo pater ipsius accepisset. Persico imperio subiectæ gentes hodiè vno nomine Agiamij vocantur, & diuersam à reliquis Mahometanis plerique superstitionem sectantur, de qua iam supra diximus, cum de Ismaële Sopho ageremus. Fiebant interim excursiones tum Persarum in Turcicas, tum Turcarum in Persicas ditiones, quæ quasi preludium graui inchoando bello facere viderentur. Vbi enim Solimanus didicit, quid Persæ molirentur, vt erat excelsò & elato animo, vehementèr in bellum Persicum accendebatur, dolens nihilo minùs haud mediocritèr

à Christianorum infestatione hac se occasione distineri.

Erat inter Turcicos Bassas longè princeps Habraimus, qui in suum exitum, vt pòst dicemus, Solimanum vt bellum Persis faceret, plurimum incitauit, quandoquidem incredibili & summa apud Solimanum gratia & authoritate pollebat. De hoc Abraimo pauca referre opere precium fuerit, vt eius exemplo discant sapere, qui huius vitæ secundis ventis ad omnem voluntatem perpetim fruuntur, sintque memores conditionis humanæ, & quàm nihil certum, nihil stabile neque diuturnum habeat vita ptesens. Habraimus ergò ignobili Epiri vico natus, Scandarbassæ magno apud Turcas principi à prima pueritia seruiuit. Ibi ergò Mahometica superstitione imbutus, (licèt sint qui putent eum nūquàm ex animo Christianismum deseruisse) pro mira ingenij dexteritate celerimè didicit Arabicè legere & scribere, & pleraque alia, quibus longè gratissimus esset tum Scandarbassæ ipsi, tum ipsius gynecæo, adè vt Solimano etiàm puero ceu festiui & elegantis imprimis ingenij ac moris seru^o donatus sit, cum quo paritèr educatus, sensim ad amplissimos ab illo honores, pfecturas, opes & dignitates euectus est, Vesiris etiàm inter Bassas dignitatè adeptus, qua nulla maior dari potest. Quin etiàm regij scrinij sigillum Solimanus ei tradidit, & non modò ab intimis cum consilijs, sed etiàm voluptatum horarumque omnium comitem habere voluit, ità vt iam tanquàm Imperij consortem etiàm potentissimi quique cum suspicerent & colerent, hac ipsa immodica gratia haud dubiè certum illi exitum breui paritura. Hac ergò fretus fiducia, Solimanum in Persas concitabat, Germanos omni tempore inuictos, minimè bello laceffendos dictitans: breui fore, vt ipsi mutuis contentionibus & dissidijs confecti, nullo negotio Turcis se absq; vllò periculo diripiendos & occupandos pbeant. Eius crebris adhortationibus inflammatus Solimanus, maximo Christianorum commodo ab Europa in Asia arma vertit. Fuit sanè idè Abraimus erga mercatores Christianos, haud obscure

obscure id molestè ferentibus Turcis, animo liberali & pquàm humano, perpetuo atque mirifico eos patrocinio & favore prosequutus. In diuersam autem sententiam trahebatur Solimanus tum à matre sua, tum vxore Roxolana, quæ ambæ Habraimum oderant, nec raro pseudoturcam & ex animo Christianù per contumeliam vocabāt. Verùm muliebria consilia Solimanus facile cōtempfit, Habraimum secutus. Itaque euocato vndiq; milite in Persas, Vlamane (qui à Tammaso profugus ad Solimanum se contulerat) itineris duce vsus, in Armeniam maiorē contendit. Vbi ad Caim eiusdem Armeniæ urbem peruenit, summa cepit admiratio Turcas omnes, quòd nullus eis Persarum exercitus longo itinere occurrisset: verùm Tammasi consilium erat, relictis vrbibus montes petere, donèc Hiberi & Albani leuis equitaturæ, qui Persas cataphractos antecedere consuēssent, superuenirent. Ea re per exploratores cognita, Solimanus castra mouit, rectaque ad eum perrexit. In eo itinere Taurisum amplissimam urbem absq; vilo maleficio ingressus, moxq; egressus, Sultaniā haud procùl indè distantem, quæ olim Persarum regia fuit, sed à Tamerlane Tartaro deuastata, adhuc vetusta dignitatis suæ templorum ornamenta retinet. Ad eam urbē aliquādiū hērente Solimano, ex vicinis altissimis montibus, quos niues perpetuæ obfident, sequissima erupit tempestas paulò ante æquinoctium æstiuum, vt ex ipsis montium iugis præalta nix in campos vbi Solimanus Tammasum sustinebat, ventis propellētibus decideret, & ea immanis procella Turcarum tabernacula disijceret, iumenta & vel maximè camelos grandi numero perimeret, milites p multos extingueret, aded vt nec Solimanus ipse multū à periculo absuerit. Auxerunt eam cladem noctis tenebræ, & timor hostis propinqui, licèt is longè abesset. Non deerant, qui magorum incantationibus eam tempestatem excitatam autumarent. Postera luce solis radij multis attulere remedium iam frigore & metu attonitis. Solimanus non nihil recreato exercitu in Assyriam proficiscitur, hortante Vlamane transfuga, ac

nullo negotio potitur Babylonia. In ea vrbe Caliphæ sacrorum principis sedes est, quem Mahometani reges omnes obseruāt, isq; ex veteri instituto & adoptat & confirmat Assyriæ reges, ità vt etiàm Solimanus ab eo insignia atque ornamenta eius regni accipere voluerit. Vrbis illa, si veteris structuræ ambitus expendatur, longè omnium amplissima est, libuitq; Solimano in ea hyemare, sed iam multa illic vastitas cōspicitur, horti innumeri edificijs coniuncti, agri quoque aratris proscissi, ferarumq; captiuarum & inclusarum nemora. Frequens indè nauigatio est ad Ormutium Persici freti urbem clarissimam. Nec fide carent, quæ ab antiquis scriptoribus de hortis pensilibus, de regia structuræ admirandæ, & murorum incredibili magnitudine prodita sunt, cum hodieque earum rerum vestigia non desint. Exceptus est Solimanus ab Assyrijs & Mesopotamiæ populis mira propensione, ità vt per vrbes illarum regionum exercitus in hybernis collocaretur. Quæ deinceps tum Solimano, tum Habraimo acciderint, anno sequenti referemus.

ANNO 1535. Solimanus hortante Habraimo & Vlamane in Tammasum arma instaurat, egregiam quādoquē, vt sperabat, ex Persis victoriam relaturus. Itaq; Taurisum reuertitur, Tammaso indè ad eius inopinatum aduentum in Coraxenos iterum abeūte, urbemq; amplissimam, licèt iussa facere paratis incolis, seu a barbarie militi diripiendā obijcit, & ipse quoque multa ornamenta ex regis palatio parum liberalitèr secum absporat Byzantium, præter artifices sericos, seruos quoque & delectam vtriusque sexûs iuuentutem, quorū erat ingens multitudo. Ea præda onustus, cum iam aduentatis Tammasi fama increbresceret, redit in Mesopotamiā: nec eo in itinere abfuisset à periculo exercitus, nisi falconū & sclopetarū ictibus Persæ absterriti fuissent. Verum enim uerò iam Tammasus Taurisum redierat, eumq; perseq; statuit, sed cataphracti Persæ leuissimos Turcas equites insequi nō poterāt. Interim Delimethes satrapa fortissim^{us} petit à Tammaso certum expeditorum equitū numerum, cum ijsq; per nota
itinerum

itinerum compēdia Turcas insequitur, eosq; iam nihil aduersi formidantes vndique inuadit, perturbat, opprimit, ita vt Bassæ ipsi vix euaserint. Vix vsquàm Turcæ maiorē cladē vel in pugna cruentissima feruntur accepisse, ablati præsertim tormentis atque tabernaculis, cunctisque vasis castrensibus & impedimentis, atque insupèr plusquàm dimidia equorum parte desiderata. Fuit hoc ad tertium Idus Octobris, quem diem postea celebrem Persæ habuere. Ea clades Solimani animum vehementer affixit, omninoq; Byzantium redeundū statuit, interim profundè ac dissimulantè inexpressibili odio in Habraimum concepto, qui ei huius infelicis expeditionis suator fuisset. Vbi Byzantium redijt, atrox Abrahimo multorum procerum conspiratiōe, quibus iam immodica eius potentia nimisquàm inuisa esset, inuidia conflata est, atq; apud Solimanū gratia eius omnis conuulsa est, matre quidem & coniuge Solimani, primis eius exitialis odij authoribus, quæ ferre non poterāt, ad serui vnus arbitrium tantum principē huc illucque impelli. Nam certum est, nulli ferè vnquàm tantum apud principē tributum fuisse, quantum ipsi Habraimo: sed ea gratia in summum odium repente mutata est, vt rectissimè admonuerit propheta Regius, Nolite, inquiens, cōfidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Plurimum verò Habraimi existimationem prægrauabat, quòd haud obscuris indicijs cōpertum esset, eum Christianorum rebus fauere, proptereaq; Solimanum à Carolo Cæsare & Ferdinando rege, itemq; Venetis infestadis ad Persas reuocasse. Erat enim Solimanus acerbo in Venetos animo, tum quoque Carolum Cæsare vehementer oderat, quòd didicisset eum per legatos cum Persis egisse, suspicareturq; eum Tammafo tormēta per Lusitanos è finitima India suppeditaturum. Itaque Habraimus ingrati & perfidiosi erga Solimanum animi conuictus, cum circiter idus Martias in regiā fuisset admissus, acerbissimis verborū flagellis cesus est, seuerissimeq; à Solimano obiurgatus, nec vllis lachrymis ad Solimani pedes prostratus sequum eius animum

flectere potuit. Nocte indè proxima, in puluino dormitans in cubiculo, cultro adunco, quem Solimanus carnifici de manu tradiderat, iugulatus est. Porro sole orto supellex & pecunia eius omnis in fiscum relata est, nihilque ferè præter dotem miserimæ coniugi relictum. Is hominis longè fortunatissimi exitus fuit, qui meritò commonefacere omnes debet, nè rebus prosperis & ad voluntatem fluentibus beatos se esse putent, quòd lubrica sit rerum humanarum inconstantia, nihilque sub sole beatum. Extant aurea cuiusdam doctissimi viri carmina, quæ huc adscribere visum est:

Felix ille animi, Diuisque simillimus ipsis, Angellio Po-
Quem non mendaci resplendens gloria fuce *litianus,*
Solicitat, non fastosi mala gaudia luxūs:
Sed tacitos sinit ire dies, & paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

Hoc anno per Angliam facta est religionis infausta & funesta mutatio, rege ob odium Pōtificis, qui eius nuptias probare noluit, conniunte, licèt antea Luteri dogma acerrimè oppugnasset. Hoc quoque humane mutabilitatis exemplum fuit non facile obliuioi tradendum, vt qui stat, videat nè cadat. Erant per id tēpus in illo regno inter alios duo præcellentes viri, pietate & eruditione clarissimi, Iohannes Fischerus Roffensis Episcopus, & Thomas Morus regni Cancellarius, qui est apud Britannos proximus à rege magistratus. Ij, vtpotè viri graues, neque diuortium cum Catharina probare, neque regis, caput Britannia se profitentis, sententiæ subscribere volebāt. Id verò rex tulit animo periniquo, & Roffensi quidem maioris odij auctarium fuit, quòd captiuum Pontifex in cardinalium ordinem coaptauit. Extant eius reuerendi antistitis aliquot præclara volumina, quibus tum Luteranam, tum Zuinglianam heresim grauitate & maiestate Pontifice digna sic confutat, vt vix quisquam vnquàm illi respondere ausus fuerit: quanquàm vt illi non magnoperè responderent, vel eonemine adduci poterant aduersarij, quæ latinè scripsisset, nec vulgus eius scripta posset intelligere. Id enim semper hæretici omnes nostrorum temporum vel maximè curarunt, vt popularis gratiæ auram

auram captarent, scilicet vt illis liceret suauiter & molliter etatem agere, nihil interea morati, quod tot miseros, simplices & idiotas homines in grauissima salutis suæ pericula conijcerent. Hoc certè ex illorū scriptis palàm editis, tum ex quotidiana viuendi ratione tam potest planum testatumque effici, vt qui secus hominibus persuadere volūt, quod conati sunt homines quidam medij vel neutrales, ij suam impudentiam toti orbi plus satis prodant. Quod quidem nos de sectarum authoribus & concionatoribus dictum præcipuè volumus, quos plerosque perspicuum est contra suam mentem & conscientiam longè aliter & scribere & docere, quàm rem ipsam se habere non sint nescij. Nam sepius apertè mentiuntur: quod non facerent, nisi de industria in errore versari decreuissent. Sed ad rem reuertamur.

Rex Angliæ cernens neque Roffensem neq; Morum sibi obtemperare velle, vtrunque capite damnauit per suos administratos. Roffensis quidè ad X. Calend. Iulij, Morus autem ipsius Iulij 7. die capite plexus est. Roffensis certè multis annis diligentèr inuigilando gregi suo, administrandis sacramentis, assiduitate docendi tum voce, tum scriptis, mira quoque liberalitate in egenos, benignitate in studiosos, verum ac legitimū egerat Episcopum, ità vt eius aula nihil ferè à monasterio differre videretur. Nec dubitauit conatibus regis verbo ac scripto se opponere, nè suam conscientiam negligeret, tametsi ea re exitium sibi pararet. Nolebat enim salutem Regis dissimulando negligere, sed vt verus Episcopus veritatem libera voce professus est ad supremum vsque spiritum, adeò vt tum quoque cum in eum proditorum immane supplicium esset constitutum, atque pronunciata eius horrendæ necis sententia, hilari & placido vultu intrepidus permaneret. Sed quia senio grauis, multisque vigilijs & studijs confectus erat, in mitiorem ea sententia mutata est, quod vererentur antè exhalatum spiritum, quàm rheda trahere, vt moris est, tractus ad supplicij locum perueniret. Itaque X. Calendas Iulij productus in planitiem, constanti &

alacri vultu populum est allocutus, ac primò quidem regi & regno benè precatus est: deindè prece ad DEVM fusa, illi se commendauit, atque ità securi caput præcidendum obiecit. Apud Anglos enim non ense, sed securi plectuntur rei, capite in truncū inclinato. Is exitus fuit clarissimi atque doctissimi Pontificis, postquam iam diuturni carceris molestias pertulerat.

Breuì post etiàm Thomas Morus, qui Rege nouas res moliente, vltro se Cancellariatu abdicarat, eundem vitæ exitum habuit. Videbat enim vir prudentissimus quorsum tenderent Regis consilia: itaque nè cogeretur de innocentibus sumere supplicium, illi amplissimo muneri spontè renunciauit. Cum autem Regis nuptias probare nollet religione prohibitus, bonis omnibus exutus & perpetuo carceri addictus est.

Porro hoc anno mense Iulio eductus ex arce Londoniensi, sistitur Iudicibus à Rege designatis. Ibat debilis scipione fultus longo itinere, sed vultu animum minimè perturbatum præ se ferente, donec ad locum ventum est. Ibi primùm hortari eum cœperunt ad resipiscentiam, sed ille Deum rogat, vt in sententia ipsum confirmet. Deindè obiecta diluit, licet multum iam debilitato corpusculo ex carceris diuturnitate & morbo: quæ res permouit iudices, vt allata sella dum se purgat, sedendi habeat facultatem. Ijs peractis, vocati sunt ex gentis instituto Duodecimviri, vt inter se consultarent, num Morus in Decreto Parlamenti malitiosè peccasset. Illi breui inter se habita deliberatione, reuersi ad Iudices, aiūt, *Gylthi*, hoc est, reus est mortis. Mox à Cancellario in eum prolata sententia est. Tum ille mentem suam coram omnib⁹ explicauit de Decreto Parlamenti, quod Rex esset habendus caput Ecclesiæ Anglicanæ, atque totis septem annis se diligentissimè veterum scripta & concilia euoluisse, nec tamen vsquam inuenire potuisse, hominem laicum vel secularem caput esse posse Ecclesiæ in rebus Ecclesiasticis. sed inter strepabant quidam, nec oratione eius permoueri potuerunt, licet esset solidissima. Indè reducitur in carcerem,

vbi priusquam ad turrim ventum esset, miserandum accidit spectaculum. Erat Moro filia Margareta, eleganti forma, optimis moribus, rara eruditioe. Ea vbi cognouit in patrem mortis prolatam sententiam, pietate in parentem & acerrimo animi dolore permota, per medios satellites vi qua poterat perrupit, & in patris amplexus ruens, quod voce non poterat, nimio p̄pedita mœrore, lachrymis vbertim testata est, nempe summam pectoris sui egritudinẽ & angores. Verum pater satellitum permissu constanti vultu iussit eam missos facere eiusmodi singultus, & animo infracto ferre presentem rerum statum. Sic enim, inquit, visum est Deo: & tu iam pridem conscia es arcanorum pectoris mei. Iam verò Patre ab illa decẽ vel duodecim passibus progresso, illa non ferens immodicos doloris aculeos, ex tam presenti parentis amantissimi periculo eius animũ vehementer pungentes, rursus accurrit ad Patrem, amplectitur abeuntem, sed ab illo neque lachrymas vllas fundente, neque faciem in rugas aut mœrore contrahente, hoc solum audit, Vale, & Deum ora pro salute animæ meæ. Fuit ea haud dubiò grauis tentatio tanto viro, sed qui iam pro veritate semel vitam cũ sanguine profundere prorsus deliberarat, Christi amori omnem quantumuis propinquorũ amorem posthabuit, vt se verum & inuictum Christo martyrem consecraret. Itã quidem nos de tali viro sentire congruum est, qui cum posset in illo regno rebus omnibus esse florētissimus, tamen nẽ Deum offenderet, ipse quoque vitam perdere maluit. Idem autem ipse, cum esset regni Cancellarius, quandiu rex Catholicam tuebatur religionem, seuerè in eos animaduertere solitus erat, qui Luteri aut alterius dogma hereticum sequerentur. Deinde septimo Iulij caput illi p̄cisum est.

Calèdis Iulij damnatus est, 7. Iulij ex p̄te truncatus.

De eius itemque clarissimi Rossensis Episcopi morte itã quidam scriptum reliquit: Sexto Nonas Iulij (alij, septimo Iulij, vt diximus) obruncatus est in Britannia Thomas Morus, non minorem constantiam in iudicio & supplicio p̄ se ferens, quam iniquissimo Atheniensium senatus consulto cõ-

demnatus Socrates: paucis diebus ante illum interfecto Episcopo Rossensi, in quem Regis furor non alia causa vehementius exarsit, quam quòd is in Cardinalium ordinem à Pontifice esset cooptatus. Sed audi, quod vincit omnẽ feritatem. Caput Rossensis inditum stipiti, multis diebus omnium oculis fuit expositum: quod non modò non contabuisse, verum etiã multò venerabilius esse factum ferebatur. Vbi is rumor percrebrauit, mox amotum est locò. Et nẽ quid in Mori capite existeret, quo populus religione turbaretur, audi iam facinus immanissimũ. Renouata est Thiefta fabula, & caput eius non nisi longa coctura maceratum, quò celerius difflueret, hastili est impositũ. Hęc ille.

Eodẽ anno 15. Aprilis Reginaldus Doctor Theologus, ex Abbatia Londinẽs, quã Sion vocat, professioe Brigittanus, itemque alij nonnulli religiosi & seculares iudicibus sistuntur, tanquam qui sententiam Parlamenti nolent admittere. Ibi Doctor ille Reginaldus inter alia palam dixit, Si rex sciret quã malè ipsi persuasum esset à quibusdam regni proceribus, grauissime indignaturum malis consultoribus. Tum verò mox illi inditum est silentium. Hoc enim malè fortassis sibi conscij ferre non poterant. Et dolendum est certè, quòd non rarò optimi principes improbilissimorum hominũ prauis consilijs transuersim aguntur, & faciunt plerunque, quòd alioqui nunquam attentassent, si aliena fraude deprauati non essent. Deinde iussus est ad quẽdam respondere, quòd cum faceret magna libertate, rursus silere iubetur.

Vbi porrò audiuit mortis in se latã sententiam, Hoc est, inquit, iudicium huius mundi. Petijt autem bidui triduiue spatium sibi permitti, quo se ad mortẽ p̄pararet: sed responsum est illi, hoc iam non in Iudicium, sed Regis arbitratu & clementia sitũ esse. Tum ille, Credo, ait, videre bona Domini in terra viuentiũ.

Per idẽ tẽpus Carthusiani quoque Londinẽses in regis irã incurrerũt, q̄ nollet eũ caput Anglicanę Ecclesię agnoscere. Erãt in ea Carthusia multi religiosi fratres et patres, ip̄s primis p̄fecti cœnobij, quẽ priorẽ vocat, Iohãnes Houththo, cui fuit insignis

in signis pietas in Deum. Dum autē hęc procella in Regno grassaretur, & iam Carthusianis periculum impēderet, casu Londinum alij duo Carthusiani Priores venerunt, Robertus Laurés, & Augustinus Vuebster. Cum ijs Prior Iohānes Houhthon accessit Thomam Cronuel Regni Cancellarium, sperās se ab illo impetraturum, nē ipse cum suis cogere in regis verba iurare. Vbi preces suas submissē admodū proposuit Cancellario, hoc solū cōsecutus est, quod mox tanquā regi rebellis, cum alijs duobus Prioribus in carcerem coniectus est. Ibi postquā hebdomadam vnā exegerunt, Cancellarius cum plerisq; alijs Regis consiliarijs, venit, hortaturque vt abiurato Pōtifice, Regem caput Ecclesiæ tam in ecclesiasticis quā politicis rebus pōfiteantur. Responsum est illi à patribus negatiuē. Non enim sic didicerant ab Ecclesia Catholica. Itaque iussi sunt iterū in custodiā recipi. Deindē ad certum diem producti sunt in Concilium, rursūq; vt cōsentiret admoniti, constantē responderunt se nec in minimo velle ab Ecclesiæ sententia discedere. Mox adhibiti sunt duodecim viri, iussi que inter se tractare, num mortis rei essent Patres illi, qui nollent in Parlamenti sententia acquiescere. Illi deliberandi spatium proferūt in crastinum. Interim cū essent viri boni, statuunt illos innocentes pronūciare, & nequaquam mortis reos. Subodoratus Cancellarius rem sicuti erat, misit ad eos qui percontaretur, cur sententiam cunctātius proferrent. Respondent se non esse ausos in tam inculpatæ vitæ homines necis sententiam promulgare. Vbi hoc Cancellarius percepit, ira percitus, euestigid iubet eis renunciari, si quidem illi non inueniant vnde eos reos pronūcient, ipsos reorum pœnam subituros. Cū verō nec sic flecterentur, ipse eos adiit, & crudeles minas intentans, cōparū firmos adigit, vt maiestatis eos condemnārint. Quod cū postera luce fecissent, à ludicibus lata in eos sententia est, quæ solet in reos maiestatis. Indē iterū in carcerē rapti, quinq; diebus illic manserunt, multas interim perpessi molestias. Postea ad mortē duci iubentur 4.

die Maij. Itaque trahæ impositi, immō resupini toto corpore alligati, per totā urbem ad locum vsq; supplicij, qui à carcere milliari Gallico aberat, eqs trahentibus modō per aspera, modō p cœnosa & lutulenta passim obuia loca raptantur. Vbi cō ventum est, primus soluitur Prior Londinensis Carthusiæ. Carnifex flexo poplite, vt habet patrius Britannię mos, rogat veniam crudelis ipsi mortis inferendæ. Id ille magno facit affectu, complexus hominem, & tum pro illo, tum pro ceteris Deum orans. Tum verō scalam ascēdere iussus, obtemperat incunctantē. Ibi vnus ex consiliarijs Regis, qui illic cum multis hominum milibus adstabant, rogat num regi & Parlamento consentire velit, impunitatem pollicens, si id faciat. At ille palām testatur, se solo Dei timore, non vlla in Regē suum rebellione adductum, id facere neque posse, neq; velle: immō malle pati omnia, quā vel latum vnguē à decretis Catholicæ Ecclesiæ deflectere. Porro, inquit, orate pro me, & misereatur vos fratrum meorum, quorum Prior immeritus fui. His dictis, breui spatio impetrato, legit sex primos versus psalmi 30. Mox eueria scala, mansit pendulus crasso fune de industria illigatus, nē p̄focaretur. Atquē subito alius quidam funem p̄cēdit prius quā moreretur, sicq; lapsus in terram, paulū palpitan ad se redijt. Nec mora, raptus in vicinū locū, & vestibus omnibus magna vi nudatus, trahæ rursū nud^o alligatur. Primō carnifex verenda p̄cēdit, deindē ventrem scindit, & viscera omnia in ignem proijcit, corde transfixo. Quæ omnia vsque adeo constantē & placidē tulit, vt & p̄sides & reliqui omnes non mediocritē demirarentur. Caput indē truncatum est, & corpus quadripartitum. Idem supplicij genus reliqui duo Priores & Doctor Theologus Reginaldus, & quidam presbyter secularis magna constantia perpessi sunt. Nullus in his omnibus neque in vultu pallor, neque in sermone trepidatio, neq; in vllō corporis gestu mortis formido apparuit: eodem habitu in teterrimo supplicio p̄seuerarūt, quo fuerāt incolumes, nimirū spiritu eos veritatis corroborante.

Alia ratio est eorum, qui pro suis sceleribus vel pravis opinionibus poenis subditi, hilaritatem & constantiam præ se ferunt. Ea enim non constantia, sed pertinacia est, pravo animi errore, non recta ratione concepta, cum utique non poena faciat martyrem, sed causa: ita ut valde ridiculi, immò insani sint huius ætatis sectarii, quæ magna conscribunt martyrologia eorum, qui non fidei, sed hæreseos nomine apud Catholicos supplicij affecti sunt: quasi verò apud posteritatem illorum memoria venerationi, & non execrationi potius, futura sit. Sed his omissis, ad nostros reuertamur: qui cum tam immaniter excruciarètur, rogabant principes & reliquos circumstantes omnes, ut constantè ad supremum usque spiritum benè viuerent, Regi fideliter seruirent & obtemperarènt in omnibus, quæ non essent à Dei & Catholica Ecclesiæ placitis aliena. Corporum membra aliquandiù cocta, diuersis Londini locis suspensa sunt, & capita stipitibus infixa.

Nondum tres elapsæ erant hebdomadæ ab horum patrum nece, & ecce quidam vilissimi homunciones à Cancellario copiam petunt & facile impetrant quosdam alios Carthusianos Londinenses diuexandi. Itaque Carthusiam aduolant, & Vicarium Hunfridum *Midelmore*, Vuilhelmum ex *Mewe*, & Sebastianum *Nendegate* sacerdotem, impotenti insania adducunt cum ignominia ad putentissimum carcerem, atque illic dies quatuordecim catenis ferreis colla & crura constringunt atrociter, ita ut perpetuò erecti starent, nulla permessa facultate corporis exonerandi, quod necesse erat magnam illis ex foetore & communi verecundia molestiam creare. Postea seorsim concilio sunt exhibiti, & cum constantè responderent se nolle ab Ecclesia Catholica deficere, & validis rationibus & scripturæ sententijs ostenderent, Regem sibi non posse vindicare Ecclesiasticam autoritatè, idem supplicium, quod superiores, perpessi sunt die 19. Iunij. Erant quidè omnes tres ætate iuuenes, sed animo cani, & præclara prosapia, nec mediocriter eruditi. Et Sebastianus quidè in ipsa Regis aula

fuerat enutritus. Verum docuerunt illi nos suo exemplo pro Christi & veritatis amore contemnere omnia. Deinde anno 1537. decem alij Carthusiani Londinenses in foetidissimum carcerem protrusi, inibi vitam breui cum morte commutarunt, vno dempto, qui annis quatuor vixit ibi incolumis, sed tandem idè supplicij genus perpessus est. Multum laboratum est annis aliquot, ut Carthusiani Londinenses Regi consentirent, & modò blãditijs, modò terroribus pulsati sunt. Pauci quidam versutissimis hominum fraudibus decepti, specie quidè visi sunt in verba Regis iurare, sed animo prorsus detestabantur. Verum horum imprudens simplicitas hoc premij adepta est, quod cum seruandæ Carthusiæ Londinensis causa simulatè iurassent, illa prima omnium deleta est, monachis inde omnib⁹ expulsis. Alij quoquè duo Carthusiani Londinenses Anno 1537. quinto Idus Maij suspensi catenis, tam diu in patibulo hæserunt, donec ossa oïa deciderent. Dicebantur illi Iohannes *Rochester* & Iacobus *Wannert*. Verum non diu impunè tulerunt, qui illas cedes innoxiorum hominum patrârunt. Nam ipse Thomas Cromuel Cancellarius post Carthusiam Londinensem irreptam & vastatam, intra biennium capite punitus est, uti nè quis confidat in principibus. Certè valde impium est, ut possis humanam aucupari gratiã, omnè contemnere legem diuinam, & qui huiusmodi sunt, non immeritò principum alienissimos etiã post summam gratiã animos experiuntur. Alij quoquè alias perpessi calamitates, non diuturno gaudio potiti sunt. Porro insignis illa Carthusia mutata est in officinam scelerum, vbi scortationi, palæstræ & ludis vacaretur. Et hæc quidem & id genus alia tolerat Luteri Euangelium: diuinas laudes, ieiunia, preces, vigilijs, carnis castigations, quibus antea illic vacari solebat, tolerare non potest. Et ea causa est, quod hæc noua noui Euangelij dogmata, tam cupidè à plerisque cæcis mortalibus suscipiuntur, quia iucunda sunt & plausibilia carni. O satanæ versutiam. Sed illi timere debent, quod in Iob dicitur, Ducunt in bonis Iob 24 dies

Luc. 6.
 dies suos, & in puncto ad inferna descē-
 dunt. Et quod Christus ipse in suo Euā-
 gelio, Væ qui ridetis, quia flebitis. Hoc
 sanè permultis locis fecit Luteri Euan-
 gelium, vt monasteria vel prorsùs euer-
 sa, vel in prophanos vsus mutata sint, sci-
 licèt vt extincto cultu diuino, ad maho-
 metanā insaniam sensim deuoluamur,
 aut certè in Ethnicismū, vt iam aliquot
 fit locis, relabamur. Oportet reuera nō
 Christi, sed satanæ spiritū esse, qui ferre
 non potest laudes Dei, studium perpe-
 tuæ continentæ, contemptum mundi
 & voluptatum omniū, vigiliis, ieiunia,
 preces, voluntariam paupertatem, pro-
 priæ voluntatis abnegationem: quæ q-
 dem & id gen^o alia pietatis exercitia cer-
 tum est nusquam magis, quàm in benè
 institutis monasterijs viguisse & vigere.
 Sed ea, hortante Lutero, vastata & pro-
 phanata sunt, adeò vt ipse Luterus Cœ-
 nobium Augustinianum occupauerit,
 vbi antea multi fratres solebāt Deo ser-
 uire. Et ipsa quoquē Carthusia Londi-
 nensis, de qua nunc agimus, postmodū
 data est cuidam militi, qui ex ea struxit
 sibi palatium, templum mutauit in tri-
 clinium, & totum ferè cœnobiū euertit.
 Paulò antè in eius Carthusiæ tēplo Re-
 gis tentoria & arma bellica tanquàm in
 armamentario reponerantur, imagines
 non modò diuorum quorumlibet, sed
 etiàm ipsius crucifixi Seruatoris, quæ
 nos tantæ charitatis admoneri debent,
 cultris conciderūt, & pedibus calcârūt:
 in ipsis sacris aris saltârunt, & aleis luse-
 runt, choreas duxerunt, multaquē alia
 valdè detestanda perpetrârūt, cuiusmo-
 di & Arrianos olim fecisse legimus. Ea
 verò cœnobiorum euersio etiam si nihil
 præterea mali haberet, tamen vel ob hoc
 perniciosa nimium est, quòd innumeri
 homines inopes, mēdici, calamitosi frau-
 dantur eleemolynis, quæ illic largissimè
 præstari solebāt. Nunc postquàm à no-
 bilibus vel alijs pphanis hominibus sunt
 occupata, citius lapidē quàm panem ad
 fores stipē poscēs retuleris. Est & aliud,
 quod mercatores pessimè habet, q̄ etiàm
 licèt infecti Lutero dogmate, tamen
 mallēt cœnobia pleraq; minimè euerfa,
 quanquàm ferrè nō possunt mendican-
 tum ordinū monasteria. Causam huius

quādoquē audiui ex quodā mercatore
 egregiè Lutero, qui quotiès Luteri
 nomē promebat ore, nudabat caput ho-
 noris causa. Aiebat ille ppter eā se dolere
 extincta monasteria, quòd olim nobiles
 cōsueuissent ples suas in ea intrudere,
 et facultates suas relinquere illis liberis,
 quos domi retinēdos cēsuissent, & tum
 nobiles fuisse locupletes, nec opūs ha-
 buisse rapinis & cēdibus. At nunc post-
 quàm deleta sunt Cœnobia, pueros &
 puellas inire coniugia, indè grande exa-
 men nobilium liberorum existere, qui
 cū ex parentū facultatibus, inter ipsos
 pro rata cuiusq; portione distributis, nō
 possint tantum consequi, vndè sic viuāt
 quemadmodū habet nobilium cōsue-
 tudo, iam nobis, inquit, mercatorib⁹ iter
 agentibus insidiatur, merces nostras di-
 ripiūt, atq; ex rebus nostris prædas agūt.
 Itā ille Luteranus nō propter Iesum do-
 lebat subruta monasteria, sed quòd ipsis
 iam non liceret tutò iter facere. Verū
 si malum est esse monasteria, vt Luteri
 habet Euangelium, non debent tolerari
 priuati causa compendij vel lucri. Si au-
 tem malum non est ea esse, cur nō etiàm
 ferant Mendicantium fratrum domos,
 cū tamē ex illis plerunquē plurimū
 capiant solatij & subsidij spiritalis, dum
 ab illis vel in cōfessione vel in sacris cō-
 cionibus & multis alijs modis, rectè ac
 piè instituuntur? Sed hoc ipsum scilicet
 dolet malo dēmoni, & ideò dedit operā,
 vt mendicantium ordines prorsùs pro-
 fligati sint, vbi cūquē Luteri Euan-
 gelium dominatur. Sed & alia omnium
 ordinum cœnobia innumera aut destru-
 cta, aut miserè expilata & deformata
 sunt, iacetquē prorsùs omnis cultus di-
 uinus, nisi quòd dominicis diebus apud
 sectarios in templo conueniunt Euāge-
 lici fratres & sorores, & ibi aliqū Ger-
 manicè vel alio idiomate vulgari psal-
 mum cantillant, suamquē cœnam pera-
 gunt, nihil à prophanis cōuiuio discre-
 pantem, cū plerunquē non sint sacris
 initiati, qui illis cœnam suam conficiūt,
 vt ideò quoquē corpus & sanguinē Do-
 mini conficere non possint. Si qui verò
 inter eos sunt apud Catholicos sacerdo-
 tio initiati, illi si cōficiunt Eucharistiā,
 tamē negāt manere corpus & sanguinē

Christi extra sumptionē. Indè fit vt edituus quod superest vini plerunquè secū domum absportet, hilaritè cum suis inter edendum illud potitans, non absque summa cōtumelia tanti sacramenti. Nā licèt illi negent esse verum sanguinē, nō tamen propterea definit esse verus sanguis, si sit semel ritè consecratus. Sed ad institutum redeamus.

Hoc anno rebus tam prosperè ad Luteri voluntatem in Anglia præter eius expectationem fluentibus, magis etiā ferocire cœpit. Scripsit acerbè & suo more calūniosè in Principes & ordines Catholicos Imperij, inter alia vocans eos seditiosos & rebelles Cæsari, atq; fures Dei, vt qui neque Deo, neq; veræ Ecclesiæ Christi, (scilicet Luteranæ) neq; Cæsari aut vlli potestati obedire dignātur. Sed hæc citra dubium in nullum veriùs quàm Luterum ipsum & eius discipulos quadrant, qui sic papæ iugū excusserūt, vt nullum omninò imperiū ferre velint. Inuehitur deindè, & quidè vel maximè seditiosè in Cardinalem Moguntinum, idquè in hunc modum, quanuis Teutonice: *Si ciues Hallenses & subditi provinciales Archiepiscopatus Magdeburg. Episcopum Moguntinum tyrannum suum Cardinalem expellerent aut interficerēt, iuste facerent ei.* Vbi verò Christus vnquàm dixit Iudæis, Si pontifices, scribas & phariseos vestros interficiatis, rectè facietis? An non potiùs dixit, Super Cathedram Moïsis sederūt scribæ & pharisei: Omnia quæcunq; dicūt, facite? Quòd si Catholici scriberent subditis principum Luteranorum, Præclarè egeritis, si tyrannos principes vestros tuleritis è medio, quas turbas Luterus cum suis concitaret? Mirum est, nusquàm videre potuisse homines, quàm nihil Luteri Euangelium cōsentiat cum Euāgelio Christi: tum quoquè, quàm ille nusquàm sibi constet, sed tam sit in doctrina varius & inconstans, quàm se illi diuersa scribendi argumēta obtulerunt. Hæc verò idcirco sepiùs repetuntur, vt vel posteritas discat nostro magno malo sapere. Vt autè in Moguntinum Principè tam impotentè Luter⁹ incurreret, ea res in causā fuit, quòd is princeps iusserat subditos suos Luteri fermento deprauatos, rebus suis distractis,

aliò emigrare, nè reliquos inficeret: quæ quidem non tyrannica fuit, sed admodum tolerabilis mulcta, nisi quòd Luterus licuit dicere quicquid libuit. An nō verò Luterani Magistratus in Anabaptistas gladio animaduertūt? Cur id nō reprehendit Luterus?

Per id ferè tempus fuit quidam Halle Saxonice ciuis, eiusdem Cardinalis subditus, nomine Caspar⁹ Querhamer, homo laicus, sed non planè stupidus. Is mira dei prouidentia in summam Luteri ignominiam miro studio magnaquè solertia ex diuersis Luteri scriptis collegit xxxvi. pugnantes & planè contrarias sententias de communione Eucharistiæ sub vna vel vtraque specie, easq; in magnam digessit tabulam, quæ possit ad parietem suspendi. An non verò longè turpissimum est, in re tanti pōderis tam esse variū & nunquàm sui similem? Verum ille laicus postea in bello Smalcaldico malè mulctatus est ab Euangelicis. Fertur enim ad virilia ligato fune demissus in puteum, illicquè diū tortus cum in catholica fide constātissimus permaneret, rursus extractus fuisse.

Hoc anno ipsis ferijs diui Iohannis Baptistæ Monasterium Vuestphaliæ metropolis expugnatur. Quæ ibi tum gesta sunt, iam supra diximus.

Eodem anno conati sunt Anabaptistæ Amstelredamum insigne Hollandiæ emporium fraude & dolo obtinere, sed frustrā. Fuit per id tempus Frisia quoquè ab ea hominum peste vindicata. Inuaserunt Anabaptistæ Amstelredamum nocturnis horis, Senatum vi occupant, vigiles & plerosque ex Senatu perimunt: sed tandè superati, pro meritis pœnas luunt, easque valdè acerbis. Habuerunt Episcopum quendam suum, cuius caput affixum palo in vrbs turri collocatum est. Iam paulò antè insigne quoddam Frisiæ cœnobium aquarum ambitu egregiè munitum occuparant, sed Frisiæ præfectus opportunè illorum conatibus occurrens, iugulauit omnes fortissimè repugnantes, in quibus etiā virgines quædam erant, quas ob pertinaciā eadem pœna inuoluit. Faxit præpotens Deus, vt ea hominum lues principum negli-

negligentia non maiora indiès accipiat incrementa, & rebus Christianis maximam adferat cladem & calamitatē. Iam enim non paucis Germaniæ locis licet eis impune degere, & sic paulatim coalescunt & aulescunt magno Reip. detrimento.

Hoc anno 8. Idus Ianuarij in Anglia diem vitæ extremum clausit optima & cōstantissima Herois Catharina, quam rex Angliæ Henricus VIII. malè persuasus, à se separarat, cum iam viginti annis eam in matrimonio habuisset. Ea quidem post diuortium illud infaustū, se contulerat in comitatum Bedfordiensem ad villam regiam, quam appellant Kymbalton, cælo parū salubritam, vixitque illic admodū religiosè & sanctè, magnoq; animo illam separationem fortiter perferens, quanquam non dubium est acres illam interdū animi dolores sensisse, quod videret regem parū memorem salutis suæ, ipsa contempta, Annam Boleniam sibi copulauisse. At hoc mense & anno grauitè laborans aduersa valetudine, misso ad illam ab Henrico rege Cæsaris oratore, saluere iussa est. Porro sexto post die sentiens mortem adesse proforibus, vocat ad se ancillam non indotatam, eique ad regem dictat Epistolam in hæc verba: Domine mi rex marite semper charissime, salue. Iam aduenit hora mortis meæ, in quo temporis puncto amor facit, vt te paucis admoncam de salute animæ tuæ, quam debes cunctis mortalibus rebus antepone, neglecta præ ea omni corporis cura, propter quam & me in multas miseras, & te ipsum in solitudines plures coniecisti: sed hoc tibi ignosco, ac DEVS tibi ignoscat tam velim, quam precibus pijs oro. Quod superest, commēdo tibi filiam communem nostram, in quam quæso officium illud paternè totum conferas, quod ego à te aliàs desiderauī. Præterea precor summè, vt ancillas meas respicias, easque suo tempore benè locare nuptijs placeat: quod multum non est, cum non sint nisi tres, & dare meis ministris stipendium debitum, atq; in vnum etiā annum ex tua gratia, benignitate, libera-

litate futurum, nè deserti vel inopes esse videantur. Postremò vnum illud testor: Oculi mei te solum desiderāt. Vale. His literis scriptis, eodem die mortua est. Facile autem hinc liquet, quàm castè matrimonij iura coluerit etiā in ipso diuortio, cum se scripsit, nullum nisi Henricum petere. Rex certè literis his lectis, lachrymas tenere non potuit. Corpus optimæ principis ad Burgum Petri delatum, in cœnobio monachorū D. Benedicti, honorificè tumulatum est.

Eo ipso anno Carolus Cæsar inuitus, sentiens alieno in se esse animo quosdam Europæ proceres, non se deserit, sed vt erat mirabili prudentia, hostes suos anteuertere studet, vt sibi potius timerent, quàm ipsi bellum inferrent. Itaque in Africam ad opprimendum Barbarissam expeditionem parat, honestissimis & Christianæ Reip. vtilissimis ad id rationibus inductus. Gallus nullam interim fert opem, sed potius molitur nescio quid in Cæsarem, licet eius sororem in matrimonio haberet. Neque ea res latuit Italos. Itaque & Genuenses & Florentiæ dux Alexander sese egregiè communiērunt, si quid fortassis vellet Gallus moliri. Porro Paulus Pontifex aliquot triremes in Africanam expeditionem Cæsari misit subsidio, nolens deesse publicæ saluti & vtilitati &c. Interim in Hispania magnus fit belli apparatus, ad eò vt rumores de Gallo, Britannoque rege & Heluetijs sparsi, facile extincti sint. Veneti ob fœdus ante annos triginta cum Baiazete Turcico Imperatore percussum, nihil ad hoc bellum contulerunt, huius sacræ expeditionis spectatores futuri potius quàm adiutores. Sed hoc quoque quoddam fuit auctarium calamitatum afflicte Reipublicæ. Porro vniuersa Hispania in hoc bellū egregiè incubuit. Andreas Auria ob singularem fidem & rerum maritimarum peritiam à Cæsare suorum consiliorum factus conscius, ingentē cōparat classem, in qua erat quadriremis vna, quæ Cæsarem ipsum veheret, cuius remiges oēs sericis erant vestiti tunicis, & ipsa nauis multo ornatu longè elegantissima.

Paulus Pontifex Andreae Auriae dono misit enseni solenni ritu consecratum, cuius erat gemis ornatus capulus, multaq; alia eiusdem gladii insignia ornamenta. Misit etiam pileum è villoso serico margaritis Phrygio opere depictum. Eiusmodi verò munus dari solet magnis regibus: nec tamen immeritò datum est Andreae Aurigae, maritimis contra Turcas, Mauros, & piratas bellis clarissimo duci. Ea res strenuū alioqui senem magis etiam ad res præclare gerendas incitavit. Interim Mediolani Cæsar reliquit Antonium Leuam virum in rebus bellicis propè incomparabilem, qui sua diligentia res Italiae tueretur. Porro Paulus Pontifex ad Centucellas subsistens, inde benè precatus est exercitui in Africam traiciendi. Venit autem ad Cæsarem etiam Ludouicus Lusitaniae regis germanus frater, cuius sororem in matrimonio Cæsar habebat, cum classe viginti quinque nauium, in quibus præter nautas descripti milites erant ad duo milia. Inter nauigandum verò accidit casus inopinatus. Quadriremis prætoria, qua Cæsar vehebatur, hæsit in vado sabuloso, eratque res plena periculi, nisi quòd Andreas auria, mirabili industria celerrimè ex illo arenæ tumulo nauim curauit extrahi. Mouit ea res non parum Cæsaris animum, qui sciret patrem suum Philippum in simile discrimen coniectum minimè euasurum fuisse, nisi grãdi miraculo ingens fluctus nauim, qua vehebatur, ultra sabuli tumulos extulisset. Tota autem hæc Cæsaris classis septingentis ferè nauibus constitit. Barbarussa vbi certò comperit, Cæsarem ipsum in classe aduchi, vehementer animo angi cœpit. Non enim putarat Barbarus Cæsarem tam difficile & periculosum in sterili & sabuloso ac omni penè aquæ indigo solo, solstitialibus præsertim diebus, bellum suscepturum, sed illud potiùs per suos duces administraturum. Hortabatur nihilo minus suos, vt se viros præberent, nec de victoria quicquam ambigerent: inprimis autem, vt Guletae defendendæ fortissimam operam nauarent. Est autem Guleta turris lateritia, circum adiectas habens munitiones, eamq; Barbarussa

multis tormentis egregiè instruxerat. Vbi tota classis ad ancoras constituta fuit, Cæsar iussit milites scaphis se in continentem transferre: quod adeò compositè factum est, vt mox Barbari omnes, nullo commisso prælio, è littore profugerint, nostrorum bombardas minimè ferentes. Descendit & Cæsar ipse in terram bonæ spei & multæ alacritatis plenus, non suis, sed præpotentis Dei viribus innixus, qui haud dubiò illius & fautor & protector erat. Missi sunt autem, qui explorarent omnia. Ibi tum Numidæ, velox, insidiosum & summi laboris militum genus, vbi què nostris sese offerebant valdè infestos, sagittis, iaculis, lapidibus incautos atrociter vulnerantes. Verum Cæsar eorum feritate nihil deterritus, licet amici graues à tam præsentis periculo eum reuocare niterentur, cum paucis exploratum iuit, vndique volitantibus Numidis, quos ille miramini constantia contempsit. Pugnatum est interea aliquoties, irumpentibus Barbaris in nostros, & modò illi, modò nostri victores abiierunt, donè tandem paucos post dies Cæsar omnem vim expugnandæ Guletae adhibere constituit. Iam enim militum corpora morbis vexari cœperant, quòd interdum vehementissimo solis ardore torrerentur, noctibus verò nimio cæli rore perfusa, prope modum præ frigore rigere viderentur. Huc accedebat, quòd Barbarussa ingentes Numidarum copias mercede còductas in dies expectabat, quorum aduentum Cæsar anteuertendum putauit: & quanuis Cæsar insigni pietate egris operaret rebus necessarijs abundè suppetandis, tamè in arenoso solo vix vlla dabatur copia dulcis aquæ, ita vt tum sanitum ægri ex acrioribus pomis fiti vti què mederi cogerentur, quæ res non erat commoda valetudini. Itaque Cæsar bonis auibus ad Idus Iulias iussit tormentorum omnem apparatus ad Guletam oppugnandam adhiberi. Andreas auria à mari eius munitionis diuerberandæ negocium suscepit. Tum verò ab auro-ra vsq; ad meridiem tanta tormentorum vis is locus est oppugnatus, vt non modò concuti tellus, sed tota passim hiscere videretur: Porro paulò antè tranquillum

Ium mare mirabiliter concitari & ex-
æstare atque feruere cerneretur: cæ-
lum autem ipsum densissima fumi cali-
gine omnium oculis eriperetur. Ea vi
turris cum suo antemurali penitus pro-
strata, & munitiones omnes latè disie-
ctæ, non omnino difficilem nostris in-
uadendi aditum præbuerunt. Vt verò
animis magis incalescerent, quidam
monastica vitæ professor ligneam cru-
cifixi Seruatoris imaginem præferbat.
Ibi iubente Cæsare alacriter nostri mi-
lites in Barbaros irruerunt, nihil mo-
rati tela omnis generis & missilem ignem
tenaci flamma armis adhærentem, quæ
ab illis in subeuntes coniciebantur.

Quamobrè territi, fuga sibi consu-
lunt immanes Barbari, quorum non
pauci in illo itinere cæsi & in stagnum
detrusi perierunt. Porro paucis è Cæ-
saris exercitu desideratis, tormèta omnia
& tota Barbarussæ classis, quæ intra
Guleta fauces subducta fuerat, in ius
victoris Cæsaris concessit, magno qui-
dem Cæsaris commodo & voluptate,
sed summa Barbarussæ & sæuissimo-
rum piratarum detrimento, qui acer-
bissime ferrent sibi totius navigationis
& maris facultatem ereptam. Illi ve-
rò qui è Guleta profugerant, vbi Tune-
tum ad Barbarussam venere, ab illo cõ-
tumeliosè primùm accepti, sed mox ex-
pressa ira, ad audendū fortiter animati
sunt, quòd Afrorum & Numidarū au-
xilia iam appropinquarent.

Dum hæc geruntur, in castra Cæsa-
ris venit Muleasses rex Tunetanus, què
Barbarussa è regno exturbârat. Fuit is
procera statura, suffusco vultu planeq;
virili, sed admodum strabus. Vbi Cæsa-
ris dextram deosculatus est, more patrio
humi collectis cruribus sedit in tapete
substrato, & per interpretem supplex pe-
tijt ab Imperatore restitui sibi paternū
regnū, multam eo nomine pollicens Cæ-
sari fidem & id genus alia. Cæsar illi oīa
liberaliter daturū recepit, hortans vt nō
Punica, sed integra fide promissis staret.
Erat in illo Barbaro & Mahometanæ
stultitiæ professore rege magna tum bel-
licæ exercitationis, tum rerum cælesti-
um ex Auerois disciplina peritia. Ius-
sit autem Cæsar tendi ei tabernaculum,

& hospitali liberalitate tractari homi-
nem. Idem autem ipse in Cæsaris exer-
citu præcipuè mirabatur numerū atq;
ordinem tormentorum, & incredibilem
in foro rerum venalium omnis generis
copiam, & militum res necessarias emē-
tium modestiam ac tranquillitatem.
Ab illo verò multa didicere duces exer-
citus, quæ Cæsari magno vlti fuere ad
oppugnandum Barbarussam.

Guleta expugnata, Cæsar ad Tune-
tum iter intendit. Interim verò dū mul-
ta secum animo reputat, & omnia dili-
gentè expendit, commissa sunt varia
cum Numidis prælia. Solent Numi-
dæ ferociter aduolare, & rursus mira-
vafricie, si premantur, fugam arripe-
re, vt insequentes longius proluciant:
tum verò conuersis armis paucos mul-
ti circumstare, & nullo negotio truci-
dare. Cæsar vbi animaduertit Hispanos
à Numidis in pugna quadam premi,
acriter cum grauis armaturæ equi-
tibus in Barbaros inuectus, eos in fu-
gam præcipientes egit: eoque die non so-
lum strenui ducis ante alios armatus ita
acie consistens, sed etiã fortissimi mi-
litis officium præstitit, ciuicamque co-
ronam meruit, Andrea Pontio equi-
te nobili ab hostibus circumuento, &
sua ope liberato. Erant per id tempus
quidam togati homines, qui Cæsarem
hortarentur ad maturè discedendum ex
Africa, quòd iam satis multa laude po-
tuitus esset, Guleta expugnata & pira-
tis egregiè edomitis: verum illos Cæ-
sar graui oratione, vt erat vitè longè
prudētissimus, præclare compefcuit,
Guletam autem rursus communiri ius-
sit, imposito plus mille Hispanorum
præsidio. Indè Tunetum versus pro-
motus est totius belli apparatus. Cæ-
sar Vastium eo bello, eaque præsertim
die, qua cum hoste conflegendum erat,
Imperatorem pronunciat. Habebant
Itali, Hispani, Germani, singuli suos
duces, qui eos hortarentur: verum Cæ-
sar ad omnes ordines adequitans, ala-
cri vultu & ingenti fidutiã hortabatur,
vt fortiter contra Christi inermes ini-
micos decertarent, prædæ loco ipsos ha-
bituros urbem locupletissimam. dici vix
possit, quantum ea Cæsaris alacritas
inflam-

inflammârit militum animos, ità vt intolerabiles labores, præsertim sitis molestias, fortiter pertulerint, licet quidã ægrè in officio contineri potuerint, quos tamen Cæsaris præsentia & seueritas ad sanitatem cito reduxit. Vt enim erat natura clementissimus, sic etiã vbi res poscere videbatur, non deerat illi Imperatore digna seueritudo.

Iam ad Tunetum propinquabat exercitus, & eccè Barbarussa immensas Barbarorum copias in aciem producit, quæ centum millia hominum excessisse feruntur. Tum verò Vastius, quem (vt dixi) Cæsar Imperatorem eo bello esse voluit, antequàm cum hoste manus cõfererentur, sic ait ad Cæsarem: Iure meo vtens, iubeo vt hinc abscedas ad mediam aciem, vbi sunt vexilla, nè fortuito incidentis pilæ casu vniuersa communis fortunæ salus vnius hominis periculo, inexpiabile subeat discrimẽ. Cæsar subridens, metu vacuum eum esse iubet, quandò nemo Augustorum Cæsarem tormento sublatus esset: at nihilo minus pro sua singulari modestia dictis illius obtemperans, confestim quò iussus erat, abscedit. Indè signo pugnæ dato, tanto impetu nostri in Barbaros irruerunt, vt trecentos sclopettis peremerint ante conflictum, reliquos omnes in fugam coniecerint, tormentaque ab illis relicta ceperint, præ dolore & ira dentibus frendente Barbarussa, & cum Turcis Tunetum properante. Erant Tuneti multa millia captiuorum Christianorum. Hos omnes ille immanis Barbarus, circûposito puluere tormetario, in carcere cõcremare voluit. Verùm dehortante quodam insigni pirata, sententiam mutauit. Eius autem crudelis consilij fama iam in carcerem peruolârat misericordia duorum libertorum, Francisci Hispani & Vincentij Dalmatæ, qui licet Barbarussæ essent alumni, tamen insigni pietate permoti, patefacto carcere, instrumenta, quibus catenas frangerent, miseris illis obtulere. Mox ruptis catenis, nudi homines saxi alijsq; correptis rebus Turcas inuadunt. Fugiunt ex arce Turcæ, Christiani captiui totam arcem occupât, aliquot cæsis Turcis: regios thesauros omnes,

omnem commeatũ & arma interceptũ, & è summa arce Christianis dudum ablatum vexillum expandũt, vt Cæsari & eius exercitui captam arcem significet. Barbarussa ad arcem reuertitur, falsis dijs suis crebrò maledicens, & nimio furore percitus, apertaq; ianua supplex & ppè lachrymans orat Christianos, vt ipsum intrò cum suis recipiant, cunctis libertatem pollicitus. At illi certatim in eum saxa conijciunt, ità vt totus præ ira insaniens, rebus deploratis, cum septem Turcarum millibus, turpi arrepta fuga, Hipponam, vbi olim D. Augustinus incomparabilem egit Episcopum, properaret. Ea re cognita, Cæsar propius urbem castra mouet, cui Magistratus clauis deditæ urbis obrulerunt, id enim iussimè obsecrantes, nè militem intra urbem admitteret. Ad id Cæsare cunctantiùs respondente, milites frementes & omnis moræ impatientes, vel iniussu Cæsaris certatim in oppidum irruũt, frustra deprecante Muleasse. Et ipsi quidem Cæsari vehementer suspecta erat Punica fides, vt non sinè causâ cunctantiùs preces Tunetanorum admisisse videatur. Nam stipendium per Muleassem promissum, astutè & vafre protrahébãt, visuri qui Barbarussæ successus forent. Primus cum parua manu ad arcis porta accessit Vastius, què Christiani paulò antè captiui, gratulabũdi exceperũt. Arce in potestatem redacta, milites agminatim irruunt in urbem, Itali & Hispani in prædas inhiant, Germani Mahometano sanguine fundendo sitim suam explent, nulli omninò parentes neque ætati, neq; sexui: quæ res permouit Cæsarem, vt proposito edicto, capitis poenâ minaretur omnibus, qui Tunetano ciui vim intulissent. Cæsar arcem ingressus, captiuis Christianis libertatè & nauigia atq; commeatum, quibus in patriam redirèt, promittit. Porrò Francisco & Vincentio Barbarussæ alumni, qui rumpendorum vinculorum auctores miseris fuerant, pecunia ac vestem largitur. Tria præcipuè in arcis Tunetang direptione Muleasses deplorauit, Arabicos imprimis codices antiquissimos, qui non modò disciplinas oēs, sed etiã superiorum regum historiam, & Mahometanæ

metanæ superstitionis interpretatione continerent, quorum Muleasses iacturam tulit gravissimè. Secundò vnguenta & aromata odoris incòparabilis, àmbra, moschum & zibetú, quæ plumbeis oculis & arculis eburneis asseruebantur, & neutiq; vulgaris erant precij. Tertiò pigmenta & colores varij & admodum preciosi, quos milites dissipatos conculcárát: multum illic lazurij, multum cocci & laccæ Indiæ perijisse dolebat Muleasses. Inuenta quoque sunt in arce arma & ocreæ Gallorum equitum, qui ante annos trecentos cum Ludovico corege Tunetum obsederant.

Dum hæc geruntur Tuneti, Barbarussa venit incolumis Hipponam, & ibi triremes quatuordecim in stagno demersas celerrimè educit, seq; egregiè munit. Interim missi ex nostris, qui eius iter impedirent, cum parum essent rei navalis periti, re infecta ad Cæsaris exercitum redierunt, nec sine magno Christianorú detrimento illi sævissimo piratæ ad Algieram primò, mox ad Byzantiú elabèdi ingens spatium præbuere. Ea res vehementer comouit Andream Auriá, ita vt non planè desperans se hostem posse còsequi, Hipponam contenderit: porro nõ inuèto Barbarussa, urbem cepit, muros destruxit, arci pñidiú imposuit, quam tñ Cæsar paulò post iussit funditus euerti. Deinde Muleassem Cæsar regè Tunetanum pronunciat, tributum imponit annuum falcones duos & totidè è Numidia velocitate conspicuos equos, ea conditione, vt Christianis amicus, turcis hostis, Cæsari addictus sit, & Hispanis, quos Guletæ amplius mille præsidij loco imponebat Cæsar, stipendium persoluat.

His gestis, Cæsar ab Africa soluens, cum tota classe Siciliam contendit. Ibi triumphali pompa exceptus, & passim pecunia donatus, indè neapolim peruenit. In ipso itinere nunciata ei est mors Francisci Sfortiæ, qui non ita pridem Christiannam Christianni regis Danorum filiam duxerat. Eius mors nouos in orbe Christiano, Gallis mediolanum pertinacissimè repetentibus, tumultus & clades excitauit, hæreticis interim mirè exultantibus, quòd non deesset Carolo Cæsari Christianus rex, qui cum suis

armis ab ipsorum coërcitione retardaret. Quanto satius fuerat Mediolanum vel terræ hiatu absorptum, ab hominum còspectu penitus tolli, quàm eius causa Christianum orbem tot mala perpeti? Putant pleriq; potentes se insignè sibi comparare gloriam, si ius suum, quòd tamen plerunquè vel incertum habent, vel etià nullum se habere nõ sunt nescij, egregiè tueantur, etiam si interim totus debeat perire orbis. Sed huiusmodi studijs non valdè magnam sibi laudem parant apud cordatos & Christianæ pietatis amantes. Verum hæc Deus iustus iudex iudicabit: nos ad alia transeamus.

Sub huius anni finem Saxonie Elector ex Austria, vbi Ferdinadum regem conuenerat, domum proficiscens, Praggæ appellatus est à legato Pontificio Petro Paulo Vergerio, qui illi Pontificis sententiam de Còcilio indicendo, iteq; de loco Concilij indicauit: simul etià de sententia Cæsaris & Ferdinandi regis certiore eum reddidit, q; eis non displiceret Mantua, quã Pontifex Concilio destinasset. Saxo respondit se cum socijs Smalcaldici foederis deliberaturum. Decembris die 26. ex Conuentu Smalcaldico responderunt Protestantes inter cætera sibi Mantuam non placere, neq; perpeffuros ipsos, vt in Concilio Pontifex sua autoritate vtatur, quòd ille sit ipsorum aduersarius, qui dogmata ipsorum damnarit. Itaq; eum iudicem esse non posse, sed ex voluntate Cæsaris, regum & principum deligendos idoneos viros, qui iuxta verbum Dei causam cognoscant atque definiant. Idoneos autem viros vocant haud dubiè Lutherum, Melanchthonem, Bucerum, Pomeranum, & id genus alios apostatas monachos, quos certum erat hæresis nomine damnatos esse, & vel maxime reorum personam sustinere, atque ideò nulla ratione posse sententiã pronunciare. Atque ita Protestantes Còciliam quidem se vehementer optare & expetere dixerunt, sed à suis Concionatoribus malè persuasi, tale Concilium petierunt, quale nulla vquam ætas verum & legitimum esse putauit. Cùm verò verbum DE Ialiter

Lute-

Luterus, aliter Zuinglius, aliter Anabaptista, aliter Zuencfeldius, aliter Seruetus exponant, quis vnquam sanè mèris ex sola verbi Dei litera, non adhibita Catholica Ecclesiæ interpretatione, aliquid certi in Cõcilio statui posse credat? Ità his tergiuersationibus nouorù Euangelistarum siue dogmatistarum id apud Protestantes Magistratus effectù est, vt Concilium nullum admittere velint, cui Pontifex ab omni antiquitate recepto more præsideat, & ipsam quoque Synodum Tridentinam, cui grauissimi & lògè doctissimi viri interfuerent, non magnipendant. Sed absit, vt Ecclesia Dei alium habendorum Cõciliorum modum à Sectarijs accipiat, quàm ipsi traditus est ab Apostolis & Apostolorum successoribus. Quòd si verò ex Sectariorum sententia mutada est Synodorum habendarum ratio, iam facile quilibet obtinere illi poterunt, sed ità tamen, vt aliud statuat Synodus Luterana, aliud Zuingliana, aliud Anabaptistica, aliud alia nupèr natorum schismatum. Porro in hoc Smalcaldico protestantium Conuentu fuit etiàm Gallia regis Legatus. Rex ille Germanorum Principù captauit gratiam, vtpotè qui iam bellum in Italia gerere decreuisset: atq; interim nihilo minùs in regno suo seuerissima sumpsit supplicia de nouorum dogmatum assertoribus vel sectatoribus. Itaq; quòd Luteranorum Principum captauit beneuolentiam, sui aduersus Cæsarem communiendi causa id fecit, non quòd illorum religionem probaret: & rursùs Luterani in eius se amicitiam eadem omninò ex causa infinuabant, alioqui propter diuersam religionem non magnoperè addicti Gallis. Timebant enim vtriq; Cæsaris potentiam, atq; ideò modis omnibus communi se studebant: quasi verò humanis viribus quicquam effici possit contra Deum, cuius ope & auxilio Cæsar fruebatur, vt res ipsa sæpissimè declarauit, felicissimè debellatis Turcis, Gallis, & Germanis.

Hoc tempore Zuingliani Tigurini offensi scriptis quibusdam Luteri & cõplicum eius, præsertim quòd scripssisset Luterus Oecolampadium subitò à dia-

bolo præfocatum expirasse, synodum Tiguri conuocant sexta Augusti ministrorum Euangelij sui ex vrbe & agro Tigurino, vbi definitum est, Apologiam Latinè & Germanicè edendam cõtra Luteri & gregis eius calumnias. Sed hoc tam egregij cõuentùs decretù vnus Vuolfgangus Capito Argentoratensis ecclesiastes Zuinglianus impediuit ad tempus non longum. Interim Luterus 5. Octobris scribit ministris Argentinensibus, se non alieno esse animo à cõcordia, itaq; hortatur vt synodum indicant, in quo de illa tractetur. Mira res. Nolunt isti Romano Pontifici licere conuocare Synodù, & interim ipsi tam multas cogunt synodos autoritate prorsùs nulla. Ista imposturas indoctù vulgus non aduertit, Principes alijs occupati non satis cõsiderant, & ità impunè faciunt noui dogmatistæ quicquid libet. Cõuenerunt igitur Arouia, quod est oppidum ditionis Bernensiu, quinq; Euangelij Zuingliani prædicatores, qui tutissimam aliquam formam cõscriberent concordia cum Lutero ineunda. O miseram Germaniam, quæ non videt, quid sub prætextu Euangelij moliantur horum temporum pseudeuangelistæ. Si à deo missi sunt, vt iactant, cur non idem docent? cur tam atrocitè inter se digladiantur? An non meritò per-eunt, qui tales duces sequuntur?

Hoc quoque anno & apud Cæsarem & Ferdinandù regem impensè laborarunt Protestantes, vt fas non esset Camerae Iudicibus tueri causam Catholicorum, quibus ipsorum facultates essent sub religionis prætextu ereptæ. Id quidem certè durum fuit, & non multù à Turcica feritate alienù, monasteriorù & Cleri bona diripere, nec tamè patere miseris pfugiù ad Imperij Iudices, quorù autoritate possent ius suù obtinere. Quid verò faceret vel Cæsar, vel Ferdinandus, cum & Gallus minimè quiescendum sibi putaret, & Protestantes ià vsq; adeò viribus creuissent, vt si quid minùs impetrassent, facile vi extorquere velle viderentur? Interim valdè quiritabantur Sectarij, si quid à Camerae Iudicibus contra ipsos hoc nomine decretum fuisset, & tamen ferre nolebant, vt de suis iniu-

iniurijs quereretur Ecclesiastici, vel res suas repererent. Atq; hæc quidē & id genus alia vocant purum euangeliū, pura doctrina, purum verbū Dei. Sic olim Iulianus apostata fertur dixisse cuidam locupleti Christiano, Christus vester in Euāgelio præcipit, vt relinquatis omnia. Da ergo mihi facultates tuas, cōuenienter Christi Euangeliō. Sed nō præcepit Euāgelium, ait Christianus, vt diuitibus, sed vt pauperibus res nostras cōmuniceamus. Porrò Luteri Euangeliū nō hortatur vt tua relinquas, sed permittit etiā, immò & præcipit, vt aliena tibi vsurpes. O prodigiosam rerum oīm in deterius mutationē. Olim Germani Principes, Augusti Cæsares celeberrima passim in Germania Collegia, Episcopatus, Cœnobita fundarūt, & amplissimis redditibus donarunt: hodiē ea multis locis vastata, diruta, dissipata cernuntur: nec tamen licet extrema calamitate affectis ius suum prosequi.

Hoc anno Bruxellis nubit Dorothea Christierni Danorū regis filia Friderico Principi Palatino, qui hoc noīe quādoquē ius sibi vendicauit in Daniæ regno, quod tamen, Cæsare multis bellis implicito, non est satis profecutus. Et Cæsar quidem, si nō defuisset opportunitas, videbatur Friderico in eius regni iure repetendo opem laturus.

Eodem anno in Ducatu Vuirtenbergenſi caupo quidam hospitibus carnes porci, rabidi canis morſu infestati, edēdas proposuit parūm hospitalitē. Vbi homines eius rei ignari carnes comederunt, mox versi in rabiē, mutuis se morſibus lacerarunt.

Hoc ipſo anno è rebus humanis ablato Francisco Sfortia, Gallorū rex à Cæsare petijt sibi cōcedi Mediolanensē Imperiū. Verūm Cæsar non ignarus, quātum ex ea ditione ipse cōmodi haberet, tum etiā nō immeritō veritus, nè opulentissima Italiæ parte potētissimo Gallia regi permissa, ille non contentus eo Imperio, etiā aliena, sua præsertim, regna mox inuaderet, quod superiores Gallia reges fecisse meminerat, nullis precibus adduci potuit, vt Mediolanensē principatū Gallo cōcederet. Ea res nouas rerū perturbationes peperit, vt iā

suprà attigimus. Porrò nè Frācisus rex in Cæsare primus arma vertisse videret, Subaudia principem auunculū suū sibi inuadendū statuit, vt eius ditionibus in potestatem redactis, expeditū in Italiam iter haberet. Porrò eius principis cōiunx vxoris Cæsaris germana soror erat. Eius belli causam hanc prætexebat Gallus, q; Sabaudus nollet ipsi Niceā prouincię urbem persoluta pecunia, qua olim à Gallis oppignorata fuerat, restituere.

ANNO igitur 1536. incūte vere aut circitèr, magnis copijs Sabaudi Principis ditionem Galli inuadunt, multaq; loca Duci destituto ab oībus eripiūt, & nisi Antonius Læua Cæsaris Dux egregius valida manu eis occurrisset, Vercellas, quas obsidione premebāt, & multa alia misero p̄cipi facilē eripuissent. Et nè quid illi ad summam calamitatem deesset, etiā Bernates Heluetij ad Lemanium vsq; lacum quæ illius erant, vi abstulerunt. Causa hæc erat: Geneuenses Zuinglianum dogma complexi erāt. Est autem Geneua ferè in medio regionis Sabaudicæ. Princeps igit, tū Zuingliani dogmatis profligandi causa, tum alijs ratiōibus permotus, Geneuam obsidet. Geneuenses sociorum Bernatum fidem & opem implorant. Illi nolentes socios negligere, bellum Sabaudico faciunt, multaq; illi auferunt. Itā & à Gallis & ab Heluetijs oppugnatus, ad Cæsarem confugit, qui tum ex Africana victoria reuersus, vbi quē in Italia summo omnium studio & maxima pompa excipiebatur. Neapoli quidem amœnissima in vrbe hyemabat, vbi tum filiam nothā Alexandro Medici celebratis nuptijs in matrimonio collocauit, eximia cū laude veræ ac integerrimæ probitatis, quod fidem Clementi Pontifici datam, licet iam pridem excessisset è viuus, inuiolatā seruaret, nihil permotus quorundā Florentinorum patriciorum precibus, qui ei quotannis grādem auri summam offerrent, si repudiato Alexandro, pristinam ciuitati libertatem restitueret.

Sub id tempus Hippolytus Medices, qui Alexandri erat frater patruelis, quorundam adulationibus deprauatus, licet amplissimo esset Cardinalatus titulo opulentisq; sacerdotijs multisq; opibus

bus insignis, adspirare coepit ad Hetruriae principatum, eiusque obtinendi causa necem Alexandro molitus est: ea in re usus fertur opera Massiliensis Episcopi. Sed Alexander insidias depræhendit, scripsitque Paulo Pontifici, qui ex Hippolyti familia quendam eius facinoris cõscium cõpræhendi iussit. Ea re territus Hippolytus, ex Vrbe excessit: deinde ad animũ rediens, tam immanis sceleris ductus pœnitentia, cum Alexandro in pacem redire studuit. Itaque Cæsarem, qui tum in Africa erat, adire omninò voluit, sed à Prorege Sicilia negata ipsi nauæ, in quodã oppido agri Fundani consilij inops substitit, ibique febre pestilenti correptus, sexto die obiit, iuuenis longè omnium elegantissimus, rebusque omnibus florētissimus: scilicet vt insani mortales discant nullis neque corporis & ætatis viribus, neque quantunlibet amplissimis opibus fidere, neque vitæ huius voluptatibus, sed vni viuo & vero Deo totos sese dēdere, cum in hac vita tam sint incerta & caduca omnia, vt ne puncto quidem temporis certa nobis sit huius lucis vsura. Porro Cæsar cum esset Neapoli, certo nuncio didicit Barbarussam classe apud Algeram reparata, Byzantiũ abeunte, & in itinere apud Magonis portũ Christiana vexilla præferente, Mangonianos omnes in miseram seruitutem in Africam captiuos abduxisse. Dolebat illi immani piratæ, quæ tanta clade affectus fuerat expugnato Tuneto, noluitque Christianis id omninò impunè cedere.

Interea Cæsar multa vsus prudētia, cū Venetis foedus percussit. Vt eam in rem Veneti propensioribus animis consentirent, non parum in causa fuit, quæ sperarent Cæsarem principatum Mediolanensem alicui traditurum. Nam neque Cæsarem, neque Gallum æquo ferebant animo tam opulenta Italiae ditio- ne potiri, sed infirmio- rem volebant, cuius vires & potentia ipsis ne- utiquam formidolosa foret. Deinde Cæsar per Ferdinandum fratrem & amicos principes in Germania militem conscripsit. Interim verò Nonis Aprilibus Romam venit, ingenti triumpho exceptus tum à Clero, tum à populo.

In Cœna Domini lauit pedes duode-

cim pauperũ singulari pietatis affectu, & non mediocri admiratione eorum, qui huic spectaculo intererant. Lotos verò egregijs donatos muneribus à se dimisit. Fuit in illo Principe, vt antè diximus, modestia & humilitas incredibilis, amica & grata præpotenti Deo, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. <sup>Iacob. 4i
i. Petr. 5i</sup> Quatriduo autem Romæ moratus, pridie quàm inde abscederet, grauißima & ardenti oratione regẽ Franciscum, circumstante Pontifice & Cardinalibus multorumque principum Legatis, perstrinxit, quod foedus abrupisset, & totũ ferè terrarum orbem contra se concitasset. Demum is exitus orationis fuit, vt se paratum diceret cum Francisco singulari certamine de ditionum iure contendere, vt reliquo Christiano sanguini parceretur. Erat tum commotus Cæsar calamitate Caroli Sabaudia principis, nec Iohannem Lotharingia Cardinalem, qui à Francisco pacis concilianda causa ad eũ missus apud Senas postea ipsum conuenit, admittere voluit, totus iam ad bellum regi inferendum intentus. Pontifex verò Cæsarem complexus, orauit vt in vel nõ iniquo dolori plũs tribueret, quàm clementia & pietati. Cæsar deinde reiectis Galli legatis, Senas proficiscitur, honorificentissimè à Senensibus exceptus, oblati vrbis clauibus cum hymnis ad ædem summam deducitur. Post Florentiam abit, & Alexandri generi summo studio colitur: quem hortatus est, vt ab insidijs sibi caueret, non ignarus quòd ea in vrbe principem ageret, quæ omnis iugi impatiens, immodica cupiditate ad libertatem semper adspirasset. Atque vtinam Alexander ijs monitis diligentèr obtemperasset, quæ à grauißimo & experientissimo Imperatore non temerè illi promebantur, non tam horrendum vitæ suæ exitum habuisset. Sed de hoc suo loco.

Cæsar deinde apud Lucenses quorũ què triduo moratus, maximum eius vrbis studium, propensionem, liberalitatẽ est expertus. Postea ad Antonium Leuã peruenit, qui parum tēpestiuo consilio, diuersum hortantibus Daualo Vastio & Ferdinando Gonzaga, Cæsarem impulit,

pulit, vt in Prouincia Gallo bellum inferret. Egerat iam Antonius cum quibusdam, vt Massiliam Cæsaris exercitui proderent, sed ea res successum non habuit. Deniquè eò tandem res redijt, vt ex insperato superuenientibus Helueticorum viginti millibus ad Fránciscum regem, & iam morbo castra Cæsaris vehementer affligente, Cæsar re infecta Genuam redièrit: interim in Gallijs mortem oppetente Antonio Læua, Atq; eodem tempore exercitus, què Maria Cæsaris soror, virilis animi scæmina, in Belgis cõscriptum duce Henrico Nassauio ad Peronam Gallorum urbem duxerat, in Belgas reuersus est. Magnus quædam Parisienses timor inuaserat, tantis copijs in Gallias penetrantibus, adeò vt iam vrbi muniendæ incumberent. Inter eà verò nouo in Italia conscripto milite, Gallus Genuam occupare mirabili astutia nititur: sed is conatus frustra fuit. Porrò Paulus Pontifex missis tum ad Cæsarem, tum ad Franciscum regem Legatis è cœtu Cardinalium, ad pacem hortatus est, & licèt id non impetrârît, specimen tamen eximia pietatis de se præbuit, functus optimi Pontificis officio.

Dum ità in Gallijs bella feruent, Fránciscus Delphinus Galliæ regis primogenitus incredibili totius regni dolore ex hac luce morbo subitario subtractus est. Erat is quoquè iuuenis annos natus octodecim, eximijs præditus ornamentis, in ipsò ætatis & fortunæ arridentis flore positus: tam inopinato casu admodum mortales omnes conditionis suæ, vt eius semper memores, quæadmodum sapientissimè hortatur D. Augustinus, omnem diem, supremum putèt vitæ suæ diè, & sic Deo placitos mores ad extremum vsq; perducât diem. Sed hæc quis persuadeat hominibus? Erant qui dicerent, veneno interiisse præstantissimum iuuenè, & eo noïe quidam Sebastianus Montecuculus in quæstionem raptus, cum se id crimen doloris impatiens admisisse fateretur, ab equis in diuersa nitetibus discerptus periit. Verùm is præcipiti suspicione appetitus, victus doloribus, vt alij volût, crimen à quo erat alienus, ità falsus est, vt Antonium Læ-

uam & Ferdinandum Gonzagam eius sceleris authores diceret. At illi viri egregij detestabile facinus à se depulerunt, nullis præsertim veneni indicijs in extincti corpore existentibus, & affirmantibus plerisq; ex pilæ luto immodico æstuantem ac sudore diffluentè Delphinum nimis auidè aquã potâsse, eaq; re sibi mortem conciuisse, obruto nativo calore.

Hoc anno cum pessimè audirent Luterani & Zuingliani concionatores ob dogmatû discordiam, rursus quandam inter se cõcordiam facire conati sunt, idq; in Synodo Vuittenbergenfi in edibus Patriarchæ & Euangelistæ Luteri. Sed cum verissimè dicat Sapiens, Inter Prou. 13. superbos semper sunt iurgia: concordia illa simulata fuit, non sincera. Nec potuit suû habere effectum, q; propter aliorum absentiam & absq; magistratuû suorum consensu nihil statuere ausi fuère: sed nec ipsa quidem illius egregij conuentûs acta in lucem edere sunt ausi, tametsi scripta erant. Fuit ille syncretismus quidam, qualis olim inter Cretenses, qui cum perpetuò intestinis ac mutuis se bellis infestarent, vbi ab hostibus imminebat bellum, quandam inter se pacem conciliabât, vt iunctis viribus facilius hostes propulsarent. Ità etiã Zuingliani cum Luteranis quãdam simulabant pacem, vt signis infestioribus in Christi Catholicam Ecclesiam pariter inueherentur. Atq; in eo quidè inter ipsos conuenit, panem & vinum minimè transsubstantiari, vtq; eo nomine Catholicos, qui diuersum docent, atrocissimè idololatriæ insimularent. Sed Ecclesia Dei hæreticorû calumnias irridens, in Eucharistia Christû viuum & verum Deum adorat cum omni antiquitate: & Christo ipso dicente, Hoc est Matth. 26. corpus meum, Hic est sanguis meus, ijs verbis certissimam fidem adhibet, sciens non esse impossibile apud Deum omne Luca 1. verbum. In hoc enim tremendo Sacramento oportet omnia humani ingenij argumenta procùl abscedere, & vel maximè fidem exerceri, quæ tanto est maioris meriti apud Deum, quanto minùs rationibus fulcitur.

Hoc anno multas Synodos habuè-

re Zuingliani, quatuor Basileæ, vnam Tiguri, & generalè quendam apud Bernates, cui interfuerunt ex pagis & vrbibus coacti 300. parochi, minùs quatuor, fortassis plerique desertores monachi. Non dubium quin istarum Synodorù decretis plùs tributum sit ab hominibus miserè seductis, quàm vel Tridentinæ, quæ tot habuit præstantissimos viros, vel cuius alteri à Catholicis habitæ. Fuit etiàm alia quædam Synodus Helueticorum Zuinglianorum Arouiæ, in qua decretum est, neminem ex ministris Helueticarum Ecclesiarum mittendum ad Synodum generalem Euangelicorum, quæ ad 14. Maij diem indicta erat Menaci, quod est Thuringiæ oppidum, sed postea Vuittébergæ, vt iam diximus, celebrata est. Hanc Synodum videtur indixisse Luterus, & eo nomine recusasse Heluetios ministros eò accedere. Mirabiliter laborauit versipellis Bucerus, vt qualiscunque posset in speciem confari concordia, sed quibus non aderat spiritus Christi, qui vnus Catholicæ Ecclesiæ & Doctor & moderator est, à qua se separant sectarij omnes, non mirum est certam inter illos concordiam iniri non potuisse. Atque vtinàm sibi concionatores inter se mutuis arsisent dissidijs, & non etiàm miserimam plebem in tam varias easq; pugnantissimas opiniones & sectas distraxissent. Nullis Buceri quantunuis versutis declarationibus & machinatiõibus Heluetij Zuingliani eò permoueri potuerunt, vt Luteri sententiæ aut Buceranis figmentis subscriberent. Nitebatur enim Bucerus illis persuadere, nullã in rebus ipsis, sed tantum in verbis inesse discordiam: quasi non è diametro pugnent inter se, Christus est substantialiter præsens in Eucharistia, & Christus non est illic præsens substantialiter. Itã inanes fuere Bucerani conatus, qui vir, vt antè dixi, non magnoperè curasse videtur, vtrum huic an illi sententiæ accederetur, licet miram præ se ferret in verbis & scriptis religionem: qua re permultis imposuit, qui hominis vafriem non aduerterunt.

Eodem tempore Ioachimus Vadianus Sangallensis Consul, insignis Sa-

cramentarius, scripsit sex libros Aphorismorum de consideratione Eucharistiæ, quibus perbellè docet, quàm pulchrè scilicet conueniat Zuinglianis cum Lutero. Facessant ergò qui dicunt, pacem inter istos vnquam sinceram conciliatam. Dissentiunt acerbissimè in hunc vsque diem, & in dies è suis scholis nouorum dogmatum monstrosos & abominandos producant architectos, qui simplex & incautum vulgus miserabiliter perdunt.

Eodem anno mortuus est Basileæ Erasmus Roterodamus, vir certè excellenti doctrina, sed qui in plerisque scriptis suis non minimam præbuerit Lutero & alijs perditis ac seditiosis hominibus tumultùs in religione concitandi occasionem. Extant libri eius, quibus id potest euidentissimè doceri. Et ipse certè in Epistola ad Albertum Pium Corporum principem ingenuè fatetur, quædam à se facta scriptaq; quæ nec facturus erat nec scripturus, si hoc seculum exoriturum diuinare potuisset. Sed interim in Colloquijs, vbi multa sunt ab eo non solum incautè, sed etiàm perniciosè scripta, nihil ferè correxisse videtur. Quid autem necesse est imperitæ iuuetuti tam crebrò inculcare ea, vnde nihil discat aliud, quàm Ecclesiæ constitutiones, cæremonias, instituta vel contemnere, vel in dubium vocare? Non dicã quàm ex professo ferè persequat monasticos Ordines, quàm vbiquè omnibus ridendos propinet Theologos: hoc vnum in confesso est, multa eum scripsisse, quæ præstaret nunquam in hominum venisse manus. Quàm sæpè pueriliter hallucinatus sit in Censuris suis, Augustini & Hieronymi præsertim operibus præfixis, facile demonstrari possit, si res postularet. Est quædam in Hieronymi Tomis Epistola, eam negat esse Hieronymi, sed vel Tertulliani eam esse ait, vel alicuius vetustioris: & tamen in eadem Epistola fit mentio D. Ambrosij Mediolanensis Episcopi, & ab ipso repertorum corporum Geruasij & Protasij martyrum. In Augustino opus 50. Homiliarum libenter tribuit ipsi Augustino: alibi quandam ex ijs separatim in iisdem Augustini Tomis excusam

cusam Homiliam negat esse Augustini. Nec mirum, errare eum plerumque, dum nimium suo iudicio tribuit, & omnia ex stylo vult colligere, qui sane apud Augustinum admodum varius est, dum plerumque ad vulgi captum sese accommodat, cui tanquam episcopus debuit pastorale curam impendere. Non fuit illis sanctissimis Patribus tanta cura expoliendae dictionis, quin pro captu illorum, quibus vel scriberet vel loquerent, suam quoque orationem libenter interdum deiceret: id quod D. Hieronymus de seipso quodam loco aperte fatetur. Quantum eius scripta nocuerint monasticis ordinibus, immo verius monasticae vitae contemptoribus, quales ex eius libris multi euasere, ut verendum est, nihil attinet dicere, ne videar odio potius quam veritate ad haec scribenda impelli. Consulit certe, ne quis ante annum 28. monasticae vitae genus aliquod amplectatur, multaque adfert, quae possint iuventutem non mediocriter a vita monastica absterere. Vbi in monasterijs omnis disciplina monastica iacet, & plane dissolute viuitur, merito non debent ea peti. Vbi autem religiosè viuitur, quid (oro) necesse est absterere homines, ne eò se conferant ante annum aetatis 28? Scilicet ubi iam plane vitij affluerint, vel etiam matrimonium contraxerint, quod plerumque ante eam aetatem fieri videmus, tum eorum nobis petent. Nos vero cum tota Dei Ecclesia constantè asseueramus, cenobia esse saluberrimè instituta, & eos suae salutis vel maxime consulere, qui in tenera aetate, cum iam sunt rationis compotes, ad ea se conferunt, Deo illic perpetuo non inuiti, sed sua sponte libenter & alacriter seruituri, quando praesertim tot sunt hodie inter homines praua exempla, quibus tenera aetas ad horrenda plerumque scelera & flagitia prouocatur. Quod si Erasmus posito monachi habitu maluit in hominum frequentia degere, non absque multorum graui offendiculo: nos cum beatissimis Patribus, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Hieronymo, Gregorio Romano & innumeris alijs, hominum turbas tanquam periculosas fugere malimus, aut certe, si institutum monasticum id poscat, ut inter homines versandum sit, alieno potius quam nostro ar-

bitratu viuere, cum nulla sit peior libertas, quam cum sic licet viuere ut libet. Quae quidem omnia idcirco dixerim, ut ne quis nimium tribuat Erasmi scriptis plerisque, sed meminerit hominem eum fuisse, & qui non semel lapsus sit, sicut paulatim res ipsa euidentius & docet, & docebit. Haeretici ubi pro ipsis facere videtur, libenter eum amplectuntur, alias contemnunt. Atque utinam res theologicas aut nunquam attigisset, aut religiosius & modestius tractasset. Ipse quidem fatetur in memorata ad Pium Epistola, se primum omnium subodoratum fuisse, ambitione corruptum Luteri animum: sed utinam tam se praebisset strenuum in oppugnando Lutero, quam res ipsa flagitabat. Sed de his plus satis.

Eodem anno Henricus Anglorum rex Annam Boleniam, quam repudiata Catharina regina sibi copularat, palam capite plesti iussit, atque altero post die Ianam Semeriam virginem sibi coniugem accipit, persuaserat quidam ex Angliae proceribus, ut ante diximus, Henrico regi iure eum repudiare Catharinam, quae fuisset Arturi fratris eius vxor. Verum Arturus quatuordecim annorum puer Catharinam ut acceperat virginem, ita quoque ea aetate mortuus virginem reliquit, quod Henricus ipse tum Caesari, tum alijs confessus fuit. Et isthuc quidem inter alia grauitè in scripto quodam suo obijcit Henrico Reginaldus Polus Cardinalis, ex regio Anglorum stemmate ortus, vir doctissimus atque integerrimus, quae virum incredibili impudentia (ut hoc obiter Lectorem admoneam) non vno loco nugator ille Sleidanus scelerate traducit, tanquam is Luteri infano dogmati fauerit, cum illo viro nihil fuerit grauius, & in Catholica religione constantius, cuius etiam causa putatur postea in regno Angliae veneno sublatas. Cur autem Henricus Rex Boleniam trucidarit, haec causa fuit. Sentiens Bolenia nullam se ex rege masculam posse prolem concipere, quod dictu quoque nefas est, germanum fratrem suum Georgium ad incestum concubitum prouocauit, scilicet ne quis omnino suspicari de adulterino conceptu posset. Atqui nec sic voto potita iuo, frustra quoque fratris experta comple-

xus, procax mulier Norresiu Vesteniū & Breertonū equites ex aula illustres, vt secū cōcumbāt, inuitat, denique etiā Marco artis musicæ magistro se prostituit. Accidit deindè, vt ancillā cū amico ludentem seueriùs castigaret. Id illa indignè ferēs, oīa defert ad regē. Is q̄stione de supradictis habita, iubet eos īterfici, plata etiā mortis sentētia ī Boleniā à Iudicib⁹, inter quos suū quoquē tulit suffragiū Thomas Boleni⁹ Annę parēs.

Hoc anno potentissimus idemque Christianissimus Lusitaniæ rex Iohannes, insigni potitus est victoria apud Indos, in potestatem redacta Cambaia vrbe in primis insigni potentia atque opulentia, & oīs generis frumētī copia. Cōstruxit illic idem rex arcē munitissimā, & paulatim mirum in modū in illis barbaris regiōibus propagata est fides Christi, dū interim in Europa aliæ super alias hæreses existūt, quas miseri hoīes pro verbo Dei cupidè amplectuntur.

Paulus 3. Romanus Pontifex, sollicitate etiā pijsimo Carolo Cæsare, volēs perturbatæ Ecclesiæ mederi, hoc anno Concilium œcumenicū apud Mantuā celebrē Italiæ vrbe indixit. Verūm is locus nō placuit Germanis Protestātib⁹. Allegabāt multa pericula, quæ tñ longè iustius alleganti Pontifici cedere nolebant, incitati à versutis concionatoribus, qui Pontificem in summum odiū & cōtemptū adducere nō cessabāt.

ANNO 1537. mense Aprili Aetna mons Sicilię, materia plenus sulphurea, quam humida gignunt nutrimenta, ingentem ignis massam euomit, quæ nō repentino, sed passim decidens, colles, nemora, saxa, rupes, pagosq; duos (nam multos ille mons pagos complectitur) flāmis vastauit, arbores, homines & pecora magnis affecit cladibus. Eius montis ignis sulphureus interdū obscurum & lubnigrum, noctibus verò prorsus horrendum se spectantibus ostendit. Ratio naturalis terribilis ignis huius à Philosophis eiusmodi adfertur, quòd Sicilia intrinsecus in ipsis visceribus sit planè cauernosa & referta sulphure, alumine, igne, aqua, & id genus rebus alijs ignem fouentibus. Porro ignis non potest esse sinè respiraculo, sed vbiquē se-

se exerit. Indè fit, vt in Sicilia non pauca reperiantur admodum calidæ thermæ. Cæterum ignis in cauernas sese pricipiēs, flammam excitat, quæ foràs erūpere cupiens, fumum & igneos vomit globos, multisq; locis suos quærit caminos, per quos respiret. Nōnunquam verò in ipsis terræ visceribus tanta est ignis violentia, vt vnā cum globis igneis vel flammis etiā lapides exustos & arenam eijciat. Trogus lib. 4. sic scribit de hoc monte: Sicilia terra est cauernosa & fistulosa: quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vnde ignis concipitur. Intrinsecus sulphur habet & bitumen: vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus cōcipit ignem. Sic Aetnæ durat incendium. Motus ergò ventorum, causa incēdij est. Strabo scribit se in eius montis cacumine fuisse, & omnia diligentissimè lustrasse. Ferūtur in summo vertice mirabiles esse mutationes, interdū erūpente igneo flumine, aliquandò vel flamma, vel obscuro fumo. Id verò summā habet admirationem, q̄ illius ignis calor neq; vllō frigore temperari, neq; frigus depellere potest. Nostro æuo nihil ferè præter obscurum vaporem ex eo monte erumpere visum est, vsq; ad hunc 1537. annum, quo ignem supradictum euomit. Verisimile est, quicquid dicāt Philosophi, ijs in locis quædā esse tartari ostia, aut loca puniēdis animabus destinata: quæ admodum etiā in Islandia insula, quæ in Oceano sita, æstiuo solstitio noctem nullam, brumali nullū diem habet, mōs est occidentē versus, Hecla dictus, à quo nō lōgè absunt fodinæ sulphuris, quod indè copiosissimè plenis nauibus euohitur. Mons ille cum furit, haud secus atquē horrenda tonitrua insonat, projicit ingētia saxa, sulphur euomit, cineribus egestis terram circuncircā tam lōgè operit, vt ad vicesimum lapidem vel milliare coli non possit. Sunt ibi multæ voragine, itā cineribus opertæ, vt vix euitari possint ab illis, qui vt eius incendij naturam explorent, propiùs montem accedunt, è quibus plerique viuī à voraginibus absorbentur. Emergit illic ignis quidam, qui aquam absumit, stuppam non absumit. Visuntur illic

mortuorum spiritus, qui in nota specie offerūt se familiaribus colloquijs hominum, idque adeo, vt adhuc viuere putētur ab illis qui eos nesciunt vel submersione, vel alia violēta morte perijsse. (Nā tales præcipuè apparent). Cū autem orāt eos amici vel noti, vt domū redeāt, dicunt cū ingēti gemitu se petere montem Heclā, ilicoq; dispāret. Voluit autem omnipotens Deus eiusmodi in terris extare loca, terribilia, vt certius nō riant mortales, quæ pœnæ maneat impios post hanc vitam, & sic discāt timere deū, vt possint æternos ignes euadere.

Huius anni mense Ianuario accidit crudelissimum facin^o, quod potest multos nō mediocriter ad agendam salutis suæ tum temporariæ, tum æternæ curā extimulare: viros præsertim principes, qui nunquam satis possunt esse circumspēcti ob multorum infidias: quas tamē facilius euadent, si Deum vita innocētē transigenda sibi propitium reddant. Fuit Florentiæ dux & princeps Alexander Medices, Cæsaris potētissimi gener, iuuenis robusto ac vegeto corpore, vigintifex aut circitè annorum, qui etiā iure dicendo ciuibus equum & moderatum se præberet. Verū in tanta rerum affluentia, iuuentutis accedente feruore, admodū in Venerem procliuus fuit, itā vt coniugis toro contentus non esset, parū interim habita tum dignitatis, tum valetudinis, tū salutis suæ cura. In eius intimam familiaritatem se mira vāsticie insinuauit Laurētius Medices, ex Mediceis omnibus illi sanguine maximè propinquus, cui incautus princeps tantum tribuit, quantū vix vlli alij. Is verò cū Alexander esset Neapoli, vbi tum quoque erant exules Florētini, incredibili perfidia & Alexandrū ferè quotidie apud exules se iactitabat è medio ablaturum, ore maledicentissimo crebrò in illum inuectus, & rursus exulum cōfilia ad Alexandrū ilico deferebat. Quod cū exules persensissent, eum vehementer detestati sunt, & Alexandri stultitiā perstrinxerunt, quòd tam pfido homine vsque adeo delectaretur. Detulit id quidam ad Alexandrum, & is accito ad se Laurētio, quid audiērit, indicat. At homo versutus vera ipsum audisse confir-

mat, sed hac demūm ratiōe, si se simulet apud exules principi quā infensissimū, illorum machinationes facilius posse perdiscere. Credidit princeps in suā certam perniciē impudenti mēdacio. Accidit interim, cū iam sesquianū & amplius exitium Alexandro molitus esset, vt matronam quandam pernobilem & constantissimæ pudicitia Laurentius tandē expugnatam se polliceretur media nocte ad Alexandrum perducturū. Credidit miser scelerato homini, & passus est se ab illo duci in ipsi^o Laurētij cubiculum, cuius domus principis edibus erat cōiuncta. Eò vbi ventum est, dimittere à se cubicularios duos iubetur, & in ipsius proditoris lecto repositus, vt somno se tradat, paulisper moneē, donēc matrona possit in ipsius amplex^o adduci. O cæca mortalium pectora, quæ breuis cuiusdam eiusque nefariæ voluptatis explendæ causa sepe seipos in ipsam & corporis & animæ sempiternā mortē præcipitant: Omnia cupidè facit Princeps, iam solus relictus atrocissimo parricidæ. Laurētius exit è cubiculo, corripit ensē, iuuenē homicidam, cui princeps vitam donarat, orāte pro illo Laurentio, ad fortem sibi nauandā operam pellicit, adiuncto etiā alio quodā nefario homine. Cum ijs clam in cubiculū ingreditur, infelicissimum principē iam somno correptū adactō per costas gladio confodit, & aliquādiū reluctantem sociorū opera interficit. Audiebatur quædam à familia strepitus & clamor ingēs, sed nemo se mouit: quòd Laurētius iam antè cōsuēssēt crebrò eiusmodi in eo cubiculo excitare tumultus, tanquā iocosa exercitatione cum sodalibus animum oblectans, vt scilicet eam in diem dolum pararet. Quòd si princeps ille animo benè cōstituto eam horrēdam necē ab illo perditissimo nebulone ptulisset, tætsi immane haud dubiò id esset parricidū, tñ moderatiùs dolendum foret, q̄ mors illa nihil animæ noceret. Atqui verò eo in statu, quo tū erat ille princeps, tam inopinatā & nihil penitus pūisam mortē adferre cognatū cognato, multis auctū beneficijs liberalissimo principi, id oēm excedit modū sequitiæ & immanitatis. Sed iusto tñ dei iudicio effrenatā

principis libidinem tam terribiliter castigatam esse nemo ambigit. Debebat ille princeps fidem seruare coniugi, debebat vereri tremenda Dei iudicia, qui non respicit personam principum, sed indiscriminatim plerunque seuerissime in hominum flagitia animaduertit. Quod quia non fecit, in id genus horrendæ mortis incidit, ut suo summo malo doceat sapere mortales, ne ipsis similia eueniant. Nam ut sint fortassis permulti, qui diu impune vitam viuunt impuram & sceleratam, tamen etiam innumeri inopinatis omnino casibus in ipsis sceleribus opprimuntur, & ruunt precipites in sulphureas gehenæ estuantis carnificinas, nunquam inde emerfuri: quo quid possit esse horribilius? Ea cede patrata, animo consternatus homicida execrabilis, nihil iam præter fugam meditari potuit, licet ante decreuisset, Florentinis ad libertatem vocatis, gloriam sibi ex ea perfidia parare. Itaque in ipsa nocte ex vrbe excedens, quod nulli alteri facile permillum fuisset, re necdum comperta, incitatis equis primùm Bononiam, inde Venetias cum suis ficarijs peruolauit. Fuit deinde altera luce principis mors prudentissime dissimulata, donec accitis in urbem & arcem militibus, tandem triduo post mira præpotentis Dei prouidentia in defuncti locum subrogatus est Cosmus Medices, adolescens summæ spei, annorum decem & octo, qui usque in præsens magno ciuium studio & amore patriæ suæ principatu, nisi fortè breuiter vita migravit, moderatissime potitur, studiosissimus semper Caroli Cæsaris longè optimi, cuius in se propensissimam voluntatem, in confirmando præsertim principatu, expertus erat. Porro ille detestabilis parricida Laurentius ex Gallijs profugit ad Solimanum Turcarum principem. Verùm Solimanus ubi scelus ab eo patratum didicit, execratus hominis perfidiam, capiendum dedendumque; decreuit ipsum Cosmi principis iussu persequentibus: sed ille properè redijt Venetias, ubi tamen paucis post annis, à duobus Volaterranis militibus, Alexandri principis studiosis trucidatus est.

Hoc anno Galli in Atrebatem irruerunt, oppidum & arcem Hesdinum egre-

giè munita intra mensem deditione accipiunt, imposito firmiori præsidio. Ab euntibus Gallis Cæsariani par pari relaturi, oppidum D. Pauli vi capiunt, ac diripiunt magna strage edita, denique incendunt. Idem faciunt Monstrolio cum deditioe id in potestatem illorum venisset, prius tamen passi sunt ciues incolumes abire. In oppido S. Pauli vel Simpolio, ut quidam vocant, quod rex Franciscus præsens egregie comunièrat, unico horæ spatio quinque lectissimorum iuuenum Gallicorum millia cæsa sunt, multi que præfecti & ipse prætor Parisiense capti sunt. Monstrolium latissimum & copiosissimum Picardiæ oppidum est: eo compilato, & miserandum in modum incendio deformato, itum est ad Teruanam Morinorum. Iam fame laborare cœperant qui intra urbem erant Galli, cum ecce opportunè illis suppetias tulerunt Annibaldus & Pieneus, duo fortissimi Gallici proceres: verùm ij dum se ad suos recipiunt, prælio commisso capti sunt. Inde iussu regis Francisci percussæ sunt induciæ trimestres cum Maria Cæsaris sorore, quæ spe futuræ pacis incitata, exercitum dimisit. Vtinam verò hæc arma in Christiani nominis hostes versa fuissent, quorum interim vires mutuis Christianorum principum dissidijs in dies augebant.

Huius anni mense Februario Protestantes conuentum egere Smalcaldiæ. Aderant illic etiam illorum concionatores, qui cum deliberaretur de Concilio à Paulo 2. Mantuæ indicto, de mandato principum atque urbium euangelici nominis professi sunt, se iuxta capita confessionis Augustanæ & Apologia sentire & docere in suis Ecclesijs. Hoc quidem illi persuaserant principibus, sed quam verè, ipsi viderint. Certè ipsa confessio sæpè in alias formas mutata est. Nitebatur quidam in hoc conuètu efficere, ut de cœna Dni & ecclesiasticis ritibus certum aliquid, quod omnes sequeretur, statueret. Principes verò, misso ad eos Saxois Cællario cum altero quodam nobili, de solo concilio illos agere iusserunt. Videbatur enim hæc de rebus inter istos præclaros euangelij buccinatores nulla ra-

la ratione posse pacem confici. Luterus morbo correptus, missus est Gotham à principe Saxonie, atque eiusdem principis voluntate adierunt eum Bucerus & Bonifacius Lycosthenes, qui eum ad respondendum Heluetijs hortarentur. At Luterus vi morbi se ait à scribendo impediri, licet interim Basileensi cōsuli Iacobo Meyero scriberet, Heluetiorū scripta sibi esse reddita. Sed nūquā ad duci Luter^o potuit, vt Heluetijs cederet.

Hac tempestate orta fuit inter concionatores Zuingliāos de cœna Domini rixa. Itaque habita est Synodus Bernæ vltima Maij, in qua decretum planè sacramentarium editum est, & sic ea lis vel sublata est, vel vt cunquē in speciem sopita. Nihil enim ab istis concionatoribus sincerè & bona fide agitur. Hui^o anni mense Iulio Parisijs turris Belliaca ad Sequanam, in qua magna vis nitri, sulphuris & pulueris tormentarij condita seruabatur, fulminis ictu funditus euersa est.

Hoc ferè tempore Paulus Pontifex maximus Reginaldū Polum, ex Margaritha Eduardi 4. Angliæ regis nepti prognatū, quē paulò antè in Cardinalium ordinē adsciuerat, in Britāniam legatū misit, vt Henricū regem ad saniora complectenda cōsilia reuocaret. Verūm Hēricus rex iam scripserat Frāncisco regi, vt legatum ad se captiuum in Britanniam mitteret. Eius rei cōmonitus Polus Cardinalis, ex Gallijs in Flandriā profect^o, aliquādiū hēsit Cameraci. Indè Leodiū abiens, aliquot menses liberalitèr habitus est à Cardinale Erardo: post Romā repetijt. Sleidan^o suo more pessimè eam legationem interpretatur, tāquā propterea missus fuerit ad Franciscum regē, vt eum in Anglū inflammaret. Itā semper improbi homines ex animi sui prauitate etiā alios metiuntur. Et valdè hoc familiare est Sleidano & sectarijs omnibus, vt Romanos pontifices & catholicos quosque magnoperè studeant apud omnes in limum odium & inuidiam adducere, licet interim illi piā doctrinam & purum ac syncerum Evangelium & incredibilem vitæ innocentia sibi suisque impudenti vanitate tribuere non vereantur.

Mense Octobri Iana Semeria, quam ab Anna Bolenia rex Angliæ Henricus suo iunxerat matrimonio, filiū Eduardum pepit, sed ipsa duodecimo post die vitam cum morte commutauit.

Per id tēpus quo paulò antè diximus in Belgio viguisse bellum, multa Gallis apud Allobroges eripuit Daual^o Vast^o Cēsarianorū dux inclytus, & cū iam binis castris obsideret Taurinū & Pinarolū, Gallosq; ad summā alimentorum penuriā adduxisset, in ipso tēpore Hēricus Delphinus cū exercitu superueniēs, rebus necessarijs grauissimè pressos subleuauit. Indè verò de pace tractari cœptū est, iētis primūm trimestrib^o inducijs, & ijs rursus in alias trimestres, deniquē in longiores prorogatis.

Cū Cēsar in Italia esset, miserunt ad eum legatos suos Protestantiū ordines. Illos Cēsar quidē audiuit, sed occupat^o rebus bellicis, respondit se per legatū illis respōsa daturū. Hoc cū Protestantibus renunciatū esset, illi conuentū indicunt Smalcaldia ad septimū Februarij anni huius diem, vbi omnes adessent. Adduxerunt eò primi nominis cōcionatores suos, Luterū, Melāchthonem, Bucerū, Osiandrum, aliosq; multos, qui tamen itā inter se erant animis cōcordes, quicquid interim extrinsecūs simularent, vt quondam Cadmei fratres. Et vt parūm aliquid lector nouerit, cōcionabantur illic isti sectarij theologi: Luter^o iustificationis suæ fundamentum esse voluit Relationem, quæ est minimum entitatis, hoc est, nihilū, vt ipsius habet disputatio typis excusa. Osiander verò prorsus è diametro cum illo pugnans, fundamenti loco posuit ipsam diuinam essentiam, quæ est simul omnia. Vult em̄ homo insanus eadem iustitia, qua Deus essentialitèr iustus est, nos quoquē iustos esse oportere. Luterus autē non reuerà, sed tantūm imputatiuè corā Deo iustos nos haberi dicit, perindè vt olim Alexāder Magnus apud Lacedæmones his verbis in deos relatus est: Alexāder vult esse Deus, Deus esto. Et licet hęc inter se maximè sint diuersa, tamen Principibus & reliquis Ordinibus illis versuti homines visi sunt purum putum euangelium & ipsissimum DEI verbum prædicare

prædicare, nec animaduvertebant, quibus dolis & fraudibus ab istis Euangelistis circumscriberetur. Interim mirè execrabatur summum Pontificem & Doctores Catholicos tanquam Antichristi (sic enim vocant Pontificem) ministros & satellites, & non videbant eos, qui isthuc ipsis persuaserant, re uera ipsissimi Antichristi præcursores & pñuncios esse. Sed quid hoc magnoperè mirandum in principibus, cum etiã plerisq; doctissimis viris satis interdum negocij facebant importuni & versipelles homines, dum omnia ubique rimantur & excutiunt, & si quid vspiam occurrat, quod vel in speciem pro ipsis facere videatur, id mirè exaggerent, illud mirificè iactitent, adeò vt sepe numero non pudeat ipsos impudentissima vanitate ad suum sensum detorquere, quæ tamen sciunt nihil pro ipsis facere: scilicet vt indoctis & imperitis aliqd dixisse videantur. Has fraudes si persentiscere potuissent Principes, puto equidem suis dentibus nefarios homines discerpissent potiùs, quàm vlla in re sibi sequendos statuisent.

Sed vt ad legationem Protestantium reuertamur, tria potissimùm illi à Cæsare petebant: primùm, nè commodaret fidem sparso de ipsis rumori, quasi cum Gallo & Anglo fœdus fecissent, vt Camera iudicium cohiberet, vt qui post pacificationem Noribergicam in fœdus Smalcaldicum recepti essent, eius quoquè pacis beneficio fruerentur. Cæsar ad illos misit Matthiam Heldum procellarium, virum eloquentissimum, qui in publico omnium confesso die 15. Februarij accuratè respondit. Hortabatur inter alia Cæsaris nomine, nè Camere præscriberent, nec ius ipsum impedirèt, passim enim ad Cæsarem & Camera iudices deferebantur miserorum querimoniarum, qui se rebus & fortunis omnibus exutos, in integrum restitui rogarèt. illorum verò preces Cæsar, vt erat pijsimus, negligere non potuit, licèt interim Protestantes, à suis ecclesiasticis instigati, rem se Deo gratam præstare arbitrarentur, si ecclesiasticos, p̄sertim monachos, profligarent. Hoc verò Christi Euangelium non docet, res alienas priuata au-

thoritate, immò legibus omnib⁹ & summo Magistratu acerrimè vetante, sibi vsurpare, aut pro suo arbitratu alijs cõferre. Et quia Camera iudices plerùquè sententiam ferebant, qua iuberetur ablata restituere, Protestantes eos ferre nolebant. Ità oportebat miseros summam pati iniuriam, nec tamen vllum à iure subsidium petere. Quis verò hoc docuit? Luteri scilicet Euangelii. Sed hoc Euangelium iura omnia, & totus orbis Christianus damnat. Priùs videndum erat, qua equitate, quo iure, quib⁹ rationib⁹ hoc Euangelium niteretur. Certè illi, penes quos summa est apud Christianos authoritas, quibus diuinæ & humanæ leges nos obtemperare volùt, hoc Euangelium iam pridem execrati sunt. An nõ verò plus tribuendum est totius orbis iudicio, quàm vnus detestabilis apostate, cui nec id quidem tribuendum est, vt aliquo numero habeatur? Verùm Protestantes, vt à Lutero & id genus alijs edocti erant, omninò pati noluerunt, vt aliquid contra ipsos ecclesiastica bona sibi vendicantes, Camera, id est, Cæsareæ Maiestatis iudiciũ valeret: putabant em̄ sceleratos homines & idololatrias, hoc est, monachos (vt de alijs taceã) omninò profligandos: & interim apostatas monachos haud secùs atquè Christi Apostolos cõplectebantur, quorũ omniũ parens Luterus in summo apud eos honore fuit, qui si nihil aliud fecisset, quàm quòd om̄i abiecto pudore ausus est virginem Deo sacratam suis nuptijs copulare, hoc solo nomine dignus erat, qui flammis cremaretur. Nouimus Iouinianum imperatorem religiosissimum iam olim ante mille annos legem fanciuisse, vt capitalitèr in eum animaduertetur, qui sacram virginem, non dico rapere, sed attentare tantummodò iungèdi matrimonij causa, aut oculos impudicos ei adijcere auderet. Impius ille apostata Iulianus Imperator ad eiusmodi incestas nuptias connixisse legitur, sed certè Christiani principes cõnuere minimè deberent. Multa præterea alia in eo conuentu dixit Heldus: postera verò die cum Saxone priuatim locutus, multam ei Cæsaris erga ipsum beneuolentiã indicauit, sed quam hætenus ob dispar-

1. si quis, &
de episcopo
& cler.

rem religionem in eum declarare satis nequiverit. Itaque hortabatur eum ad concordiam, ad adeundum Concilium vel legatos eò mittendos, ad ferenda auxilia contra Turcam, ad contribuendâ pecuniam in Camera iudicium. Saxo se cum suis communicaturum respondit. Deindè 24. Februarij ad omnia scederati omnes responderunt prolixè, quæ omnia commemorare nihil attinet. Nolebant Camera contra se procedere, nolebât à suo foedere excludere quæquam, licèt Noribergæ conuentum esset, nè quis ante Concilij definitionem religionem mutaret: porrò in id foedus non admittebantur ferè nisi Luterani & id genus homines. Orabant Cæsarem, vt Camera iudicibus, nè ipsis molestiam vllam crearent, interdiceret, & quædam alia, sed ita orabant, vt precibus armatis vti viderentur. Nam si secus attentaretur, & si qua vis foederatis inferretur, se socijs minimè defuturos. Quòd si Cæsar permittat omnibus aditum ad veram doctrinam, (sic enim vocant Luteri dogmata) tum se propensius prestituros, quæ de Turca & Camera Cæsar postularit. Multa deindè de Concilio dixere, quod liberum esse voluerunt, scilicet vbi Luterus cum suo grege aut parem, aut superiorem etiã præ Romano pontifice locum & auctoritatem obtineret cõtra morem omnium seculorum. Multa ibi acerbè in Pontificem dicta, quòd is doctrinam nõ solùm verbo Dei, sed etiã vetustis concilij atque doctoribus contrariam inuexerit atque defendat, cum tamen reuerà nõ Pontifex, sed Luterus cum suis concilia & doctores omnes impudentissimè reiecerit, & sua pestilenti doctrina, quæ in multis ipsius quoquè Alcorani impia commenta longè superat impietate, florentissimum Germaniæ regnum, adeoq; totam ferè Europam in fummas calamitates, bella & odia intestina, incredibiles animorum dissensiones, & nullum non malorum genus præcipitavit. Sed hæc & id genus alia multa licèt Principum & scederatorum nomine proponerentur, non tñ à Principibus, sed eorum concionatoribus sceleratissimè conficta fuere. Nõ desunt vitia in Ecclesia Catholica, sed quòd do-

ctrina eius pugnet cum verbo dei & concilij & Doctoribus antiquis, id isti synophantæ nõquàm docere poterunt. An verò nõ scætet omni flagitiorum genere istorum nouorum dogmatistarum vita? An non Luterus ipse fatet, suæ sectæ homines vel decuplo Sodomitis peiores euassisse? Sed hoc illi vanissimo solius fidei buccinatori imputandû est. O si Christianorum pectoribus non penitus lux omnis rectæ rationis extincta fuisset, vidissent quæ dogmatum horrenda monstra, quàm prodigiosa & immanes tenebras pro Euangelij luce, quas deniquè tigrides, quosve lupos pro veris pastoribus complexi essent.

Vbi dicendi finem Protestantes fecerunt, Heldus euestigiò eis respondit, inter cetera periniquum esse dicēs, quòd cum ea negocia, quæ ipsi dicant religionis esse, alij prophana esse contendant, nolle ipsos alterius partis rationes & argumenta cognosci, cum tamen & legibus, & equitati & diuinis literis cõsentaneum sit, vt in omni controuersia pars vtraque ex equo audiatur, neque secundum alterutrum narrationem, etiam si ea nihil à vero abhorreat, quæquam pronuncietur. Tum quoquè nullo iure fas esse, quenquam vel religionis, vel alia quauis de causa rebus suis spoliare. De Concilio ait gratissimum fore imperatori, si ipsi iam exceptiones contra facere velint. Quòd ad Pontificem attinet, sperare Cæsarem, illum tanquam præcipuum ordinis ecclesiastici caput, pro sui muneris ratione, Christianè sese gerere, nec de illo quicquam omnino sinistrum suspicari. Licere tamen ipsis, si quid secus de illo nõrint, in Concilio modestè proponere, itemq; de forma & modo concilij. Nanque vt ea in re ipsi alijs nationibus præscribere velint, id sanè minùs equum esse: neq; ipsos psuasum habere debere, ipsorum theologos solos sapere, reliquos oēs bardos et bliteos esse: alijs quoquè locis passim viros & eruditione & pietate præstantes inueniri. Hæc & id genus alia dixit ibi Heldus, vt erat excellèti doctrina & mira ingenij dexteritate.

Eodem autem die venit eò legatus Pontificis Episcopus Aquensis, sed à Protestantibus non magna eius fure habita

habita ratio, cum tamen etiam Turcarum tyrannus legatos Christianorum comiter excipiat. Die quodam voluit is legatus cum Latgrauio colloqui. Ille respondit sibi non esse integrum, & eodem fere momento adiit Luterum ex calculo grauitè decumbentem. Poterat idè sua domo facile videre legat^o, sed debuit equo ferre animo apostatam monachum Pontifici maximo, cuius ipse legatus erat, longè anteferri.

Ad Heldi dicta vltima Februarij iterum Protestantes prolixè ad modum responderunt: sed referre piget, quia eiusmodi sunt, vt præclaræ Germanicæ nationi apud exterarum nationes omnes ignominiam potius quàm laudem sint paritura: verum hæc quoque non Principes, sed concionatores ita composuerant, vt identidem splendide mentirentur. Denique in hac responsione Concilium à Pontifice indictum reiecerunt. Aiunt enim iudicandi potestatem non ad solū Pontificem & Episcopos, verum ad Ecclesiam pertinere: quo quidem in numero sint etiam reges & ceteri ordines: diceret apertius, etiam cerdones, lictores, carnifices, garrulæ anus, ambubaiarum collegia, pharmacopolæ. Quis verò ista non irrideat? Scilicet pronuciare de Ecclesiæ dogmatis pertinet ad laicos, immò & ad coecos & subulcos. O vastissimam Euangelicorum hominum cecitatem. Et isti sunt puræ doctrinæ & germani Euangelij synceri atque integerimi præcones. Oportet sanè magnis quibusdam facinoribus obstrictos fuisse mortales, vt ad tantam animi cecitatem deuoluerentur. Verum hæc & id genus alia versuti homines parum cautis facile persuaserunt. Prius autem quàm is conuentus dissolueretur, quod fuit 6. Martij, ad Galliæ regem datis literis, eius beneuolentiam & amicitiam captarunt. Rex eis liberaliter respondit, licet ex animo Luteri dogmata detestaret: sed mutuis se auxilijs vt communirent, res ipsa poscere videbatur.

Per id fere tempus etiam rex Angliæ scriptum edidit, quo se ostendit non multum tribuere authoritati summi pontificis, neque venturum, neque legatos missurum ad concilium Pontificium: &

alia pleraque satis acerbè in Pontificem, quem Catholici tanto propensius obseruare & suspicere debent, quod ab illis tam hostiliter oppugnatur, qui Luteri quàm Christi Euangelium sequi malunt. Multum ij omnes quiritantur de tyrannide Romanorum Pontificum: scilicet extinctam vellent illam summam authoritatem, qua hæctenus hereses omnes oppressæ sunt.

Hoc anno Solimannus Turcarum Imperator molestissimè ferens Lusitanorum potetiam in Indiam vsque prolatam, maxima ipsius regionibus detrimèta adferre, interclusis Arabici sinus navigationibus, quibus Memphim (hodie Cairum vocant) atque Alexandriam omnis generis aromata & mercimonia, & inde in Europam aduehi soleret, quæ iam per vastissimum Oceanum in Lusitaniam auerentur, atque inde porrò in Angliæ, Belgij, Germaniæ aliarumque regionum emporia dispensaretur, hortatu Aegyptij præfecti ingentè trirremium & aliorum nauigiorum classem magnis impendijs institutam contra Lusitanos misit, vt eos ex tota India, vbi iam illi munitissimas aliquot arces construxerant, exturbaret. Iam paulò antè in bello Persico contra Tammatum infeliciter suscepto didicerat Lusitanos quosdam sclopetarios & tormentorum magistros, qui maiora tormenta & fundere & perite dirigere Persas docerent, regi Persarum militasse. Id verò eius animum vehementer in Lusitanos exauit.

Obiter hæc commemorare libet, in intimo Arabici sinus termino montem Sina situm, qui natura saxeus & abruptus in celum exurgit, difficilimumque præbet in superiora nitentibus ascensum. In eius summo cacumine, vnde est latissimus in maria prospectus, positum est delubrum D. Catharinæ præclarissimæ martyri dicatum, quò confluunt peregrini Christiani religionis ergò, licet non absq; periculo pateat accessus. Nec dubium, quin illo in loco singulari quodam gaudio afficiantur pie visitantium animi, non solum ob tantæ martyris sacras reliquias, sed etiam quò inde prospiciendo mari rubro liceat gratamente

mente reminisci, ibi olim submersum perijsse Pharaonem cum infinitis equitum turmis, cum is persequeretur filios Israël, presenti dei beneficio ex eius manibus grandi miraculo elapsos: tum etiam, quod eo in monte olim lex vetus data sit Hebræis: quanquam hodiè plerique irrident eiusmodi peregrinationes religionis ergò susceptas, cum ipsi potius sint irridedi, quæ ea carpant, quæ Christiani oēs semper religiosè admodum sibi obseruanda statuerint. Legant scioli isti (vt innumera alia omittam) vitam D. Paulæ matronæ Romanæ, à D. Hieronymo conscriptam, & inde discant, quam non sit nouum in Ecclesia loca sacra inuisere.

Porro verò Solimanus, vt ad institutum reuertamur, egregia classe instructa triremium plicatiliū, quæ longo terrestri itineris spatio ad Scietiam vsque; maris rubri portum camelorum opera traherentur, itemque aliarum nauium, ita vt omnes simul octoginta circiter numerum implerent, in quibus erant ad vigintiquatuor hominum millia, Aegypti præfectum misit expugnatum Lusitanos.

Eo tempore Solimannus leuibus de causis alieno, immò & infenso in Venetos erat animo, iusseratque contra fidem abrupta pace Venetas triemes apud Alexandriam intercipi, & aliquot patitios mercatoresque Venetos nauasque complures in carcerem conijci. Exijs autem eos qui idonei viderentur, in classem contra Lusitanos instructam distribuit præfectus Aegyptius. Sunt qui scribant, Solimannum id temporis à Christianis quibusdam, qui nimia Cæsaris Caroli felicitate offenderentur, non mediocriter in nostros incitatum fuisse: quod quidem miserrimum est, vsque adeò torqueri felicitate aliena, vt propterea non dubites orbem Christianum proderè Christiani nominis atrocissimis inimicis. Verum hoc nos in medio relinquimus. Itaque Aegypti præfectus Solimannus Eunuchus (sic enim vocabatur) adiucto sibi Moro Alexadrino, sinus Arabici angustias egressus, præteruectusque Persici maris sinum, ad Indum vsque fluuium peruenit.

Vt verò Lector rem melius perspectâ habeat, nouerit duas ex Europa in Indiam fieri nauigationes. Vnâ ab Hispania vel Lusitania per littora Aphricæ & Aethiopiæ in Arabiâ vsque; ad urbem Adæ, inde porrò ad Ormutium nobilissimū emporium, ab Ormutio verò ad Cambaiam ciuitatē, atque inde Calecutium, à Calecutio verò longè vlteriùs vsque ad auream Chersonesum, quam Malachâ accolere vocitant, quæ urbs est miræ magnitudinis, regem habens Maurum: (nâ eousque prohi dolor impia Mahometis secta puaserat.) Eam autem Lusitani vi expugnatam occuparunt ac diripuerunt, denique flammis permiserunt. Multa ibi præda celsit Lusitanis, & præter homines captiuos septemque elephantos, eorum omnis generis tormetorum ad duo millia. Porro Lusitaniæ rex munitissimâ ibi construxit arcem, apud quam diuersarum nationum mercatores multis opibus atque diuersis aromatibus & odoribus eam urbem complètes sibi ædes cum bona venia præfecti Lusitani compararunt, ita vt iam longè insignius quam antea ibi sit instauratum emporium. Turcæ igitur vbi ad Indum amnem peruenerunt, Diū urbem munitissimâ, apud quam Lusitani insignem habebant arcem, sibi totis viribus oppugnandam sumpserunt. Verum Lusitanorum ea fuit industria, ea indomita virtutis constantia, vt turpiter profligati Turcæ, incepto desistere, & relictis maioribus tormentis, ad Aden retrocedere compulsi sint, quod est felicitis Arabiæ celeberrimū emporium. Vbi classis præfectus Solimannus eunuchus acerbè ferens tam improsperos audacissimorum conatum successus, fide data ad classem euocat Adenium regem, qui tributarius erat regis Lusitani. Credidit ille miser fraudulentò homini, & cum quatuor regni proceribus venit in nauim, gratificaturus potentissimo Turcarum imperatori Solimanno Ottomanno. Porro Eunuchus perfidus iubet eum & reliquos perceres in antenna prætoriarum nauis laqueo suspendi. Inde urbem capit, militibus prædæ datam. Interfecit etiam Zibitinum regem, (licet is præclaris muneribus impotentis hostis gratiam ambiret) vnâ etiam omnibus aulae

eius præsidij trucidatis contra fidem datam. Indè abiit Mechem terrestri itinere, vbi impijssimi Mahometis sepulcrum inuisitur magno studio perditorum hominum, quos ille in sanus sua superstitione dementauit. Vrbs Mecha totius Arabiæ clarissima est ob Mahometis cineres ibi conditos: quanquam ex recentioribus non desint, qui scribât corpus eius apud Medinam urbem assoruari. Piget referre quantum operæ & olei perdant miseri mortales in Medinæ urbis amplissimo delubro, dum illum sceleratum nebulonem longè supra Christum colunt, quem aiunt ad pedes Mahometis sedere. Hoc autem obseruandum venit, Turcas Mahometanos cum in templo Christianorû sacrificare volunt suo more, prius templum expiare, dirutis aris omnibus, cunctisque imaginibus exturbatis: quem morè sequuntur hodiè Zuingliani & Calviniani & plerique alij heretici, vt noueris eos nõ è Christi, sed Mahometis disciplina eũ hausisse, sicut & pleraq; alia. Porro aras & imagines sacras è téplis abolere, quid est (obsecro) aliud, quàm ex rudis & simplicis plebeculæ animis omnem Christi Domini ac ingentium beneficiorû, maximeque acerbissimæ passionis eius memoriam, omne quoque veræ virtutis & pietatis studiũ euellere? An nõ hoc planè Turcicum & Tartaricũ est? O quàm miserè deluditur plebs Christiana ab istis Mahometanis euangelicis, idq; sub ingentis pietatis prætextu. Sed ad rem. Eo igitur successu pugnatum est à Turcis contra Lusitanos, quod quidè Christi Opt. Max. bonitati acceptum ferendum est, qui noluit impuros Mahometanos Lusitaniæ regis sanctissimos conatus retardare, quibus ad ipsius cognitionem iam tum vocabantur & traducebantur innumeræ ijs in locis gentes, quæ ad id tempus stultissimis & absurdissimis erroribus implicite, longè aberant ab omni vera salute. Nanque Calcutani & quidam alij ipsum cacodemonem incredibili vecordia adorabant & colebant, multosque illi mortales immolabant.

Sub finem anni huius 1537. Carolus Cæsar in Hispaniam nauigaturus, prius

Italiæ rebus consulturus, Montisferrati dominium, quod tum vno eodemque tempore magna trium Competitorum contentione petebatur, Federico Gonzagæ, qui defuncti principis Bonifacij sororè habebat in matrimonio, adiudicauit: arcem quoque Mediolanensem, toto orbe longè celeberrimam, Hispano cuidam seruandũ comisit: indè secundissima vsus tēpestate, in Hispanias abiit.

Porro huius anni autumnò infelicitè à Ferdinandi exercitu ad Exechium pugnatum est. Multum aucta est Turcarum potentia, dum Germania nullis vnquam Romanorum Cæsarum armis domita, & cunctis semper nationibus formidolosa, ab auita Maiorum pietate & religione discessit, & in portentosas easque valdè inter se diuersas & pugnantes hereses se abduci passa est. Nam antea verissimè dici de ea potuit:

Legibus antiquis stat res Germana virisq;

Et nisi pijsimos principes atque monarchas, Carolum & Ferdinandum Imperatores habuissemus, quorum pietate potius quàm viribus, licet ea quoque minimè contemnendæ fuerint, sæpè fracti sunt immanes Turcarum impetus & conatus, profectò iam pridem actum esset de Germania: tamen id nolunt agnoscere homines ingrati, qui grauissima pereuntis patriæ suæ pericula aut non vident, aut effusè etiã irident, scilicet nondum experti graue iugum Turcicæ captiuitatis, sub quo iam tot amplissimæ Christianorum ditiones miserabilitèr suspirant, nec minùs tamen velint nolint illud perferre coguntur magno suo malo, quod vti nãm vel serò nos sapere doceret. Sed hoc quoque est diuinæ animaduersionis genus quoddam vel maxime formidandũ, cum sic excecant hominũ pectora, vt in præsentissimo positi discrimine, illud tamè vel nõ videant, vel paruipendendũ putent. Verùm ad Exechianũ bellum veniam.

Exechium occuparat Turcicus exercitus duce Mahomete Iahia gogle, idq; egregiè communitum totius belli cõtra Ferdinandũ regè arcè fecerat, vnde multa & ingèria Christianis damna dabat, plerũque ex insidijs magno terrore nostris arma inferens: licet iterim certa maneret indu-

induciarum conditio, quæ minuta prælia ijs in locis & extraordinarias incursiones, quæ vix vnquam satis prospici queant, admittere videretur. Non enim pax intercepta censebatur, nisi iusto exercitu adhibitis tormētis muralibus vis inferretur. Verùm eiusmodi induciarū, quæ planè simulatoriæ essent, pertesus Ferdinandus rex, statuit bellum facere Turcis. Itaque equitum octo millia, peditum sedecim millia coëgit, magna tormentorum omnis generis vi illis adiuncta. Erat is exercitus vsu belli & animis haud vulgaris, si cūcta rectè administrata fuissent. Mahometes Turca, vbi sensit in se arma parari, non defuit sibi, sed ipse quoque magnas cōscripsit copias, nostris neque numero neq; virtute contemnendas. Habent enim Turcæ paratas semper, equitum præsertim, ingētes copias, nec desunt Turcarum imperatori expediti sumptus ex immēsis tributis ac vectigalibus, quibus eos perpetim liberalitè alat in exitium Christianorum. Nostri indè Exechium obsident, & facta non semèl Turcis qui intus erant, prælij inuendi copia, Turcæ Mahometis imperio nihil se commouere sinūtur. Iam enim fames cœpit totum debilitare Christianorum exercitum, quod Mahometem minimè latebat. Erant quoque ducum non eadem rei gerendæ cōsilia, alijs aliud suadentibus. Interim tēpus terebatur, nulla re præclare gesta, motis subindè castris, nec paruis acceptis incommodis, dum Turcæ in omnē nocendi occasionem diligentèr sunt intenti. Porro vbi Mahometes nostros ad iter capeendum instructos vidit, expeditos Ianizeros & Martellos eos iussit anteuertere, nec tamen vsquam pugnandi copiam præbere, sed falconum globulis atque sagittis continentèr nostros appetere: quæ res plurimùm nostris nocuit, præsertim mira velocitate Turcis nostros egregiè fallentibus, ità vt à nostris facta impressio repētè dilaberetur: sed mox è fuga se recipiētes, nostros paucos longiùs progressos, multi circumfisterent & trucidarent. Eo modo periit Petrus Raschinius Boëmorum Marschalchus cum Boëmis non paucis. Perijt etiàm paulò post Paulus Bachitius

insignis dux Hungarus, cum plerisque alijs fortibus viris Hungaris: dumque nostri inter se consultant, quid potissimum attentandum sit, nec tamen idem omnes sentiunt, Mahometes omnia illorum incommoda per exploratores facile cognouit, nec iam de victoria dubitans, itinera omnia velut lunato flexu circūdedit, vt nusquam ferè nostris effugiendi aditus pateret. Fugerunt autem Vsarones Hungari, & clari aliquot duces, itemque Stiriani omnes. Post hos fugit etiàm ipse suprem^o belli dux, & quidè inermis, deserto prætorio, quod erat argentea supellectile ceterisq; ornamentis opulentum. Remāsit Ludouicus Londronius dux peditum, vehementèr quidem dolens, se à magna equitum parte turpiter destitutum, sed nihilo minùs pedites ad fortitèr conandum præclare adhortans. Ad eum verò confluxere equites Carinthij, Saxones, Misnenses, Thuringi, Francones, Austriaci & Boëmi, qui ignominiosæ fugæ comites esse noluerant, obsecrantes vt imperij munus susciperet, ipsos quæ iuberet, incūctantèr facere paratos, & pro religione atque pro optimo rege donèc vires suppetere, constantissimè cum impuris hostibus dimicaturos. Londronius quidem se imperatoris nomine indignum professus, tamen quoad licuit, strenui Imperatoris munus impleuit. Porro cum iam iter arriperent, aduolant fauissimi Turcæ truci vlulatu edito, nostrosque vndiquè circundāt, ità vt multa simul prælia ab equitatu fierent. Multi ibi egregij viri ex nostris ceciderunt, hostium multitudine superati. Denique, quod miserandum est, ad vnum ferè omnes tum equites tum pedites ab immanissimis barbaris trucidati sunt. Londronius cum tribus cohortibus hortatu Turcarum, qui iam cedèdo fessi erant, sese tandè post fortissimè nauatam operam dedit: verùm in itinere ex vulnere saucius, quod minimè videretur Byzantium viuis adduci posse, à custodibus est interfectus, & caput eius Solimanno transmissum. Hæc verò fuit Christianis longè turpissima strages, quam plerique conferunt in ducis culpam & temeritatem. Certè Christianos

admonere potuit, ut tandem positis animorum dissensionibus, religionis dissidijs compositis, vitijs quoque & flagitijs, quibus supernum Numen offenditur & barbarorum vires crescunt, egregie castigatis, Deum sibi & orbi Christiano propitium efficere maturarent. Certum est enim, nulla re magis adversum nos augeri vires & potentiam immanium Turcarum, quam vita flagitiosa, bellis intestinis, & depravata religione. Certè insignis hæc victoria illis impuris & execrandis Mahometanis nullo ferè sanguine constitit, cum ex nostris flos equitum & peditum ferè ad interuersionem deletus sit. Qui autem viui in hostium potestatem venerunt, ijs plerisque in summam ignominiam nares à barbaris truncatae sunt, & dura seruitus imposita. Fuit ea clades Ferdinando regi haud dubiè longè acerbissima, sed pius princeps, quod aliena temeritate contractum erat, infectum reddere non potuit. Ipsum tamen ducem primum eius belli aliquandiu honesta sub custodia detinuit. Porro ille veritus, nè capite damnaretur, (nam multi eum proditionis nomine deferebant) è custodia elapsus, ad Turcas profugit. Porro ut cum aliquo insigni munere ad Mahometem Turcarum præfectum veniret, alium quendam regulum, ut secum aufugeret, sollicitavit. Ille se facturum promittens, aut se promittere simulans, eum hospitio receptum post epulas obtruncavit, caputque illius regi Ferdinando misit, qui illi castellum omnèque substantiam cæsi ducis dono dedit. Ea fuit perfidiæ poena. Iam multa illi liberaliter promiserat Mahometes, eius opera versus contra Ferdinandum regem, sed Deus perfidiæ consilia tam inexpectata cedere antevertit.

Hoc ipso anno Solimannus Turcarum imperator Italiam inuadere constituerat. Habebat classem ornatissimam, & multo milite instructam. Ea in re tanta fuit usus celeritate, ut ducenta armatorum millia prius ad Macedoniæ oram adduxerit, quam è Byzantio profectus crederetur. Nec deerant illi transfugæ Christiani, qui ei Christianorum consilia explicarent. Ante annos quinquaginta

auus eius Mahometes occupata Hydrunte, summum Italiae terrorem attulerat, iamque de Italia actum fuisset, nisi illi sanguinarium tyrannum subita mors, Deo Christianis maturè opem ferente, è medio abstulisset. Cum iam Solimannus in Italiae conspectum venisset, misit è suis, qui Salentinorum animos explorarent. Illi Castrum oppidum deditione acceperunt, quod tamen contra fidem datam, ducibus quidem inuitis, à barbaro milite direptum est, & captiui florèti etate in classem abducti sunt. Interim noctu aliquot Turcæ equites hippagogis subuecti, ab Aulone in Salentinum agrum traiecerunt, & magnum omnis generis hominum & armentorum numerum interceperunt. Maior verò Christianis clades imminerebat, nisi eam cuiusdam Veneti Trierarchi temeritas, Deo Christianis parcente, auertisset. Is enim paulò antè passus damnum à Turcis, in triremes qualdam Turcicas incidit, suoque indulgens dolori, aliquot ex eis demersit. Ea res Solimannum in Venetos non mediocriter concitavit, licet insciente senatu accidisset. Eodem quoque tempore Andreas Auria Cæsariæ classis præfectus casu in classiculam quandam incidit, omnis generis comeatum & linum Alexandrinum Solimanno aduehentem, quam mox totam cepit, viris ad transira triremiù damnatis, & præda omni in suas triremes illata: porro nauibus incensis, quòd sibi fortasse minimè vsui futuras iudicaret. Incendit etiam duas Turcicas triremes, quibus Solimanni legatus Iunusbeius ad Venetæ classis præfectum, qui tum in Corcyra insula morabatur, aduectus fuerat. Sed is quoque malè acceptus à Venetis, & in grande discrimen coniectus, ita ut à latronibus Acroceraunis, qui eum in littus euadentem ceperant, præfenti pecunia se redimere cogeretur, ubi ad Solimannum redijt, acerbissimè de Venetis conquestus, Solimannum in bellum Venetum inflamavit, licet Venetæ præfectus id factum multa ratione excusaret. Huc accedebat, quòd Auria noctu ac diu sulcâdo maria, atque omnes portus explorando, alias duodecim Turcarum triremes cruentissimo prælio captas deleue-

deleuerat ijsdem ferè diebus, non paucis è suis propugnatoribus atque remigi- bus desideratis. Nam duodecim Turci- cæ triremes cum trigintaquinque in- struētissimis Aurianis triremibus auda- cissimè congregi non dubitârūt, & cum iam milites grauiſſimis faucij essent vul- neribus defessiq; pugnando tamen oc- cumbere, quàm se dēdere maluerūt. Ij erant Ianizari milites prætoriani, & de- lecti equites, quos Spaches appellant: quorum vtrorunq; est summa & in- credibilis in hostes audacia & pugnādi p̄tinacia: quod pleriq; Christiani igno- rantes, putant Turcas imbelle esse ho- minum genus, sed fallūtur, cum sint re- uerā apud illos inuictę virtutis & sum- mæ constantiæ pedites & equites. Nec mediocritèr ad perferenda & subeunda queuis vitæ discrimina illos accendit, quòd sciunt certam sibi imminere per- niciem, si per ignauiam minùs fortitèr & strenuè egisse deprehendantur. Misit tum contra Auriam Solimannus Bar- barussam cum octoginta triremibus, sed Auria abductis Turcarum aliquot inte- gris nauibus, fuga sibi consuluit: Porrò Solimannum ea ab Auria accepta cla- des, & à Venetis geminata contumelia, acerrimis iracundiæ stimulis pupugit, quos mirificè acuebant aliquot Turcici proceres, quorū hortatu cōmutato bel- li consilio, quòd Italia nō tam facilis ex- pugnata videretur, Venetis bellū fecit.

Per id tempus Acroceraunij latroci- nijs assueti, feri & agrestes homines, nul- los certos deos colentes, incredibili te- meritate concilium cōperunt Solimā- ni noctū interficiendi: sed ea res à vigili- bus prætorianis facilè deprehensa, ma- gnā illis cladem attulit, Solimāni ius- su immisſis in illos militibus, qui eos ad fatietatem vsque trucidârunt. Indè ad Corcyram itum est. Eam oppugnare constituit, tanquā Venetæ ditionis. Itaque immisſi Turcæ in insulam, Cor- cyram vrbe frustra obsederūt, tandemq; post multas clades passim Corcyræ in- sulæ illatas, innumeros homines Chri- stiana religiōe initiatos, in teterrimā ser- uitudinem abduxerūt, quorum numerus, quod est cū primis triste & acerbū, sexde- cim milliū excessit omnis sexūs & ætatis.

Verū Solimānus & Italicus & Corcy- rei belli parūm felici euētū potitus, non absq; pudore Byzantiū, nulla re p̄clare gesta, redijt: sed interim tñ diuersis in lo- cis iussit suos duces bellū inferre Vene- tis. Hoc vnū maximè nocuit rebus Chri- stianorum, quòd non solū ipsi inter se neutiquā firma & sincera pace & be- neuolētia iungerētur, sed etiā plerūq; inexpiabili odio flagrarent, vel etiā, quod est cum primis abominabile, cum Turcis fœdus percuterent eo animo, vt eius freti amicitia & ope, Christianis ho- stibus quā maximè nocerēt. Talia mul- ta vidit nostra ætas, hoc nomine vel ma- ximè calamitosa. Sed ijsdem om̄inò ma- lis studijs Constantinopolitanū & Tra- pezuntinum imperiū Turcicis armis su- periori seculo subactū, dirā patitur ser- uitudinem, nec tamen hæc mouent nos, donèc serò sapiant Phrygēs.

Sub huius anni finem pleraq; om̄ia Geldriæ oppida à suo principe Carolo Egmundano deficiūt ad Guilhelmum Cliuiæ & Iuliæ ducē. Defectionis occa- sio fuit, quòd Carol⁹ dux videbatur eam munitissimam ditionē in ius regis Gal- lorum, cuius fuit studiosus admodū, transferre constituisse, quod Geldriēses minimè sibi ferendū putârūt, nè Germa- ni Gallis seruire compellerentur. Noui- magenses in ea defectione primi fuere, qui etiā principis arcē intra vrbe ipso- rū sitā, munitionib⁹ ei⁹ nouis solo equa- tis, occupare non dubitârūt. Porrò Prin- cipi Iuliacensi eius ditionis fuit inauspi- cata vsurpatio, vt̄i postea dicemus.

Eodem anno tumultuatū est in An- glia, multis hominum millibus arma in regem suum corripientibus. Ij erāt Lin- colnienses & Eboracenses, qui molestè ferebant innouatum regni & religionis statū, tum quoq; frequētes exactiōes re- gias. Fuerūt ad quinquaginta millia, sa- cram expeditionē militiā suā appellātes. Verū callida ducū regis simulatiōe p- suasi, cum pacē à rege oblatā atq; cōcor- diam expectarēt, arma deponūt. Sed nō diū post pœnas luerūt, aliquot eius tur- bæ capitibus vltimo supplicio affectis.

Hoc ipso anno Paul⁹ Pōtifex aliquot insignes viros in cardinalium Collegiū cooptauit. In ijs fuit Caspar Cōtarenus

patritius & senator Venetus, Reginaldus Polus, Iohanes Bellaius, Fridericus Fregofus, quibus per interualla tēporis adiūxit Sadoletū, Alexandrū, Bembum &c. Hoc factū cū Sleidanus improbare nō possit, animū & consiliū Pōtificis homo improbus sibi carpēdum sumit, cū tñ bonorū virorū sit, etiā dubia in meliore partē interpretari. Scilicet Sleidanus videre potuit arcana Pōtificis cōsilia, quæ is suo in pectore versaret. O q̄ longē abest ab omni animi cādore eiusmodi mordax hominum genus, tametsi valdē velint Euangelici videri. Ait Pōtificem idoneos sibi propugnatores parare voluisse: videlicet Romana sedes pictura est, nisi paucorum hominū scriptis & eloquentia à Lutero & eius infausta sobole vindicetur. Immo verò illa sedes, quæ trecētis & ampli⁹ annis à tot ethnicis Imperatoribus, Christiani nominis atrocissimis persecutoribus, qui ad Magnum vsq; Constantinū totius ferè orbis imperio potiti, immanissimis in Christianos cōstitutis supplicijs, Christi fidē penitus extirpare & abolere voluerūt, à tot præterea tyrannis & hereticis euerthactenus nō potuit, Christo Dño suam Ecclesiā aduersus omnes inferiorum portas fortissimē propugnante, etiā deinceps ad supremū vsq; mundi diē incolumis perdurabit, quātunlibet in eam debacchentur horum temporū prodigiosi dogmatistæ, à malo demone haud dubiò incitati, vt amplissimas futuro Antichristo vias muniant, & interim innumeras animas secū trahāt in tartara, nulli omnino deterius nocituri, q̄ sibi ipsi & miseris illis, quos sub euāgelij & verbi Dei p̄textu in scēdissimos inducunt errores.

ANNO 1538. Carolus Cēsar & Franciscus rex in mutuos venēre complexus. Multū pro suo munere egerat Paulus pontifex, vt apud Niceam conuenirēt, sed efficere nō potuit, vt ipso præsentē in colloquium venirent. Id tñ impetrauit, vt in nouē vel decē annos inducias inter se paciscerentur. Per id tēpus Cēsar Pōtificis nepoti Octauio despōdit filiā suā nothā Margaritā, quam prius habuit in matrimonio Florentiæ princeps Alexander. Quauis autē Cēsar & Franciscus rex, licet plurimū annitēte Pōtifice, id

tēporis familiaritē cōgressi nō fuerint, Cēsar tñ per inter nūcios indicauit Francisco, se prius q̄ in Hispaniā nauigaret, in eius cōplexum venturū, & tum Cēsar ipse, tñ Francisc⁹ rex ambo more Chriano Pontificē venerati sunt, itā vt vnā cū rege multi quoquē eius p̄ceres dextrū Pōtificis pedē oscularent, idem tñ facere recusantibus Christophoro duce Vuirtembergico, Guilhelmo Furstbergio, Marecallo Marchiāo, & Danię regis legato Georgio Gluchio, q̄ erant cū rege, vtique, nē id facerent, Lutero & eius similiū scripta vehemētē deterruerāt. Verū si ipsi p̄potentis Dei fili⁹ ad pauperū piscatorū pedes se amantissimē demisit, ^{Iohan. 13} eosq; beneuolētissima sedulitate & lauit & extersit: qd, obsecro, piaculi est, si homines Pontificis nō quidē nudos, sed tetos pedes supremis labris Christianæ cuiusdam declarādę modestiæ causa deosculent? Quātū interest inter spiritum Christi, & spiritū hui⁹ mūdi. An nō Christus ipse dicit omnibus, ^{Matth. 23} Discite à me, quia mitis sum & humilis corde? O quā facile perspiciūt cordati omnes, quo spiritu imbutus fuerit Luterus, qui tanto perē à Christi humilitate abhorret, suosq; abhorre facit. Et hæc certissimē vnica causa est, q̄ inter sectatores ei⁹ tot existūt dissensioēs & dissidia, q̄ prorsus alieni sunt ab humilitate & maiestudine Christi: vnde fit vt alij alijs cedere nolint, sed sua p̄ se quisq; dogmata, quantūuis absurda, mordicus tueant, nihil interim morati q̄ tot millia impite plebis horrēdū i modū pereūt ac ruūt i tartara.

Porro dū de paciscēdis inducijs apud Niceā tractaret, Cēsarq; ad Villafranchā subsisteret, accidit vt in quadā villa villicus quidā in area fabarū aceruū cribraret & vētilaret, idq; nō vno, sed multis p̄ interualla locis. Indē verò dē se nubes instār fumi in altū eleuabant. Quæ res vehemētē p̄terruit Cēsarianos oēs, quod putarēt Barbarussē classē superuenire ad perdendum Pōtificem & Cēsarem. Verū cunctis mirē trepidantibus, Cēsar stetit imperterrit⁹, tametsi & Andreas Auria & Daual⁹ Vastius ad arma se pararent, & omnes non mediocriter animis p̄territi viserentur. At paulò post vbi cognitum est, eam ^{repi-}

Matth. 16.

trepidationem temerè susceptam fuisse, in risum & cachinnos versa est, non obscuro pudore perfusus principibus, qui tam inaniter timuissent, maximè cum viderent Cæsarem prorsus impavidum. Indè solutus est ille apud Niceam conuentus, & Frânciscus rex in suum regnû abijt, Pontifex primùm Genuâ, deindè Româ peruenit. Cæsar verò, vt erat pollicitus, ad Aquas mortuas profectus est. Eò quoquè accessit rex Frânciscus, & in duas scaphas se demittens cum Henrico Delphino & Carolo Aureliano duce, multisq; proceribus, à Cæsare ad latus quadriremis suæ obuiam accurrente, cū oibus suis & liberis & pceribus summo animi candore in arctissimos amplexus susceptus est. Andreas quoquè Auria, q ante decē annos à rege Frâncisco defecerat, impetrante Cæsare, in gratiâ à rege receptus est. Postea Cæsar cū rege diù secreta miscuit colloquia, ita vt oēs in certam spem conciliandæ inter ipsos pacis venirent. Deindè regē à se humanissimè dimissum, ad scalas quadriremis suæ deduxit. Altera luce per oēs triremes denunciât, nè quis ipsius iniussu in terrâ exeat: ipse verò cum aliquot aurei velleris illustribus viris ingressus est urbē Gallicam cum rege pransurus. Appâret indè candidum pectus optimi Imperatoris, qui ne de hoste quidē malè suspicaretur. Vbi verò in cōtinentē perlatus est, rex & regina cū duobus liberis illū humanissimè cōplectuntur, & in palatiū regis abducūt. Iam appetente crepusculo Cæsar Andream Auriam, qui ad classem remanserat, certiorē reddit, se apud regem pernoctaturū. Id enim rex & regina ipsius soror ab illo impetrârât, licet nō sinē magno discrimine id fieri videretur. Sed præpotens Deus, cui Cæsar egregiè confidebat, nō est passus quicquam illi finistrum accidere. Voluit aut Cæsar eius rei Auriam certiorē facere, nè quid ille aduersi suspicaret. Altera luce Cæsar redit ad mare, comitante illum rege & multa procerum frequentia. Indè postq̄ in puppi Cæsareanæ quadriremis rursus hilariter cōpotatum fuit, amicissimè discessum est. Franciscus rex per id tēpus certam cū Cæsare cōtraxit amicitia, ita vt sub Cæsaris vexillo, & in

tentorio Cæsaris Caroli cū maximis terra mariq; coactis copijs se Turcis bellum illaturum polliceretur. Cuius quidem amicitia fidutia Carolus Cæsar multa in itinere, quo Hispanias repetebat, cum Andrea Auria de bello Asiatico, Græco & Africano suscipiendo locutus est, & de pace cum rege conciliata reges & principes Christianos omnes certiores reddidit. Sed rex Frânciscus Mediolanensem ditionem sibi omninò adiudicandam sperauerat: ea spe frustratus, postea in nouas belli cogitationes pertractus est, magno totius Reipublicæ Christianæ detrimento: quanquam etiã aliæ rationes ad bella instauranda illum fortassè mouerunt.

Circa hæc ferè tempora mortuus est Erardus Cardinalis & Episcop⁹ Leodiensis, qui multos Luteranæ sectæ adductos malè acceperat, quod Sleidanū male habet: ideoq; scribit, illum sibi sepulcrū & exequias anniuersarias lōgè ante obitū fieri curauisse, non tā pietatis q̄ ostentationis causa, q̄ esset gloriæ cupidissim⁹. Itā Sleidan⁹ magna fidutia pfert sententiã etiã in arcana pectorū cōsilia, q̄ solus Deus nouit. Sed hoc licet Euan-geliū Luteri cōplectentib⁹, verū Christi sectatoribus non licet. Quid em̄ sibi non permittunt Luterani dogmatistæ? Qualisqualis certè fuerit vita illius Cardinalis, scire tamē nō potuit Sleidanus, qua mēte ille voluerit etiã ante obitū exequias anniuersarias sibi fieri. Ait ibidē, Pōtificios sacrificorū operibus attribuere merita, qbus æternæ vitæ præmium debeat. Itā qdem Sleidanus, vt vbiquè Catholicos suo more traducat. Certè Missæ sacrificium & viuus & vita functis prodesse, tam est certum ex sanctissimorum Patrum irrefutabilibus testimonijs, vt meritò pudere debeat oēs, qui id negare audent. Bona verò opera, quæ faciunt Christiani, nō est dubium fieri gratia Christi, non tamen absque liberi arbitrij quadā cooperatiōe. Deus enim operatur in nobis & velle & per-
Philip. 1.
ficere, vt ait Apostol⁹. Indè ergo est meritum bonorum operum, quod fiant ex gratia DEI. Tolle gratiam ab operibus humanis, & parū aut nihil grata erunt DEO, sicut videmus in Turcis,

ipsis alteram speciem malignè suffurati essent, tales accepere pastores, qui cum nullam haberet conficiendæ Eucharistiæ potestatem, ac nihilo minus sacramenta illis porrigerent, nõ aliud sanè quàm merum panem & vinum præberent, vtraque illis specie penitus subtracta. Et sic quidem par fuit puniri obstreperos & refractarios, qui desertoribus ac seditiosis monachis potius, quàm totius Ecclesiæ iudicio obtemperare voluerunt. Porro Henricus Princeps per novos Visitatores novos constituit articulos, quos & à Clericis & à Laicis suæ ditionis voluit observari. Verum illi articuli nõ solum à sacris literis, sed etiã ab ipsorum Augustana Confessione & eius Confessionis Apologia discrepabant. Certè Lutherus ipse in libello de seculari potestate damnate eos Principes tanquam insanos & peruersos, qui ijs in rebus, quæ ad fidem & Ecclesiam pertineant, subditis suis leges præscribant. Verum hæc Lutheri sententia nullius tum ponderis fuit: quanquam eiusmodi articuli nõ tam à Principe, quàm prophanis illis Visitatoribus editi fuerent. Itã res passim in deterius mutabant, & mirabilis atque incredibilis in religione confusio magis ac magis crescebat, cum illi sacra obirent munia, qui nullis prorsus sacris initiati, nulla legitima autoritate vel promoti vel missi essent. Et hæc tamen omnia summè erant Evangelica, & purum putum verbum Dei, effuse haud dubio miserorum mortalium insaniam & vecordiam ridentibus malis demonibus, qui ijs rebus mirificè delectarentur.

Hoc tempore Argentoratenses, qui Zuinglij dogma sequebatur, illis, qui ex Gallijs & Belgio sectarum nomine profugere compellebantur, in ipsa vrbe sua templum occupandum tradiderunt, ut ecclesiam constitueret. Huic aliquandiu præfectus fuit Iohannes Calvinus ex Gallia profugus, qui postea Geneuensem in Allobrogibus ecclesiam occupauit. Is nouam quadam de Eucharistia opinionem à suo parum sano cerebro commentus, negat cum Zuinglianis veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, sed horum tantum energiam illic vult haberi. Non putauit Calvinus sua maiestate dignum, ut

ipse minus aliquid quam ceteri posse videretur. Itaque hæc nouam mundo iam plane vecordi doctrinam inuexit. Nec hoc contentus, etiã multa alia scelera & tali viro digna scripsit, quod eadem eiusmodi sunt, ut citra horrorem legi vix possint: quamquam ea quoque infelicissimis mortalibus non alio quam ipsius verbi Dei titulo obtruduntur. Sunt autem cum intolerabili in Deum blasphemia coniuncta, ut, quod scelera & flagitia omnia Deus in homine operetur, quod lex & voluntas Dei sæpe inter se contrariae sint, quod diabolus iubente & volente Deo mentiat in cordibus hominum, & multa alia, non verbis, sed flammis tartareis vindicanda, quæ tamen ausus est quidam eius sectator Theodorus Beza defendenda suscipere. Proh nefarios homines, si tamem homines dicendi sunt, qui certe in humana effigie tartarei cacodæmones esse videntur. Ut autem suam egregiam doctrinam Calvinus ille miraculo quodam confirmaret, rem fecit sempiterna memoria dignam, ut cognoscat posteritas, quibus dolis, fraudibus & imposturis uti non dubitarent, qui Catholicam Ecclesiam nostro æuo sub Evangelij instaurandi prætextu sibi oppugnam sumpserunt. Persuasit quidem Calvinus iste misero cuidam, ut se pateretur tanquam mortuum in templum deportari. Fecit ille, consentiente etiã eius coniuge. Porro Caluini consilium erat, ut hominem coram populo iuberet redire ad superos seu reuiuiscere, hominemque; mox sese erigente, tam inaudito miraculo certam omnino & sacrosanctam in orbem terrarum doctrinam inuexisse videretur. Sed o Dei clementiam, quæ perfidiosi homines astum incredibilem noluit latere mortales, ut sic mature ab eius consortio se remouerent. Miser ille qui viuis in templum illatus fuit, mortuus inde elatus est. Cum enim Calvinus propius accessisset, & si sua doctrina vera esset, eum iuberet resumpto spiritu surgere, ut nefarius homo laqueo, quem alij tetenderat, ipsius strangularetur, & omnes intelligerent falsissima esse quæ miseris pro verbo DEI venditaret, nihil prorsus sese commouit homo, quippe omni huius lucis usura repente priuatus.

Porro

Porro coniunx illius, ea re cōperta, ciu-
latu & clamore animi sui testatur nec-
opinatum dolorem, sed Caluinus eam
egregijs pollicitationibus deliniuit, nè
rem latius propalaret. In hoc verò faci-
nore deprehensus, fertur mox rediisse in
suggestū, dixisse populo, Eccè hinc ap-
paret imbecillitas fidei vestræ, q̄ homo
iste nō potuit excitari à mortuis. Et for-
tassis persuasit hoc miserimè illi cōcio-
ni. Hæc q̄dem de illo Caluino, multaq̄;
alia sparfit fama, quæ iam ferunt Galli-
cè conscripta, & latinè conuersa quan-
doquè in lucē proditura. Aiūt etiā Pa-
risijs repertas aliquot Caluini, theodo-
ri Beza & aliorū eius farinae hoīm epi-
stolas, quæ illorum nequitia egregiè de-
clarent, quas speramus breui in publi-
cum edendas. Sunt em̄ eiusmodi, vt vbi
in hoīm notitiā venerint, facilè oēs in-
tellecturi sint, q̄ sint illorū scelerata cō-
silia & exitiales conatus. Hæc itā scripsi,
quemadmodū à fide dignis accepi. In-
frā quoquè, Deo volente, Luteri quod-
dam miraculū referemus. Et nōdūm in-
telligent plus q̄ lethargo correpti mor-
tales, q̄bus lupis se deu orādos tradāt? Sci-
licet istis hoīb⁹ hoc studio est, vt animas
Ch̄o, & nō potius Orco, lucrifaciant.

Accidit hoc anno quiddam memo-
rabile apud Vuittenbergēs. Extiterūt
quidam è Luteri synagoga, qui legem
operum reijcerent, dicerentq̄; hoīes eu-
angelicos non obligari ad bona opera
diuinæ legis. Et sic quidem Luterus ipse
ab initio docuerat. Verūm homo con-
tentionibus & rixis natus ac destinatus,
vbi hæc vidit ab alijs doceri, acriter in
eos inuectus est, cūm tamen hæc doctri-
na ex ipsius schola prodijisset: nec vidit
homo importunus, quicquid in huius
dogmatis assertores scriberet, id ipsius
iugulum vel maximè petere. Ferunt Io-
hannem Islebium huius dogmatis præ-
cipuum fuisse defensorem, sed à Lutero
admonitū, ab eo resijisse. Itā licuit Lu-
tero vnam atq; eandem rem modò asse-
rere, modò confutare, nec quicquā tam
absurdum ab illo fieri potuit, quod non
putarent homines eius præstigijs fasci-
nati purum putum esse Euangelion.

Mense Aprili Synodus Zuingliano-
rum doctorum Tiguri fuit, cui etiā

Bucerus & Capito rogatu Basileensiu
interfuere. Ibi Bucero mirificè se purgat,
q̄; haftenus tantoperè paci cōficiendæ stu-
duerit, id se nō sua voluntate, sed impul-
su Lantgrauij & quorundā aliorum fe-
cisse dicitans. Disceptatū est ibi triduo
cū illo de responso ad Luterū dando. Nā
hīc quoquè versut⁹ ille apostata, vt qui-
dam Zuinglianus scribit, ambigua lo-
quendi forma solidā concordia sancire
nitebatur, quā ambigua loquendi rati-
onē Tigurini non probabāt, nec instar
Buceri obscure & copiosè, vt idē Zuing-
lianus ait, loqui volebant, sed liberè &
apertè, nè cōcordia fucata & infidiosa,
qualē Bucerus efficere voluisse non im-
meritò illis visus est, postea maiores tur-
bas pareret. Alij tñ à Bucero psuasi, Lu-
terū à Zuinglio in Eucharistiæ doctri-
na nō tā reipsa q̄ verbis discrepare, quod
fuit falsissimū, sicut Luterus ipse testat
non vno loco, cum Lutero visi sunt in
quandā redire concordia, sed quæ reve-
ra nulla esset, sicut ipse euentus paulò
post docuit. Immò & Bucerus ipse, qui
hanc simulatam concordia tantoperè
vrsit, cūm à Tigurinīs impetrare nō pos-
set responsonem ad Luterum, qualem
ipse vellet, ab illis non parū abaliena-
tus est, licet antea non mediocriter illos
coluisset. Sūt etiā alij quidā ab illis fa-
cti alieni, licet videri nollent, & nō pau-
ci Luteranis accesserūt. Vtebantur aut
isti, à Bucero, vt apparet, edocti, hac in
re verbis & sententijs ambiguis & per-
plexis, nè fraus cuiquā appareret, qua
tñ vel maximè creuit hoc prodigiosum
Euāgelion, adeoq; Bucerus ipse in Eu-
angelium Matthæi & Iohannis scribens,
doctrinā de Eucharistia, quā antè pro-
pugnarat, vt Lutero gratificaretur, re-
tractauit. Et tñ hunc proteū quidā neu-
trales, id est, qui nec Catholicæ ecclesie,
neq; Sectarijs addictos se videri volunt,
licet interim non obscure nouas ipsi fa-
bricent sectas, nō dubitat pacis & pieta-
tis inprimis studiosum vocare: scilicet
pacis & pietatis studiosus est, qui vt sese
offert occasio, modò hoc, modò illud de
vna eadēq; re dogma propugnat, facilè
etiā Mahometis Alcoranū approba-
turus, si nō desit oportunitas. Zuingli-
ni quidam Buceranę conciliationi, qua
ille

ille tā crebrò nifus est Zuinglianos cū Lutero in cōcordiam qualemcunq; redigere, hoc tribuerūt, quod illis tribuēdū est, qui præ nimio vini desiderio etiā mæces hauriant. Nemo neque potest neq; debet ambigere, hanc inexpiabilem dissensionem propterea inter Euāgelicos extitisse, vt sibi Catholici meliùs pspicerēt, & à tam superbis, turbulētis & seditiosis ingenijs rectiùs cauerent.

Apud Anglos hoc anno facinus insolens rex Héricus designauit in cineres & ossa beatissimi martyris Thomæ Cātuariensis quōdā Archiepiscopi. Eius corpus in theca gemis & auro mirificè exornata asseruabat iam aliquot seculis, eratq; eius martyris celeberrima memoria ob edita diuinitus ad eī sacros cineres innumera miracula. Visebātur illic gemæ incōparabiles: q̄dam vincebāt ouī anserini magnitudinē, pietatis causa eō missæ à monarchis & regibus, ad martyris memoriā ornandā. Verūm Henricus rex nescio quorū instigatus cōsilio, nō cōtentus gemis & auro nudasse eius monumentū, etiā ipsas venerādas reliquias exussit. Nihil q̄dem sanctissimo martyri nocitū est, qui vitā cum Deo viuī beatā & sempiternā: sed mirū profectō est, regē illū, q̄ paulò antè tanta cōstantia fidē Catholicā scriptis euulgatis defenderat, potuisse ad id infaustū cōsiliū deuolui, vt in martyris ossa ante annos ferè quadringētos pro pietate cæsi, tam atrocitè defæuīret. Sed id genus multa audēt Lutherani & reliqui sectarij, apud quos pleraq; templa hodiè nō multūm discrepāt à ferarū cubilibus, & locis planè desertis, & in horrendā vastitatē reductis: q̄ quidē, nisi Deus rebus nostris prospiciat, nihil vidētur significare aliud, q̄ propediēm in his Europe locis cultum Dei omnem penitūs extinctum iri.

Cū indictum esset à Paulo Pontifice Concilium ob certas emergētes rationes nō iam Mantuæ, qui locus visus erat opportunior, sed Vincentiæ celebrandum, Luterus certos euulgauit articulos, quos vellet suo nomine Concilio proponi. Verūm illi tam absurdi & impij erāt, vt nō defuerint, qui Germanos dehortarent, nē proponerent eiusmodi articulos Cōcilio, nisi vellēt Ger-

manos reliquis nationibus irridēdos & ignominia notādos propinare. Erāt em̄ in ijs, q̄ ab ipsa quoquē Augustana Cōfessioe dissiderēt. Verūm etsi turpissimū est, in religiōis negocijs diuersa sentire, & q̄d hodiè affirmāris, crās negare, hodiè asserere, q̄d heri negaueris: tñ hoc apud Luterū & eius p̄clarā sobolem nō valdè turpe putatur, immò verò frequēs & solenne est, vt eorū scripta testantur, licēt id imperita concio nō facile aīaduertat.

Hac tēpestate in Anglia direpta atq; euerfa passim sunt monasteria: & vitæ monasticæ cultores vestē mutare coguntur. Cæsi etiā fuēre aliquot illustri dignitate proceres, q̄ nollēt regis impietati subscribere. Multūm in eo regno sanguinis fusum est: & sectarij q̄dē egregiū cōscripsēre martyrologion, in quod retulere etiā noīa illorū, qui sub regina Maria, de q̄ post dicet, hæresis noīe plexi sunt. Verūm illos nemo Christi, sed Luciferi potius martyres dixerit, q̄ nō pietatis, sed perniciosæ doctrinæ causā tollunt è medio, nē multos sua peste corrūpant. Videmus hodiè summo oīm dolore, quò progressa sit quorundā initiō nō seuerè vindicata audacia. Quæ nō hodiè hæresum monstra existunt? In Lituania sunt multi Ariani & nestoriani, nec parū multas occuparunt ecclesias hoīes valdè athei & execrabiles, qui summā & summè venerandā Trinitatē pro nefas vocāt cerberū tricipitē, & Symbolū nō Athanasianū, sed Sathanasianū, & multa alia nimis horrēda. Si principiō seuera fuisset adhibita aīaduersio, poterant oīa hæc mala facilè auerti. At nūc vsq; oīa increuerūt, vt nullū appareat remediū.

Hoc anno Barbarussa insigne fecit naufragiū, amissis viginti millib⁹ hoīm, cū iam classe educta, in nostros cogitaret. Illisit eas triemes tēpestas oborta Acroceraunijs cautibus, quarū fragmēta toto ferè Dalmatico littore ciecta visebant. Paulò antè insignē contra illum classem eduxerāt Paulus Pōtifex, Carolus Cēsār & Veneti duce Andrea auria, & Vincentio Capellio Veneto. Erāt simul naues supra CC. & quinquaginta, adeò vt nunquām ferè maior nostrorū in lōnio mari classis conspecta sit, plurimumq; sibi metueret Barbarussa, homo

homo alioqui audax & imperterritus. Verum cum Veneti nollent praesidium Hispanorum militum in suas triremes accipere, ut quidem assererant Ligures nec Atria Venetis triremibus plane confideret, licet Veneti culpam alio conferat, ut solent libenter homines, si quid perperam gestum sit, a se omnem culpae suspicionem in alios amoliri: orta interim tempestas est, & nostri omnes, insequente & insultate ac irridente Barbarussa, in foedissimam fugam versi sunt, cum potuissent facile illo die totam Barbarussae classem dele- re & perdere. Et iam quidem resumptis animis volebant Barbarussam inuadere quaterna acie, sed cum cunctantius sua consilia expediret, Barbarussa retroces- sit in sinu Ambracium. Magnam eo die Christiani tulere ignominiam, quod tantae occasioni non solum deesse, sed etiam in turpem fugam se conijcere non dubitassent. At tamen paulo post, ut diximus, incomparabilem Barbari cladem accepere, multis amissis triremibus, deo Opt. Max. haud dubie Christianorum rebus opem ferente. Verum id damnum breui postea Solimannus sarcinuit, ut est immensis opibus praedives, noua instru- cta classe. Magnam vero inde cepit vol- uptatem, quod Barbarussa omnibus propere rebus inferior, nostros toto mari effugere compulisset.

Hoc anno multis Germaniae locis armati homines in aere visi sunt, & ver- sus Orientem stella inusitatae magnitu- dinis, quae cruentos spargeret radios: & iuxta illam crux sanguinolenta, cum ve- xillo per aera volitante.

Sub initium Octobris rex Franciae Ca- meraci conuenit Mariae Belgij praesecta, Ca- roli Caesaris sorore. Inde pariter cum ma- gna pompa egressi, venerunt ad S. Quin- tini oppidum. Vbi quae regina incredibili studio & apparatu excepta est. Exactis diebus sedecim, alio itinere redijt in Ha- noniam. Nihil non egit rex Franciscus, ut posset mediolanum Caesaris beneficio im- petrare: sed Caesar praesalto consilio & ex- acta prudentia, potentissimis Gallorum re- gibus amplissimum illum Italiae principa- tum ut adiungeret, nullis rationibus pro- moueri potuit, veritus haud dubie, ne illo minimè contenti, maiora tentaret. Sunt

qui Caesaris auaritia & totae Italiae do- minandi libidine factum scribant, ut tam pertinaciter Gallis mediolanum negaret: sed illi certe temerarij sunt & iniqui censo- res, cum ante paucos annos eundem prin- cipatum, quae maximis impendijs & diffi- cultatibus bellicis obtinuerat, rogatu po- tificis Clemetis, Francisco Sfortiae libera- lissimè restituerit, Florentiam quoque ipsi- us armis domitam, Alexandro Medici tra- diderit, qui certe est insignis principatus.

Eo tempore, quo apud Niceam pontifex, Caesar & Franciscus rex fuere, Ioachimus Elector Brandeburgicus Saxoni Electo- ri per legatum indicauit, se rectis nuncijs di- didisse de Turcae in Germaniam aduentu. Iam enim Vaiuodae ipse Turcarum Impera- tor hoc significarat. Orabat igitur Brande- burgicus, ut Saxo certa ipsi, quam cuperet, pacis in eundem rationem perscriberet: se cum Ferdinando rege porro acturum, ut apud Caesarem intercedat. Hic Princeps Lutheri quidem dogma sic complexus erat, ut tam ple- rasque caeremonias ecclesiasticas retine- ret, & cum esset Caesaris atque Ferdinandi studiosus, noluit in foedus illud Smal- caldicum transire. Habebat autem in matri- monio optimi & Christianissimi Polo- niae regis Sigismundi filiam, quae in hunc usque diem ferè in Catholica religione co- stantissimè permanere. Saxoniæ Elector rem omnem deinde cum Lantgrauio com- municat, & illi simul respondent Brande- burgico, se quidem videre necessario totis viribus obuiam eundem esse Turcae hosti crudelissimo, sed tamen id fieri non posse, nisi ipsis certa & non dubia pax co- cedatur. Ea erat eiusmodi, ut Iudices Ca- merae nihil contra ipsos possint in causa religionis, qua etiam comprehendi vole- bant direptionem honorum ecclesiasticorum: atque ut ea pace frui liceat etiam illis, qui post Noribergicam transactionem accesserint & accedere voluerint ad ipsos, atque ipsi etiam Daniae regi, qui non erat subdi- tus Imperio: quae quidem omnia vehementer erant Catholicis onerosa, & tamen nisi permitte- rent, illi contra Turcas parum aut nihil se moturi videbant. Inde socij omnes Smal- caldici foederis ad 24. Iulij monentur He- nacum se conferre. Eo non principes ipsi, sed legati venerunt. Eadem petunt, quae ante principes petierant, & alios ibi quo- que

quæ in suū fœdus receperunt. Habebant tum litē cum Henrico Brunswicēsi principe Goslariēses fœderati. Itaq; orabant legati fœderatorum, vt Ferdinandus ab Imperatore peteret mandatū, quo princeps Héricus actioni se sistere cogatur: & tñ illi nolebant Catholicis licere suū ius persequi in supremo imperij iudicio. Addebant autē minas, nisi id contra Henricum principem impetretur, ipsos Goslariēses socios minimè neglecturos. Ea tum erat Imperij per Germaniā habitudo, vt lachrymis potiùs, q̄ scripto, prosequēda sit. Imminebat Germaniē cruentissimus Turcarū tyrānus, & tamē sic erāt pleriq; animati, vt nisi Cæsar ipsorū voluntati obsecundaret, non magnoperè recusaturi viderētur iugum Turcicæ captiuitatis, cū certum esset eos suis viribus tanto Imperatori minimè posse resistere.

Penultima die Decembris Lantgravius Hassiē haud p̄cul ab oppido Cassello venationi intētus, incidit in scribā Henrici principis Brunswicēsis, qui nihil habebat cōmercij in fœdere Smalcaldico, quia Catholic⁹ erat princeps. Vbi autē Lantgravius didicit scribam illum esse huius Henrici principis, iussit comprehendēsum Castellū abduci. Habebat ille apud se literas principis sui ad Archiepiscopū Moguntinū & Heldū Cæsaris legatū. Eas vtrasq; & quēdā alia secreta Lantgravius resignauit & legit, ipsumq; scribā captiū detinuit. Hoc vtrū decuerit illū principē, alij viderint. Certè ea res primò quidē ipsi principi Hérico magnam calamitatē, sed nō paulò maiore Lantgrauio postea attulisse videt, cū ijs ex inijs, licet aliē quoquē causē sup peterēt, grauissima inter principes odia excreuerint, & Héricus quidē princeps primò à Lantgrauio captus sit, at ipse postea Lantgravius nō solūm Henricū dimittere, sed in ei⁹ quoquē captiui locū succedere coactus sit. Verūm ad has diras animorū acerbitates, quæ sub hoc Luteri infausto Euāgelio inter Germaniē principes extiterē, magna fomēta et incitamenta suggererūt improbi concionatores Luterani, q̄ principibus suis sub verbi Dei specioso titulo multa persuasere, q̄ à verbo Dei p̄sūs abhorrerēt.

Mortua est hoc anno Isabella Caroli Cæsaris cōiunx, idq; in puerperio, edita quidē prole, sed q̄ non diū superuixerit. Mortuus est etiā Carolus Geldrië dux Catholicus, eiq; successit Guillelmus princeps Cliuēsis, sed parūm feliciter, vt ipse rei euentus declarauit. Galli eū in suas partes pertrahere nitebantur, vt haberet Cæsar in Belgio vicinū hostē, sed deo benè propicio, princeps Cliuēsis saniora consilia secutus, breuē in gratiā cum Cæsare, quē tum occupata Geldrië ditione, tū Gallorū amicitia offenderat, redijt, vt infra dicemus.

ANNO 1539. fuit cōuentus Protestantiū Francofurti, vbi datę sunt illis à Cæsare inducię mensū 15. & decretū fuit, vt vtriusq; partis viri docti & moderati deligerent, q̄ inter se de rebus cōtrouersis colloquerent. Eius generis colloquia multa idētidē suēre instituta, sed nullo felici exitu, q̄ neq; Sectarij vellēt à sentētia decedere, neq; Catholicis fas esset quicquā illis cōtra Catholicę Ecclesię sententiam concedere. Multa autē in Protestantibus & nūc & aliās quoquē Cæsar pijsim⁹ dissimulauit, q̄ nō facili pateret via & ratio secūs cū illis agendi. Protestātes em̄ nō solūm magnis iā erāt ex Smalcaldico fœdere aucti viribus, sed etiā Luteri & aliorū concionatorum suorū seditiosissimis tū scriptis, tū concionib⁹ eò p̄pmodū impulsī videbātur, vt nisi Cæsar ipsis petita permitteret, nescio qd non molituri putarent. Erant q̄dem nō contēnendę Cæsaris vires, sed eas tū Turcica, tū Gallica arma sic perpetuò ferē exercebāt, vt cū protestātibus nihil posset durius agere, licet plurimū illi doleret paucorū impotētū apostatarū monachorū scriptis & cōcionibus seditiosis Germaniē pacē penitēs perturbari. In hoc ipso cōuentu Saxonie Elector id inter alia testificabat, se Ferdinādū nō agnoscere pro rege Romanorum. Adeò iam erāt in Germania perturbata oīa, eas turbas ciētibus impijs cōcionatorib⁹, q̄ Protestātes ordines egregiē iludebant. Erāt quoquē inter principes acerbę suspiciones & simultates, ex religiōis dispari habitu emergētes: vnde fiebat, vt Germaniē vires, q̄ hactenūs omnibus semp̄ nationib⁹ fuissent formido-

losæ, iã itã miserè distractæ & dissipatæ, haud dubiè supremã cladem iam pridem subituræ fuisse viderent, nisi præpotens deus singulari quadã beneuolentia rebus nostris prospexisset. Erãt em̃ adhuc permulti, hodieq; sunt in Germania, qui à sectis prorsùs abhorreant, nec stultissima leuitate eam sibi religionè deserendã putent, quã tot seculis vniuersa Germania summa oim̃ cõsensione coluerit.

Hoc anno diè vitæ clausit extremum clarissimus & integerrim⁹ Princeps Saxoniz GEORGIVS, què Luterus egregiè cõuicijs & cõtumelijs, et quidè impunè sepè profciderat. Fuit is princeps generosa & planè Germana animi fortitudine, in auita Maiorum suorum religione cõstantissimus, & Carolo Cæsari longè optimo sempèr deditissimus, dignus pfectò multis nominibus, què omnis posteritas laudibus vehat. Eius obitu maxima accepit incõmoda religio Christiana. Nullos enim reliquit liberos. Itaq; testamento scripsit heredem fratrem suum Henricum & eius filios Mauritium & Augustũ, ea conditione, nè quicquã in religione mutarent. Missi fuerunt ad Henricum, qui hoc ei proponerent, sed interim mortuus est pius princeps, & continuò Henricus ditionem omnè occupauit, atque in omnia Misniã, Thuringiã & Saxoniz loca, quæ Georgio Principi paruerãt, Luteri sectam inuexit. Iam enim Luterani cum in suã Nassam pertraxerant. Is postea successorem habuit Mauritium, Mauritius Augustum, vt suo loco dicemus. In Misniã oppido absq; vlla intermissione nocturnis atque diurnis Horis perpetuè Deo Opt. Max. laudes promebantur, raro quodã eximie in Deum pietatis exèplo, diuersis cantandi & psallèdi vicibus institutis in ipsa Ecclesia cathedrali: sedis cultus diuinus maxima ex parte tũ abolitus est, antiqua religiõis facie prorsùs mutata. Hæc faciebant Principes persuasi à Lutero, alioquì præ insita Germaniz principibus spectata generositate nunquã talia ausuri: quanquã in eiusmodi grauissimis rebus nihil priuata authoritate, sed totius Christiani orbis cõsensu omnia cum summa deliberatione & exacta maturitate trãsigi oport-

tebat. Non em̃ satis erat Luterũ dicere, hæc & pleraq; alia rectè & ex verbi Dei præscripto fieri, cum hæreticorũ omnium ea perpetua fuerit consuetudo, vt quãuis absurda et impia in orbem commenta inueherent, ea tamè verbo Dei consentanea & ex verbo Dei profecta assererent: sed oportebat Christiani orbis sustinere sententiam. id quidem generosos principes & reliquos Germaniz magistratus magis decuisset. Porro vbi Henricus princeps ditionem fratris in suam fidem adigit, Luterum è Vuittenberga Lipsiam accersit: eò quoque aduolauit ex eodem Luteri asylo ingens concionatorum examen, quot currus capere posset. Ij non Christi, sed Luteri euangelium strenuè in illum populum propagãrunt, què tot annis Catholicus princeps in catholica religione continuerat. Est Lipsia paruum quidem, sed elegans oppidũ, insigni mercatu & vili rerũ degendæ vitæ necessariorũ precio, atq; etiã vniuersitate vel Academia tum celebre, tum perquã cõmodũ studiosis, nisi q; Luteri Euangeliũ illic regnat, non tñ prorsùs Lutericè, quòd in nonnullis à Lutero nõ nihil deflexerint, vocetũq; à quibusdam catholicis molles confessionistæ, quemadmodum alij rigidi confessionistæ, qui Luteri dicta factaq; omnia quantumuis putida & infulta, sibi mordicũs tuenda statuerunt.

Hoc anno Angliæ rex scriptũ quoddam edidit, quo Pontificem, qui Concilium tum Vincentiã indixerat, acerbè perstringit. Ea res cum primis iucunda fuit Luteranis & reliquis sectarijs. Quicquid em̃ Pontifici accideret, quod in eius contumeliam & ignominia vergeret, id singularem huic hominũ generi adferebat voluptatem: vt nõrint posteri om̃es, quo spiritu afflati fuerint, qui implacabili odio pastorem Ecclesiæ prosequi nõ dubitãrunt. Non enim propterea Pontifex desijt esse Pastor Ecclesiæ, quòd Luterus cum suo grege eũ vocaret Antichristũ. Verum nè nimio Luterani gaudio insolentiũs exultarent, eodem ipso anno idẽ Angliæ rex nõ ferẽs in suo regno turbas, offendicula, seditiones (quarũ rerũ valdè serax est Luteri euangeliũ, itã vt vix vspiã absque seditione & tu-

& tumultu receptum sit) ex Luteri irrepente dogmate grassari, comitia totius regni indixit, siue conuētum ordinum regni, (ipsi Parlamentū vocant) vbi pro stabilienda religionis cōcordia propositæ sunt sex quæstiones, de quibus in Actis publicis ita relatū habetur: Tandem post longam super his articulis deliberationem, post consultationes plurimas, post deniquè argumenta infinita vltro citroq; connexa, omniū tam regie Maiestatis, quàm vtriusq; Senatorij ordinis, ac plebis in hunc Senatū coactæ summo consensu fuit & est resolutum, decisum ac statutū eo modo ac forma, qua sequitur: Inprimis, In beatissimo altaris sacramēto, per virtutē & efficaciam potētissimi verbi Christi, simulatq; illud sacerdos ore locut⁹ fuerit, sub forma panis & vini, naturale corpus & sanguinē dominicū, conceptum ex Maria virginerealiter adesse: & post consecrationē, nullam panis aut vini, aut aliam quàm Christi Dei & hominis remanere substantiā. Secundò, Cōmunicare sub vtraq; specie nō est om̄ibus hominibus iure diuino necesse ad salutem: credendumq; est & nō dubitandū, quoniam in carne sub specie panis sit verus sanguis, & cum sanguine sub specie vini sit vera caro, tam diuisim q̄ coniūctim. Tertio, Sacerdotes postq̄ sacris initiati sunt, iure diuino non possunt vxores ducere. Quarto, vota castitatis siue viduitatis à viro foeminæ nō temerè facta Deo, iure diuino sunt obseruāda, Christianiq; populi libertate quadā eos priuāt, qua, nisi vouissent, potuissent vti frui. Quintò, Missas priuatas in hac regis Anglica Ecclesia ac cōgregatione admitti ac celebrari, simul & bonū & necessarium est, per quas probi Christiani, quorum vita respōdet, paritèr & bona & diuina solatia & beneficia indè recipiunt, Missasq; celebrari iuri diuino quadrat. Sextò, expedit necesseque est auricularem confessionem retineri in Ecclesia Dei. Quocircà regie Maiestatis autoritate, ac summo vtriusque ordinis senatorij, plebisq; in hūc senatum coactæ cōsensu in hunc modū, qui sequitur, latum est senatusconsultū: Qui vel in hoc regno Angliæ, vel in alio quouis regie maie-

statis dominio post 12. diē Iunij, qui proximè sequetur, verbo, scripto, prælo, ficticijs characterib⁹, aut alio quouis modo publicè cōcionantur, docēt, dicunt, affirmāt, declarant, disputāt, aut ratiocinantur secūs, quàm iam dictum est, in illos tanq̄ hēreticos grauissima cōstituit rex supplicia, atq; etiā in eos, qui consilio aut re tales iuuerint &c. Hoc quidē præter omnē expectationē accidit Saxonico Papæ Lutero & eius symmystis, præpotēte Deo non nimiūm eis laxante habenas, quemadmodūm etiā satanę diuū Iob flagellanti certos quosdā semper præfixit cancellos, quos ille prætergredi neq; posset, neq; deberet. Certum est em̄, Luterum & totū symmystarum eius gregem ad tempus accepisse diuinę iustitiæ permissu potestate vexandi Catholicā Ecclesiam, sed nec hætenus potuerunt, nec deinceps poterunt tantum sequi, quantū vellent. Vtinā Catholici corrigerent vitā, breui pessūm iret om̄is illis diuinitus permilla sequēdi facultas.

Hoc anno Gādaui, quod est amplissimū Flandriæ oppidū, Caroli Cæsaris ortu clarissimū, non nihil tumultuatū est. Ea res vbi ad Cæsaris tum in Hispania degentis notitiā peruenit, eò maturius eundū sibi cēsuit, nè res in peius dilatione procederet. Itaq; cum per paucis principib⁹ ingressus est Gallias per Bationam. Idem vt maiori fidutiā faceret, multis Frāncisci regis legationibus & literis inuitatus fuerat, licet omnes eius cōsiliarij, nè id faceret, prorsus eū detererent. Verū optimus princeps accepta à rege Francisco fide publica, illud certè periculosum iter arripuit. Nam tæcti rex Frānciscus putādus est optimo in Cæsare animo fuisse, tñ quia in tanta Cæsare detinendi opportunitate potuisset facilè humanum aliquid pati, non absq; ingenti periculo Cæsar illud iter ingressus est. Vtebat aut̄ tum veste pul- la, & equis cōmodatitijs, ijsq; Gallicis. Sed certè eo ipso tempore deprehensus est à legatis sororis eius Marię, quę Belgio præerat, idq; nō semel, per noctem duabus aut tribus horis vtroq; flexo poplite in cubiculo, nigris vndiquaque pannis tecto, orare. Et haud dubiè Deus cui cōfidebat, nō absq; multorū summa

admiratiōe toto illo itinere seruauit eū. Porro ea precādi ratione in omni vita, & loco, & etate eum quotidie vsum fuisse cōstat. Orabat manē duab' plūs minūs horis, totidē nocte vel vesp̄i. Indē postq̄ se induisset, accedebat etiā manē ad auscultandū sacrū. Sed de his alibi fortassis plura dicētur. Cū esset in hoc Gallico itinere, & ad regē properaret, contigit regis filiū Carolū, lectissimū iuuenem Aureliorū ducem, inopinantē insilire in tergum illius equo insidentis. Cumq; eum Cæsar humanissimē salutasset, ille clamauit, Cæsar redde te captiuū, Cæsar redde te captiuū. At verō Cæsar nihil illi respondit, sed tātūm ridētis in morem gratissimis & iucūdis oculis illum intuebatur: sicq; vno vestr̄i equo, in chorū Gallicarum fœminarū & heroidum venerunt: Vbi Cæsar obiter salutata Leonora sorore sua, Regis Francisci coniuge, longum miscuit sermonē cum Estampia heroide, quę tū in magna erat gratia apud regē, nec desunt qui putent eam consuluisse regi, vt Cæsarem in Gallijs detineret. Accidit quādoquē, vt inter loquendum Cæsari inopinātī (vt quidē rebantur homines) annulus excideret gemmā habens nobilissimam. Eum cū leuasset illa è solo, vt Cæsari redderet, noluit eum recipere, sed illi dono dedit. Toto autem hoc spatio, quo Cæsar fuit in Gallijs, summi illi honores & omne humanitatis ac beneuolētię genus oblatū est à rege Francisco & omnibus regni Proceribus, adeo vt etiā regia planē authoritate ad aliquot dies vteretur. Non tamē longē absuit tum Ambasię, tum Parisijs à grauib' periculis. Ambasię Gręci ignis fumo in gradibus turris cuiusdam immodicē excitato, propemodū suffocatus fuit: Parisijs tabulatū in caput eius elisum, sanguinē sparsit. Rex Franciscus vbi comperit earū rerum authores, mox in crucē eos tolli iussit: sed pijsimus Cæsar multis precibus vitā illis impetrauit. Nolebat enim aduentū suum in Gallias cuiquam funestum esse, maximē cū nihil horū de industria factum didicisset. Simul autem sororem suam Mariā tum de eximijs ipsi delatis honoribus, tum de ijs improuisis euentibus mox cer-

tioem reddidit, nē quid illa famę, quę tam varia spargebatur, temerē crederet. Ipse Franciscus rex tum temporis ex vlcere cœperat meliusculē habere, et apud Lochias Cæsari aduentanti summa hilaritate occurrit, paratus etiā duos liberos suos Henricum & Carolū ipsi obsides dare, si parūm regi fideret. At Cæsar obsides recusauit, & itā (vt dixi) toto regno mirificē honoratus et splendidissimē habitus est, regijs liberis ex regno abeuntem Valencenas vsq; deductentibus, vbi tum à Maria Cæsaris sorore nihil prætermisum est erga Cæsarem ipsum, & Francisci regis regios filios, quod ad eximiā propensissimi animi testandam beneuolentiā pertinere videretur. Poterat faciliē inter duos illos longē potētissimos reges pax firma & constitui, & coalescere, si rex Franciscus à Mediolani amplissima ditione repetenda animum reuocare voluisset. Porro dum inter se certant reges de Mediolani imperio, interim Turcis animus creuit, & hæreses in dies itā auctę sunt, vt vix numerari queant. Sed nemo faciliē culpam in reges conferat. Nostris peccatis pro-uocata diuina iustitia, permittit interim eiusmodi perniciosas dissensiones oriri inter principes & pleraq; alia mala, vt ijs castigati, respiscamus & ad meliōrē frugem nos recipiamus, nisi acerbiora quoquē experiri velimus.

Hoc anno tanta fuit vini vbertas, vt non suppetentibus vasis, pleriq; grādes foueas egregiē tabulis vndique munitas, vino compleuissent ferantur.

Eiusdem anni mense Augusto aut circitē, Turcæ duce Barbarussa Castronouum Dalmatię urbem maritimam, in qua erat fortissimum Hispanorum præsidium, non sinē maxima suorum cæde expugnauerunt. Paulò antē Cæsariani id Turcis victis occupauerant: sed ea res Solimanno impensē doluit, nec quieuit, donēc id Christianis sentiret ereptum. Sunt qui scribant, quosdam Dalmatas ex vrbe profugos, Turcis secreta vrbe prodidisse. Habent Turcæ enses incuruos, quibus & galeas & loricas ferreas nostrorum scindunt: sed id in primis nostris incommodē cecidit, quod in ipso

ipso acerrimo cum Turcis cōflictu pluvia erumpente non potuere sclopettis uti. Porro Turcē in nostros atrocissimē sagittas iaculabantur. Multa tum Christianorum millia trucidata sunt. Dolendum certē, tantum posse in populū Dei impuros illos Mahometanos, sed nostris vitijs illorum vires alūtur. Obiter tamen aduertendum, ex Hispanis à Turca hoc loco cēsis plerosq; interfuisse Romanæ vr̄bis sub Clemente 7. fœdissimē direptioni, ut non immeritō hæc illis clades accidisse videatur.

Per hoc tempus, cum iam non pauci putarent Sacramentarios cum Lutero redijisse in concordiam, quod tam multis colloquijs & conuenticulis toties frustra tentatum fuit, et Tigurini propterea à scriptis acerbis & contumeliosis in Luteranos abstinere: ecce tibi Luterus libellum de Patribus & Concilijs edit, quem nē videretur in solos Catholicos scripsisse, in eo ipso Zuingliū per summam contumeliam Nestorianū fuisse dicit. Hoc malē habuit Tigurinos ministros, magistrum suum tam honorificē predicari à Lutero, nec sibi hoc silentio transeundum putarunt, sed datis ad Luterum literis, admonent hominē, nē contra vltimam pactiōem tam malē de Zuinglio sentiret & scriberet. Luterus nihil illis respondit. Itā nunquam inter istos Sectarios nisi ficta & simulata pax fuit, quippe qui non id spectarēt, ut veritas vinceret, sed ut ipsi pro se quæque præclaram orbi doctrinam & nouā lucem inuexisse viderentur, atque hoc nomine apud vulgus insigne sibi nomē compararent, & interim, ceu homines deplorati & perditī, quamplurimos secum in tartara traherent. Sic de illis sentiunt viri graues, qui eorum conatus & studia nōrunt iusto perpēdere iudicio, quod qui non potuerunt, sub splendido verbi Dei & puræ doctrinæ, quā isti impuri tenebriones impudentissimē iactitant, prætextu ab illis in multos fœdos & tetros errores abducti sunt. Et reuera verbis & scriptis suis tantam plerūque præ se ferunt pietatem, ut in errorem induci possint etiā electi: cum interim sub hac pietatis satanica simulatione tam horrenda impiorum dogma-

tum iam olim damnatorum monstra in orbem reuocent, ut mirum sit, non pridem totum terrarum orbem sulphureo igne, quod de Pentapoli scripta diuina commemorant, deflagrāsse.

Gen. 19.

ANNO 1540. rex Ferdinandus ab Austria venit Gandauum ad Carolum Cæsarem: venerunt eò quoque legati Protestantium Ordinum, qui præter alia multa, quibus & sese mirificē purgare, & in Catholicos barbarum omnium culpam conferre nitebantur, corā illo Catholicae religioni additissimo Principe dicere nō sunt veriti, hoc tempore Deum Euāgelij sui cognitionem excitāsse, quasi antehac Germania Euangelium nescierit, & ab apostatis demum & votifragis monachis illud discere debuerit. Eodem tempore Protestantes ordines ad Gallia regem non parum blandas scripsere literas, ut si quid à Cæsare durius expectandū esset, haberent potentissimum regem sibi coniunctū. Cæsar cum legatos Protestantium audiuisset, se deliberaturum respondit. Multum hinc iterum urgebant legati illi, ut Camerae iudicibus non liceret pro illis ferre sententiā, qui se quereretur rebus & facultatibus suis sub Euāgelij prætextu priuari, quales querimoniæ à clero catholico & monastica vitæ cultoribus tum non raræ ad Camerae iudiciū deferbantur. Dicebāt Catholici, se iniuria rebus suis spoliari: asserebant contra Euāgelici, iure id fieri, quod falsam colerent doctrinam &c. In hac autem controuersia non licebat Catholicis ad supremum Imperij iudiciū prouocare, sed oportebat eam ferre sententiam, quam apostatae & incestis nuptijs polluti monachi, suis magistratibus persuasissent veram esse & prorsus Euāgelicam. Hoc miserum erat & Turcica tyrannide intolerabilius, & tamen sic habebat pura doctrina noui Euāgelij. Cæsar cogebatur ob temporum iniquitatē pleraque dissimulare, cum tam multis iisdemque potētissimis premeretur hostibus. Indixit nihilo minus conuētum principum Spiræ, qui tamē ob pestis sæuitiē translatus est Hagenoā, cui Ferdinandus rex Cæsaris nomine præfuit, Cæsare alijs occupato. In hoc conuentu Luterani no-

Iuerūt pondus aliquod habere eā quorundam articulorū conciliationē, quā Augustæ septem ab vtraq; parte collocutores effecerant. Petiērunt etiā colloquium Vuormatiæ habēdum, & impetrārunt. Sed in eo colloquio parū confectum est.

Sub hoc tempus Legati Protestantū ex Angliā rediērunt, & in conuentu Smalcaldienſi, quem Protestantes tum agebant, cui intererant Luteranorum doctores antesignani, Ionas, Pomeran^o, Melanchthon, Cruciger, Bucerus, narrauerūt statum religionis in Angliā, & quemadmodū rex ipse Hēricus in familiari colloquio dixisset, Protestantū theologos de præcipuis quibusdā controuersis rebus non rectē sentire. Nam etsi rex ille propter diuortū, cuius antē non semel meminimus, à Pontifice, qui illud probare noluit, ab alienatus erat, tamen Luteri dogmata pleraq; prorsus è suo regno profligauit. Hoc verò non placuit euāgelicis dogmatistis, qui suos principes vel maximè eò incitabant, vt potentissimorū regū conianctis viribus & amicitia, sese contra Pontificem & Cæsarem munirent, quos timebāt ipsis bellum molituros propter mutatā religionē. Post dies paucos Theologi Protestantium scriptum exhibuerūt, cuius hæc erat summa, non esse discedendū ab Augustana confessione & eius Apologia. Hoc quidē illi Theologi præ se ferebāt, sed mentita est iniquitas sibi, cum ab illa confessione etiā author & architectus eius Melanchthon discesserit, eamque non semel mutarit: adeoq; Luterani pleriq; hodiè summa acerbitate id Melanchthoni & plerisq; alijs Augustanæ confessionis professoribus obijciant, quòd ab ea confessione turpiter defecerint. Nec est contentionum inter istos vllus finis, vt mirum sit non aduertere Principes, non posse illos homines Dei spiritu regi, qui in doctrina Evangelij, vt ipsi vocant, tam impudentè vani sunt, tamq; foedis inter se dissidijs distrahuntur. Approbat cōfessio liberum arbitrium, quod tamē Luterus & Caluinus, multiq; alij Sectarij pertinacissimè negant, Deum ipsum, quod sine

horrore dici non potest, scelerū omnium authorem facientes: nō rejicit Missam Confessio, licet ea Missa Luterana sit potius quàm Catholica. Sacramentarij verò, qui & ipsi sub hac confessione delitescunt, aut se delitescere fingūt, ipsam quoque Luteranorum Missam si non superstitionis, certè ludi cuiusdam loco habent. Non negat Confessio veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, Sacramentarij irrident. Luterani alij bonorum operum merita asserunt, alij refellunt. Melanchthon ipse huius Confessionis author, in Confessione affirmat, in Cœna Domini (sic enim vocāt Eucharistiā) corpus & sanguinem Christi vrè adesse, sed idē ipse in Caluini errorem, aut certè nouum Sacramentarium dogma postea deflexit. Quanti igitur, obsecro, ea facienda est Confessio, quam nec ipsi sequūtur, qui eam conscripsere, eam iactitant, eā perpetuò nobis obtrudunt, & ab ea se discedere nolle turpiter mentiūtur? Nihil certè isti faciunt aliud, quàm quòd grauissimum æternæ salutis negocium in ludum vertunt, & quod de medicis alia significatione dici solet, animas negociantur.

Circa hoc ferè tempus missa est à Cæsare & rege Galliarum Francisco splendidissima legatio ad Venetā Rempublicam, ita vt Veneti ipsi faterentur nihil ipsis vnquam specie legationis ad dignitatem honorificentius accidisse. Cæsaris nomine missus fuit Alphonsus Daualus Vastius, procera corporis statura & multa oris dignitate conspicuus, rerumque gestarum fama clarissimus, & Cæsaris in Italia dux summus: Porrò regis Francisci nomine Hannibaldus Gallicarū copiarum ad Taurinum præfectus. Erat tum temporis Veneta Respub. vehementer afflicta à Turcarū tyranno, qui non solum Corcyram, Cretam & insulas Cyclades mirum in modū diuexarat, sed etiā mercatores Venetos Byzātij atq; tota Syria & Aegypto in catenas conijci, eorumq; res & merces magni precij in fiscū referri iusserat, adeò vt tum nequaquam tuta esset Venetis more solito nau-

naugatio, atq; prætereà summa rei frumentariæ, quæ ex Macedonia & Græcia facile peti posset, inopia premeretur. Atq; hoc quidem tempore, cum regum legati adessent, inducijs cum Solimano pactis fruebantur, quorum tempus iam propè effluxerat. Itaq; hoc rerû statulicèt Vastius præsertim Cæsaris legatus diligentèr in id incumberet, vt cum Cæsare & Gallo coniunctis armis Turcam paritèr oppugnarèt, tamen Venetus Senatus nihil adhuc certi & còperti habens de Cæsaris & Francisci regis solida amicitia, ingenti quidem studio & omni honoris officio eos legatos profectus est, at nihilo minùs paulò pòst Aloisium Badoerium ad Solimanû pacis conficiendæ causa misit, certis illi, quibus apud Solimanum ageret, conditionibus præscriptis. Eas condiciones Solimanus quorundã prodicione, quæ multas perdit Respublicas, iam perceperat, & legatum Aloisium, ità vt iussus erat quædam dissimulâtem, seuerè corripuit, dicens se iam scire quid à Decemviris definitum esset. Ea obiugatione territus legatus, suprâ etiã, quàm Senatus permiserat, Solimano concessit, vt pax conciliaretur. Itã tum Solimanus eum Venetis pacem fecit, traditis illi Nauplio & Epidaurò Pelopónesi vrbi- bus, & Nadino atq; Labrana Dalmatiæ castellis, non sinè magno Venetæ Reip. detrimento. Postea verò diligenti habita inquisitione depræhèsi proditores, graui supplicio affecti sunt.

Cum Cæsar Carolus esset Gandavi, venit ad eum Dux Iuliacensis, qui iam Geldresem quoquè principatum vltro ipsi oblatû possidebat. Voluit ille Princeps cum Cæsare de pace transigere, sed nihil tû effectû est. Interim Galliæ quoquè rex, vbi se videt spe obtinendi Mediolanensis imperij frustratum, à Cæsare fit alienior, iungitq; amicitiam cum Iuliacensi principe, desponsã illi, vt quidam scribunt, Iohanna è sorore Margarita Nauarræ regina nepte, puella lógè omnium totius Galliæ opulētissima. Ea amicitia non benè cessit Iuliacensi principi, vt postea referem⁹, neq; eã nuptiæ suum habuère processum.

Hoc anno Thomas Cromelius, ex

humili loco ad supremam à rege Angliæ Henrico VIII. dignitatè euectus, ab eodem capite damnatus est. Fuerat is, nisi fallor, qui in Episcopum Roffensem Iohannem Fischerium, Thomã Morum, & plerosq; alios religiosos viros seuerissimè iussit animaduerti, quòd nolent regis cum Catharina diuortium & quedã alia approbare. Non desunt, qui se valdè beatos putent, si magnorum principum gratia fruantur, eiusq; tû obtinendæ, tum conseruandæ causa multa plerunque faciunt præter ius fasq;: at præpotentis Dei iusto iudicio tales non raro suæ stultitiæ meritas dant pœnas, gratia Principum in odium versa: quæ admodum legimus olim Perillû Atheniensem insignem fabrum Phalaridi crudelissimo tyranno, vt illi placeret, æneum fabricasse taurum, in quem coniecti homines, & igne supposito dirè excruciat, non humanam vocem, sed bouis mugitum edere viderentur, ab ipso Phalaride, cuius gratiã venabatur, primùm in illam sæuissimam carnificinam coniectum esse, malumq; consilium ipsi còsultori pessimè cessisse.

Hoc anno Carolus Cæsar graui edicto proposito, per omnes ditiones suas hereditarias Germaniæ inferioris omnibus interdixit lectione librorû Luteri et quorumcunq; aliorum hereticorum. in immorigeros capitis pœna decreta est. Hoc verò etsi pleriq; permolestè ferunt, putantq; omnibus eiusmodi librorû lectione permitti debere, tamen còsultissimè fit, nec est in Ecclesia nouum, sed etiã lógè ante mille annos tẽpore Ni-

Niceph. Eccl. Histor. lib. 8. ca. 18.

ipso Synodus Arii & sèctatorum eius libros comburi iussit, verùm etiã Constantinus Imperator Christianissimus capitis sententiã tulit in eos omnes, qui eos occultassent libros, & nõ statim còbussissent. An non Apostolus ipse hæreticû Tit. 3. hominem post vnam & alteram correptionem vitadum dicit, & sermones hereticorum instar cancri serpere? Pauci sunt eo iudicio præditi, vt possint verum à falso secernere, & de dogmatibus iudicare: & multi quidem hoc iudiciû sibi tribuunt, & legunt indiscriminatim scripta quorumcunq; sed capti & illa-

queati insidiosissima versutissimorum hominum blandiloquétia, dant pœnas confidétia & temeritatis suæ. Rectè igitur etiàm ante mille annos Gelasius Pôtifex eruditissimus libros hæreticos damnauit & cauédos iussit, itemq; nostro seculo Pontifices seuerissimè prohibent hæreticorum librorum lectioné, nè scilicet incautus lector exitiale virus imis visceribus hauriat, dumq; se non potest ex callidissimorum hominum argumétatióibus extricare, falsum pro vero amplectatur, atque sibi ipsi mortem consciscat sempiternam. Certè de Apostolis & eorum discipulis Irenæus sanctissimus & apostolorú ætati proximus scriptor, libro 3. contra hæreses testatur, eos ne verba quidem cômûtasse cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant atque deprauant: nec dubium quin illi magistratus non rectè consulant subditis suis, qui in suis ditionibus & vrbibus permittút palàm prostare damnatos codices & scripta hæretica. Nam nulla ferè alia re tam multi capiuntur & pereút apud catholicos, quàm quòd eiusmodi perniciosos libros facilè sibi comparare possunt, dissimulante interim magistratu, in quem illorum perditio, vt verendum est, redundabit. Multi hæc modò paruipendunt, sed vbi vétum erit ad tribunal Christi æquissimi iudicis, iã paruipendere non licebit. Multis locis horum temporum Sectarij quidã non modò Catholicorum, sed etiàm aliorú Sectariorum ab ipsis discrepantium libros seuerissimè omnibus suis interdicut, Catholici verò pleriq; id negligunt admodùm perniciosè. Hoc obitèr admonere visum fuit, vt pius lector nouerit, non solùm non repræhendendos, sed etiàm præcipuo studio & amore complectendos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes & magistratus omnes, qui è totis suis ditionibus damnatos libros proscribunt, eorumq; lectione subditis omnibus interdicut: perindè vt suis liberis parentes illi, qui modis omibus cauent, nè quid ab illis toxici aut exitialis cibi potúsve sumatur.

Hac tempestate Angliæ rex Henricus, clarissimi Principis Guilielmi Cliax Ducis sororem Annam, quæ illi

quarta fuit cõiunx, repudiat, & Catharinam Hauardam Ducis Norfolciæ ex fratre neptim quinto matrimonio sibi coniungit. Porrò Londini tres nouo Euangelio addictos, atque in ijs Robertum Barnú, cremari iussit. His alios tres pari pœna plectendos adiunxit, qui Romani Pontificis primatú, & Catharinæ Hispanæ coniugium approbabant.

Huius anni mense Augusto obiit Parisijs Guilelmus Budæus, vir citra controuersiam summa eruditione, & apud Gallorum regem magna autoritate. Multùm illi viro debent studiosi omnes, quibus plerisq; doctissimis lucubratióibus suis non parùm contulit. Voluit absq; vlllo fastu corpus suum sepulturæ tradi, modestiæ causa, vt opinor, vnico tantùm lumine præeunte. Reliquit vndecim liberos, & non paucos libros ab ipso elucubratos.

Moritur etiàm hoc anno Iohannes Vaiuoda Hungariæ rex, relicto infante sub tutela Georgij monachi, qui Hungariam omnè, quæ Vaiuodæ paruerat, in pueri etiamnum in cunis vagientis verba iurare compulit. Ea res noua bella peperit, quæ Hungariam Turcis occupandam obiecerè.

Fuit huius anni æstas memorabili ficitate grauis, & vini quidem preciosissimi ferax, & filiginis prouétu mediocri: sed scæni, olerum & id genus aliarú rerum, quæ ad victum hominibus præsertim tenuioribus necessaria sunt, magna penuria.

Hoc anno à Pontifice Maximo Paulo 3. approbatum est institutum societatis Iesu, cuius pfectores licèt hodiè maximos toto orbe in vera propagáda pietate apud Christianos & ethnicos, Mahometanos & Iudæos fructus proferát, nihilo minùs nõ defunt sancto huic instituto multi acerbi calúniatores & obtrectatores, ex ijs præsertim, qui se Euágelicos dici quàm verè Euágelicos præstare málunt: eapropter nõ nihil hoc loco de eo ipso instituto dicendum est, nè quis rei ignorantia deceptus erret, aut maledicorum linguis vel scriptis fidem commodet. Instituti huius primus author & inchoator fuit Ignatius Loyola Cantaber, nobili Baronum familia ortus.

tus. Is ob singularem prudentiã & animi fortitudinem cum Galli arcem Pópeio-politana acerrimè oppugnarent, præfetti munus adeptus, strenuè se suosq; defendit, sed tandè in vtroq; crure gravissimè læsus, & à Gallis captus est. Ea crurum vulnera postea ei vitæ in melius commutandæ non minima causa fuère. Nam dimissus à Gallis, cum ex ijs vulneribus incredibiles noctù diuque ferret dolores, ad sese redijt, mundi vanitatem, cui iam plùs satis addictus fuisset, & vitæ brevitatem altiùs perpendit, diuinisq; & æternis, quas hæcenus non magnoperè curasset, rebus animum adijcere cœpit. Contigit interim, vt annum integrum & eo ampliùs ex morbo decumbenti in manus venirent Vitæ Sanctorum, quas cupidè legentem mira incessit religio, dolor quoque ob admissa superioribus vitæ spatijs peccata, deniquè cupidò vitæ deinceps asperè & seueritèr transigendæ, agendæq; pœnitentiæ. Curatis igitur vulneribus ita se comparat, tanquam ad Ducem Nagera profecturus, sed se vera spretis omnibus mundi huius voluptatibus & vanitatibus, relictis rebus & facultatibus suis, CHRISTO deinceps militaturus, in ipso ætatis flore (agebat quippe tum annum ætatis XXVI.) ad celeberrimum montis ferrati templum se contulit, vbi vestibus lautioribus & sericis exutus, quas pauperi cuidam dedit, eius laceras rursus induit, tamque rigidam & omnis virtutis studiosam aliquandiù vitam egit, vt permultos ad DEI amorem suo exemplo conuerterit. Degebat ad tempus solitarius in specu quodam ad litus fluuij per campum Maresanum decurrentis, faciens dignos fructus pœnitentiæ, quemadmodum Domini Baptistæ Iohannes in Euangelio hortatur. Id temporis literarum rudis fuit, sed Spiritus sanctus & mirabili eum collustravit lumine, & singulari erga proximos amore succendit. Indè in pauperis peregrini habitu se contulit Hierosolymam, loca sacra supplex veneraturus, in quibus CHRISTI DEI etiamnum expressa extant vestigia. Ijs verò locis vsque adeò delecta-

tus est, vt nihil optarit magis, quam ætatem omnem illic degere: verùm diuinitus est admonitus, vt in Occidentem reuerteretur. Itaque in Hispaniam redit, & primò Complutum, post Salamanticam se confert, ibique literis dat operam: cumque in vili habitu, sacco coopertus, palàm homines ad pœnitentiam hortaretur, nulla accepta ab Episcopis concionandi potestate, nec eruditione sufficienti præditus, bis in carcerem coniectus, & ab Inquisitoribus tanquam de doctrina suspectus, examinatus est, sed tandè extra omnem noxam integer vitæ scelerumque purus repertus, è custodia dimissus, Lutetiam Parisiorum se contulit: atque vt alijs docendis & ad CHRISTVM conuertendis magis esset idoneus, decem annos literarum illic studijs corpore debilis, & rerum propè omnium inops, nisi quantum aliorum liberalitate & propria mendicitate sustentabatur, impendit: tantumque labore & diligentia assecutus est, vt breuè artium magister creatus sit. Nec interim cessabat verbo & exemplo homines prouocare ad pœnitentiam, idq; adeò, vt mirabili vitæ ac morum eius integritate & flagrati in DEVM amore permoti aliquot insignitèr docti viri, illi se socios & imitatores adiungere nõ dubitarent.

Postea in Hispaniam proficiscitur anno salutis 1536. atque indè Romam, quò etiàm socij eius viri cum primis venerabiles se contulerunt, vt vnà Hierosolymam religionis ergò proficiscerentur. Antea verò quam Romam venissent, Venetijs illi egregij viri in domibus hospitalibus pauperum summa cum humilitate versati, incredibile studium ægrotorum morbis curandis, vulneribus obligandis, putidæ saniei detergendæ impenderant, atque ea rara cuiusdam sanctitatis de se documenta præbuerant, vt iam omnibus admirationi essent. Roma deindè iterum Venetias reuersi, audiunt ob pacem inter Turcas & Venetos per id tempus ruptam, non patere aditum ad loca sacra Hierosolymorum. Mutata igitur necessariò sententia

tentia, septem ex illis sacris initiantur, atq; ad sacerdotium promouentur, sed ita, vt contemptis facultatibus omnibus, ad pedes Veralli Archiepiscopi Rosonensis, legato Apostolico, voluntariam paupertatem vltro professi sint, vt liberioribus animis totos se lucris animarum impendere possent. Et ipse quidem Paulus 3. Pontifex eius legis Ecclesiasticæ, qua cauetur, nè quis sacris initiatur, qui nõ habeat vnde possit honestè viuere, eis gratiam fecit. Data tunc illis septem facultas est, vt confessiones peccatorum vbique recipere possent. Cœperunt tunc per vrbes Venetæ ditiois in Italia cũ ingenti feruore & fructu incredibili prædicare verbum DEI. Postea simul omnes iterum Romam petunt, vbi post multa rara pietatis, modestiæ, innocentiæ, eruditionis edita documenta, malo dæmone illorum sanctissimos conatus retardare conante, multis sunt & varijs molestijs exagitati, quæ tamen illorum institutum & nomen mirificè illustrarunt & amplificarunt. Interea temporis, cum non pauci ad illorum sodalitatè accessissent, per Contarenum longè doctissimum Cardinalem petunt à Paulo 3. Pontifice instituti sui confirmationem. Ea in re nihil se Pontifex difficilem præbet, nõ obscuris indicijs iam præsentens, quàm illorum viuendi ratio Christianæ Reip. iuuandæ esset accommoda & opportuna: nè quid tamen in re noua inconsideratiùs egisse videretur, principio cauit, nè vltra sexaginta in eam societate reciperentur. Fuit hoc anno 1540. Cernens autem idem Pontifex, quantos illi in dies fructus facerèt, rursus anno 1543. eorum Institutum, quod Spiritum sanctum habere authorem & procuratorem minimè ambigeret, confirmat, nec iam certum sociorum præscribit numerum, quippe quos vel maximè auctos & multiplicatos optaret. Hæc sunt huius Instituti initia. Quis verò eius progressus fuerit, quantum breui tempore creuerit, & in omnem terrarum orbem ad extremos vsque Indos & Aethiopes, atque antipodes se diffuderit cum incredibili animarum fructu, & barbararum quoque nationum ad Christianismum translatione, hæreticorum ad Catholicam

fidem reductione, innumerabilium iam planè deploratorum & desperatorum ad bonam frugem reuocatione, si dicere velimus, opus crescit in immensum. Quauis autè in hac societate Iesu multi sint viri excellèti doctrina & rara virtute, non tamen faciunt, quæ admodum hodiè fratres Euangelici, qui à nemine missi, currunt, falcemq; suam impudenter mittunt in messem alienam: sed Romano Pontifici atq; totius Instituti Primario Præposito se totos permittunt, atq; ab illorum voluntate penitus pendunt: quicquid illi iusserint, id citra vllam tergiuersationem imperterriti exequuntur, etiam si præsentissimum, quod sæpè fit, vitæ discrimen ad eundem sit. Inde adeò accidit, vt cum non sua voluntate, sed iussu superiorum multa sæpè, difficultia & ardua munia obeant, ea tamen singulari quadam dexteritate, præsentis Numinis fauore freti, exequantur: sicut euidentissimè videre licet in illis, qui apud feras & barbaras nationes Christi Euangelium hodièq; prædicant, & hætenus prædicarunt, qui licet plerumque supra vires humanas noctu diuque grauissimis baptizandi, concionandi, confessiones recipiendi, sacramenta administrandi, & id genus alijs pietatis laboribus occupentur, non tamen defasantur animo: quin & corporis ea fruuntur valetudine & robore, vt ægrè plerique credituri sint. Nec pauca ab ijs in CHRISTI gloriâ illis in locis sunt edita miracula, Domino illis cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Vt verò ad Germaniæ amplissimam & Romanæ Sedis quondam obseruantissimam nationem copiosissimus ab hac societate fructus manaret, præstantissimus vir Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Iohânes Moronus, qui in Synodo, Tridèntina Pontificis legatus fuit, cũ Ignatio huius Instituti Præposito egit de construendo Romæ collegio, in quo maxima Germanorū adolescentium multitudo optimis disciplinis & vera pietate liberalitè & gratis institueretur, nec tamè eonomine, vt in Iesu societate adolefcetes illi pellicerent, quod quidam falsò calūniantur, sed vt ab eius societatis doctissimis & spectatissimis Patribus præclare eru-

eruditi, in Germaniam remitterentur, ubi sacris concionibus & alijs pietatis exercitijs Germanos suos, versutia astutissimorum apostatarum in varios pugnantēsque errores seductos, ad catholicæ fidei sinceritatem & unitatem reducerent. Quantis verò sumptibus & laboribus ea res constiterit, nemo facile dixerit: & possent indè, modò vellent, haud obscure colligere Germani nostri, quo animo Pontifex & Cardinales sint in Germaniam, qui immensis impendijs collegium illud ædificandum & studiosos Germaniæ adolescentes gratis illic rebus omnibus necessarijs afficiendos, optimisque artibus egregiè instruendos curarunt. Et ipse quidem immortalis propterea nomine dignus Cardinalis Moronus ad idem Collegium sustentandum & amplificandum, non minùs opis & adiumenti, quàm ad instituendum adfert. Ea verò res, tamque felices in Germania & alijs locis huius præclaræ Societatis processus, satanam imprimis, deindè Sectarios omnes, qui eius sunt satellites & ministri, mirum in modum discruciant. Vident enim suis conatibus in dies magis ac magis ab huius instituti viris obuiam iri: vident multos de suo grege detractos, ad ouile CHRISTI reduci: vident non paucos Catholicos, superioris vitæ impuritate & foeditate damnata, redire ad studium puritatis & innocentiae: vident denique non solum vitæ integritate, sed etiàm multiplici & rara eruditione plerosque huius Societatis adeò instructos, vt, quòd alioqui impotentèr & petulantèr nimis in Clero nostro facere solent, nec mores illorum, nisi planè impudentes esse velint, carpere, neque vllum doctrinæ genus in plerisque desiderare queant. Hinc illud plùs quàm Vatinianum illorum in hanc Societatem odium, hinc illa conuicia probraque iactandi sæua libido, quòd cum reuera mores reprehendere non possint, nisi per calumniam, in Societatis nomen petulantèr incurrant, modò Iebuzitas, modò prima detracta syllaba Suitas, imprimis autem *Jesuvidæ* Germanicè, tanquam *IESV aduersarios* vocant: sapius etiàm atros

equites, quòd plerique omnes pulla veste vtantur: quasi verò eiusmodi cauilla quicquam noceant laudatissimæ Societatis Patribus, & non potiùs Sectariorum insaniam declarent. Scilicet nocuit ipsi Christo, quòd dæmoniacus, quòd turbæ seductor, quòd vorax & potator vini à calumniatoribus dicebatur. Quàquam non ignoro, etiàm quosdam bonos viros interdum aliquid erga hæc Societatem humanum esse passos: sed id indè accidit, quòd nondum certam haberent ipsius Societatis notionem. Mouentur enim sinistris suspicionibus nonnunquam etiàm homines non mali, quia homines sumus, & vt homines, non rarò fallimur. Certò autem mihi persuadeo, quisquis eius Societatis res benè compertas habet, cum non nisi benè de illa sentire posse. Multi sanè hisce extremis temporibus versutissimis hæreticis, qui plurimum literarum politiorum & linguarum peritia sese venditant, huius Societatis professores esse diuinitus oppositos sentiunt, vt illorum improbos conatus solida & vera eruditione atque minimè simulata vitæ integritate pessum premant. id quòd multis locis Dei benignitate fieri videmus: atque vtinàm plerique illis viris tam se gratos præberent pro summis laboribus, quos pro iuuanda Christiana Repub. summa fide continentèr exantlant, quàm id illi benè merentur. Certè Christianissimus Imperator Ferdinãdus quàm propenso in illos sit animo, aliquot eius Instituti constitutis Collegijs, iisdemque non contemnendis prouentibus, quibus studiosi alantur, attributis, regia planè liberalitate declarauit. Longum esset enarrare, quot præterea tota ferè Europa eius Societatis à maximis Principibus collegia passim sint condita, è quibus ad mortales omnes fructus vberissimi dimanant, ad Satanam verò & eius ministros noui Evangelici buccinatores dolor incredibilis. In Barbaris regionibus, longissimè à nostro orbe distitis, ex ea Societate aliquot pro fide sanguinem libentissimis animis fuderunt, atque in ijs dominus Franciscus *Xavier*, qui multis illustribus claris

Ioh. 7. 8. 10.
Matt. 11.

miracu-

miraculis, & prophetico spiritu eximiaq; virtute præditus, immensos pro Christo labores tulit nõ absq; fructu vberissimo in India atq; vltimis Orientis regionibus. Alius quidam non ita pridem anno Christi 1561. multa nobilitate clar^o apud Lusitanos, Goncallus de Sylueira, flagrantissimo accensus amore, ex ciuitate Mocambique, mercatorum frequetia florentissima, aliquot Lusitanis sibi adiutis, in amplissimum Manamotapiæ regnum profectus est, vt regem iuuenem cum toto regno ad fidem conuerteret. Post multas & inexplicabiles itineris difficultates, ita vt maxima natando flumina nõ semel traiecerit, vestibis interim sacris, quibus sacra facere deberet, capiti impositis, tandem ad Manamotapam ciuitatem maximam peruenit, & à rege comiter exceptus, tanta dexteritate illis Christum annũciauit, vt breui rex cum matre sua & regni proceribus quadringentis se baptizari voluerint. Eorum exemplo tota plebs amplissimæ prouinciæ iam accensa fuit, cum ecce satan per Mauros quosdam, iuratissimos religionis nostræ hostes, regi persuadet, virum illum sanctissimum, magum esse, atq; eò conniti, vt eius latissimum imperium Lusitano regi prodat. Credidit imperitus iuuenis impuris nebulonibus, repudiataq; Christi religione, misit satellites quatuor, qui Goncallum iam diuinitus de morte impendente admonitum interficeret, & in flumẽ demergeret. Eius verò mors adeò non deterruit huius Societatis fratres ab illa adeunda Prouincia, vt nihil magis optet, quàm vel summo vitæ cum discrimine illis miseris hominibus præreptam Euangelij lucem restituere. Verum in his commemorandis fortè prolixior sum, quàm ferat præsens argumentum. Vt igitur paucis absoluã, nouerit Candidus Lector, huius præclaræ Societatis Patres conatus omnes eò intendere, vt tum propriæ inprimis saluti inuigilent, tum totos se proximis Deo lucrificandis impendant, fidem catholicam propugnent & propagent, publicis concionibus, prælectiõibus, spiritalibus exercitijs, puerorum ac rudium in Christianismo institutionibus, recipiendis confessionibus, administrandis sacra-

mentis, sopiendis dissidijs, captiuis & morbo affectis visitandis & consolandis, & id genus alijs exercendis pietatis studijs, Dei gloriam & proximorum salutem, quo ad eius fieri possit, promoueant, idq; sanè gratis: vt meritiõ pude fieri debeant pseudoeuangelici, qui hos sibi viros vel maximè lacerados, & apud populum traducendos sumunt, nulla quidẽ veritate fulti, sed more suo impudentissimè meritiendo. Vt autem iam antè diximus, cõfirmavit eorum institutum Paulus 3. Pontifex, neq; is solus, sed post eum quoquẽ Iulius 3. Paulus 4. & Pius 4. Quin etiã amplissima Synodus Tridentina Sessione IX. Can. 16. vbi multa agit de Religiosis, inter cætera sic habet: Per hæc autem sancta Synodus non intendit aliquid innouare aut prohibere, quin religio Clericorum Societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino & eius Ecclesiæ inseruire possit. Sed de his hætenus.

ANNO 1541. mense Aprili Comitia Imperij sunt habita Ratisbonæ, tũ Turcis resistendi, tum religionis componendæ causa. Fuit in illis Comitijs Carolus Cæsar maturè admodum, diuque aliorum aduetum sustinuit. Venit eò etiã rara tum doctrina, tum pietate insignis Cardinalis Caspar Cõtarenus: nec principes Lutherani abesse voluerunt cũ suis concionatoribus, qui in priuatis hospitij concionabatur, & catholicæ Ecclesiæ ritus, cæremonias, & solene Quadragesimæ ieiunium, quod cõstat ex Apostolica traditiõẽ ad eos vsq; perductum, facile contemnebant, permittebantque nonnullis suæ factionis Principibus in sancta hebdomada, atq; in ipsa adeò sacrosancta Parasceue, qua die Christus Dominus tãta propter nos perpeffus est, quanta nemo vnquam nedum verbis, sed nec cogitatione quidem consequi poterit, venationibus oblectare animũ. Nouum enim hoc Euangelium ipsam quoquẽ Epicuri scholam, voluptatum omnium prodigiosa indulgentia, lógo post se relinquit interuallo. Cõscriptus autem fuit liber quidam à nonnullis, quibus etiã Bucerus mirabili vafricie se admiscuit, isq; liber oblatu est Cæsari,

ri, tanquàm rebus componēdis accommodatissimus. Institutum est nouū colloquium, ab vtraq; parte terni collocutores designati, itemque auditores aliquot, & duo Præsides, Palatinus Princeps Fridericus, & illustris dominus Granuellanus. Diū multumq; laboratū est, sepositis interim alijs Imperij negocijs, vt cōcordia fieret: & in quibusdam quidē articulis cōcordiæ ineundæ ratio non defuit, sed ad extremū tamen nulla certa constitui concordia potuit, cū neque Catholici, neq; Protestantes vsquequaque ea reciperent, quæ in libro Cæsari oblato conciliata viderentur. Protestantium sanè theologi tam perplexas & intricatas more suo articulorum conciliatorū interpretationes mox ediderunt, vt Oedipo quodam opus fuerit, qui quid sibi vellent, perspicuè declararet. Principes & Ordines Protestantes neque librum, neque articulos conciliatos per omnia approbabāt, sed in Cōfessione Augustana se acquiescere testabantur. Porro concionatores Euangelici etiā in Contarenum Cardinalem longè doctissimum, & multa generis nobilitate illustrē, scripto acerbissimo inuecti sunt, quorum calumnijs Eccius doctissimus Theologus respondit. Tandem perditō oleo & opera, non sinè maximo Cæsaris Caroli detrimento, qui Turcas in Africa inuadere decreuerat, solutus est ille conuentus, & Cæsar in Italiam, atque inde in Africam iam hyeme appetente contendit. Multa hoc loco impudentissimè mentitur Sleidanus more suo, & ita suæ factionis theologos purgat, vt culpam omnem in Catholicis hærere velit, quos ait diem ex die duxisse, veritos nē vincerentur, scilicet à Grammaticis aduersæ partis theologis. Apparet in istis hominibus intoleranda quædam quidlibet in Catholicos fingēdi libido, vt suæ causæ cum miserrimæ plebis horrenda perditione vt cunquē patrocinentur. Et nē me lector temerè putet Sleidanum mendacij insimulare, nouerit præter alia, extare doctissimi cuiusdam viri historiam de vndecim millibus mendaciorum Sleidani. Immo Sleidanus ipse sua mendacia tam luculētè prodit, vt non

fit opus teste alio. Et tamen eius vanissimi & perniciosissimi Commentarij leguntur ab omnibus, quia scilicet iuuat esse miseros, & in fraudem impelli.

Fuit hoc anno incredibilis multitudo ingentium locustarum in regionibus Poloniæ regno finitimis. Hæ primò nullas habebant alas, sed magnos dabāt saltus: paulò post quatuor adeptæ sunt, tantaque multitudine prouolârunt, vt duo miliaria in longum & latum cubito tenus ita occuparent, vt solis quoque splendorem à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent. Dicitur non potest, quantum damni dederint rebus humi nascentibus, vastantes & depascētes omnia ad radices vsque. Transuolabāt aquas, arbores, & obuia queq; Cū alæ succreuisent, erant magnitudine humani digiti, & tunc atrocius grassabantur in fruges, et ea que in vsus hominū necessarios gignit humus: Totā estate nulla neque vi neque arte earum seuitia retardari potuit, sed in autumno denique, celo frigescente, extinctæ sunt, atro post se relicto semine, vnde proximo anno alij vermes orti sunt. Fuit ea proculdubio plaga & animaduersio Dei in hominū peccata: nē tamen tanta damna nullo beneficio compensasse videatur, ipsas mortuas pecus edebat auerissimè, porci inprimis, qui se illis mirè farciebāt: quodque illis vesceretur pecus, carnes crassiores habere visum est. Vulgus Zarantias eas vocabat, putanturq; non absimiles fuisse Aegyptijs illis, quarum in Exodo fit mentio. Extiterunt hoc anno primū in Valachia, cunctaque in circuitu Leopolim vsque, miliaribus circiter sexaginta, ad solum vsq; deuorârunt. Huiusmodi diris cladibus solet Deus homines admonere, vt maturè resipiscant, ni deteriora pati velint.

Sub hoc tempus, scilicet anno superiori, Ferdinādus Romanorum rex, cognita morte Iohannis Hungariæ regis, ad occupandum Pannoniæ regnū animū adijcit, multis ad id eum instigantibus regni eius proceribus & nobilibus viris, qui eam occasiōem minimè negligendam dictabant. Idem & Germani aliquot duces asserēbant. Porro Hie-

Tonymus Laschus genere Polonus, generis nobilitate & insigni rerum peritia illustris, regē hortatur, vt omiffis Martis confilijs, Solimanum Turcarū principem muneribus & precibus eò adducere nitat, vt beneficiarij iuris nomine, quē admodū Iohāni Vaiuodæ, regnū sibi permittat. Non displicuit id consilium Ferdinando, & ipsum Laschum, qui iam in Solimani aula esset in primis gratiofus, id Legatiōis munus obire voluit. Atque is quidem à Vienna Byzantium est profectus: at interim nihilo minùs Ferdinandus à belli cogitatione minimè sibi discedendum putat. Mittit itaque legatum ad reginam Hungariæ, qui eam admoneat recentis cum Iohanne defuncto pactiōis, cuius ea summa erat, vt Iohanne defuncto, regnum ad Ferdinandum deuolueretur: horteturque vt spontè regno decedat: id si faceret, Ferdinandum filio eius Sepusianam prouinciam concessurum, & reginæ peramplos reditus. Legatus vbi Budam venit, ægrè tandè ad reginam peruenire potuit, quibusdā proceribus id impedire conātibus. Postquam autem datus est accessus, id demùm ab regina, multo etiam nūm dolore ex mariti obitu affecta, responsum tulit, ipsam cum Sigismundo patre rege Polonia rem om̄em communicaturam, neque ab eius sententia discessuram, cuius virtus & iustitia Ferdinandū minimè lateret. Legatus ad Ferdinandū reuersus, postquam regni statum & qui illic rerum potirentur, explicuit, sua oratione id effecit, vt rex sinè mora cōscripto milite armis ius suum in Pannoniæ regno repetendo persequi statuerit. Mittitur igitur iustus exercitus Strigonium, urbem Ferdinandi studiosam. Indè itur ad Vicegradum, cuius arx in montis supercilio posita, amœnissimum habet prospectum. Id verò summa vi Germani expugnant, atque à Vicegrado progressi, primò Pestum, mox Vacciam sinè vulnere occupant. Indè promotis castris Budā petunt. Germani ducem habebant Leonardum Velsium. Is Budam nō tam oppugnaturus quàm obsessurus, ad aquas calidas castra locauit. Illic nō nihil moratus, rursùs Vi-

cegradum se confert, arcem expugnaturus: quæ licèt præalto esset loco sita, tamen cessit ingentium pilarum perpetuis ictibus. Arce in potestatem redacta, ad Albam regalem contendit. Ea vrbs quanuis vi & armis esset inexpugnabilis, tamen Pereni, qui Ferdinando cuperet ac studeret, consilijs facilè ad Ferdinandi fidem redijt, præsidiumque accepit.

His gestis, ob certas causas Velsius Strigonium cum exercitu repetit, & exercitum in hyberna dimittit. Intereà vicini Turcæ à Regina sollicitati, arma expediunt, vt Budensibus maturè opem ferant: nec tamen quicquam se mouēt, donèc Solimanus ex Regina legatis de omnibus certior factus, præfectis illarum regionum seuerissimè perscripsit, vt citra vllam cunctationem quamprimum Regina suppetias ferat. Ea res mirificè exhilarauit Legatos Regina, quibus insupèr non parui precij munera puero regi deferenda Solimanus dederat. Illis verò domum properantibus, Laschus Cōstantinopolim ingreditur: cumque ad Solimanum admittus, multa de Caroli Cæsaris potentia immodica orationis libertate iactaret, iussus est custodiæ tradi, quibusdam dicentibus dignum capitali supplicio, qui pacem peteret, cum interim Ferdinandi exercitus iam Hungariam vastaret.

Dum hæc geruntur Byzantijs, Turcæ magnis coactis copijs, vt erant iussi, Regina opitulaturi Drauum Sauumque fluuios transmittunt. Vbi ad Danubium ventum est, vel inuiti coacti sunt tantisper hære, donèc glacies, quæ margines latè constrinxerat, cælo mitescente solueretur. Fuit hoc anni 1541. primo vere, quo tempore Hungaricum cum Turcis coniuncti, Vacciam recuperant, trucidatisque nonnullis incendunt. Mox Pestum oppugnant, sed frustra, egregiè se defendentibus Germanis & Hungaris, qui illic in præsidio erant. Turcæ demùm re infecta, relicta Pannonia, in suos se fines recipiunt. Id vbi Ferdinandus in Comitijs Ratisponensibus didicit, Carolo Cæsari facilè persuadet, vt Rochandulfus

dulfus regiae aulae magister, cum nouis copijs in Pannoniam mittatur. Is ubi ad veterem exercitum peruenit, Budam oppugnare instituit. In ea oppugnatione legatos ad reginam mittit, qui eam ad deditorem hortentur, sed nihil impetrarunt. Igitur duobus in locis fit vehementissima murorum verberatio, itaque ingens patebat in urbem ingressus, cum ecce nocte aduentante, ea capiendae urbis occasio cum summa Germanorum ignominia & Ferdinandi regis damno incomparabili, e manibus dimittitur. Differtur enim irruptio usque in alteram lucem, sed interim Budenses omnes summa contentione nouum erigunt aggerem, irrumpentesque Germanos fortiter repellunt, non parua militum caede edita. Aguntur deinde cuniculi, sed frustra. Erat tum temporis Budae quidam Hungarus nomine Bornemissa, qui ob priuatas quasdam similitudines urbem se Ferdinando proditurum certa conditione polliceretur, sic tamen, ut Hungari, qui in eius essent exercitu, noctu per exoletam quandam partem intrmitterentur. Hoc eo consilio fecit Bornemissa, quod ea proditione vellet parcere tot insontium ciuium sanguini, quibus Germanos multis modis lacessitos verebatur minime perfuros. Eam quoque tantam opportunitatem Rochandulfus dux sua praepostera prudentia perdidit, introductis in urbem Germanis contra quam erat pollicitus. Bornemissa enim ubi sensit non adesse quos voluit, Germanis se ducem itineris praebere noluit, atque interim Budensium excubiae re (ut erat) animaduersa, conclamant ad arma, trepideque fugientes Germanos partim trucidant, partim capiunt, reliquis fuga dilapsis. Fuit hoc auctarium quoddam infamiae Rochandulfi, quem iam etiam gregarij milites corruptae tantae occasionis & victoriae condemnarent. Inde vero obsidende urbis consilia expediuntur. Porro Solimanus opportunè de omnibus admonitus, ingentem exercitum mittit in Pannoniam, qui reginae obsessae opem ferat. Ipse interim Adrianopoli subsistit, non immeritò Caesaris Caroli & Germanorum potentiam ve-

ritus, licet hoc quidem tempore vana ratione adductus, cum Caesar minimè adesset. Vbi Germani de Turcarum aduentu cognoscunt, inter se quid agendum sit, consultant, atque alijs alia dicentibus, vicit sententia Rochandulfi, qui in auspiciatissimo consilio hostibus Turcis obuiam eundem censuit. Mota igitur sunt castra & Turcis opposita, pugnatumque est quotidie minutis praелиjs, sed ita, ut hostibus animi cresceret, Germanis paulatim frangerentur multis de causis. Nec tamen parum damni interim Turcis allatum est, non paucorum trucidatis. Tandem eò res redijt, maximè cum Solimanus ipse cum nouis copijs aduentaret, ut Ferdinandi exercitus relicta Buda Pestum se receperit. Sed ubi id Turcae senserunt, in ea fuga magna nostrorum caedes ab illis & Budensibus edita est. Quin & Pestum, nostris inde quoque turpiter fugientibus, à Turcis cum multa & horrenda Christianorum caede facile occupatum est. Feruntur eo bello supra viginti Christianorum millia varijs casibus interempta. Capta sunt ab hostibus eximiae elegantiae muralia tormenta triginta sex, minora autè, quae cantherijs & curribus imponerentur, centum & quinquaginta, praeter aliam pulueris tormentarij, ferrearum pilarum, armorum, telorum, commeatus mirabilem copiam. Rochandulfus, qui non sanis consilijs hoc bello usus esset, vulneris ex tormenti ictu accepti, & animi dolore confectus interiit. Paulò post Solimanus maximis usus itineribus in Pannoniam peruenit, adductosque ad se Christianos captiuos circiter octingentos, paucis deceptis, crudeliter trucidari iubet. Erat in ijs procerae staturae Noricus miles. huc in Germanorum contemptum iussit pomilioni, vix militis eius genua capite attingenti, necandù tradi. Erat hoc foedissimum spectaculum, virum fortissimum imbecilla nani manu per risum & iocum crebris ictibus humi prosterni, & aegrè tandem praevirium imbecillitate iugulari. Huiusmodi spectaculo immanissimi Turcarum principes sese suauiter oblectabant. His ita gestis, Solimanus tum puero regi, tum Hungaris pro-

ceribus non contemnenda mittit dona, persuadetq; regine, vt puerum in castra ipſius mittat. Fuit ea res plena periculi. Allatus eſt verò puer ad Solimanum regalibus crepudijs exornatus, carpètoq; aurato impoſitus, comitantibus plerisque proceribus, quos à Solimano diximus muneribus affectos. Vbi in tabernaculum Solimani ventum eſt, ille quidem puerum humanitèr inſpicit, blandè cum eius nutrice loquitur, liberos ſuos Selymù & Baiazetem, qui aderat, puerum complecti & amantèr exoſculari iubet: ſed interim mira vaſtricie, dum Hungari proceres cum Baſſis prædeſt, immiſſis in urbem cohortibus, Budam occupat, moxq; ſinè tumultu ciues omnes, iubente Tyranni præfecto, arma tradunt, Turcasq; iam in fidem recepti hoſpitiſ recipiunt. Nihil quidem illi ciuibus moleſtiæ attulerunt, diſciplinæ militaris ſeueritate coërciti: ſed dubium non eſt, quin Budenſium animos ea inſperata rerum commutatio valdè perplexos habuerit. Iam nox ſuberat, & ecce Solimanus puerum remittit in urbem, ſed proceres apud ſe retinet. In ijs erat Georgius Varadienſis antiſtes, in quem totius huius Hungariæ calamitatis culpa præcipuè confertur. Hos proceres non minimùm perturbatos Baſſæ paulò antè blandi & affabiles, ſeuerè & impudentèr de rebus grauiffimis examinare cœperunt. Porro regina his omnibus valdè conſternata, ſupplices literas ſcribit Solimano, quibus eum datæ fidei admonet, oratq; vt proceres remittat. Deliberatur interea quatriduo de regno Hungariæ, ſed cum non idem Baſſæ ſentirent, Solimanus tertio Calend. Septembris Budâ ingreditur, & in tēplo celebri diuæ Virginis, priùs à ſacerdotibus Turcis Mahometano ritu expiato, ſublatis ſcilicet aris, & imaginibus diuorum deletis, (quod hodiè quoque apud nos faciunt pleriq; iſti noui Euāgelici, vt nō dubitemus Mahometis potiùs quàm Chriſti eos cultum & religionem inuehere) ſacrificat: indè reginam iubet ex vrbe & arce excedere, atq; cum puero vltra Tybiſcum in Lippam cōcedere, eiùsq; regionis dominio frui. Pá-

retregina non ſinè lachrymis & gemitu, tyranni perfidiam deteſtata, tormētis & armis omnibus omniq; commatu relicto. ſic enim tyrannus voluit. Proceres quoque cum ea profecti ſunt. Non omninò præter meritum hæc Reginæ & proceribus illis acciderunt, qui ſæuiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes non in Hūgariæ modò, ſed totius Reip. Chriſtianiæ exitium acciuiſſent. Debebant ſtetiſſe pactis conuētis, quibus regi Chriſtianiſſimo Ferdinando regnum Pannoniæ optimo iure deberi nō ignorabant. Sed ò cæca dominandi libido, quò non plerunq; præcipites agit miſeros mortales? Fortaſſis autem Regina non ſe difficilem præbuiſſet ad inuenda pacis cum Ferdinando conſilia, ſi non quorundam procerum ad dignitates & imperia adſpirantium ſentētia & monita eam retardāſſent. Sic piūm videtur ſentire de piſſimi Sigifmundi Polonię regis filia, præſertim cum illa non tam ſuis, quàm procerum quorundam conſilijs duceretur. Vbi porro Ferdinandus rex ſuorum ſtragem & Turcarum victoriam certis nuncijs cognouit, noua eaq; inſignia Solimano munera mittit, quibus animum eius ſibi conciliaret. Legati eius à Turcis honorificè excepti ſunt, & poſtera die cum Baſſis præſi, orizam & carnes veruecinas, nihilq; præterea ſibi eſculentū apponi cernunt. Ea barbarorū temperantia noſtrę gentis luxuriã proculdubio ſeuerè caſtigat, cum illi nō tam gulæ deſiderio q̄ naturę neceſſitati ſatiſfaciat: noſtrates verò tum ſe præclare ſua putent inſtituiſſe cōuiuia, ſi nullus ſit iritandæ gulę ventrisq; ſarciēdi mod⁹, ità vt veriſſimè dici de noſtris poſſit, plures crapula q̄ gladio perire. Atque ſanè deteſtabilis ille apud pleroſq; mos eſt cōuiuia in multas horas protrahēdi, cum nō animę dūtaxat, ſed etiã corpori non poteſt non eſſe exitialis: ſed ſcilicet faciendum eſt, quod dici ſolet, Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas. Legati regis Ferdinandi ad Solimanū indè introducti, eius animum oblatiſ muneribus mirificè exhilararunt, cūq; peterent Hungarię regnū Ferdinādo beneficij nomine cōcedi, hoc biduo poſt reſpoſum tulerūt, vt ſi pacem vellet

vellet Ferdinandus, totius regni Hungarici finibus excederet, & præterea quotannis ex Austria, Turcis tributum penderet. Fuit hoc arrogantissimi tyranni superbum & insolens respõsum, sed aliud impetrari non potuit, nè induciæ quidem tantilli temporis, quo Carolus Cæsar & Ferdinãdus consulerentur. Dimissi sunt itaque legati, quibus pro regia liberalitate multiplices vestes & pecuniam dari iussit. Porro mox misit è suis, qui Austriam & Morauiam rapinis, incendijs & cædibus vastarent, quibus tamen magno impedimento fũere plenis imbribus inflati amnes. Denique præficitur Budæ cum imperio Hungarus quidam, qui ab ineunte ætate bello captus, Mahometanam superstitionem sequebatur. Laschus quoque legatus Ferdinandi è custodia dimittitur, sed paulò post in Polonia decedit, & Solimanus redit in Thraciam. Obiter redeunti narratur, Transylvaniam quoque magna ex parte in fidem concessisse. Fuit is illi nuncius gratissimus, licet demùm permiserit, vt Transylvani in pueri regis, cui supra diximus Lippam regionem fuisse attributam, verba iurarent. Hodie totum ferè Hungariæ regnum immanes illi barbari occupant, quod sanè viri graues & cordati vel maximè deplorant. Fuit illud regnum sub Matthia Huniade longè florentissimum atq; potentissimum, & multis rebus fortiter gestis, rex ille non modò Turcis, sed & vicinis omnibus terrori fuit. Illo defuncto, sub Vladislao, Casimiri Poloniæ regis filio, Hungari regis eius benignitate & clementia abuti, ac deindè sub Ludouico iuvene & rerum adhuc imperito rege, luxui, inertie, ocio & fastui sese corrumpendos dedidère. De procerum regni luxu & pompa quidam grauissimè in suis scriptis conqueruntur, cum interim regni limites necessarijs præsidijs destituti, ab hostibus Turcis vastarentur ac diriperentur. Oportet quidem certè DEVM vehementer iratum esse mortalium sceleribus, cum eos ad tantam amentiam & presentissimorum periculorum incuriam deuolui finit. In ea sanè tam crudelium

hostium propinquitate non luxui & fastui, sed placando inprimis Numini, moribus corrigendis, vitijs & flagitijs exterminandis, regno opportunis præsidijs muniendo studendum fuit. Sed ò cæcas hominum mentes. Ecquid hodiè faciunt nostri Germani? An verò illi ex Hungarorum periculo didicère, ipsis quod ex vsu fiet? Bonis viris id minimè videtur. Immò vt nihil ad inflammandam in nos præpotentis DEI iram desit, non sat habemus omnibus sceleribus diffuere, sed etiã in dies novos fingimus errores, quos ceu idola quædam sub verbi DEI prætextu adoramus. Existunt alij post alios, immò multi simul passim prodeunt scelerati homines, qui prodigiosis impiorum dogmatum commentis in mille sectas Germaniam distrahunt, et tamen habent singuli suos sectatores, qui illos haudsecus à CHRISTI Apostolos suspiciant & sequantur. Quis ergò dubitet, non aliud expectandum esse Germanis, quàm quod Hungari iam experiuntur? Et vt nullus sit externus metuendus hostis, hac religionis & rerum omnium foedissima confusione, nisi DEVS propicius nos respiciat, Germania pereat necesse est. De Hũgariæ quidem regno, cum illic, vt diximus, pompa, fastu, insolentia, luxu plerique diffuerent, fertur quidam ex aulicis dixisse, nunquàm se vel vidisse vel audiuisse regnum vllum, quod maiore, atque Hungaria, gaudio & tripudio periret.

Porro verò cum illud opulentissimum regnum ademptum est Christianis, non mediocrem fecisse iacturam putandi sunt. Hoc autem stultissimum fuit, quòd cum ea esset in Hungaria vitiorum confusio, rerumque desperatio, tamen à Solimano Turca, cum is patri suo successisset, non solùm pacem noluerunt petere, sed etiã Oratores eius captiuos detinuerunt. Ea enim iniuria laceffitur Turca, Hungariam hostiliter inuasit, ac paulatim eò progressus est, vt Germaniæ vicinior esse vix queat. Fuit antea illud regnum Christiani orbis vel maximum præsidium & propugnaculum, vt iam quo-

tidiana clades facile testantur. Tum vero tantæ sunt illius regni opes, ut non Hungari duntaxat, quanquam illi vel maximè, utpotè pro patria, sed reliqui etiam Christiani omnes pro illo conseruando laborare debuerint, aut pro recuperando nullum non mouere lapidem. Nihil enim ferè ex ijs rebus, quarum usus ad hominum solatia & commoditates pertinet, illic desideratur, & quæ eiusdem generis apud alios habentur, illic præstantiora proueniunt. Magna ibi auri, argenti, cupri, chalybis, ferri copia est, non aliundè importata, sed ex ipsis terræ visceribus eruta. Plumbi parum habet, stanni nihil. Salem metallicum gignit humus optimum & purissimum: nec desunt aquæ, quæ ferrum in cuprum mutant. Vina profert non eiusdem præcij omnia, sed nonnullis tamen locis eiusmodi, quæ cum Cretico de dignitate certare possint. Frugum & fructuum copia est mirabilis. Feris & auibus sic abundat, ut rusticis venatione vel aucupio interdicerè, valdè insolens habeatur, nec ferè plebeij homines minùs quàm nobiles leporibus, damis, ceruis, apris, turdis, perdicibus, phasianis & id genus delicijs vescantur. Pecus habet copiosissimum, ut Italiae, Boemiae, Germaniae affatim comunicare queat, adeò ut obseruatum sit, vno anno in Germaniam, idque per solam viam Viennensem, (cum sint plures aliae viæ, per quas pecora inuehantur,) supra octoginta millia bouum acta esse. Denique vsque adeò piscium fertile est, ut ferè quàm minimo veneant, & propemodùm gratis dentur: quanquam fieri potest, ut diu horum temporum calamitate illic quoque rerum præcia nonnihil creuerint, vel etiam irato Deo, eorum, quæ diximus, minor hodiè prouentus sit, ut intra paucos annos alibi quoque passim videmus omnium rerum maximam extitisse caritatem: sed id non tam regiois, quàm hominum, vitio tribuendum est. Apud Budam, quæ Hungariae regia est, multæ sunt aquæ calidæ, quas thermas vocamus, quarum alia regiæ, aliæ communes sunt, lauandis hominum corporibus valdè opportune: aliæ verò, nisi refrigerentur, balneis non sunt idoneæ.

adeò enim feruent ex his quædam, ut in eas missum ouum, celerrimè elixetur. Sed iuxta has fons est aquæ frigide, ita propinquius calide, ut in eodem vestigio calida & frigida simul hauriri possit. Hæ, quas diximus, thermæ apud Budam aliæ superiores, aliæ inferiores dictæ sunt, quod alia supra, alia infra urbem sint. Turcæ hodiè (quippe qui mirificè laucris & balneis student, & aquas præsertim fluentes, summo honore dignantur, quibus etiam crebrius per diem non modò ob corporum, sed etiam animarum sordes abluendas utuntur) has thermas egregiè ornauerunt, apud utrasque ceu cœnobijs quibusdam extructis, in quibus Deruisæ degunt, qui ferè apud illos sunt tales, quales apud nos monachi è mendicitate viuentes. Habent enim etiam illi turpissimi Mahometis cultores suos monachos, quemadmodùm & Ethnici suos philosophos, & Indi Gymnosophistas, quorum isti Deruisæ quædam videtur esse reliquæ. Sæuiunt enim in corpus suum vel inuisione stigmatum, vel nouaculæ incisione, vel utroque modo. Ità habet Satan etiam suos monachos. Ecquis verò hoc illi inuideat, cum habet & suos martyres, sicut hodieque videmus multos hæresios nomine damnatos, alacres & iucundos mortem excipere? Ex his monachis cuidam sacellum apud Budam extructum est, qui dum viueret, Numinis cuiusdam loco à Turcis habitus, nunc defunctus & illo in loco conditus, religiosè ab illis miseris colitur, cum alioqui diuorum imagines ex templis omnibus eradant: quorum studia imitantur nostri Euangelici, haud dubiò afflati spiritu Mahometis. Porro Buda ipsa vix vlli totius Europæ vrbi cesserit, vel amœnitate situs, vel cæli salubritate, vel fecunditate soli, vel aliarum quarumlibet rerum vitæ degendæ conducibilium, aut etiam ad splendorem & luxum pertinentium vbertate. Atque hoc tam omnibus rebus florentissimum regnum nulli magis atque Christiani Christianis eripuerunt, dum contra Christianos Christianorum iuratissimi hostes accersuntur.

Per hoc tempus, quo Turcæ Pannoniam

niam occupant, duo Galliarum regis Francisci legati, missi ad Turcarum principem, à Cæsarianis intercepti, in Pado flumine interficiuntur. Alter ex his Antoni^o Rinco nomine, ab Hispania exul, capitis pœna dānatus, putatur iure potuisse cædi, quòd ad hostes trās fugisset, & omnibus Cæsaris imperij finibus prohibet^o, nihilominus ausus fuerit in hostilis terræ flumine nauigare. Sed utcunquè sit ea cædes, licet præfectus Cæsaris Alphonfus Vastius se planè inscienter factam crebrò testaretur, cruentissimo bello ansam dedit. Contigit tum ex Hispania venire Georgium Austriacum, Maximiliani Cæsaris filium nothum, archiepiscopum Valentinum. Is Lugduni in carcerem conijcitur, necis, quam diximus, vlciscendæ causa.

Hoc sermè tempore Franciscus Antonij Lotharingi Ducis filius Christiana Christierna Daniae regis filiam ducit in matrimonium. Id non valdè gratum fuit Gallorum regi, quòd Christiana ex Cæsaris sorore Isabella, Christierna regis coniuge, nata non esset nescius. Venerunt per id ferè tempus in foedus Gallicum Christianus & Gustauus Daniae & Suediæ reges, ambo Luteranæ doctrinæ addicti, poterantq; Caroli Cæsaris res iam planè desperatæ videri, tot regibus in illum conspirantibus, nisi pium principem sibi defendendum sumpsisset præpotens Deus: maximè cum hoc ipso anno non minimam cladem in Africa accepisset, ut iam dicemus.

Cæsare Carolo in Comitibus Ratisponensibus multum temporis componendæ religionis causa frustra consumente, Turca (ut diximus) Pannoniam sibi vendicat. Ea re comperta, Cæsar ut diuersis bellis tyrannum distineret, in Africam expeditionem parat: quòd tamè etiàm non mediocriter eum pertrahebant Hispanorum querimoniam, qui à Turcis prædonibus, quos apud Algerium, siue Argieram Asanaga Barbarussæ præfectus in Sardinia natus, sed abiurato Christianismo, Mahometanam superstitionem complexus, fouebat, grauissima in Hispaniæ littoribus damna patiebantur. Multa tum in Cæsarem etiàm à quibusdam proceribus scommata iacta-

bantur, sed quæ ille magno animo contemneret. Interim tamen & ipse Pontifex Maximus, & Andreas Auria atque Alphonfus ob impendentem hyemem magnoperè ab Africana hac profectio-
ne eum deterrebant: verum ille mansit in proposito, easq; Pontifici sui consilij rationes exposuit, ut eum Pontifex prolixè demùm laudaret. Vbi ex Germania venit in Italiam, ubique incredibili studio excipitur, præsertim Mediolani, cum ille interim tantus princeps, omnibus eius visendi desiderio ardentibus, non nisi in atra penula & vili pileolo se spectandum præbuerit, atque etiàm in oculo eius parum hilari animus mœrore affectus apparet, tanquam præfagire videretur cladem, quæ pridè ad Budam accepta fuerat. Cum Pontifice apud Lucam in colloquium venit, qua in re laudanda est eius propè decrepiti Põtificis pietas, qui multis ab hoc itinere, tanquam certam illi mortem allaturo, eum deterruit, quanquàm is nullo pacto adduci potuit, ut cõmuni Reip. saluti deesset. Hoc spatio, quo Lucæ sunt, tèn Cæsar ad mutua colloquia Pontificem adiit, Pontifex Cæsarem semel. Admissus est quoque Francisci regis legatus, qui Fregosium & Rinconem captos repereret: nondum enim constabat mortuos: palamq; Cæsar testatus est, quicquid illis accidisset, dissimulato habitu nomen suum cælantibus, id suo iniussu & se ignaro penitus accidisse. Petebat Franciscus rex pro filio suo Carolo Mediolanensem principatum, sed Cæsar suum ius grauissima oratione explicabat, aitque Gallum cæco liuore corruptum, suæ inuidere fortunæ, multaque alia, quæ hic referre nihil attinet. Denique in eo colloquio decretum est, ut quod Cæsar vehementer optabat, Concilium in annum proximum indiceretur. Cæsaris copię omnes, quas ad hoc bellum conscripserat, ad viginti duo millia erant peditum, & paulò supra mille equites. Vbi ad Africam ventum est, Cæsar biduo expectauit Hispanos, magno quidè exploratæ propemodum victoriæ et exercitus sui detrimèto. Interim mittit ad Asanagam præfectum

Algerij, vt urbem dedat. Ille cōtemptim respondet, licet Cæsar multa liberaliter polliceretur. Omnibus igitur ad urbem oppugnandam egregie comparatis, dum tormenta expectantur, ecce tibi repente imber à prima statim vigilia maximè gelidus & procellosus tota nocte in exercitum continenter effusus, multū illi detrimenti adfert, sequissimaq; tempestas naues mirè iactat. Non desunt illi opportunitati Turcæ equites & Mauri pedites, magnoque impetu in nostros irruentes, non paucos trucidāt, sed mox à nostris in fugam compelluntur. At rursus Barbari in nostros sæuiunt, eosq; vehemētè affligunt, quibus tum Cæsar ipse, in tanta rerum difficultate prorsus imperterritus, cū Germanis opportunè opem tulit. Verūm cū nihil remitteret immanissima tēpestas, multæque naues sub militum adpectu collisæ & confractæ mergerentur, adeo vt de necessario comœatu non immeritò timor omnes inuaderet. Cæsar incredibili constātia & serena vultūs alacritate om̄ium animos recreabat. Nullum militaris prouidentis, nullum humanitatis officium prætermittens, castris constitutis & firmatis contra barbarorum vndiquè volitantium incursum, iubet vt defessi duces se dent quieti, consolatur saucios milites, & in ea tabernacula, quæ contra vim ventorū pertinacitè substiterant, referri ac foueri curat, sibi ipsi interim loricatō & madefacto minimè parcens. Desiderauit eo die ab hostibus cæsos milites circitè trecentos. Aliquot etiā nauæ cum multis æneis tormētis merse perierunt. Iam alimēta deficiebāt, coactusq; est Cæsar maētatis equis exercitū sustētare. Hoc autem in illo principe obseruatu dignum est, quod cū tātis rerum difficultatibus vrgeretur, non est impatientis agitatus stimulis, nec stultum aliquid contra Dominum locutus est, sed eum potius placare studuit pura peccatorum confessione, & sacrosanctæ Eucharistiæ perceptiōe, ad hęc pietatis opera totum etiā exercitum prouocans: cumq; & ducibus & militibus Algeriū facile expugnari posse videret, non conuiescentibus ventorum iris,

Iob 1.

militem in naues se recipere iussit, dicēs, se malle vnū Christianū seruare, quàm mille mauros, Turcas, Pœnosq; occidere. Hoc idem satis tum quoque declarauit, cū iussit equos ad vnum omnes in mare proijci, vt in nauibus locus superesset militi reducendo. Multæ enim naues perierant, nec poterant vel angustè capere militem ex quæ supererant. Maluit autem pius Princeps equos perire, quàm milites, licet illa nobilium equorum iactura vehemētissimè perstringeret dominorum animos. Post omnia demum maris superata discrimina, licet rursus oborta tempestate, multi in ipso reditu perierint, & publica sparserit fama, Cæsarē vndis absorptum interiisse, milites passim incolumitati restituti, canebant: Alibi Carolus agmina, Algerij sese, & aëra, & maria vicit. Nihil em̄ tantæ clades infractum illius principis animū è suo statu dimouerunt: quanq̄ nō omninò temeritate quadam caruisse videtur, quod vsque adeo alieno tempore importuosum Africæ littus tētare voluit, præsertim multis id dissuadentibus. Verūm nonnunquam bonus dormitat Homerus, & certè optimus pij principis animus laudandus est, licet parū ex sententia successerit.

In Anglia hoc tempore iussu regis Hērici capitali supplicio affecta est Margarita Sarisbiriensis, Georgio Edouardi quarti fratre germano nata. Nihil ei ad euadendū supplicium contulit, neq; generis antiqua claritudo, neq; totius vitæ spectata integritas, neque ætas exacta, quippe quæ iam annum ætatis septuagesimum excessisset.

ANNO 1542. recruduit bellum calamitosissimum inter Carolum Cæsarem & Franciscum Gallis regem. Cæsar ferebatur fluctibus maris obrutus. Itaq; multa offerebatur Gallo occasio belli gerendi. Erant tū res Christianorum valdè afflictæ, Turcis in Hungaria grassantibus, & Germaniæ dira quæq; minitantibus, hæresibus quoque mirum in modum serpētibus, & in varias formas abeūtibus, at nihilo minùs Galli Mediolanū sibi modis omnibus repetendum censēbāt. Itaq; multis locis exercitu quintuplici Cæsaris ditones sibi

inua-

Rom. 8.

inuadendas sumunt. Actum videbatur de Cæsare, sed si Deus pro nobis, quis contra nos? Magnum præsidium contra aduersa omnia est pietas in deū, qua Carolus Imperator egregiè præditus fuit. Galliè verò rex Mediolanū iure sibi deberi putabat, iusque suū minimè sibi negligendum ratus, arma corripuit. Huc accessit cædes Fregosij & Rinconis, quā vlscisci voluit. Annā Momorātium magistrū equitū, quem Conestablium Galli vocant, fertureo nomine à sua gratia & functionis suę administratione amouisse, quòd illi induciarū cū Cæsare paciscendarū, parū commodū author fuisset. Igitur rebus omnibus ad bellum cōparatis, duos filios suos cum instructis copijs mittit in Cæsaris fines, Henricum in citeriorem Hispaniā, Carolum in Lucemburgensem regionem. Henricus quidem ad Pyreneos montes perrexit, vt Perpennianum occuparet. Verūm eius conatus Hispanorum ducum vigilātia faciliè elusit. Sunt qui putent id oppidum non difficulter expugnari potuisse, si Henricus maiori celeritate fuisset vsus. Tandem re infecta retrò abiit ad patrem suum. Carolus verò, maximæ spei adolescens, in expugnandis aliquot Lucemburgēsis principatūs oppidis prosperos imprimis successus habuit, sed itā tamē, vt paulò post eius discessum Cæsaris exercitus omnia è Gallorū manib⁹ breuī extorserit, vno dempto luodio, quod mirificè communitum, Gallis per id tempus adimi nō potuit. Hoc bello Galli Danuillerū cum arce mirādæ vetustatis & structurę eximie incendunt & euertūt: itemq; alias aliquot vrbeculas & castra. Arlunum quoquē, cūm ædificiorum magnificentia, tum ciuium frequentia & opibus percelebre oppidum, cūm se ciues saluis corporibus dedidissent, funditū diruunt. Lucemburgo sex milliū Germanorum præsidium imponunt. Alius Gallorum exercitus, duce Vindocinēsi principe, in Atrebatas atque Morinos impetum facit, et aliquot castella occupat. Nec Pedemontio ab hoste licet esse securo. Nam ibi quoquē Gallicæ copię, ductore Guilermo Langæo, hostiles declarant animos. Verūm hac in re

consilium regis minimè probatur, qui suum militem in tot partes distraxerit parū feliciter, vt rei probauit euentus.

Nec tamen contentus rex Franciscus tot locis inuasisse Cæsarem, etiā Longeuallū mittit in Germaniam, qui ex Sicambrijs & Menapijs, adiuncto sibi bellicæ rei peritissimo Martino Rossemio, aliquot millibus peditū & equitum coactis, cūm iam in Germania inferiori bellum nemo suspicaretur, propterea quòd valida Germanorū manus in Pannoniam abiisset, Belgium inuadit, horrendisq; passim incendijs & flagitijs designatis, parū absuit, quin peditione Antuerpiam, longè opulentissimum Europę emporium, caperet, Louanium quoquē celeberrima Academia insigne oppidum, dolo in potestate redigeret. Verūm ille quoquē exercitus, præterquā quòd miseros & innoxios agricolas incensis pagis innumeris ad summam inopiam redegit, nihil laude dignum gessit, & tandem Aureliano principi Carolo se in Lucemburgensi ditione coniunxit. Hæc sæua Belgicæ vastationis procella eò fuit calamitosior, quòd nullum esset bellum indictum, & planè imparati obruerentur. O si scirent Principes, quā immanitè peccent in DEVM, dum itā crudeliter sæuiunt in turbam innoxiam, & rapinis atque incendijs omnia longè & latè populantur, profectò cūctātius bella susciperēt. Dum enim miseri sic opprimuntur, clamant haud dubiò in cælum, nec Deus despicit miserorum gemitus.

Hoc annò bini sunt Principum conuentus habiti, alter Spiræ, alter Noribergæ. Vtrobiquē præcipuè deliberatum est de expeditione cōtra Turcas in pannonia. Decreta sunt subsidia ex tota Germania, quibus præflet Ioachimus Elector Princeps Brandenburgicus: sed oleum & opera perijt, mansitq; Pestum & Buda, vt prius, in Turcę potestate: quin & de exercitu, q fuit amplissimus, multa millia morbi cōtagione periire. Milerat eò Paulus Pontifex ad tria millia peditū, qui hoc bello strenuā nauarūt operā. Hoc tempore Luterus libellū edidit

edidit de precibus contra Turcas, siue Concionem castrensem vel militarem, planè contrariam aliam quibusdã scriptis suis. Ex hoc libello multa recitat Sleidanus, sed homo versutus & pestilens id omittit, quòd Zuinglium Luterus medium inter Anabaptistas & Thomam Monerarium, rusticè seditionis in Germania authorè, collocat, causamq; ferè omnem Turcicæ sãuitiæ in Zuinglianos confert. Habet etiã in eodè libello Luterus precationem cõtra Turcas, in qua Romanũ pontificem cũ diabolo & Turca coniungit, vt in eum rectè quadret illud Dauidis, Fiat oratio eius in peccatum. Multi tum hortabantur Tigurinos, vt eam Luteri calumniã à se & Zuinglianis depelleret: verũ illi priuatis sese ad amicos literis excusasse contenti, à publico bello abstinẽdum censebant.

Psal. 108.

Exercitus Cæsaris, recuperatis oppidis agri Lucemburgensis, cùm in Galliã irrueret, grauissima aëris intemperies tanta rabiei pertinacia illis sese obiecit, vt non pauci equites & pedites partim pluuiã, partim frigore eneati sint. Itaq; Galliã vastandæ consiliũ in aliud tempus reijcitur, moxq; in Brabantia reuertit, Iuliacensem regionem populabũdi inuadunt, bellumq; latissimè circũferentes, Duram, Iuliacũ, Zittardiam, Hinsbergũ, pluraq; alia oppida & arces subigunt, imposito præsidio locis opportunis. Multa ibi quoquè damna data sunt miseris hominibus, & penè incredibilis præda abacta, vt par pari relatũ videtur. Superuenit autẽ Principis Iuliacensis exercitus, & eos retrocedere compulit. Manserunt tñ Hinsbergi non pauci, itemq; Susteria & Duræ. Qui Zittardiæ erant, destructis muris, ad tutiora se loca cõtulerunt. Circa Nouẽbris initia magna cõmeatũs copia in Hinsbergum Brabantii important, idem facturi apud Durã, nisi eos Principis Iuliacensis copie deterruissent. Vbi se in tutiora recipiũt, hostilis exercitus abeũtes insequitur, atrox pugna præter expectationem in tenebris cõmittitur, eademq; aliquot hincindè cesis dirimitur.

Per id tẽpus princeps Guilelmus Zittardiã vallo egregiè munit, aliquot pssi-

dij causa relicta illic cohortibus. Idem facit Iuliaci. Demũ extremo Decẽbri Durã Cæsarianis extorquet, rebus tñ & corporibus saluis. Deditione em̃ recepit.

Henricus Angliæ rex Catharinã Haruardã, quam, Principis Cliuentis sorore repudiata, sibi cõiugè adsciuerat, adulterij nomine, quod cũ Durãtio & Culperio nobilibus perpetrasset, capite plectit, & Catharinam Pariam viduam sexto matrimonio sibi copulat.

Hac estate innumera ingentiũ locustarũ turba Italiã citeriorem, & in Germania Silesiã, Misniãq; multa clade affecit. Habebãt digiti longitudinè, turgida capita, vètres obesos et sanie refertos. Itaq; extinctæ, intolerabili fœtore aërè corruerũt, vt etiã corui, cornices, accipitres, aliæq; aues, cadaueribus alioquò inhiantes, ferre nequiverint.

Bellũ atrox inter Scotos & Anglos terra mariq; feruet, & Iacobus V. Scotiæ rex anno ætatis 33. vnica filia, vixdũ in lucẽ edita, regni herederelicta, moritur.

Fuit hic annus ferax monstrorum infantum, & pecuinorum fœtuum diuersis in locis.

Indictum est hoc anno à Paulo 3. Cõcilium Tridenti.

Saxoniæ elector & Lantgravius Hassiæ cũ fœderis Smalcaldici socijs Henricũ Brunsvicensem principẽ, Catholicæ religionis acerrimũ vindicẽ, om̃ibus ditionis eius finibus eiiciunt, cõpelluntq; ad Cæsarẽ fugere in Hispaniã. Dehortatus eos fuit Ferdinãdus rex, nè bellũ facerèt Henrico, sed illi causas belli explicat, seq; rectè fecisse confirmant. Metus erat, nè intestinũ hac occasione in Germania bellũ existeret, quo nihil potuisset accidere calamitosius, nostris præsertim in Hũgaria cũ Turcis parũ feliciter dimicantibus, in summã Germanici nominis ignominiã. Nam cùm esset copiosissimus & potētissimus equitum & peditũ exercitus, nihil tñ effectũ est, hostib⁹ Turcis effusè ridetibus Germanorum militũ socordiã, nec dubiã spem de tota quãdoquè Germania felicibus aurbus occupanda concipientibus. Nunq̃ autẽ tot clades, totq; probra ex illis spurcissimis m̃cipijs Germania accepisset, si nõ religionis dissensio animorũ quoque

quæ concordiam & mutuam benevolentiam abruptisset.

ANNO 1543. Tigurine Ecclesie ministri, nõ conteti versione Luteri, noua Bibliorum translatione edunt. Exemplum eius typographus Christophorus Froschouerus mittit Lutero, maximam scilicet à papa Saxonico initurus gratiã. Ecquid verò Luterus? concoquerè ne potuit tantã contumeliã, vt noua versione eius interpretatio haud obscure taxaretur? Scribit Froschouero, nè quicquam deinceps ei mittat, quod à Tigurinis ministris profectũ sit. Se nihil cum illis commercij habere, libros eorũ nec recipere nec legere velle. Nam ecclesias Dei cum eis comunicare non posse. Multos quidẽ illos ferre labores, sed frustra: quando & ipsi iam dãnati sunt, & alios quoque homines miseros secũ trahãt in tartara. Se itaq; dãnationis & blasphemie illarũ nolle esse participẽ: sed quoad vixerit, eos & precibus & libris oppugnare constituisse, &c. Si non sat habent Zuingliani à Romano Põtifice esse damnatos, saltẽ nè contẽnãt damnationẽ Papæ Saxonici, qui Euangeliũ se primũ iactat inuexisse in Germaniam. Verũm quatenus quidẽ Luterus sæuit in Romanũ Pontificem & veterẽ religionem, hætenus est Euãgelista Christi, tertius Elias, & nescio quid nõ. Vbi autẽ Zuinglianos quoque perstringit, iã nõ Christi spiritus, sed diabolus loquitur per eum. Sic enim Tigurini de illo scribunt: quasi verò contumelia sit, iam olim in Berengario damnatæ hæresis excitatores proscindere: porrò facinus apostolicũ, inuehi in summum Pontificem, & Ecclesie Catholicæ, velint nolint hæretici, pastorem, cui in Petro dictũ est, Pasce oues meas. Et quarẽ tandem nõ vident homines, quàm absurdos habeant magistros, qui cum in Papistis, vt ipsi vocant, hoc vel maximè damnant, quòd non verbo Dei, sed humanis constitutionibus nitantur, quod tamẽ ipsi turpiter mentiuntur, tamen se inuicẽ ferre non volunt. licet vtrinq; nihil nisi purum Euangelion crepent?

Nẽ verò Tigurini nimium diũ Lutero tacuisse viderentur, opera Zuinglij colligunt, Germanicè ab illo scripta, ab

eiº genero Rudolpho Gualtero Latine transferri curant, tantumq; thesaurũ in lucẽ edunt, vt aliq; quoque nationes scire possint, quàm egregius vir Zuinglius fuerit. Illis operibus p̄fixa est pro Zuinglio eiusdem Gualteri Apologia ad catholicã ecclesiã, (sic enim vocant suam synagogã) in qua inter cetera aduersariorũ obiectionibus & criminationib; respondet. Vt tibi Lutere. Eã quẽ operũ Zuinglij editionẽ Luterani permolestẽ ferebãt, vt scribit Zuinglianus quidam.

Huius anni mense Ianuario, dũ Carolus Cæsar est in hispanijs, Comitata Noriberge habent. Mortuus est illic Christophorus episcopus Augustus, Cæsar in eo cõuentu legatº, habuitq; successorẽ Ottonẽ Truceffiũ, postea Romanæ ecclesie amplissimũ Cardinalẽ, multis corporis & animi dotib; valdè insignẽ. In his Comitijs Protestãtes se purgant apud Ferdinandũ & Cæsaris legatos de p̄fligato Brũsuiçesi principe, aut rectè atq; ordine se fecisse: petũt amoueri Iudices Camerę, & alios cõstitui, & qdam alia: addũtq; , nisi sic fiat quemadmodũ ipsi petũt, nõ posse se de bello Turcico ququam statuere. Henricus Princeps ad Cameram accusãrat Protestãtes, sed illi Camerę iudices p̄sũs respuebãt. Respondit illis Ferdinãdus & Cæsaris legatĩ, iã indictũ esse conciliũ, Cæsare aduẽtare, indicta causa nõ posse amoueri iudices Cameræ, Henrico principi sua repetẽti non posse ius denegari, & pleraq; alia. Verũm Protestãtes autẽ se Conciliũ nõ approbare, &c. Interim nihilo minũs decretũ facit Ferdinandus cum reliquis ordinibus de certis quibusdã rebus, cui decreto Protestãtes se minimè consentire profitent. Quis nõ videat, quàm hæc ad certam Germanie perniciẽ pertinuerint, nisi Deus nobis pepercisset? Has animorũ offensiones & dissensiones peperit nobis Luteri Euangelion, cuius protasin longè tristissimã iam pridẽ vidimus, catastrophẽ verò longè turbulentiorẽ expectamus. Turca demũm vel Moscouita docebit nos recta sapere.

Misit hoc anno tres Cardinales legatos Paulus põtifex ad Conciliũ Tridentinũ, sed feruente bello inter Cæsare & Gallũ, in aliud tempus prorogatũ est.

Mor-

Mortui sunt eodē anno intra vnus mensis spatium duo clarissimi viri Iohānes Eccius & Albertus Pighius, inuicissimi Catholicę doctrine propugnatores. Eccium acerbē perstringunt euāgelici: sed si omnes suos grammaticos theologos in vnum conslent, vix Eccio parem efficient. Dictio eius non admodum elegans est, sed solidē doctū fuisse res ipsa loquitur: nec Græcæ & Hebræicę linguę rudis fuit. Memoria tenacissima plurimū illi contulit, & præterquā quod veteres Patres studiosē legit, etiā in scholasticis diligentē versatus est. Horum temporum scioli plerique scholasticos scriptores ob sermonis barbariem planē contemnunt, ipsi vel hoc solo nomine meritō contēdi: quasi eruditio à verborum phaleris, & non ab ipsa potiūs rerum cognitione petēda sit. Multi hodiē versantur in veterum Patrum lectione, quontēptis scholasticis: sed quātūm illi in solida Theologia proficiant, res ipsa declarat. Nec immeritō nostri Euangelici Scholasticos oderunt, cū non ignorent ab illis affatūm tela suppeditari, quibus ipsi cōficiantur. Quōd enim quæstionibus sua ferē tractant, ingeniorum exercitandorum causa id faciūt, vt possint in promptu haberi argumenta, quibus hæreticorum commenta elidantur.

Frānciscus Gallorū rex scribit literas ad summū Pontificem, quibus vehemētissimē perstringit Carolū Cæsarem, iamq; animo totus in bellū inclinatus, suis extraordinariū imperat stipēdium quinquaginta millium peditū. Copijs omnibus equitum & peditum coactis, in Hannoniam proficiscitur, Landresū capit, mirificē cōmunit, & Landæ viro egregiē militari seruandum committit.

Per hoc ferē tempus Hermānus princeps elector & Archiepiscopus Coloniensis à quibusdam deceptus, Martinum Bucerum Argētorato Bonnā accersit, religionis quandā reformationem, vel potius deformationē ei⁹ opera inchoaturus. Fuit ille princeps natura vir bonus, & in miseros ac egenos benignus & liberalis, sed parū doctus. Itaque non mirum est, potuisse eum Buceranī fallacijs faciliē circūscribi. Bucerus,

vbī Bonnā venit, iubente Episcopo, cōcionatur ad populum. Ea res nō parū offendit Reuerendum & illustre maioris ædis Capitulum, clerum omnem, & totā vniuersitatē Coloniensem. Hortantur igitur Episcopum, vt desertorē monachū reijciat: si nō habeat idoneos cōcionatores, se curaturos vt habeat. Ille cōtrā manet in proposito, velle se reformare ait diocēsin suam. Cū illi è diuerso obijcerent, si quid tale vellet, non debere id ipsis inconsultis ex canonum præscripto facere, nec ea in re vti opera votifragorum monachorum, Bucerus in suā defensionem scriptum edit librū, qui est mox ab Vniuersitate & Clero Coloniensi contrario scripto egregiē confutatus. Verūm Episcopus, quibusdam eum instigantibus, etiā Melāchthonem à Saxone petit, nec ille solus venit, sed præter eū etiā Pistorius, Sarcerius, & eius farinae plures. Ab his liber quidam de Reformatione instituenda conficitur, præcipuo architecto Bucero. Hunc librum Episcopus mittit Clero summæ ædis Coloniens, vt si possint, vera ratione confutent: sin minus, nouerint eum proximo Ordinum Diocēsis suę conuentu, qui tum imminabat, librum publicaturū, & eam Reformationē executioni daturū. Scriptū est igitur intra tres hebdomadas Antididagma contra hanc pestilentē reformationē, & primarij Cleri nomine missum est Episcopo cū demissis admodū precibus, quandoquidē Buceri librū nulla ratione admittendū perlegisset, etiā Antididagma suū vtī nē legere grauaretur. Porrò legitimā Reformationē non modò non recusare, sed cū primis etiā cupere se scripserunt. Ad extremū orant, vt minimē probatos illos cōcionatores à se dimittat. Historiam hanc Sleidanus longē aliter narrat, quā debeat bonū virū. Itā non possunt isti suum Euangelium propagare in orbē, nisi impudentē identidem mentiantur? Debat meminisse infidus ille historicus, si in alijs nōnullis rebus, quarū notitiam paucissimi haberēt, falsò narrādis impunē mentiri posset, tamen ea in re, quæ & libris palam editis & multorum etiā nūm superstitū testimonijs esset cōpertissima, mala

mala fide narranda, non nisi turpissimè & impudentissimè eū mentiri potuisse. Ecquis verò illi in arcanis referendis *si* dem commodet, quem in manifestis nō pudet esse vanū? Hæc dicta sint propter eos, qui tantū tribuunt Sleidano. Quòd verò Episcopus Hermannus tanti fecit Bucerum, non minima ex parte eius inscitie tribuendum est, qui non satis caleret, quantoperè sacri Canones, vetustissima Concilia & sanctissimi Patres damnent apostatas monachos, præsertim si illi etiā incestis nuptijs se contaminent. Bucerus verò non vnis contentus nuptijs, etiā tertijs se polluit, licet monachus & presbyter esset, contra Canones & Concilia omnia, contra morem gentium omnium è religione Christianarū. Et tamen hunc virum nō dubitat quidam vocare pacis & pietatis studiosum. Væ qui dicitis bonum, malum: & malum, bonum.

Interea Carolus Cæsar ex Hispanijs nauigaturus in Italiam, Philippum filium, sextumdecimum ætatis agentē annum, Hispaniæ regem pronunciat, eiq; totius regni ciuitates per legatos sacramentum dicunt. Conferuntur Cæsari in bellum ituro supra quadraginta myriades aureorum nummū: rex quoque Lusitaniæ Iohannes grandi pecunia pium principem iuuat. Iam non immeritò summis Orientis belli metus Europam inuaserat, nè eius occasione Solimanus Turca totum Occidentem sibi subiugaret: quod quidem facile illi fuisset, nisi Deus clemens & pius eum à nostris ceruicibus auertisset. Et certè locusta illæ, quæ ab Oriente per Illyricum stupedis agminibus in Italiam conuolârât, maximaq; pars in agris, segetibus, pratis, arboribus, folijs omnibus ocysimè deuoratis damna dederant, Turcarū aduentum portendere visæ sunt: neque id prorsus temerè, vt ex ijs, quæ paulò post dicemus, apparebit.

Cæsare in Italiam aduentante, Paulus Pontifex multa iam ætate grauis, sedat itineri, spe componendæ pacis cum Cæsare collocuturus. Cæsar Genuæ in Aurianis edibus splendidissimo ornatu excipitur, & visus est paulò asperior, ppter eam quòd Pontifex nulla ei in Gallū

subsidia dedisset, vixq; impetrari potuit, vt in colloquium veniret. Sed Pontifex, qui se parentis sustinere personam non ignoraret: ita se gessit medium, vt neutrius partes fouere videretur. Porro Cæsar nimium lacessitus tot ditionum suarum rapinis, incendijs, euastationibus ac direptionibus, de pace nihil audire sustinuit, nec voluit colloquijs nihil tamen effecturis tempus terere, vt maturè bellum susceptum contra Cliuensem principem conficere posset. Passus est tamen se in colloquium nedum Pontificis, sed etiā amplissimi Cardinalium Senatūs trahi apud Buxetū urbem, vbi sanè Pōtifex id vel maximè conatus est à Cæsare impetrare, vt pace cū Gallo composita, in Turcam arma cōuerteret. Idem conati sunt Cardinales, sed Cæsar multis de causis inexorabilis, ab ea belli cogitatione deduci non potuit. Nihil enim eorum latebat prudentissimum Principem, quæ non vno loco hostes in eum machinati essent, idq; eo tempore, quo contra acerrimos Christianæ religiōis hostes pugnaturus, maximam bellici apparatus in mari iacturam fecisset apud Argieram.

Dum hæc gerūtur, Hariadenus Barbarussa iussu Solimanni Turcarū Principis cum centum & decem triremibus, biremibus quadraginta ad Messanæ fretum peruenit, Rhegiū occupat, abductis indè in miseram seruitutem septuaginta circiter Hispanis militib⁹ & multo pluribus Rheginis ciuibus. Postea Ostiam venit, vsque ad Romanis trepidantibus, vt urbem planè deserturi viderentur. Triduò illic hæsit Barbarussa propter aquationem lōgè optimā, postea Massiliam rectā contendit. Indè classem ad Niccam Prouinciæ admouet, urbem grauitèr oppugnat & capit, eamq; milites Turcæ diripiunt, & incendijs deformant, multamq; indè atq; ex Italia Christianorum hominū vtriusq; sexūs prædam abducūt in tetrā captiuitatem. Ferūtur fuisse circiter 5200. & in ijs elegantiori forma virgines Deo sacratæ 200. Reliqua præda penè sexcentis ducatorū millibus æstimata dicitur. Barbarussa Turcæ gratificaturus, & homines & reliqua omnia quatuor magnis nauibus

imposita, adiuncta alia naui præsidiana, Solimano trāsmissit. Interea Garfias viceregis Neapolitani filius, classe sua Iohanniticę sociata, Turcicas oras depopulatur, nõ mediocri relata præda. Dũ aut Siciliam versũs nauigat, obuias habet Barbarussę, quas diximus, naues cũ præda hominum & aliarum rerũ. Sentiens verò hostiles esse, irruit in eas, & omnes Messanam perducit, nõ finẽ maximo Dei beneficio, quo ẽ sãuissimorũ barbarorum manibus miseros illos extorfit.

Nẽ quid verò ad summam calamitatem Christianis deesset, dum Barbarussa mare infestũ habet, Solimanus cũ ingentibus copijs Pannoniam vastat, Valponiũ primò, mox Soclos capit. Apud Soclenses in præsidio erãt ducenti & eo amplius nobiles Hungari, qui cum diũ fortissimẽ resistissent, tandem compulsi sunt se victoris arbitrio permittere. Itaque deditioe facta, porta vrbs excedentes, ad vnum omnes interficiũtur. Indẽ Strigonium, trina licet irruptione infeliciter tentata, nostris fortiter resistẽtibus, tandem deditioe occupat, opera præsertim transfugę cuiusdã senis Calabri, qui quo loco vrbs oppugnãda esset, sceleratissimẽ detexit. Captam eam urbem Solimanus mox admirabili structura & opere ita communiuit, vt Christianis eius recuperãdę spes omnes prorsus præcidisse videatur. Mox Tattã oppidulum, præsidarijs sese deditibus, in potestatem redactum funditus euerit. Othomani enim, veteri instituto, raris, sed validis, præsidijs partas bello puincias tueri solent. Post cum toto exercitu Albam petit, quę propterea Regalis dicitur, quòd illic perantiquo gentis ritu reges coronentur, ac eodem in templo priscorũ regum sepulcra visantur. Totius autem Pannonię facillẽ nobilissimę vrbes sunt Buda, Strigonium & Alba, quę paribus ferẽ interuallis inter se distantes, trianguli figuram efficiunt. Est Alba cum primis munita, nec deerant vrbi tuendę strenui milites: consiliũ rebus administrãdis idoneũ defuisse videt. Solimanus urbẽ latè complexus, spectãtes nostros admirabili atq; stupenda castrorum specie cõterruit, adeò vt quin-

genti Vfarones equites ex vrbe discesserint, magno nostrorum incõmodo. Vbi ad oppugnationem vêtum est, breuẽ ed Albani ciues adducti sunt, vt maturẽ dedendam urbẽ deliberãrint. Itaq; eo quocũque insigni oppido immanis Barbarus potitus est, totiq; demũm Pannoniã Mahometẽ Iahaoglem cum imperio præesse voluit, qui locis illis, quę etiam nũm à Ferdinãdo rege tenerentur, crebris excursionibus, magnas sæpẽ clades attulit.

Porro dum hæc in Pannonia geruntur, Cæsar Carolus ex Italia in Germaniam abit. Ante eius aduentum Hinsbergo impositi à Brabãtis milites, summa annonę penuria laborare cõperũt. Rem igitur per literas Brabantis indicant. Illi cũ ingenti exercitu & omni ferẽ nobilitate Mosam trãsmissũt, & 12. Calend. Aprilis maximam comeatũs copiam & reliqua bello gerẽdo necessaria in oppidum importãt. Vbi id principis Cliuensis copiã resciscunt, ad eos contendunt, oblataq; mirabili opportunitate, quòd Brabantis venti, pluuię & grandines eximprovisò se obijcerẽt, non dubitant pauci cum multis confingere. Fit atrox pugna, diũ ancipiti Marte, donẽc cæso & in fugam verso Brabantorum peditatu, victoria ad Cliuensis Principis militem inclinaret. Lautã illic & supra quãm dici queat, magni precij præda capta est, multa tormenta egregia & pleraq; alia.

Hac victoria elati Cliuenses, ditionem Limburgensem populabundi inuadunt, prædas strenuẽ agunt, pagum *Hert* adeunt, eius cõmeterium egregiẽ munitum, quò incolę confugerant, obsident: sed incolis impigrẽ dimicantibus, re infecta, non sine damno abscedere coguntur, vt etiam aliã non semel ab eodem loco.

Appetente messe, quòd milites ex Hinsbergo crebra eruptione vicinis pagis essent infestissimi, à Cliuensibus oblidetur oppidum, & ad motis tormentis muri validis ictibus sternuntur. At qui intus erant, nihil exterriti, aggeres instituunt, & se hostibus fortiter opponunt. Octaua obsidionis hebdomade Brabanti instaurato exercitu rursus Mo-

Mosam trajciunt, sensimque hostibus propinquantes, nunc accedendo, nunc cedendo ab oppido hostem in campum eliciunt: dumque utriq; ex aduerso consistunt & leuibus prælijs crebrò se lacessunt, diuerso itinere currus Brabantici, annona & alijs rebus necessarijs onusti, Hinsbergum ingrediuntur. Iam iusta omninò pugna instare videbatur, dum eccè Cliuenses præfectorum iussu sensim retrocedunt, moxque in fœdam dilapsi fugam, Brabantis insequendi & fugientium terga cædendi occasionem offerunt. Ex ea fuga non dubio pudore perfusi milites, cum in duces culpam rejicerent, Martinum Rossenium ducem primarium sibi dari petunt. Annuente Guilermo Principe, Rossenius aliquot Traiectensis diœcesis oppidula infestat, Amsfordiam insigne & munitum oppidum, exclusis miro astu præsidarijs, qui prædatum ex vrbe processerant, deditio- ne occupat, ciues graui ære mulctat, quo militi aliquot mensium stipendiũ persoluit. Princeps Aurantius subsidio venit Amsfordianis, sed serò. Rossenius porrò pergit in Buscoducentium fines, Helmundam & Endouiam capit & diripit. Sub idem quoque tempus Limburgensis ager, nupèr intactus, cum tota Daleuia et ditione Falckenburgensi, opimis abactis spolijs, vastatur.

Interea Cæsar Spirã venit. Ibi Protestantes per legatos quedã ei proponunt, quibus responsum est, satis ipsis de pace cautũ esse, Camerã iudices indicta causa remoueri nefas esse, & quedam alia. Moguntie denique, quò eum Legati illi sequebatur, dictum est illis, nisi Henricus Brunswicensis restituatur, Cæsari nõ defuturam viam, qua illũ restituat.

Apud Spiram Archiepiscopus Coloniaen Cæsarem pro Cliuensi Principe deprecatur, sed Cæsar nullã pacis mentionem audire voluit, nisi ille prius Geldrensi principatu decederet. Rogauit quoque pro eo Saxonicus legatus iussu sui principis, sed nihil potuit obtineri.

Moguntia Cæsar dat literas ad Senatum Coloniaensem, quibus eorũ laudat in fide Catholica cõstantiam, quòd nõ cesserint quibusdam concionatoribus, qui eos à Catholica religione auertere

modis omnibus attetãrunt: hortatur, vt perseueret, & populum in officio contineant. Idem ferè scribit ad illos etiã Pontifex Paulus 3. Senatus itaque conuocato populo madat, vt his edictis pareant. Dici vix queat, quot dolis, quot cuniculis, quot modò occultis, modò apertis machinationibus malus demon per suos administratos hanc urbem multis nominibus longè celeberrimam, conatus est ab vna, vera, Catholica fide in istos deterrimos & pugnantissimos noui Euangelij errores abducere, quibus iam tota ferè Germania miserè perijt: sed quæ DEI est singularis benignitas, nihil hactenùs efficere potuit, Senatu prudentissimo & grauissimo diligentèr inuigilante, nè homines pestilentes voto suo potiri queant. Multe sunt artes cacodæmonis, & habet ille suos satellites, qui vbi vident nihil apertò Marte se posse consequi, vertuntur ad insidias, transferunt se in angelos lucis, nihil nisi pacem & pietatem præ se ferunt, donèc hac perniciosissima simulatione apud incautos præclare cuiusdam existimationis, magnæ pietatis, nõ dubie integritatis famam sibi conciliet. Tum verò sensim virus effundunt suũ, & sub pietatis prætextu, etiã illos non raro à Catholicæ Ecclesiæ pace & vnitæ auellunt, quos neque Luterus, neque alij omnes ex professo Ecclesię hostes, euertere potuerunt. Vigilandum est igitur omnibus, quibus sempiterna animarum suarũ salus cordi est, nè circunueniatur à satana. Habet, semperq; quandiũ hic stabit Orbis, habebit suas laudes eximias inelyta & præclara Colonia Agrippina, quòd tam multis in Germania ab auita eademque sanctissima religione deficientibus, ipsa constantissima permanet, nec eam fidem & religionem puerili leuitate sibi deserendam putauit, quam longè ante mille annos accepisset, & in hunc vsque diem, à sanctis Maioribus suis integra fide velut per manus sibi traditam, religiosè conseruasset, licet sæpè incredibilibus astutissimorum satanæ satellitum fraudibus & technis, armis & machinis oppugnata. Orandus autem est DEVS, vt eandem etiã deinceps, vt

benè speramus, constàtiam seruet, præsertim cum nūquam cesset satanas novos texere dolos, & nouas meditari artes, quibus vel tandem etiàm constantissimos expugnet.

Hoc tempore Calvinus librum edidit contra reliquias, dignum planè tali patella operculum. Estò, fuerit quorūdam tanta inscitia, vt nonnunquam nō satis rectè vsi fuerint sacris reliqjs, num propterea tam impiè in reliquias ludendum est? Valdè acuti sunt isti pseudo-prophetæ, vt vel minima quæq; in Catholicis videant, ipsi suas absurdissimas impietates, horrendos errores, infanda scelera non vident.

Cæsar vbi Bonnam venit, ab Episcopo aliquot diebus lautissimè accipitur: Episcopum verò Cæsar orat, vt Bucerū à se dimittat. nam Melanchthon iam discesserat. Aderat Bucero socius Caspar Hedio, vterq; non multò post abiit Argentinā. Si in Hispanos milites incidissent, haud dubiè martyres euassissent. verùm illis tū longè tutius erat latitare. Habet enim & diabolus martyres suos.

Bonnæ Cæsar lustrato exercitu suo, 21. Augusti Duram iter intendit: quò cum peruenit, Heraldum mittit, qui vrbis deditiōnem petat. Ea non impetrata, paulò post summo manè horribili tormentorum tonitru quassantur mœnia, donè tandem quinto incurfu vrbs capta est. Magna tum oppidanorum & aliorum intra vrbem cædes facta est, vt solet ijs in locis, quæ hostis vi occupat: vastatæ ædes, bona direpta, non pauci capti, qui vitam magno ære redimere coacti sunt. Altero die, incerto authore, vrbs incenditur, & quod miles rapax tollere non potuit, flamma vorax absumpsit. Misit verò pius Imperator milites, qui incendium restinguerent, sed non nisi pauca ædes cum Franciscanorum cœnobio seruari potuerunt. Ità intra vnus anni spatium vrbs calamitosa tēr obsessa, nunc demùm miserè perijt. Grassante incendio, qui superstites manserant, in castra educti sunt: vbi foeminæ & pueri sub Cæsaris papilione, viri Ecclesiastici in Episcoporū tentorijs seruati sunt incolumes, atque luce proxima redu-

cti in vrbem. Porrò caput Diuæ Annæ matris beatissimæ Mariæ virginis, quod illic seruatur auro inclusum, & quotannis multo confluentium hominum studio & deuotione visitabatur, religiosus Imperator cum magna celebritate ab Hispanis curauit inferri in templum Franciscanorum, nè incendio vastaretur. Eiusmodi sanctarum reliquiarum piam venerationem, quæ tamè tota in eius fit honorem, à quo sancti habent sanctitatem suam omnè, noui Vigilantiani nostri ferre non possunt. Dicamus ergò illis, quod olim D. Hieronymus incomparabili tum eruditione, tum vitæ sanctimonia præditus, dixit Vigilantio: Rides, inquit ille ad Vigilantium, de reliquijs martyrum, & cum authore huius hēreseos Eunomio Ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreatis, vt eadè contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur. Et infra: Sentio, sentio infelicissime mortaliū, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immūdus, qui te hæc cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est puluere, (sic enim Vigilantius appellabat cineres & reliquias sanctorum) immò hodieque torquetur &c. Multa ibi alia scribit D. Hieronymus, quæ meritò deberent istorum insaniam cōprimere, qui hodiè cū illis ante tot secula dānatis hæreticis diuorum reliquias atq; etiā inuocationē oppugnant, & misero persuadent vulgo, dū illas nos honoramus, idololatriæ scelus admittere. De Constantino Copronymo Imperatore græco, Leonis imaginū oppugnationis filio, homine valdè impio Suidas Græcus author sic habet: Eò demētiae & vecordiae, inqt, peruenit, vt publicitūs populo sanctiōnē vniuersalem proposuerit, nè q̄ omninò ministrorū Dei sanctus diceretur, sed vt reliquie eorū inuētē despicerentur. nève intercessio illorū, quòd nihil possent, peteret. Quin mortaliū oīm impurissimus, præcipere est ausus, nè q̄ Mariæ intercessionē imploraret: Non em̄ inqt, opitulari cuiquā potest. Atqui Venerè ille coluit, (quæadmodum certè p̄clare etiàm nostri Euāgelici) & victimas humanas obtulit etc. Hęc Suidas. Pudeat tādè tam sceleratæ societatis.

Dura

Dura expugnata, Cæsar abit Iuliacum, quod vacuū ferè inuenit, demptis paucis foeminis & exacta ætate viris. Post Rurẽmundã proficiscitur, Geldrię munitam urbem. In eo itinere ex omnibus fermè Iuliacensis regionis oppidis veniunt legati, deditioe pacem expetẽtes. Rurẽmundẽses nihil expectata obsidione, Cæsari sub certis conditionibus se dedunt. Indè Venlonem oppidum valdè munitū se cõfert. Ciues primò inducias petunt paucorum dierum, quibus consulant principem Guilhelmum. Illo respondente, vt consulant rebus suis, se illos sacramento, quo ipsi teneantur, soluere, in Cæsaris ditionem concedūt. Idem faciūt etiã aliquot alia Geldrię oppida, itemq̃ue Zutphanienses per legatos suos.

Cæsare apud Venlonẽ agente, Princeps Cliuẽsis sanis vsus consilijs, comitatus Henrico Brunswicensi principe et legatis Archiepiscopi Colonienfis, ad Cæsare supplex venit, ab eoq̃; sub quibusdã conditionibus in gratiam recipitur, Videlicet, vt religionem Catholicã in omnibus suis ditionibus inuiolatam retineat: si quid mutatum est, restituat. Cæsari, Romanorum regi & imperio se morigerũ prębeat: foederi Gallico, Danico & Suedico renũciat: Ducatu Geldriensi & comitatu Zutphaniensi sese prorsũs abdicet, & iusurandum populo remittat, & quãdam alia, quæ nõ est necesse huc adscribere. Cæsar quoque principi cõdonauit, quicquid hoc bello damni datum esset regionibus ipsius, & offensiones omnes. Seruauit autem sibi ad breue tempus Zittardiã & Hinfbergũ, munita Iuliacensis agri oppida.

Per hoc tempus in dicecesi Monasteriensi ad castrũ Sassenburg haud pcul à Warendorp, sanguine pluit.

Hoc anno nouus quidam Propheeta extitit in Frisia, nomine Georgius Daud. Ille insanus non se dubitauit Dei nepotem appellare. Cũ feris & auibus quocunq̃ue esset collibitũ idiomate colloquia miscuit, & ab illis alimenta accepit. Aiebat cælum prorsũs esse vacuũ, se diuinitũ missum, vt regni hæredes accerferet, multaq̃ue id genus alia ridicula & absurda, quibus

tamen non defuerunt qui fidem commodarent, vt est hoc seculum pudenda leuitate & plusquã anili stoliditate auidum in res nouas, quantumcunq̃e alioquĩ absurdas & impias. Quis huius Prophetæ demũ exitus fuerit, infrã suo loco dicemus. Carolus Cæsar huius farinae homines ferro & igni seuerissimè in suis ditionibus inferioris Germaniæ persecutus est, adè vt Georgius iste cũ suis Basileã se contulerit, vt infrã dicef.

Sub finẽ Decembris Franciscus Gallorum rex Lucemburgum rursũs occupat. Ferebatur opẽ laturus Cliuẽsi principi, atq̃; eo nomine etiã adduxisse sororis filiã Iohannam, Cliuensi antea despõsam. Verũm vbi de Principis cũ Cæsare conciliatione certum accepit nuncium, non mediocritèr fuit perturbat⁹: at nihilominũs Lucemburgum egregiè muniendum curauit.

Eodem tẽpore Anglię rex Henricus exercitum mittit in Belgium, qui cũ Cæsaris copijs coniunctus, Landresium obsidet. Cæsar eò venit mense Octobri cum ingenti exercitu: venit etiã Galliæ rex cum manu valida. Res non longè à prælio abesse videbatur: sed Galli, cũ in oppidum annonam intulissent & militem recentem, clãm indè recedūt. Cæsariani luce demũm appetẽte id sentiunt, abeuntes insequuntur, ex postremo agmine nõ paucos interficiūt, multamq̃; vasorum aureorum & argenteorum, atque aliarum rerum prædam referunt. Cæsaris consilia arcana de prælio ineundo ad Gallos quorundã opera delata ferebantur: qua re offensus Cæsar, post Galli discessum, soluta obsidione Landresij, Cameracum occupat, eiq̃ue arcem imponit: quẽdã etiã alia vicina loca sibi vendicat: porrò exercitũs partem dimittit: reliquos ad Lucemburgi obsidionem mittit: ipse domum redit.

ANNO 1544. 2. Ianuarij è viuis excessit Lusitaniæ rex Iohannes, Iohannis tertij filius, anno ætatis suæ 17. In matrimonio habuit Caroli Cæsaris filiam Iohannam, quæ ab illo grauidã relicta, eiusdem mensis die 20. Sebastianũ principem enixa est. O quã multi in rerum omnium summa affluẽtia tum au-

feruntur ex hac luce, cum eam primum incipiunt intueri. Et tamen in tanta miseræ vitæ huius incertitudine, quotusquisque est, qui non sibi nestorcos prope modum polliceatur annos.

Eodē mēse natus est Franciscus, primogenitus Henrici Valefij, postea Gallorum regis, cui idem ipse Franciscus nō diū post successit.

Cæsar huius anni initio è Belgio spiram proficiscitur ad Imperij ab ipso indictum conuentū, qui quidem cum primis celebris fuit, præsentibus illic Electoribus omnibus, quod rarò fieri solet, & ipso quoque Ferdinādo rege, & principibus plerisq; omnibus. In hoc conuentu Cæsar contra Galliæ regem ab omnibus Imperij ordinibus grādem pecuniæ summam in sex menses impetrat: cum Daniæ rege, qui cum Gallo foedus percusserat contra ipsum, omninò transigit: Saxonix quoque Elector Ferdinādo regi obseruantiam promittit. Erat tum fama sparsa de Francisco Gallorū rege, quòd cum Turca foedus fecisset. eo nomine permultos à se abalienauit, licet ipse rex scripto propalam edito sese purgare conatus sit. Miserat legatos suos ad comitia Spirensia, sed non sunt permitti eousque progredi.

Hoc anno Luterus suas in Genesim annotationes edidit, in quibus passim temperare sibi non potest, quin in Sacramentarios inuehat: & nē non omninò Prophetiæ spiritu caruisse videatur, prophetizat fore, vt ipso extincto, Sacramentarij, quos sua authoritate compresserit, ipsius doctrinam certatim oppugnent. Nec hoc contentus, mox, licet Melanchthone resistente, postremā suam de Cœna Domini Confessionem euulgat, in qua Zuinglium, Oecolampadium, eorumque discipulos apertè hæreticos, Sacramentorū hostes, æternūque damnatos esse dicit. Hæc Luteri in Zuinglianos sententia nō paulò plus ponderis habet apud Luteranos, quàm vel mille Romanorum Pontificū & totius Concilij Tridentini, in quo multi fuere viri longè doctissimi: & tamen Zuingliani æquè contemnunt Luteri iudicium, atque Romani Pontificis. Erant tum multi, qui Lutero re-

spondendum putarent, Bucerus vtriusque partis gratiam captare visus, Lutero tanquàm de Ecclesia Christi optimè merito parcēdum suavit. Philippus Melanchthon in quadam ad Bullingerum per id tempus data Epistola, hanc Lutero confessionem scriptum vocat atrocissimum. Tigurini interim omninò respondendum censent, eduntque Apologiam, de qua postea dicemus.

Huius anni mense Februario Romæ in Vaticano haud procū à Tiberi, cum in sacello S. Petri fundamenta foderentur, inuenta est marmorea arca longitudine pedum 8. & semis, latitudine 5. & 6. altitudine, in qua condita fuit Maria, Honorij Imperatoris coniunx, quæ virgo obiit, morte abrepta ante nuptias. In ea arca, corpore absumpto, aliquot tantum dentes supererant, capilli que ac tibiariū ossa duo: præterea vestis & pallium, quibus tantum auri fuit intextū, vt ex his combustis auri pondo 36. collecta sint. Erat insupèr capsula argentea, longa pedem vnum & semissem, latitudine digitorum 12. in qua vascula multa ex crystallo, nonnullaque ex achate perpulchrè elaborata. Item annuli aurei 40. varijs gemmis ornati. Erat & smaragdus auro inclusus, in eoque sculptum caput, quod creditum est ipsum Honorij referre. Is 500. aureis nostratibus, nempe ducatis, estimatus est. Præterea in aures, monilia, aliaque muliebria ornamenta, in quibus vna earum, quas hodiè Agnus Dei vocant, per cuius ambitum inscriptū erat, Maria nostra florentissima: laminaque ex auro, & in ea hæc noīa, Michaël, Gabriel, Raphaël, Vriel, Græcis literis. Item veluti racem⁹, ex smaragdis alijsque gemmis cōsertus: & discriminale longitudine 12. digitorum, inscriptum hinc, Domino nostro Honorio: hinc, Domina nostra Maria. adhuc inerat forex ex chelidonio lapillo, cochleaque et patera ex crystallo: itē pila ex auro lusoria similis, sed quæ in duas partes diuidi potuit. Innumere penè aliæ inerāt gemmæ, quarum etsi plurimæ vetustate corruptæ, nonnullæ tamen recentem admirandamque pulchritudinem retinebant. Et hæc omnia Stilico filiæ dedit pro dote.

Interea dū Spirę comitia agūtur, Ludouicus Palatinus Princeps & elector vitā cum morte cōmutat. Successorē habuit fratrem suū Fridericū, cuius cōiunx fuit Dorothea, Christerni Danorū regis filia. Isdē in Comitijis grauissimis pœnis interdictū est, nē quis exteris militaret, Gallis præsertim. Erāt tamē, qui ea seueritate contēpta, nihilo minùs Gallię regi operā nauare non dubitarēt. Exijs in Lotharingia captus est Hubertus comes Bichlingus Germanus, adductusq; Metim ad Cēsare, vltimo iubetur supplicio affici. Vxor eius multūm precata Cēsarem, flectere nō potuit, iāq; ad necē parata erāt omnia, cūm ecce Maximilianus Ferdinandi regis filius, Cēsaris animum mollit, seruatq; comiti vitam.

Anteq; de Cēsaris ad bellū Gallicum ē Spirēsi conuentu profectiōe dicamus, obiter hīc quēdā inserere libet de Muleassis Tunetani regis casibus inopinatis. Circa hęc ferē tempora, cūm Turcicam Barbarussa duce classem apparari, atq; deindē Italię orā legere didicisset, in Siciliam traiecit. Metuebat em̄ sibi haud temerē à Barbarussa, quem ē Tunetani regni possessionē à Carolo Cēsare non longē antē expulsū meminisset. In regni tutela reliq; sibi maximē fidos, Mahometem, qui præesset vrbi, et arci Corsum quendā, cui nomē erat Fares, p̄posuit. Porro filiū suū Amidam præfecit copijs, qui Tunetū à Turcis & Numidis tueretur. E Sicilia Genuā petiturus soluit, vt ibi cū Cēsare colloqueretur, sed reslantibus vētis, Neapolim est reiectus. Vbi à Prorege lautissimē habitus, Neapolitanis nouo cultu, vescendi more, & exquisitissimis odoramentis admirationi fuit. Dapibus eius ex regię culinæ disciplina prodigiosi sumptūs vnguenta infarciabantur, adeo vt pauonē, cum duobus phasianis conditum, obseruatum sit centū aureorū impēsam excessisse. Fuit ille rex superstitiōi Mahometanæ addictus, & astrorū obseruator, q̄ res ei certissimū exitium attulit. Visum enim ipsi fuit ex fatali, vt putabat, astrorum influxu, amittendi regni & dirę mortis cladē sibi impēdere. Eo partim nomine discessit ex Africa, sed eo ipso discessu cladē, quā euitare voluit, in suas ceruices ac-

ciuit. Atq; vtinām vel Christiani tādē discerent vanissimā eam esse, q̄ ex astris petitur, rerum futurarū, immō & superstitosam, atq; idēo illicitam diuinationem. Scilicet liberum hominis arbitriū Deus astris subiacere voluit, quę in hominum ministeria condita sunt. An nō scriptura euidentissimē dicit, *Juxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere, quę timent gentes, quia leges populorū vanę sūt.* Multis locis D. Augustinus, vt alios prætermittam, in hoc genus superstitosæ diuinationis acriter inuehitur, & mathematicos egregiē perstringit, quos, dū ex stellarū positione actiones nostras vel actionum euenta prædicere conantur, nimium errare dicit, & vendere imperitis hominibus miserabilē seruitutē: immō eiusinodi p̄dictionem, magnā demētiam vocat. Quod autem non rarō eueniūt, quę ab istis astrologis prædicūtur, eius causam idē vir sanctissimus exprimit his verbis: Illusionibus & deceptionibus præuicatorū angelorum euenit, vt illis superstitosus et perniciosus diuinationū generibus multa præterita & futura dicatur, nec aliter accidant quām dicūtur, multaq; obseruantibus secundū obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis magisq; inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris &c. Verūm ad Muleassem reuertamur.

Dum Neapoli moraretur, vbi eū Cēsar iussit subsistere, post Niceę arcē frustra à Barbarussa oppugnatam, certis ex Africa nuncijs didicit, Amidā filiū, ipsius amicis & præfectis trucidatis, Tunetū & arcem occupasse. Ea re vehementer perturbatus, militem conscribit magna celeritate, confluuntq; breui ad eū mille & octingenti homines, ijsq; nauibus impositis, Guletam proficiscitur. Sperabat enim se filiū nōdūm cōfirmatis viribus facilē oppressurū, nec Prorex Petrus Toletanus eius cōsilia improbat. Amidā filium quidā proceres corruerāt, excitatis vanissimis rumoribus, Muleasē neapoli discessisse ē vita, & p̄summū scelus ante obitū Christiana religione iniatū esse. Amida his rumoribus & procerū cōsilijs permotus, Tunetum se

Jerem. 10.

Li. 2. de Doctr. Christi. ca. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

confert, sed indè tunc excedere compulsus est, quòd Tunetani de Muleaffis morte nihil comperti haberent. Hæret interim in hortis Martijs, & rursus oblata ab insperato occasione, à Tunetanis quibusdam euocatus, qui Muleaffem odirent, Tunetum reuertitur, aliquot ipsi aduersos perimit, & in arcem se recipit, paruo momento vrbe, arce & regno potitus. His de causis, vt diximus, Muleaffes conscriptis tumultuarijs copijs in Africã traiecit. Vbi Guletã venit, à Francisco Touarre Cæsaris præfecto admonetur, nè cum tam parua manu Tunetum adeat, nisi Tunetanorum ciuũ animos prius habeat exploratos. At illum facile fefellerũt proceres quidam Afri ex vrbe progressi, qui gladijs iugulo admotis, more gentis, fidei militaris sacramentum ei dicũt, Amidamq; ipso conspecto celeritè vrbe excessurũ confirmant. Mox ille plurimũ deterrente Touarre, Tunetum pergit, & in itinere rursus ab Hispanis equitibus à Touarre missis admonitus, vt sibi ab insidijs, que iuxta urbem essent, caueret, in proposito perseverat. Vbi autem ad urbem propius accessit, erumpẽtibus tum ex vrbe, tum ex vicinis oliuetis Afris, ex eius exercitu periẽre supra mille & trecenti, & ipse Muleaffes captus est. Eum ad se adductum, Amida filius utroq; orbatum lumine crudeliter excæcat, candẽti scalpello profcissa vtriusque oculi pupilla. Idem pertulẽre duo Amidẽ fratres, cum Muleaffe capti, Nahaser & Abdalas. Indè cum Touarre ferit inducias, & aliquid annumerat pecuniæ, quod Hispano militi stipendij nomine solueretur. Filium quoque suum Sehitẽ, nouem annorum puerũ, ei dat obsidem, quem tamen continuò sibi vult restituĩ, si pax confici certa non possit. Touarres, licet eæ induciæ multis de causis necessariæ viderentur, tamen quòd non dubitaret Cæsarem Amidẽ crudelitate offensum, dedit operam, vt Abdamelech Muleaffis germanus frater, qui apud Anemseham Numidarũ regulum diũ exul permanerat, Tunetani regni sedẽ obtineret. Et id quidẽ mira celeritate efficitur, remisso interim Sehite puero obside tunetum, nè fidem Amidæ datã fallere vi-

deretur. Festinus Abdamelech Guletam properat, indè Tunetum, facieq; linteis sudarijs inuolutã, nõ est agnitus à portæ arcis custodibus, sed pro Amida admissus, arcẽ occupat, cæsis custodibus, qui illo agnito arma corripere cœperũt. Itã illerepentè à ciuibus Tunetanis in arcẽ admissis rex salutatur: sed, vt nihil est in rebus humanis diuturnum, paulò post morbo lætali correptus, trigesimo sexto die vita excedit. In eius locũ substituitur Mahometes eius filius annorũ ferè duodecim: sed cum à proceribus quibusdã, eius pueri moderatoribus, regnum lògè alitèr administraretur, quàm Tunetani vellent, & alia quoq;, quæ ipsi nollent, acciderent, Amidam rursus accersunt. Sed interim muleaffes è carcere educitur in templi cuiusdam asylum inuiolabile, atq; indè, Touarre expetente, Guletam perducitur. Idem ipse muleaffes iã antea, Tunetanis ipsi necem intentantibus, ab anu quadã inope in scrobe multis allijs cooperta seruatus fuerat. Amida igitur Tunetum rursus occupat, & Muleaffes tandẽm Cæsaris iussu in Siciliam deductus est, publico Siculorũ sumptu alendus. Rectè igitur Claudianus Poëta:
Desinat elatis quisquam considerare rebus.

Fuit autem Muleaffes rex non indoctus, in primis autẽ Auerrois studiosus: porrò Choree familiẽ, ex qua ipse præalto stemmate natus esset, reges Tunetanos, quorũ stirpem ad Homarem Mahometis pseudoprophetæ consanguineum & discipulũ referebat, supra nõgentos annos nulla admixta alieni sanguinis successiõẽ, regnãsse aiebat, Tunetanumq; regẽ augustiore cognomẽto appellari *Emir Munemim*, hoc est, in religione optimè credentium principem.

Cæsar soluto Conuentu Spirẽsi, cum iam exercitus eius ad Lotharingiẽ fines peruenisset, primò Lucemburgum Gallic extorquet, indè Linẽũ oppidũ & arcẽ: mox Sandesiriũ obsidiõẽ premit, Hærico Angliæ rege interim Boloniã fortissimè oppugnante. Sandesiriũ Landræ viri strenui opera diũ egregiè defensum est, sed eò bombardẽ ictu sublato, tandẽm ad deditiõẽ ventum est. In ea obsidione perijt Renatus Auraciẽ Princeps, iuuenis om̃ibus naturæ & fortunæ donis cumula-

mulatissimus, & Cæsari inprimis fidelis & charus, adeò vt Cæsar expirantē cum lachrymis complexus sit. Capto Sâdefirio, Cæsar vltra progreditur, & ad Matronam vsq; castra promouet, non mediocritèr trepidantibus Lutetianis, qui iam propinqui hostis potentissimi arma non immeritò vererentur. Sed Deo benè propitio, tum demùm inter Cæsare & Regem certis conditionibus pax cōfecta est, Gallis inprimis exoptata, quòd iam regiones eorū non ab hostibus modò, sed etiàm à Regis exercitu miserandū in modum vastatè cernerentur. Sub hoc tempus Angliæ rex Poloniã deditiõe capit, quod superiores eius regni reges frustra tentârunt. Sed & ille quoquè postea cum Francisco rege pacem fecit.

Dum Gallicum feruet bellum, Hermānus Coloniēsis Archiepiscopus pergit vrgeri suæ diœcesis infauistâ planèq; Buceranam reformationem. Clerus sese opponit, hortatur & obsecrat principē, vt rem differat ad œcumenici concilij cognitionem & definitionem: nam si secus faciat, ad supremum Magistratum sibi confugiendum, easque vias excogitandas, quibus possint conscientijs suis satisfacere. Princeps malè persuasus, māsit in sententia. Itaque Clerus & qui ad eum pertinent, Octobris 9. die cum in vnum cōuenissent, inter alia cōmemorant, quæ ante annos 23. Vuormatiæ, vbi Luterus à Cæsare, cunctis ferè illi Principibus suffragantibus damnatus fuit, quæ itè postea Augustæ & Ratisbonæ, atq; recens Spiræ decreta fuerint: quibus omnibus posthabitis, Hermānus Archiepiscopus res nouas attētârunt: Buceram apostatam & Sacramentarium, qui iam alteris sese incestis nuptijs contaminârunt, Argentina euocauerit, cōcionandi munus & illi & passim alijs leuibus hominibus demandârunt: horum verò suggestionem quandam Reformationis formam conceptam, & Principis mādato euulgatam: Se quidem modis omnibus Principem dehortatos, sed nihil promouisse: iam verò diœcesin pessimè habere, omniaq; ad summam perturbationem spectare: quamobrèm necessariò ipsos prouocare ad summum Pontificem & Cæsaream Maiestatem. Id vbi resciiuit

episcopus, scripto publico testatur nullam eos prouocandi causam iustam habuisse: se nihil præter officij fecisse, proindè eam se appellationem reijcere, sperareq; ipsos à proposito discessuros. Quod si non faciant, se tamen in cœptis progressurum: simul etiàm nō mediocritèr Luteri & Buceri scripta commēdat, sed haud dubiò ab alijs malè institutus.

Tum verò summæ ædis Canonici totius diœcesis Coloniensis Ordines omnes ad se euocant, Principis conatus explicant, Cæsaris quoquè mandatum, nè quam nouationem admittant grauissimè iubentis, exponunt: hortantur omnes, vt in Catholica & quã ab Apostolis acceperint atq; hætenus conseruârunt, religione cum ipsis permaneant. Principi verò, vt ab Appellatione cessarent, & quædam alia hortanti, prolixè scribunt, & vt Summi Pontificis atque Cæsaris, quibus ipse quoquè subditus sit, sententiã expectet, monent: multaq; alia, quæ nimis longum esset huc adscribere. Hisce literis Canonici Primariæ ædis itemque D. Gereonis & Vniuersitas sua sigilla appendunt. Verùm Episcopus, credens se rem Deo gratam facere, doctrinæ Luteranæ buccinatores non solùm non remouit, sed etiàm in quibusdam oppidis religionem mutare permisit.

Per hoc tempus Gallus quidam concionator, factiõe Sacramentarius, nomine Petrus Brulius, Argétorato proficiscitur Tornacū Neruiorū infigne oppidū: & primùm apud Tornacenses, indè apud Insulanos Flandriæ urbē priuatim spargit virus sacramentarium. Vbi Tornacum redijt, cœpit de eo inquiri, (non enim diù latere potuit) cumq; non posset præsens euadere periculum, ab amicis per murum fune demittitur: sed cælesti eum vltione persequente, dum humi sedet, quidam submissa voce ex muro ei salutem precatur, at simul saxo è muro resoluta sedentis crus perfringit. Tum miser ille dolorem cruris & frigus hyemis (erat enim Nouembris secunda dies) non ferens, voces dat lamentabiles: sicque seipsum prodit vigilibus, qui mox accurrunt, & hominem in carcerem includunt. Non diù

diu post flammis exurit. Felicius è muro Paulus Apostolus olim elapsus, totum mundum Christi Euangelio cõpleuit: Idem conatus non defuit Brulio, sed longè dispar causa non eosdem habuit successus. Vtinàm verò tam pleriq; Catholici feruerent in tuenda fide Catholica, quàm isti buccinatores Euangelici in sua propaganda impietate.

ANNO 1545. Tigurini Apologiam edunt cõtra Luteri Confessionem, Latina & Germanica lingua, qua inter cetera etiàm ad crimen heresios, quod illis Luter^o intulerat, & ad alia cõuicia acriter respondet, frustrà dehortate Bucero, qui arte Buceraua sequestrum se nõ semel obtulit, sed Tigurini intricatum & propterea fallax loquedi hominis genus sibi ferendũ minimè putarunt. Vtinàm Colonienſis Archiepiscopus Hermãnus tam sibi cauisset ab illa vulpecula.

Luterus, nè planè obmutesceret, Theses suas edit contra Theologos Louanenses, valdè quidem superbe & arroganter scriptas: Sed in illis ipsis egregiè mordet Sacramentarios. Nam Thesis 15. sic habet: In Eucharistiæ Sacramẽto venerabili & adorabili, est & exhibetur et sumitur verè & re ipsa corpus & sanguis CHRISTI, tam à dignis, quàm indignis. Et Thesis 27. Hæreticos, inquit, seriò censemus, et alienos ab ecclesia dei esse Zuinglianos & omnes Sacramentarios, qui negant corpus & sanguinẽ CHRISTI, ore carnali sumi in venerabili Eucharistia &c. Sic Luterus, vt se vlcisceretur de Tigurinis: qui in scripto cuius antè meminimus, inter alia hoc præclarũ de illo tulerat testimonium: *Propheta & Apostoli, inquit, Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant, sed peccatorũ salutẽ quærebant vnicè. Luterus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim satana tradit,* (tali scilicet Pontifice digni estis, qui Romani Põtificis iugũ excussistis.) *quotquot illius sententiæ non ilicò subscribere velint: & in omnibus correptionibus suis plurimum maligni spiritũs, quàm minimum verò amici & paterni ingenij depræhenditur &c.*

Luterani cõtra accusant Tigurinos, quòd Luterum acerbè & contumeliosè

sint insectati, cui tũ ob multos pro Ecclesia susceptos labores, tum ob senium parcendum fuerit. Tigurini illis respondent, maiorem veritatis, quàm Luteri, habendam fuisse rationem &c. Ità isti Euangelici fratres mutuis sese encomijs celebrant. Sunt autem inter illos qui scribant, Papistas illorum acerbis dissidijs magnoperè lætatos fuisse. Scilicet delectat Catholicos, quos illi Papistas vocant, tot animarum myriades istorum seditiosis & contentiosis dogmatũ in dies rapi in tartara, & Christianũ orbem odiorum inexpiabilium flammis, quas isti suis concionibus & scriptis excitant, Turcis plaudentibus & rei benè gerendæ occasionem expectantibus, dæmonibus quoquè nouas semper faces admouentibus, conflagrare. Quis verò tam saxeo sit pectore, vt vel vnus animæ mortẽ sempiternam, in illa æstuantissima gehennæ fornace sinè vllo fine perferendam, hilari ferat animo? Si tamè hæc sectariorum dissidia delectant Catholicos, idcirco delectant, quòd faciliè possent homines, modò vellèt, istorum nouorum dogmatistarũ aduertere falsitatem, dum ad eò inter se pugnant & dissident, cùm de primis nostræ religionis hominibus scriptum sit, *Erat credetium* A 40.4
cor vnum & anima vna.

Hoc anno Comitiam habita sunt Vuormatiæ. Nullus ferè Principũ ibi adfuit, nisi per legatos. At Cæsar ipse, licet tardius ob affectam valetudinem, & Ferdinandus rex interfuere: nihil tamen admodum cõstitui potuit propter Principum absentiam. Alius igitur Ratisbonæ indictus est Conuentus, in Epiphania Domini anno proximo inchoandus, ad quem Principes omnes cõfluere, nisi quem aduersa valetudo retineret domi. Porro in hoc Vuormatiensi conuentu inter alia Protestantium legati palàm testati sunt se Conciliũ tridentinũ, quod Pontifex rursus indixerat, pro legitimo non agnoscere. Et ea fuit facilima ratio omnia eius Concilij decreta eleuandi et negligendi. Si sic liceat subditis quibuslibet Principum suorũ decreta pro legitimis non agnoscere, nimirum breui pulcherrimũ habebimus in Rep. rerum ordinem & tranquillitatẽ. Sed hæc ab ecclesia-

clesiasticis suis Protestantium ordines hauserat. Verum hoc illius amplissime Synodi authoritati nihil penitus ponderis detraxit. Atque ita videre licuit, quod ex animo tot superioribus comitijs suis magistratibus illi ecclesiasticæ suafissent, ut œcumenicam Synodum peteret. Erant res exulceratæ valde in Germania, & sensim via patefieri cœpit ad bellum Protestantium contra Cæsarem, de quo postea dicemus. Quamvis autem iam sæpè tentatum esset, si qua posset conciliandæ religionis ratio doctorum virorum utriusque partis colloquijs inueniri, nec quicquam tamen successisset, at nihilo minus Cæsar, qui pacis constituendæ & religionis componendæ esset cupidissimus, hoc conuentu in id rursus consensit, licet catholicis ordinibus non assentientibus, ut in proximo Ratisbonensi conuentu utriusque partis docti viri ad colloquium euocarentur.

Luterus hoc anno scriptum edidit contra Pontificatum Romanum, à satana constitutum. ea est enim præclari operis inscriptio. Et ut omnes cordati videant totum hominis pectus, libro picturam præfixit. Sedet in sublimi cathedra Pontifex, iunctis et protensis manibus, ornato solenni, sed auribus asininis: circa eum pluri sunt demones varijs figuris, quorum alij capiti eius imponunt diadema triplex, oleto fastigiatum: alij funibus eum demittunt in medium infernum, horribili specie subiectum: alij titiones & ligna cõportant: alij tanquam officiosi, pedes ei subleuant, ut rectè molliterque descendat. Hæc nulla indigent confutatione, quia per se produnt pectus omni spurcitie & turpitudine inquinatissimum: quod qui non vident, illis nemo possit peius precari, quam ut in hac cæcitate permaneant. Nec hoc præclaro facinore contentus, alteram quoque non tam in Pontificis, quam suum & suorum dedecus emisit picturam: Pontifex sui infidet ornatus, amplæ & mammosæ, quam calcaribus fodit: dextræ digitis duobus, pollicis proximis, de more protensis benedictijs, qui fortè veniunt obuiam: sinistra tenet oletum recens atque fumans, &c. Id quidem notatu dignum est, in Luteri & totius gregis eius apostatarum monachorum scriptis nihil ferè crebrius malo demone & stercore no-

minari: ut intelligat prudens lector, eos se totos cacodæmoni & spurcissime Veneri deuouisse. Et tales, tam impuri homines, non alio quam vel ipsius CHRISTI Apostolorum loco habentur? O horrendam nimis Dei iram.

Huius anni mense Iunio Cæsar Cæsarum & Academiã Coloniesem in suum patrocinium recipit, & Episcopum intra tricesimum diem ad se venire & accusationibus respondere iubet. Facit idem Paulus Pontifex mense Iulio, intra sexagesimum diem illum citans.

Per hoc ferè tempus Cæsari ex Hispanijs lætus affertur nuncius de Carolo Philippi regis Hispaniarum filio, tum recens nato: sed paulò post eam lætitiã non nihil perturbauit obitus natus Cæsaris, ut nihil est in rebus hominum omni ex parte beatum.

Hoc quoque tempore Hæricus Brunsuicensis Princeps, à Protestantibus è sua ditione iam pridem eiectus, conscripto milite sua recuperare instituit. At Protestantes viribus illo longè superiores, breui multo maiores copias cõscribunt, & eum unam cum Carolo filio in suam potestatem redigunt. Cæsar ubi id comperit, scribit Lantgrauio, ut ea victoria moderatè utatur, & captiuos Principes more principum liberaliter habeat.

Cæsar hoc anno in Comitibus Vuormatiensibus, cum Protestantes in bellum turcicum nihil collaturi viderent, nisi impetrassent de concilio & Camere iudicio quæ vellèt, Gerardum Veltuichum, multa eruditione & linguarum insigni peritia præditum, ad Turcam misit paciscendarum induciarum nomine.

Obijt huius anni mense Septembri vel circiter Carolus, Frãncisci Galliarum regis filius, quæ Cæsar vel generum, vel affinem habitum videbatur. Fuit is iuuenis ætate florētis, & maxime spei: plerisque etiam non mediocriter charus, sed ut suo exemplo albæ gallinæ filios ad contemnenda fortunæ ludibria excitaret, in ipso iuuentutis flore repente sublatus est.

Luterus postquam cognouit Henricum Brunsuicensem principem captum teneri à Lantgrauio, scriptum euulgat ad Electorem Saxonie et Lantgrauium, quo illos dehortatur, ne captiuum dimittant. Ait

eum

eum à Deo castigatum, nec posse absolui, nisi veram agat pœnitentiã & ritè satisfaciãt. Hoc loco aliqd valet pœnitentiã & satisfactio, quam ad eò irridenti isti Evangelici. Multa alia in eo libello habet, quibus se egregiè ridendũ propinat omnibus cordatis, sed superfluo híc commemorantur, q̄ mūdus iste videtur velle in errores induci, & sua perditioe lætari. Sleidanus etiã prophetiã spiritũ tribuit Lutero, licet homo Sacramentarius, à Lutero non parũ dissenserit.

ANNO 1546. Protestantes cõuentus egere Francofurti mēse Ianuario. Deliberatũ ibi est de concilio Tridentino, de prorogando fœdere, de sumptibus belli Brunsvicensis, de nõ deserẽdo Coloniensi Archiepiscopo, qui cõtra Pontificis & Cæsaris mandatũ religionem mutarat. Eius legati in hoc conuentu questi sunt de iniurijs cleri, vt ipsi dicebãt, et de citationibus atq; mādatis Põtificis & Cæsaris. Eò iam res in Germania reciderat, vt de summis Magistratibus liceret querelas deferre ad paucos Imperij principes, q̄ etiã diceret se non defuturos Coloniensi Archiepiscopo, si qua vis ei fieret.

Hoc tẽpore in Palatinatu Rheni Lutherismus introducitur, & Protestantes missa legatiõne, tam egregij facinoris nomine Principi Palatino gratulãtur. Putabãt em̄ Euangelij lucem in eas regiões inuehi, in quas Luteri Euangeliũ plusq̄ Cimmerias tenebras inuexisset. Hodiẽ in Palatinatu illo regnat Calvinismus, omnes etiã crucifixi imagines deiiciuntur, vt nulla sit tanti beneficij apud homines, p̄sertim rudes, memoria. Si Romanus Pontifex hoc faceret, omnes eum vocarent Antichristum: nunc quandò Calvinus iubet, Euangeliũ Christi est. Et certè Antichristus ex locis omnibus Christi Dei memoriam abolere conabitur: Calvinus & eius symmystę magna eum tanti laboris parte leuant.

Huius anni mense Ianuario demũ inchoatũ est Colloquiũ Ratisponense. Melanchthon diũ frustra expectatus est. Tandem in eius locum submittitur Georgius Maior. Ad 27. diẽ Ianuarij factũ est sacrificium de Spiritu sancto, & mox agi cœptum in curia Ratisponensi. Iam antè dixi Ordines catholicos ob incho-

atum Tridentini cõcilium noluisse hoc Colloquiũ approbare: sed Cæsar videns Protestantes conciliũ Tridentinũ prorsus reijcere, nè qua in parte paci cõcilianda defuisse videretur, permisit haberi colloquiũ, non tamẽ in aliquod Tridentinæ Synodi piudiciũ, ad quã sciebat religiõis negociũ necessariò reijci oportere, sed vt paci publicæ confuleret. P̄sides colloquij fuere Mauritius Eystentensis Episcopus, & Fridericus comes Furstenbergicus. Collocutores & auditores Catholici, octo: totidẽ Protestantium. Catholici primi adfuere. In ipsius actiõis initio diũ laboratũ est de colloquedi ratione. Volebãt em̄ Protestantes collocutores dicta vtriusq; partis omnia in scripta referri: quod cum esset longè molestissimũ, & negotio suscepto cum primis importunũ, tamẽ coacti sunt catholici morosis hominibus morè gerere, & multi temporis iacturã facere, nè aduersariorum calunię paterent, tanq̄ qui causã diffideret. Hoc em̄ in vulgus sparserũt de Catholicis, cum ipsi potiũs hac scribẽdi importunitate diuerticula q̄rent, tẽpusq; omne nullo fructu extraherent. Quinto demũ Februarij die colloquiũ à Maluenda Catholico Theologo inchoatum est, qui inter cætera, suo & sociorum catholicorũ nomine testatus est, si quid ab ipsis in hoc congressu fortassis dictum fuerit, quod sacris scripturis, aut Apostolicis traditiõibus, aut Ecclesię Catholiçę decretis aduersetur, id se pro irritò & nõ dicto velle haberi: deindẽ, vt quæ inter partes cõuenta fortassè vel constituta fuerint, ea non aliter valeant, q̄ in congressu familiari, nec vllam vim habeant definitionis, aut placiti, aut determinatiõis. Hoc quidem sapientè Catholici, nè Synodo Tridentinæ piudicãsse viderentur. Protulit deindẽ Maluenda Confessionẽ Augustanã, Cæsari anno 1530. Augustæ exhibitã, cum eius apologia, cuius vtriusq; architectus fuerat Melanchthon, percontactusq; est ex Protestantibus, num in eius sententia permaneret, scripta verò alia quęcunq;, etiã sua ipsorũ, illi contraria damnarẽt. Bucerus, qui primas apud Protestãtes obtinebat, primò quidẽ híc herere cœpit, sed demũ respondet, se damna-

damnare scripta cōtraria, pprio se ense iugulās, & suos paritèr symmystas damnans, qui ab ea Cōfessione in plerisq; vsq; ad eò defecerūt, vt hoc nomine inter se Luteri discipuli hodiè mirum in modum tumultuent. Longum esset omnia huius Colloquij acta referre. Apparebat facillè in Bucero & eius socijs quādam animorū acerbitas & amaritudo, quæ identidè verbis exprimebatur & moribus: cū Catholicis se vbiq; placidos & commodos exhiberent, ac propemodum vltra quā oporteret, morosis hominibus in agēdi ratione cōcederent. Multis enī modis hoc captabat Bucerus cū suis, vt occasionem haberent à Colloquio discedēdi: sed itā, vt eius intermissi culpa omnis in Catholicis hærere videretur. Vicefimoprimo die Februarij Maluenda extemporali disputatione ad eas absurditates adegit Bucerus, vt in illo tot doctorum virorū consessu non puduerit eum affirmare, Eum qui mortali peccato tenetur, fidem Catholicam amittere, non credere Deum trinum & vnum esse, neque Christum esse filium Dei, neq; redemptorem humani generis, neq; natum, neq; crucifixum, nec rediuuium &c. Omnia peccata esse incredulitatis, nullum imbecillitatis vel ignorantiae, sed omnia ex malitia & contra conscientiam committi. Eò enim impudentiae adigit id genus homines obstinata animi elatio, vt malint quantumuis impias & absurdas opiniones pertinacitèr tueri, quā se victos videri. Et interim spargebatur longè lateque rumor, idq; contra fidem secreti, Catholicos victos à Protestantibus, & Maluendā à Bucero in summas adactū angustias. Quid facias hoc hominum genere? Nimirum ab ijs nobis expectandū est studium Ecclesiae reformandae, & hominum saluti consulendi, quos adeò nullius pudet mendacij & calumniae. Vicefima quinta Februarij venerunt literae à Cæsare, quibus Colloquij habēdi forma praescribatur: (volebāt enim praesides certius cognoscere eius hac in re voluntatem) Bucerus cum suis eam formam non probauit. Denique, nē sim longior, ex multis verborum ambagibus aliud nihil intelligi potuit, quā

eos Cæsareae Maiest. itā obtemperaturos esse, si omnia quae vellent, ipsi statuerent de Colloquio, & Cæsari etiā atque Catholicis leges ferrent. Nec adduci potuerunt, vt Cæsaris voluntati morem gererent, ea, quam diximus, forma amplectenda: sed non diū post itā se clanculò subdlexerūt, ac propemodum ex oppido eiecerunt, vt non tam profectioem quā fugam adornasse viderentur, magno quidem Praesidium dolore, quibus iā Iulius Pflug Numburgēsis antistes ex voluntate Cæsaris adiunctus erat, qui indignitate moti, illos quidem retinere conati sunt, sed frustra: Porro scripto edito satis declararūt per ipsos minimè stetit, quò minus & Cæsaris & Ordinum Imperij expectationi satisfaceret, cū praesertim ipsorum Protestantium Collocutorum consensu ad Imperatorem scripsissent, & eius responsum in dies expectarent. Itā demum etiā hac vice res ipsa probauit, non esse in eiusmodi Colloquijs expectatam & certam pacis componendae rationē, maximè cū religionis negotiū omninò maturiori & augustiori deliberatione tractandum sit, nec in paucorum hominum dubio tractatu ponendum: tum quoque ea sit sectariorū peruiacacia, vt vinci quidem facillè possint, sed nec victi vnquam cedere velint, nec victi videri.

Interea Tridenti Patres Conciliū inchoant. Legatos eò miserat Pontifex Iohannem Mariam Montanum, Marcelum Ceruinum, & Reginaldum Polum Cardinales: sed cū rari aduenirēt, aliquandiū parū admodum constitui potuit.

Tristissimum autem sub ipso Ratisbonensi Colloquio ad Protestantes nūcium allatum est de obitu sanctissimi Patris sui Luteri. Is litis cuiusdam componendae causa ab illustribus Mansfeldensibus comitibus Islebiū, quae fuit illi patria, honorificè euocatus, eò venit cum magna pompa, tribus stipatus filijs, ex praeclearo monachi & monachae concubitu procreatis. Obuiam illi missi sunt 113. equites honoris causa. Itaque die 17. Februarij, cū lautè & splendidè cenatus esset, & facetijs suo more hilari-

tèr lusisset, eadè nocte sublatuſ est è medio. Eius obituſ non eodem modo à Catholicis & Euangelicis id temporis referebatur. Ionas Cocus, qui ſe luſtū Ionam vocat, eius morti interfuit, ſed ità eam deſcribit, vt apud cordatoſ maiori eum contumelia quàm laude affeciſſe videatur. Inter alia ſcribit eum ipſi Ionæ & Cælio & alijs circumſtātibus dixiſſe, Orate pro Domino noſtro Deo, & eius Euāgelio, vt ei benè ſuccedat, quia Cōcilium Tridenti & abominabilis Papa grauitèr ei aduerſantur. Hæc fuit egregia morituri hominiſ pœnitentia. Sed cur tātoperè metuebat, domino Deo & ſuo potiùſ quàm Dei Euangelio, cum prophetare non dubitārit,

Peſtis erã viuus, moriẽs tua mors ero Papa? Quid verò dictura eſt poſteritas, cum hæc legerit? Hoccine eſt ad illud tremèdū Chriſti tribunal ſeſe præparare? Scilicet moriente Lutero Pontifex mortuus eſt? eius quoquè orationè ſupremam recitant in hæc verba: Pater mi cœleſtis, Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deus totiuſ conſolationiſ, gratias tibi ago, quòd mihi dilectum filium tuum Ieſum Chriſtum reuelãſti: in quem credo, quem prædicauit & cõfeſſuſ ſum, quem amaui & laudauit: quem abominabilis Papa & omneſ impij vituperant, perſequuntur & blaſphemant. Et ſic ille mortuus eſt. O verè mortem expauſcendam & horrendā: ità obſtinato in Põtiſicem & Catholicos odio exhalarè ſpirituſ, atq; ſic proficiſci ad illum æquiſſimū iudicem. Cadauer eiſ ſtanneo incluſum loculo, cum multa equitum & peditū turba & pompa ingenti Vuittenbergam nõ finè multorū lachrymiſ perductum eſt. Ille quidem ſic mortuus eſt, ſed poſt ſe in multis Europæ ampliffimiſ regniſ & prouincijs ſupremā ferè reliquit vaſtitateſ, religione miſerabilitèr confuſa & perturbata, innumeris euerſiſ eccleſijs, deſtructiſ monaſterijs, omnibuſ pijs abrogatiſ cęremonijs & ritibuſ Eccleſiaſticis, ſacramentiſ horrendum in modum proſtigatiſ, vt ad Mahometanam cõſtituendam impietateſ parū aut nihil ſuperelle videatur: & certè quibuſdam in lociſ, vbi eiſ regnat Euangelium, homineſ in atheiſmuſ atq; etiām ethniciſmuſ

prolabuntur. Eoſ nobiſ fruſtuſ affatim produxit miſer ille & mortalium omnium longè infeliciffimuſ, qui vtinam nunquàm natuſ fuiſſet, aut certè ſoluſ periſſet. Nullum quidem vnquàm miraculuſ edidit, quanquàm miracula omnia facile vincit, quòd monachuſ apoſtata, inceſto monachæ concubituſ totieſ pollutuſ, tot iam olim ante mille annos damnatarum hæreſum inſtauratuſ, tot flagitijs coopertuſ, homo importuniſſimuſ, audaciſſimuſ, maledicentiſſimuſ, qui nulli omninò parceret, oĩa ſuſum deoſum miſceret, tantam ſibi apud cæcoſ & miſeroſ mortaleſ exiſtimationem conciliare potuit, vt nõ alio quàm apoſtoli loco haberetur. Conatuſ eſt quidem aliquãdò dæmonem expellere, ſed fruſtrà. Id in Lectoriſ gratiam huc breuitèr adſcribam. Anno 1545. puella quædam dæmoniaca è Miſnia adducta eſt Vuittenbergam ad Luterū, ceu tertium Eliam, ea ſpe, quòd Luteruſ dæmonem eſſet eiecturuſ. Ille quidem, vtpotè malè ſibi conſciuſ, principio valdè ſe difficileſ præbuit, tamen tandè iuſſit puellam in ſacrarium parochianæ Eccleſiæ introduci. Ibi ſuiſ quibuſdam exorcifmiſ adiurat dæmonem, ſed dæmon eiſ exorcifmoſ irridet. Tum verò Luteruſ mirè angit, diſcruciari, & è ſacrarij oſtio ſe proripere. At maluſ dæmon adeò obſtruxit oſtiuſ, vt neq; foriſ neq; intùſ reſerari potuerit. Ea reſ etiām in maioreſ illum audacem gigantem anguſtiã adduxit, iamq; per fenetraſ erumpere conabatur, ſed conatuſ eiſ cancelli ferrei retardabant. Deniquè ſecuri ferrea per cancelloſ immiſſa oſtiuſ perfringi oportuit, vt Luteruſ pateret exituſ. Faxit Dominuſ Deus noſter, vt ad ſanitateſ redeat, qui eiſ hominiſ, nulla vitæ ſanctimonia, nulla miraculorum efficaciam ſuffulti, infauſtuſ Euangelium magno totiuſ Europæ malo complexi ſunt.

Hoc anno Caroluſ Cæſar Traiecti habuit Conuentuſ aurei velleriſ, & Italiæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, Flãdrię principum aliquot noua electione illud auxit ſodalitium. Indè Ratiſponam ad Comitiam ituruſ, cum Traiectum ſuperiùſ veniſſet, Legati aliquot Principū & ciuitatum

uitatum Germaniæ occurrūt, vt certius cognoscerent de fama, qua iam vulgatū erat, Cæsare militē cōscribere. Sed eodē quoquē tempore rumor erat, Protestātes nescio qd moliri in Cæsare, sua habere conuenticula, & id genus alia, quæ non immeritō Cæsare ad arma paranda mouere potuissent. Vbi autē viderunt legatī, Cæsare nullū circa se inusitatū habere militū p̄sidium, melius sperare cœperunt, itaq; discedūt. Erant cū Cæsare custodiæ causa equites cataphracti quingenti. Vbi Cæsar Spirā venit, Palatinus cū vxore Cæsaris nepte eum adiit, venit etiā eō Lantgravius Hassiæ: atq; vterq; nō diū pōst discessit, q̄ Cæsar non vsq; quaque votis illorū respondere videret.

Dū Ratisponæ Comitia agunt, quō iam Cæsar peruenerat, Ferdinādu rex duas filias suas elocat, Annam Alberto Bauariæ, Mariā Guilelmo Cliuensum Principi. Interim Cæsar ad se tribunos & centuriones aliquot clam euocat Ratisbonā, neq; id latuit Protestantes, qui oīa accuratissimē explorarēt. Itaq; Cæsare adeūt, scire cupiūt, cui bellū facturus sit, se qdem paratos imperata facere. Cæsar nō negat se aliquot cohortes cōscribere in quosdam refractarios & rebelles, quos edomare constituerit: qui ipsi auxilio sint, illis se benignū & clementē dñm fore, cæteros nō alio q̄ hostiū loco habiturū. His auditis, Legati domū p̄ficiscunt. Hoc belli Germanici fuit initium. Cæsar diū multā dissimulārat, sed pactis cum Turca inducijs, pace quoquē cū Gallo & Anglo cōfecta, nō putauit sibi vterius dissimulandū, præsertim cū vir prudētissimus nō ignorāsse videat, quid pleriq; molirētur. Erant per id tēpus Luteranorū siue Protestantium magnæ vires, porrō Cæsaris exiguæ copiæ, & magna gerendi belli in ipso initio impedimēta ac difficultates, præsertim quod Cæsaris cōsilia etiā ab amicis ad hostes perferri dicerentur. Augustani oīm primi ad arma cōcurrūt, ea tñ moderatione, vt Cæsarianos vrbe nō arceant, quō minū ad bellū necessaria cōparare queant. Venerunt autē ad Cæsare Germanorū peditū cohortes quinquaginta: ex Pannonia Hispanorū duomillia expectabātur & octingēti, è Gal-

lia Cisalpina eiusdē gentis tria millia. Equitum ad nouē millia cōscribi iussa sunt, sed locis valdē diuersis, quod Cæsari magno incōmodo fuit. Protestātes interim ex Augusta & Vlma & ditione Vuirtembergica Clusam properāt, vt Italos à Pontifice missos excludāt. His Protestantium copijs præerat Sebastianus Schertelus vir militaris. Itaq; Clusa arx munitissima deditiōe capta est, sunt qui proditione factū putent. Indē Oenipōtem petūt, sed nihil efficiūt. Abeunt igitur, præsidio imposito Clusæ & Fiestæ, quæ duæ omninō viæ erant, quibus ex Italia in Germaniā veniretur. Si Schertelus cum suis copijs rectā petiisset Ratisbonā, vbi Cæsar tum erat rebus oībus imparatissimis, melius suorū rebus cōsulisset. Sed eo cōsilio deus illos tū priuauit. Fuit hic primus illorum error.

Dū hæc gerunt, Saxo & Hesus scribunt Cæsari literas, quibus se testātur in officio p̄mansuros, aut si quas iniurias intulerint, de illis velle satisfacere, si lege agere sinant. Cæsar illis nihil respondit, quippe qui sciret eorū exercitū oēm in vnū locum cōduci. Nec diū pōst oēs eorū copiæ Danouertū cum Saxone & Lantgrauio peruenerē. Erāt peditum ad octoginta, equitū ad decē millia: porrō tormenta bellica, 130. Cæsar tum admodū immunus fuit. Atq; hic quoquē summā rei benè gerendæ occasione Protestātes amisēre, dum nō vident, q̄ facile Cæsarem vel è tota Germania excludere potuissent, si cum omnibus copijs rectā Ratisbonam contendissent. Non est igitur dubium, quin à Cæsare steterit Deus. Et hic eorum secundus est error.

Interim Ferdinandus rex Pragā peruenerat, cum Mauritio Saxone acturus de bello in Electorē Saxonie concitando. Fuerāt Mauritio cum electore cōtinentes inimicitie, sed ex pauloantē sopite erant. At postq̄ Cæsar p̄scripsit Electorē Saxonie & Lantgrauū, Mauritius inimicitias repetit, & cū Ferdinādo rege coniunctus, Saxonis ditiones vastare instituit. Porrō verò Saxo & Lantgravius puerū cum æneatore ad Cæsarem in castra mittunt, qui epistolā proferūt ad teli amentū deligatā. Hic vetus Germanorum mos est belli denunciādi. Vide-

batur illi digni esse supplicio, sed incolumes dimissi sunt cum tabulis proscriptio- nis, nullis propterea literis alijs additis. Cæsar quidem eorū epistolam nec inspicere voluit. Sub idem tempus veniunt ad Cæsarē à Pontifice peditū circiter decē mil- lia, equites leuioris armaturę septingē- ti. His alijs ducenti equites à Cosmo Me- dice Florentino principe, & centum à Ferrariensi duce missi accesserūt. Vene- rūt & Hispani, præstati virtute & veterani omnis. Erant iam cum Cæsar 16. millia Germanorū peditum, Itatorū decē, Hi- spanorū circiter octo, equites hastati mille sexcenti: & propter hos alijs, ita ut in summa essent bis mille cataphracti, & mille leuioris armaturę: oēs verò copię præsertim peditum longè selectissimæ: nec tñ aderant, quę in Belgio à Burano cõ- scribebant. Cum hoc exercitu & triginta sex tormentis æneis Cæsar ad hostem cõtendit, quod tñ circa Ingolstadiū statua habebat. At Saxo cum Lantgrauio Ratis- ponam iter intendit, prudētèr quidem, sed serò. Cæsar enim mox Ratisponā sub- sidia equitū & peditum mittit. Itaq; In- golstadiū Protestantes reuertuntur, quò se etiā Cæsar cõtulit. Non defuisset tñ Protestantibus occasio rei benè gerēdę, si totis viribus Cæsarem oppugnassent, aut illius ad Ingolstadiū iter anteuertis- sent: sed certè non in multitudine exer- citūs, sed in Numinis fauore certa est belli victoria. Igitur Cæsar Ingolstadiū præoccupat, & opportuno loco castra metatur. Loci natura hæc erat: Sinistrū latus ripa fluminis & loca palustria tue- bantur: à tergo quę erant, oppidam ipsum tuta ab hostibus reddebat: à dextra & à fronte, aperta planities, sed leuiter fasti- giata. Ab hac vtraq; parte Princeps Al- banus, quę Cæsar eius belli summū im- peratorem esse voluit, incredibili cele- ritate trāsuersam fossam & vallum per- duxit. Nō diū post vtraq; & Cæsaris & hostiū castra ea propinquitate inter se coniuncta sunt, ut tormentorū pilis cõt- ingi possent. Ibi Cæsar equo vectus suos obequitabat, nè quicquam pilarum densos imbres reformidarent adhortās, & ut præsentis animo, pristinæ virtutis & secundissimorū pliorū memores, hostis impetū ferant, locū quisq; suū strenuè

tueatur. Quæ Cæsaris oratio & præsen- tia dici vix queat, quātum alacritatis & bonæ spei militi attulerit. Atqui hostes ex alia parte horrendū in modū tormē- ta displodūt, & pilarū imbribus vallum & acies Cæsarianas cõplent: sed paucos admodū, Deo suū Cæsarem euidentissi- mē protegente, lædūt. Cæsaris agmē sæ- pissimè traiectū est, atq; circa eum ipsum tam densa volitabat pilæ, ut in maximo discrimine versaretur. Accidit quando- quē, ut globus directò in illū eiacular̃, ita propè ad pedes eius decideret, ut præ- sentissimum illi immineret periculum, si vel leuiter resultasset, & nō præpotē- tis Dei iussu eodem loco defossus & im- mersus hæssisset. Sæuissima illa tormen- torū tempestate, quæ octo amplius hor- ris cælum cõmouit & vndas, in ea Cæ- saris acie vnus ex stipatoribus perēptus est, equi duo, & signū militare vnū dis- ceptū: nullum aliud grauius damnum datū, singulari proculdubio beneficio Dei, qui seruat sperantes in se. Fuit autò in Cæsarianis hoc eximie cõstantię & inuicti animi haud obscurū argumen- tū, quod nullus suum visus est locum dese- rere, licet nongentis hostium globis ter- ribilitèr eo vno die peterentur. Alio die rursus ad tormentorū crebriora, quàm prius tonitrua hostes redeūt. Cæsar ad suos alacritèr accurrit, eorū animos mi- rificè confirmat, cõtēptis periculis, à quibus plerunque nō longè aberat. Quàm fuerint hostes in displodendis tormētis pertinaces & crebri, vel indè cõstare po- test, quod propter alios qui vel in castra nō in- ciderint, vel reperiri nō potuerint, mille nongenti & amplius globi reperti sunt.

Cum aut Cæsar illorū castris in dies propius suas munitiones coniungeret, multisq; illi quotidie incõmodis affice- rentur, nō sinè magno dedecore eo loco decedūt, cum antea comminati essent, se Cæsare breuè à tota Germāia exacturos.

Per hoc tempus Comes Buranus suas copias, quas Cæsari in Belgio cõegerat, Rhenum inuitis hostibus traducit. Ad Francophordiā postea cum illis leuiori cõmisso prælio, nō paucos occidit, reli- quis vsq; ad eò perterritis & properè in fugam ruentibus, ut nō prius fuga desi- sterent, quàm in oppidū peruenissent. Cæsar

Bura-

Buranū admonet, vt iter cautè instituat: hostes à se discessisse, atque ad ipsum properare. Progressi verò hostes, ad Danouertū castra locāt, & Lātgrāuius rei frumētariæ consulturus, Laugingā Bauariæ oppidū, deditiōe facta, in fidem accipit, atq; indè Danouertū redit. Buranus breui postea cum suis copijs, quæ erāt lōgè ornatissimæ, ad Cæsare Ingolstadium incolumis peruenit. Ea re fracti sunt nō nihil Protestantiū animi. Biduo post Cæsar Neoburgū petit, inter densissimā missiliū multitudinē, quæ ab hostibus è muro iaculabant, loci naturā & sitū oppidi summo cū periculo Albano comitatus explorat: indè Ingolstadium redit, postridiè castra mouet, atq; recta ad Neoburgū regione confidet. Neoburgenses ad eū legatos mittūt, seq; eius voluntati permittūt: idem faciūt tribuni & ordinū duces, qui illic p̄sidio relicti erāt. Id quidē Cæsari ob eius loci oportunitatē, cōmodissimè euenit. Cæsar hostiū p̄sidiarios milites oēs pro sua clementia incolumes dimisit, cū iure in eos, tanq̄ qui in Principē suum armatulisent, animaduertere posset. Eo triduo Cæsar more militari exercitum suum recenset: repertus est equitum numerus millium circitèr nouem, peditū circitèr quadragintaquinque.

Neoburgo Cæsar Vuendingum cum exercitu proficiscitur, atq; aduentanti Senatus urbem dediturus occurrit. Per hoc tempus nunciatur Cæsari, hostes cum oībus copijs ad ipsius castra cōtendere, neq; iam procūl abesse. Tum ille, licet dextrū pedem podagra affligeret, equum cōscendit, pedē linteo ab ephippio pensili sustentat, atq; hunc in modū tota die inter suos obequitat, cōtemptis acerrimis podagræ doloribus: verūm hostes nebulæ beneficio vsi, q̄ ea die densa admodū fuit, iter Norlingam versū cōferebant. Cū autē ei ab Albano nūciaretur, videri ipsi hostes ad dimicandū paratos, ille respondit, Per me nō stabit, quō minū, fauente Deo, fiat pugnandi potestas: Et mox vt erat in equo, (nō em̄ podagra sinebat eum descendere) arma induit, & acies procedere iubet. Verūm hostes coeptū iter Norlingam versū nihil intermittentes, Cæsarianos pugnae

avidos sua spe frustrantur. Vidēs autē Cæsar ad pugnā eos elici non posse, ad alia consilia conuertitur. Mittit clam Octauiū Farnesium cum Italicis copijs & Schamburgianis cohortib⁹, qui Danouertū urbem ad Danubiū sitam repetè occupent. Ea res prosperos habet successus, & oppidani subita Cæsarianorū irruptiōe perterriti, sese dedunt, nō minori hostiū damno, quàm Cæsaris commodo. Cæsar postera luce eō cōtendit, hostibus interim nihil se mouētibus. Altero indè die Dilingā Augustani Episcopi oppidū, sed quod tū hostiū p̄sidiō teneret, venit. Hostes mox fugiunt ex oppido, & ciues libentissimis animis tū Cæsare, tum Episcopū recipiūt. Indè quoquē Lauginga se dedit, licet initiō superbè respondissent incolæ. Idem facit Gudelinga. Itā paulatim Cæsaris res crescebant, Deo illum adiuuante.

Interea nunciatur Cæsari, à Ferdinādo & Mauritio in Saxonia rem prospere geri, Saxones pulsos & p̄fligatos, & magnā eius ditionis partem in vtriusq; potestatem esse redactā. Hoc nūcio Cæsar exhilaratus, multa tormenta in lætitiæ signū & vt hostes intelligerent hæc iam ad ipsum perlata, displodi iubet. Iā hyems appetebat, nec deerant, qui Cæsarem hortarent, vt militem in hyberna reduceret, maximè q̄ castra loco admodū incōmodo sita essent. Sed Cæsar cōmodissimo castris locādis loco repto, eō traducit exercitum, cunctis vsq; adeo gratulantibus, vt eum locū castra Cæsaris appellārint. Ex eo loco vehementer afflixit hostes, emissis longè lateq; equitibus hippoclopistis & leuioris armaturæ, qui eos à frumentatione prohiberent. Indè accidit, vt in eas rei frumentariæ angustias venerit, vt quinq; cōtinuos dies milites frumēto & pane caruerit.

Sub his angustijs Saxo & Hesus nati idoneū hoīem, per Iohannē Brandenburgicū, Electoris Brādeburgici fratrem, de pacis cōditionibus cum Cæsare agere coeperūt: sed cū Cæsar alias proponeret, quàm ipsi vellēt, nihil effectū est. Dolendū quidē est, Principes illos suorū concionatorū malis consilijs eō adductos esse, vt tam se Cæsari refractarios p̄berēt, & demū etiam arma cōtra

illum capefferent, cum rarò soleat benè cedere, si quòd còtra magistratù tèmèrè attentetur. Et hoc quòdem bello, cum essent illorum longè auctiores quàm Cæsaris copiæ, tamen quatèr castris excedere compulsi sunt. Vbi porrò Cæsar intellexit, hostiù equitatum cum parte peditù in Franconiã iter habere, oibus modis anteuertendù putauit, nè tam opulenta illi potiti prouincia, vires iam non mediocritèr elisas redintegrarent. Itaq; licèt difficili anni tempore, tamen nihil sibi cessandù putauit, donèc Rotenburgò ciuitate imperiali potiret. In eo itinere dedùt se illi Boffingenses, Norlingenses, Dinckelspüléses. Vbi Rotèburgenses eius sensèrè aduentù, pridè obuiam pgressi, magno studio se suaq; oia illi permittunt: neq; em̄ illi reliquis fœderatis consenserant, neque auxilia illis vlla suppeditarant. Vbi hostes sensèrè Rotenburgù à Cæsare teneri, nò mediocritèr perturbâtur, atq; paulò pòst singuli domum reuertuntur. Lantgravius vbi Francophordiam venit, obsecrantibus decurionibus & ciuibus, vt quid faciendum sit edoceret, respòdit optimam sibi rationem videri, vt vnaquæque vulpecula suam caudam tueatur.

Saxo quoquè, aliquot contractis dispersarum copiarum reliquijs, domù redit, & in itinere ab ecclesiasticis magnã vim pecuniæ extorquet. Cæsar verò Buranum in Belgiù remissurus, hortatur, vt ex itinere vel ad defectionè inducat, vel ad deditiõnè vi adigat Francophordienfes. Ipse Cæsar cum reliquo exercitu ad fœderatas ciuitates, in quibus hostium præsidium omne & robur positù esse non ignorabat, iter statuit conuètere. Sed tantos iam omnes terror inuaserat, vt pleræque ciuitates à fœderatis disciscerèt, & ad eius amicitiam adspirarent. Rotenburgò discedens, Halam Sueuiæ insigne oppidù peruenit. Eã em̄ tum recens Cæsar in fidem receperat.

Cum illic podagræ morbo impeditus, aliquandiù hærerè cogeret, Fridericus Palatinus ad eũ venit, & supplex cù multis lachrymis veniã petijt & impetrauit, licèt Cæsar principio nò nihil asperù se non sinè causa exhiberet. Misèrat em̄ nò paucos equites subsidio Protestatibus,

Sed in Cæsare hoc fuit admiratione dignum, quòd nò tam illata iniuriæ, quàm beneficij quandoquè collati esset memor.

Eodè tèmpe venerūt etiã eò Vlmenses, & tandèm admissi corã Palatino, qui egrotanti Cæsari aderat, capite demisso & vultu mœstissimo ad Cæsaris sese pedes abijciūt, & ei clemètiã implorat. Cæsar què illis ignouit certis còditionibus.

Deindè Cæsar Hala egressus, Hispanos & aliquot cohortes alias mittit in agrum Vuirtembergensem, atque mox ipse cum reliqua exercitùs parte subsequitur. Ea re cognita, Vuirtembergensis Princeps non ferens ditionis suæ vastationem, atq; animaduertens omnes vicinos, omnia edificia & oppida omnia, in Cæsaris potestatem venire, à Cæsare pacè petit, & impetrat nò recusatis conditionibus, quas Cæsar præscripserat. Interim veniunt literæ à Burano ad Cæsarem de occupata Francophordia. Postridè ad eũ veniunt à septè ciuitatibus fœderatis legati de deditiõne. Vt em̄ ad Cæsaris gratiam propensius adspiraret, eius faciebat incredibilis moderatio, qua in tanto belli maximi successu utebatur. Iam Sueuiæ vrbes oēs in eius potestate erant: Augustani soli cunctantiù sese dedidèrè. Cæsar indè Vlmam venit, susceptus honorificètissime & amantissime. Fuit enim Germanorù in Cæsarem amor singularis, ita vt eum patrem blandissima voce appellarent: quin & exteræ nationes & hostes etiã ipsi non mediocritèr ipsi afficiebantur. Est enim ea virtutis vis, vt in suã admirationem & amorem etiã improbos inuitet.

Augustani Cæsaris exercitu aduentante, ad Cæsarem legatos mittunt, sed ijs conditionibus propositis, quas Cæsar nollet, vacui recedunt. Indè re deliberata, & quòd Schertelus, vir militaris & audax, ex vrbe spontè excessisset, ad Cæsarem redeunt, veniam suppliciter petunt, & à clementissimo Principe impetrant, adeò vt mitissima consuetudine sua dexteram singulorum apprehenderet, quo honore etiã alias ciuitates affecerat. Postremò etiã Argentoratenses fide publica ad eum veniunt, & se in pristina clientelã restituiūt. Hic oim̄um fuit prioris belli Germanici, nò satis còsidera-

sideratè suscepti euetus, ad quod Imperij Ordines impulerunt impuri apostatae & seditiosi ecclesiastae, qui salua Cæsaris amplissima authoritate, res suas saluas esse nõ posse facilè peruidebant. Ex ipsis autem atrocissimis religionis et dogmatum dissidijs, quæ inter illos viget, haud obscurè potest animaduerti, non illis curæ esse Reipublicæ & Christianorum salutè, sed vt suis priuatis rebus cõfulant, quantunuis interim fursùm deorsùm moueantur omnia. Ipse quidem Luterus in libello, quem non diù ante obitum suum ad Saxoniam principem & Lantgrauium scripsit, ad hoc Germanicè bellum classicum canit, dum inter cetera ait, Quisquis arma non corripit dum potest, is non vitur rebus à Deo collatis. Quid verò hoc est aliud, quàm subditos in suos magistratus concitare?

Hoc anno pax inter Gallos & Anglos conciliata est ea conditione, vt certa pecuniæ summa Anglis intra octauum annum numeretur: ea persoluta, Bolo-
nia ad Gallos pertineat, sed interim ab Anglis retineatur. Eam pacè, ob diuturna bella & alias calamitates, ingens annonæ caritas apud Gallos secuta est.

Mechliniæ in Brabantia accidit clades memorabilis 8. Idus Augusti. Ignis fulminis incidit in puluerem tormentarium, vnde ingès excitatur incendium, quo domus ferè ad 800. deflagrât & homines non pauci extinguuntur.

Saxoniam princeps elector, vbi percepit Ferdinandum & Mauritium ipsius vastare ditioes, nec à Cæsare ea, qua vellet, conditione pax obtineri posset, copias dispersas partim colligit, atque in itinere, vt supra attigimus, magnam pecuniæ vim, præcipuè ab Ecclesiasticis extorquet: Gemundam Sueuiæ oppidum oppugnat, ciues se dedètes pecunia mulctat, à Francophordiensibus nouem aureorù millia accipit, à Moguntino millia quadraginta exigit. Fuldensem abbatè & alios quosdã Catholicos eodè modo tractat, licèt esset à Cæsare proscriptus.

Anno 1547. die 18. Ianuarij Saxo Lipsiam Mauritij principis oppidum grauissimè oppugnat, sed re infecta discedere compellitur, quòd vrbs fortissimè defenderetur. Crebris tormentorum

ictibus foedissimè vrbs dilacerata fuit atque deformata. Indè profectus, amissa per Turingiam & Misniam, licèt difficili anni tempore, recuperat, quintiàm Mauritij oppida capit, præter Lipsiam & Dresdã, multa quoquè alia ad se traducit, sed non diù occupaturus.

Per hoc tẽpus Hermannus Colonien Archiepiscopus, cum nulla posset ratioe à sententia inuehedi in suas ditiones Lutheris deduci, iussu Romani Pontificis & Caroli imperatoris, loco mouetur, & ei Adolph' ex illustri & antiqua Scavenburgésium Comitum familia subrogatur. Fuerat is aliquot annis Hermannii coadiutor, multis præclaris dotibus ornatus, & catholicæ religioni adiectissimus. Vbi autem ad eam peruenit dignitatem, mox religionè veterem tota diocesi restituit, Bucerana commenta prorsus abolet, & verum pastorè re ipsa declarat. Id quidem maturè accidit præclarissimæ diocesi, quæ iam multis locis ita erat nouis dogmatibus infecta, vt difficilis omninò curatio videretur, nisi Deus manù apposuisset suam. eiusdem autem Hermanni frater Fridericus Bonnèsi præpositura exiuit, eaque clarissimo viro Iohanni Groppero præter omnem eius expectationem confertur. Eius viri pro tuenda apud Coloniam Agrippinã & totam Coloniensem diocesim catholica religione suscepti labores vsque ad eum celebrem reddiderunt, vt Pontifex Paulus 4. eum in Cardinalium amplissimum senatum coaptarit. Fuit admirabili eloquentia, rara eruditioe, animo imperterritus, nocte ac die scripturæ sacræ & sanctissimorum patrum lectioni incubans, atque à foedissimo concubinato, quo se pleriq; ex clero turpiter dehonestant, vsque ad eum abhorrens, vt cum quodam die domum reuersus, famulam inuenisset lectum ipsis stertentem, vehementissimè commotus, famulam repentè è cubiculo exigeret, & lectum è fenestra cubiculi proieceret. Quod idcirco commemorare volui, vt tanti viri exemplo permoueantur Ecclesiastici, & carnis petulantiam victus parsimonia, sacræ lectionis & feruentiù precum assiduitate, vigilijs opportunis, mulierum vitanda consuetudine,

& id genus alijs pietatis studijs edomēt, definantq; proacibus hereticis veterem eandemq; catholicam religionem lace-randi ac proscindēdi prębere occasione.

Sub Ianuarij finem Henricus Anglię rex, anno 38. regni sui vitā excedit. Is Pō-tificem quidem Romanum ferre nō po-tuit, quōd repulsam apud illum passus esset in approbando Annę Bolenię cō-iugio, sed tamen religionem veterem in plerisque retinebat. Successit ei Edouar-dus filius, nouem annorum puer, sub quo paulō post Zuinglianismus in eo regno satus est. Protestantes ad regem Henricum legatos miserant, qui ab eo contra Cęsarem auxilia peterent, sed id frustra fuit.

Non longo interuallo, nempē pri-diē Calendas Aprilis, Franciscus Gal-liarum rex in arce Rambuletana mori-tur, quē itidē protestātes de suppetijs ferendis sollicitārant. Obijt anno ętatis 54. rex per omnia catholicus & acerrimus nouorum dogmatum persecutor, fautor quoquē pręcipuus hominū li-teratorum, ipse non mediocriterū mul-tarum cognitione pręditus, quam sibi indē contraxerat, quōd inter edendum de varijs disciplinis cupidissimē loque-retur, haberetq; in eum vsū apud se vi-ros doctissimos, qui ex poętarum, histo-ricorum, cosmographorum atque alio-rum authorum libris sempēr aliquid in medium adferrent. Habuit quoquē in Italia & Gręcia, qui veterum monumē-ta conquirerent, confecitque bibliotheca optimis libris refertissimam, vndē nonnulli postea in lucē prodiērunt. Po-terat Ecclesia vel florētissima nostris tē-poribus euadere, si non incidisset inter Carolum Cęsarem & hūc Franciscum regem illa perpetua ferē similtas, quę rebus Christianis, haud dubiē propter peccata nostra, magnam attulit calami-tatem, pręsertim quōd interim Turcarū auctę sunt vires, Christianorum immi-nutę, & portentosa hereses mirum in modum increuerūt, certatim alię super alias ab inferis in orbem nostrum reuo-catę ab importunis ingenijs. Regi Fran-co in regno successit Hēricus filius, an-no ętatis suę vicesimo octauo, qui mox Annā Momorantium Conestablium,

quem Latinē Magistrum equitum dici-mus, in pristinam dignitatem, qua iam totos ferē annos sex caruerat, restituit: porrō quosdā alios magnos viros loco mouit, Horum duorum potentissimo-rum Gallię & Anglię regum obitus nō mediocriter afflixit Protestantes, qui se sperārant ab illis contra Cęsarem subfi-dia habituros.

Cęsar cū adhuc esset Vlmię, & ex Ferdinandi fratris literis certior fieret de ijs, quę ab Saxone electore gereren-tur, & vt is Boēmos sollicitaret, vulgus ad se alliceret, Ioachimicam vallem, ęra-rijs secturis & auri argentiq; fodinis ab-undantissimam Ferdinando eripuisset, toto in bellum Saxonicum animo incū-bebat, licet afflicta esset valetudine. Pu-tabat enim rebus maturē opem ferendā, antequam viribus cōfirmatis hostes no-ui aliquid molirentur. Erāt cum Saxone peditum circitē decem, equitum qua-tuor millia. iamque vsque ad Boēmos in suas partes traxerat, vt ij non dubitā-rint filias regis in arce Pragensi inclusas tenere. Itaque Cęsar nullum neque la-borem, neque periculum, neque valetu-dinis detrimentum subterfugiens, pręter copias, quas iam pręmiserat, Germanos & Hispanos ex hybernis educit, & ali-quot tormentis ab Vlmēsis acceptis, iter ingressus est.

Eo die, quo Vlma discessurus erat, ve-nit eō princeps Vuirtembergicus in sella gestatoria, quōd podagra speditus, pe-dibus cōsistere non posset. Tandem ad-missus ad Cęsarem, per Cancellariū de-missimē eius iram deprecatur, errorem suū palām cōfiteretur, & in posterū sum-mam fidem & obseruantia pollicet. Hoc spectaculum Vlmensibus & alijs, qui eō confluerant, nō mediocrem stuporē at-tulit, quōd illū quoquē supplicē Cęsari viderent, quo nullus ē vicinis principib⁹ esset potētior. Cęsar vbique vltus clemē-tia, sub certis conditionibus noxā omnē afflicto Principi condonat: & cōfestim Vlma discedens, prima die Giengam, altera Norlingam venit. Ibi morbus podagrę recrudescens, magnam vide-batur moram allaturus: sed pręter omnium expectationem celeritē con-ualuit. Saxo interim Albertum Mar-chionem

thioné, quæ Cæsar præmiserat, cuiusdã illustris foeminæ pditiõe apud Rochliziam capit, & de eius exercitu mille trecentos homines occidit, reliquos ferè in potestatem redigit: ipsum Albertũ Gotam pducere iubet, locum valdè munitũ.

Dum Cæsar est Norlingæ, Argentinenſium legati ad eum veniunt, veniam deprecantes. Eos quoquẽ Cæsar in fidẽ & clientelam accepit, quibus viſum eſt conditionibus, inter quas hæc vna fuit, vt Cæſaris ſacramento rogarẽtur, quod antea nulli cuiquam vnquam Imperatori contigerat. Indè Cæſar Noribergã venit, magna ciuium gratulatione exceptus. Ibi dies quinque confirmandã valetudinis cauſa permanſit. Conſtituerat ad Aegram, quod eſt Boëmia oppidum, cum Ferdinando & Mauritio corã conferre. Ibi Boëmorũ apparuit à ſuo rege defectio, qui crebris arboribus ſuccis, Ferdinãdum & Mauritium tranſitu prohibere conati ſunt: at tamen longiori circuitu tandẽ ad Cæſarem cum copijs ſuis, tribus ab Aegra milliaribus, in caſtra venerunt. Erant illis grauis armaturæ bis mille ducenti, Leuis armaturæ Hungari noningenti equites, oës egregiè inſtructi. Paſchalibus ferijs Aegrã peractis (ea enim ciuitas cum ſumma laude hæcenus in catholica religione conſtantly permãſit) Albanum cum omnibus copijs & parte equitatus præmittit, ipſe mox ſequitur, in id vel maxime intentus, vt cum Saxone daretur prius conſigendi opportunitas, quã ille ſe vel Vuittembergam, vel Gotam & id genus alia munitiſſima loca reciperet. Erat per id tempus Saxo apud Miſniam oppidum, quod Mauritio paulò antea eripuerat. Eò ſe conſert Cæſar, nõnullis ex itinere occupatis arcibus & oppidis. Cũ iam non ampliùs tribus milliaribus abeſſet à Miſnia, comperit Saxonem Vuittembergam iter cõuertiffe. Intererat inter eum & Saxonem Albiſ latiffimus fluuius, quem omninò tranſmittere conſtituit, nè Saxo ex ipſius manibus elaberetur. Erat res ſummæ difficultatis & periculi, Saxone ad Milburgum oppidum in vltioris fluminis ripa cum valida manu conſedente. Interea nunciatur Cæſari vadum in amplif-

fimo flumine repertum, eo loco, vbi & hoſtes è regione ſederent, & fluuius trecentos in latitudinẽ paſſus pateret, vndarũquẽ impetu & mole vel ſpectantibus horrorem incuteret.

Iam hoſtes ſecundo flumine nauibus deferebantur: ſed id Cæſariani conſpicati, maximo impetu in ipſum flumen irruunt, & brachijs atque humeris ſolis ex aqua extantibus, denſiſſimam pilarum grandinem in hoſtes mittunt, itã vt & è nauibus in terram ſe eijcere, & præcipiti fugã mandare cogerentur. Vt autem commodiùs pedites & tormenta traduci poſſent, Cæſar pontem curauit ex nauibus fieri: ſed quòd latior eſſet fluuius, quã vt naues à Cæſare allatæ ſuſficerent, Cæſar milites hortatur, vt hoſtium concilium pontem capiant. Atq; ecce conſeſtim decem Hiſpani pedites veſtes deponunt, gladios tranſuerſos ore mordicũs comprehendunt, flumen tranant, inter tela hoſtium innumera ſcaphas arripiũt cęſis aliquot hoſtibus, & ad citiorem ripam pertrahũt incolumes. Saxo tum concioni intererat, ſed Cæſaris audito aduentu, concio ſilet, conclamatur ad arma, & miles ripã defendendã ad eſſe iubetur. At Cæſar incredibili celeritate equites vadum tẽtare, pontemq; ex ſcaphis coniungere monet. Erat tum illic ruſticus quidam iuuenis robuſto corpore, cuius equos biuges hoſtes pridẽ eius die abſtulerant. Is Cæſari vadum oſtendit. Primi traijciunt Hungari equites, humeris tantummodò & pectore eminentes, & cum eis leuis armaturæ equites, quibus ſingulis ſinguli milites ſclopeterij, à tergo equis inſidentes, adiuncti ſunt. Indè cataphracti equites ſubſequũtur. Cæſarem vehibat equus Hiſpanus, coccino ſerico villoſo, cui ex auro ſimbria erat, inſtratus. Ipſe armis iauratis cõſpicuus, & cõchyliaſta ſcapha hõbycina, auro diſticta, ſupindut^o, caſſide Germanica capiti aptata, breuẽ haſtã venabulo ſimilẽ manu tenebat. Et ſic ille princeps, ruſtico præcũte, Albi inſtratũ, & incolumis in vltiorẽ rem ptendit ripã, atq; cum eo equitatus omnis ſalu^o in terrã euadit. Ruſticũ autẽ centũ donat coronatis & equis duobus.

Peditat^o ponte nõdũm pfecto tardiũs

traducebatur. Itaq; Cæsar omnia in celeritate posita cernēs, solo equitatu hostem adoriri constituit. In ipso autē itinere, dum hostes insequitur, incidit in statuam Christi è cruce pendētis, cuius pectus tormenti globulo traiectū erat. Idille pius princeps cōspicatus, magno animi dolore correptus, suspicit in cælum, & O Deus, inquit, modò velis, facillè potes tantum scelus vlcisce: sicque cœptum prosequitur iter. Interim Albanus oblata rei benè gerendæ occasione, Cæsari indicat se iam in hostes irruere. Tum acris à Cæsarianis in hostē fit impressio, ità vt mox in fugā incitati equites, peditatum prædæ & cædi obijcerent. Iam ad Locheranam syluam ventū erat, quæ passim tanta armorum multitudine constrata visibatur, vt insequentibus Cæsarianis moram adferrent. Sed & occisorum & sauciorū multus erat numerus: maior verò captiuorū, ità vt plerosq; Cæsaris milites viceni & ampliùs captiui circumstiterēt. Cæsarianis verò Saxonicos summa contentione insequentibus, breuì ad Cæsarem, qui in media circitèr sylua confiterat, nuncius de capto Saxone adfertur. Eratis in equo Phrisio armatus: cumque ad Cæsarem peruenisset, velletq; ex equo descēdere, & dextrâ chirothecam detrahere, Cæsar mitissimū secutus ingenium suum, neutrum permisit. Tum ille capite nudato, Ego, inqt, potentissime & clementissime Cæsar me tibi captiuum reddo. Ad ea Cæsar, Nūc ità quidem me compellas, ait, cum antea secūs feceris. (Saxo enim & Lantgrauus hoc rerum tumultu, non Cæsarem eum, sed Carolū à Gandauo, qui se falsò Cæsarem diceret, in literis publicis scribebant) Addidit quoque Cæsar, optimo merito suo ad eiusmodi fortunā ipsum esse redactū. Quo audito, ille subticuit: humerisq; pressis & capite demisso terrā intuēs ingemuit, vultu sanè miserabili. Indè iterum petit à Cæsare, vt ipsam sic tractare velit, vt solent capti Principes. Ego verò, inquit, te vt meritis es, tractabo. Mox in castra abducitur.

Eo die Mauritius in summo periculo fuit. Cum enim hostes psequeretur, quidam ex illis à tergo eum adortus, bōbardam dorso admouit, sed inani conatu,

quòd ignis non emicaret. Verum ille temerarius mox à Mauritanis discerptus est. Capta sunt in eo conflictu tormenta quindecim, & magnus bellicarum rerū apparatus: postridiè quoque sex alia tormenta in itinere intercipiuntur. Multa quoque præda, impedimenta, signa legionaria & equestria. Captus etiā est Ernestus Brunsvicensis. Cæsar non ampliùs quinquaginta equites amisit. Victoria hac potitus est 8. Calendas Maij. Iulius Cæsar olim Pontico triūpho triū verborum titulum prætulisse fertur, *Veni, Vidi, Vici.* Ijs verbis non nihil immutatis sic noster Cæsar, longè illi ob veram pietatem præferendus, vlus est: *Veni, Vidi, Deus vicit:* vt ostenderet, se non suis viribus, sed diuino auxilio eam victoriā acceptam ferre. Saxonis & Ernesti deinde custodia Alphonso Viui mādata est. Porrò in deditionem Torga vrbe accepta, Cæsar ad Vuittenbergam occupandam cum omnibus copijs procedit. Eam urbem Saxo continuos viginti quinque annos ad cōmuniērat, vt facillè etiā diuturnam obsidionem passura videret.

Obiter prætermittendum non est, qua in parte Albim Cæsar vado traiecit, postera die nō nisi natādo, & ægrè quidem fieri potuisse. Graues quidam scriptores sic sentiūt, non sinè miraculo & præsentis Numinis ope Cæsarem illud latissimum flumē cum tantis copijs vado transisse. Quo autē die Saxo captus est, æstus fuit lōgè grauissimus, & sol velut sanguinolentus apparuit, non in Germania duntaxat, sed etiā in Gallijs.

Iam Cæsar oppugnare decreuerat Vuittenbergam, cum ecce interuentu Ioachimi Electoris Brandenburgici, & Cliuensis principis, cuius soror in Saxonis matrimonio visibatur, precibus flexus, capitali sententia Saxonem absoluit, vitamq; ei his conditionibus donauit: Electoria dignitate & agris oppidisque omnibus ad Electoris ditionem pertinentibus exiuit. In Thuringia tantum arces aliquot & agros retinet: Arma & ænea tormēta omnia cum vniuerso rerum bellicarū apparatu tradit. Eorum ingens erat numerus, ità vt ex sola Vuittēberga, præter minores machinas cōplures, 120. bombardæ exportatæ sint:

Gota

Gota nullis viribus expugnabilis solo equatur. In ea fuere centum tormenta maiora, minora quamplurima: quænearû pilarû centû millia, & multa alia. Sunt & aliæ conditiones quas præterimus studio breuitatis. Accepta in deditioem Vuittenberga, biduo post Saxonis coniunx cum multis nobilibus in Cæsaris tabernaculum venit ex vrbe, atque ad Cæsaris aduoluta pedes, ab illo manu alleuatur, & humanissimè in amplexum recipitur. Ea res omnium animos ad summam commiserationem flexit. Cæsar ubi multis eius precibus mitissimè respõdit, mariti adeûdi copiam ei facit, & honorificentissimè à se dimittit, atque altera die intra urbem in arce ipsam inuisit.

Per id tẽpus partim à Scythica quadam gente ad Borysthenis ripam, partim à Tunetano rege ex Africa Cæsari oblata sunt ad octo millia equitum: verum legatos Cæsar liberalitèr dimittit, quòd iam bello propemodum cõfecto, ijs copijs non esset habiturus opus.

Lantgravius ubi de Saxonis captiuitate & Cæsaris victoria cognouit, non immeritò consternatus, per Mauritium de pacis conditionibus tractare cõcepit. Mauritio deprecatori Ioachim^o Elector Brandeburgicus se coniungit: qui tum plurimum apud Cæsarem gratia & auctoritate valebant. Cæsar quidem illorum preces audit, & quid à Lantgrauio fieri velit, ostendit: sed cum Lantgravius ad postulata semper aliquid vel adderet vel demeret, Cæsar tãdem respondit, nihil se cum Lantgrauio velle agere, rebus ille suis vt vellet consuleret. Id responsum nõ mediocritèr eius perterruit animum, & ab vna iam Cæsaris peruulgata clementia salutis sibi præfidiũ petendũ sentiens, datis ad Mauritium literis, cõpositionis cõditiones à Cæsare præscriptas, manu sua descripsit & tradidit, iisdemque paulò post apud Halam Saxoniam in deditioe acceptus est.

Interea Ferdinãdus rex cum tribus ferè millibus equitum & sex peditũ Vuittenberga celeritèr Pragã p̄ficiscitur, & Cæsar cum omnibus copijs suis ad Lantgraviũ edomandum cõtendit. Pridiè verò, quàm Ferdinandus discederet, Hũgarici equitatus præfecti Cæsari valedi-

cunt, orantque supplices, vt Pannoniæ à Turcis oppressæ afflictis rebus opè ferre velit. Cæsar eis liberalitèr respondet, & singulis præfectis ac decuriõibus trecetorum coronatorum torquẽ donat: reliquis turmis vltra emerita stipendia in singulos equites alterũ gratuitum largitur. Eam liberalitatẽ omnes mirificè prædicarunt. Hispanos etiã illos, qui gladijs mordicis ore correptis hostiũ scaphas nando apprehederant, singulos veste holoserica ornat, triginta donat coronatis, & inter duplares armaturas adscribit.

Cæsar indè Halam abit, expectaturus illic Lantgrauij aduentũ. Ibi tum repente oritur seditio inter Germanos & Hispanos, haud dubio tristè habitura euẽtum, ni Cæsar nõ sinè periculo inter duas acies, furore & amentia cecas, mediũ se opposuisset. Erant adhuc apud Cæsarem Boemoru legati: eos ad se vocat, hortatur vt ad officium & sanitatẽ redeant, se alioquĩ fratri Ferdinãdo minimè defuturum. Eadem ad Boemos perscribit.

Dum hæc gerunt, Lantgravius cum 100. equitibus Halam venit, postridiè à Mauritio & Ioachimo in regiam deducitur. Aderant frequentissimi nobiles, qui se id nunquam visuros putarant. Lantgravius coram Cæsare in genua prouoluitur, & eius nomine Cancellarius supplex Cæsarem honorificetissimè appellat, veniam petit, & obseruantiam ac fidem in posterum pollicetur, ac iureiurãdo cõfirmat. Cæsar per oratorem respõdet, se licet grauissimè læsum, tamè suplici noxam condonare, capitis pœna, proscriptioe & carceribus perpetuis absolueret. His alijsq; nonnullis dictis, Lantgravius surgit, sed Cæsar ei neq; dextrã dedit, neq; vllum beneuolentiæ genus exhibuit. Intererat huic spectaculo Henric^o Brunsvicensis, quem hætenus captiuũ Lantgravius detinuerat. Postea Alban^o Lantgraviũ secum in arcem ducit, Electores ad cœnã inuitat, & Lantgraviũ cœna facta apud se detinet. Id verò p̄ter spem accidit Lantgrauio, q se longè maiori libertate vsurũ putarant. Cõditiones quibus se dedit, ex multis hæ ferè sunt: Lantgravi^o & ei^o clietes oēs Cæsari iurèt, & vltro ei^o volutati se pmittant. Ipse ex omni
ditione

ditione quatuor delectas vrbes cōtinuò dedat. Loca aliquot munita diruat. Cētum quinquaginta aureorū millia pendat. Tormenta omnia rhedis imposita (ea erant ampliùs dūcēta) Cēsari tradat. Henricum Bunsuicensem restituat. Vitam Cēsaris beneficio habeat. Perpetua custodia non asseruetur, &c. Hanc vltimam conditionem neque Lantgravius ipse, neque Principes intercessores satis considerāsse vidētur, qua utiquē in Cēsaris arbitrio custodiae vel breuiandae vel prorogandae facultas constituta est. Tulit principiò grauitèr captiuitatem suam Lantgravius, sed cū suis ipsius scriptis reuinceretur, eam fortunā cōepit ferre moderatiùs. Ad hanc verò calamitatem vtrunque Principem & Saxonem & Lantgraviū importuna Luteri & seditiosorum concionatorum consilia adduxere.

Is igitur vtriusque & Germanici & Saxonici belli euentus fuit, & Cēsar tota Germania, quod nulli vnquam Romanorum Cēsari obrigerat, feliciter edomita, à Paulo Pontifice Maximo in diplomate, quod Halæ accepit, MAXIMI & FORTISSIMI cognomine ornatur. Olim Carolus Magnus, multis bellicis rebus clarissimus, triginta annis Saxones egrè domare potuit: noster Carolus Maximus intra tres ferè menses Saxoniam omnem sibi parere cōegit. Post demolitas Lantgrauicæ ditionis arces, Cēsar tormenta omnia, quæ vtroque hoc bello ceperat, Francophordiā conferri iussit, eaquē hunc in modum distribuit: Mediolanum 50, totidem Neapolim, trecenta in Belgium, reliqua in Hispaniam mittit. Postea Noribergam cōtendit, vt è loci propinquitate Ferdinandi rebus apud Boëmos neruos maiores sua autoritate adderet. Breuì post certior fit, Boëmos iussa facere paratos, ad officium rediisse. Dum Noribergæ moratur, à Lubeco ampla ciuitate & nobili, legati ad eum veniunt, qui doceant se nunquam cū foederatis cōsensisse, neq; vt pro certo etiā constat, omninò contra eum conspirasse. Bremēses quoque per Danorum regem in fidem Cēsaris recipi vehementèr orant. Idem cōtendunt Pomeranus & Lunēburgicus.

Hamburgenses primi omnium in deditiōnem venerant, missis Noribergam ad Cēsarem legatis, qui magna pecuniæ summa mulctæ nomine persoluta, vrbe, quod nunquam antea contigerat, in Cēsaris clientelam conferrent. Itā iam Cēsar latè rerum in Germania poteratur, sed pro mitissimo ingenio suo ea vbiq; in deditiōs hostes vsus clementia & lenitate, vt nō defuerint postea, qui dicerent illum non ea vsus fuisse seueritate, qua res postularet. Verum prudentissimus Princeps, qui suæ felicitatis emulos non defuturos minime ignoraret, & longè lateque omnia circūspiceret, non est putandus in ea amplissima victoriæ prosperrimis successib; quicquam temerè statuisse. Cū autem tantæ fuerint tamque instructæ hostium copiæ, & Cēsar contra in primis Germanici belli initijs ad eò imparatus, vt nihil minus quam de bello cogitare videretur, ac nihilo feciùs tamen omnem hostium impetū & inuictas vires mirabili ac propè incredibili felicitate p̄regerit, & de tota Germania mirabiliter triumpharit: facile, qui volūt, animaduertere possunt, à pio Principe stetisse Deum: hostes verò, tum quòd ab auita Patrum suorum religione sanctissima ad noua seditiosorum dogmatistarum commenta descuiissent, tum quòd in Principem ac dominum suum arma temerè sumpsissent, diuina ope destitutos fuisse, atque ideò nihil vsquam ferè feliciter gessisse.

Eo tempore, quo Cēsar è Vuittembergæ excessit, & Mauritius, septemuirali dignitate auctus, suos milites in vrbe immisit, clarissimus vir Iulius Pflugius in Episcopatum Numburgensem missus est, quem tum occupabat Nicolaus Amsdorffius egregiè Luteranus. Is Amsdorffius post colloquium Vuormatiense vltimum, quod anno Christi 1557. habitum est, vbi sectarij inter se cōuenire non potuerunt, scriptum edidit, quo acerrimè inuehitur in Melächthonem, Brentium, & quosdam alios, qui in illo Colloquio Zuinglium & Osiandrum damnare noluerunt: aitque hoc ipso nomine, quòd hos & eorū sectatores damnare noluerint, eos ab Augusta
na con-

na Confessione discessisse. Eodem scripto aperte dānat Zuinglianos atq; etiā Adiphoristas, quorum parens fuit Melancthon. Quod ideo commemorare obiter volui, vt lector intelligat, quā preclare inter se in hoc nouo Euāgelio conueniant doctores Euangelici: caueatq; sibi à talibus, modò suæ velit saluti consultum.

Cūm Ferdināus rex in Boēmia esset Letmeritiæ, Cēsar ei auxilio misit signa octo peditum Germanorum. Allata autem fama de capto Lantgrauio, literas dat Ferdinandus ad Pragenses, quibus eos sibi prestò esse iubet in arce Pragensi ad 6. Iulij diem. Veniunt illi, & supplices ab Rege offensa veniā petūt, & eius se voluntati permittunt. Intercedebant pro illis Ferdinandus, regis Ferdinandi filius, & August^o Mauritij frater, & nōnulli alij proceres. Itaque sub conditionibus quibusdā à Rege pacem impetrarunt: porrò in nobiles quosdam, qui ad diem citati non venerant, seuerior sententia pronūciata est. Aliæ quoque nōnullæ ciuitates & nobiles instar Pragēsiū absq; cōditione sese dedūt. Caspar Pflugius, quem fœderati sibi caput constituerant, læsæ maiestatis damnatur, & promittuntur aureorum millia quinque in caput ei^o. Itā illud quoque regnū breuē tranquillatū est, punitis seditionis authoribus.

Ad Iulij tertium diem Cēsar Bambergæ, vbi tum erat, imperij conuentū indixit: iubetque ad Calendas Septēbres conuenire omnes Augustam. Ipse sub finem Iulij eò venit cum Saxone captiuo. nam Lantgrauium Danouerti reliquerat. Ad Cēsarem Augustæ morātem venit à Solimanno Gerardus Veltuichus, quem Cēsar legatum miserat Byzantiū, pactis cū Turca quinquennialibus inducijs. Fuit hic Conuētus frequentissim^o, tametsi non sine morfu eum Sleidan^o armatum vocat ob Cēsaris copias, quæ tum intra & extra vrbe tenebantur. Ad erant electores omnes, & præter alios Imperij principes etiā Cēsaris soror Maria Belgij prudentissima gubernatrix, & neptis, Lotharingiæ vidua. Maximilian^o Austriacus Cēsaris nomine paucis præfatus est, ac deindè Cēsar per scribam, vt

moris est, proposuit, quæ vellet ijs Comitij tractari.

Mensis Septembris die decimo quorundam cōiuratione Petrus Aloysius, Pauli Pontificis filius, Placentiæ domi suæ confoditur, & Ferdināus Gózaga, qui per id tempus Mediolanensi ditioni Cēsaris nomine præerat, urbem Placentiam occupat. In hac cede commemoranda Sleidan^o more suo acerbè perstringit non Aloysiū modò, sed ipsum quoque Pontificem, quem non solum Astrologiæ, sed & necromantiæ admodum studiosum fuisse scribit. Itā isti miseri nunquam sibi temperare possunt à summo sacerdote carpèdo, in quo si nollēt personam, saltem officiū venerari deberēt. Certè de Paulo Pontifice multi honorificè scribunt, & eius virtutes prædicant. Qualisqualis autè fuerit, Sleidan^o sacramentarius hereticus dignus nō fuit, qui illum reprehenderet. In veteri lege capitale fuit, si quis principi gentis eius maledixisset. Hodie nihil eque familiare & solenne est, præsertim apud Euangelicos, quā atrocissimè in Pontificè Ecclesiæ pastorem inuehi, & omnibus maledictiæ generibus debacchari. Qui autem in Catholica religiōe benè instituti sunt, in Pontifice Christi suspiciunt & venerātur, nec tam vitā & mōres, quā muneris authoritatem & amplitudinē attendūt, nè in Pontifice carpèdo Christum ipsum lacerasse videātur. Olim longè ante mille annos Constantinus pijsimus Imperator, cū in Nicena Synodo oblatæ illi essent querele aliquot Episcoporum, quibus se inuicè accusabāt: Mihi, inquit, homini errori obnoxio nefas esse videtur, Ecclesiasticorum virorum accusationes recipere & audire. Atq; his & paucis alijs dictis, querelas oēs, quas nec legere quidē voluit, corā Episcopis cōbussit: addiditq; & illud: Si in Episcopū incideret, alienū coniugium violantē, se purpura sua piaculum illud obtecurū esse, nè tam foedū facinus spectatoribus occasionem mali crearet. Sed hæc propter insolentes dixisse sufficiat.

Hac tempestate Angli Scotos prælio superāt, ductore Somerleto regis auūculo. Pugnātū est ad Musselburgū. Scotis præerat Iacobus Hamiltonus, Arranæ co-

mes & regni Scotiæ gubernator. Dubio aliquandiu Marte acriter certatum est, sed paulò post multis nobilibus viris cadentibus, victoria penes Anglos fuit. Causa belli fertur, quòd Eduardo regi sponsa non daretur, quemadmodum ex pacto oporteret, & Scoti se facturos receperat. Post eam pugnam Angli longius progrediuntur, & suæ ditionis fines in Scotiam perferunt.

In Augustano, quem diximus, Conventu Principes omnes concilij Tridentini decretis se submitunt, Cæsare plurimum eam in curam incubente, ut religio collapsa in Germania posset instaurari, & hereses profligari. Porro verò, quòd Lantgravius captivitas præter quorundam spem accidisset, multum his comitijs laboratum est pro eius impetranda liberatione. Vxor eius Augustam venit, & cum ea ordines omnes ad Cæsarem intercedunt, sed nihil tum impetrari potuit. Priusquam intercederetur, Cæsar rem omnem, ut cum Lantgravius actum esset, paucis ordine ad status omnes exposuit, nec erat quisquam, qui eius factum improbaret, licet Mauriti⁹ & Brandenburgicus nonnulla allegarent. Error omnis inde accidisse videtur, ut antè dictum est, quòd neque hi duo principes, neque Lantgravius ipse satis perpenderit conditionem illam, de non perpetuo carcere Lantgravius.

ANNO 1548. in comitijs Augustanis rex Polonus suos habuit legatos, qui illius ius in Prussiam Ordinibus Imperij declararent, & Proscriptionem Camerae Spirensis in Albertum Prussiae quoddam Magistrum abolerent. Is Albertus mutata Prussiae Reipublicae forma, in Poloniae regis fidem & clientelam se dederat, nomenque Magistri in ducem mutarat. Cæsar ubi Poloni regis postulata cognovit Vuolfgango Prussiae Magistro dat orationis exemplum, quod die 23. Ianuarii respondet. Tandem & Poloniae legatorum & Vuolfgangi rationibus auditis, cum negotium cognoscendi quibusdam datum esset, communi omnium consilio deliberatum est, sententiam à Camerae iudicibus in Albertum latam, esse prosequendam. At cum difficilis esset executio, in Cæsarem omnia reijciunt. Non diu post obiit Sigismundus Poloniae rex valde Catholicus, & iam ætate

gravis. Natus est patre Casimiro anno Domini 1467. prima Ianuarii: electus in regem 1506. Nam ante eum ordine regnarunt fratres eius natu maiores, Iohannes Albertus, & Alexander. Coronatus est 1507. Mortuus 1548. prima Aprilis. Fuit eius obitus perniciosus amplissimo Poloniae regno. Nam eo extincto, hereses abominabiles, etiam Arrianorum & Nestorianorum, illic paulatim cristas crexerunt.

Erat hoc tempore Concilium non nihil distractum, Patribus alijs ob aeris incommoditatem Bononiam profectis, alijs Tridenti remanentibus. Interim Cæsar veritus, ne tardius, quam expediret, Concilium religionis negotium abolveret, quibusdam negotium dat formulæ cuiusdam conscribendæ, qua per Germaniam vterentur usque ad concilij definitionem. Hi fuerunt Iulius Pflug⁹ Episcopus Numburgensis, Michael Sidonius Moguntini Electoris Suffraganeus, & Iohannes Illebius. Princeps Iochimus Elector Brandenburgicus, conciliationis cupidus, curavit Bucerum Argentorato acciri. Is ubi clam venit, à Principe librum de religione à tribus illis, quos diximus, conscriptum accepit & legit. Rogatus à principe ut subscriberet, recusavit, quòd magis esset Catholicus, quam Bucerum Evangelium ferre posset. Ea re graviter principem offendit. Porro ipse domum rediit. Eo tempore Colonienfis Archiepiscopus Adolphus primitias, ut vocant, seu primum sacrificium fecit Augustæ, presentibus Cæsare, Ferdinando rege, & relijs principibus maximo numero, quibus postea epulum dedit magnificentissimum.

Per hos dies Augustam venit Muleaffes Tunetanus rex, proprii filij, ut supra dictum est, in se expertus crudelitatem, utroque adempto lumine. Secutus est eum paulò post etiam alter filius. Is rex in tanta calamitate pristinam visus est retinere animi excellentiam, erecta ceruice inambulans, & insigni plerunque cultus & gestus gravitate veteris fortunæ maiestatem representans.

In libello, quem diximus iussu Cæsaris conscriptum, inter cetera pacis tuendæ causa pmittebatur, ut qui apud Protestantes

restantes ex sacerdotum ordine vxores duxissent, vsq; ad Concilij determinationem non cogentur eas relinquere, itemq; qui vtrinq; speciem Eucharistiæ hæcenus sumpserunt, non compellerentur calice carere. Hæc duo multos Catholicos offenderunt, quod non posset Cæsar tale aliquid statuere. Verum optimus Princeps nihil sibi sumebat in eiusmodi rebus authoritatis, sed quàm posset comodissimè cupiebat res in Germania nimium exulceratas sensim in pristinum gradum reuocari: facileque videbat, si vi adhibita inuitos ad omnia subito mutanda cogere voluisset, nihil nisi grauissimos Reipub. motus expectandos esse: quanquam ego hac in re nihil velim statuere, sed libenter sequi rectius sentientium iudicium. Hoc quidem eo rerum statu nimis fuit insolens & intolerabile, quod cum libellus hic passim vocaretur, INTERIM, quidam scriptores Evangelici miris modis in eam vocem luderent, & sannis atque conuicijs petulantè proscinderent. Verisimile est, iam tunc agitari cœpisse consilia, quibus se sperarent breui in pristinum gradum restitutum iri. Vuittembergæ quidem Mauritius Philippum Melancthonem, Pomeranum, Crucigerum, restituit. Antequam autem Cæsar libellum memoratum Imperij ordinibus proponeret, prius eum Romam Põtifici misit, hoc ipso sanè animi sui religionem testatus, quod in religionis negotio nihil ipse per se vellet cõstituire. Pontifex verò quid eo in libro displiceret, non tacuit: quemadmodum autem Põtifex rescripsit, sic est à Catholicis liber receptus.

Per hoc tempus Maximilianus Ferdinandi regis filius, Augusta in Hispanias proficiscitur, habens apud se Cardinale Tridentinum. In multa trepidatione tunc fuere præclari Evangelici concionatores, qui sibi vix vsquam tutum superesse locum viderent: & mirabili metamorphosi, qui prius acerbissimè inter se contendissent, in hac publica, vt ipsi scribunt, ecclesiæ calamitate, priuatarum offensionum obliuiscerant. Et ridiculum sanè fuit spectaculum, quosdam egregie Luteranos tunc videre apud Zuinglianos sibi latibula querere, quosdam etiam Helueticis ministris

amantissimè scribere, cum tamè animis alij ab alijs diffideret acerrimè, & Luterus iam pridem Zuinglianos hereticos appellasset. Brëtius quoque insignis Luteranus Hala Sueuica pulsus, Basileæ aliquandiu moratus est. Petrus Martyr, antea ex Italia profugus, nunc Argentina relicta migrat ad Anglos. Vuolfgangus Musculus ex Augusta ad Helueticos se recipit. Andreas Osiander relicta Noriberga fit Prutenorum apostolus, Erasmus Sacerius à Guilhelmo comite Nassouio discedit, Erardus Sneppius cum multis alijs ecclesiasticis ex Vuirtenbergenfis Principis ditionibus exulare iubetur. Iam periculum erat, nè Euangelium in tota Germania occumberet, nisi quod horum Euangelium eiusmodi est, vt votis omnibus optandum sit, vt ex toto orbe terrarum penitus proscribatur. Saxo captiuus induci non potuit, vt Concilij decretis & editi libelli doctrinæ subscriberet, dicens si hoc faceret, se cõtra conscientiam facturum, & admissurum peccatum in spiritum sanctum, quod sit prorsus irremissibile. Sic iam persuasi erant aliquot Germaniæ principes à versutissimis apostatis. Sed si illi tam periculosum putarunt discedere ab impiorum hominum cõmentis, quàm nos constat esse debemus in ea retinenda religione, quam omnibus seculis, quibus Christum agnouit, Germania coluit, & totus vbiq; terrarum Christianus orbis semper retinuit? Scilicet grande piaculum est deserere, quod ab apostatis monachis didiceris: & pietas est, puerilitè ab eo deficere, quod inde ab Apostolis Catholica Christi Ecclesia tenuerit.

In Anglia hoc tempore sub puero rege Missa abrogata est, & non diu post Stephanus Episcopus Vintoniësis, vir longè doctissimus, custodię mandat. Porro Concilium Tridèti continuat. Eo tempore Veneti edicto cauēt, vt libri à catholica religione discrepantes ad certos homines adducant, idq; intra dies octo: quibus elapsis, inquisitum iri aiunt, & q; deprehensi fuerint, non impunè abituros: ijs, q; deserant huius edicti contèptores, munera promittunt. Hæc molestissimè ferunt homines, sed si saperent, gauderent magistratus ipsorum salutem mature consulere: atque vtinam

2. Tim. 2.

vbiq̄ terrarum proscripti essent libri omnes, ex hereticorū hominum officinis profecti. Nam sermo eorū, quod verissimè dixit Apostolus, vt cancer serpit.

Constantienses, quod nollent Cæsari obtemperare in quibusdam, ab illo proscribuntur. Id illi non ferentes, quod res plena esset periculi, habita deliberatione, Cæsaris de religione libellū recipiūt, & Clerū in urbem admittunt. Porro ministri Euangelici, & in ijs facillè primus Amhrosius Blaurerus apostata monachus, aliò se cōferunt. Lindauieses, paulò antè pertinaciores, Constantiensū exemplo territi, libellum & ipsi recipiunt.

Augusti mensis die tertio Cæsar senatum Augustæ exauthorat, in quo multi etiā ex plebe essent, nouumq̄; cōstituit: tribus quoque similiter abrogat, & ciuium conuenticula, nè deinceps fiant, interdicit. Religionē quoque ad libelli prescriptū vt mutēt, senatui nouo grauitèr imperat: sicq̄; relicto presidio, Vlmam petit, atq̄; illic itidē Senatū locò mouet, aliū subrogat, & Martinū Frechtum ministrū Euangelicū cum socijs concionatoribus, quod nollent libellū recipere, in custodiā duci iubet. Senatus libellū recipit. Ex concionatoribus istis quatuor pertinaciter in suo permanere errore, duo saniora sunt consilia secuti.

Argentineses legatos ad Cæsare Sviram mittūt. Ibi non inuētō Cæsare, Moguntia vsq̄; sequūtur: sed propter Consiliarios quosdā absentes, iubentur Colonia Agrippinā vsq̄; cum ipso proficisci. Hic Cæsari literas offerūt, petūt sibi decreti, quod libello sepe dicto cōtinerēt, gratiam fieri, aut illud mitigari: se em̄ de sua salute valdè esse sollicitos, nec audere contra cōscientiam agere. Itā mirum in modum trepidabatur vbiq̄; in Germania, cum ad viam reuocarētur, vndè maiorum concionatorū fraude exciderāt, cum nihil quicquam trepidāssent, quādo ab auita & catholica religione auocabantur. Contrā oportebat cūctantissimè ad res nouādas accedere, immò nouitatem omnē prorsus suspectā habere: porro ad religionem omnibus seculis & toto orbe excultā, etiā vltro & incunctantèr reuerti. Itaq̄; illic trepidauerunt timore, vbi nō erat timor. Tādē Argē-

Psal. 13.

tinenses hoc à Cæsare respōsum accipiunt, vt cum Episcopo suo transigāt. Iam enim obtulerāt se ad permittēda aliquot templa Catholicis, dies festos & ieiunia obseruanda, & alia quēdam,

Paulò suprā de Constantiensū proscriptioe dictū est. Erāt hoc nomine in summis angustijs, nec humanū apparebat auxiliū, Cæsare tunc longè lateq̄; in Germania triūphante. Tādē igit̄ multis diuexati modis, quod prescriptis euenire solet, Austriacę domū sese dedūt in perpetuū. Ferdinādus rex in fidē eos recipit certis cōditionibus, q̄s illi p̄ iurandū accipiūt. Est Constantia vel sola Cōstantiensis Synodo vbiq̄; notissima: vrbs nō admodū magna, sed elegās & amœna. Habet Episcopū, cui⁹ diocesis amplitudine reliquos ferè Germaniæ Episcopat⁹ excedit. Habet em̄ supra 1800. parœcias vel parochias, & 400. monasteria. Obiter huc adscribere libet, quod de Rhenanis Episcopatibus quidam dicunt: Curiensis est summus, quia iuxta Rheni fontes. Cōstantiensis amplissimus, Basilecensis amœnissim⁹, Argētinenis nobilissim⁹, Spireā religiosissim⁹, Mogūtin⁹ autoritate venerabilissim⁹, Coloniē opulētissim⁹, Treuirēsis vetustissim⁹.

Apud Burdegalēses in Aquitania fit tumultus ob salinariū vectigal & tributa extraordinaria. Res nō multū à defectioe abesse visa est: sed rex Henricus tēpestiuè occurrēs, misso cum exercitu Anna Mōmorantio, seditiois authores tollit è medio, & Burdegalenses egregiè castigatos, cogit in ordinē. Adēptę sunt illis cāpanæ oēs, nè ijs ad turbas ciendas abutereatur, priuilegiorū literæ exusta oēs, & q̄a regis p̄fectum occiderant, cogūtur humū, vbi cōditum eius cadauer erat, digitis & vnguibus fodere, donèc ad corpus ventum esset. &c.

Cæsar tādē in Belgiū redit, seruato apud se Saxōe, Lātgrauio verò Andernādam quod est Flādrię oppidū, misso. Paulò antè ad Calendas Octobris Cameræ iudiciū cōstituit, aduocatos tres de Lutherismo suspectos remonet, ceteris omnibus inter alia prescribit, vt catholicæ Ecclesiæ dogmata sequātur, aut loco moueātur. Ad Cæsare in Belgiū, relicta Gallia, venit eius soror Eleonora Franciæ regina

regina, idque Henrico rege annuente.

Hoc ferè tēpore Philippus Hispaniarum rex ad patrem Cēsare, relicto in Hispanijs Maximiliano fratruēle, annorū 21. iuuenis ex Hispania Genuā p̄ficiscitur cum quinquaginta triremibus & totidē ferè nauibus onerarijs. Apud Genuā primò & indè alijs Italiae locis magnificentissimè excipitur. Mediolanum ingrediēti p̄stò fuēre Sabaudie princeps, Veneti, Florētini, Ferrariēses, Senēses legati. Intereā Bruxellis morit̄ comes Buranus Maximilianus anginae morbo.

Theologi Protestantū Vuittembergenses & Lipsenses per hoc tempus inter se de voluntate Principis Mauritij conueniunt aliquot locis, & nō nihil ad Cēsaris scriptum sese accōmodant, edita religionis formula, in Mauritij ditione ab omnib⁹ seruāda. Indè grādis postea inter Luteranos orta tēpestas est et altercatio, Ij postea dicti sunt molles Cōfessionistę, quorū facilè princeps fuit Melanchthō.

ANNO 1549. Cēsaris filius Philipp⁹ ad patrem venit in Belgium, & cum eo, pręter alios, Cardinalis Tridētinus. Cēsar aduentāti insignem equitatū in Germaniam vsq; honoris causa obuiām misit. Mauritius Princeps Tridentum vsq; processit ei obuiām, & pro Lantgrauio captiuo plurimū orat, vt apud Patrem velit intercedere. Philippus suam ea in re operam liberalit̄ pollicetur.

Magdeburgenses iam antea p̄scripserat Cēsar, cumq; nolent decretum religionis Augustę euulgatū recipere, maiorem in eos cōcipit indignationē. Hęc vrbs ferè prima amplexa fuit Luteri infauftum Euangelium, erantq; hoc tempore illic aliquot strenui Luterani concionatores, Nicolaus Amsdorffius, quē Cēsar ex Numburgensi Episcopatu eiecerat, & Matthias Flaccus Illyricus. Isti videntur commouisse ciues, vt constanter Cēsaris decretum repudiarent. Illyricus diū fuerat Melanchthonis discipulus. Sed cum videretur Melanchthon cū Vuittembergensibus & Lipsensibus nō p̄sūs à Cēsaris decreto abhorreere, multa quoque concedere, scripsit vnā cū socijs Magdeburgicis, qui nec latū vngue vlla in re à Luteri placitis discedendū putabant, cōtra Melanchthonē & eius as-

seclas. Scripsit in eos etiā Nicolaus Galus, qui, nisi fallor, id tēporis Magdeburgi erat, postea verò factus est superintendens Ratisponensis. Hęc verò rigidorum & mollium Confessionistarum (Sic em̄ Catholici quidam eos vocant) cōtentio tandē eousque progressa est, vt miser Illyricus tota ferè Saxonia proscriptus, Ratisponam vsq; ad Nicolaum Gallum profugerit. Vehemēs est enim Illyricus, & in quibusdam libellis supplicatorijs mirabilit̄ vrget & instat, vt in Germania vel potius Saxonia Synodus cōgreget, cui tñ non intersint nisi Synergistę, Maioristę & Adiaphoristę, cum quib⁹ solis sibi rem esse vult, ac mirū in modū tumultuatur de Confessione Augustana, quę multis sit locis deprauata: crimenq; falsi alicubi Melanchthoni p̄ceptoris impingit, quòd & Cōfessionem Augustanam, & libros Luteri plurimis in locis adulterauerit. Nec planè mentitur Illyricus, cum in confesso sit, Augustanam confessionē non semel à Melanchthone mutatā. Tales ergò cum essent Magdeburgi buccinatores, pertinacit̄ diū sese Cēsari opposuerūt, pessimo quidem obstinatae rebellionis exemplo.

Mense Maio in Anglia disputatū est Oxoniae ab eius Academiae Theologis cum Petro Martyre, profugo ex Italia. Disputationi p̄erant legati regij, qui postea scripto edito, visi sunt palmā tribuere Martyri. Is Martyr aliquādiū Bucerano more solebat de cœna Domini, vt ipsi vocant, loqui: sed vbi aduertit eū loquendi modū à sua mente alienū esse, quod Bucerus non magnoperè curasse videtur, noluit ampliùs Buceri imitari simulationem, sed apertè professus est Zuinglianismum. Iuit autem in Angliā etiā Bucerus, vt nē quid ad eius regni infelicitatem deesset.

Octobri mense Argētinenses cū Episcopo suo transigūt: tria templa Catholicis permittunt, & quędam alia inter vtrosque componuntur.

Hoc anno primogenitus Turcæ Solimani filius ad Persas confugit. Erat Solimanus propensior in secundæ vxoris liberos, è quibus alterū Muscaphæ primogenito, hortatu vxoris, p̄relatur⁹ videbat. Id indignè tulit Muscaphas, Per-

farumq; fretus copijs, aliquot Persis loca finitima expugnat. Solimanus cum quingentis hominū millibus pergit obviam, Persas in fugam conijcit: sed cum Persæ longè lateque omnia incenderēt, è Solimani exercitu, rerum inopia pressus, ad centum millia periēre, coactusque est Solimanus re infecta discedere.

Decima Nouembris die, anno ætatis suæ 82. moritur Paulus Pōtifex tertius. In hunc Sleidanus scribit suo more, & vt vita functum acerbissimè & odiosissimè traducat, citat librum Italicum Bernardini Ochini, longè contumeliosissimū. Si quis ita scriberet in principes Euāgelicos, quemadmodū ille liber perstringit Pontificē, nemo e quo ferret animo. Et hic visus est dignus Sleidano Sacramentario, è quo non pauca in defuncti Pontificis contumeliam suis illis impijs commentarijs infarciret. Sanè qui taliū commentariorum lectiōe delectentur, illi facilè quoquē Mahometis Alcoranū & id genus alia commenta non admodū recusaturi videantur. Fuit ille Pōtifex à luxu & crapula alienus, & téperantiæ in primis studiosus: quæ res illi tã raram cōciliauit senectutem. Porro qui stupris, libidinibus, commensationibus & largioribus poculis assiduè vacant, vix possunt ad eam ptingere senectutē.

Anno 1550. ipso purificationis die solenni Argentinēsis Clerus Missam in tribus templis rursus celebrat, iam plusquam viginti annis intermissam. Ibi rursus Sleidanus mirè est facetus, & ceremonias ecclesiasticas haud secus atque Turcus aliquis aut Scythæ irridet. Eo autē die excitatus est Argētinæ tumultus occasione quadam, & vsque ad Pentecostē rursus diuina officia intermissa sint. Oderant Clerum plerique vrbis incolę, nec alio quam idololatrię loco habebant plerasque omnes Catholicę Ecclesię ceremonias: porro apostatæ Buceri identidē repetitæ incestæ nuptię, horrendæ in Eucharistiam & alia sacramēta blasphemiæ, diuinarum ac humanarum rerū plusquam Babylonica confusio purum putū Euangeliō videbant.

Galliæ & Angliæ reges pacem faciunt, Boloniam Angli reddunt Gallis, à

quibus certa illis pecuniæ summa numeratur. Quod Angli Boloniam restituerent, pleriq; non mediocriter admirati sunt. Et vt maior sit inter reges necessitudo, Gallus ordinis Anglici, Anglus Gallici fit eques.

Huius anni mense Ianuario senatus Burdegalensis in Gallia restituitur. Hoc tempore Cæsar grauissimum in Lutranos suis in hereditarijs ditionibus promulgat edictū: sed antè quàm promulgaretur, vnà cum Philippo filio Augustam ad comitia proficiscitur, Saxone quidē sibi adiūcto. Lantgrauio autē Mechlinię munitissimo Brabantię oppido relicto.

In defuncti Pōtificis Pauli locū subrogatur Februarij die 7. Iohānes Maria Montanus, & vocat̃ Iulius tertius. Erat tum ob Iubileum magnus Romę hominum concursus, qui Luteti & ei similitū blasphemijs furda aure p̃teritis, pia animi deuotione loca sacra Romanę vrbis inuisebāt, & largissimarū condonationum, quas indulgentias vocamus, participes sese reddere studebant. Luterani & eius farina alij nō indigent Indulgētij, quia sua sterili fide securi, rectā proficiscuntur in Orcum. De indulgētij possent multa dici, sed istis nouis Euāgelicis nunquàm possunt satis multa dici. Si tamen audire dignatur, dicam quid Tridentina synodus amplissima de his statuerit. Verba Synodi hæc sunt die 2. Sessionis nonæ sub Pio 4. Cū potestas conferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita antiquissimis etiā temporibus illa vsa fuerit, sacrosancta Synodus Indulgentiarum vsus Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet & præcipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. His contenti sunt Catholici. Sectarij nec his nec alijs opus habent, sola fide sua migraturi quò digni sunt. In hunc quoquē Iulium Pontificem Sleidanus impura & flagitiosa iactat conuicia: vt aduertamus, ex abundantia cordis os illius talia euomere obscœna & pudenda.

Par-

Parceret saltē lectoris pudori, si nollet parcere Pōtifici: Verūm impunē ab istis quiduis iactatur in Pontificem.

Iulij mēsis die 26. Cæsar Comitia auspiciatur Augustæ. Et hæc quoquē Sleidano armata dicuntur, q̄ Cæsar vrgeret quædam, quæ id genus homines nollēt. Mauritius, qui antea Cæsari se submiseret, ad hunc Conuentum mittit legatos, per quos ostendit se non aliter probaturum Concilium Tridentinum, nisi etiā Augustanæ Confessionis theologi habeant definiendi potestati, & Pōtiffex non obtineat locum præsidis in Concilio. Hæc absurda è suis absurdis habuit Theologis. Scilicet rei, immò iā olim damnati non vnus, sed multarum hæresum, in Concilio sententiam ferēt. Quis vnq̄ audiuit eiusmodi absurditates? Videt Mauritius iam tū coxisse bellum in Cæsarem, de quo post audiemus.

Extremo Augusto mense Granuellanus, qui iā totos viginti annos apud Cæsare summū obtinuerat dignitatis locū, migrat à corpore. Eius functionē Antonius filius, tum quidē Atrebatensis Episcopus, postea verò Mechliniēsis Archiepiscopus & Cardinal. multæ vir literature obrinet. Erat is quoquē in magna apud Cæsarem familiaritate.

Per hoc tēpus Aphrodisiū Aphricæ munitissimū oppidū Sicilię prorex Gōzaga magna vi expugnat. Habebat in ea vrbe nidū suū insignis archipirata Dragutus, q̄ maria suis excursionibus adeo habebat infesta, vt nulla ratiōe diutiùs tolerari posset. Capta sunt in ea vrbe à Cæsarianis, & in seruitutē abducta ad octo circiter barbarorū millia. ea res vehementer offendit Solimani animū, nouisq̄ bellis materiā p̄buit. Cōiunxerat se enim illi non ita pridem Dragutus.

Hoc quoquē tēpore Magdeburgenses magnis afficiunt damnis à Georgio Duce Magnopolensi, & in acie nō sinē multorū hoīm cæde vincunt: capti sunt plurimi, & tormenta, currus, & instrumenta militaria oīa in Ducis Georgij potestati veniūt. ea ex Magdeburgicis parata victoria, multi ad bellū illis faciendū sese accingunt. In ijs fuere Mauritius & Elector Brādeburgicus cū Alberto patruēle, iteq̄ Henricus Brūsiuicensis, coep̄taq̄ est vrbs obsideri Octobris quarta

die. Imperij quoquē ordines in id bellū auxilia pollicent, & Mauritius rerum summæ p̄ficitur. Decernunt autē in bellum aureorū millia sexaginta mēstrua, & pro sumptibus factis centum millia.

Sub Idus Nouēbris Iulius Pontiffex Conciliū indicit Tridenti cōtinuandū, iubetq̄, vt adsint oēs ad Maij Calendas, ad quos ptinet interesse. Interim Mauritius fortiter rē gerit cōtra Magdeburgicos, multa illis clade illata, & noua vrbe (est enim vrbs ipsa tripartita) multis cæsis ciuibus occupata. Porro rursus cū Brandeburgico instat apud Cæsarem de dimittendo Lātgrauio, Cæsar respōdet, nō ipsum modò, sed & filios eius & cōsiliarios ita se gerere, vt nondum possit in libertatē restitui. Instabat verò Cæsar, vt edictū religionis oēs executioni mādarent, & videbatur oīa posse in tanta Cæsaris fortuna paulatim in Germania ad pristinū statū reduci, nisi satan impediuisset bello Gallico, de quo post dicem.

Lantgravius captiuitatis valdē p̄æsus, cōsilia fugæ cū suis ex Hassia euocatis inuit. erat ingentis res periculi, Hispanis attentē vigilantibus. At tū repti sunt duo, qui suā ei operā addicerēt. Hi toto itinere ab Hassiæ finibus Mechliniā vsq̄, celeres disponunt equos, & iam parum aberat, quin res prosperos haberet successus: sed ad Hispani p̄fecti notitiā perfertur, & in ipso propē fugæ momento duo ex Lantgrauianis confodiunt, nōnulli compræhensi capite plectuntur, & Lantgravius arctiori custodię mandat. Cæsar hos conatus indignissimē tulit.

In Augustanis Comitijs multum fertur Carolus Cæsar egisse cum Ferdinando fratre de Philippo filio ad Imperij successionem admittendo. Sed nihil ea in re effici potuit. Non dubiū quin Cæsar, qui sciret Philippi amplissimas ditiones & vires, Reipublicæ Christianæ illo promouendo cōsulere voluerit, quādoquidem & Turcæ vicini, & alij Imperij hostes non nisi summa potētia arceri possint. Cur autem Ferdinandus ea in re, vt aiunt, Cæsari non acquieuerit, me latet, nec est nostrum Principum consilia scrutari.

ANNO 1551. in Prussia Andreas Osiander nouū de Iustificatione dogma è suo cerebro fabricat, videlicet, hominē

Christianū eadē prorsus iustitia, q̄ deus essentialit̄ iustus est, iustū esse oportere: hanc verò iustitiā homini inferi &c. Contra hūc, licet alioquē strenuus esset Luteri propugnator, multi Euangelici p̄cones aliquot Principū & ciuitatū Luteranarū acriter scripserūt, sed itā, vt & illi Osiandro, & illis rursus Osiander multas execrādas hārefes impingat. In primis aut̄ Vuittembergenses, & in his Melanchthonē perstringit. Sic illi fratres Euāgelici nō contenti turbare Ecclesiā dei, etiā mutuo se egregiē lacessere & pturbare nō desinūt. Et quāuis tā multos haberet Osiander cōtradictores Euangelicos, tū in suā sententiā p̄trahere potuit Albertū Prussīa Principē, qui ei⁹ aduersarios, & in his Ioachimū Merlinū insignē Euangelicū, è suis finibus exegit. Quis nō videat, apud istos infavos rerū nouatores Euāgelij sui doctrinā totiēs in nouas mutari formas, easq; tam diuersas, atque inter se mirē discrepantes? Sed dolendum maximē est, dum isti itā in rebus grauissimis ludunt, miserā plebi tam miserabilit̄ illudi.

Die 27. Februarij perijt in Anglia Martinus Bucerus, monachus Apostata, & qui cōtra oīm seculorū & Christianarū gentiū morē, cum esset sacerdos, ad tertias vsq; nuptias p̄gressus est. Facebant importuni hoīes, qui talē virū pacis & pietatis studiosum p̄dicare non dubitāt. Si qua in eius toto pectore hāsisset scintilla veræ pietatis, nunq̄ ausus fuisset tāte sibi turpitudinis cōsciū, p̄sertim post publicit̄ Deo nuncupatū p̄petuē cōtinentiæ votū, in cuiusquā boni viri p̄dire conspectū. Sanē inter Euangelicos buccinatores haud temerē inuenias, q̄ vafricie & calliditate Bucera superet. Multa arte conatus est p̄clarā Coloniensem dicecesin in suos errores p̄trahere, & iā aliquousquē p̄gressus erat, sed deus p̄potens illius conat⁹ citō dissipauit. De eius horrēda morte multa tum dicta fuēre, sed quia non satis constant, nolim ea huc adscribere.

Hoc anno obiit Robertus **Waucop** Scotus Lutetiæ Parisiorū. Is à puero cecus, vsq; eò Parisijs in literis processit, vt Theologiæ Doctor creatus sit. Indē Romæ fit sacerdos, ac paulò post Archiepiscopus Armachan⁹ in hybernia, & post

ea sub Julio 3. Legatus à latere. Interfuit quoquē Synodo Tridentinē. De Didymo Alexandrino constat, à parua ætate captum oculis, ad summā euasisse eruditionē, atq; adeo etiā geometriā, q̄ vel maximē visu indiget, ad p̄fectū didicisse.

Galliæ rex Henricus in suam fidē & clientelam recipit Octauū Farnesū, & Parmæ imponit Gallicū p̄sidium inuito Pontifice & Cæsare. Ea res inuitū p̄buit calamitosissimo & diuturno bello Gallico, quo toti⁹ Germaniæ, immò & Europæ in pristinū statū restitutio prorsus impedita est. Pontifex Cæsaris, tanq̄ defensoris Ecclesiæ, opem implorauit cōtra Farnesum, nec eam Cæsar Pontifici negare potuit, quod Parma tum esset ditionis Pontificiæ.

Sub Maij finem Philippus Cæsaris filius Augusta discedit in Italiam, indē in Hispaniam.

Augusti die 26. Ecclesiæ Augustanæ ministri Euāgelici, Cæsaris voluntate intra diem tertiu ex vrbe decedere iubent, nec vsquā oīmō concionari intra Cæsaris ditiones. Intra Augustā vetat Cæsar Luteri dogmata doceri. Eodē modo actū est cum Memmingensibus & alijs Sueuiæ cōcionatoribus. Erat in ijs quidā, cuius Dalila iā proxima esset partui. Is petit sibi copiā fieri vxoris, vt ipse vocabat, inuisendē. Tū Atrebatēsis Episcopus cū primis eruditus ad suos cōuersus, vxorē iste vocat, ait, q̄ scortū est. Et reuerā nō nisi scorta, immò scortis peiores sunt, q̄ vel sacerdotibus, vel monachis iungunt. Horū aut̄ profligatio magnū oībus vbiq̄ terrorē incussit, qui haud dubiō idem sibi quoquē formidarēt: potuissetq; hac ratiōe facilē popul⁹ miserē seductus in viā reduci, expulsis prauis & seditiosis doctoribus, cum eccē in tanta publicæ pacis & trāquillitatis expectatione, Galliæ rex Cæsari bellum mouet. Mauritius deindē cum Gallo scodus ferit, eam gratiam pro maximis beneficijs Cæsari rependens: Cæsaremq; vehementer & Gallus & Mauritius affligerunt, tam inopinato nec vsquam indicto bello. immò cum Cæsari Mauritius omnē interim obsequentiam polliceretur, & Gallus videretur nullas belli iustas causas habere. Quicūq; aut̄ huius in Cæsare inexpectati belli authores fuēre, nō diū postea

postea superuixere, & plerique oēs in ipso ætatis flore dura morte periire. In Gallia Christianissimo rege mirū fuit, quod se eo quoque nomine scriberet bellū Cæsari facere, ut Saxonē & Lantgrauium, qui erant præcipui Luteranæ doctrinæ patroni, in libertatem assereret, cum tamē ipse in sua ditione Euangelicos homines seuerissimè persequeretur.

Hoc tempore Turcica classis, Melitæ arce frustra tentata, Tripolim Africæ urbē expugnat, & Gallus naues aliquot Belgicas capit & diripit. Per Pedemontium quoque aliquot vrbes occupat. Dolebat regi, quod Cæsar Pontifici ferret opem contra Octauium, quæ, ut diximus, ipse in suam fidem accepisset. Cæsar eius facti publico scripto rationem reddidit.

Ad Calendas Septēbris Tridenti Concilium rursus cōtinuari cœptū. Aderāt magna oīm gratulatiōe tres Germaniæ Archiepiscopi Electores, Moguntinus, Colonienfis, qui paulò post aduenit, & Treuericus: & præter hoc etiā aliquot Germaniæ antistites. Rex Galliæ eō misit Legatū, excusauitque se corā Patribus Concilij, cur ipse hac vice suæ ditionis episcopus nō esset passus ire ad Synodū. Erat tū propter Parmense bellū nōnulla offensio inter Pontificē & Regē. Testabat nihilominus per Legatū Rex, se erga Religionē & Romanā Ecclesiā aīo futurū sincero & integro. Et certè Catholicā religionē in suo regno egregiè tutatus est, & si illi longior cōtigisset vita, nunquā eas hæretici in eius regno turbas excitassent, quibus post ei⁹ obitū Gallia miserabiliter quassata est. Atque hoc ipso tempore, quod propter Parmense bellum alieno in Pontificem visus est animo, edictum longè grauissimum contra Luteranos in suo regno proposuit, p̄mia etiā magna delatoribus pollicēs.

Nouēbri mense Magdeburgenses, longā iam obsidione pressi, in gratiā his cōditionibus recipiunt: Supplices à Cæsare veniam petāt, In Austriacā & Burgundicā familiā nihil faciāt, Cameræ se submittant, Augustano decreto postremo pareāt, aureorū quinquaginta millia persoluant in usum fisci pro belli sumptu, tormēta maiora duodecim Cæsari tradant, & quædam alia duræ satis. Sleidanus

hanc eorū laudat constantiā, quod illi Cæsari & toti Imperio tā pertinaciter restitissent, qua re dicit eos summā noīs gloriam apud exteras nationes adeptos. Verū nemo sanæ mentis dixerit eos laudē vel gloriā mereri, qui ob pertinaciam & rebellionē proscripti à Cæsare, suo exemplo alios quoque ad rebellandū inuitēt. Porro Mauritius Magdeburgum in Cæsaris, Imperij & suam fidem adigit, & relicto in vrbe præsidio abscedit.

Sub Decembris initium Mauritius, Elector Brādeburgicus, & multi alij principes partim per literas, partim per legatos apud Cæsare pro Lantgrauio rursus intercedūt. Cæsar, qui de Mauritij cum rege Gallorū fœdere & bellicis consilijs nihil sciret, (adeo testē & dissimulanter à Mauritio gerebant oīa) respondet se expectare in dies Mauritiū, cum illo se ea de re ita coram acturū, ut intelligant Principes ipsorū intercessionem apud se pondus habuisse. Paulò post Lantgrauij filius Guilelmus venit ad Mauritiū, ait Cæsaris hoc dubiū esse responsum. Patrem suū tabescere squalore carceris, (licet nō sit verisimile, Cæsare tam duriter egisse cum Lantgrauio) hortat ut patri opem ferat. Itā Mauritius, qui sua consilia mirificè cælārat, hoc Cæsaris non incōmodo accepto responso, statim ad bellū gerendū animū adijcit, tempusque anni idoneū expectat. Habebat iam exercitū quo Magdeburgū obsederat, cui adiunxit eos milites, qui urbem defenderant. Hi per Turingiam hyemabant, & multa præsertim Ecclesiasticis atque in ijs Moguntino Episcopo damna dabāt. Ea res permonit tres Electores Episcopos, ut domum cogitarent.

ANNO 1552. Germanicū in Cæsarem bellum suscipitur, Gallia rege cum Mauritio & alijs quibusdā sese coniungente, & defensorē Germanicæ libertatis palam scribēte. Cæsar necdum quicquā cōperti habuit de Mauritij machinationibus, quippe qui omne studiū Cæsari p̄ literas & legatos polliceret, & etiā legatos duos ad cōciliū mitteret, Cæsari quoque psuaderet milites ob nō soluta stipendia tumultuari, cum tū eius sacramento tenerent. Hæc quædam in illo Principe, quæ Cæsar amplissimis auxili-

set honorib⁹ & beneficijs, minimè probant. Nam ad Lantgrauij liberationem nihil opus erat tã pernicioso bello, quo Germaniã pleriq; Prìcipes dirissimè afflicti, ciuitates magna damna perpeffa sunt, Norberga inprimis, cui Albertus Brandeburgicus Mauritijsocius tatum damni dedit, quantũ credi vix queat: & quo deniquè latius serpente, ipse Mauritius florente ætate extinctus est. Si accessisset Cæsare, vt & se facturũ dixerat, & Cæsar per literas petebat, haud dubiè illius animũ flexisset, & Lantgrauiũ lógè faciliori via liberãflet. Sed non vna Lantgrauij captiuitas, verũ multò magis, vt est verisimile, importuna Luternorum dogmatistarum instantia eum ad hoc bellum Cæsari præter omnem expectationem faciendum induxit.

Cũ Tridentũ crebris nũcijs de bello allatũ esset, paulatim Cõcilij Patres domũ abeũt: neq; em̃ tutũ erat, cum armato milite de religione disceptare. Itã tot Cæsaris conatus, tot sumptus & labores eo importuno bello periẽrũt. Iam Mauritius cũ exercitu p̃greditur: prius tñ ad Ordines Imperij scribit, facti sui rationẽ reddit: Cæsare, non tñ nominatim, acerbè perstrìgit, & moderatissimo Principi multa impingit, q̃ in illũ minimè quadrãt. Appãret, illas literas non à Mauritio, sed ab aliquo impuro apostata vel Melãchthone cõscriptas, p̃sertim quòd ad primã earum partẽ attinet. In altera agit de Lantgrauio, vbi rursũs imputat Cæsari, licet obliquè, studiũ arripienda Monarchiẽ. Sed dum sic scribit, videtur Optimo principi propemodũ nimia impropere clementiã, qua nisi ille in Germanos vti voluisset, nõ valdè difficile fortassis ei fuisset tale iugũ imponere Germanorũ ceruicib⁹, quod nõ facile excutere potuissent. Sed & hoc ex alicuius virulenti apostate monachi officina p̃fectũ videt. Scilicet Carolus Cæsar apud ingratos & in tot sectas dissectos Germanos monarchiã affectauit. Habuit ille lógè potētissimus Princeps, hodieq; habet Hispaniarũ serenissimus rex Philippus filius eius tantã, tãq; amplã & p̃potentẽ in nouo Orbe Monarchiã, vt tãta Europa vix digna sit, q̃ illorũ in eo Orbe ditionibus cõparetur. De-

indè laudat Galliã regẽ, & cum eo se p̃cussisse fœdus scribit, aitq; Cæsari decretum esse, Galliã regem oĩbus fortunis euertere. Hoc quidẽ Cæsarem voluisse, nusq; appãret, nec hoc quisquam faciliè credet, qui Cæsaris res gestas inspexerit. Sed vt dixi, talia Mauritius nõ suo, sed alieno calamo scripsit.

Edidit etiã scriptũ quoddã Albertus Brãdeburgic⁹, socius Mauritijs, quẽ Cæsar captiuũ in libertatẽ restituerat. Is inter cætera in hoc scripto ait, Cæsare induxisse militẽ externũ in Germaniã, qui & plurimũ det dani per agros, & cõplures ad inopiã redigat, & omne genus insolentiã exerceat. Hoc aut̃ vtrum veriũs in externos milites, q̃ in eũ ipsum Albertũ principem cõpetat, qui tot modis vexauit Germaniã, testes esse possunt multæ amplæ Germaniã p̃uinciã. Valdè etiã perstringit Cõmentariũ Ludouici ab Auila clarissimi viri Hispani de Cæsaris bello Germanico, ipsumq; Ludouicũ vocat hoĩem impurũ & mendacem, quod quidẽ in eum virũ nõ cõpetit, quẽ Cæsar admodũ habuit multis annis familiarẽ. Et ipse quidẽ Ludouicus etsi vno loco nõ nihil insinulat Albertum negligentia, idq; eo tẽpore quo captus fuit, tamen alibi valdè honorificam eius mentionem facit, & dicit Cæsarem vel maximè lætatum fuisse, cùm eum sibi videret ex captiuitate restitutum, magnisq; eum affecisse beneficijs.

Galliã quoque rex, cur hoc bellũ suscepit, publicis literis declarat. Is nõ fatim perstringit Cæsarem nõ semel. Iam oēs isti erãt ad bellum instructissimi, & ingentes post se militũ turbas trahebãt, cùm interim Cæsar oĩa ferè tuta putaret. Itã verò necopinatò à tã multis non vno loco hostilitèr appeti, & iam propè in ipsas hostiũ manus incidere, tã est humana infirmitati molestũ, vt nõ pauci etiã ex lógè minoribus casibus legant subito vel apoplexia, vel alio morbo extincti: & est verisimile, Carolo Cæsari hanc inopinatam persecutionem non paucos vitæ annos detraxisse: quanquã nec illi diũ superuixerunt, qui in eum tam hostilitèr incurrerũt. Scriptũ istud Galliã regis typis fuit excusum lingua populari, & in fronte p̃ferebat pileũ in-

ter duos pugiones. Subtùs erat titulus regis, qui se libertatis Germaniæ & principû captiuorû vindicê appellabat. Sunt qui dicant hoc symbolû repertû in antiquis numismatis, & ab illis, qui Iuliû Cæsare occiderunt, vsurpatû. Historici interdum scribunt, seruos ad pileû vocatos, hoc est, ad libertatê, cuius insigne est pileus. Iâ antè dixi, multos fuisse admiratos, q̄ ille rex, qui diceret Christianissimus, eos p̄icipes ex Cæsaris Catholici manibus vi extorquere voluit, qui essent Luteranorû p̄cipui patroni, cum tamè ipse in suo regno hoc ipso ferè tēpore decretum seuerissimum in Luteranos promulgasset.

Mauritius cum socijs p̄greditur, multas Germaniæ vires occupât, abrogant magistratus à Cæsare institutos, ipsi novos creant: nec hoc cōtenti, etiã pecuniã & tormenta exigût: & hoc erat Germaniæ restituere libertatê, cum ipsi non essent illarû ciuitatû dñi, immò bellû facerent suo Principi. Augustam quoquè paruo p̄sidio munitã deditioe capiût. Interim Galliæ rex cū maximis copijs Tullû, Virdunum, Metim Imperio subtrahit, Lotharingiã occupat, ducè puerû nouè annorû in Gallias mittit. Metensibus durû est iugû impositû, nec præter meritû, vt qdã putât, q̄ Luteri dogmata non admodum respuere viderentur. Itã rex Galliæ breuè tēpore ab Imperio tres abstraxit Episcopatû, adiut̄ Germanorû auxilijs. Visus est etiã Galliæ rex tētare Argentinã munitissimû Germaniæ oppidû, sed id frustra fuit. Mauritius Augustæ mutauit Senatû, à prudentissimo Cæsare constitutum, & veterè vnã cum tribubus restituit. Indè sex diebus Vlmã oppugnât, sed oleû atq; operã perdunt: quanq̄ Albertus Brãdeburgicus Vlmensium vicos & oppida vastauit incendijs, pecuniã extorsit, eodem instituto vtens apud Vlmensium vicinos.

Conuenitur interea Lincij, quod est Ferdinandi regis oppidû, atq; ibi cū Ferdinãdo Mauritī de pace tractat, nec Cæsar se valdè difficilè p̄bet, certis tamè cōditionibus, quas cum Mauritius sinè sociorû consensu se diceret per oïa accipere nō posse, itã discedit, indicto rursus Conuentu Passauij. Cæsar iam militem

cōscribebat. Episcopus Augustanus nō mediocri ab Mauritij socijs dāno afficit. Cameræ Iudices Spira excedût nō sinè causa: magna est in Germania, pro cuius libertate isti se dicebāt arma cepisse, rerum cōfusio & pturbatio, multis etiã Protestantibus ad summã inopiã redactis. Vndecimo die Maij veniût literæ ad regē Galliæ à Mauritio de pace cū Cæsare cōponenda. Ijs acceptis literis, Rex, qui nihil minùs sperasse putatur, biduo pòst redit i Lotharingiã. Et hæc fuit merces, q̄ Mauritiû Cæsari bellum mouentē tā magnis impendijs adiuuerat. Mauritius qdem paulò pòst redit cum Cæsare in gratiã, & militem suû in Hungariã cōtra Turcas ducit, rege Gallorû posthabito. Sed dū Galliæ rex in Germania versatur, Cæsariani duce Martino Rossemio Gallias inuadunt, & Campaniæ Gallicæ fines longè lateq; vastant incendijs. Mouit hoc quoquè regem, vt suos potiùs limites tueretur, quàm in Germania hæreret.

Mauritius Lincio digressus, victoriã obtinet apud Alpes, capta arce Erebergo, vbi non longè absuit à supremo vite discrimine, nisi celerrimè ex militû stipendiû p̄scentiû manibus elapsus esset. Vbi Cæsar cognouit de capto Erebergo, mox Oeniponte discedit festinabundus, & cum eo Ferdinandus rex. Paulò antè Saxoni captiuo libertatê restituerat, sed is à Cæsare discedere noluit, abeuntēq; secutus est Villacû vsq;, quod est in Carnis oppidû. Vix Cæsar abiêrat, cum Mauritius adest cū suis, ingressusq; Oenipontem, res oës Cæsaris, Hispanorû & Cardinalis Augustani diripit, rebus Ferdinãdi & ciuiû nihil læsis. Augustæ paulò pòst scriptû edût, quo à Cæsare fugatos cōcionatores Luteranos reuocat, & eos iureiurãdo, quo Cæsari se obstrinxerāt, absoluunt nescio qua auctoritate. Itã pmissum est, immò & mādātû illis p̄claris noui Euãgelij p̄conib̄ redire ad Luteri cōfirmãdã & amplificãdã doctrinã: & hoc quæ erat libertatê Germaniæ restituere. ô miserã libertatê.

Per hoc ferè tempus Albertus Brandeburgicus Vuolphãgo Teutonici Ordinis Magistro direptionibus & incendijs plurimû dat damni, atq; insuper pecu-

pecuniam extorquet. Indè verò in Noribergensium agrum sese confert & tam immanitè eorum omnia vastat & populatur, vt vicos centum, castella & ciuium villas septuaginta, & cum his templa postq̃ ea spoliasset, atq; ter mille iugera syluę ad eos pertinentis cõbuserit. Bambergensis episcopus durissimis conditionibus pacem ab eo redimit. Vuirburgicus aureorũ millia ducenta numerare cogitur, & prætereà in se eius debita recipere, quæ erant circitè trecenta quinquaginta aureorũ millia. Sueuicæ ciuitates numero ad viginti sex, & in ijs Augusta, per legatos hortabatur Noribergenses ad pacem cum Alberto faciendam, sed illi præter alia, quæ eos ab hac pace absterrent, à Cæsaris & Ferdinãdi fide discedere noluerunt. Tum verò Albertus lógè etiã maiori impetu Noribergã oppugnat, & tãdèm his conditionibus cum eo pacem facere compulsi sunt: Aureorum ducenta millia dependant, licèt iam antè Mauritio & socijs eius centum millia dedissent: tormenta magna sex instructa rebus omnibus tradant, principes confederatos fauore psequantur &c. Et hæc ipsa ciuitas Augustanæ erat Confessionis. Hoc successu fretus Albertus, Vlmensibus quoquè dira minatur, sed illi respondent negatiuè ad ea quæ postularet.

Galliæ rex Luxemburgensem ditionem inuadit, populationibus & incendijs grassatur, Danuillerium oppidulũ deditur, & postea Iuodium valdè munitum, in quo erat Ernestus Mansfeldius Comes, qui cum multis alijs in Regis potestatem venit. Porrò Mauritius ad constitutam diem Passauium aduolat, vbi & principes aliquot coràm aderant, & absentium multorũ legati. Aderat & Galliæ regis legatus. Mauritius tria vrgebatur, Lantgrauij liberationem, & vt cognosceretur in illo ipso Passauiensi conuentu de illis rebus, quæ essent contra Germaniæ libertatem, deniquè vt religiõis causa nemini fiat molestia, donec lis omnis cõposita sit. Albertus Brãdeburgicus egregiè pergit Moguntinũ, Treuirensẽ, & alios per Germaniam multis illatis damnis affligere. Volebat ab Argentinensibus milites suos quo-

uis tempore intra Vrbem recipi, & præsidium quoquè admitti, & quedã alia: sed nihil impetrauit. Nõ tulissent impunè, nisi eo ipso temporis puncto, quo hæc ferè exigebat, rumor allat' esset de Mauritio ad pacem spectante. Iam Vuormatiam & Spiram occuparat. Relicto autè Spiræ præsidio, cū copijs Francophordiã repetit, & indignè ferens pacẽ cum Mauritio cõfectam, noluit subscribere, sed pergit oppugnare Francophordiã. Reuerà dici nõ potest, quàm multos per Imperij ditioes ille Albertus mirabilitè flagellarit, Mauritius pace facta cum Cæsare, exercitũs sui partem ducit in Hungariã cõtra Turcas. Pacẽ illam rex Galliæ fertur non æquo tulisse animo.

Iam Cæsar ingenti coacto exercitu Oenipontem redibat. Indè 20. die Augusti Augustam venit, Senatũ à Principibus insitutũ remouet, & priorẽ, quẽ ipse crearat, restituit. Per hoc verò tẽpus in Italia Senenses Gallorum ope Hispanos milites è sua vrbe eiiciunt. Lantgrauius è custodia dimissus, vbi ad Traiectum superius venit, rursus ob Rifebergi copias cum Alberto recens coniunctas, Hispanis custodiẽdus traditur, donec Cæsar consuleretur. Albertus Brãdeburgicus primò Moguntia, mox Treuirim occupat. Episcopus Treuirensis erat in arce munitissima apud Confluentiam, quò etiã se contulit Coniunctis Episcopus. Facile ex ea arce prohiberi poterat, si Albertus (vt ferebatur) militem nauibus per Rhenum deuehere voluisset. In hoc Principum Confœderatorum bello Vlmenses, in Cæsaris fide constantissimè permanserunt, licèt sex dierum obsidione premerentur, & Albertus dira eis comminaretur.

Cæsar Septembri mense venit cum omnibus copijs Argentinam, sed nõ nisi cū paucis urbem ingreditur, quod Galliæ rex impetrare nõ poterat: sumptoq; illic prandio, rursus egreditur. Tandèm iam appetente hyeme importuno tempore cœpit oppugnare Metim, 22. Octobris die. Urbem illam Galli mirũ in modum cõmuniãrant. Albertus Brãdeburgicus hoc tempore, cū nõ posset cum Galliæ rege de stipendio cõuenire, quorũdam precibus cū Cæsare redit in gratiam.

tiam. habebat apud se 30. signa peditum, nec paucos equites. Aumalius Guisij Principis frater, cognita eius à rege defectione, cum iam ei legionē vnā peditum, cui Rifebergus p̄erat, Galli detra-xissent, in eum magno impetu irruit: sed Albertus, licet longè pauciores haberet equites, magna vi Gallos in fugam con-ijcit, multos etiā nobiles cedit, Aumalium ipsum capit, & in Germaniā mittit custodiendum: moxq; ad Metim se cum Cæsaris exercitu coniungit. Fuit hoc Nouēbris quarta die. Cæsar 20. die No- uēbris venit in castra. Tum verò tāta vi vrbs oppugnata est, vt tormentorū hor- renda tonitrua vltra vigintiduo Germa- nica milliaria sint audita: sed q̄ s̄ua es- set hyems & tempus omninò importu- num, obsidio soluta est sub Decēbris finem. Ex exercitu multi frigore & con- tagione periērunt.

Ab alia parte Cæsaris Belgicæ copix vastant Galliā, & Hesdinū expugnant. Interim ex Hūgaria Mauritius domum redit. Porrò Henricum Brunsvicensē hoc ferè tempore non mediocritè affli- xit Volratus comes Māsfeldius, qui Al- berti militabat auspicijs, cum is Galli- carum esset partium.

Magna omninò & incredibilia hoc anno dāna tulit Germania, idq; ab ipsis Germanis, qui se Germanicæ libertatis vindices profiterētur, præterq̄ quòd eti- à tres Germaniæ Episcopatus Gallus sibi vendicauit. Videbantur iā Euange- lici præcones restituti, cum ecce Ioachi- mus Vuestphalus, Ecclesiæ Hamburgē- sis pastor, classicum canit, nec finit pace gaudere Zuingliani Euangelij fratres. Libellū em̄ emisit hac inscriptione, *Far- rago confusanearū & inter se dissidentū opi- nionum de cæna Dñi, ex Sacramentariorū li- bris congesta.* Hoc telo p̄ter spem Tiguri- ni & reliqui eius generis symmystæ, in- primis Calvin⁹ percutitur. Vult Ioachi- mus hoc libello ostēdere, Zuinglianos in varias & pugnātes inter se opiniones scissos esse, q̄ sit propria nota seductorū. Certè ipse quoquē Luterus octo Zuin- glianorū sectas in breui sua Cōfessione enumerat. hortatur quoquē Ioachimus doctiores, vt nocētissimū Zuinglianorū errorē opprimāt: Deniquē dicit esse di-

gnas Zuinglianorū blasphemias, q̄ po- tiùs sceptro magistratūs, q̄ stylo refutē- tur. Paulò antè Calvinus Tiguri ostē- derat, idē se cum Tigurinīs de cœna sen- tire: sed hoc Ioachimus per simulatiōem factum dicit. Nemo quidem contra hoc Vuestphali scriptum quicquam hoc an- no edidisse visus est, sed non semper im- punè feret: quòd ausus est tanta contu- melia afficere Caluinum cum suis.

Hoc anno Giapā insula, in extremæ Asiæ finibus à Lusitanis, quorū est lōgè lateq; prolatū imperiū, etiā in remo- tissimis ab orbe nostro regiōibus, de am- plectenda Christi religiōe sedulò pertē- tat. Est ea gēs in paralelo Germaniæ & Galliæ ad antipodes sita. disciplinarūq; oīm gnara. Itaq; difficiles se p̄bent, nec volūt Lusitanis morē gerere, nisi id pri- ùs faciāt Sinarū populi. Sinarū rex per- petuū gerit bellū cum Cathainis Tarta- ris, quorū est amplissimū imperium, fer- turq; Sinarū rex aliquot milliariū mu- rū cōtra Tartaros exēdificasse, vbi per- pertim in armis habeat centū millia ho- minū, nè qua à Tartaris fiat irruptio. Gi- apā insula vergit ad Septentriones, & vt Hispani numerāt, à Sinarū regiōe versùs Aquilonē distat leucis sexcētis: & cor- porū qdē colore, linguæ accētū, vestimē- tis & cultu corporis germanis perquā similes sunt. Habet insula in longū leu- cas sexcentas, alicubi in latū trecentas.

ANNO 1553. mēse Ianuario Galli apud Metenses inquirūt libros Lutericos per- ciuium domos, inuentos tradunt carni- fici publicè exurēdos. Mirum profectò est, cum Germani Principes, qui Gallū cōtra Cēsare sibi adiunxerūt, id eo par- tim nomine se fecisse testati sint, nè Au- gustana Cōfessio, hoc est, Luteri doctri- na opprimeretur, tamen cū eo rege per- cutere fœdus voluisse, quē scirēt Lute- rano dogmati esse infestissimū: nec mi- nùs mirū est, regē Henricū Gallū eorū voluisse principū amplecti fœdus et ami- citiā contra Cēsare, quos & ipse odisset religiōis nomine, & quos nō dubitaret à se quoquē animis esse alienos causa re- ligionis. Venit etiā Metim Robertus Metēsis episcopus, Galliæ regi valdè ad- dictus, & nouū constituit Senatū.

Albertus Brandenburgicus rursùs cō-

QQQ scribit

scribit militem. Fœdus contra eum vel potius suū defendēdi causa aliquot principes ineūt, Mauritius cū Henrico Brūuicensi fœdus percutit, & Episcopis Vuirceburgensi & Bâbergenfi atq; Noribergicis suā pollicetur opem. Albertus coactis copijs in Episcoporū & Noribergensium fines sequit incendijs & direptionibus, Bambergam & Suinfurtum Imperij urbem capit & præsidio munit, quædam Noribergensium castella & oppida occupat.

Cæsar oppidū Morinorū munitissimū Terouennā Gallis vi eripit, diripit, incēdit, euertit. Captus in eo fuit Conestablij filius. Turca hoc tēpore aut circitèr mare Ioniiū & Tyrrenū infestū habet. Sunt qui scribāt Gallos se eis cōiunxisse. Ego nihil hui⁹ affirmare velim. Nimiū em turpe est, Christianos contra Christianos cum Turcis Christi atrocissimis hostibus se cōiungere. Dum Albertus in Fræconia grassatur, Mauritius & socij exercitum eō mittunt. Albertus magna exacta pecuniæ vi, multis abductis captiuis obsidibus è Noribergica ditione, in Saxoniam celerrimè aduolat, multos Erphordensis agri vicos diripit. Mauritius eius repētino aduentu commotus, oēs suos ad arma vocat. Albertus eius finibus nihil nocet, Halberstatensi Clero magnam pecuniæ vim imperat, Henrici Brunsvicensis agrum incendijs vastat. Ferdinādus rex & Mauritius bellum ei denunciant. Noribergenses eius ditionē inuadūt, editoq; libro inter alia hoc ei obijciūt ceu singulare quoddam inauditæ crudelitatis exemplum, quod cūm Altorfum atq; Laufum ditiōis Noribergicæ oppida occupāset, & oppidanos & ruricolos, & pecudes incluserit eo animo, vt omnes exureret: eo incendio pueros, mulieres aliquot grauidas, & non paucos ægrotos conflagrāse.

Iulij sexto die in Anglia obiit Eduardus rex, circitèr annorū sedecim adolescens, magno quidem dolore Euangelicorum fratrum, qui nihil non illo viuo sibi polliciti essent: nec minori illorum dolore successit ei Maria Catharinæ illius, quam Henricus à se separārat, filia, virgo prudentissima, & Catholicæ religionis amantissima,

Nona die Iulij cōmittitur in Saxonia prælium acerrimum à Mauritio & Alberto, atq; vtriusq; copijs. Mauritius cum suis victoria potitur, sed ipse lætali accepto vulnere, paulò post moritur, Albertus incolumis effugit. Periērunt in eo bello duo Henrici Brunsvicensis filij, & permulti comites, præter alios. Multa eo die millia periērūt, illis inter se infestissimis signis cōcurrentib⁹, qui se Germanicæ libertatis assertores scripserant. Hoc quidem in bello videre erat Mauritium, Lātgrauium, Brunsvicensem Henricū & Episcopos Vuirceburgicum ac Bambergensem in iisdem versari castris. Porrò Alberto studere Ericum Brunsvigium, Mauritijs sororium. Fectur Mauritius durissima obijisse morte, & se mirum in modum velut in spiras contraxisse. Sed nihil huius affirmare velim. Sunt qui scribant eum noua cum Gallorege consilia tum agitāse. Vt cunquē fit, Cæsarem illa inopinata ad Galliæ regem defectione & bello præter spem illato ad eō affixit, vt eius valetudinem aliqui non bonam, non mediocritèr perturbāse videatur, cū ipse in se Cæsaris summam esset expertus beneuolentiam.

Sub hoc tempus sanguinæ guttæ repertæ sunt in folijs arborum, auditicorum importunissimi latratus, & mutæ dilanationes, equorum veluti fremitus & concursationes armorum. Fuerat inter Mauritium & Albertum maxima necessitudo, quæ tādē hunc habuit euentum.

Superiori anno Hesdinum, arcem munitissimam diximus Cæsarianos expugnāse. Eam Galli recuperauerant. At hoc anno, mense Iulio, rursus Gallis eam vi extorquet. Cæsaris exercitus, cæso Horatio Fornesio Galliarum regis genero, multisque captis nobilibus, & in ijs Galliæ Marefchallo Marchiano.

Mauritio successit Augustus frater eius, q̄ regis danorū sororē habet in matrimonio. Per id tēpus maxim⁹ terremot⁹ cōcussit Misniā Augusti oppidū. Saxo, quē Cæsar captiuū duxerat, electoriā dignitatē et possessiōes ablatas ab Augusti opti-

optimatibus, itēq; à Cæsare repetebat, sed Augustus mansit in possessione.

Episcopi Vuirciburgicus et Bambergensis cum Noribergicis, Alberti oppida oppugnant. Lugduni nouem Euangelici fratres iussu regis rapiuntur ad supplicium. Bernates pro ijs apud regem intercedunt, sed frustra.

Eduardus rex Angliæ hoc anno, vt diximus, moritur. Is sibi substituit Iohannam Suffolciam, Henrici regis proneptem ex sorore: porro Mariam & Elizabetham sorores suas exheredat. Assentiunt proceres pleriq;, sed populus & nobilitas omnis fert indignissimè. Erat em̄ Maria legitima Henrici filia, & ipsam Henricus moriens Eduardo voluit succedere. Multum Northumbrius Dux conatus est impedire, nè Maria in regno succederet: at successit tamen, Deo illam benè iuuante, & multis ad eam confluentibus. Porro Iohanna ducitur in custodiã, captusq; Northumbriæ Dux, Londinum adducitur, mira in eũ conuicia iactante populo. Capti sunt etiã eius liberi, & frater, & nonnulli alij proceres, & Eduardi præceptor Iohannes Checus, qui tamen postea dimissus est. Deindè Maria regina Londinum venit in arcem, atq; ex carcere liberat locoq; restituit Stephanum Vuintoniensem & Tonstallum Dunelmensem, doctissimos Episcopos, ducēq; Norfolkicæ, & quosdam alios catholicos. Vuintoniensi addit summæ dignitatis munus, nèpe Cæcellarij. Northumbrius Augusti die 22. capite plectitur: multi Euangelici Episcopi in carcerē conijciuntur. Petrus Martyr insignis Zuinglianus ex regno excedit. Caledis Octobris Maria regno inaugurat.

Henricus Brunsvicensis Albertũ, nouas conscribentem copias, in pugna vincit. Turcica classis Corficã insulam Genuensium capit, aliquot dēptis oppidis. Cæsar Hærdinũ solo æquat, & cum vellet Dorlanum tentare, eius exercitus à Gallis in fugam compellitur, nõ paucis occisis & captis. Galli Cameracum tentant, sed frustra, et cum vsq; ad eò propè Cæsaris ad Valencenas castris se cõiunxissent, vt res ad prælium spectare videretur, plurimis desideratis abeunt 18. Septembris die, in reditu logè lateq; omnia

vastantes incendijs. Lutetiam sequissima vastat pestis, & rex multos Euangelicos comburit. Brunsvicensis Hæricus cū exercitu proficiscitur contra Albertum in Fræconiam, & licet nõ deesset ei occasio quosdã Principes, à quibus læsus fuerat, egregiè diuexandi, tamè commodum & humanum se præbet, & finè maleficio exercitum per eorum fines ducit.

Geneuē Calvinus Seruetũ Hispanũ, valdè impiè de sacrosancta trinitate sentientem, extremo curat supplicio affici. Mirũ hoc erat, non solũ q; Calvinus nihilo esset illo melior, sed etiã q; isti Euãgelici nolũt morte affici hæreticos. Porro, verò Calvinus suum hoc factum vsq; ad eò illustre esse voluit, vt totã historiã scripto euulgato cõprehēderit, & in hæreticos gladio vindicadũ docuerit. Tãta est Euangelicę doctrinę cõstantia.

Alberto Brandeburgico aliquot oppida eripiuntur ab hostibus. Galli Vercellas ex improviso capiũt, factaq; directione, indè recedunt, quòd Gonzaga Cæsaris præfectus superueniret.

Turcica Solimani classis multa dãna infert ditionibus Cæsaris, q; ad mare vergeret Sicilia, Calabrię, Corsicę quoq;, quã, vt dixi, occuparũt, permultis caelis Corsis & Genuensibus. Interim diuina vltio Solimanũ illum domi persequitur. Erat ei filius natu maximus Muscaphas. Hunc suspectum habens de regno ipsius inuadendo, ad se eum accersit Alepiam in Syriam, vbi tum regiam habebat Solimanus. Muscaphas patri statim obtemperans, ad eũ cum magnis properat muneribus. Vbi se de equo demisit, nullas suspicatus insidias, in Solimani tabernaculum ingreditur, iussusq; acinacè deponere, ad Solimanũ eius manum osculaturus propiũs accedit: sed ò crudelem patris animum, anteq; accessisset, à regijs ministris, vt eis imperatum erat, subito compræhẽso funis in collũ iniicitur, & inspectate patre stragulatur. Eadem hora signifer eius, ex nobili Michaëliũ familia Venetijs ortus, capite plectitur. Fertur postea Solimanus eam filij necè multis lachrymis profecutus.

Albertus Brandeburgicus à Cameræ iudicibus p̄scribitur, tanq; publicę quietis & tranquillitatis perturbator. In An-

glia regno catholica religio magna ex parte restituit, Regina Philippo, Carolo Cæsaris filio, despondetur, & Euangelici malè mulctantur. Multos martyres numerat Euangelici in solo regno Angliæ, & quidam Iohanes Foxus martyrū istorū Angliæ historiā conscripsit. Sed abhorū martyrū consortio libera nos Dñe. Ne Luterani quidē istos dixerint martyres, cum Zuinglij potius q̄ Luteri dogma secuti videatur. Ineptus quidam scribit, exules Angliæ priuatim in Germania multos de vera sententia verborū cœnæ priuatim docuisse, ijs verbis non solū catholicos, sed etiā Luteranos pstringens. Et certè hoc eodē anno Ioachimus Vuestphalus Luteranus libellum edidit hoc titulo, Recta fides de cœna domini, quem libellum ideò se scribit dedicasse Ecclesiæ Hamburgensi, vt eam instrueret aduersus Sacramentarios.

Iohanes à Lasko Polonus nobilis, sed sacramentarius, pmissu reginæ Mariæ ex Anglia cū duabus regijs nauibus in Daniā se cōfert cum multis socijs sacramentarijs. Putabat se illic per hyemē latitaturū: sed q̄ aliā à Lutero sententiā de sacramentis adferret, non potuit obtinere hospitium. Luterani em̄ nō ferūt sacramentarios, vt nec sacramentarij Luteranos. Venit ergò ad maritimas Saxonie vrbes, Lutero addictas, sed ibi quoquē Laskus cum suis repellitur. Culpā illā inexpiabilem nō tam in magistratus, q̄ Luteranos cōcionatores Sacramentarij cōferūt. Tandem post longos errores & pericula, in Phrisiæ orientalis oppido Embdano inueniūt nidulū, vbi refocillarētur. In eos acriter inuesti sunt etiā publicis scriptis Saxonici quidā ecclesiastæ, ita vt cōpulsus sit Iohanes Vtenhouius historiā scribere, de instituta ac demum dissipata peregrinorū in Anglia ecclesia, quā tamen etiā ipsi Sacramentarij vellent non euulgatā. Et quis nō rideat, dum ista legit? Prodiit etiā Ioanne Stoltzio auctore, defensio Luteri contra Sacramentarios, in qua narrat Lutero, Sacramentarios œstro percitos, ipsum scribēdo nunc vincere, et qbus possint sannis cōmentarios eius & versionē Bibliorū carpere. Illū, qui à Caluitie nomē habet, (Caluinū intellige) eius sanctissimos cōmentarios

in Genesim singulis ppè folijs explodere, & cachinnis amarulētis excipere &c. scripserat em̄ Caluinus cōmentarios in Genesim à Lutero discrepantes. O miseros, q̄ tales sequūtur duces in rebus grauissimis, ad animarum vel salutem vel exitium sempiternum pertinentibus.

Hoc anno fuit quidā Parisijs, qui se Iohannis Apostoli & Euangelistæ mente pfusum diceret. Porro & Basileæ et Parisijs visus est, qui genio Petri Apostoli se duce frui cōtēderet. Alius quoquē Basileæ asserere nō dubitauit, se moisis angelū habere, pdixitq; regē galliæ ante mēsis Iunij initium Protestantium dogma recepturū. Multos ille quidem initio cōmouit, sed vbi vidit regem Fraciæ cōstantē in auita religiōe permanere, subduxit se, veritus laqueū, furcifer. Non finxissent isti, opinor, talia, nisi vidissent homines incredibili stoliditate quibus libet commentis facilè commodare fidem.

ANNO 1554. Cæsaris amplissimi legati in Anglia matrimoniū Philippi & Mariæ reginæ omninò cōficiunt, inuitis seditiosis quibusdā, qui auctore Viato rebellionē excitāunt. Regina turbā ad arma concitatā mira dexteritate sedat, Viatus capit, & in carcerē ducitur: Dux Suffolci, seditiōis nō minima pars, Londinū captiuus adducit, Northūbrij filius Guilfordus & Iohāna vxor eius, quā Eduard⁹ rex puer sibi substituerat, capite mulctant, paulò post etiā dux Suffolcius capite plectit die 21. Februarij. Eodē die morit Vinariæ Sibylla Cluēsis, Saxonie ducis cōiunx, et vndecimo post eā die dux Iohānes Fridericus marit⁹ eius.

Hoc tēpore religio Catholica in Anglia prorsus restituit, et multi Euangelici indè aufugiunt, sedesq; suas apud Germanos diuersis locis captāt. Elizabetha reginæ soror, q̄ antea cōtē seditiōis cōscia putaret, in custodiā datur. Hęc religiōis mutatio molestissima fuit Euangelicis, q̄ sibi illo in regno certū perfugium collocārant, si quid alibi aduersi accideret.

Albertus Brādeburgicus om̄i ditione sua eiicitur, & Blasseburgū, p̄cipuū eius propugnaculū, obtinet rex Ferdināndus. Intereā Brunsvicēsis Hēricus per inferiorē Saxoniam aliquot principes & vrbes, multos quoq; nobiles & illustres pecuniam

niam poscit. Alteræ eius & Episcoporum ac Noribergensium copiæ, pulso Alberto & expugnato Suinfurto, quosdã alios mulcãt in Germania superiori. Porro Carolus Sabaudie princeps moritur, relicto Philiberto, qui Cæsari militabat. Galliæ rex Cæsaris vexat ditiones, inter alia Bouinum oppidum & Dinantem capit, diripit, arces ibi demolitur, Mariæburgo præsidium imponit. Cæsare illi occurrente, in Hanoniã defleat, Binsum oppidum & arcem, vbi regina Maria res magni precij & cultissimos hortos habuit, fœdissimè diripit, inflammat, & omnia longè ac latè populatur & incendit. Eodem verò tempore Gallicus exercitus in Italia à Cæsarianis profligatur, & Senenses grauissima premuntur obsidione.

Philippus Caroli Cæsaris filius 9. Iulij venit in Angliã: quarto post die Vintoniam, vbi ad summã cum multa nobilitate turba progressus eodem, ab Episcopo Vintoniensi & quibusdam alijs excipitur. Luce altera reginam adit. Porro sequenti die, ipsis ferijs D. Iacobi, regali magnificentia nuptiæ celebrantur. Cæsare eo miserat legatum, qui suo nomine regnum Neapolitanum filio nuptiarum causa concederet. Postea cum multo splendore Lódinum cum regina ingreditur. Sub finè Octobris, Mediolanensis quoque principatus possessionem Cæsare ei tradit per legatos. Ipse interim iuxta Helsingum, superiori anno ab ipso captum & euersum, nouam munitionem & oppidum contra Gallos condit.

Novembris die 12. Lódinum in Anglia publica inchoatur Comitum. Aderat rex Philippus & Regina. Venit etiã eo Cardinalis Polus, vbi què summo honore exceptus. Is in publico conuentu hortatur omnes ad Ecclesiæ Catholicæ amplectendam communionem & vnitatẽ. Ibi sanè regni Ordines petunt veniam schismatis contra Pontificem admissi, orantq; vehementer, vt à censuris Ecclesiasticis absoluti, recipiantur in Ecclesiæ sinum. Altero die inter alia, quæ narrare longum est, Rex & Regina cum cæteris procumbunt in genua, & Cardinalis in omnes absolutiõem pronunciat. Hæc irridentur ab istis nouis Euã-

gelicis: sed quantuncunquè procaces sint & insolentes, nisi absoluantur horrendi illius anathematis vinculis, quibus velint nolint constricti tenentur, nunquam dei vultum conspicient. Olim solebat plerunquè malus dæmon inuadere eos, qui essent excõmunicati: quod cum hodiè rarò fieri videatur, Excommunicatio, qua nulla est pœna seuerior & formidanda magis, in cõtemptum abit. Interim tamen, etsi corpus non videtur obsidere, animã certè anathemate percussus malus dæmon obsidet. Et inde est, quòd in summum Põtificem ad eò atrocitèr incurrunt plerique omnes hæretici, quia sciunt illi datas esse clauas regni cælorum, & ligandi atq; soluendi primariam in terris potestatem, quam, licet eis rumpantur ilia, tamen eripere ei non possunt. Matt. 16.

ANNO 1555. Ioachimus Vuestphalus præco Håburgensis, nouum edit scriptum contra Sacramentarios. In Præfatione scribit, Regem Daniæ & senatum Hamburgensem edicto prohibuisse, nè quis ciuium anabaptistas, Sacramentarios, vel alios sectarios hospitio reciperet. Hoc edictum renouatũ esse ob grauissimum periculũ, quod Luteranis Ecclesijs à sacramentarijs ad maritimas vrbes confluentibus immineret. Aliæ quoque eius littoris vrbes sub graui pœna vetuerunt, nè quis Zuinglianos hospitio reciperet. Istud quidem est sapere, lupos arcere à grege, nisi quòd satanas satanam expellit, dum Luterani pellunt Zuinglianos. Vtinã verò ea seueritate erga sectarios omnes vsi essent Catholici, non tam latè serpsissent tot monstrosæ hæreses.

Diũ tacuerat cõtra suum genium Ioannes Calvinus, sed nunc tandem primam contra Vuestphalum defensionem euulgat. Vuestphali quidem nomine abstinuit, sed eo consilio, vt ipse scribit, vt si fortè sanabili esset ingenio, tacitè eius ignorantia sepeliretur. Verum sensit Calvinus non edentulum Vuestphalum. Mox enim libellum conscripsit cõtra Calvinum, hoc titulo: *Aduersus cuiusdam sacramentarij falsam criminatiõnem*. Prodiit eodẽ tempore Timanni Luterani, Bremensis pastoris Farrago cõ-

tra Sacramentariorum dissentientes inter se opiniones. Terrebant hæc Luteranorum fulmina Iohānem à Lasko egregium Zuinglianum. Itaq; mense Aprili ex Embda migrat Francophordiam, vbi ei permissum est constituere Ecclesiam peregrinorum.

Mēsis Martij die 18. moritur Sebastianus ab *Hausenstein* Archiepiscop^o Mogūtinus, & ei substituitur Daniel *Bredel* ab *Homburg*.

Eiusdē mensis die 23. obit diē suum Iulius Pontifex eius nominis tertius. Eius morte comperta, Moronus Cardinalis, itemq; Augustanus & reliqui Cardinales Romā celeritèr aduolant, noui Pontificis creandi causa. Eligitur autem ab omnibus Marcellus Ceruinus, retento sibi nomine Marcelli, multa & eruditione & probitate venerabilis. Sed quod dolendum est, eius Pōtificatus vix paucorum fuit dierum, Ab eius obitu die vicesimo Senenses ad summā rerum omniū egestatem redacti, Cæsari tandē se dedunt post diurnā obsidionem. Marcellus successorem habuit Iohannē Petrum Caraffam, senem propè octogenarium, qui ex more mutato nomine, dictus est Paulus Quartus.

Marcellus 2.

Paulus 4.

Sub veris initiū apud Heluetios nata est dissensio propter quosdā Locarnorū subditos, qui trans Alpes positi, Zuinglianismū cōplexi erāt. Id Quinq; pagici cum cæteris Catholicis Heluetijs nullo pacto ferēdū putārūt, alijs Zuingliana rū partiū rem approbātibus. Tādē cōpulsī sunt illi, qui religionē mutārāt, extra eā regionē cū familijs et facultatibus suis discedere. Eorū bonam partē Tigurini in suam urbem & agrū receperunt.

Sub finem Octobris Carolus Imperator Philippo filio, euocatis ad se legatis prouinciarum, dominiorū & ciuitatum Burgundicę domūs, potestatem regnandi & gubernandi terras ipsi subiectas vltro tradidit. Eo tempore sedentis Cæsaris dextrum latus Philippus filius, sinistrum Maria soror eius ita claudebant, vt terna sedilia triangulari ferè lineā essent constituta. Enarrabat tum ad eos qui aderant, labores suos & annos Regni sui, idq; viua voce, & valdè oratoricè, grauitèr, & copiosè. Lachryma-

batur autē Cæsar ipse. Porro filius Philippus rex, & Maria Regina Pannoniæ & plurimi proceres mirabiliter doluerunt, & multi in profusissimas lachrymas eruperunt, etiā illustres aurei velletis equites. Inter cætera dixit palām optimus Imperator, nemini seientèr se iustitiam negasse. Aderat inter alios Hannoniē Seneschallus, podagrę morbo vexat^o. Illi Cæsar semel atq; iterū humanissimè iussit sedem poni, quā tamē ille modestissimè recusabat. Finita oratiōe, Guilielmi Principis Aurangæ, & Burenij comitis humeris se sustentans, ex cōspectu amplissimi theatri abscessit.

ANNO 1556. aliquot Sacramentarij dogmatis signiferi Luteranis egregiè respondent. Principiō Héricus Bullingerus Apologiam edit, qua ostendere nititur tigurinos ministros in orthodoxa & catholica fide sanctè perseuerare. Crede, si vis. Deindè Bernardinus Ochinus contra Vuestphalum defensionem conscribit et euulgar. Et vt nullus Luteranis hostis nō esset molest^o, etiā Calvinus secundā suā defensionē piā scilicet & orthodoxā de Sacramētis, cōtra Vuestphali calumnias euulgauit. Si Romanus Pontifex & tota Christi ecclesia ausi essent, inuitis Zuinglianis istis, hoc pacto calamū stringere in Luteranos, omnia illorum scripta nō alitèr acciperentur, q̄ Papistica cōmenta, qbus conarētur opprimere lucē Euangelij. Sed vt isthęc calūnia facesseret, viderentq; homines ab istis noui Euangelij p̄conibus nō ipsum verbū Dei, quod tam impudentèr iactitant, sed priuatas quorūq; opiniōes pro Dei verbo imperitis obtrudi, permisit sapientissimo cōsilio etiā inter se atrocissimè dissidere istos nouæ Babylonicæ turris structores, vt q nolint perire, noverint sibi ab istis cauendū esse. Accessit his Luteranorū hostibus auctarij loco Iohānes à Lasko, qui ad Polonię regē & eius regni ordines omnes scribit Epistolā, qua & Zuinglianum dogma tuetur, & Luteranos ait cū mēte totius scripturæ & catholicę Ecclesiæ cōsensu pugnare, neq; citra dei contumeliā eorū doctrinā retineri posse. Poterāt tot hostes miseris Luteranis sufficere, sed iritati crabrones nō tam facili cōquiescunt. Angli exules apud

apud Geneuam edunt Latinè Nicolai Ridlei libellum de Cœna Domini. Huc Ridlæum hæreseos nomine in Anglia flammis tradidit Regina Maria. Porro Zuingliani cum in martyrum albū retulerunt. Hunc in modum isti præclari Evangelici noua bella atrocissimè instaurarunt, immò potiùs simulatâ concordiam in apertissima bella verterunt. Multi libri, orationes, dialogi, confessiones, epistolæ, theses, præfationes vtrinquè à doctis paritèr & indoctis euulgabatur, & maiori, quàm vnquam antea, impetu res agitata est. Luterani Zuinglianos apud omnes in odium & inuidiam vocabant, & multas habuere synodos, quibus de opprimendis Sacramentarijs actitarunt. Atque hæc & multa alia scribunt ipsi Zuingliani: adduntq; Luteranos plerosque se iunxisse Papistis, vt Zuinglianos faciliùs opprimerent. Verum quidem est, nò paucos Luteranos ad Catholicos sese recepisse, agnito errore suo: sed ij nò minùs oppugnat Luteranos, quàm Zuinglianos. Ex ista em̄ mutua dissensione, cum vtrinquè non nisi verbum Dei creparèt fratres Evangelici, complures ad sanitatem redierunt, nec cum talibus quicquàm voluerunt habere cõmercij, quos nò minùs à se inuicem, quàm à Catholica Christi Ecclesia dissidere viderent. Erant in hoc negotio vehemètes Saxonici ministri, Heluetij visi sunt moderatiùs agere cum Luteranis. Habet Saxonia multis locis cereuisiam mouèdo cerebro, si nimium bibas, valdè idoneam. Porro Evangelicos per Saxoniam fratres verisimile est pro more gentis portare largitèr. Indè tot fumi & crassi spiritus, qui cerebrū pertentant, immò obruunt, faciuntq; nihil ferè sobriè ab istis vel dici vel scribi. Heluetij cum vinum non habent, nò inuiti aquâ potitât. Hoc Saxones cane peius & angue oderunt. Hęc possit forsân ratio reddi, quòd ministri Saxonici egerunt tumultuosè, Heluetici paulò sedatiùs. Sed vtcunquè sit, optimè dixit Sapiens, Inter superbos sempèr sunt iurgia. Quin & Erardus Snepffius Luteranus cõfessionè de Eucharistia hoc tẽpore edidit, qua Zuinglianos perstringit,

Intereà moritur Conradus Pellicanus, ex Frâciscano apostata Zuinglianus. In eius locum Argentorato à Tigurinis accitus est Petrus Martyr Florentinus, qui ex Italia profugerat. Prodiit quoquè scriptum quoddâ Erasmi Alberi Luterani contra Carlstadianos, Sacramentarios, fanaticos & Anabaptistas &c. Accidit quoquè ridiculum quiddâ Francophordiæ. Calvinus publicè disputat cum Iusto Velsio (qui apud Coloniam Agrippinam parùm faustus hospes aliquâdiu hæserat, quin & in carcerem coniectus fuerat) de libero arbitrio, cumque ille magnus Sophos, qui apud Geneuenses tantum nò deus aliquis habitus est, cum ministris eius loci de causâ sacramentaria conferre vellet, tanq̄ Zuinglianus reiectus est, non sinè crimine læsæ maiestatis.

Inter Carolum Cæsarem, filium eius Philippum & Galliæ regem quinquennales nò ità pridem erât pactæ induciæ, sed hoc anno rursus ruptæ sunt, & ad arma vtrinquè magna miserorum hominum, qui interim opprimebâtur, infelicitate concursus est. Moritur quoquè 4. Calend. Martij Fridericus Elector Palatinus: & paulò post eum Iohannes Treuirensis Episcopus ex Comitibus Eisenbergicis. Eius sedem obtinet Iohannes à Saïen.

Excessit è viuis per idem tempus tertio Nonas Iulij Reuerend. D. Episcopus Cyrenen, Iohannes Nopel à Lippia, Reuerendissimi archiepiscopi Coloniensis in spiritualibus Vicarius, magna eruditione & facundia vir, longiorique vita digniss. probitate vitæ & strenuo concionandi labore de Ecclesia & fide Catholica per annos aliquot optimè meritus: ideoque inter illustres Dominos Capitulares summi tẽpli Coloniens, haud procùl à capsâ trium Regum, sepultus.

Moritur etiàm Adolphus Archiepiscopus Coloniensis die XX. Septembris, & ei succedit germanus frater eius Antonius ex Comitibus Scauuenburgicis. Ità breui tempore quatuor Rheni Electores è medio ablati sunt. Mense Februario visus fuit in cælo Cometes, q̄ plerunquè terris dira minari solet.

Rex Ferdinandus necessaria contra Turcarum irruptiones præsidia comparare volēs, petit à subditis suis eā in rem subsidia. Austriaci inferiores apud Viennam conueniunt, seque imperata ultro facturos recipiunt, modò ipsis permittatur Euangelium. Id si fiat, sperare ipsos omnia contra Turcas ex sententia cessura. Nihil tum impetratum est, quòd facillè videret sapientissimus Rex, nunquam adeò infectos fuisse Turcas Germanis, quàm his annis, quibus Lutheri Euangelium miseri homines amplectuntur. et reuera nisi aliqua ratione tandem Germaniæ sua pristina religio restitueretur, et noua dogmata, quæ tot nobis pariūt sectas & hæreses, prorsus eliminantur, fieri non potest, quin vel Turcico vel Moscouitico aut certè Tartarico quandoquè ferro vastetur, & durissima seruitute oppressa, leuitatis & temeritatis suæ meritas pèdat poenas. Vtinàm vel Græciæ summa calamitas doceret tādèm Germanos mature sapere. Sed fortassis peruenit in nos quoquè ira Dei vsque in finem. Magnam profectò eius iræ argumentū est, tam horrenda cæcitas & vasta caligo, vel potiùs infania quædam, quæ nos non finit noui huius Euangelij, fructus longè pessimos intueri. Luterus visus est nouam mundo lucem inuehere: eius doctrinam multi è vulgo cupidè statim complexi sunt, cordatiores cunctatius eam admiserunt, permulti penitùs respuerunt. Vbi animaduersum est, eius conatus, dum non inuitò reprimuntur, suos habere successus, mox alij sup alios existunt homines importunis ingenijs, & ipsi quoquè nouam mundo lucem venditant, aiunt se vidisse, quod Luterus necdùm viderit. Ità repente intra vnam Germaniã multiplex, nimium credulæ turbæ Euangelium obtruditur, & incredibili stultitia ab imperita concione arripitur, Luteranum, Carlstadianum, Anabaptisticū, Zuinglianum, &c. Nec vident miseri & cæci homines, dum ab vna, vera, Catholica religione abducere sinunt, se in tam varias & mirabiliter inter se pugnantes sectas seduci, vt iam permulti sint, qui prorsus ignorent, quid potissimum sequi debe-

1. Thef. 3.

ant in tanta nouorum dogmatum varietate. Hoc verò iure meritoque patitur, quòd stultè & pueriliter quibuslibet nouatoribus primò aures, mox etiã fidem commodarunt, cum in ea debuerint religione constantissime perseverare, quam tot perpetuis seculis Germania coluisset, quam hodieq; tot amplissima regna & prouinciæ colant. Interim verò dum seductoribus obtemperant, qui non Christi, sed suam gloriã quærunt, & miserorum animas negociantur, in multas discinduntur factiones: inde animorum existunt dissidia & perniciosissimæ dissensiones, simultates, inimicitia, vnde necesse est Germaniæ vires prorsus eneruari & sensim collabascere, dū inter se Germani tam miserè distrahuntur. Atq; ità Turcis, qui hæc non ignorant, crescit animus, crescut vires, nec dubitare quisquam sanæ mentis potest, quin illi in omnè occasionem sint intenti, & vbi eis commodum visum fuerit, totis viribus nos sint oppugnaturi, & certè nullo negotio etiã oppressuri, quod quidem illi nunquam vel sperare ausi essent, si apud nos Maiorum nostrorum sacrosancta religio inuiolata & inconcussa permaneret. Sed de hoc satis. Ferdinandus rex, vt dixi, hoc tempore non est passus mutari religionem, at nihilominus misit exercitum contra Turcas, & aliquoties feliciter cum illis pugnatū est, multis cæsis, multa quoquè præda abacta.

Accidit hoc ipso anno in Poloniæ regno res memorabilis. Fœmina quædã vilis, Dorothea Lazekka nomine, Christiana quidem professione, in oppidulo Sachazeto, non longè ab arce Louitz, cuidam Iudæo annis aliquot seruiuit. Interim verò Iudæus ille sapius eam sollicitat, vt sacrosanctum Christi corpus, more Christiano cum cæteris acceptum, ipsi perferat. in eius flagitij præmium promittit ei daleros tres, & vestem sericis simbrijs ornatam. Et quid non mortalia cogis pectora auri sacra fames? Fœmina scelerata conditionem accipit, tantillo illecta munusculo, & in ipso Paschatis peruigilio abit ad pagum Cotzo dictum, ibi cum cæteris accedit ad aram, & instar Iudæ

acci-

accipit Eucharistiam, ac paulò post ex ore extractam in sudariolum reponit, & tertia Paschatis feria Iudæo hero suo illam tradit, ad quæ tres alij Iudæi huic oppidulo vicini, putà, Michalecus, Sachaus & Iosephus veniunt, fortassis ab illo inuitati, sacrosanctam Eucharistiam in suam synagogam deferunt, pugionibus & cultris confodiunt. Et ecce repètè ex illa hostia multus emanat cruor, quem perfidi Iudæi cochleari in vitreum calicem trāsfundūt. Non diù latere potuit tam atrox facin^o. Ante omnes mulier scelestā Sachazeti comprahēditur, indè Iudæus eius herus. Hi confitētur rem gestam omnē. Per id tēpus Polonia rex Sigismundus Vilnæ erat, quæ est Letuanix metropolis, & erāt tum in Polonia, qui Eucharistia vtranq; speciem necessariò putarent porrigi oportere. Vbi rex quid esset actum cognouit, mandat oppiduli præfecto secūdario, vt rem tam diligentèr inuestiget, & si ita factum sit vt narratur, in omnes eius flagitij cōplices extremo supplicio animaduertat. Itaque Dorothea & Iudæus, priùs habita quæstione, die Veneris post Christi ascensionem flammis exuruntur. Reliqui Iudæi sceleris socij, vno dempto qui aufugerat, Calendis Iunij comburūtur. Voluit omnipotens Deus hoc insigni miraculo, qualia sepè etiàm aliàs circa sacratissimā Eucharistiā contingere, corū castigare incredulitatē, qui perindè ac si non sit totus Christus sub vtralibet specie, ita prorsus infidelitèr & insipientèr calicem efflagitant: qui si essent in ijs, quæ sunt Christianæ religionis, benè instituti, scirent nunquàm posse Christi corpus, postquàm è sepulcro rediuiuū surrexit, ab anima, à sanguine, à diuinitate separari, sicq; libentissimè vnus speciei perceptione cōtenti forent. Commodissimè quidè isthuc eo tempore in Polonia accidit, quandò & pleriq; illic calicē expetebant, & Romanus Pontifex eò miserat Aloysiū Lipomanū Veronensem Episcopum, virū multa probitate & eruditione spectabilem, qui gentē Polonam in Catholica religione cōfirmaret. Et ipse sanè Polonia rex fertur hoc miraculo nō mediocritèr in Catholicę Ecclesiæ retinenda

cōmunionē cōfirmatus, & propensius etiàm Romani Pōtificis legatū admisisse.

Carolus Cæsar, postquàm ditiones omnes filio Philippo regi tradiderat, in Zelandiā abit. Indè cum duabus sororibus reginis, Eleonora & Maria, comodā nactus tempestatem, in Hispaniā vento admodum propitio nauigat. Quò postquàm peruenit, quodam in loco saluberrimo atq; amœnissimo, qui Iustus vocatur, vbi Hieronymitanū est sodalitiū, Deo se & rebus diuinis, quod sæpè antè concupiērat, tradidit, diuinis vacās & incūbens cogitationibus, magna continentia vitæ, magna morum temperantia, magna vini cibiq; abstinentia in illo relucente. Ità pijsissimus Princeps re ipsa declarauit, quàm iniuriā sepè esset à quibusdā insimulatus immodicæ regnandi libidinis & ambitionis, dum se sponte sua omni ditionum suarum amplissimarū administratione abdicauit, & à toto mundo sese auertit, & in quandā solitudinē inclusit. Non fuit dignus hic mundus tali principe: & est sanè verisimile prudentissimum principem, nimix pertæsum ingratitude, tandè priuatum omninò vitæ genus delegisse, vbi soli D E O & sibi vacaret.

Per hoc tempus aut circiter Otto Henricus Palatinus elector, & Carolus Marchio Badensis è suis ditionibus veterem profligant religionem, & nouam introducunt. Non est mirum, populum libetèr amplecti noua hæc dogmata, quia plausibilia sunt & suauia veteri homini: permittunt direptiones rerū Ecclesiasticarum & cōnobiticarū: ieiunia, vigilia, preces, mortificationes carnis, mundi contemptus, studiū continentix, sobrietatis, pudicitix, & id genus virtutū, papistarum sunt cōmenta. Sola fides iustificat. Confessio peccatorum & pœnitentia, nugę sunt & carnificinæ papisticæ. Quis non hæc libentèr audiat? quis non cupidè amplectatur? Et tamen longè secūs docet scriptura omnis, & ipsa quoquè, quantum dissimulemus, lōgè diuersum nobis testatur conscientia. Qui autem sunt Christi, ait Apostolus, carnem suā crucifixerunt cum vitijs & concupiscētijs.

Gala. 5.

Hoc

Luc. 10.

Hoc fac, & viues. Eant Euāgelici cum suo isto blādissimo Euangelio, quò volent. Vbi ad Christi tribunal venerint, sentient se toto cælo errāsse.

Mense Septembri horrenda tempestas Locarni vltra Alpes in finibus Helueticorum defæuijt. Summo manè turbo vehemens è nubibus descendēs, quædam ædificia subruit. Indè à meridie pluuia, tonitrua, fulgura & fulmina per horas quatuor tam immanitè sæuiērunt, vt eius loci homines supremum mundi diem adesse putarent. Ex ea pluuia torrens quidam adedò excreuit, vt & arbores et domos secum raperet, nec vllum tandèm, quo se euolueret, haberet exitum. Totum itaque circuniacentem agrum occupat, & tanquàm lacum efficit. At postea reperto exitu, magno erūpens impetu, multa secum iumenta, pecora & homines abripit, & magna clade adiacentem regionem afficit.

Pestis hoc anno multis locis plurimos extinxit, præsertim Argentinae, & in locis Rhenanis, & inter alios etiā Iohannem Sleidanum, qui suis cōmentarijs magnam orbi Christiano pestem inuexit. Decreuerant contra illum scribere viri duo longè clarissimi, Coloniae Agrippinae præclara lumina, Iohannes Gropperus designatus Cardinalis, & Eberhardus Billicus Carmelitanus Prouincialis, si & Sleidano & ipsis vita prolixior contigisset.

Hoc anno obiit Basileæ David Georgius, pestilentissimus hereticus, cuius supra mentio facta est. Fertur is Delphis apud Batauos ortus. Porro cùm Cæsar in inferiori Germania ei dogmata persequeretur acerrimè, Basileam se contulit Calēdis Aprilis, anno salutis 1544. cum aliquot comitibus. Ibi ciuitatis statu diligentè explorato, questus de suis calamitatibus, quas Euāgelij causa perferret, à Senatu suppliciter petit, vt Christi Iesu & Euangelij causa in ciuitatē cum familia satis ampla recipiatur. Senatus liberalitè respōdet, & copiam illi facit cum suis Basileam commigrandi. Erat homini corpus quadratum, barba flaua, oculi glauci & micantes, sermo grauis & sedatus, totius corporis motus, status, incessus decens, & ad omnem, vt

videbatur, probitatem compositus. Senatus accepto responso, 8. Calend. Septembris redit Basileam cum multa familia, vxore, liberis, clientibus & seruis, reliquoque comitatu, & in ciuitatem adscribuntur. Deindè intra urbem domum sibi comparant, extra urbem arcè & prædia quædam opima emunt, conubia contrahunt, & modis omnibus ita se comparant, vt viri boni & religiosi viderentur, nec quisquam de eis sinistrè suspicaretur. Huiusmodi artibus id homo versutus effecit, vt à plerisq; magno in precio haberetur. Hanc autè falsam opinionem augebat magna vis auri, & preciosæ res, quas secum attulerat, & ex inferiori Germania quotidie adferebantur: prætereà regalis propè splendor & apparatus, sed cum quadam modestia & tranquillitate coniunctus. Habebāt in ampla illa familia singuli quique suas functiones, nec quisquā supra vires aut inuitus ad aliquid faciendum cogebatur. Porro callidus homo nō Davidè Georgium, sed Iohannem à Bruck se nominabat, tria que ab illis diligentè curabantur: primùm, nè Davidis Georgij nomen proderetur: deindè, cuius in patria conditionis fuisset: postremò, nè dogma suum vlli vel Basileensi vel Helueticis aperirèt. Interim in Germania inferiore & alijs semotis locis, literis, libris, nuncijs sectam suam continentèr fouebat, apud Helueticos incredibili silentio tegebat. Sed quid humana possit versutia cōtra consilium p̄potentis dei? Ex ipsis familiarib⁹ eius de ei⁹ doctrina quidam dubitare cœperunt. Ex ijs facile principè ad se vocat, cui alioqu plurimùm cōsideret, nec sinè stomacho ex illo percōtatur, cur de re certissima dubitare voluerit: an non credat, se verum esse illum Davidè à Deo missum, vt his extremis temporibus regnum Israeliticum restituat, Iacobiq; tabernaculum instauret? Sed post multam disputationem iste mansit in sententia, & à Davide illo ferè abalienatus, monuisse etiā permultos, vt à perniciosissima secta quam primùm discederent.

Ad huius admodum coniuncti viri defectionem accessit, quòd è duabus, quas intra urbem habuit, ædibus altera fulmi-

fulmine tacta est: altera, quam in pascuis magnificè extruxerat, cum preciosa supellectile conflagrauit: nec diù post domus, in qua ipse habitabat, tabulatum repente còcidit. Omnium verò molestissimè tulisse fertur aduentum cuiusdam viri grauis ex Germania inferiori, qui Basileæ Dauidem ipsum totamq; eius familiã descripsisset. Eo percepto nùcio, primùm eius coniùx morbo correpta moritur, & mox ipse quoque excedit è corpore, qui se Christo Domino prætulera, & immortalem finxerat. Fuit hoc anno CHRISTI 1556. octauo Calendas Septembris. Sepultus est honorificè in ædè Diui Leonhardi. Eius mors non mediocritè perturbauit discipulorum animos, qui eum nūquam moriturum putarant: nisi quòd homo veteratorius falsa persuasiõe eorum sustentabat spem, quòd pollicitus esset se intra triennium reuicturum, & præstiturum ea, quæ ipsis ampliter promisisset. Post obitum eius paulatim cœpit latens fraus aperiri, ita vt plerique iam sentirent eum, qui se Iohannem à **Bruck**, atque etiã ab arce, quã Basileæ emerat, Iohannem à **Benningen** falsò appellarat, Dauidem Georgium esse sectæ pestilentissimæ authorem, qui se regem & Christum sceleratissimè asseruisset. Hæc fama permouit Senatum Basileensem, vt rem diligentius inuestigandam susciperet. Itaque 4. Idus Maij anno 1559. (libet enim hîc totam historiam vnum in locû congerere, nè postea sit necessè per partes absoluere) Dauidis Georgij iam mortui, filij & quotquot in eius erant familia mares, quidã etiã extra familiam clientes & amici in curiam accersuntur. Vbi eò venerūt omnes, tribunus plebis, nonnulla præfatus de illorum simulatione et dissimulatione, postea interrogat, num Iohannes à **Bruck** sit propriũ hominis defuncti nomen, an vnquam siue priuatim, siue publicè docuerit, & quæ eius doctrina fuerit. Ibi à nonnullis respòsum est, nullam ipsos propriam habere sectam: à nonnullis verò, non aliam se tenere religionem, quàm quæ Basileæ doceretur. Nec se aliud nôsse viri nomẽ, quàm Iohannis à **Bruck**, quod à patria haberet:

priuatim quidẽ illũ non tam docendiq; adhortadi causa qdam inter suos dixisse, nihil à Basileensiu concionatoru dictis discrepãtia. Erant hoies vndecim: cumq; hac ratione nihil esset còpertum, iubentur secedere, & singuli reuocatur & separatim interrogant. At nec sic qcquam repertũ est. Itaq; iubent omes isti in carceres abduci, & haberi in vinculis. Mittuntur interim à Senatu, qui in illorum ædibus scripta omnia conquirat, si quid fortè indè cognosci queat. Facta conquisitione, permulti libri et literę reperiuntur, cum ipsi Dauidis ad viuũ picta imagine absportatur, daturq; Theologis & Iurisperitis qbusdam examinandẽ, num qd in ijs sit diuersum à religioe recepta. Faciunt illi diligentèr quod iussi erant, & Dauidica ad senatũ referunt. Senatũ porro mittit ad eos, q in vinculis erant, septẽ viros rerũ capitaliũ, qui seuera primũ interrogatione nihil ab illis impetrant. At tamen cum quidã nonnihil titubare videretur, accuratiũs inquiritur: & ibi tum quidã fatentur, qui se Iohannem à **Bruck** dixisset, eũ esse Dauidem Georgiũ, cui nomine in Germania inferiore tot essent turbæ excitatę. Porro cum eis nõnulla doctrine eius decreta pponerentur, fatebatur se illam doctrinã nunquam ex eo audiuisset, nec in libris eius inuenisse, sed se prorsus eam detestari. Quòd si tñ in aliquo errarint, vel etiã nũm errent, cupere institui rectiũs. Hęc vbi ad Senatum septemviri retulerunt, missi sunt certi concionatores & theologi, tam ad eos qui in carcere erant, q ad eiusdẽ familiæ sceminas omnes. Vbi ad eos ventũ est, vno ore tam viri quàm sceminae respondent, se detestari ea quę ipsis tanquam Dauidis Georgij inuenta essent proposita, & eam complecti fidem, quæ Basileæ tradatur. Deindẽ Senatus Dauidicę doctrine capita quedã Academiae & Concionatoribus cõfenda pponit. Omnes igit à Rectore Academiae cõuocantur, veniunt ad Concionatores, cunctique ea capita damnant. Postea Senatus iubet homines è carceribus educi, & sub certis aliquot cõditionib; dimitti. In ijs cõditionibus etiã illa fuit, vt Dauidicos libros omnes, siue typis excusos, siue manuscriptos,

qui

qui vlllo modo Dauidicum fermentum redoleant, quos apud se habeant, mox in curiam apportent, nec vllum Batauica lingua scriptum librum apud se retineant. Hac quidem ratione possent facile extingui hærefes omnes, si sic cum omnium damnatorum dogmatum scriptis ageretur.

Biduo post Iudices rerum capitaliū de Dauidis Georgij cadauere, libris, & reliquis ad eum pertinentibus, in aream productis, extremum iudicium institunt. Inter alia obijciunt, quod ob eius perniciosam sectā multi vtriusq; sexūs, atque etiā propria mater eius, in inferiori Germania vita multati fuerint, atque ea causa ipse indè aufugerit, licet aliud Basileæ prætexeret. Deindè pronunciant, eius scripta omnia flammis exurēda, eius cadauer siue ossa & quicquid reliquum in eius sepulcro fuerit, effodiendum extra portam in supplicij locum vnā cum libris & imagine eius ad viuum picta à carnifice trahendū, illicque simul omnia in cineres redigēda, sicut cum ipso Dauide fieret, si superesset. Porro bona eius omnia in ærarium publicum inferenda. Postremò si quis cōtra hoc iudicium quicquam dixerit, fecerit, eadem pœna plectendum. Sic illi⁹ infani hominis memoria prorsus abolita est. Cū carnifex cadauer eius comburere voluit, prius illud ita erexit, vt ab omnibus, qui hominem nouissent viuū, facile agnosceretur. Nam fatis adhuc integrū erat, præsertim flaua barba. Erat autem hoc modo ornatus: In capite villosum è serico pileum purpura suffultū habebat, & è rosmarino corollā: caput puluini nō ignobiles fulciebant: ipse vndulata toga, quod camelotum vocant, vestitus, ac sindone munda inuolutus. Sic enim hæredes eum sepeliendum curauerant. Combustus est autem cum scriptis suis coram maxima hominum frequentia. fuit ille Dauid magno vir ingenio, (licet patre, vt aiunt, ludione natus, & ipse in prima ætate pingendi vitri artem sit secutus) sed malo prauoque, quod ex plurimis eius libris, Hollandica lingua cōpositis, potest animaduerti. Linguæ Latinæ & omnium aliarum, nisi patriæ,

rudis fuit. Eius autem doctrina multos continet execrabiles errores, è quibus paucos huc adscribam: Ausus est scribere, omnem doctrinam Moseos, prophetarū, ipsius Christi, & apostolorum ac discipulorū esse imperfectam, & inutile ad absolutam consequendam felicitatē: atq; in eum tantum vsus traditam, vt homines quasi pueros ad hoc vsq; tempus coërceret: suam verò doctrinam esse perfectā, & quæ hominem beare queat. Afferuit se verum esse Messiam, patris charissimū filium, non ex carne, sed Spiritu sancto natū: se restauraturum domū Israël, verosq; Leui filios, & verum Dei tabernaculum, idq; non cruce, vel morte, aut rebus aduersis, vt alter Christus, sed clementia, & spiritus Christi, q̄ ipsi à patre sit datus, amore & gratia. Se dixit habere potestatem soluendi peccata, & remittendi & retinendi, seque in extremo die totum mundū iudicaturū: se maiore esse Iesu Christo, quod hic ex muliere in carne natus sit, se verò è Spiritu sancto cælestem Christum natū & vnctū. Multa alia absurda nimis & impia scripsit homo perditus, & tamē hæc omnia conatus est adstruere sententijs scripturæ diuinę. Itā nullus ferè est tam scelestus & abominandus hæreticus, qui nō iactitet Dei verbum. Cur igitur tandem non cauēt sibi homines ab istis noui Euangelij in tot sectas distracti præconibus, sub prætextu purę doctrinæ & verbi Dei & synceri Euangelij horrendos in orbem errores inuehentibus, & innumeros in tartara abducentibus?

ANN O 1557. octauo die Ianuarij mortuus est Albertus Brandeburgicus, qui intra paucos annos mirabiliter afflixit Germaniam. Primò cum Mauritio persecutus est Cæsare, Indè Norinbergenses, quos maximis affecit damnis, & episcopos Herbipoléssem atq; Bambergenssem. postea à Gallo rursus defecit ad Cæsarem, cæsis multis Gallis & capto egregio Gallorū duce Aumalio. Deindè cum Mauritio acerrimè conflixit, in quo multa Germanorum millia perierunt vna die, & Mauritius ipse cū duobus Henrici Brūuicēsis principis filijs, multiq; comites. Nisi deus maturè eum abstulisset, putatur maiora fuisse moliturus.

turus. Per id genus homines solet Deus interdum castigare peccata nostra, & admonere nos, vt ad bonam frugem nos recipiamus, ne quandoquē æternis addicamur gehennæ supplicijs. Obijt Albertus anno ætatis suæ 35.

Moritur etiā Bona Sfortia, huius quæ nunc apud Polonos rerum potitur, Sigismundi regis mater, cum antè sese Barium in Apuliam, relicto Polonia regno, in quod sensim teterrimæ hæreses irreperere cœperunt, contulisset.

Die 21. Februarij in Anglia combusta sunt cadauera Martini Buceri & Pauli Fagij, & templum, vbi condita fuerant, more Christiano expiatū, & denuo consecratū est. Et quidni Catholici sic tractent damnatorum dogmatum assertores, quando idem, vt supra dictum est, Dauidi Georgio fecere Basileenses? Nihil debet Christianis cōmercij esse cum damnatis hereticis, ne in sepultura quidē. Olim D. Iohannes Apostolus, (quæ admodum Irenæus martyr ex Polycarpo eiusdem Apostoli discipulo se accepisse testatur lib. 3. cap. 3. cōtra Hæreses) cum balneo eum vti oporteret, atq; in eo Cerinthum hæreticū cerneret, quanta potuit celeritate indè se proripuit nō lotus, Fugiamus, inquiens, ne balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat. Videat, qui volet, Historiā Nicephori Ecclesiasticā lib. 3. cap. 14.

Eodem ferè tēpore, cum fames & inedia Germaniam inferiorem premeret, Rex Philippus, paternæ pietatis amulator, alicundè curauit frumenta apportari in vsum multorum, & idem ipse supra tria millia pauperum suis sumptibus in ea fame aluisse dicitur.

Fuit hac tempestate bellum inter Pontificem & regē Hispaniarum Philippū: iamquæ anno superiori vsq; eò progressæ erant Philippi regis copiæ, vt ipsam urbem Romam obsiderent, & vt putat, facile eā cepissent, nisi pius & catholicus Princeps summo Pontifici, Christi vicario omnino parcendū statuisset. Porro rex Gallie validum misit exercitum in Italiam, qui Pontifici ferret suppetias. Verum interim dū ille exercitus hæret in Italia, Philippus Hispaniarum rex insigni potitur victoria apud D. Quintinū Gallie oppi-

dū. miserat Philippus Philibertū Sabaudia principem cum instructo exercitu, qui in hostiū terras irruēs, tādē de impuiso ad oppidū D. Quintini defleuit, castraquæ; illic figit, urbemquæ; obsidet. Gallia rex eò mittit Annā Mommorantiū Conestabilem cū trigintaduobus signis peditū Germanorū, duce Reingrauiō, & vigintiduobus signis peditū Gallorū & quinq; millibus equitū, cum quatuordecim maioribus tormentis. Eos Momorantius iubet hostē leuibus plijs distingere, ipse interim in oppidū conat alimēta inuehere. Verum Philibertus princeps, quæ Philippus rex suis copijs pfererat, ad eos cōtendit. Erāt in eius exercitu, pter alios, equitū Germanorū circiter decē millia, quorū singuli pter hastas & gladios, quatuor aut quinq; sclopetos, rotulæ circūa tu ignē concipientes, gestabāt. Hi vnā cum alijs in Gallos irruūt. Galli, equitatū tantū impetum nō ferentes, in fugā vertunt: pedites, turbatis ordinib; à Philippicis cædunt, plurimi capiunt, reliq; abiectis armis sese dēdūt. Captiuorū ingēs fuit numerus, & in ijs multorū principū & nobiliū. Conestabilis ipse captus est vnā cū filio suo. Captiui oēs ad Philippū regē, qui nondum in castra venerat, perducti sunt. Signa militaria Gallorū ferē oīa atq; tormenta bellica capta sunt. Incidit hæc memorabilis victoria in decimum Augusti mensis diē. Aliquot post diebus Philippus rex venit in castra, & quod se dēdere nollent Galli, qui in S. Quintini oppido erāt, vrbs ipsa validè oppugnata, & die 26. Augusti vi expugnata & direpta est. In ipsa vrbe capt' est Amiralus Franciæ, cum multis alijs nobilibus. Non est hīc prætermittēda insignis pietas regis Philippi. Ante ipsam vrbs expugnationē pconis voce edixit, ne sacramenta & sacra milites prophanēt, ne quid in reliquis sancti martyris Quintini, quod illic reuerentè asseruabant, cōmittant, ne sacerdotes iniuria afficiāt, vt parcant senibus, cœnobitas & virgines Deo sacratas ne lēdant. Ex ipsa deindē vrbe imbellē turbam curribus per media castra in Gallias duci iubet. Germanos milites eo bello victos in gratiam recipit, adhibitisquæ; contra vim custodibus, in patriam re-

duci curat, singulis aureis in singulos pro viatico distributos. Porro pro victoria parta ingentes Deo gratias egit. Capto S. Quintini oppido, arces aliquot proximæ Han & Castelletum victori Philippo regi cedunt. Erat tum Franciæ rex in nõ mediocri trepidatione, coactusq; est suos ex Italia reuocare, & nouum repentè conscribere militem.

Vt autem est hereticorum in omnem occasionem mirabiliter intenta versutia, dum sic bella feruēt in Gallia, & rex alijs negocijs distenditur, ipsi sua agunt clam conuenticula, & spargunt in illo Christianissimo regno pestilentissima Calvinianæ impietatis dogmata. Die 5. Septembris summo manè in cuiusdam priuati hominis ædibus, qui tunc procul aberat, Lutetiæ depræhenduntur permulti viri & fœminæ, qui illuc ad concionem nouorum dogmatum conuenisse dicebatur, & ferè omnes in vincula conijciuntur, demptis illis, qui nocturnis freti tenebris, fuga dilapsi erant.

Initio huius anni Iohannes à Lasko Polonus Sacramentarius, scripto edito conatus est testatum facere, Zuinglianum dogma non discrepare ab Augustana Confessione. Philippus Melancthon eam Cõfessionè subindè mutauit, & tandem etiã Zuinglianis fenestram, qua in eam irreperent, aperuit, cum alioquì etiã testatus esset de Cœna Domini magis sibi placere Zuinglij quàm Luteri doctrinam: immò etiã cõquestus est de Luteri tyrannide, quã diu passus esset. At prima Confessionis Augustanæ editio, quã Cæsari Augustæ Protestantes exhibuere anno 1530. nulla ratione admittit dogma Sacramentarium.

Porro ex Anglia profugi Zuingliani, qui Embdæ nidulum obtinuerant, libellum edunt sancti Christi martyris & reuerendi patris Thomæ Cranmeri Archiepiscopi Cantuariensis, quæ regina Angliæ Maria ob impiam hæresim vita mulctarat. Sic enim visum est illis profugis ornare hominem impiũ, non Christi, sed satanæ martyrem, pseudoeπισcopum, non Archiepiscopum. Et quid nõ audent isti? Inuenti sunt olim hæretici, qui & Cain & Iudã venerarentur, quin

& Core, Dathan & Abiron & Sodomitas colerent. Tanta est hæreticorum infania.

Atquì Ioachimus Vuestphalus Luteranus Epistolam edit contra Caluini conuicia: breuem quoquè responsionè ad scriptũ Iohãnis à Lasko, in qua ostendit Iohannè à Lasko cum suis à Confessione Augustana in Cœna pñi dissentire, etiã si aliud callidè simulet. Idem Vuestphalus Cõfessiones Ecclesiarum Saxonicarum collegit, & in libellum redactas edi curauit, cõtra Caluinum. Et quãuis Ecclesiæ Saxonicæ strenuè defendunt & mordicè retinēt sanctissimi patris sui Luteri doctrinã, tñ libellus, quo earũ Confessiones continebatur diuersis cõpræhensæ Epistolis, à Zuinglianis, õ rem indignã, per iocum dictus est Epistolæ obscurorũ virorũ. Itãne etiã Luterani iam obscuri vocantur, & quidè à symmystis Zuinglianis, cum apud eos orta sit mundo noua Euãgelij lux? Iustus es Domine, & rectum iudicium tuũ. Qui ecclesiam tuam, q non nisi vna est, & sola rectè Catholica dicitur, sibi irridendam & lacerandam sumpserunt, iurè se inuicem irrident & lacerant, & omnibus cordatis hominibus irridendos propinant.

Mense Augusto Caluinus librum euulgat hoc titulo: *Vltima admonitio ad Ioachimum Vuestphalum, cui nisi obtemperet, eo loco posthac habendus erit, quo pertinaces hæreticos haberi iubet Paulus.* Refutat etiã hoc scripto, vt titulus habet, superbas Magdeburgensium & aliorum censuras, quibus cælum & terram obruere conati sunt. Sic isti Euangelici fratres omnibus ostendūt, quid ex mutuis aliorum de alijs iudicijs sentire de ipsis debeant, atq; vtinam puderet nos cæcitatæ nostræ, quòd nolimus vel serò animaduertere, quàm miserè nobis imponant sub puræ doctrinæ prætextu impurissimi tenebriones isti. Romanus Pontifex cum istos hæresios damnat, censuram eius contemnimus, & tamen illijpsi inuicem se condemnant & hæreticos vocant, idque tantum pondus habet, vt hoc nomine & Luterani Zuinglianos, & Zuingliani Luteranos ferre nequeant.

Psal. 118.

Mense

Mense Septembri Martinus Micro-
 nius Sacramentarius Apologeticū scri-
 ptum euulgat, quo partim Vuestphalū,
 partim Suerinēles ministros Luteranos
 confutat, & suos symmystas tuetur. At
 rursū Paulus Eizenus, Ecclesiæ Ham-
 burgenſis ſuperintendens, ſcripſit de-
 fenſionem veræ doctrinæ de Cœna, nē-
 pe Luteranæ. Eo conſilio ſe ſcripſiſſe di-
 cit, vt contradicentibus veritati Dei, &
 multas ſimplices animas ſuis impoſturis
 in perditionē ſeducētib; reſiſtat: ma-
 niſte Zuinglianos indicans. Nam &
 eadem ferè habet, quæ Vueſthalus &
 Timannus iam antè contra eos attule-
 rant. Et quidem impoſtores & ſeduc-
 tores eos vocat. Porrò quidam Adamus
 Chriſtianus (apparet nomen eſſe ficti-
 tium) libellum edit, quo ſarciendæ in-
 ter Euangelicos concordiam viam oſten-
 dere molitur: ſed oleum & operam per-
 dit. Inter ſuperbos em̄ ſemper ſunt iur-
 gia. Nolunt iſti à Chriſto diſcere, mites
 eſſe & humiles corde. Putabat forſan
 Calvinus, ſe ſua poſtrema terribili ad-
 monitione Vueſthalum proſtrauiſſe
 penitens: ſed ecce tibi nouum Vueſtha-
 lus librum cudit, hac inſcriptione: *Iuſta*
deſenſio aduerſus inſignia mendacia Iohan-
nis à Laſko &c. Librum dedicat Franco-
 phordienſi Senatui, hortaturque vehe-
 menter, nè Zuinglianos ſoueant: nec
 dubitat inexpiabili blaſphemia eos Zui-
 glianos, qui ſupremo ſupplicio affecti
 ſunt, martyres diaboli dicere. Vſq; adè
 nihil comouit Calvinus ſua admoni-
 tione Vueſthalum.

Hoc anno Colloquiū indictum eſt
 Vuormatiæ inter Catholicos & Lute-
 ranos. Accidit ibi quiddam lōgè ſœdifi-
 ſimum, quod operæ precium ſit ad po-
 ſteritatis noticiam transmittere. Erāt
 Euangelicarū partium duodecim theo-
 logi. Ab his Catholicici theologi petiē-
 runt, quandoquidem multijuges Se-
 ctæ ſub Auguſtana Cōfeſſione ſe com-
 præhendi volunt, quæ tamen etiām in
 maximis rebus inter ſe diſſideant, vt tñ
 declarare velint, quas ipſi Sectas Augu-
 ſtanæ Cōfeſſioni vel cōſentaneas vel diſ-
 ſentaneas ſtatuāt. Nā decretū erat, inter
 eos ſolos colloquium habendū, qui eſ-
 ſent vel religionis veteris, vel Auguſta-

næ Cōfeſſionis: excluſis reliquis ſectis
 om̄ibus. Ibi in diem vſq; decimū ſextum
 certatū eſt inter Euāgelicos theologos,
 nec tamē res cōponi potuit, q̄ alij ex ijs
 Sectas qualdam, tanq̄ à Cōfeſſione Au-
 guſtana diſcrepantes, excluderēt & da-
 mnarent, alij retinendas, eiſq; parcendū
 cenſerent. Ea cōtentio & altercatio eo-
 uſq; p̄greſſa eſt, vt ex duodecim quinq;
 reiecti ſint, nec eos deinceps Collegarū
 & ſymmyſtarū loco habere voluerint
 reliqui ſeptem. Itaq; quinq; illi excom-
 municati, relicto Colloquio domū abi-
 ērunt. Erat expectatio magna alicuius
 inter Catholicos & Euangelicos con-
 ciliandæ concordie, ſed ea vſq; adè in-
 iri nō potuit, vt ipſi Euangelici in duas
 propemodū æquales partes turpiſſimè
 diſſecti, Catholicis non immeritò du-
 bitationem attulerint, vtra pars Cōfe-
 ſionem Auguſtanam ſequat. Nec leui-
 bus de rebus iſti Euāgelici theologi in-
 ter ſe rixabantur, ſed de præcipuis capi-
 tibus: putà, De libero arbitrio, De Iuſti-
 ficatione, De operibus, De Sacramētis,
 præſertim de Euchariftia. Et certè quinq;
 illi excluſi theologi literas ſigillis ſuis
 munitas noſtris theologis tradidēre, q̄-
 bus teſtantur, omniuarias haftenus ſe-
 ctas & corruptelas irrepſiſſe, & earum
 authores Cōfeſſioni Auguſtanæ ſe im-
 miſcuſſe, & ſub Auguſtanæ Cōfeſſio-
 nis prætextu, tanq̄ eiſmodi hæreſes illi
 conſentaneæ ſint, eas defendere voluiſ-
 ſe &c. Quādò verò ipſi quinq; eas à Cō-
 feſſione Auguſtana excludere & ſpeci-
 ficè cōdemnare voluerūt, à ſuis reliquis
 ſeptem Collegis & ſocijs ex eorū cōſor-
 tiō extruſos eſſe &c. Itaq; iſtis ita inter
 ſe diſtractis, & q̄ à ſeptem reliquis, qui
 Vuormatiæ remanſerāt, nunq̄ impetra-
 ri potuit, vt multiplices Sectas à Cōfeſ-
 ſiōe Auguſtana ſpecificè ſepararēt atq;
 damnarēt, nè fruſtrā cum Euangelicis
 Colloquij labor om̄is inſumeretur, ne-
 ceſſariò hac vice Colloquiū intermitti
 & ſuſpendi oportuit. Prodiērunt poſt-
 eà ſcripta acerbiffima, præſertim Nicolai
 Amſdorffij & Nicolai Galli, q̄bus mi-
 rabiliter lacerant illos ſeptem, qui alios
 quinque reiecerunt. Inter alia ſic habet
 Amſdorffius in libello, cui titulū fecit:
 Publica Cōfeſſio puræ doctrinæ Euā-

gelij, & cōfutatō p̄sentium Suermerorū: Brentius, inqt, & Adiaphoristæ (Philippum Melāchthonē & socios intellige) iā in Colloquio Vuormatiēsi Zuingliū & Osiandrū, ob linguarū & artū insignem peritiā, cōdemnare noluerūt: nostros aut, qui in Colloquiū illud cōsentire recusarūt, nisi illi dānarent, fanis & cōtumelijs laceratos, è colloquio excluderūt & abire cōpulerūt. Nos Zuinglianā & Osiandrinā hāereses trāquilla cōscientia amplecti nō possum⁹. Et quāuis Theologi, qui in Vuormatiēsi Colloquio post nostrorū discessum permāsere, publicè editis scriptis testati sint, se ab Augustana Cōfessioe nolle discedere, re tamē ipsa diuersum planè faciunt. Cū em̄ Zuinglianos & Osiandrinos execrari nolint, nō possunt Augustanæ Confessione adhærere. &c. Postea notatim sex dānant Sectas ac diris deuouēt, q̄ tñ ferè oēs ad Augustanā Cōfessionē se referūt. Nicolaus Gallus p̄co Ratisponēsis in suis Thesis & Hypotyposisibus inter cætera disertis verbis ita scribit: Nō sunt leues inter nos (Euangelicos) cōcertationes, nec de rebus leuibus, sed de sublimibus doctrinæ Christianæ articulis, de Lege & Euāgelio, de Iustificatiōe & bonis operibus, de Sacramētis & vsū Cæremoniarū: nec vlla ratione cōponi & transigi possunt &c. Sic nimirum isti scribūt, & verū eos hac in parte scribere, cū alia multa, tū p̄sentis anni Colloquiū declarat. Quare verò p̄mittit deus istorū pudendos errores & priuatas opiniōes in eiusmodi foeda abire dissidia & implacabiles animorū dissensioes ac acerbitates, nisi vt vel manibus ac pedibus tādē palpare possimus, ab istis hominibus nō verbi Dei veritatē, quæ semper vna est & vbiquè sui similis, sed sub prætextu verbi Dei mendacium, quod varium semper est & inconstās ac multiplex, & subindē in alias atq; alias formas transformatur, miseris mortalibus obtrudi, & tam multos horrendos errores in orbem nostrum inuehi?

ANNO 1558. Henricus Gallorū rex paulò antè nō mediocritè afflic⁹ amissionē exercitūs sui ad S. Quintini urbē, suos ex Italia reuocatos cum alijs recēns conscriptis, Duce Frācisco Guisio mit-

tit cōtra Philippū, Guisius primò ita se cōparat, tanq̄ sit S. Quintini oppidū oppugnaturus. Erat anni tēpus longè alienissimū: atq; eccè per exploratores certior fact⁹ Caletū nō satis firmo Anglorum p̄sidio teneri, derepētè cōuerso itinere, eò cum exercitu cōtendit, urbemq; oīm opiniōe inexpugnabilem, septimo obsidionis die, hoc est, 9. Ianuarij in regis Gallorum potestatē redigit, cū iā annis ducentis Angli eam obtinuissent. Fuit hoc facinus audax & propè incredibile, præsertim tam iniquo anni tempore. Mox etiā Guiennā vi expugnat, castellum munitissimū, direptumq; incēdit. Hoc quoquè oppidū Angli supra ducentos annos Gallis ereptum possederant. Ijs inopinatis victorijs Galli, iam propè consternati, animos recuperant.

Mēsis Februarij die 24. quo die in hāc lucē editus fuit, & anno 1530. Bononiæ à Clemente VII. incredibili splendore Imperij insignia acceperat, missa insigni legatione ad Principes Electores, qui Frācoforti cōuenerāt, Carolus Cæsar Imperiū in fratrem suū regē Ferdinandū transfert, & vt Septēuiri id gratū & ratū habere velit, orat. Indè 13. Martij die p̄cipes Electores Ferdinādo maximi Imperij dignitatē deferūt, & tādē Imperator ipse & Principes oēs domum repetunt. Vt in multis alijs, sic in hoc quoquè factō Caroli V. Cæsar is lōgè optimi summa apparuit modestia & humilitas, q̄ sua spōtē Imperio abdicārit, cū interim nō deessent, qui illi ambitionē & regnandī libidinē impropereēt. Vtinām digni effemus multos tales habere Imperatores. Deinceps priuatus in multa pace vixit aliquot menses optimus Princeps, quod etsi miserū & ingloriū videtur plerisq; huic mundo deditis, tamē spontē renūciāsse tanto Imperio & omnibus q̄ sunt huius mundi, in primis gloriosum & multa laudē ac p̄dicatiōe dignissimū est.

Huius anni initio Vuestphalus, minimè Caluino cessurus, aliquot scriptis apologeticis foedissimas, vt ipse ait, Sacramētariorū calūnias diluit, & Luteri de Euchariſtia doctrinam tuetur. Edidit etiā Confutationem aliquot enormium mendaciorum Iohānis Caluini, sequutura Apologiæ aduersus eius

eius furores præmissæ &c. Hic est enim eius confutationis titulus. Mox secutaest Apologia illa ad vltimam Caluini admonitionē. Ioachimus quoque Magdeburgicus librū euulgauit de veterē & nouo Christo: aitq; veterē Christum prædicari à Luteranis, nouū, à Berengario excogitatum, annunciari à Sacramentarijs. Non possunt dicere Evangelici hæc esse Papistica commenta, sed sunt purum putum verbum Dei, vt quidem ab vtraq; parte isti miseri iactare solent. Cur igitur tandem alij alijs nõ cedunt, & hætenus se errasse confitentur? Sed hoc non finit spiritus ille, quo reguntur.

Menfis Aprilis die 16. Melchior Zobel, ex antiqua & nobili familia, omnibus charus Princeps & Episcopus Herbipolensis, nefando latrocinio in ipsa vrbe Herbipolensi & Mœni ponte crudeliter interficitur.

Rex Galliarū duce Guisio Theonuillam oppidulum munitissimū multis suis desideratis expugnat, sed Lucemburgum frustra oppugnat. Alius verò eius exercitus ad Grauelingā à Philippicis partim deletus, partim captus est. Multa peditum & equitum vexilla Gallis ablata sunt, omnes machinæ, quas partim ex vrribus nuper occupatis abspertarat, recuperatæ sunt, aliquot belli duces, Comites, nobiles, & quinq; Gallici ordinis equites capti sunt. Paulò post Dunckerca vi expugnatur, & Gallorum ad tria millia cæduntur. Aegmódanus Comes, vir strenuus & bellicę rei peritiss. huius prælij & belli dux fuit.

Die 18. Iunij moritur Antonius Coloniensis Archiepiscopus, è Comitum à Schauueburg familia, habuitq; successorem Iohannem Gebhardum è Mansfeldicis Comitibus.

In Hispanijs obiit Eleonora Caroli Cæsaris soror, Franciæ regina. Eius exequiæ Lutetiæ Parisiorum diebus 13. & 14. Aprilis in summo beatissimæ Mariæ virginis templo celebratæ sunt. Et 24. Aprilis Henricus Galliarū rex Mariam Stuardam Scotię reginā, Fracisco Delphino filio suo Parisijs dat vxorem, nuptijs regia magnificentia celebratis.

Die 21. Septembris, cum iam aliquot

dies acutissima febre tertiana laborasset, è viuis feliciter excessit pijsimus & celeberrimus Princeps Carolus V. Romanorū Imperator potentissimus. Ante mortem in illa sua optata solitudine dies ac noctes precibus ad Deum fundendis consumebat, mundo se iam inutile, immò & Deo deinceps in vita hac inutilem dicebat: itaq; cupiebat liberari mortali corpusculo, vt in æterna vita Deum perpetim laudare posset. Cum esset in precibus ardētior, sæpè & valdè piè pro Ecclesiæ concordia Deum orabat, inquiens, *In manus tuas Domine tradidi Ecclesiam tuam.* Sæpè lapsus suos publicè ingemiscens lamentabatur, & toto vitæ suæ spatio nullum diem se dicebat Dei seruitio dignè & vt par erat impendisse. Crucifixi Seruatoris imaginem per multos dies vlnis, oculis, oreq; complexus, septimo à translato Imperio mense, præsentē Archiepiscopo Toletano, omnibus sacramentis Ecclesiæ imbutus, maximam vim lachrymarum effundens expirauit, anno ætatis suæ 58. Ante mortem post sacram vntionem, licet iam antè corpus Domini accepisset, iterum illud sibi dari petijt, dicens, *In me manes, ego in te maneam.* Sic mortuus est pijsimus & sempiterna memoria dignus princeps Carolus V. de quo ob totius Ecclesiæ ædificationem hoc loco visum est breuem historiā annectere, vt pro multis & maximis eius in Ecclesiam beneficijs, hanc qualemcunque illi impendamus grati animi significationem, & cognoscat posteritas omnis, qualem nostra ætas, alioqui lōgè calamitosissima ob hæresum & nouorum dogmatum prodigiosam fertilitatem, habuerit Imperatorem.

Et quidem, vt iam initio dictum est, natus est Gandau, idq; anno seculari, anno Iubileo, anno gratiæ. Nimis esset longum, omnia singulatim persequi, quę in huius Principis tota vita viri grauissimi obseruauerunt. Porro verò singulari quadam Numinis prouidentia hunc Principem orbi labenti datum, dubitari non potest. In eum enim statum, cum ille ad Imperium prouectus est, iam res Christianæ in Germania reciderant, vt nisi tanta ille & autoritate, & poten-

tia & Numinis indubitato perpetuoq; favore præditus Imperij habenas accepisset, de Germania propemodum desperandum fuerit, præsertim in dies magis ac magis incrementibus sectis & erroribus, atque Turcis eam ob causam Germaniæ extrema minitantibus. Postquam enim in Germania mutata est prisca & auita religio, vires quoque Germaniæ labefactatæ sunt, & multa Imperio detraxerunt Turcæ, Moscovitæ, & pleriq; alij, idque paruo negotio, ob animorum dissensiones, quas noua religio peperit. Statim post natum Carolum multa omni in re præclara hominū ingenia exitere, multos Italia, Germania, Gallia, Hispania, Britannia, Sarmatia, Hungaria doctissimos viros protulit, poteratq; eo nomine hoc seculum longè felicissimum videri, si non pleriq; suis ingenijs in Dei contumeliam abuti voluissent.

Quò ad corpus Caroli attinet, erat illi cutis candida, capillus flauus, oculi glauci & patij, in quibus cum summa grauitate mira inerat amabilitas: genæ succulentæ, brachia & femora carnosæ, venter subactus, rotundum, neruosum & compactum tergum, graciles suræ, nasus aquilinus, labra rubicantia, lata, crassa: pedes, manus, auriculæ breues: digiti vtrinque longiores, neruosum collum, humeri lati, pectus latum & frons lata, vultus serenus, placidus, mitis: statura media. Atque hanc corporis formam vsque ad annum ætatis quadragesimum incolumem retinuit, multa omnium admiratione. Patrem habuit Philippum Austriacum, regem Castellæ & Legionis: matrem Iohannam, filiam Ferdinandi & Elizabethæ Catholicorum regum Castellæ & Aragoniæ. Philippi pater fuit Maximilianus Cæsar, Maximiliani Fridericus tertius, Friderici Ernestus, Ernesti Leopoldus, Leopoldi Albertus, Alberti Albertus Romanorū rex, & huius pater Rudolphus, æquè Romanorum rex.

Ingenio fuit Carolus V. humano, miti, candido, disciplinarum capeffendarum auido, taciturno, tractabili, pio, pietatis maximè studioso, clemente, honesto, magnanimo, forti, reconcilia-

bili, multum amicitia appetente, vindictæ non cupido, liberali, largo, amabili, dulci, versatili, prudente, sapiente, prouido, cunctabundo, non præcipiti, non effreni, modesto, moderato, æquo, iusto, bono, veraci, tristitia & grauitati magis quàm leuitati aut latitiae dedito, raro hilari, semper constante atque tranquillo, vbique sui simili, nusquam & nunquam dissimili, aut sui immemore.

Mechliniæ à puero educatus est apud Margaretam Maximiliani Cæsaris filiam. Primam eius pueritiam gubernauit pontifex Bisontinus Vergiacus Sequanus, vir grauis, & posthuc Guilelmus à Croia Marchio Ariscotia. Porro Maximilianus Cæsar, Caroli auus & tutor, cupiens eum optimis & literis & moribus imbui, Adrianum Florētium Vltraiectinum, virum grauem & eximium theologum, ei præceptorem adhibuit. Adrianus Caroli ingenio benè perspecto, nihil sui officij in eo optimè instituendo prætermisit. Carolus verò, optime indolis iuuenis, morigerum se præbuit promptissimè, & lectioni, scriptioni, alijsq; literarijs exercitationibus gnauiter incubuit. Guilelmus à Croia Marchio rebus militaribus, luctationi, iaculationi quæ fit arcu, equitationi, saltationi, armorum vsui & venationi operam dare eum permittebat. In omnibus facile superabat commilitones suos: nè tamen eos contristaret, victoriæ brauium illis impertiebatur. Multa ei quotidie proponebantur veterum heroum ex sacris & prophanis historijs fortia facta, quin & Maximiliani aui paterni & Ferdinandi aui materni bellica facinora: quibus fiebat, vt literarum studia sensim refrigescerent, præsertim dicente Adriano Florentio, virum principem magis bonos mores quàm bonos colores complecti debere, eumque iam vltro pietati deditum, ad studia pietatis amplectēda extimulante. Interim Adrianus legationis nomine abijt in Hispaniam, & Carolus totum se confert ad Rempubicam.

Anno ætatis suæ 15. sui iuris factus, Belgicis ditionib' inauguratus est, summa cum Belgarū oim gratulatione, maximis

ximis illi exhibitis triumphis, idque non rarè. Deindè magnoperè studuit regum & principù sibi affinitates, quòd ex plurimùm faciant ad pacem publicam, cõciliare: & primò quidè totum se ad Francisci Gallorum regis amicitiam cõtulit, qui tum recens regni titulum obtinuerat. Lusitano regi Eleonorã, Daniã regi Isabelam, Pannoniã Mariam sorores suas collocavit. Henricus Angliã rex eius materteram Catharinam, Ferdinãdi Hispaniã regis filiam, iam antè cõiugem acceperat. Anno etatis suã 17. primò in Angliam, mox in Hispaniam nauigat, matrem & regni proceres humanitè et piè tractat, dum regni Hispaniẽ inauguratur. Interim verò adfertur ad eum de obitu Maximiliani Cæsaris. Habebat tum secum quosdam principes viros, qui eum cuperent in Imperio succedere Maximiliano. At Carolus veritus nè Franciscum Galliã regem, qui putaretur Imperium petiturus, ea re offenderet, suam illi mentem aperuit. Franciscus rex respõdit, nihilo magis se offensum iri, quàm si duo vnã virginem expeterent: pergeret bonis auibus, Deum feliciori adfuturum. Itaq; Imperiũ Carolo defertur 19. die mensis Iulij: quã illi causa fuit maturiùs in Germaniã redeundi. Relictò igitur Adriano iam Episcopo Dertusensi, præceptore quondam suo, eique summa in Hispanijs potestate tradita, in Belgium redit, & Aquisgrani in regem Romanorũ coronatur & vngitur. Eo tempore constans inter Carolum & Franciscum regem pax fuit.

Indè ad Conuentum Vuormatiensem abit anno etatis suã 21. vbi Luterum damnauit, & graui edictò paci publicæ consulere voluit. Erant tum Principes quidam in ea sententiã, vt dicerent, Luterò, licèt fide publica Vuormatiam accersito, non esse seruandam fidem. At Carolus eum iussit in Saxoniam reduci, dicens Fidem rerum promissarum, etiã si toto mundo exularet, tamen apud se cõsistere oportere. In his Comitijs dum est Cæsar, bellum ei mouetur in Belgio, in Italia, in Hispania. Et ille quidem palàm testatus est, se ad bellum & arma capessenda prorsùs inuitum descendere: porrò rem omnem Deo committere: sibi ve-

rò id maximè dolere, quòd interim Turcis in Germaniam via sterneretur.

Multa per omnem vitam vir mitissimus & clementissimus bella gessit semper ferè ad eò propitio Numine, vt hostibus suis, ipsiq; adeò potentissimo Turcarum Principi ob perpetuam in conficiendis bellis felicitatem terrori fuerit. Fuit autem hoc in illo admirabile, & eximiã virtutis euidentis argumentum, quòd neque tum, cùm rex Gallorum Franciscus in pugna Ticinensi captus, neque cùm Clemens Pontifex & Roma superata nunciaretur, vllum dedit lætitiã signũ nec publicè nec priuatim, sed Deo supplicationes septem dierum decreuit: porrò pro Pontifice ex sequissimè militis manibus liberando, dierũ quadraginta. Nam certè Põtificem Romanũ, vt verè Catholicus princeps, ex illa summa voluntate sua non amauit tantum, sed coluit etiã. Itaque quamprimùm militis efferos animos, qui Pontificem obsidebant, pecunia placari iussit. Nec diũ post Galliã rex, Italicis quibusdam illi se coniungentibus, Neapolim inuadit: sed ecce tibi præpotens deus absentis Caroli Cæsaris curam gerens, fœda lue illas hostiles copias ad eò attriuit, vt quatuor & triginta peditũ, sex equitum millia Gallus se amisisse quereretur. Inter hos autem Christiani orbis intestinos motus & bella ciuilia, valdè sepius princeps cõsolabatur, quòd in nouo orbe ab ipsius præfectis subactò, innumeræ gentes Christianam fidem in dies amplecterentur.

Et quidem inter ceteros eius præfectos Ferdinandus Cortesius, in regno Mexicano, & Franciscus Pizarrus in regno Peruaco, octodecim reges & prouincias, totidem acerrimis prælijs subiugarunt, & Christiana religione initiari curarunt, alijs etiã eò suam operam accommodantibus. Est autem hoc notatu dignum, quòd noui orbis incolæ Temistitani nullis literis siue characteribus vtuntur, sed res gestas maiorum, imaginibus quibusdam auium ac stirpium annotarunt: Peruaci autem, chordarum coloribus & nodis. Aiunt cælum & terrã post certa spatia peritura,

& animas immortales rectè & malè factorum præmium & supplicium apud cælites laturas. Porro ante cæli & terræ interitum Solem prius & Lunam occubituos, quos interim pro dijs coluerunt. Credunt quoque Peruaci carnis resurrectionem: sed planè barbarū est, quòd eam ob causam mariti cum vxoribus & familia magis chara sepeliri solebant, & quidem eodem momento, eodemque in loco, vt tanto citius simul resurgerent.

Tot autem hominum millia in illo nouo orbe Carolino (sic enim vocant) Christi fidem complexi sunt, quantum esse possit in hoc veteri orbe nostro. In solo regno Mexicano iam pridem fuere octoginta sanctissima monasteria, & in dies plura fiunt. Sunt ibi magni vbique populi, multæ & validæ vrbes, pulcherrima ædificia & palatia ex latere & candido quoque marmore: incredibilis frugum, auri, argenti, eris & aliorum metallorum copia. Vnica vrbs Mexicana centum viginti millia ædium habet: vicina autè municipia, alia septè, alia quindecim, alia viginti, alia triginta, alia quadraginta, alia sexaginta, alia septuaginta domorum millia obtinent: Marchionis Ferdinandi Cortesij palatium solum tanta est amplitudine, vt cum ipse, & senatus Caroli Cæsaris, & multi præfecti & tribuni militares illic omnes laxissimè habitarent, septem tamè ducatorum milibus partes ædificij vacuæ quotannis elocarentur.

In regno Peruaco quanta fuerit regum Culconiorum potètia, antequàm Caroli armis domiti essent, vel indè facile constare potest, quòd duas illi vias militares à ciuitate Culcone in septingentas Leucas direxerant, quarum vna per alpes, altera p valles ducebatur: atq; in his vijs ad singulas septenas leucas diuersoria, quas ipsi tumbas vocabant, constituerat, in quibus singulis semper nudus, exarmatus, famelicus quadraginta aut amplius millium hominum exercitus, subito appellens, vestiri, armari, pasci in longum tempus posset. Et quidem Atabaliba vltimus Culconij rex, q multos sub se habebat reges, Cæsaris Caroli subactus armis, septuaginta milliones aureorum Carolinorum (id est, septua-

giens dena centena millia aureorum Carolinorum) intra diem septuagesimum se sponderat appèsurum, si libertati suæ restitueretur. Sed duorum Tribunorum Cæsaris dissensione & avaritia factū est, vt post septies quadraginta auri vasa appensa, morte violenta ablati sit, nō minima Caroli Cæsaris iactura. Miranda quidè sunt hæc, sed id multò mirabilius, quòd tam opulente gentes sanctè, piè & castè Christi religionem colunt, quod vtique sinè præsentissimo Numinis fauore & summo miraculo fieri nō potuit, vt nos meritò gaudere debeamus nostro quo gentes amplissimas & opulentissimas, relictis demonum cultibus, ad vniuersi viui & veri Dei cultum traductas esse, dum interim in his Europæi orbis angustijs, in mille sectas distracti, sensim ad atheismum quendam & paganismū relabimur.

Est hoc quoque admiratione dignū, quòd plerisque Imperij Mexicani locis coloni & incolæ idiomate vtuntur eiusmodi, quod valdè affine & simile sit Fladrico, præsertim Gandauensium idiomati. Nec sinè maximo sudore & multis periculis nouus orbis in Caroli Cæsaris ditione redactus est. Sunt ibi multæ amplissimæ ciuitates, multi altissimi montes, rupes inaccessibiles, profundissimæ voragines, densissimæ syluæ, frequentes hominum turbe, multæ & in terra & in mari horrendæ beluæ: sed hæc omnia, Deo benè fauente, Caroli Cæsaris virtuti & pietati cessere, Hispano veterano milite nullos pro Cæsare & Christi fide propaganda labores recusante.

In solo regno Peruaco quadraginta nouas vrbes Carolus Cæsar exædificari curauit: porro in regno Mexicano urbem Mexicum, in qua (vt dixim^{us}) tère quadraginta sunt millia amplissimarum ædium, quam Cortesius ob seditionem totam iusserat concremari, augustissimè totam nouam ædificari voluit, vnde etiàm Palatium Caroli vocatur vrbs ipsa. In nostro quoque orbe (vt id obiter dicam) multas & vrbes & arces construxit Carolus Cæsar, putà Carolomotium, Philippopolim, Helsingertum vrbes. Cameraici, Gadaui, Ultraiecti, arces validissimas in Belgio, atq; alibi complures alias.

Legatus

Legatus Indicus noui orbis Anno Domini 1554. t̄r septem milliones aureorum Carolinorum coronatorum siue ducatorū (million significat decies centena millia) Carolo Cēsari obtulit, vt priuilegium & legem quandam Carolinam abrogaret. Totidem milliones eorundem ducatorum etiā Philippo Carolo Cēsaris filio alter legatus postea obtulit. Ex ipso nouo orbe septem decades millionum auri feruntur in Hispanias relatae, & totidem decades millionū auri ex margaritis, gemmis, vnionibus & reliquis lapidibus & rebus preciosioribus noui orbis: quæ summa si ritè supputet, penè incredibilis euadit: sed sunt magnæ opes illarum regionum. At multò maior summa pecuniæ, demptis tamē his auri summis, in milites & præfectos Cēsaris annis quadraginta in nouo orbe subigendo & muniendo consumpta est. Per hos autem auri milliones hoc loco accipi debet purum putum aurum Castellanorum ducatorū Carolinorū.

Et quidem in Australiori veteris orbis nostri plaga trecentis quinquaginta leucis vltra caput Bonæ Spei nouæ noui orbis Carolini plagæ & vastitates repertæ sunt, quæ magnitudine spatiorū longè apud fretū Magellanicū in Orientem & Occidētē & Austrū porrigatur, ad eò vt nouæ quotidie terræ noctū & interdiū emicārint in mari.

Porrò in nouo orbe septem Carolus Cēsar esse voluit amplissimos Senatus, quorum quidam Cancellariæ vocātur: nempe, In Fano Dominici, in Mexico, in Guatimala & Nicaragua, in noua Granata, in Regibus ciuitate Peruaca. In Cuba est Gubernator, & in noua Galicia sunt quatuor Prætores, qui vocantur Alcaldes maiores. Constituit quoque duos Proreges, alterum qui præsit mari meridionali & eius littorib⁹ & locis mediterraneis, habitatque Regibus in prouincia Peruaca alterum qui dominetur mari Aquilonari & eius latissimis littoribus, & locis ac prouincijs mediterraneis, habitans in Mexico. Sunt quoque Gubernatores plurimi siue procōsules, vt, in Boriqueno, Panama, Cartagena, Venezuela. Sunt Adelantadi præfides prouinciarū, Sunt & præfides vrbiū, itemq;

Consulares prouinciæ, qui in maiorib⁹ ciuitatibus habitant, quorum electio ad duos supradictos Proreges pertinet.

In Fano Dominici est Archiepiscopus, & habet septē sub se Episcopos, videlicet, Xaliscoonium, Mechauacanum, Guaxacam, Tascalā, Guatimalā, Chiapam & Nicaraguam. In Regib⁹, quæ est vrbs regni Peruaci nobilissima, est Archiepiscopus, cui inter ceteros subsunt Episcopi, Cuscon⁹, Quiton⁹ et Charcas: & quotidie plures creabatur. Porrò rex Castellæ est Patron⁹ omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, dignitatū & beneficiorū Ecclesiasticorū noui orbis: & ipse illos designat pmissu Romani Pōtificis.

Nouus ille mūdus Carolinus in mari Boreali in idimēsiōne littorum obtinet septem millia leucarum communium Gandauēsum, quarū t̄r septem leucæ conficiunt vnum latitudinis siue altitudinis gradum, si à septentrione Boreali in Australem plagam metiaris. Singulis autem gradibus Ptolemæus attribuit septuaginta millia passuum, quæ efficiūt septuaginta milliaria Italica. Porrò vet⁹ orbis noster habet trecentos sexaginta gradus: & totidem dies numerant noui orbis incolæ in anno vno: sed illis interferebant dies quinque, quos habebant toto anno celeberrimos, vt nos Pascha nostrum.

In mari autem Australi noui orbis dimensio continet in se t̄r mille quingentas leucas cōmunes. Noster vetus orbis, quacunque eas, conficit septem millia leucarum communium. Si singulis climatib⁹ mille leucas attribuas, septē erūt orbis climata. Si decē parallelos singulis climatibus iniicias, & singulis pallelis singulas leucarum centurias adijcias, septuaginta parallelos & septuaginta centurias leucarum orbis habebit. Vnde conficiūtur 360. grad⁹ Ptolemaici, quorum singuli continent t̄r septem leucas communes Gandauenses, in quos Ptolemæus orbem partitus, spatia telluris marisque distribuit. Est autem omninò verisimile & serè necesse, in Australi noui orbis plaga, hoc est, ad polum antarcticum & fretum Magellanicū, vbi aræ & colūm Caroli Quinti cōstitutæ sunt, esse latissima, vastissimaq; terrarū spatia.

Fuit

& animas immortales rectè & malè factorum præmium & supplicium apud cælites laturas. Porro ante cæli & terræ interitum Solem prius & Lunam occubituros, quos interim pro dijs coluerunt. Credunt quoquè Peruaci carnis resurrectionem: sed planè barbarū est, quòd eam ob causam mariti cum vxoribus & familia magis chara sepeliri solebant, & quidem eodem momento, eodemque in loco, vt tanto citiùs simul resurgerent.

Tot autem hominum millia in illo nouo orbe Carolino (sic enim vocant) Christi fidem complexi sunt, quantum esse possit in hoc veteri orbe nostro. In solo regno Mexicano iam pridem fuere octoginta sanctissima monasteria, & in dies plura fiunt. Sunt ibi magni vbiqùe populi, multæ & validæ vrbes, pulcherrima ædificia & palatia ex latere & candido quoquè marmore: incredibilis frugum, auri, argenti, eris & aliorum metallorum copia. Vnica vrbs Mexicana centum viginti millia ædium habet: vicina autè municipia, alia septè, alia quindecim, alia viginti, alia triginta, alia quædraginta, alia sexaginta, alia septuaginta domorum millia obtinent: Marchionis Ferdinãdi Cortesij palatium solùm tanta est amplitudine, vt cum ipse, & senatus Caroli Cæsaris, & multi præfecti & tribuni militares illic omnes laxissimè habitarent, septem tamè ducatorum millibus partes ædificij vacuæ quotannis elocarentur.

In regno Peruaco quanta fuerit regum Cusconiorum potètia, antequàm Caroli armis domiti essent, vel indè facile constare potest, quòd duas illi vias militares à ciuitate Cuscone in septingentas Leucas direxerant, quarum vna per alpes, altera p valles ducebatur: atq; in his vijs ad singulas septenas leucas diuersoria, quas ipsi tumbas vocabant, cõstituerat, in quibus singulis semper nudus, exarmatus, famelicus quadraginta aut amplius millium hominum exercitus, subitò appellens, vestiri, armari, pasci in longum tempus posset. Et quidem Atabaliba vltimus Cusconij rex, q multos sub se habebat reges, Cæsaris Caroli subactus armis, septuaginta milliones aureorum Carolinorum (id est, septua-

giès dena centena millia aureorum Carolinorum) intra diem septuagesimū se sponderat appèsurum, si libertati suæ restitueretur. Sed duorum Tribunorum Cæsaris dissensione & auaritia factū est, vt post septiès quadraginta auri vasa appensa, morte violenta ablati sit, nò minima Caroli Cæsaris iactura. Miranda quidè sunt hæc, sed id multò mirabilius, quòd tam opulentè gentes sanctè, piè & castè Christi religionem colunt, quod vtiquè sinè præsentissimo Numinis fauore & summo miraculo fieri nò potuit, vt nos meritò gaudere debeamus nostro quo gentes amplissimas & opulentissimas, relictis demonum cultibus, ad vnus viui & veri Dei cultum traductas esse, dum interim in his Europæi orbis angustijs, in mille sectas distracti, sensim ad atheismum quendam & paganismū relabimur.

Est hoc quoquè admiratione dignū, quòd plerisque Imperij Mexicani locis coloni & incolæ idiomate vtuntur eiusmodi, quod valdè affine & simile sit Flãdrico, præsertim Gandauensium idiomati. Nec sinè maximo sudore & multis periculis nouus orbis in Caroli Cæsaris ditione redactus est. Sunt ibi multæ amplissimæ ciuitates, multi altissimi montes, rupes inaccessibiles, profundissimæ voragines, densissimæ syluæ, frequentes hominum turbæ, multæ & in terra & in mari horrendæ beluæ: sed hæc omnia, Deo benè fauente, Caroli Cæsaris virtuti & pietati cessere, Hispano veterano milite nullos pro Cæsare & Christi fide propaganda labores recusante.

In toto regno Peruaco quadraginta nouas vrbes Carolus Cæsar exædificari curauit: porro in regno Mexicano vrbe Mexicum, in qua (vt dixim⁹) tère quadraginta sunt millia amplissimarum ædiū, quam Cortesius ob seditionem totam iusserat concremari, augustissimè totā nouam exædificari voluit, vndè etiām Palatium Caroli vocatur vrbs ipsa. In nostro quoquè orbe (vt id obiter dicam) multas & vrbes & arces construxit Carolus Cæsar, putà Carolomótium, Philippopolim, Helsingertū vrbes. Cameraci, Gadaui, Ultraiecti, arces validissimas in Belgio, atq; alibi complures alias.

Legatus

Legatus Indicus noui orbis Anno Domini 1554. tē septem milliones aureorum Carolinorum coronatorum siue ducatorū (million significat decies centena millia) Carolo Cēsari obtulit, vt priuilegium & legem quandam Carolinam abrogaret. Totidem milliones eorundem ducatorum etiā Philippo Caroli Cēsaris filio alter legatus postea obtulit. Ex ipso nouo orbe septem decades millionum auri feruntur in Hispanias relatae, & totidem decades millionū auri ex margaritis, gemmis, vnionibus & reliquis lapidibus & rebus preciosioribus noui orbis: quæ summa si ritè supputet, penè incredibilis euadit: sed sunt magnæ opes illarum regionum. At multò maior summa pecuniæ, demptis tamē his auri summis, in milites & præfectos Cēsaris annis quadraginta in nouo orbe subigendo & muniendo consumpta est. Per hos autem auri milliones hoc loco accipi debet purum putum aurum Castellanorum ducatorū Carolinorū.

Et quidem in Australiori veteris orbis nostri plaga trecentis quinquaginta leucis ultra caput Bonæ Spei nouæ noui orbis Carolini plagæ & vastitates repertæ sunt, quæ magnitudine spatiorū longè apud fretū Magellanicū in Orientem & Occidētē & Austrū porrigatur, ad eò vt nouæ quotidie terræ notū & interdū emicārint in mari.

Porro in nouo orbe septem Carolus Cēsar esse voluit amplissimos Senatus, quorum quidam Cancellariæ vocātur: nempe, in Fano Dominici, in Mexico, in Guatimala & Nicaragua, in noua Granata, in Regibus ciuitate Peruaca. In Cuba est Gubernator, & in noua Galicia sunt quatuor Prætores, qui vocantur Alcaldes maiores. Constituit quoque duos Proreges, alterum qui præsit mari meridionali & eius littorib⁹ & locis mediterraneis, habitatque Regibus in prouincia Peruaca alterum qui dominetur mari Aquilonari & eius latissimis littoribus, & locis ac prouincijs mediterraneis, habitans in Mexico. Sunt quoque Gubernatores plurimi siue procōsules, vt, in Boriqueno, Panama, Cartagena, Venezuela. Sunt Adelantadi præsides prouinciarū, Sunt & præsides vrbū, itemq;

Consulares prouinciæ, qui in maiorib⁹ ciuitatibus habitant, quorum electio ad duos supradictos Proreges pertinet.

In Fano Dominici est Archiepiscopus, & habet septē sub se Episcopos, videlicet, Xalisconium, Mechauacanum, Guaxacam, Tascalā, Guatimalā, Chiampam & Nicaraguam. In Regib⁹, quæ est vrbis regni Peruaci nobilissima, est Archiepiscopus, cui inter ceteros subsunt Episcopi, Culcon⁹, Quiton⁹ et Charcas: & quotidie plures creabatur. Porro rex Castellæ est Patron⁹ omnī Archiepiscoporū, Episcoporū, dignitatū & beneficiorū Ecclesiasticorū noui orbis: & ipse illos designat pmissu Romani Pōtificis.

Nouus ille mūdus Carolinus in mari Boreali in idimēsiōne littorum obtinet septem millia leucarum communium Gandauēsium, quarū tē septem leucæ conficiunt vnum latitudinis siue altitudinis gradum, si à septentrione Boreali in Australem plagam metiaris. Singulis autem gradibus Ptolemæus attribuit septuaginta millia passuum, quæ efficiūt septuaginta milliaria Italica. Porro vet⁹ orbis noster habet trecentos sexaginta gradus: & totidem dies numerant noui orbis incolæ in anno vno: sed illis interserebant dies quinque, quos habebant toto anno celeberrimos, vt nos Paicha nostrum.

In mari autem Australi noui orbis dimensio continet in se tē mille quingentas leucas cōmunes. Noster vetus orbis, quacunque eas, conficit septem millia leucarum communium. Si singulis climatib⁹ mille leucas attribuas, septē erūt orbis climata. Si decē parallelos singulis climatibus iniicias, & singulis pallelis singulas leucarum centurias adicias, septuaginta parallelos & septuaginta cēturias leucarum orbis habebit. Vnde conficiūtur 360. grad⁹ Ptolemaici, quorum singuli continent ter septem leucas communes Gandauenses, in quos Ptolemæus orbem partitus, spatia telluris marisque distribuit. Est autem omninò verisimile & ferè necessè, in Australi noui orbis plaga, hoc est, ad polum antarcticum & fretum Magellanicū, vbi aræ & colūne Caroli Quinti cōstitutæ sunt, esse latissima, vastissimaq; terrarū spatia:

Fuit

aliud hortaretur. Et in mensa plerūque solus & tacitus sedebat, ita vt conuiuia eius finē conuiuia, moderata, solitaria, honesta, non opiparē apparata, esse cōstaret. Nunquā pecuniā pręter causam prodigus fuit, cuius expēdēdā magnam sēpēr rationem habendam censuit, non ignarus, quantā pecuniā vim bella absumerent.

A vinolentiā, vanā gloriationis & voluptatum vitijis adēdō sēpēr fuit alienus, vt qui illum & à puero optimē nouerant, eandem illi tum indolem, quæ nunc in sene & extrema etate apparuit, etiā infanti & ephēbo, & adolescenti, & iuueni, & viro fuisse affirmēt, sēpēr in eo pudore ingenuo mirificē relucēte. Fuit humanitate, morū suauitate & clementia in omnes singulari. Familiam suam omnem præcipuē charam habuit. Erat natura valdē placabilis & exorabilis, idque sua lenitate & bonitate affecutus est, vt sēpius ipse ab hostibus laudatus sit, quā alij Principes ab amicis & ciuibus suis. Cū ad Solimanūm Turcarum principem quidam Christianus dynasta transfugisset, & ab illo interrogatus, cur relicto Cæsare ad ipsum per fugisset, ille tribus de causis, putā auaritiā, libidinis & iniustitiā Cæsaris fecisse responderet, Solimannus ait, nihil horum sibi posse de Carolo persuaderi, quippe qui diū percontando & indagādo cognitam haberet Cæsaris vitam, nec posse horum vitiorum labem in illo hērere, qui tam sanctē & piē leges cęremoniasque Dei & maiorum suorum obseruaret: iussitque hominem Solimannus à suo conspectu remoueri, & postea etiā odijs & proscriptionibus eum est persecutus, & ex tota Turcia exturbauit. Est hoc insigne testimonium ab eo redditum, qui non Caroli tantum, sed totius Christiani nominis hostis infestissimus esset.

Multas Cęsar callebat linguas, quod illi ad multa magnas attulit commoditates. Itaque in bello diuerso vtens milite, cum Germanis Germanicē, cum Hispanis Hispanicē, cū Belgico equitatu Gallicē, cū Italis Italicē, cū Neapolitanis equitibus mixtīm loquebatur: ad Hungaros, Boēmos, Dalmatas, Mace-

dones varijs sermonibus utebatur. Imperium & imperiale diadema sēpēr nō vt patrimonium se suum possidere, sed vt magistratum gerere profitebatur, idque quā humanitē & beneuolē accepit, tam liberalitē ac munificē reddidit à quibus acceperat. A risu fuit abhorrens, quod idem de Carolo Magno legitur: interīm tamen in apophthegmatibus, & acutē, falsē, breuiter, facetē dictis valdē elegans fuit, sic vt Atticus quidam lepos in eius sermone & Nestorea eloquentia appareret. Itā enim labijs compressis sua verba distinctē, articulatē & tractīm pronuntiabat, vt singulā & syllabā & cōsonantes, & vocales, & diphthongi audirentur. His adiungebat pronuntiacionis dulcedinem, cum summa modestia & grauitate coniunctam. In ipsis autem apophthegmatibus suis itā se cōparabat, vt essent finē ioco ioci. Atque ex ipsa natura magis ad condolendum & collachrymandum, quā ad subsannandum aut irridendum vitam aut mores hominum procliuis fuit: quæ quidem rara est virtus. Indē accidit, vt non rarō in lachrymas solueretur, cū pro hominibus calamitosus ei preces offerrentur, & plerūque magis ipse fleret, quā pro quibus rogabatur.

Quotidiē suas manē horas Canonicas, vt vocant, legebat, easque itā extendebat, vt bis tantum ferē, quantum presbyteri sēpēr manē legerit. A cęna sēpēr redibat ad longissimas preces suas, quæ duarum plerūque erant horarum, sicut & matutinæ. Non enim suis viribus fidebat potentissimus Princeps, sed totus à summi Numinis ope & auxilio pendebat, quod sibi precibus tam longis quotidiē cōciliare studebat. Et hinc tanta illi in rebus gerendis felicitas, tam insignes victoriæ: adēdō vt ob multa fortissimē gesta, Galli eum Herculi, Germani Carolo Magno, Itali Datidi, Siculi Africano, Hispani Alexandro Magno, Turcæ Iulio Cæsari, Afri Hannibali compararint. Multi cū aduertissent eum & domi & militię eque continentium & prolixum esse in precibus suis, dicere solebant: *Carolus sępius cum Deo, quā cum hominibus loquitur.* In singulas bellorum expeditiones nouas sibi preces ipse

ipse & componebat, & sua manu conscriberebat, quæ prolixitate ferè equarèt septem illos Psalmos vsitatissimos, easq; prius examinandas dabat suis Confessarijs, & ab eis approbatas, quotidie etiàm in agmine & acie dicebat, nō nunquàm per speciem exoneradæ vesicæ aut alui ab agmine secedens, vt prolixius & feruentius oraret.

Cùm bella gereret, ipse primus semper suo in agmine fuit, nonnunquàm quindecim horas, nonnunquàm diutius in equo iugiter residens. In omnibus expeditionibus bellicis audacissimus fuit, ita vt mortem planè cōtemnere videretur: aded se ad omnia pericula impavidū offerebat, vt nusquàm ad bombardarū ictus caput inclinaret, nusquàm pedem moueret, nusquàm expallesceret. Et in castris ita se audacter supra humanū modum cōtra hostes gerebat, vt occidi velle in militia videretur: In omni quoque ætate nunquàm cupidus vitæ, semper mortis audidus fuit. Sepè etiàm in castris, & in ipso iuuentutis flore dicebat, Cupio dissolui & esse cum Christo. Eam verò inusitatam animi fortitudinē indè partim habuit, quod nullam expeditionem in hostes susceperit, nisi animo trāquillo & optima conscientia.

Plerique viri militares dicere solebant, Cæsarem vincere quidē nōsse, sed victoria non perindè vtī nōsse aut velle: quibus Cæsar respondit, Iulium Cæsarem quem illi obijciebant, & alios veteres ethnicos vnum tantum habuisse finem, videlicet honorem: nobis Christianis duos esse propositos, putà & honorem, & animæ salutem. Sepè etiàm dixit: Etsi totum expugnâssem Franciæ regnum, redderem illud regi, modò id exiguum, quod meum esse contendo, mihi relinqueret. In seruadis matrimonij legibus semper castissimus fuit: & licet nō deessent, quæ eum ad libidinem illicerent, eas tamen semper constantissimè respuit. Sepè ipsemet fenestram clausit, nē inspiceret prætereuntes formosiores foeminas. Sepè dicitabat, nunquàm se ducturum vxorem, si fratrem Ferdinandum tam foecundum fore sciuisset.

Nunquàm choreis aut tripudijs delectatus est, nisi decoris & honesti respe-

ctu. Nunquàm per aliquod numè iurare auditus fuit, nisi cùm foedera inijs, aut regnis inauguratus est.

Supra modum acuto & perspicaci fuit ingenio, ita vt eius iudicij acrimoniam, prudentiam & sapientiã præstantissimi viri sepè mirarentur. Sepè suam sententiam scripto comprehensam, ad aliquot suos principes & duces mittebat, & illorū tamè iudicio, vt erat mirabili modestia, se submittebat: sed illi ferè semper eius subscribebāt sententiã, eumq; melius quàm sese rem perspexisse fatebantur. Hinc constans fama fuit semper, *Carolus sapientissimū senatorū, fortissimum centurionū, pietissimum iudicum fuisse*: quam iudicij pietatem nō semel in illo experti sunt potētissimi satrapæ, cùm illis grauissima essent crimina intētata. Tres belli neruos dicebat, Commeatū, pecuniã, militē: ex ijs si aliquo carendum esset, militem veteranum se potissimum electurū, cuius promptitudine reliqua duo se ex hoste cōparaturum cōsideret. Cùm esset in cubiculo cū suis familiaribus et domesticis, nusquàm quisquam vel læta vel tristia ad eum esse perlata, ex eius vultu advertere potuit: tāta erat oris, oculorum, & toti vultus Cæsarei cōstantia, & quasi perennis quedam serenitas.

Quotidie tres quartas horæ partes genu flexo orabat manè, longa talari supra subuculā indutus veste: ac tum nemini in cubiculū patebat ingressus. Postea patebat ijs, quibus ius ingrediendi erat, ac tum preces ecclesiasticorū Horarias dicebat. Indè se vestiebat. Post ad Rempubicam gerendam se componebat. Hinc ad sacrum audiendum se conferebat, quod in omni vita semper audiuit, pter quàm in bello Africano semel. A sacro recta ad mensam, nisi quàm ad negocia ibat, nisi grauis accidisset casus. Cùm Missæ sacrificiū ad mediū ductū esset, mensa parabatur: cùm ipse è sacro egrediebatur, cibi ex culina eferebantur. Halecibus, salsamentis & piscibus naturalitèr delectabat, sed ita tamè, vt haberet rationem valetudinis. In mensa etsi parum aut nunquàm loqueretur, audiebat tamen libentèr aliquid nōnunquàm, præsertim ex sacris

depromptū. A prandio omnes prolixissimè audiebat etiā infimè fortunæ homines, vir humilis & misericors, supplicesque omnium libellos accipiebat.

In præstandis eleemosynis per omnē vitam admodū liberalis fuit, adeo vt cum puer esset, quadragenos aureos in oculis habens, sepe septiēs vno die eos erogārit, nescientibus præfectis & æconomis suis. In virili etate & senili in largiendis eleemosynis ad puellarum matrimonia, iuuenum studia, senum vitam sustentandam, captiuos ab hoste redimendos, egrotos curandos, omnium regum, principum, Cæsarum liberalissimus ac munificentissimus est habitus.

Quæcunque autem eius generis donabat, clanculū faciebat, tum accipientium pudori, tum suæ modestiæ consulens. In Germanos ab hereticis rebus suis spoliatos aut vexatos, sacros & seculares, liberalitate sua piētissimè utebatur: sed nunquā ferē tales dedit eleemosynas, quin lachrymas multas profunderet, grauiterque doleret, non se posse egenis omnibus ex æquo subuenire. Habuit autem æconomos semper circum se attentissimos, quorum seueritate fiebat, vt princeps natura liberalissimus, non esset profusus in eos, quos non esse egenos putaret.

Quidam sapientissimi proceres, Cæsari intima familiaritate coniuncti, sepe cum admirati sunt, atque planè sui temporis miraculum naturæ Carolum fuisse confitebantur: tanta erat in Carolo & morum, & sapientiæ, & pietatis præstantia. Tandem optimus princeps sentiens se viribus deficere, & multam erga se multorum ingratitude expertus, toti mundo & omnibus mundi honoribus valefecit, & in solitudine sese contulit, nauigans ex Belgio in Hispaniam. Sed in ipso itinere nunciatum ei est, Oوران Africa promontorium liberatum obsidione Turcarum & Afrorum, ac multa illic Turcarum & Afrorū millia concisa ab Hispanis: atque etiā in auro quinquagiēs cetera millia aureorum Carolinorū, & in lapidibus preciosis viciēs centena millia aureorū ex orbe nouo Carolino Hispalim esse allata. Per id tempus stupendæ auri copiæ ex Per-

uaca & Mexicana plaga tum expectabatur. Denique feliciter ex hac luce in lucem sempiternam migravit optimus, piētissimus, potentissimus princeps Carolus V. cui parem per omnia imperatorē multa secula non viderunt, & fortassis nec visura sunt vnquā. Atque interim tamen nō desunt præsertim aliquot Gallici scriptores, qui tantum principem non semel acerbè perstringant, & apud omnes traducere conētur, quos oportebat modestia vt, præsertim in principem religiosissimū, cui ipsi suis scriptis apud cordatos omnes non solum nihil detraherent, sed eo ipso efficient etiā, vt tantō in maiori precio & veneratiōe habeatur. Atque hæc quidem in Carolo V. longè potentissimi & piētissimi Imperatoris commendationem pro nostri instituti breuitate dicta sint satis. Carolo Cæsaris mortem paulō post secutus est obitus Mariæ sororis eius, fortissimæ & prudentissimæ heroinæ, quæ multis annis Belgio præfuerat. Sub finem Nouembris mortua est etiā Maria Angliæ regina longè piētissima, cuius incredibili virtute intra breue tempus in Anglia restituta fuit religio Catholica. Eam breui secutus est Reginaldus Polus Cardinalis & Cantuariensis Archiepiscopus, multa & virtute & eruditione, & regio quoque stemmate clarissimus. Obijt etiā in Germania Otto Henricus Comes Palatinus elector, & in Dania Christianus Danorum rex.

Eodem anno Moscouitarum Princeps potentissimus in Liuoniæ Torpatensem ditionem ingentem mittit exercitum, trecentorū millium hominū, qui omnia longè & latè populatur, ferro & igni omnia vastat, & per multa millia omnia cede, rapinis, foedissima barbarie et immanitate complent. Nulli neque etati, neque sexui parcitur. Pueri infra annum decimum necantur, intra decimum & vigesimum constituti, Tartaris feris hominibus venduntur: supra viginti annos, trucidantur omnes. Pecus omne, quod in Moscouiam abduci nō potuit, mactatur: ingēs ex tota Torpatensi prouincia præda abigitur. | Quadraginta dies hunc in modum sequitur est, paucis arcibus & vna Torpatensi ciuitate vim hostilem

hostilem euadentibus. In Germanos ille Moscouitanus exercitus præcipuè fæuiebat: deprehensos omnes, mares quidè brachijs truncatis, foeminas sectis vberibus dirè cruciant: plerosque in frustra discindunt, & membra palpitantia hàc illàc dispergunt. Multa nobilium & popularium, immò infinita propemodùm turba cum vxoribus & liberis & rebus omnibus intra Torpatum urbem se recipiunt, etiàm ex ijs qui decem, immò & viginti miliaribus indè distarèt: sed cùm nimiam multitudinem vrbs capere non posset, supra millia decem in oppidi fossas confugiunt. Erat videre miseria, alios asperrimo hyemis frigore, alios inedia, alios postremò hostili gladio confectos, passim ruere. Nam sequissimi Moscouiorum milites vbì miseros in fossis latitantes conspiciunt, præcipientes in eos irruunt, gladijs, lanceis, sagittis immanitè conficiunt, eratque plurima mortis imago. Qui intra urbem erant, nimia hostium multitudine absterriti, non fuère ausi miseris ferre opem: tandèm multis in eos tormentis exoneratis, hostes abscedunt. Indè porrò in Teutonici Magistrì ditionem per Leidense territoriù proficiscuntur, eademque illic horrendæ crudelitatis exempla edunt, adeoque populantur omnia, vt ne vnum quidem tuguriolum incolume permanferit. Eundem in modum se gerunt in regione Neruiensi, quæ & ipsa paret Magistrò Teutonico. Vbì satis tandèm cædibus, rapinis & incendijs grassatum est, in Russiam immensis aucti spolijs reuertuntur. Nemo illis Liuoniae procerum ausus est ire obuiam, ità vt impunè illi omnia vastarent & diriperent.

Fit deindè conuentus omnium Liuoniae procerum in Vuendensi oppido, & post multam disceptationem in eam sententiam itum est, vt sexaginta aut septuaginta aureorum millibus pax ab hoste redimatur. Quod etsi turpe videri poterat, post tantam acceptam cladem, tamen in præsens non aliud occurrebat consilium. Interim verò dum Liuoniensium legati longissimis viarum emensis spatijs ad Moscouiæ Principem contendunt, (abest enim vrbs Moscouia à Torpato centum quinquaginta

miliaribus Germanicis) Liuones contra pactas quadrimestres inducias Rutenicæ Neruiæ incolis vim adferunt, duabus colubrinis in eos displofis, & non paucis occisis. At tamen Moscouiæ, quibus religio erat violare inducias, nihil se commouent, sed celerrimo nuncio rem totam ad Principem suum referunt. Ità accidit, vt eodem tempore quo Liuoniensium legati Moscouiam urbem perueniunt, etiàm hic nuncius ad principem ferretur. Legati, eius quod acciderat ignari, Principem adeunt, de pace tractaturi. Sed ille vehementè commotus, induciarum ruptam fidem eis improperat, cum nouo eodemque impio Luteri dogmate, quod ab annis paucis complexi sint, omnè illos fidem, pudorem, constantiam abiecisse, dictitat. Iubet redire ad suos, pecuniam reddere Magistrò, se breuè adfuturum, & egregiè acceptam iniuriam vindicaturum. Ad fines Moscouicæ & Liuoniensis ditionis, duæ erant vrbes cum singulis arcibus, vtraque Neruia dicebatur: sed altera Germanica, altera Rutenicæ. Inter vtranque non nisi fluuiolus intererat. Itaque Liuones è sua Neruia, duas, vt dixi, colubrinas in Rutenorum Neruiam exonerarunt, alijsque prætereà Liuonibus vicinis, qui inducias ruptas putarent, confluentibus, aliquot Rutenorum cædes ediderunt. Ea res animum Moscouiæ Principis ab omni pace prorsus abalienauit. Rursus ingens conscribitur è Moscouia & Tartaris exercitus, qui primò Neruiam Germanicam occupant vi, arcem ditione capiunt: ciues Neruienses Moscouiæ Principi sacramentum dicunt. Capta Neruia, exercitus omnis Neruiense territorium longè lateque ad quindecim Germanica miliaria fœdissimè rursus diripit & vastat, multaque in sui Principis ditionem redigit. Pòst in Torpatensem dioccesin aduolant, Episcopi arcem Nienhusium, octodecim à Torpato vrbe miliaribus distantem, obsident & ditione accipiunt, vita viris & foeminis donata: sed cùm ex arce ad duo miliaria excessissent, in aliud Rutenorum agmen incidunt, qui raptis virginibus & foeminis, viros rebus omnibus spoliatos di-

mittunt. Habebat Magister Teutonius aliquot equitum turmas, sed cum audiret Moscovitã cum vniuerso agmine aduentare prelij committendi causa, deserto Torpatensi Episcopo, ad viginti quinq; ferè milliaria aufugit. Porro Ruteni equites ad triginta millia cepto pergunt itinere, Germanos quosq; obuios trucidant. Totius exercitus Moscovitici dux Petrus Sifegaleider, strenuus olim pirata, cum omnibus copijs, in quibus erant Tartarorũ triginta millia, & sclopetariorum millia duodecim, ad Torpatum obsidendum progreditur. Erant hominum ad trecenta millia. Interim Germanos quosdam apprehensos, crudeliter tractat: viris brachia, sceminis vbera & nares præcidit: sicque scedè deturpatos, in urbem mittit, oppidanis vt se dedant imperat: ni faciant, eadem ratione se omnes mulctaturum edicit. Multi iam ciues ex vrbe discesserãt, pauciq; qui urbem defenderent, relictĩ erant, partim Catholici, partim Luterani. Catholici intra Ecclesiã cathedralis immunitatẽ, vt vocant, suas habebant cedes. Neminẽ enim ciues Torpatenses apud se ferebant, qui non Catholicam religionem eiurãssent. Moscovitã vbi ad oppidum veniũt, horrendum in modum tormetis omnia concutiunt. Fit magnus sceminarum & puerorum eiulatus, & licet Catholici urbem constantè defensuros se recipe- rent, & Senatũ atque ciues Luteranos ad constantiam hortarentur, at nihilo minus paulò post intolerandis conditionibus se dedunt Moscovitis. Modò vita & facultates ipsis saluã maneant, Pontifici & imperio Romano renunciant, & prestito sacramento, in magni Moscouiã Ducis imperium concedunt. Preclarè nimirũ, vt qui ex Catholicis facti erant Luterani, ex Luteranis fierẽt Moscouitẽ, qui ferè Grecorum ritus & religionem sequuntur. Eam deditio- nem indignissimè tulere Catholici, qui etiã vitam cum sanguine potiũs se fusuros dicerent, quã urbem hostibus prodant, & ab auita religione discedant. Ea re cognita, Dux exercitus Moscovitici nunciat obsessis, neminem se cogere, vt abiurato imperio Romano in Moscouij Principis ditionem transeat. Si qui

id nolint, licere illis in Germaniam illatis abire. Itaque cum Catholici foris hostes, intus ciues aduersos haberent, ab vrbe excedunt. Erant omnes viri & sceminã ad quadringentos. Fuit hoc quocquẽ tristissimum spectaculum, dum maritus ab vxore, frater à sorore, liberi à parentibus diuelluntur. Qui in vrbe remanserunt, Pontifici & Imperio Romano valefaciunt, & Moscouitico iugo colla supponunt. Longum esset enarrare, quantam cladem Liuoniã amplissimã prouinciã dederit Moscouiticus exercitus: sed omnia recto DEI iudicio, quia à prisca religione ad Luteri commenta dilapsi, cum religione pariter pristinam virtutem & constantiam, atque robur inuictum perdiderant pleriq; Teutoici milites. Olim cum catholica essent religiõ & pietati addicti, decem illorum millia, Moscouitarum 80. millia collatis signis in fugã vertere potuere. At postquã partim Luteri, partim Zuinglij, partim anabaptisticũ euãgelion amplexi sunt, Moscouitis prædã sunt. At iurè ferunt Moscouiticum iugum, qui Põtificis Romani ferre noluerunt. Quã verò miserum est, nõ videre homines, dum sub Euangelij pretextu à Catholica Ecclesia se separant, mox in diuersas & pugnantes se sectas distrahi: Indè porro existere animorum diffensiones, quibus necesse sit tandẽ etiam amplissimas Respublicas interire, cum verissimè dictum sit, Concordia res paruã crescunt, discordia maximã collabuntur? Sed hæc Turcico demũ aut Moscouitico pressi iugo intelligemus.

A N N O 1559. decimoquinto Ianuarij die in demortuã Mariã reginã locum Angli substituunt Elizabetham, quam Henricus rex ex Bolenia suscepit. Ea, religione vetere ex toto regno exulare iussa, Zuingilanismum aut Calvinismum restituit. Sed dum illud regnum religionem mutat, Deus Optimus Maximus inter potentissimos planeque Catholicos reges Henricum Galliã, & Philippum Hispaniã pacem largitur multis conditionibus initam, quas nimis longum esset huc adscribere. Iam vtriusque regis prouinciã

tot annorum ppetuis bellis defesse erāt, nec sine grauissima Catholicae religionis iactura diutius protrahi potuissent, hereticis interea suum virus clam spargentibus, & multos inficientibus. In hac mutua tantorum Principum conciliatione, vt esset pax firma & stabilis, regi Philippo despoedet Elizabetha Henrici regis maxima natu filia, & soror eius Margareta Emanueli Philiberto Allobrogum clarissimo principi.

Mensis Februarij die 24. in Principū & Procerum ex tota penē Europa frequentissimo Conuentu Augustae exequiae celebratae sunt Caroli V. pientissimi & potentissimi Imperatoris: idque singulari studio & solennibus ceremonijs, atq; magna animorū cōmiseratiōe.

Die 14. Martij obiit Romae clarissimus vir D. Iohannes Gropperus, Ecclesiae Colonienfis in tuenda Catholica religione singulare decus & ornamentum, quem Pontifex Paulus 4. in Cardinaliū ordinem amplissimum coaptarat. Sepultus est in Ecclesia Germanorū ad pedes optimi pontificis Hadriani VI.

Vicesima secunda Iunij magnificentissimo apparatu celebratur nuptiae Philippi regis & Elizabethae filiae Henrici Galliarū regis. Aderat Philippi nomine Dux Albanus, princeps Auranti⁹, & comes Egmondanus cum alijs proceribus & nobilib⁹. Cumq; paulo post etiam Philiberti & Margaritae sororis nuptias esset celebraturus Henricus rex, & interim certamina equestria fieret publice, ipso rege omnium admiratione fortissime se gerente, ecce repente postremo cōcursu hasta in regis pectore frangitur, & eius fragmentum per galeam adactū, in cranium vsq; alte defigitur. Ex eo vulnere intra paucos dies rex annos natus quadraginta, etate, opibus, gloria florētissimus occūbit. Eius obitus Galliae regno incōmodissime accidit, plerisq; res nouas moliētibus, et praua dogmata cōplectentibus, quod illo superstite nūquam ausi fuissent. Omnino statuisse fertur, si ei superuiuere licuisset, acerrimē in toto regno suo persequi eos oēs, qui noui Euāgelij cōmenta sequerentur. Eius in regno iussus est Frāsciscus fili⁹ natu maxim⁹.

Die 18. Augusti Paulus 4. Romae vitā

cum morte cōmutat. Morit etiam Hercules Estensis Ferrariarū dux: itemq; Isabella Hungariae regina, cui rara felicitate cōtigit, vt & regis esset filia, & regis soror, & vxor, & mater. In regno Scotiae vnus atque alter temerarius & indoctus nebulo inter populares religionis nomine seditiōes excitat planē barbaricas, quae deinde quorundā nobiliū adiutae studijs, eius regni statū mirē pturbarunt.

Caluinus post vltimam suam Ioachimi Vuestphali admonitiōe, p sua maiestate nihil deinceps contra eum scribere cōstituerat. Itaq; Theodorus Beza impurus nebulo, hoc anno scriptum edit contra Vuestphali calūnias. Prodit etiam Petrus Martyr, sed nō martyr Christi, aduersus Stephani doctissimi Vintoniēsis Episcopi librum, quo is Capernaitarū (sic enim vocat Sacramētarios) cauillationes confutat. Est hoc Martyris scriptum longē pestilentissimū, quo homo nefari⁹ audet sacras literas & antiquos patres & concilia ad sceleratissimum dogma suū confirmandū summa vi detorquere, cū certissimum sit, hęc omnia ab illo vel maximē dissentire. Sed huiusmodi mendacijs miserē plebeculae illi petulanter imponunt. Faciebat hoc homo versutus, quia videbat tot testimonia Patrum contra Sacramentarios adferri à Vintoniensi, vt multi in Anglia egregiē in fide Catholica confirmarentur, & non prorsus à periculo abessent Sacramentarij.

Iuniores Saxoniae principes hoc anno Latina & Germanica lingua scriptū publicum ediderunt. Itemque Comites Mansfeldenses aliud scriptum, quibus vndecim enumerantur sectae, & vt execrabiles hereses condēnantur. In ijs sunt etiam Melāchthonici, Maioristae, Adia-phoristae & Sacramētarij. Porro in Heidelbergensi Academia periculosum ortum est certamen inter Tilmannū Hefhusium & Guilielmū Clebitium de coena Domini. Princeps Palatin⁹, cui paret Heidelbergae, in hac Euāgelicorū funesta altercatione à Melāchthone querit, quid ipse hoc in negotio sentiat. Melāchthon sic respondet, vt nouū quoddam Sacramētariae impietatis genus effinxisse videatur. Sic isti miseri ex erroribus alijs

in alios labitur, semper seipsis deterior. Nicolaus Gallus, præco Ratisponensis Luteranus, huic Melanchthonis scripto egregie respondet.

Rex Danorum suis & sociorum principum armis Thietmarcos liberos populos vel qui libertatem sibi vendicaret, in dæram redegit seruitutem. Solebat ille populus Archiepiscopo Bremensi parere, & Catholicæ religioni esse addictus: & eatenus permansit inuictus. At ubi Luterizat & religionem veterem abiicit, insigni seruitute pressus, dat suæ leuitatis pœnas. Atque hi sunt præclari fructus noui Euangelij. Nouum Euangelium docet libertati carnis studere gnauiter, & interim suos sectatores vel Turcicæ, vel moscouiticæ, vel aliæ molestissime seruituti addicit. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Psal. 118.

Anno 1560. die 2. Ianuarij Romæ Pontifex Maximus renunciatus est Iohannes Angelus Medices Mediolanensis, & Pius 4. dictus, qui hodieq; summa cum laude pontificatum administrat, eodem anno obiit in Polonia Iohannes à Lasko vir nobilis, sed insignis sacramentarius. Obijt etiam Philippus Melanchthon, Luterismi egregius propagator, licet in Eucharistiæ negotio Zuinglianismi quam Luterismi esset studiosior. Multum is vir nocuit Catholicæ Ecclesiæ, vel hoc solo nomine, quod modestia quadam vsus, multorum sibi incautos animos conciliauit, cum Luterus planè importunus & vehemens, inuisum se nonnullis hoc ipso redderet. Fertur autem ipse Melanchthon aliquot Luteri scripta limasse & castigasse, quæ alioqui in lucem sic emissa, ut Luterus impotenti quodam animi impetu & insolentia ea confecerat, plurimum Luteri dogmatis detractura fuisse putantur. Fuit Melanchthon admodum familiaris sacramentarij, quippe à quorum dogmate non valde abhorreret: Iohannem Crispinum ad edenda denuò Oecolapadij scripta hortatus est, Bullingero & Caluino de rebus suis sepe scripsit familiariter, multis studiosis author fuit, ut Tigurum & Geneuam, ob cognoscendam liquidò de eucharistia sententiam, se conferrent. Et quia illud non puduit à sanctissimi patris sui Luteri dogmate Eucharistico dissentire, ipsius

quoque discipuli et alij et viuum et mortuum multis conuicijs, ut quidam scribit sacramentarius, lacerarunt. Et quid non illud lacerent sui discipuli, quando ille toties lacerauit matrem suam Ecclesiam Catholicam?

Magdeburgenses ministri gratia aliquot volumina ediderunt Historiæ suæ Ecclesiasticæ. Hoc anno quarta ceterura eius præclaræ historiæ prodijt. Et ut magis mireris, Matthias Illyricus cum socijs eius Historiæ authoribus, eam reginæ Angliæ dedicant, nec dubitant in ea Epistola nuncupatoria Zuingianos acriter perstringere, ut qui philosophicis rationibus testamentum Domini adeò euacuent, ut corpus & sanguinem Christi, quo ad præsentiam & communicationem, iuxta clarissima, euentissima & potentissima verba ipsius Christi prorsus remoueant, miraque verborum perplexitate fucum faciant. Porro cum Zuingliani iactent vetustos Patres ab ipsis stare, isti contra hoc prorsus negant, & secum facere Patres, cum Zuinglianis verò pugnare affirmant. Quibus tandem assentiamur? Hoc etiam anno in Ducatu Vuirtembergensi, ubi Bræuius est superintendens, promulgatum est edictum contra Sacramentarios.

Bahleæ prodijt liber Iohannis à Lasko, cum hac inscriptione, *Responsio ad virulentam, calumnijsq; ac mædacijs confarminatam Ioachimi Vuestphali Epistolam quandam, qua purgationem ecclesiarum peregrinarum Fræcforti concuellere conatur &c.* Adeò etiam post fata Lasko non definit esse infestus misero Vuestphalo: qui si se defendere velit, cum umbris illi pugnandum erit. Porro Theologi lenenses Supplicationem edunt ad principes & ordines Confessionis Augustanæ pro legitima synodo, in qua Luterani soli conveniant, et Zuingianos atque alios aduersarios condènent. Non dubium quod illius amplissimæ synodi decreta plus auctoritatis & potestatis habitura fuerint apud miserè fascinatam plebem, quàm ea omnia sacrosancta Concilia, quæ Romani pontificis voluntate & auctoritate indicta unquam & habita sint. Et quid est absurdum magis? O quò prolapsa es Germania?

Quin & Tilmannus Heshusius libellum Ienæ edit contra Sacramentarios, & mox in ipsa Præfatione queritur, Zuinglij & Caluini errorè de cœna latè per orbem Christiana-

Christianū diffusum esse, cui etiā gubernatores potētes applaudāt. Inter cætera, hoc libro suū, id est, Luteranum de Coena dogma ex scripturis & patribus probare cōnat. Idem cōtrā faciūt Zuingliani. Nō itā pridem Superintēdentes Heidelbergenses huiusmodi decretū pmulgāunt: Luteri & Brētij Catechismi extra Ecclesiam eijciantur, & eorū scripta nullam habeāt authoritatē. Ecce vtille Pontificiæ authoritatis impotētissimus exagitator & euerfor, iā à suis planè reijcitur & profligat. Idem eueniet oībus alijs turris Babylonicæ structoribus.

Franciscus 2. Galliæ rex post celebrē suū apud Rhemos inauguratiōem cum multo comitatu Ambāsiās se cōfert: vbi paulò post à seditionis quibusdā excitato tumultu, res ad summum ipsius regis & vniuersæ aulæ periculum spectare videbat. Sed ecce Deus misertus optimi adolescentis, authores seditionis prodit, de quibus mox 24. Martij grauiissimū sumptum est supplicium. In Scotia hoc anno mirè tumultuatum est, dum Calvinismū amplectuntur, Anglis suppetias ferentibus, qui & ipsi Calvinisticū Euangeliū cōplexi erant. Regina Scotiæ lōgè optima, Maria Guisiani olim ducis filia, dū à Galliæ rege contra non itā dudum de religione concitatos motus suppetias opperitur, curis permultis & morbo cōfecta, moritur Edimburgi in arce regia. In Gallia quoquē pleriq; Calvinismū suspirabāt. Interim em̄, dū Henricus rex tot ppetuis annis grauiissimo bello implicatus tenebat, Calvinus cū suis summam nactus opportunitatē, pestilentissima scripta per Gallias clam dispersit non Latino tantū, sed etiā Gallico idiomate: q̄ re multos deprauauit. Itaq; Franciscus rex, summæ spei adolescens, oībus regni Ordinibus Conuentū indicit, religionis cōponendę causa. Verūm nō diū post superuixit, 4. Decembris die morbo increbescēte extinctus. Successorem habuit Carolum fratrem suum, 12. annorū puerū magnæ spei. Multa hoc anno ferunt visa portēta. Alicubi ignis in aëre per horas tres, Alicubi sanguinē pluuisse, Fosani tres cometæ visi, In planitie iuxta Centaliū maximus equitum numerus turmatim cōspectus: multaq;

in Gallijs, Germania, Polonia portenta alia. Iam enim passim homines à Catholica religione ad plausibilia multiplicis noui Euangelij dogmata deficiebāt, digni qui eiusmodi ostentis terrentur.

ANNO 1561. Cōuentus fuit Principū Augustanæ Cōfessionis Nūburgi in Turingia. Quidā Zuinglianus scribit, in hoc Conuentu acerrimē actū esse, vt ferrebatur, de Zuinglianis solennitēr & q̄ aptissimē cōdemnādis, sed id quorundā principū bonitate esse impeditū. Misit ad eū conuentū Pius 4. Pōtifex nunciū suū virū longē doctissimū, nobili apud Venetos stirpe editū, cui Cēsar Ferdinādus suū quoquē legatum adiunxerat. Sed q̄ principes Augustanę Cōfessionis suorū concionatorū verbis plus æ quo tribuerēt, illa Pontificis legatio parūm effecit. Porrò Iohānes Calvinus scriptū euulgat cōtrā Heshusū, quibus eius nebulę discutiant. mox Theodorus Beza insignis Calvinianus duos submittit dialogos aduersus Tilmāni Heshusij somnia: prior Cyclops, posterior Sophista inscribit, vt animaduertas Euangelicorū mutuā inter ipsos modestiā. Edidit quoquē absterfionē aliarū calumniarū Heshusij in Calvinū. Sed & Boquinus Theologus Heidelbergēsis examē libri ab Heshusio scripti euulgat. Porrò verò Guilelmus Clebitius, o facinus audax & incredibile, librum edit hoc titulo: *Victoria veritatis, & ruina papatus Saxonici*. Sed q̄a sublimis fuit papatus Saxonicus Martini Luteri, nō potuit ruere, nisi fracta ceruice: sepe liaē ergo, nec ei deinceps vlla sit memoria. Hoc q̄dem cōtendūt Sacramentarij, sed Luterani nō deerūt suo Lutero Papę Saxonico. Eodē ferē tēpore etiā Iohannes Sturmius q̄dā Bucerī scripta eucharistica diuulgat, & in p̄fatiōe sua queritur, Luteranos importunitate & iniustitia sua cursum Euāgelij impedire. Ad extremū dicit, Si magistratus illis hominibus per triduum gladiū suū cōcederet, crudelissima statim secutura cōdemnationū tonitrua, fulgura, fulmina, &c. Dicit etiā eos, quos velint, & q̄ velint probare: rursūm, q̄ velint, & quos velint, improbare, vexare, cōdemnare, proscribere, palo pp̄e & cruci affigere, in ipsas propē vstrinas & rogos impellere &c.

Porro Lipsiæ Martinus Kemnifius Brúfuicéſis apoſtolus, Repetitioné edit ſanæ doctri-næ de vera præſentia corporis & ſanguinis Domini in Cœna. Prodiit verò etiã Brentij liber de perſonalivnioné duarum naturarum in Chriſto, in quo veram corporis & ſanguinis præſentiam in Cœna Lutericè explicat, valdè tabeſcentibus Zuinglianis, qui eam plagam à Brentio acceptam nollét. At tamen Petrus Martyr illi reſpondet, & defendit negocium Zuinglianum. Scripfit alium quoquè libellum Brentius cõtra Bullingerum, qui nihil minùs forſan ab illo expectárat.

Hoc anno quidam impius, blaſphemus & tẽr execrabilis ſurcifer, Lucas Sternbergerus nomine, in ſacroſanctã Trinitatem, in Chriſti I E S V diuinitatem, in ipſum quoquè Spiritum ſanctũ, in ſanctiſſimã Dẽi genitricem Mariam, de Sabbato potiùs quàm die Dominico colendo, de Eucharistiæ Sacramento, de Baptiſmo deniquè, quod ſatanicam vocat institutionem, tam horrenda & abominanda palàm dixit & aſſeruit, vt nullæ piæ aures finè horrore ferre queant. Idem ipſe cùm aliquandò pauciores opinione ſua Cœnã Domini percepturos haberet, alios omnes his verbis accerſiuit: Venite huc: non enim poſſum ſolus illum deuorare. Et ille quidẽ in Eucharistiã ſe faſſus eſt Melancthonem ſequi, in reliquis Sacramentis Luterum. Docuit inter alia, non eſſe Trinitatem, ſed vnum Deum, non Chriſtũ, non Spiritum ſanctum. Huic tam impiæ opinioni quædam alia planè contraria emerſit in Polonia, dicentibus quibuſdã pseudopphetis, non vnum, ſed tres eſſe deos: at Filium tamen aliquatò minorem eſſe Patre & Spiritu ſancto: porro Athanaſij ſymbolum iure Satanaſianum appellandum. Sciſcitantibus quibuſdam Poloniæ proceribus, vndè hoc dogma accepſſent, illi reſpondent purum putũ eſſe Euangelion, & eam doctri-nã ſe accepſſe à ſuis præceptoribus, Caluino, Bullingero, Petro Martyre, & Vuolffgango Muſculo. Hunc verò tantũ theſaurum nũc demũm voluiſſe Deum per ſuos fideles ſeruos reuelare. Sed cum tali theſauro abeant illi quò digni ſunt. Ec-

cè quò tandẽm proruit humana temeritas, & temeraria impietas.

Saxones Luterani Lunẽburgi Conuentus agunt, damnantq; hæreſeos Albertum Hardenburgium Zuinglianũ. In Tranſſyluania alij Luteri, alij Sacramentariam de ſacramentis doctri-nã recipiũt. Indè ſecuta eſt eccleſiarũ diſtractio, effuſè ridentibus Turcis tantam Chriſtianorum inſaniã. Porro Bremeneſes, qui ferè ex primis Saxoniz populis Luteri Euangelium ſuſceperãt, iam nouo aſſati ſpiritu, Caluinismum cõplectuntur, frementibus Luteranis, quòd à vera Luteri luce ad has tenebras eſſent deuoluti. Luterani omnes ex vrbe profugere compulſi ſunt. Vbi nunc ſunt illi, qui ea in vrbe hætenũs Luteri Euangelium tanquã certam veritatem amplexi ſunt? Scilicet Caluinus plũs vidit, quàm Luterus Germanicus Elias.

In Galliz Chriſtianiſſimo regno multi à Catholica religione ad Caluini blaſphemias deficiũt, & res necdũm ſatis ſopita eſt.

ANNO 1562. Caluiniani in Frãciã regno multis locis templa ſpoliãrunt, monaſteria euerterunt, & ex bonis Eccleſiaſticorũ ingentes prædas egerũt, vt haberet quo militem ſuũ contra Regem & illi adhãrentes Catholicos alerent. Iam multi Aureliã cõfluxerant, & externi quoquè Principes ab ijs ſolicitabantur de ferendis ſuppetijs. Princeps Frãciſcus Guiſus ab ipſa Regina & toto Regis Concilio ad regni deſenſionẽ ex Lotharingia reuocatur. Is Princeps Regi & regno ſidiſſimã nauat operã, & cùm ad pugnam demũm ventum eſſet apud Aureliã, quam Guiſus cum regis exercitu valida obſidione premebat, Caluiniani primũm aliquandiũ rem pſperè gerũt, caſo ſummo Frãciã Mareſcallo S. Andrea, quem inſenſiſſimè oderant, capto etiã ipſo Conſtabile & multis primæ nobilitatis viris. At vbi Guiſus cum extremo agmine ſuperuenit, victoria ex eorum manibus extorquetur, & ipſe Cõdæus Caluinianorũ caput capitur, & totus peditatus ad internecionẽ deletur. Feruntur ex Cõdæi partibus cecidiſſe eo prælio ad ſedecim millia. Ex regijs quoquè permulti ceci-

ceciderunt, & in ijs nobiles & egregij duces. Condæus in custodiam ducitur, & qui ab eius grege capti erāt ex regijs, Aureliam abducuntur. Ammiralius secundus à Condæo, ab hac pugna redit Aureliam, urbemque mirificè cōmunit. At Guisus ad obsidendam urbem cum omni exercitu reuertitur.

Hoc ferè tempore Abdysu Assyriorum Orientalium Patriarcha venit Romam longissimo itinere, vt Pontificem inuiseret, atq; ab eo confirmaretur: ad cuius etiã genua prouolutus, obediẽtiam promisit: iurauit etiã se Conciliorum œcumenicorũ & speciãtim Tridẽtini statuta atq; decreta oĩa suscepturum, seruaturũ, & suos oēs docturum. Habet aut̃ multos sub se Episcopos, & ingenuè fassus est, se de Synodi Tridentinæ legitima cōgregatione nihil ambigere. Ipse quoque ad Synodũ illã accessisset, nisi eũ necessaria negocia in patriam reuocãssent. Et q̃a in itinere à Turcis spoliatus erat, Pontifex eum eiusque presbyteros & diaconũ vestimentis & rebus oĩbus ad eius sacerdotiũ pertinentibus & viatico donauit. Fidem suam in Concilio Tridentino in 6. Sessione die 7. Septembris, Anno 1562. hunc in modũ absens professus est: Confessus sum puro corde & fide non ficta coram Reuerendissimis & Illustriss. D. Michaële tituli S. Sabinæ Alexandrino, & M. Antonio tituli S. Marcelli Amulio, S. R. E. presbyteris Cardinalibus in hãc formã: Ego Abdysu filius Iohannis de domo Martia, ex ciuitate Gezira in Tigri flumine, olim monach⁹ S. Antonij monasterij sanctorũ Rochæ & Iohannis fratru, electus Primas siue Patriarcha ciuitatis Muzal in Assyria orientali: Iuro q̃ itã corde credo & ore confiteor Sanctæ Romanæ ecclesiæ fidẽ, approbatis oĩmibus & singulis illis, quę ipsa approbat: & damnatis similiter omnibus, quę ipsa damnat: Amplexor & perpetuò me amplexurum & retenturum esse profiteor & promitto, & omnes fratres meos Metropolitanas siue Episcopos ac diœcesanos, quouis modo meã iurisdictioni subiectos itã credendũ & tenendũ esse docebo, & modis oĩmibus qbus potero persuadere conabor. Itã me DEVS adju-

uet, & hæc sancta DEI Euangelia. In quorũ oĩm fidem hanc meã fidei professionẽ & attestationem manu mea scripti &c. Romę die 7. Martij, Anno 1562.

Cũ vrbe excederet rediturus ad suos, petijt studiosissimè, vt Tridẽtini concilij Canones & decreta ad ipsum pferri curarentur: se enim omnia seruaturum. De sacris literis sæpè interrogatus, grauitèr & copiosè respondit. Nominabat etiã & se habere dixit libros omnes veteris & noui Testamẽti, etiã quos Hebræi & hæretici ex Canone reijciunt. Antiquos doctores Græcos & Latinos, eosdẽ ferè quibus nos vtimur, Chaldaicè, Syriacè aut Arabicè versos diligèter se legisse: nõnullos etiã, quorũ nomina nobis sunt incognita. Sacramẽtis vt̃ se ac populos illos ijsdẽ ferè quibus nos: Confessione auriculari, precatione pro salute mortuorũ, Canone ijsdẽ ferè verbis in celebranda Missa, consecratione prorsus eadẽ. Imagines diuorũ pijs precibus venerari. Fidẽ ab Apostolis Thoma & Thaddæo eorũq; discipulo Marco olim accepisse, hodieq; retinere ea loca, vb̃ ipse degeret. Itã Ecclesiæ dignitas & salutaris doctrina per 1500. annos in tam longinquis gentibus, inter tot perpetuas infidelium vexationes, eadem in hunc vsq; diem permanet, quã apud nos Euãgelici pcones oppugnãt & lacerãt.

Anni huius mensẽ Nouembri Francoforti in Romanorum regem communibus omnium Electorum Principum suffragijs eligitur Maximilianus Boemiarum rex, Cæsaris Ferdinandi filius, multis egregijs corporis ac animi dotibus insignis, de quo omnes boni sibi pollicentur, eum in seruanda ac tuenda Catholica religione, patris Caroli V. & parentis Ferdinandi sanctissimorum & pientissimorum Cæsarum constantiam & integritatem præstiturum. Temporis angustia nõ patitur rem totam accuratiũs & prolixiũs commemorare, & quę illic gesta sint, omnia ordinè describere. Turcici Imperatoris Legatus venit Francofortũ, præter literas ad Cæsarem Ferdinandum datas à Turca Solimanno, etiã equum gradarium & quatuor Camelos munera Solimanni offerens. Ait etiã Solimannum misisse Cæsari dono

dono captiuos Christianos, quos nullo nec precio, nec munerib⁹, nec intercessione principum quorumcunq; redimi passus esset: petere autem, vt & ipse Cæsar captiuos Turcas dimittat.

Mense Maio Lunęburgi Conuentus fuit Principum & ordinū Imperij, Circuli, vt vocant, inferioris Saxonie, in quo præcipuè actum est de Bremēfibus Calvinizantibus, & decretum factū de Sacramentarijs. Iam enim metus erat, nè sensim Calvinus etiā in Saxonia nidificaret, & Lutherani præcones cogentur solum vertere. Tilmannus Hefhufius scribit piam defensionē præsentie corporis Christi cōtra Caluini, Bockini, Bezæ & Clebitij cauillos & calumnias. In diuersum scribit Thomas Erastus Medicus, abutens Christi, Pauli & Patrum testimonijs. Porro Bullingerus egregiè se tuetur contra Brentiū. Tristissimum fuit, quòd Illyricus, Viandus & Matthæus Iudex scriberent se à Saxonie principibus è Schola Ienensi dimissos eò quoquè nomine, quòd Sacramentarijs se opposuerint. Et quidē, nisi fallor, hodieq; miserè exulat Illyricus insignis Lutheranus. Deniquè Brentius de vera præsentia corporis & sanguinis Christi in Cœna librum edit cōtra Martyrem & Bullingerū. Hoc scriptum dū ille Martyr impugnare statuit, magno Brentij commodo exhalat spiritum Nouembris die duodecimo. Pro talibus non est orādum, quia immunes sunt à Purgatorio.

ANNO 1563. Bullingerus Brentio respōdet. Itā est inter Lutheranos & Zuinglianos rixa implacabilis, cū vtrinque puram doctrinam iactitent. Mirum est, Principes non aduertere istorū dogmatistarum vanitatem, & quāto cum periculo coniunctum sit talibus fidem commodare. Quidam Zuinglianus veretur, nè hæc controuersia tandē funestum & lamētabilem exitum habeat. Et quid mirum, si funestū habeat exitum quantum isthuc Euangelion, cū non ferè nisi turbulentum & seditiosum habeat initium, vbicunquè recipitur? Valdè offenduntur isti puri Euangelici impura vita quorūdam in Clero Catholico, & eam vehementer traducunt apud indo-

ctū vulgus, sed sunt ex nostris, qui quādoquē in tabulas quasdam visitatorias istorum nouorum Visitatorum inciderrint, in ijsq; plura & deteriora à coniugatis concionatoribus adulteria perpetrata legerit, quā possint apud nos in tam Augusto orbe scortationes reperiri. Quidam Lutheranicus sacerdos mirabili fraude adeptus parochiā quandā, vxorem duxit. Ea cū nouello marito iam minùs arrideret, toxico eam perimit, vt nouis nuptijs via sterneretur. Interrogatus cur tantum admisisset facinus, respondit coniugium in Lutheranis sacerdotibus nō restinguere vagas libidines. Innumeris id posset exemplis doceri, vt maximè quoquè reprehendendi videātur, qui hodiè apud Catholicos volunt permitti coniugia sacerdotibus, contra omnia omnium seculorum & ætatum exempla.

Hoc anno cū Princeps Guisus fortissimè Aureliam obsideret regis Galliarum nomine, & quodam die ad vespertū nauigio Ligerim trajiceret domum iturus, in ipso itinere à quodam sceleratissimo proditore, quē hostes prece & precio ad tantum facinus impulerant, trib⁹ sclopetti globulis in humero dextro lætaliter vulnerat, nec multis post diebus superuixit, magno quidem Calvinianorum Aurelianensium commodo, qui propediem in eius manus venturi putabantur, si paululum ei diuturnior contigisset vita. Eius obitus regno Fræciæ logè infauitissimus fuit. Ante mortem aliquot diebus superuiuens, omnes suos grauissima oratione admodum piè & religiosè instituit, & tandē Catholice religionis ergo tam proditorie occisus, Christo spiritū reddidit. Eo mortuo, Condæus liberatur è custodia, nec diū post Lugdunenses hætenùs refractarij regi se dedunt, & Catholica apud illos religio restituitur. Porro rex necessitate adactus, cum Calvinianis pacem fecit.

Mense Decembri finis optatus impositus est Synodo Tridētinę, in qua multa sanctissimè & saluberrimè decreta sunt, sed Euangelici in suis sæcibus hærent. Fuerunt in ea Synodo multi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & viri

complures longè doctissimi. Multos in eam Synodum sumptus fecit & Romanus Pontifex Pius 4. itemq; Ferdinandus Imperator.

Hoc anno Presburgi in Húngariæ regem cum multa celebritate & solitis ceremonijs coronatus est Maximilianus, Romanorum & Boëmiæ rex.


ANNO 1564. Rex Daniæ & Lubecenses bellum, quod superiori anno in regem Suediæ susceperant, continuant maximis impendijs, multis vtrinque & datis & acceptis incommodis.

Mense Iulio ipsis ferijs D. Iacobi Apostoli, vt constans habet fama, diem suum obiit sanctissimus & omnibus modis Catholicus Princeps Ferdinandus

Romanorum Imperator, de cuius integritate, pietate, & in Catholica fide constantia multa dici possent. Etsi verò turbulentissima fuit nostra ætas, tamen nõ immeritò gratulari sibi potest de duobus sanctissimis & religiosissimis, & Catholicæ religionis obseruantissimis Imperatoribus Carolo V. & Ferdinando eius germano fratre, quorum ad omnem posteritatem sacrosancta & celeberrima erit memoria: à quorum altero hæc qualiscûq; Appendix sumpsit exordiũ, & præter expectationem in altero definit. Ob temporis angustiam in plerisq; coacti sumus sub finem esse breues.

CHRISTO IESU HONOR ET GLORIA

CHRISTO IESU HONOR ET GLORIA



128/10/1-

...
 cor ex tibi qnar. ex spibz i hūdie it
 res i sumis pibz hūda uo cor. i.
 hūores i p. p. ter cor. q. q. q. ap. n. e. 2
 hūoibz p. v. r. erent. n. s. i. r. e. p. o. n. n. i.
 Dicant. g. n. i. r. q. ex ipic. n. n. n. p. a. b. z. a. l.
 m. i. g. n. i. t. e. u. r. p. a. n. i. d. m. h. u. r. t. e. v. i. t. e. d. e.
 c. h. a. s. a. r. i. u. e. a. f. s. u. r. a. t. p. a. l. m. o. l. l. i.
 o. r. e. q. d. n. h. a. s. t. e. m. o. l. i. s. b. a. y. a. r. m. a. h. a.
 f. e. n. a. l. i. a. n. **C**o. n. g. p. i. g. n. e. d. i. t. e. a. r. o.
 m. u. o. i. t. e. a. r. p. a. n. i. t. e. i. h. u. i. o. r. e. p. q.
 r. e. v. o. l. u. t. f. e. l. l. e. p. i. g. n. e. t. i. t. e. o. i. m. p. a. n. i. o.
 i. n. b. i. l. i. o. r. e. e. n. i. c. a. m. e. p. i. g. n. e. d. i. t. e. n. o. h. a.
 f. e. a. m. o. l. i. s. b. a. y. t. i. s. t. a. m. e. a. t. o. r. e. t. o. n. c. a.
 t. e. n. o. n. l. r. e. v. o. l. u. t. a. n. h. r. q. d. a. p. a. r. e. s. b.
 m. e. i. a. r. e. n. t. i. i. n. a. n. i. t. p. m. e. l. a. g. n. i. d. i. c. a. n. d.

Primapm q oleagmar
 v. f. u. o. l. i. c. o. l. o. r. e. h. u. i. c. e. r. a. u. g.
 m. i. t. u. u. o. a. p. p. e. n. t. e. r. o. l. i. s. t. a. t. u. s. u. o. o. l. e. a.
 g. m. e. q. o. l. i. c. o. l. o. r. e. h. u. i. c. e. r. a. u. g. m. i. t. u. u. o.
 d. e. c. l. i. n. e. r. e. q. i. s. a. n. t. e. a. p. p. e. n. t. e. u. p. i. g. n. e. t. i. t. e. a. i.
 p. p. p. i. g. n. e. d. i. t. e. r. e. v. o. l. u. t. a. t. a. **C**o. n. e. n. o. a. p. p. e. r.
 u. r. o. l. i. n. t. p. a. r. a. u. g. m. i. t. u. o. f. e. e. u. n. e. r. o. i. p. a. n. d.
 t. e. h. u. i. c. o. l. i. a. d. v. i. t. o. l. e. a. g. m. e. n. o. f. e. e. q. u.
 i. n. s. t. a. t. u. s. t. o. t. e. o. i. d. v. i. t. i. n. c. o. l. o. r. e. i. n. t. e.
 u. e. l. i. c. o. l. i. n. t. e. v. i. t. i. n. f. e. l. l. o. l. e. a. g. m. a. e. r.
 p. a. u. c. a. i. b. i. n. g. u. s. u. e. i. e. n. s. m. a. l. i. d. i. n. e. r. s. p. a.
 t. i. o. i. m. o. r. t. e. f. i. g. u. r. **C**o. n. g. p. i. g. n. e. d. i. t. o. v.
 i. c. i. t. e. r. p. p. l. e. r. u. d. i. d. i. p. r. e. r. a. n. t. i. p. l. i.
 b. o. n. i. t. e. r. e. v. o. l. u. t. a. t. a. i. p. v. i. n. a. e. r. e.

...
 u. e. m. a. g. i. s. i. l. l. e. x. p. e. r. t. e. a. q. u. e. r. e.
 c. o. r. p. i. g. n. e. d. i. t. e. o. s. q. i. s. t. e. v. i. t. e. r.
 a. e. f. t. i. f. n. o. l. o. s. e. a. p. i. s. **C**o. n. g. p. i. g. n. e. d. i. t. o. m.
 p. i. g. n. e. u. l. t. i. h. u. i. c. u. e. s. t. a. c. a. h. u. s. v. i. n. a. y.
 e. i. t. q. u. i. l. i. b. o. t. p. i. g. n. e. d. i. t. e. r. e. v. o. l. u. t. a. t. a. i. a. l. l.
 v. i. n. c. a. u. s. o. p. a. n. i. t. e. s. a. t. h. u. i. c. u. e. r. e.
 t. e. f. i. t. e. l. l. u. o. n. o. b. i. h. i. c. a. l. e. f. a. n. a. p. l. i.
 t. e. a. t. e. a. t. e. o. l. e. a. g. m. e. q. v. i. t. e. r. e. l. i. q.
 p. i. g. n. e. d. i. t. e. a. i. t. i. s. u. s. a. r. q. d. e. a. t. e. f.

Quod si oleum viderit
 ...
 i. t. a. l. e. p. a. n. d. i. q. u. i. p. m. i. t. e. r. e. d. i. c. i. t. u. r.
 q. d. p. e. r. i. t. i. n. p. i. o. s. a. p. p. u. u. e. n. t. e. r. e. a.
 t. a. n. t. e. u. n. a. t. a. h. u. i. c. e. r. h. u. i. c. q. u. i. a. b. a.
 t. e. p. e. c. a. l. i. t. e. r. e. a. p. p. o. s. t. e. r. e. d. i. c. i. t. u. r. **C**o. n. s. i. t.
 t. a. n. i. d. m. o. e. r. e. n. l. p. r. e. t. i. a. t. e. r. e. a. i. t. e. r.
 i. v. i. t. p. e. r. i. l. o. s. d. e. r. s. b. a. r. h. u. i. c. u. e. r. o. l. i. c. o. i. p. a.
 t. u. **C**o. n. d. n. o. n. s. e. f. e. l. l. e. u. e. n. t. e. r. p. a. n. i. t. e. r.
 d. i. g. n. e. p. i. g. n. e. d. e. t. e. r. i. a. n. t. e. r. e. d. i. g. n. e.
 e. a. l. l. e. r. e. t. e. r. e. a. u. l.

Quod si oleum viderit
 ...
 p. a. n. d. i. a. n. t. e. r. p. a. t. e. r. e. r.
 s. i. l. l. e. r. e. m. o. r. e. r. p. e. c. a. l. i. t. e. r. e. d. i. c. i. t. u. r.
 v. i. t. e. q. u. i. s. t. e. r. p. i. p. h. a. b. y. p. a. r. t. e. m. o. d. i. s. e. r. e.
 i. u. e. n. t. e. p. a. n. d. i. n. i. t. o. l. i. t. e. r. p. a. n. d. i. t. e. r.
 a. n. t. e. r. e. a. d. c. o. n. g. n. i. s. m. a. i. o. r. e. u. e. d. o. m.
 e. r. e. a. d. i. g. n. e. r. e. t. o. l. i. t. e. r. e. d. i. c. i. t. u. r.
 v. i. t. e. r. e. f. e. l. l. e. s. p. o. q. u. i. q. u. i. n. p. i. g. n. e.
 i. n. f. a. r. e. q. u. i. t. h. u. i. c. u. e. n. t. e. r. e. a. b. i. c.

Sed si oleum viderit...

